4° M 206 (1,VI, 2)

Hanovre

Anonyme ou Collectif


Monumenta Germaniae historica

Libelli de Lite imperatorum et pontificum

4° M
206

MONVMENTA
GERMANIAE
HISTORICA

INDE AB ANNO CHRISTI QVINGENTESIMO
VSQVE AD ANNVM MILLESIMVM
ET QVINGENTESIMVM



EDIDIT

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS
RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI.

LIBELLI DE LITE IMPERATORVM ET PONTIFICVM
SAECVLIS XI. ET XII. CONSCRIPTI.

TOMVS II.


HANNOVERAE
IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI
MDCCCXCII.

LIBELLI DE LITE

IMPERATORVM ET PONTIFICVM

SAECVLIS XI. ET XII.

CONSCRIPTI.



EDIDIT

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS
RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI.

TOMVS II.

M
206

HANNOVERAE
IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI
MDCCCXCII.

HANNOVERAE, TYPIS CULEMANNORUM.

HOC VOLUMINE CONTINENTUR.

	Pagg.
Praefatio auctore E. Dümmler	VII.VIII.
Libelli Bernaldi presbyteri monachi ed. F. Thaner	1—168
Altercatio inter Urbanum et Clementem ed. E. Sackur	169—172
(De papa Gregorio septimo et rege Heinrico quarto)	172
Liber de unitate ecclesiae conservanda recogn. W. Schwenkenbecher	173—284
Walrami et Herrandi epistolae de causa Heinrici regis conscriptae ed. E. Dümmler	285—291
Deusdedit presbyteri cardinalis libellus contra invasores et symoniacos et reliquos schismaticos ed. E. Sackur	292—365
Benonis aliorumque cardinalium schismaticorum contra Gregorium VII. et Urbanum II. scripta ed. Kuno Francke	366—422
Tractatus Garsiae Tholetani canonici de Albino et Rufino (Garsuinis) ed. E. Sackur	423—435
Sigeberti monachi Gemblacensis apologia contra eos qui calumniantur missas coniugatorum sacerdotum ed. E. Sackur	436—448
Leodicensium epistola adversus Paschalem papam ed. E. Sackur	449—464
Hugonis monachi Floriacensis tractatus de regia potestate et sacerdotali dignitate ed. E. Sackur	465—494
Tractatus de investitura episcoporum ed. E. Bernheim	495—504
Rangerii episcopi Lucensis liber de anulo et baculo ed. E. Sackur	505—533
Gregorii Catinensis monachi Farfensis orthodoxa defensio imperialis ed. L. de Heinemann	534—542
Brunonis episcopi Signini libellus de symoniacis ed. E. Sackur	543—562
Brunonis episcopi Signini epistolae quatuor ed. E. Sackur	563—565
Placidi monachi Nonantulani liber de honore ecclesiae edd. L. de Heinemann et E. Sackur	566—639
Ivonis episcopi Carnotensis epistolae ad litem investiturarum spectantes ed. E. Sackur	640—657
Disputatio vel defensio Paschalis papae ed. E. Sackur	658—666
Hildeberti episcopi Cenomanensis epistolae de Paschali papa ed. E. Sackur	667—672
Carmen rhythmicum de captivitate Paschalis papae ed. E. Dümmler	673—675
Goffridi abbatis Vindocinensis libelli ed. E. Sackur	676—700
Addenda et Emendanda	701. 702
Typographi errata	703. 704
Index nominum et rerum memorabilium auctore I. Dieterich	705—730
Index auctoritatum auctore I. Dieterich	731—743



Biennio delapso primum controversiarum regni et sacerdotii volumen hoc alterum sequitur, quod reliquos omnes nondum editos libellos usque ad concordatum quod dicitur Calixtinum conscriptos continet. Qui cum latius, quam praevideri potuit, spatium requirerent, eos, qui ad litem inter Fridericum I. imperatorem et Alexandrum III. papam exortam pertinent, cum supplementis et pedestribus et poeticis ad tertium tomum deinceps edendum reponi oportuit. Speramus autem fore, ut interim in bibliothecis aliquot libelli nondum editi inveniantur, cum complures quos nunc desideramus olim exstitisse sciamus, ex quibus Bonizonis et Sigeberti commentarios nominare satis sit. Oramus itaque et obsecramus bibliothecarum praefectos omnesque, quibus favendi his studiis aliqua data est opportunitas, ut de huiusmodi inventis quantocius certiores nos facere non dubitent.

De hoc volumine bene meruit Fridericus Thaner Grazensis, qui Bernaldi opera, quoad in hac lite versantur, post Ussermannum denuo edidit, Wilh. Schwenkenbecher Sprottaviensis, cuius editio libri de conservanda ecclesiae unitate scripti repetitur, Ern. Bernheim Gryphiswaldensis, cui librum de investitura antea iam acute illustratum debemus, Kuno Francke, qui auspiciis


Waitzii Benonis sodaliumque eius scripta iamdudum praeparaverat, L. de Heinemann, qui item Gregorium Catinensem et ex parte Placidum Nonantulanum recensuit. Summam vero operam in hoc tomo consumpsit Ern. Sackur, qui in his litteris versatissimus ceteros libros ante in actis nostris ex parte explicatos edidit. Indices socius noster novissimus I. Dieterich exornavit. In plagulis perlustrandis a me quoque nonnulla emendata, haud pauca testimonia addita esse vix est quod moneam.

De aliquot opusculis huic volumini insertis, epistolis scilicet Brunonis, Ivonis, Hildeberti, Goffridi dubitari potuit, num prorsus recte in hac serie recipiendi fuerint, sed minori vituperationi eum obnoxium fore credo, qui copiose quam qui parce dat. Inedita etiamsi in corpore nostro praeter Rangerii Lucensis poema de anulo et baculo conditum vix occurrant, nusquam huc usque varii hi scriptores arcte inter se cohaerentes tam integri et ita purgati uno in conspectu propositi erant, sed separati potius et discissi multisque maculis aspersi harum rerum investigatoribus magnam molestiam multumque laborem parabant. Unde cum ut fieri solet alter alterum illustret, et theologos et iuris canonici consultos et historicos memoriam Waitzii, qui huius collectionis primus consilium cepit, gratam habituros multumque fructus inde percepturos esse persuasum habemus.

Scribebam Berolini, mense Decembri 1892.

ERNESTUS DÜMMLER.

LIBELLI BERNALDI PRESBYTERI MONACHI.



EDIDIT

FRIDERICUS THANER.

Quae comperta habemus de vita Bernoldi sive Bernaldi b. m. G. Waitz[1] *ita composuit, ut non multa sint, quae addantur aut immutentur. Verisimile illud quidem est Bernaldum anno fere* 1054. *natum fuisse*[2]*; sed quo ordine libelli eius coniungendi sint accuratius, quam illi viro, qui de chronico tantum disseruit, opus visum erat, exponatur nunc oportet.*

Eos igitur, quos Bernaldus libellos in hoc volumine edendos reliquit, in duas classes distribuuntur; quarum altera est eorum scriptorum, in quibus se presbyterum appellat, altera classis eorum, in quibus se solo nomine[3] *indicat. Itaque illa concluduntur temporis spatio a die* 22. *Decembr.* 1084, *quo die sacerdos factus est, usque ad a.* 1100, *quo de hac vita decessit. Quibus edita ab Ussermanno opuscula VI. et XVII. annumerantur, quae aliis certis argumentis post annum* 1084. *scripta fuisse constat. Tribus exceptis omnia in uno codice exstant; qui e coenobio sancti Blasii translatus est in sancti Pauli monasterium*[4] *in Carinthia situm, ex quo codice Ussermann ea in lucem edidit.*

Epistolarum ordinem hoc codice constitutum retinui, quia in ipsis nulla insunt indicia, quae ut ab illo decedatur, omnino cogant. Ex tribus scriptis supra memoratis liber de condemnatione Berengarii, qui inscriptionem iam non habet, referendus est ad annum 1088*; quem vero, cum de dogmate scriptus eorum quae ad res in hac lite gestas spectent nihil contineat, e numero libellorum edendorum aeque atque opuscula XV. et XVI. tollendum censui. Opusculum V. ab Ussermanno inscriptum 'de canonum auctoritate' codicem*[5] *secutus opusculo X. postposui. Praeterea presbyter Bernaldus de sacramentis excommunicatorum epistolam ad Bernardum dedit, quam Ussermann eumque secutus E. Strelau post litteras ad Adelbertum praepositum Spirensem missas scriptam esse putaverunt. Causae tamen, quibus illi sententiam suam firma-*

1) *In prooemio Bernoldi chronico praemisso, SS. V, p.* 385. 2) *Quod E. Strelau in dissertatione Lipsiensi (Jena* 1889*): 'Leben und Werke des Mönches Bernold von St. Blasien', p.* 3. *coniecit; cui Bernaldum a.* 1084. *exeunte tricesimum aetatis annum presbyteratus ordini aptum complevisse ratus assentior; eum vero iam anno* 1076. *monachum fuisse (Usserm. II, p.* 258, *n.* 10*) vel annis* 1070—1080. *monasterium sancti Blasii ingressum esse (E. Strelau p.* 37 *sqq.) mihi minus persuasum est.* 3) *Litera initiali 'B' denotato.* 4) *In quo Herzberg-Fränkel eum invenit.* 5) *In cod. scil. Monac.* 12612. *partem op. X. excipit pars op. V.*

bant, me non adduxerunt, ut hanc quoque epistolam in ordinem librorum codicis sancti Pauli insererem, id quod suo loco demonstrabitur[1].

In quibus autem scriptis Bernaldus se presbyterum non appellat, ea praeter opusculum VI, cuius iam mentio facta est, expressis temporum definitionibus vel aliis certis vestigiis anno 1076. *assignanda sunt aut tempori paulo seu antecedenti seu sequenti.*

In loco primo ponenda est concertatio, quam epistolis habuit Bernaldus cum Alboino (Op. III), quia quinta epistola iam ad annum 1076. *referenda est, dein secundo loco epistolarum commercium cum Bernardo habitum, tertio loco ponenda est apologia, qua decreta Gregorii VII. ad Ottonem episcopum Constantiensem missa defendit, qui Bernaldi libellus maximi habebatur. Apologiam in duobus codicibus excipiunt excerpta quaedam ex libro Manegoldi ad Gebehardum, quae illi tamquam capitulum XXV. libri III. addita sunt. Itaque mihi reliquum est, ut quaeram, quo loco inserenda sit epistola quaedam et ipsa inedita, quam V. Cl. Holder-Egger in codice Monacensi* 12612. *reperit. Hac epistola rogatur missio libri cuiusdam, quem dicerent conscriptum esse ab Augustino testemque esse opinionis cum excommunicatis communicari licere. In libro manuscripto quidem haec epistola excipit opusc. VII, sed haud scio an id eo tantum casu evenerit, quod ibi quoque commemoratur liber similis argumenti allatus. Ceterum codex Monacensis, quatenus opusc. X. ante opusc. VII. positum est, cum ordine codicis coenobii sancti Pauli discrepat. Cum igitur ad tempus definiendum adminiculis me destitutum videam, eam epistolam omnium postremam colloco.*

Inde hic ordo efficitur:

Libellus	*I.*	*De prohibenda sacerdotum incontinentia*	*Opusc. III.*
„	*II.*	*De damnatione scismaticorum*	„ *I.*
„	*III.*	*Apologeticus*	„ *IV.*
„	*IV.*	*De sacramentis excommunicatorum*	„ *II.*
„	*V.*	*Apologeticae rationes contra scismaticorum obiectiones*	„ *VI.*
„	*VI.*	*De lege excommunicationis*	„ *VII.*
„	*VII.*	*De eadem re*	„ *VIII.*
„	*VIII.*	*De emtione ecclesiarum*	„ *IX.*
„	*IX.*	*Pro Gebhardo episcopo Constantiensi epistola apologetica*	„ *X.*
„	*X.*	*De excommunicatis vitandis, de reconciliatione lapsorum et de fontibus iuris ecclesiastici*	„ *V.*
„	*XI.*	*De presbyteris*	„ *XI.*
„	*XII.*	*De solutione iuramentorum*[2]	„ *XII.*
„	*XIII.*	*Fragmentum libelli cuiusdam deperditi*	*Usserm. p.* 396.
„	*XIV.*	*De reordinatione vitanda et de salute parvulorum, qui ab excommunicatis baptizati sunt*	*Opusc. XIII.*
„	*XV.*	*De statutis ecclesiasticis sobrie legendis*	„ *XIV.*
„	*XVI.*	*Epistola de libro mittendo.*	

Sicuti ergo intellegitur ex epistolarum crebritate, Bernaldus vir haud parvi nominis fuit. Manegoldus de Lautenbach, qui ex libellis II. et III. multa exscripsit, eum laudibus effert[3]. *Neque a Gebhardo Constantiensi et Hermanno Metensi episcopis alienus erat; Otto Ostiensis legatus ipse eum presbyterum consecravit eique facultatem haud parvam concessit poenitentes reconciliandi. A prima iuventute usque ad vitae exitum Bernaldus immotus a Gregorio VII. eiusque successoribus stetit. Cuius causam*

1) *In omnibus codicibus epistola de sacramentis excommunicatorum libellum pro sententia excommunicationis a Gregorio VII. lata, quem I. Gretser, Opp. VI, p.* 29 *sq. edidit, praecedit. Sed Bernaldo libellum hunc abiudicandum esse, infra demonstrabo.* 2) *Sed mutilus est, cum codex integro quaternione octo foliis minoris formae composito truncatus sit.* 3) *Libelli de lite I, p.* 423.

defendendi eam viam ac rationem iniit, ut decreta eius sanctorum patrum sententiis confirmare studeret; neque quiescebat, priusquam talem earum interpretationem reperisset, ut canones quam optime conspirarent cum decretis. Tantum vero abest, ut amore canonum hunc laborem susceperit, ut necessitate Gregorium VII, suum apostolicum, ab illis, qui eius decreta patrum auctoritatibus refragari aiebant[1]*, defendendi coactus curam atque operam in canones inquirendos contulerit. Veram ipsius sententiam Bernaldus cap. 3. Apologetici nobis aperit, quo Romanorum pontificum decreta studiosius quatuor conciliis oecumenicis etiam evangeliis comparatis docet veneranda esse et ipsa concilia firmitate carere, nisi apostolicae sedis pontifices eadem corroborare decrevissent.*

Sane Bernaldus omnium auctorum, qui de causa Gregorii VII. disseruerunt, sollertia ac scientia nemine inferior, multos hac re praecellit, quod nullis fere armis nisi ex libris repetitis usus conviciis contumeliisque abstinuit.

Codices quos adhibui sunt:

1*) Cod. Einsiedlensis nr.* 169, *saec. XI ex. satis eleganter scriptus paucis quibusdam eadem manu correctis in ultimo quaternione f.* 129. *incipiente Apologeticum praebet usque ad c.* 13, *in cuius medio abrumpitur. Locorum prout robigine corrupti sunt alii difficilius alii omnino non legi possunt. G. Waitz b. m. eum praestantissimum putavit.*

2*) Cod. Stuttgartensis (olim Weingart.) nr.* 107, *saec. XI ex., quem v. Schulte in 'Sitzungsber. der kais. Akad. der Wiss. B.* 117, *Abh.* 11, *S.* 24' *descripsit, quibus adiungas quae in 'Neues Archiv' XVI, p.* 541. *notavi.*

3*) Cod. Schlettstadensis (olim Hirsaug.) nr.* 99, *quem saec. XI.*[2] *exaratum formae scribendi ostendunt.*

Hic exhibet:

I. Libellos I. et III.

II. Canones quam plurimos contra simoniacos, clericos incontinentes, contemptores canonum editos.

III. Epistolam Guidonis[3] *monachi illis canonibus insertam.*

IV. Partem libelli II, quae inscripta est, ut videtur, manu B. Rhenani: Narratio de Heinrici IV. depositione per Gregorium VII, *cui epistola Gregorii VII (Jaffé nr.* 4999*) ab alio librario adiuncta est.*

V. Expositionem in Cantica canticorum. In folio, quo haec incipit, pro dimidia tantum parte legitur: Liber sancti Aurelii de Hirsaugia, *et infra:* Sum Aureli civis liber inclite celi.

VI. Catalogum pontificum Romanorum usque ad Leonem IX. una manu conscriptum, cuius successores usque ad Urbanum II. alia manu a codice extranea additi fuerunt.

VII. Decreta diversorum sanctorum patrum in unum collecta. Augustinus in sermone de vita et moribus clericorum etc.

VIII. Excerpta quaedam ex legibus Romanis et diversi canones quibus inventa est epistola formata ex decreto Burchardi l. II. c. 227. *sumpta.*

Codex explicit his versibus:

Eximii patres Paulus, Petrus Aureliusque
Propicii famulis sint, quos Hirsaugia nutrit
Servantemque suos conservent undique libros.

Codicem, qui B. Rhenani fuit, contulerunt vv. cll. liber baro de Fircks et Gény, bibliothecarius Schlettstadensis.

1) *Cf. Wenrici scol. epist., Lib. I, p.* 285. 2) *In 'Catalogue des mss. des bibl. publ. des départ.' III. saec. XII. male asscribitur.* 3) *V. Libelli de lite I, p.* 627.

4) *Cod. Admunt. nr.* 162, *saec. XII, qui continet:*

I. Collectionem canonum Trium partium, canones de matrimonio et arborem consanguinitatis.

II. Libellum IV.

III. Apologeticum super excommunicationem Gregorii VII. a I. Gretsero, Opp. S. VI, p. 29—34, *Ratisbon.* 1735, *Bernaldo attributum.*

IV. Libellum III.

V. Excerpta ex Manegoldi libro ad Gebehardum, quae inscripta sunt: 'XXV. (scil. cap. lib. III.) Ratio, cur incontinentium sacerdotum officia populo sint prohibita'.

VI. Aliquot canones, quibus exempla regum excommunicatorum addita sunt.

VII. Agobardi librum de correctione antiphonarii.

VIII. Epistolam Petri Damiani ad Alexandrum II. papam datam.

IX. Diversa ad sacras litteras spectantia.

X. Libellum Anselmi Lucensis episcopi contra Wicbertum et sequaces eius. Libelli de lite I, p. 517 *sqq.*

5) *Cod. Monac. nr.* 12603, *saec. XII.*
Ex cod. Admunt. (4) transscriptus eosdem Bernaldi libellos praebet.

6) *Cod. Monac. nr.* 12612, *saec. XII, exhibet praeter alia partem libelli IX, synodi quadragesimalis a.* 1078. *initium et finem, Urbani II. epistolas Jaffé nr.* 5394. 5393, *partem libelli X. et libellos VI. et XVI.*

7) *Cod. Vindob. nr.* 862 *(Theol.* 738*), saec. XII. idem est, ex quo S. Tengnagel, Vetera Monumenta contra schismaticos p.* 238—287, *libellum X. edidit, cf. Denis, Codd. mscr. bibl. Vindob. I, col.* 3203.

8) *Cod. Vindob. nr.* 1705 *(Rec.* 3282*), saec. XII, nisi idem, tamen simillimus est illi codici Weingartensi, quo Ussermann in edendo opusculo V. (libello X. huius editionis) usus est; nam nonnisi easdem partes easque neque perverse positas exhibet, quas excipit opusculum de damnatione Berengarii (XVII. edit. Usserm.) integrius, quam editum est; cf. Denis l. l. II, col.* 2019.

9) *Cod. monasterii S. Pauli in Carinthia (olim S. Blasii) idem est liber, integro quaternione octo foliorum truncatus, quem ad edenda opuscula VI—XVII. Ussermann excussit.*

10) *Editionem I. Gretseri libellorum I—IV, quae ex codice cathedralis Ratisbonensis iam deperdito instituta est, littera G signavi.*

In divisione capitulorum instituenda quam maxime codicum vestigia secutus sum.
Fr. Thaner.

LIBELLUS I.
DE PROHIBENDA SACERDOTUM INCONTINENTIA.

Alboinus presbyter et Bernaldus clericus amicitia coniuncti cum de canonum sanctionibus colloquium habuissent, de capitulo 3. *concilii Nicaeni aliquantulum dissenserunt. Quae dissensio continuata est his epistolis*[1] *de prohibenda sacerdotum incontinentia datis. Quibus cave, ne de coelibatu clericorum disputari credas ac quaeri, utrum generandi*[2] *facultas etiam sacerdotibus iure divino adeo attributa sit, ut ne voluntate quidem abalienari queat, an ordines sacros adepturi illam facultatem abicere possint vel potius debeant. Alboinus mitius illa quidem iudicans de coniugiis clericorum: 'saeculo quarto, non tanti', inquit, 'sceleris uti nunc' illa erant; suspicionem tamen reicit*[3] *se communiter clericis uxores concedere.*

Usus non studii quaestio erat, quae ratio intercederet inter decreta a Gregorio VII.

1) *Bernaldus etiam in chronico decreta Romanorum pontificum de ea re diligenter adnotavit.* 2) *Cf. epist Siricii ad Himer. c.* 7. 3) *Ep. IV, p.* 16.

papa a. 1074. *et* 1075. *contra incontinentes clericos promulgata et ea matrimonia, quae sacerdotes iam antea contraxissent. Alboinus enim contendit, illa decreta nihil valere ad imminuendam matrimoniorum vim, quae antea inita essent. Quoniam disciplina continentiae iam diu non erat observata, decreta Gregorii VII. nova esse dicit; novas autem leges ad facta praeterita non revocari, itaque sacerdotes, qui uxores duxissent, continentiae legibus obstrictos non esse; quae cum de rebus ante actis tuenda essent, in posterum illos clericos continere oportere, qui ordines sacros suscipientes continentiam voluntate professi fuerint*[1].

Quam utramque sententiam cum naturae rei tum sanae iuris doctrinae respondere quis infitiabitur? Alboinus tamen eas auctoritatibus probandas esse censuit, uti tunc moris erat. Ut igitur comprobaret priorem illam sententiam, adferebat ex Historia tripartita capitulum, quod Sozomenus de Paphnutio scripserat; idque optimo iure, ad firmandam posteriorem sententiam epistolam proponebat, quam Gregorius I. de subdiaconis Siciliae ad Petrum miserat, neque id immerito.

At Gregorius VII. papa per decreta illa disciplinam ecclesiae Romanae, quae inprimis cap. 7. *epistolae Siricii ad Himerium demonstratur, illico cunctis sacerdotibus ubique terrarum abiecto usu inveterato imperiosa*[2] *quadam violentia imposuit. Qua praecipiebatur, ut ministri altaris aut uxores aut ministerium sacrum dimitterent, atque in exsequendo praecepto etiam modum Siricii adeo excessit, ut matrimonium sacerdotum crimen fornicationis declarans populum officiis ab iis celebratis adesse vetaret, qui si uxores non dimitterent, proscripti vulgo plebique contemtui essent.*

Itaque haud mirandum est, quod Alboinus decretum synodale a. 1075, *quo clericis coniugatis, nisi abstinerent, officia interdicta sunt, tamquam sententiam nimis temerariam conquerebatur.*

Contra Bernaldus canoni 3. *concilii Nicaeni insistebat vel potius interpretationem eius proponebat, quae non minus falsa erat, quam congruens cum illa disciplina ecclesiae Romanae; contrarium vero caput Sozomeni, quantum poterat, elidere studebat. Pontifices enim Romanos decretis suis nil aliud fecisse, nisi exsecutos esse canonem* 3. *concilii Nicaeni putabat. Inde liquet, cur Bernaldus argumentum illud, quod ut gravissimum Alboinus attulerat, novas leges ad priora trahi non posse, examinare neglexerit, quippe qui disciplinam novam recens praeceptam esse negando antiquitus concilio Nicaeno introductam rursus praedicari affirmaret. Nam quis ausus fuerit dicere, canonem aliquem concilii Nicaeni aeque ut evangelium venerandi ullo tempore a vigore excidisse? Quod autem Bernaldus illius decreti, quo auctore Hildebrando Alexander II. papa populum a missis clericorum coniugatorum prohibuerat ne in postrema quidem epistola sua mentionem fecit, non mirandum est, quamquam id in chronico suo paulo ante incepto protulerat*[3]. *Nam cum Alboino concertantis Bernaldi intererat, maiore quam apostolicae sedis auctoritate, quae papa decrevisset, defendere.*

Atque ipse Gregorius VII. papa in decreto synodi Romanae a. 1074.[4] *concilium Nicaenum provocaverat eodem quo Bernaldus errore captus.*

Ex omnibus epistolis magna opinionum dissensio elucet, quae fortasse explicari potest ex diversa ratione, qua scriptores educati fuerint. Alboinus aperte sententiam sequebatur, presbyteros, nisi sua sponte coelibatum suscepissent, ad continentiam observandam cogi non posse; Bernaldus coelibatum tamquam legem ordini sacerdotali ita impositam existimabat, ut clericorum matrimonium iam castitas non sit. Alboinus litte-

1) *Ita decretum est concilio Wintoniae Lanfranco praesidente habito a.* 1076; *Mansi t. XX, col.* 459. 2) *Pseudo-Udalrici epist., Libelli I, p.* 255. 3) *Ad a.* 1061. *et a.* 1083, *ubi decretum Alexandri II. pro sola Italia emanasse refert, SS. V, p.* 428. 430. 4) *Mariani Scotti Chron. ad a.* 1096 (1074), *ibid. p.* 560; *hoc decreto capitula* 7. *et* 12. *epist. Siricii ad Himer. conglutinata sunt.*

rarum profanarum haud rudis fuit, Terentium, Vergilium, Horatium, Persium noverat, Ciceronem et Quintilianum allegat; quam ob rem nihil tam aegre tulit, quam opprobrium male tornatas esse epistolas ipsius, qui versus leoninos cudere scivit. Contra Bernaldus, qui in alia epistola se ab arte Horatii alienum profitebatur, totus litteris sacris deditus erat. Sane Alboinum Bernaldus quamvis adolescens disserendi facilitate et oratione emendata longe superabat; insuper artem callebat verbis benevolis minas involvendi, quibus amico anathema et mortem improvisam vaticinaretur.

Magis magisque in epistolis ingravescente ira obstupuerit quisquam, quod Alboinus lite deserta paucis denique verbis amicitiam restituendam adversario affert. At qui accuratius viderint ex epistolis ipsis causas eruere possunt neque est cur fingatur Alboinum rebus postea gestis permotum esse.

Certo tenendum est Alboinum sententias suas non revocasse. 'Utcumque res se habeat' amicitiam Bernaldi servari pluris facit quam contentionem diuturnam atque infructuosam continuari. Sane commemoratio quoque infortunii, quod in episcopum Spirensem irruerat, moverit Alboinum, quem amicus Bernaldus monet, ut tandem disputare desinat, ne in Gregorii VII. anathema incidat, cum iam tunc a plerisque dux ac princeps clericorum putetur, qui legi continentiae adversentur. Qua re Alboinus certe nihil magis perhorruit, cuius mens pronior erat ad pacem reconciliandam quam ad bellum inferendum. Atque etiam in epistola reconciliationis gratia scripta aliquid indicii subest, Alboinum presbyteros coniugatos non tam sua sponte quam alius cuiusdam impulsu defendendos suscepisse. Nam de tota controversia se decessurum esse ait, si non seniori[1] suo obsequi deberet. Qui nemo fuisse videtur, nisi senior ille, quem expeditionem aliquam apparasse in primo responso commemorat. Tum denique non est praetermittendum Alboini argumentationem debilitate quadam laborare; non enim fortiter refellere audet interpretationem, quam canoni 3. concilii Nicaeni Bernaldus supposuerat, cui tantum crimini dat, quod supra modum capite illo haereat[2].

Quae postquam dixi de epistolarum rebus, addam genetivum pronominis possessivi ab Alboino eodem modo, quo a Bernaldo usurpari.

De Alboino ipso nihil compertum habemus, nisi eum presbyterum et Bernaldo provectiorem annis fuisse. Bernardi[4] collegam Anonymus Mellicensis eum appellat, qui quamvis continuo Bernardum cum Bernaldo confundat, haud scio an vere retulerit Alboinum in scholis regendis Bernardi collegam fuisse. Porro ex epistola IV, ubi de suis compatriotis loquitur, effici potest, eum non eiusdem cum Bernaldo gentis[3] fuisse.

Teste Flacio Illyrico[5] Alboini in fragmentis Aventini mentio fit. Iam restat, ut dicam, quibus annis singulae epistolae scriptae fuerint.

Epistola I. anno 1074. *potius quam* 1075. *tribuenda est, cum epistola II. anno* 1075. *scripta sit non admodum magno spatio, ut videtur, huius anni effluxo. In hac enim epistola Alboinus expeditione aliqua, quam senior eius apparaverit, se excusat, quod non prius responderit. Qua expeditione significavit bellum Saxonicum, quod ineunte anno* 1075. *inceptum Bernaldus in chronico ad hunc annum commemorat. Eiusdem anni epistola III. fuit. Illa autem 'nimis ac nimis temeraria nostri temporis sententia' in epistola IV. nihil aliud esse potest, nisi decretum, quod synodus quadragesimalis a.* 1075. *statuerat. Inde colligitur epistolam hanc post diem* 28. *mensis Februarii a.* 1075. *conscriptam, certe a.* 1076. *posteriorem non fuisse. Nam epistolam V. a.* 1076. *scriptam ipse Bernaldus testatur, quam mox opinor epistola VI. secuta est.*

1) *Voce 'creatura' in epist. VI. p.* 27, *quin magistratus indicatus sit, non dubium est.* 2) *Epist. II, p.* 12. 3) *Alboinum aeque ac Bernardum Saxonem fuisse suspicari licebit.* 4) *In codice vero Graecensi nr.* 975, *saec. XII ex. 'Bernaldus' legitur.* 5) *Catal. test. verit. (Basileae* 1556*) p.* 662.

Primus has litteras ex codice ms. cathedralis Ratisbonensis bibliothecae edidit I. Gretser, Opp. t. VI (Ratisbonae 1735), p. 37 sqq., atque iterum Ussermann, Germaniae sacrae prodromus, t. II, p. 237 sqq.

Codicem ipse adhibui Schlettstadensem (3) et recensionem Gretserianam (G).

BERNALDI[a] PRESBITERI ADVERSUS QUENDAM ALBOINUM PRESBITERUM[1].

[EPISTOLA[b] I.]

Incipit utilis altercatio duorum[c] super quodam capitulo de incontinentia sacerdotum.

Domno ac venerando sacerdoti A[lboino] scientia et moribus adornato B[ernaldus] bonum indeficiens, quod est Christus. cf. Eccli. 24, 6

Cum proxime simul essemus et verba de canonum sanctionibus ad invicem conferremus, aliquantulum de capitulis[d] Niceni concilii dissensimus. Cum enim inter nos, ut recolis, de prohibenda[e] sacerdotum incontinentia sermo consereretur, quae in tercio eiusdem concilii capitulo[2] adeo prohibetur, ne saltem clerici debeant habitare[f] cum feminis nulla consanguinitate propinquis: tu quoddam aliud capitulum[3] ex ecclesiastica historia, quae dicitur Tripartita, protulisti, quod quendam Pafnutium testatur in eodem concilio surrexisse, et a cuncta[g] synodo sacerdotibus, ut dormirent cum uxoribus suis, licentiam impetrasse. Insuper etiam idem ipsum capitulis Niceni concilii minus considerate annumerasti. Unde non parum doleo de te, tantae indolis viro, in sacris literis tam erudito, quod hoc unquam excellentissimo concilio iuxta sanctum Gregorium[4] aeque ut euangelium venerando assignare non dubitasti; quod nec ultimum, immo nullum inter canonica capitula habet locum, videlicet quod apostolicae et euangelicae adversatur doctrinae. Nam ipse princeps apostolorum in epistola sua etiam laicis precipit, ut parcant uxoribus suis, ne impediantur orationes earum. Cui et ipsum vas electionis Paulus concordat dicens: *Abstinete vos ad tempus, ut vacetis orationi.* Si igitur laici die, qua[h] volunt orare, prohibentur ab opere coniugali, liquido consequitur, ut sacerdotes, quibus cotidianum est officium orandi vel sacrificandi vel baptizandi, nunquam a die ordinationis suae coniugibus suis debeant commisceri. 1. Petr. 3, 7. cf. 1. Cor. 7, 5.

Hanc autem continentiam ab ipsis apostolis sacerdotibus et levitis esse indictam, testatur Aurelius Carthaginiensis[i] archiepiscopus in concilio generali CCXVII patrum, cui egregius doctor Augustinus interfuit, vere ipsius sacrae scripturae armarium. Deliberat enim predictus archiepiscopus ita dicens[5]: *Placet, ut sacerdotes et levitae, vel qui sacramentis divinis inserviunt, continentes sint in omnibus, quo possint simpliciter, quod a Deo postulant, impetrare, ut, quod apostoli docuerunt et ipsa servavit antiquitas, nos quoque custodiamus.* Quod constitutum a legatis apostolicae sedis, Faustino venerabili episcopo, et ab omnibus episcopis unanimiter cum subscriptionibus est confirmatum[6].

Item ipsa Veritas affirmat in euangelio dicens: *Amen, dico vobis, nisi abundaverit iusticia vestra plus quam scribarum et Phariseorum, non intrabitis in regnum* Matth. 5, 20.

a) Bernaldi — presbyterum *desunt G.* b) Ep. I. *et porro des. c.* c) duorum *erasum* 3. d) capitulo *G.* e) *litera* a *super rasura* 3. f) *in margine cod. suppl.* g) tota *G.* h) quo *G.* i) i *secundum eadem manu superscr. c.*

1) *Neque huius neque aliarum inscriptionum Bernaldus auctor est.* 2) *Mansi, Conc. Coll. t. I, col.* 679. *Quae Bernaldus in hisce literis ex concilio Nicaeno disserit cum iudicio synodali a.* 1074. *bene congruunt, quo Gregorius VII. clericos cum uxoribus habitare vetuit, sed de missis eorum nihil statuit.* 3) *Cassiodori Hist. eccl. tripart. l. II, c.* 14, *Opp. t. I, ed. Garetius p.* 230; *cf. Pseudo-Udalrici epist., Lib. I, p.* 256. 4) *Lib. I, ep.* 25, *ed. Ewald I, p.* 36; *Jaffé nr.* 1092. 5) *Conc. Carthagin. a.* 419, *c.* 3 *ex interpret. Dionys., Mansi t. III, col.* 710. 6) *Conc. cit. c.* 4.

caelorum. Iusticia autem veterum erat[1], ut eorum[a] sacerdotes anno vicis suae, dum nondum vera, sed[b] etiam adumbratica tantum sacrificia celebrarent, non solum ad uxores, sed et ad domos suas venire penitus vitarent. Hanc igitur veterum iusticiam quicumque ex modernis sacerdotibus non dico superare, sed saltem imitari contendit, nunquam post ordinationem suam ad coniugale opus redibit, cum nulla dies pretereat, qua a sacerdotali officio vacare debeat. Amplius, sancta et veneranda synodus Nicena, cui predictum capitulum assignasti, in tercio capite penitus[2] prohibet clericis etiam cohabitationem feminarum, nisi consanguinitate proximarum: illud autem tuum nec prohibet concubitum. Quicumque igitur tuo capitulo consentit, a predicto concilio dissentit. Unde et damnatus est anathemate, quo sanctus Gregorius in synodica sua[3] omnes a Nicena sinodo dissentientes damnavit.

Si autem fortasse negas eandem synodum prohibuisse clericis habitare cum feminis, antiqua et autentica perscrutare exemplaria, quae idem concilium in XX capitulis cum CCCXVIII patrum subscriptione continent roboratum: quod etiam in eodem numero capitulorum a sanctissimis episcopis Cirillo Alexandrino[c], et Attico Constantinopolitano ad predictum presulem Aurelium et reliquos Africae episcopos[4] legitur esse transmissum. Ipsa etiam Tripartita hystoria, quam nimium venerari videris, XX capitula in predicta synodo testatur esse constituta. In his, inquam, exemplaribus, si legere dignaris[d], predictum invenies concilium in tercio capite clericis non modo coitum, sed etiam[e] cohabitationem per omnia interdicere cum feminis. Preterea Syricius[5] papa in decretis suis, beatus Iheronimus in epistola [sua[f]] ad Oceanum[6], et in aecclesiastica Eusebii historia[7], sanctus etiam Gregorius[8] Romano defensori scribens, et alii quamplures predictum capitulum in Nicena synodo probant esse statutum. Ergo illud tuum, cum isti maxime sit contrarium, anathema nullatenus evadet Gregorianum. Ipse enim doctor apostolicus omnia canonibus adversa in synodo generali sub anathemate fecit damnari, ita scribens Syagrio Augustudunensi[g] episcopo[9]: *Omnia*, inquit, *quae sanctis canonibus, sicut prediximus, sunt adversa, districte sub anathematis interpositione damnentur, id est, ut nullus pro adipiscendis ecclesiasticis ordinibus dare aliquod commodum presumat, vel pro datis accipere; neque ex laico habitu quisquam repente audeat*[h] *ad locum sacri regiminis pervenire. Neque ut aliae mulieres cum sacerdotibus habitent, nisi hae*[i] *quae sacris*[k] *canonibus sunt permissae.*

Sed forsitan asseris ad tuam partem defendendam, Nicenum concilium iuxta assertionem magni Athanasii presulis Alexandrini et Marci papae etiam in LXX capitulis constare. Ex quibus quia[l] nos tantum XX in usu habemus, illud tuum reliquis apud[m] nos inusitatis annumerare[n] conaris, sed frustra. Ego nempe assertionem sanctorum patrum de LXX capitulis nec volo, nec possum negare: nunquam tamen adeo ero insipiens, Deo miserante, ut ipsos venerabiles CCCXVIII patres unquam aliquid sibi,

a) *deest G.* b) sed umbrat. *G.* c) Alexandro *G.* d) digneris *G.* e) et *G.* f) *deest* 3. g) Augustod. *G.* h) accedat *G.* i) hae *deest* 3. k) ut praedictum est *add. Greg.* l) quod *G.* m) ap. vos usit. *G.* n) *ex* adnum. *corr.* 3. *semper.*

1) *Haec ex epistola Siricii ad Himerium, c.* 7 *deprompta sunt.* 2) *Male interpretatur Bernaldus. V. J. v. Hefele, 'Conciliengeschichte' ed. altera t. II, p.* 380. 3) *Quae supra p.* 7. *allegata est.* 4) *In concilio a.* 419. *congregatos; collectio Hispana inter acta concilii Carthaginensis VI. versionem Attici XX canonum Nicaenorum a Bernaldo allegatam perhibet, Hinschius p.* 312; *cf. Maassen, 'Gesch. d. Quellen'* § 155. 5) *Epist. ad Himerium c.* 12, *Hinsch. p.* 522. 6) *In genuina nihil tale reperitur, sed in spuria ad Ocean. epistola legitur: feminarum cum clericis nullo pacto coniuncta praecipitur conversatio, Opp. ed. Vallarsius, Veronae* 1734, *t. XI, col.* 272; *cf. Manegold. c.* 22, *Lib. I, p.* 351. 7) *Rufini Hist. eccl. t. X, c.* 6. 8) *Lib. IX, ep.* 60; *Opp. II, col.* 977; *Jaffé nr.* 1636. 9) *Lib. IX, ep.* 106; *Opp. II, col.* 1010; *Jaffé nr.* 1747.

vel apostolicae doctrinae contrarium suspicer constituisse. Immo omnia eorum vel apostolorum sententiis repugnantia non dubito damnasse. Quis enim sani capitis duo simul observari constitueret, quorum unum observatum aliud observari prohiberet? Si enim iuxta tuum caput sacerdotes singulis noctibus cum suis uxoribus licite[a] dormiunt, quomodo, ne in una domo habitent, observabunt[b]? videlicet, si in uno lecto iacebunt, quomodo nec in una domo manebunt?

Sed nec hoc transibo, quod tuae parti maxime putas suffragari, quippe quia[c] legitur in[d] quadam epistola sancti Gregorii[1], quod ipse diacones[e] Siciliae ad continentiam non coegisset, illos, inquam, tantum, quos iam ante triennium nova prohibitio incontinentiae coniugatos invenit. Nunquid tamen sanctus Gregorius alicubi in eadem epistola predictis concessit diaconibus, ut officium suum exercerent, si se iuxta tuum caput continere nollent? Non[2] utique. Novit enim, quod nec laicis quidem, nisi post triduanam continentiam, divina concedantur sacramenta, cum et ipse David, quem Dominus secundum cor suum elegit, panes propositionis non accepisset, priusquam a sacerdote percunctatus se triduo continuisse respondisset. 1. Reg. 21,5. Quomodo igitur incontinentibus diaconibus ministerium suum exercere permitteretur, qui iuxta decreta sanctorum patrum cum ipsis sacerdotibus ad divina sacramenta conficienda, percipienda vel saltem tractanda non intermisse, sed cotidie debent parati esse? Preterea idem apostolicus[3] scribens ad Leonem episcopum Catinensem[f], hoc etiam subdiaconibus esse statutum[g] a predecessore suo testatur, ut qui eo tempore essent coniugati, unum e[h] duobus eligerent, id est, aut se ab uxoribus abstinerent, aut certe nullatenus ministrare presumerent. Diligenter etiam attendas sanctum Gregorium[4] ad tempus tantum a diaconibus Siciliae continentiam non exegisse. Nam in eadem ipsa epistola deliberavit, ut nullus episcoporum deinceps aliquem diaconem ordinare presumeret, nisi qui se caste victurum promisisset, nec predictorum etiam diaconorum aliquis ad sacrum ordinem perveniret qui se post prohibitionem tunc ante triennium factam ab uxore non continuisset. Quapropter manifestum est eundem apostolicum diacones tantum illius temporis et loci ad continentiam non compulisse, quam tamen deinceps ab omnibus, qui diacones vellent fieri, per professionem statuit exigi. Quantum autem hoc tuae parti adversetur, mecum tua caritas considerare[i] non gravetur. Tuum enim caput omnibus, etiam episcopis, cuiusque temporis coniugale opus frequentare permittit, quod sanctus Gregorius vix in quibusdam diaconibus ad tempus toleravit, nec tamen sine poena: nam spem promotionis penitus ademit eisdem. Incontinentiam denique concedis sacerdotibus, immo episcopis, propter quam predictus doctor spem superioris gradus intercludit diaconibus. Videlicet episcopi iuxta tuum caput cum uxoribus suis dormientes abrenunciabunt castitati, quam ipse etiam ab omnibus, qui deinceps vellent fieri diacones, per professionem precepit exigi. Cum ergo[k] in tantum sanctus Gregorius tuo adversetur capitulo etiam in hac causa, ubi non parum rigorem canonum mitigavit, et ubi quaedam tantum eo tempore toleranda dissimulavit, patet etiam idiotis, in quantum tua pars impugnetur, immo damnetur a generalibus statutis eiusdem patris, quae ipse iuxta districtionem canonum non tantum ad tempus, sed omni tempore deinceps ob-

a) licite *post* sacerdotes *G.* b) observabitur *G.* c) quod *G.* d) in epistolis *G.* e) *Gretser p. 38. adnotat in margine cod. Ratisbon. haec verba adiecta esse:* Nota quod in emendatioribus exemplaribus non diacones, sed subdiacones leguntur. *Quod verum est.* f) Catinensium *G.* g) constit. *G.* h) de *G.* i) *in margine c.* k) Cum in t. e. *G.*

1) *Lib. I, ep. 44, ed. Ewald I, p. 67; Jaffé nr. 1112.* 2) *Immo respondendum est, revera Gregorium I. subdiaconibus iam uxoratis hoc concessisse, 'ne deterius cadant', ac tantummodo si a suis uxoribus continere noluerint, quominus ad sacrum ordinem promoveantur, prohibuisse.* 3) *Lib. IV, ep. 36; Opp. II, col. 716; Jaffé nr. 1306.* 4) *In epist. supra n. 1. citata.*

servanda promulgavit, in quibus etiam cohabitationem cum feminis sub anathematis interpositione[a], ut predixi, sacerdotibus fecit prohiberi.

Sed adhuc forsitan, ut aliquantulum tuae parti videaris suffragari, etiam in huius temporis diaconibus, ut in predictis, incontinentiam contendis esse tolerandam: sed frustra. Consequeretur enim, ut coniugium in quarta generatione etiam modo tolera- retur: quod idem doctor apostolicus[1] Anglis noviter conversis ad tempus se concessisse profitetur. Si enim hoc tempore alterutrum horum esset tolerabile, potius tale coniugium modo esset sufferendum, quod saltem aliquando licenter legitur concessum, quam incontinentia diaconorum, quae nusquam ibi concessa, sed vix in paucis, ad tempus, non tamen sine subsequente vindicta, ut predixi, legitur esse dissimulata. Ergo cum tale coniugium modo nullatenus in aliquo, quantumvis ad continentiam infirmo, sit tolerandum, multominus hoc tempore diaconorum incontinentia alicubi est sufferenda. Ex his igitur[b] rationibus tu ipse colligas, quid de sacerdotali fastigio censere debeas.

Sed non iam diutius in exquirendis rationibus demorabor, cum quaelibet una predictarum satis indubitanter tuum destruat capitulum: quod non ex aliquo libro a sanctis patribus canonizato, sed ex Tripartita assumptum est hystoria; quae quamvis non parum nobis ad noticiam rerum gestarum sit utilis, nunquam tamen efficiet, ut aliquid ei credam, quod sacrae scripturae statutisque sanctorum patrum, immo Spiritui sancto, horum omnium[c] auctori deprehendam adversari. Beatus nempe Gelasius[2] papa scripturarum indagator solertissimus in decretis suis, ubi cum eruditissimis LXX episcopis diversorum auctorum tam Grecorum quam Latinorum libros examinavit, et ubi[c] diligenter, qui eorum essent recipiendi vel renuendi, deliberavit, nusquam eandem historiam iam dudum a tribus Grecis compositam recipiendis annumeravit scripturis, sed ipsam in hoc tuo capitulo respuendam esse monstravit[3], quippe venerabiliter suscipiendo sanctorum patrum decreta eidem capitulo penitus, ut[d] predictum est, contraria.

Fortassis autem contendis predictae historiae ideo per omnia credendum esse, quia[e] Cassiodorus ex senatore monachus, vir in divinis et humanis literis eruditus[f], ordinavit eandem. Sed huius viri persona, quantumvis veneranda, non poterit annullare canonicas sanctorum patrum institutiones, quas, ut predixi, nullatenus observare valemus, si pro eius reverentia ipsum tuum caput adimplemus. Non autem mireris ipsius historiam in aliquibus esse respuendam, cum historia Eusebii, quam sanctus Iheronimus[4] de Greco in Latinum transtulit[g], vix in predictis decretis Gelasii papae obtineat, ne omnino renuatur[5], licet multum utilitatis in ea reperiatur. Sancti videlicet viri[h] multa ad nostram eruditionem utilia non solum transtulerunt, sed etiam ex eorum propria persona conscripserunt, quorum aliqua[h] et ipsi postmodum iudicaverunt respuenda. Huius rei satis evidens testimonium sanctus Augustinus affert nobis in libro Retractationum, ubi pene ex singulis libris, quos ipse composuit, non pauca ipsemet renuenda censuit. Hoc enim donum proprie sapientibus adeo est attributum, ut nec in suis, nedum in aliorum libris defendere velint, si quid in eis catholicae veritati contrarium invenerint. Idem etiam Augustinus[6] scribens ad sanctum Iheronimum se ipsius et quorumlibet sanctorum scripta ita legere testatur, ut tamen nullatenus recipiat, si quid ibi apertae veritati contrarium reperiat. Hac igitur consideratione historia Cas-

a) impositione *G.* b) ergo *G.* c) *deest G.* d) eidem cap., ut diximus, pen. contraria *G.* e) quod *G.* f) eruditissimus *G.* g) convertit *G.* h) *superscr.* 3.

1) *Lib. XI, ep.* 64. *ambiguae fidei, Opp. II, col.* 1154; *Jaffé nr.* 1843. 2) *Epist.* 42, *seu Decretalis de recipiendis et non recipiendis libris ed. Thiel, Epist. Roman. pontif. genuinae I, p.* 454 *sqq.* 3) *Minime; historia quidem Eusebii Pamphili apocrypha inter libros non recipiendos affertur; de Sozomeni, Socratis, Theodoreti continuationibus in epistola illa nihil legitur. S.* 4) *Immo Rufinus. GRETSER.* 5) *Thiel p.* 461. 6) *Ep.* 40, § 9; *Opp. t. II, col.* 86.

siodori est legenda, quam non tamen[a] ipse ex sua persona composuit, sed iam dudum a tribus Grecis non adeo notis compositam ordinavit, et quilibet horum trium proprium opus assignavit. Unde non tam sibi, quam auctoribus eiusdem historiae est imputandum, quod in ea invenitur aliquid[b] reprobandum. Aut forsan Epifanius nescio quis scolasticus, cum eandem de Greco in Latinum verteret, non fideliter[1] Latinis literis commendavit, quod tamen probabiliter in Greco scriptum invenit. Utrum autem ex hac, an ex alia qualibet causa eadem historia canonicae veritati non parum inveniatur refragari, tuo iudicio derelinquendum[c] estimo. Cum igitur predictum tuum caput omni[d] auctoritate destitutum, decretis sanctorum patrum et euangelicis atque apostolicis scripturis, immo Spiritui sancto, cuius instinctu haec omnia procul dubio sunt deprompta, certissime probatum sit repugnare, quid aliud restat, nisi ut Gregoriano anathemate feriatur, quicumque illud deinceps contra canonicas sanctiones defendere conatur? Cesset itaque fraternitas tua illud posthaec sacratissimis Niceni concilii capitulis annumerare, vel etiam alicuius momenti estimare: ne si illud pro autentico receperis, Spiritui sancto, ut predictum est, repugnare iudiceris, quod peccatum nec hic, nec in futuro seculo esse dimittendum[e] euangelica veritas testatur. Matth. 12, 32.

[EPISTOLA II.]

Contumeliosa rescriptio pro superiori kapitulo.

B[ernaldo] contra legem[f] superiorem molam absque inferiore foeneranti[g] A[lboinus] non ambidextrum Ahot tam improviso quasi inter[2] oscitantes posse opprimi[3]. Ind. 3, 15.

Inter dumosa tui cornu petentis[4] tyronis divortia mihi quasi tremulo pede vix iter[h] palpanti[h], immo etiam milleformis Prothei variantes[b] species prepeti manu rapienti[i], impediente variarum rerum instantia, heu neque locus, neque tempus datur tibi vel ad pauca pro libitu respondendi. Hinc urget enimvero quaedam nostrorum confratrum antiquitus instituta orandi conditio[5]; illinc instat nostri senioris[6] in expeditionem eundi ornatio[k]: cuius[l] comitatu, ac si iniquae mentis asellus[7], licet mille stimulis agitatus, vix ac vix enatavi, quod tibi in aurem susurro, non sine[b] magno[m] mei periculo. Inter haec omnia, veluti ne dedignando preterire videar tui dicta, operam dare volo respondere tibi vel ad aliqua.

Me, uti tuis literis notatum esse percipio, canonicis institutionibus decretisve in aliquo reclamasse nullatenus consentio. Sed hoc nunquam me confessum fuisse erubesco, et adhuc confiteri non recuso, omnique asstipulatione firmando firmatum iri desidero, nondum lege prohibitum[8] primo aditu austeritate legis esse prohibendum vindicandumve, sed parvulum magis lacte, quam solido cibo enutriendum. Ad hoc procul

a) tantum *G.* b) *deest G.* c) reliqu. *G.* d) omnium *G.* e) dim. constat *G.* f) librum *G.* g) fęnoranti 3. h) itus *G.* i) rapientis *G.* k) *ex* ornatio *corr.* ordinatio 3. l) cui *G.* m) *ex* magni *corr.* 3.

1) *Ex collata versione cum Graeco originali fidelis interpres reperitur Epiphanius hic scholasticus Cassiodori amicus, qui plures eius versiones operibus suis inseruit. USS.* 2) *Terent. Andr. I, 2, 10.* 3) *Huius salutationis sensus esse videtur: Bernaldo qui Alboinum quasi inter duos molae lapides contritum iri speraverat, Alboinus qui inferiorem lapidem subtrahens se non tam facile opprimi sinit.* 4) *Cf. Vergil. Ecl. 3, 87.* 5) *Inde Alboinum fuisse canonicum, Usserm. opinatur p. 240.* 6) *Ottonem episcopum Constantiensem intellegi haud inepte conicit Usserm. l. l. Quamvis igitur Bernaldus et Alboinus in eadem diocesi vel in ipsa civitate Constantiensi morarentur, tamen fieri potuit, ut tractatus forma literarum compositos inter se communicarent, quod E. Strelau negare videtur, p. 37.* 7) *Horat. Sat. l. I, 9, 20.* 8) *Hoc loco Alboinum incuria quadam vocem 'non' omisisse ex contextu et p. 13. patet.*

dubio tendit theologus Gregorius[1]: hoc etiam probat ipse, etsi luscus[2], deividus[a] Pafnutius, qui ambo, velis nolis, condescendunt nostris infirmitatibus. Nam isto de ante consecrationem usurpatis nondum in tantum, ut opinor, tuo tercio capite — quo tu quidem urbanae frontis obstinataeque mentis supra modum heres — canonizato, sive propter quosdam infirmos ante synodum iugalibus alligatos, quae res per tunc temporis non tanti sceleris, uti nunc esse perhibetur, sive propter quosdam hereticos legitimas nuptias anathematizantes cautius agente; illo autem inter canonice tradita, sed non canonice
cf. Apoc. 4,6. prohibita, misericordius mediante: uterque[b] quasi geminum par intus ac foris, ante et retro oculatus nulla caret ratione. Anne etiam te, mi frater, non pudet[3], tuam controversiam in hoc defendisse, a sancto Gregorio Sicilianos diacones suspensos ab officio quasi pro quadam poena fuisse; cum constet illum eosdem cum uxoribus post prohibitionem ante triennium factam caste cohabitare, dignae remunerationi asscripsisse? Eo autem tuo rite probato eris, eris[c] mihi magnus Apollo[4]. Quae autem convenientia, quaeve ratio, Tripartitam historiam propter Eusebii scripta vix a Gelasio autenticis approbata, neque ab eodem Gelasio, neque ab aliquo doctorum repudiatam, triumque tum secularibus tum ecclesiasticis probabili testimonio affirmatam, post tot secula a nobis esse refutandam? Nuge! Aut fabulam te narrasse putas surdo[5], aut quaeris nodum in cirpo[d. 6]. Quid plura, si tu ita in nos nostrosque confratres, multo tibi et mihi
cf. Prov. 30, 32. meliores, pergis perplexa loqui? Sed ponam digitum ori, ne plus, quam deceat presbyterum, arguar progredi. De cetero, uti coactus tui ipsius incitamento, te aggrediar nudis verbis. Ut quid pudibunda patris Noe denudare non pavescis, cum certum sit te de eodem secundum tui[e] ipsius sectam peccato esse progenitum[7]? Qua ratione quove modo tu ipse peccatum in alio vis damnare peccatum? Cave, ut tibi sermonem faciam iuxta Salomonem:

Ante suum tempus nimis exaltata iuventus
Ne male labatur, pede desursum retrahatur.

[EPISTOLA III.]

Superiorum contumeliarum[f] inrefragabilis depulsio, et predicti capituli proscriptio.

2. Reg. 4, 5–7. Domno A[lboino] sacerdoti, non ut Hisboseth fraudolenter impetito, sed ab Husai
2. Reg. 17,7. de Achitofelis perfidia fideliter premonito B[ernaldus], etiam improperanti caritatem
2. Cor. 5, 21. offerre paratus, ab eo benedici, qui non solum maledici, sed etiam pro nobis voluit peccatum fieri.

Multum miror de tua fraternitate, quod mihi tam perturbato rescripsisti animo, cum nihil in literis meis invenisses, quod in literis, nescio si in tuis, aliqua ratione dignum tua offensione probasses. Non enim invitus nec verecundus tam erudito precipue et amico cederem, si a te rationabiliter saltem aliquatenus a vero deviasse monstrarer. Sed Deus est testis conscientiae meae, rationes meas nullatenus a vestigiis

a) deivideus *G.* b) utrumque *G.* c) *deest G.* d) scirpo *G.* e) tuam *G.* f) controversiarum *G.*

1) *Qui in oratione XL. (Opp. ed. I. Billius, Paris.* 1630. *t. I, col.* 656*) aetatis suae clericorum alios caelibes fuisse, alios cum uxoribus iunctos vixisse docet, et ipse quamvis presbyter ordinatus filios genuisse probatur.* 2) *Rufinus l. X, c.* 4. 3) *Alboinus, ni fallor, diacones (subdiacones), qui a toro abstinebant, non prohibitioni Pelagii satisfecisse demonstrat, sed proposito meliore, quod laude dignum fuerit, hoc elegisse, unde sanctus Gregorius eos, qui non abstinebant, poena dignos iudicare minime potuerit.* 4) *Hor. Sat. l. II,* 5, 60. 5) *Terent. Heautontim. II,* 1, 10. 6) *Terent. Andr. V,* 4, 38. 7) *Videtur Bernaldo obiicere natales illegitimos et quidem ex clerico, cui is sat modeste in sequentibus respondet. USS.*

sanctorum patrum exorbitasse, videlicet ut non tam meae, quam illorum sint iudicandae. Quapropter sine causa contra me videris commotus esse, cum epistola mea tibi tantum sententias sanctorum patrum caritative describat, quae non dico tuum, sed potius nescio cuius Sozomeni capitulum[1] anathematizant[a]. Deberes enim, ut opinor, potius grates referre, quam indignari, quod te de cavendo anathemate ut amicum premonui, ne, si Sozomeni capitulum reciperes, te ipsum sub Gregoriano anathemate posuisses. Ipse enim doctor apostolicus[2], immo per ipsum Spiritus sanctus, omnes a Nicena synodo dissentientes, et omnia sacris canonibus adversa in synodo generali sub anathemate fecit damnari. Predictum autem Sozomeni caput et omnes illud recipientes sacratissimo canoni adversantur, quem beatus papa Siricius[3], sanctus quoque Gregorius, beatus etiam Iheronymus, et alii innumerabiles sancti probant in excellentissimo statutum esse concilio, aeque ut euangelium venerando. Videat igitur caritas tua, quam periculoso anathemate plectantur, quicumque Sozomeni capitulo adstipulari conantur. De hoc itaque periculo fraternitatem tuam diligenter premonere curavi, pro quo te non offendere, sed magis, si offensus esses, placare putavi. Sed eheu[b]! res, ut opinor, in contrarium devenit. Literae enim tuae, si tamen tuae erant tam male tornatae[4], te et amicam admonitionem sprevisse, et insuper contumeliosa respondisse denotant, nec tamen aliquid me tibi scripsisse dignum contumelia aliquatenus probant. Qua de re nondum censui credendum esse te, meum videlicet amicum, in[c] sacra scriptura tam eruditum, unquam mihi talem rescripsisse epistolam, quae et me, licet nulla ratione convictum, blasphemaret, nec tamen tuam partem saltim aliquo modo iuvaret. Quam satis evidenter, qua invectione digna esset, monstrarem, si non eam a tali amico mihi transmissam accepissem. Quis enim videre non valeat, quam neglegenter ipsa tuae voluntati cum suis obscuris ambagibus deserviat, cum eadem tuam intentionem non solummodo nihil iuvet, sed etiam prorsus impugnet? Indicat enim te nullatenus sanctorum patrum decreta respuisse: unde cum veritas affirmet, *qui non est mecum, contra me est,* et te eadem recepisse, et per eadem te Sozomeni caput probavit anathematizasse. Matth. 12, 30.

Preterea multiplicibus verbis confirmat ipsa rem nondum lege prohibitam austeritate[d] legis esse vindicandam[5]; cum potius tuae parti convenisset, si in nondum lege prohibitis non austeritatem legis, sed lenitatem exercendam esse[c] dixisset. Quod saltim tuam partem non adeo impugnaret, licet eam nihil penitus adiuvaret[e], cum res, in qua predictum caput legem non dico mitigare, sed prorsus annullare conatur etiam ante CC annos et eo amplius in generali synodo legaliter sub anathemate interdicta legatur.

Ipsa etiam epistola sanctum mihi Pafnutium laudat, ut sub persona tanti viri aliquid mihi[c] persuadeat[f], quod a veritate dissentiat: sed frustra. Ipsum nempe et ego laudo, quem stigmata[6] Iesu in corpore suo portasse libenter credo: nunquam tamen adeo desipiam, ut pro[g] eius reverentia personae aliquid recipiam, quod sacrae scripturae, immo Spiritui sancto sit contrarium, ut de Sozomeni capitulo inrefragabiliter est probatum. Quod ipsum Sozomenum de beato Pafnutio iam dudum defuncto potius credam[h] finxisse[7], quam in derogationem sanctitatis predicti confessoris suspicari presumam ipsum talem protulisse blasphemiam. Hoc est enim satis vulgare in libris nunquam canonizatis, ut cum nenias suas omnibus incredibiles efficere velint

a) anathematizabant *G.* b) heu, heu *G.* c) *desunt G.* d) *ex* austeritatem *corr.* 3. e) adiici valet *G.* f) persuadet 3. g) ut prius rev. *G.* h) credo *G.*

1) *Sozomeni hist. eccl. l. I, c.* 23, *ed. H. Valesius Cantabrigiae* 1720, *p.* 41. 2) *V. p.* 8. 3) *Ibid.* 4) *Hor. Ars poet. v.* 441. 5) *V. p.* 11, *n.* 8. 6) *Cassiodori Hist. trip. l. II, c.* 1. 7) *At vera esse quae Sozomenus et Socrates de Paphnutio scripserunt probat I. v. Hefele II, p.* 433.

saltim verisimiles, asscribant[a] eas personis indubitatae sanctitatis, ut sub earum sanctitate eorum recipiantur neniae: sed incassum. Quanto enim minus de earundem personarum sanctitate dubitamus, tanto magis nenias iisdem asscriptas, canonicis institutionibus contrarias, credimus esse falsas.

Transeo autem ipsius epistolae coniecturas, in quibus, qua occasione predictum caput sit confictum, satis caute dubitatur. Quamvis nihil intersit invenisse, cur sit conscriptum, cum idem ipsum sacrae scripturae adversari certissime sit probatum.

Quantum vero ipsa epistola deviet a veritate in diaconibus Siciliae, ex scriptis beati Gregorii poteris colligere, a quibus me in rationibus meis nullatenus deviasse iudicabit quicumque easdem et scripta beati Gregorii fideliter consideravit[b]: nec dicet me dixisse, quod sanctus Gregorius incontinentiam diaconorum Siciliae per suspensionem officii, sed per prohibitionem superioris gradus vindicasset: nec dicet sanctum Gregorium ibi eisdem diaconibus concessisse, ut altari ministrare deberent, si se non continerent. Idem etiam videre poterit sanctum Gregorium continentes Siciliae diacones pro continentia, non pro feminarum cohabitatione laudandos pronunciasse.

Quod autem deinceps literae a te mihi transmissae de Tripartita fingant historia, nec ipsae videntur explicasse; in qua nullatenus aliquid repudiandum esse censui, nisi quod a sanctis patribus anathematizatum recipere non presumpsi.

Postea vero ipsae non aliqua ratione probant, sed tantum verbotenus pronunciant, me nescio quid contra sacerdotum ordinem protulisse, cum nec eaedem saltim contra te, ad quem specialiter scripsi, me aliquid reprobandum vel tua offensione dignum aliquatenus probent dixisse. Nunquid enim merito te vel illos offendit, si ego non meas, sed sanctorum[c] patrum rationes capitulum Sozomeni destruentes et sub anathemate damnantes fideliter collegi, teque ut amicum de cavendo anathemate premonui? Quid nempe contra te feci dignum blasphemia, si testimonio sanctorum patrum Ihero-nimi, Gregorii, Siricii et reliquorum de capitulis Niceni concilii potius credendum esse asserui, quam historiae cuiusdam[c] nescio cuius Sozomeni?

Sed cur earundem literarum denuo incudi reddendarum ambages prosequar ulterius, cum ipsae capitulum Sozomeni, quod non potuerunt ratione, iam conviciis nitantur defendere? Quae, inquam, convicia non mihi nocere, sed potius in caput ipsius scriptoris redundare leviter probassem, si non pro talis amici reverentia dimisissem. Ego nempe[d] patrem Noe semper habere desiderio, cuius pudenda cum iam dudum per paenitentiam sint annullata, denudare nec volo nec valeo. Quicunque enim illa post paenitentiam remansisse testatur[e], non Christianus, sed Novatianus esse iudicatur, cum
Ez. 33, 12. ipse Dominus per Ezechielem prophetam dicat: *Impietas impii non nocebit ei, in quacumque die conversus fuerit ab impietate sua.* Pudenda videlicet non Noe, sed Nikolai, Pauli Samosatheni episcopi Anthioceni, et reliquorum huiusmodi patrum denudavi, qui omnes unanimiter consenserunt anathematizato Sozomeni capitulo. Quippe Nikolaus,
cf. Apoc. 2, 6. in Apokalypsi heresiarches denotatus, suis condiaconibus etiam communes concessit uxores[1]. Paulus vero Samosathenus ne ipse de feminarum familiaritate a clericis suis accusaretur, eisdem faeminarum cohabitationem concessisse in aecclesiastica historia[2] perhibetur. Unde et ipsi pro aliis suis heresibus pro hac ipsa eorum usurpatione sub aeterno damnati sunt anathemate. Horum, inquam, pudenda et a te, et ab omnibus zelum Dei habentibus sunt detegenda, ne fraternae[3] mortis crimen incurratis, si idiotae pereant ipsorum perniciosissima deceptione, qui et aliorum pudenda per obstinatam defensionem effecerunt sibi propria.

a) eis adscr. eas personas *G.* b) considerabit *G.* c) *deest G.* d) quidem *G.* e) *quae sequuntur usque ad verba* si Pafnutius *in epistola IV, p.* 18. *ab alio librario scripta sunt.*

1) *Euseb. hist. eccl. (vers. Ruf.) l. III, c.* 29. 2) *Ibidem l. VII, c.* 25. 3) *His verbis inchoat epistola Widonis monachi, Libelli de lite I, p.* 5.

Deinde predictae literae catholicam veritatem sectam nominando blasphemant, filioque baptizato patris peccatum iam dudum et in ipso patre per paenitentiam annichilatum Pelagianae heresi favendo imputant. Quod quam impium, quam hereticum, quam detestandum esset estimare, facile monstrarem, si non pro respectu tuae caritatis dissimulandum potius quam ventilandum esse iudicarem. Ipse enim Spiritus sanctus per Ezechielem prophetam testatur dicens: *Filius non portabit iniquitatem patris;* qui et sub tremenda obtestatione prohibet, ne quis dentes filiorum pro[a] acerba uva a patribus comesta obstupescere dogmatizet. Non ego quippe dedignor cum ipso, quem Dominus secundum cor suum elegit, dicere: *Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, et in peccatis concepit me mater mea.* Nunquam tamen adeo meipsum, Deo miserante, impugnabo, ut de plena remissione peccatorum in baptismo contra fidem catholicam cum Pelagio diffidam. Nimium certe alium blasphemare conatur qui in eadem ipsa blasphemia catholicam fidem impugnare probatur.

Ez. 18, 20. ib. 2. Ps. 50, 7.

Parum etiam eaedem literae tuam partem iuverunt, cum contra Domini preceptum me per blasphemiam falso[b] peccatum nominaverunt; quae non dico te, sed omnem capitulum Sozomeni suscipientem vere servum esse peccati, non quidem[c] sponte, sed nutu divino coactae probaverunt. Iuxta euangelium enim quicumque peccat servus peccati extat. Predictae autem literae, cum sanctorum patrum statutis consentiendo eos, qui capitulum Sozomeni recipiunt, anathematizent, eosdem mortali peccato obligatos esse docent; ergo et eosdem vere servos esse peccati confirmant. Videsne igitur, quam parum ipsae predictos videantur honorasse, cum eaedem me, licet falso, peccatum nominantes et eos vere servos esse peccati monstrantes me quasi dominum eorundem habere vellent? Praeterea et ego, si pro tua caritate non dissimularem, veracia etiam nomina capitulum Sozomeni amplectentibus, non dico imponerem, sed antiquitus imposita proferre nossem, in quorum prolatione non ego propter mendacium et animam meam occiderem, et locum in stagno ignis ardentis promeruissem: sed ipsos pro eisdem nominibus et nunc anathematizatos, et postmodum aeterno igni, nisi resipiscerent, liquido probarem esse mancipandos. Non autem nimium eisdem literis indignari volo, quas in contumeliam suorum[d] potius, quam meam, falso me peccatum nominasse pro ipsa veritate percipio, quae iuxta apostolum etiam pro impiis facta est peccatum. Ipsa quippe in euangelio nobis dicit: *Beati estis, cum maledixerint vobis homines, et persecuti vos fuerint, et dixerint omne malum adversus vos mentientes, propter me* et[e] reliqua. Ergo et ego nec verum dicendo predictas literas, ut meruerunt, blasphemare volo. Novi enim, quam terribiliter Iudas apostolus silentium imponat blasphemantibus asserens, quod nec Michahel archangelus secum altercantem diabolum blasphemare fuerit ausus. Ipsum quoque vas electionis testatur: *Quoniam maledici regnum Dei non possidebunt.* David etiam in sua persona satis terribilem omnibus proponit conditionem: *Si reddidi,* inquit, *retribuentibus mihi mala, decidam merito ab inimicis meis inanis;* et reliqua[f] huiusmodi. Si igitur talis pena debetur etiam illi, qui pro bono malum reddenti malum retribuit, quid de illo iudicabitur, qui malum suo fratri, nil nisi bonum[g] promerenti, reddidisse convincitur? Incassum ergo eaedem literae mihi opponunt illud Salomonis[1]: *Iuvenem nimis alta petentem esse retrahendum;* cum hoc non mihi, sed illis sit dicendum, qui conculcatis ipsius sancti Spiritus preceptis se altos estimant, sequendo inanes, immo fictas hominum traditiones. Videat igitur fraternitas tua, quam parum, vel potius, quam nichil illa epistola tuo[h] providerit honori, quae et tuam partem, ut probatum est, impugnavit, et, quod peius est, te contra sacerdotale officium tuos amicos nichil a te nisi bonum promeritos falso blasphemasse

2. Cor. 5, 21. Matth. 5, 11. Iud. 9. 1. Cor. 6, 10. Ps. 7, 5.

a) per *G.* b) *deest G.* c) quod 3. d) potius suarum *G.* e) etc. *G.* f) cetera *G.* g) malum *G.* h) tua *G.*

1) *Non est scripturae sacrae.*

Matth. 5,44. iudicavit; cum iuxta Domini preceptum nec inimico sit maledicendum. Quapropter caritative admoneo te, ne unquam in tuae religionis et eruditionis derogationem alicui tam maledicam, tam illimatam transmittas epistolam, ne si aliquis, qui libenter velit contendere, tuoque honori parum providere[1], ipsam perspiciat, omnes eius blasphemias in te ipsum retorqueat.

[EPISTOLA IV.]

Item contumeliosa rescriptio pro superiori kapitulo.

Fratri, heu! in tot ydrae capita tumenti B[ernaldo] A[lboinus] se nullatenus cecis cerastei[a.2] veneni cornibus periclitari.

cf. Matth. 11, 30. Si non sub suave Christi iugum colla submissus iam dudum testamento pacis respirare appeterem, tuis maledicis rescriptis dignam[b] talionem reddere non succumberem. Sed per nunc temporis id a me fieri, ipsa ratione magistra constat prohiberi, ratione,

Rom. 12,17. inquam, ne alicui malum pro malo reddam. At[c] me, uti tuis literis liquido patet, scisso peplo Palladis quasi iniurias concitasse priorem, si mihi[d] aliqua cura esset, facilius dicto expugnare potuissem. Nil autem in[e] te dictum esse contumeliosum, cuique literas etsi male tornatas, tamen meas, legenti luce clarius fit expertum. Quid in hoc mali[f] feci, vel quid promerui, si ego a te quasi fideliter premonitus, etiam versa vice te pro aliquo premonere curavi? Sed ut meo honori providendo, aliis, non tibi, me de hac infamia securiorem reddam, libet, uti[g] parumper pedem retrahens nostri negotii primordia ad medium ducam. Cum me vero tuis curatioribus scriptis coacervatisque sanctorum testimoniis, ceu fideliter premonendo, a canonica regula deviasse ex obliquo notasti, quales grates, vel quid boni promeruisses, non satis facile invenire potui, quia amicum sine causa admonere quid est, nisi infamiae maculam in ullum plus spargere? Nam ubi neque res neque opus admonendi instat, ubi, quid, quando, cui, immo quaeque circumstantia vacat: ergo absque his quid alicuius admonere aliud valeat, nisi tantum, ut poeta[3]: *Omne supervacuum pleno de pectore manat?* Me vero in recepto Sozomeni capite, de quo adhuc sub iudice lis est[4], nil unquam a sana doctrina deviasse, cuique scire volenti patet gemina ratione, una scilicet, quia[h] nil in eodem certo loco, tempore, probatisque personis recitato, scripto, translato, nisi autenticum et probabile perspicio. Altera enim, si non probabili meliorem intellectum adhibens[i] nihil sub eius occasione perversi dogmatizo, neque tui admonitione opus habeo nec Gregoriano anathemati subiaceo. Nam neque tu neque aliquis sanae frontis salva veritate in faciem confiteri potest, quia[k] me unquam sub huius capituli occasione vel cum Nikolaitis communes[l], vel cum Paulianistis proprias uxores sacerdotibus concessisse audiret; sed id tantummodo propter quandam[m] compassionem magni Pafnutii, quemadmodum quoddam Gregorianum recepisse me absque rubore fateor. Propter quam rem vel a te, vel[n] ab aliquo me notari non vereor, quia[k] sicut sancto Gregorio Sicilianos diacones ab uxoribus non in tempore prohibitis violenter et inordinate separari, deteriorem casum timenti, minus placuit; et[l] uti Pafnutius ante consecrationem legitime ductis uxoribus, similiter occasionem fornicationis abhorrens, sacerdotes non commisceri contradixit: sic etiam mihi homunculo, veluti cum tam sanctis viris in id[o] consentienti, nimis ac nimis temeraria nostri temporis prohibitio, non ex omni parte beata[5] videri potuit. Verbi gratia, quia[k] nunquam acquisitum multo facilius denegatur, quam aliquando acceptum,

a) cerasteis 3. b) dignum *G.* c) ac *G.* d) modo *G.* e) aut. item dict. *G.* f) male *G.* g) ubi *G.* h) quod *G.* i) adhibeas *G.* k) quod *G.* l) *deest G.* m) magnam *G.* n) aut 3. o) idem *G.*

1) *Cf. Manegold. ad Gebeh. c.* 5, *Libelli I, p.* 319. 2) *Isidori Etym. XII,* 4, 18. 23. 3) *Horat. Ars poet. v.* 337. 4) *Ibid. v.* 78. 5) *Horat. Carm. l. II,* 16, *v.* 27: nihil est ab omni parte beatum.

si placet, auferatur. Si propter hanc rem anathemati subiacere debeo, Gregorium atque Pafnutium meum in causa esse non parum gaudeo. Sed autem vereor, ne ille magis anathematizandus subsistat, qui tantis viris expers discretionis repugnat; ille etiam adhuc deteriori anathemati succumbat, qui contra decreta eiusdem Gregorii[1], Eleutheri[a.2], paparum Anacleti[3], Pontiani[4], Eusebii[5], sacerdotes a secularibus infestari, accusari, arceri, despici, contemni, ab aecclesiis absque synodali iudicio eliminari approbat.

Quicunque egrotum solerti cura sanare studeat, circumposita membra prius, quam ipsum vulnus palpare provideat. Si ipsum vulnus incautius primo aditu tractat, omnibus modis infirmus reclamat. Hac etenim[b] intentione ipse secretarius[c] Christi Moyses, Deut. 24, 1. quo peiora compesceret, libellum repudii asportari[d] iubet. Sub hac etenim occasione iustus Loth, ut ita dicam, ob peius malum declinandum ipsas filias Sodomitis concedere Gen. 19, 8. voluit abutendum. Nonne etiam ipse summus Pontifex, qui caelos penetravit[e], non Matth. 19, 11. omnes hoc verbum castitatis capere, neque etiam novum mustum in veteres utres fundi Marc. 2, 22. convenire, insuper rudes discipulos, quamdiu cum illis sponsus est, non ieiunare profi- Matth. 9, 15. tetur, nostris infirmitatibus misericorditer compati non dedignatur? Nonne Paulus vas electionis, qui usque ad tertii caeli raptus paradysum, uti nos ad compassionem pro- 2. Cor. 12, 2. mulgare studeat, nos homines esse admonet, sicut se ipsum? Ille idem enim vero, cf. 1. Cor. 7, 7. quemadmodum Pafnutius, non solum propter sobolis propagationem, sed ob devitandam ib. 12. fornicationem unicuique concessit suam uxorem. Quapropter Sozomeni capitulum a nobis tam sepe tritum nullatenus videtur tam temere anathematizandum, quod, uti sanctus Augustinus in sui speculo, *quicquid*[6] *in divinis scripturis aliquo modo probabile videtur, nullatenus ab aliquo facile preiudicetur.* Haec hactenus.

At ego, si non omnem diem, sed diem inter diem sapio, anathemati subiacere debeo? Absit; quia ipse summus Medicus neque peccatores mensa eius privavit, nec Matth. 9, 11. 12. peccatricem a tactu pedum separavit. Ipse etiam, cum principem publicanorum sui Luc. 7, 38. faciem desiderare conspexit, nequaquam sui presentia, immo etiam sui cohabitatione ib. 19, 2. 5. defrudavit[f]. Sed tu, credo, opponis, illos paenituisse. At rogo, unde credas, illis compunctionis motum in mentem cecidisse? Profecto ille[g] filius hominis, qui de caelo descendit, Zacheo sui occulta inspiratione ascensionem arboris persuasit. Sic etiam nunc, nisi ille omnia trahens ad se occulto sue gratiae nutu nos miseros trahat, procul dubio nostri papae operosa[h] auctoritas vacillat. Agnum cum lupo vesci conficit[i] mutatio dexterae Excelsi. Isai. 11, 6. Ps. 76, 11. Proinde quemque piorum magis deceret pro infirmis orare, quam in istis malis diebus tot persecutorum super eos iugum ducere. Ex quo gentes esse coeperunt, nulli priorum tam grave tempus inspexerunt. Omnibus divinis legibus postpositis pro libitu nos devorant, sicut escam panis. Ps. 13, 4. Ipse Siricius papa non propter incontinentiam poenam expulsionis intulit, neque communionem populi abstulit, sed tantum[7] maioris ordinis promotionem distulit. Quam discrete, quamve misericorditer

a) Eleutherii *G.* b) enim *G.* c) secretarium 3. d) *leg.* apportari. e) penetrans 3. f) *haec forma apud Terent. legitur*; defraudavit *G.* g) *om. G.* h) *deest G.* i) confitetur dextera exc. *G.*

1) *Lib. III, ep.* 5; *Jaffé nr.* 1209. 2) *Cap.* 5, *Hinsch. p.* 126. 3) *Ep. I, c.* 3; *ep. II, c.* 20. 21, *Hinsch. p.* 67. 77. 4) *Ep. I, c.* 3, *Hinsch. p.* 147. 5) *Ep. I, c.* 3, *Hinsch. p.* 230. *Decretum Gregorii legitur in appendice partis III. collectionis canonum Anselmo dedicatae, qui capitula ex Registro Gregorii deprompta continet; sed et reliquae decretales Pseudo-Isidorianae, quae hic allegantur, omnes in eadem parte III. inveniuntur. Cum ceteris collectionibus unum alterumve horum decretorum extraneum sit, minime dubito, quin Alboinus collectione Anselmo dedicata usus sit.* 6) *Mirbt, 'Die Stellung Augustins in der Publicistik des Gregorianischen Kirchenstreits' p.* 15. *non invenit.* 7) *Haec Alboinus ad suum arbitrium interpretatur; sed notandum est Siricium in epistola ad episcopos Africanos missa, cap.* 9. *continentiam sacerdotibus multo mitius tantum suasisse; Mansi t. III, col.* 670.

inter presentia et futura medians domnus papa tum Grecis tum Latinis literis eruditissimus Leo[1] de huius rei negotio agat, tua curiositas absque omni mora in memoriam reducat. Quid opus est verbis? Non est dolor nostro similis. Vellem te, mi frater, notare Gregorium atque Siricium aliquantulum in ista re, uti mihi videtur, invicem dissonare. Promotionem vero, quam Siricius penitus in futurum resecat, Gregorius diaconibus[2] propter prioris culpae maculam, si vellent in postmodum continere, non denegat. Gregorius vero diacones, quos nisi proposito mentis post tempus ad castitatem compelli non in tantum probavit, eosdem, uti mecum sentis, in tempore in id ipsum propositi ante ordinem cogens, ab episcopis, nisi continerent, promoveri prohibuit. Iccirco pene nil distat, quin eius et Pafnutii sententia in unum confluat. Iste[3] de inordinate[4] post ordinem prohibitis, ille[5] autem de ante consecrationem agit usurpatis. Iste de commixtione, ille vero, ut ita dicam, de condormitione. Nec propter hoc neuter eorum, ut mihi videtur, in aliquo canonicis decretis reluctari videtur, quia ubi nondum per legem cognitio peccati inculcatur, potius suasoria admonitio, quam legalis districtio exerceatur. Aut in tempore, inquam[a], iniustum interdicatur, aut si hoc male neglegitur, circumvolutis cum linteaminibus funiculis propheta puteo extrahatur[b].

Ier. 38, 11 –13.

Quid plura? vere, si Pafnutius, uti tu peregrino intellectu arbitraris, vel ultroneo argumentaris, omnibus sacerdotibus licentiam nubendi generaliter concederet, non ita singulariter et evidenter de ante consecrationem usurpatis agere studeret. Adhoc etiam si in aliquo sanae doctrinae adversari inspiceret, nullatenus in id ipsum capitulum Cassiodorus, vir divae memoriae, magnaeque conversationis[c] et prudentiae, tam officiose de Greco in Latinum transferre laboraret. Putasne, si aliquis scenica arte, ut tu dicis, suam heresim sub persona Pafnutii tegere auderet, Cassiodorus tam egregius vir sibi transferendo favere curaret? Non vere: quia omne suum opus late per aecclesias redolet autenticum et laudabile; cum multa scripta, ut in veteri testamento Tobiae auctore[6] et in novo, ut Apocalipsis, translatore[7] carentia recipiamus, cur non istud magis utroque probatum diligamus? Super haec etiam, cum ipsum nostrum pangirium Iheronimum tantum resecatis iuxta legem alienigenae crinibus et unguibus, id est superfluis et sane fidei repugnantibus scripturae locis, ipsis apocrifis aliquando renunciare nolle non ignorem, qua fronte predictum caput tam autenticum, probabile, super aurum et thopazion in istis temporibus delectabile, nichili habere presumerem? nullatenus, quia esset contra fas et ius. In eo autem id ipsum de episcopis, quod et de aliis ordinibus agi, unde tu ita summatim mussitare videris, quasi in hoc sub equa conditione positos esse non mireris; nam episcopus cum presbyteris crisma consecrat, presbyter cum episcopis corpus Domini conficit, diaconus super altare misteria ordinat, ipsisque prior calicem porrigit, aeque communicat; quid Pafnutius in eis, non invenio, discernere valeat.

Deut. 21,12.

Ps. 118,127.

Ista omnia non tibi, sed alicui infatuato sali tam enucleatim deberent[d] inculcari. Sufficit de hoc. O mare Neptuni![8] O sacra! Proh scelus! me tam inclementer in os increpari: insuper in pistrinum[9] super[e] hoc retrudi, quia, ne funem tibimet ipsi ad crucem portares, fideliter premonui. Quamvis apud Deum non sit personarum acceptio,

Eph. 6, 9. Col. 3, 25.

a) *deest G.* b) extrahitur *G.* c) conversionis 3. d) debent *G.* e) super hoc *des. G.*

1) *Simili errore cap.* 3. *epistolae Leonis ad Rusticum ad futura tempora refert.* 2) *Si pro hac voce 'subdiaconibus' positum fuerit, in qua re Alboinus contra mentem et verba sancti Gregorii, quod Usserm. p.* 256, *n.* 5. *obicit, sensum detorquendo peccaverit, non video.* 3) *Scil. Gregorius.* 4) *Id est: non exacto ab ordinando proposito continendi.* 5) *Scil. Paphnutius.* 6) *Id est: incerti auctoris; Hieron. in prologo galeato.* 7) *Quid haec sibi velit, nescio, nisi forte ad Eusebii historiam ecclesiasticam lib. VII, c.* 23. *referatur, ubi quis ille Iohannes fuerit, incertum esse dicitur, qui quasi translator quae a Deo revelata sunt scripsit.* 8) *Ter. Ad. V,* 3, 4. 9) *Cf. Ter. Andr. I,* 2, 28.

insuper originalis in baptismate peccati plena remissio, quod[a], quia me mutire nefas est, in scrobe tamen[b] infodis[1], nequaquam sine legitimis nuptiis ex[c. 2] omni parte legitima procedit procreatio. Qualiter hoc sit, fac periclum[3] de temet ipso, quia huiusmodi propter meos consacerdotes dissimulatum iri desidero. Sed[4] autem ne te defraudare[d] videar ex toto, cave, ne saltim capiaris in uno; quicquid enim convenit parti, convenit et toti.

De hoc, quod mihi rescripsisti, meas literas male tornatas esse, reticerem, si non coram meis compatriotis, nescio qua causa, me tam turpiter dehonestari egre tulissem. Qua de re licet magis ipsius sensus intentioni, quam pompaticae positionis proprietati in illis, quemadmodum in istis, inhiarem, tam si universaliter non reprehense, sed particulariter ad meas manus redirent puncto proscriptae, aut pro posse defensas, vel emendatas tibi remitterem: sin autem, dextras dando tuae cavillationi morem gererem. O lepidum caput![5] quam eleganter quasi providens meo honori, si meae essent, ad cumulandum meum dedecus percunctando dubitasti. Va! callidum consilium[6] tuum, amicum sic retrahere in precipitium. Si autem te ex aequo convenissem, tuas carbone notari[7] dignas, te in id mihi consentire ex magna parte compellerem, si earum thesin, distinctionem, subdistinctionem, mediave vel periodos, cola, et commate, quod absit, carere perspicerem; nisi in tantum opprobrium malae tornationis rugosa frônte obstupescerem. Si enimvero in tuis literis macrologiam quam sepe solescere[e] caveres, non me quasi silicernium[8] temere[f] in faciem cederes. Habe.

[EPISTOLA V.]

Superioris aepistolae retractatus et sepe triti capituli inrefragabilis anathematismus.

Domno Alboino in templo Domini non idonee nemus plantanti B[ernaldus] non fabulosa verborum folia[9], sed sententias indubitabili veritate subnixas. Gen. 21, 33.

Acceptis literis a tua fraternitate mihi transmissis, aliquid in eis reperire desideravi, quod et animum meum ob iniuriam tuae[f] prioris epistolae merito commotum mitigaret, teque saltim[g] aliquo defensionis colore de tam perniciosa blasphemia quoquo modo expurgaret. Sed eheu! nihil huiusmodi in eisdem literis invenire potui, quippe quae ad cumulum prioris iniuriae meas literas nulla ratione adhibita dicunt maledicas, meque priorem iniuriis concitasse, teque nil contumeliosum mihi dixisse tantum pronunciant, non aliqua saltim[g] ratiuncula probant. Quantum autem haec earum pronunciatio deviet a vero, nulli etiam idiote latebit, qui utriusque nostrum epistolas diligenter perspexerit. Prima enim epistola, quam tibi de hac nostra quèstione transmisi, te tantum per testimonia sanctorum patrum tam[f] fideliter et amicę premonuit de cavendo anathemate, ut nec tu ipse aliquid in ea reperisses, quod tuae litere saltim alicuius offensione dignum mihi possent probare. Quot autem blasphemias, quam inhonestas, quam perniciosas pro hac benevolentia mihi rescripsisses referre pudet, cum adeo faeteant, ut vel inimico tales inferre non deceat. Secunda vero mea epistola contra easdem

a) quodque me *G.* b) tum infodio *G.* c) non ex o. p. 3. d) defraud. *G.; cf. p.* 7, *n.* f. e) *forsitan legendum* silescere caveres *scil.* curares. f) *deest G.* g) *corr.* saltem *nigriore atram.* 3.

1) *Cf. Pers. Sat. I,* 119. 120. 2) *Qui codicem Schlettstadensem scripsit, nescio an vocem 'non' ea mente addiderit, quod presbyterorum filios legitimos esse credidit, imprimis cum etiam Alboinus eos non ex omni quidem parte, attamen quodammodo legitimos putasse videatur.* 3) *Ter. Phor. V,* 8, 40. 4) *His verbis dicere videtur, si Bernaldus illegitimus fuerit, multos etiam alios clericos illegitimos fuisse, quod propter consacerdotes suos dissimulari mavult. Quo iure autem Ussermann inde coniecerit, Bernaldum iam tunc, seu anno* 1076. *fuisse monachum, me fugit.* 5) *Ter. Ad. V,* 9. 9. 6) *Ter. And. III,* 4, 10. 7) *Pers. Sat. V,* 107. 8) *Ter. Ad. V,* 2, 48. 9) *Ex comoediis (Terentii) sumpta.*

blasphemias tibi directa non remaledicendo tibi talionem reddidit, sed tu tantum, ut amicum, a blasphemiis non mihi, sed tibimet ipsi perniciosissimis, compescere studuit. 1.Tim. 1,20. Procul dubio enim novi, quod ipsum vas electionis Paulus, per quem loquitur ipse Christus, maledicos tradiderit satane, ut discerent non blasphemare. Patet igitur satis evidenter, quis caput, immo quis summa fuerit huius iniuriae, et quam indebite mea scripta a tuis vocentur maledica, quae te a convitiorum voragine per caritativam admonitionem voluerunt revocare. Non autem modo est necessarium, ut et[a] huius epistolae singulas non dico rationes, sed pronunciationes expugnem, quas in prioribus meis epistolis indubitanter annullavi[b], in quibus meam admonitionem rationabilem et amicam, tuamque rescriptionem tibi perniciosam, mihique contumeliosam evidentissimis rationibus probavi, quarum tu nec ultimam in hac epistola destruxisti. His igitur inrefragabiliter probatis, ulterius[c] tibi respondere merito detrectarem[d], si non tuae caritati et hac vice morem gerere destinarem, quippe ut et in hac[e] tua epistola quid tuam eruditionem tuamque religionem dedeceat me tibi fideliter indicare non tedeat. In primis itaque volo te scire, circumstantias rethorum huic nostro negotio non competere, ex quibus oratores fingunt suas coniecturas, non tam de veritate, quam de verisimilitudine curantes. Haec enim nostra causa potius ad thesin[1], quam ad ypothesin pertinere censetur, nec tractanda est per verisimilem oratorum suadelam, sed per inrefragabilem philosophorum demonstrationem.

Dicis igitur in epistola tua Sozomeni capitulum iccirco tibi autenticum videri, quia certo loco et tempore a probatis personis sit recitatum, scriptum atque translatum; sed falleris in hac consequentia. Num enim categoriae[2] precipui doctoris Augustini ipsiusque scriptum[3] de electione Iacob et reprobatione Esau ex[f] epistolis Pauli ab aliquo sani capitis recipiuntur pro autenticis? Quae tamen certo loco et tempore ex persona probatissima non dubitantur descripta, ex quibus cathegorias nullus bene sanus autenticis annumerabit[b]: alterum autem scriptum idem doctor in libro retractationum[4] repudiare non erubuit. Haec, inquam, et alia huiusmodi predictam destruunt consequentiam. Unde cum Sozomeni caput nondum esse autenticum probasses, nec per hoc probare potuisti, ut eo recepto nil a sana doctrina deviasses. Absurdissimum autem videtur, quod denegas te aliquid perversi sub eodem capite dogmatizasse, cum iam dudum meae literae idem ipsum caput tam inrefragabiliter probaverint perversum: quippe euangelicis et apostolicis scripturis[g] atque sanctorum patrum statutis adversum. Frustra quoque[h] protestaris, quod nullus te sacerdotibus uxores concedere unquam audisset. Nam et ego et plures alii hoc te sepius concedere audivimus, cum idem caput non tantum pro vero, sed etiam pro autentico palam[i] praedicare nec adhuc pertimescas. Ipsum enim caput asserit sanctum Pafnutium in Nicena synodo surrexisse et sacerdotibus, ut dormirent cum uxoribus suis, licentiam impetrasse. Quicumque igitur hoc non tantum pro vero, sed et pro autentico recipiendum et observandum predicat, nullatenus denegare[k] valet, quin sacerdotibus uxores concedat.

Incassum quoque subiungis, qua occasione illud pro autentico receperis, cum ipsum a te sub inevitabili anathemate relictum nulla ratione probaveris autenticum. Nihil enim interest, qualibet occasione illud pro autentico recipias, quod ne ita recipiatur, sub anathemate prohibitum non[l] dubitatur. Nam semper sub eodem anathemate erit quicumque illud aliquatenus pro canonico[m] receperit. Beatus quoque Pafnu-

a) etiam *G.* b) *corr. ex* adn. 3. c) ultimus *G.* d) *ex* detractarem *corr.* 3. e) hac epist. tua *G.* f) exemplis *G. pro* ex epist. (exeptis). g) scriptis *G.* h) ergo *G.* i) *deest G.* k) *in margine suppl.* 3. l) nondum *G.* m) authentico *G.*

1) *Cf. Quintil.* 3, 5, 11. 2) *Opp. t. I, col.* 821 *sqq.* 3) *Ibid. t. V, col.* 11 *sqq.* 4) *De sermone de Iacob et Esau habito in libro retractationum nihil legitur.*

tius hac blasphemia non est dehonestandus, immo Sozomenus, cui idem[a] caput assignavit Cassiodorus.

Quantiscunque autem verbis res sibi invicem[b] adversantes reconciliare coneris, nunquam tamen adeo desipiam, ut Sozomenum beato Gregorio in predicto capite consensisse censeam. Ipse enim Sozomenus fingit in Nicena synodo coniugalem incontinentiam sacerdotibus non esse prohibitam, sed potius pro castitate reputatam; quam sanctus Gregorius nec diaconibus Siciliae in epistola sua concessit, sed in quibusdam eorum ad tempus tantum dissimulando, non licitam asserendo, non cum diaconii[c] administratione, sed sub altioris gradus prohibitione legitur tolerasse. Denique nihil adeo alicui reperitur dissimile, quod non cum eodem aliquem similitudinis habeat colorem, cum etiam[d] ipse diabolus se in angelum lucis soleat transformare. Quid igitur mirum? 2.Cor.11,14.
si tu scripta sancti[e] Gregorii figmentis Sozomeni quoquo modo assimilasti, cum tamen adeo dissentiant, ut huius figmenta nullatenus Gregorianum anathema subterfugere valeant?

Iustissime autem non hanc temporalem et dispensatoriam sancti Gregorii tolerationem, sed generalia ipsius et reliquorum patrum decreta generaliter hoc tempore iubemur[f] observare, cum beatus papa Leo [1], tuae partis assentator ut estimas, ad episcopos Mauritaniae hanc generalem proferat sententiam: *Non ergo in cuiusquam persona est pretermittendum, quod in generalibus statutis continetur.* Atqui in generalibus statutis per auctoritatem sancti Gregorii in synodo generali promulgatis ipsa non tantum condormitio, sed etiam cohabitatio sacerdotum cum feminis, et omnia, quae sacris canonibus adversantur, sub terribili anathemate damnantur.

Haec igitur si tu fideliter attendisses, nunquam in tui periculum domni apostolici[2] sententiam nimium temerarie vocasses temerariam, quae tantum symoniacos et incontinentes presbyteros a pernicioso sibi officio clementer separarat, quos sanctus Gregorius cum reliquis canonum adversariis simul uno tempore sub severissimo anathemate damnarat. Nullatenus tamen[e] ipse se hac damnatione obligavit, licet Siciliensium diaconorum incontinentiam dissimulando, non quasi licitam concedendo[e] toleraverit. Ipsi enim Niceni patres nullatenus apostolicae sedi primatum sive privilegium adimunt, cum omnium etiam provinciarum[3] antistites iuxta morem Romani pontificis propria iubeant observare privilegia. Est autem privilegium Romani pontificis iuxta assertionem sancti Sylvestri[4], Gelasii[5] et reliquorum patrum, ut ipse de omnibus aecclesiis iudicare valeat, nec alicuius iudicio subiaceat; et ut ipsorum canonum sive[g] decretorum severitatem pro temporis necessitate valeat, immo debeat mitigare. Huius privilegii auctoritate beatus[h] Gregorius non impugnando canones, sed observando diaconibus Siciliae aliquantulum ad tempus peperoit, non eis cum Sozomeno peccandi licentiam dedit. Unde nec se ipsum cum adversariis canonum[e] proprio anathemate obligavit, sed iuxta tuam ipsius assertionem, te solum non dico cum Pafnutio, sed [etiam[i]] cum omnibus Sozomeni sectatoribus sub eodem anathemate reliquit. Ipsi enim sanctorum patrum statuta etiam annullare presumunt, licet eis nullum privilegium canones concesserint, ut aliquid ex apostolicis statutis saltim mitigare possint. Anathema etiam, quod subiungis, maxime convenit sectatoribus Sozomeni, et ut compendiosius dicam, Sozomenistis, qui non dico approbant, immo causa et caput sunt, ut seculares incitentur contra sacerdotes. Ipsi enim sua nefandissima persuasione simpliciores presbyteros ad con-

a) id *G.* b) ipsis *G.* c) *literae* ii *loco raso* 3. d) et *G.* e) *deest G.* f) iubemus 3. g) et *G.* h) b. Greg. *des. G.* i) *deest* 3.

1) *Ep.* 12, *c.* 2, *Opp. edd. Ballerinii t. I, col.* 671. 2) *Gregorii VII.* 3) *C.* 6, *Hinschius p.* 258. 4) *Synodalia gesta spur. c.* 2; *Hinsch. p.* 449. 5) *Ep.* 14, *c.* 1; *ed. Thiel p.* 362.

temnendos canones adeo confortant, ut rectores ecclesiarum necessario Gregorianas sententias ad seculares proferant. Ipse enim doctor apostolicus[1] Iennasio patricio ita scribit: *Scito autem, fili excellentisssime, si victorias quaeritis, si commissae vobis provinciae securitatem tractatis, nihil aliud vobis magis ad hoc proficere, quam zelari sacerdotum vitam, et intestina aecclesiarum, in quantum possibile est, bella compescere.* Idem etiam reges Francorum in adiutorium sibi ad correctionem[a] sacerdotum hac terribili sentencia incitavit ita[b] contestans[2]: *quia*[c], inquit, *procul dubio facientis culpam habet, qui quod potest corrigere, negligit emendare.* Nec tamen idem apostolicus per hoc aliquid commisit in sanctorum patrum statuta sacerdotes a secularibus defendentia. Novit enim certissime haec eadem nullum sacerdotem a secularibus defendisse, qui sacris canonibus obstinato animo resisteret, immo qui ab eisdem damnatus iam dudum a sacerdotio apud Deum decidisset. Videsne igitur, quam iustissime predicto anathemati subiaceant Sozomenistae, qui quoslibet sacerdotes adeo canones contemnere, adeo suam damnationem spernere docent, ut prelati eorum necessario sibi in adiutorium seculares pro ipsis a damnatione revocandis implorent? Parum autem, immo nihil tuae intentioni prodest, quod tot compassionum exempla enumeras, dum hoc cuilibet erudito sit manifestum, quod nullatenus pro alicuius infirmitate se aliquis[d] a Christo debeat separare; quod omnes faciunt quicunque aliis tam obstinato animo contra sacratissimos canones adminiculari conantur, ut et ipsi iure
Rom. 1, 32. cum illis sub uno anathemate multari mereantur. Nam iuxta apostolum: *digni sunt morte non solum qui talia faciunt, sed et qui facientibus consentiunt.* Si vero digna rebus nomina imponere volumus, non hoc misericors compassio, sed potius miserabilis condemnatio nuncupabitur, cum aliquis non modo suum, sed et alterius peccatum adeo defendere non dubitat, ut a fonte omnium bonorum se ipsum alienare non timeat. Non est autem[b] modo necessarium, ut exempla compassionum, quae frustra multiplicas, etiam singillatim discutiam, cum eadem generaliter nihil tuae parti prodesse iam monstrassem, quae et[e] in epistolari brevitate singulatim pertractare nimis longum estimo. Volo tamen hoc tuae fraternitati fideliter intimare, quia[c] illud exemplum, quod iustum Loth filias suas pro hospitibus stuprandas exhibuisse testatur, a beato Augustino inter
Ios. 2, 4. 5. vitanda potius, quam imitanda sacrae scripturae exempla, sicut et mendacium Raab computatur[f]. Idem enim Augustinus[3] evidentissimis rationibus probat, quod nullatenus aliquem pro aliena infirmitate peccatum committere liceat, pro quo devitando nec pro-
1. Cor. 7, 2. priae infirmitati parcere debeat. Illud autem apostoli: *Unusquisque habeat*[g] *suam uxorem,* cum nec infirmitati monachorum, nec fragilitati quarumlibet velatarum aliquatenus condescendat, multo minus condescendit sacerdotibus; videlicet qui non simplici tantum benedictione ad continentiam sunt dicati, sed per venerandam manus impositionem et per sacratissimi crismatis unctionem reliquis continentibus, immo virginibus, sunt prelati, qui[h] et ad persolvendum officium, nullis nisi continentibus licitum[i], cotidie debent esse parati. Denique idem apostolus informans Titum de ordinatione sive de conversatione sacerdotum, indubitanter affirmat, quod sacerdotem oporteat esse continentem.

Scias etiam pro certo beatum Augustinum nullam mentionem tui capitis[k] fecisse, cum tractaret, quod multipliciter divina scriptura intellegi posset. Quis enim sani capitis ipsum inter divina computaret, quod ab ipsis divinis sanctionibus iam ab antiquo in-

a) *corr. ex* correptionem 3. b) *deest G.* c) quod *G.* d) al. deb. a Chr. *G.* e) etiam *G.* f) reputatur *G.* g) s. hab. ux. *G.* h) qui et — parati *minoribus literis in margine superiore cod. 3. addita sunt.* i) licite *G.* k) capituli *G.*

1) *Lib. IV, ep. 7. ad Gennadium, ed. Ewald I, p. 238; Jaffé nr. 1278.* 2) *Lib. IX, ep. 110, Opp. II, col. 1018; Jaffé nr. 1744.* 3) *Contra mendacium ad Cons., §§ 21. 32; Opp. t. VI, col. 459. 467.*

recuperabiliter anathematizatum constaret. Nullus autem Sozomenista summo Medico est comparandus, quia nullo modo sine sua pernicie suis favet auditoribus, quod ipse[a] fecit Christus: nec domni apostolici auctoritas minuetur, etiamsi quilibet magis perire, quam apostolicis institutionibus obedire conetur, pro quo etiam orari[b] prohibet ipse dilectissimus Domini: *Est,* inquit, *peccatum ad mortem, non dico, ut quis oret pro eo.* 1. Ioh. 3, 16. Ipsi videlicet tales ad cor revertentes potius pro se et pro aliis debent orare, [ita[c]] dicentes: *Omnia, quae fecisti nobis, Domine, in vero iudicio fecisti, quia peccavimus* Dan. 3, 31. *tibi et mandatis tuis non obedivimus.* Volo etiam, ut diligenter inspicias quoslibet cf. ib. 29. 30. a populo vitandos esse non tam propter humanam incontinentiam, quam propter diabolicam inobedientiam, unde[d] Spiritus sanctus per Samuhelem testatur: *Melior est obedientia, quam victimae, et auscultare magis, quam offerre adipem arietum, quoniam*[e] *quasi peccatum ariolandi est repugnare, et quasi scelus idolatriae, nolle acquiescere.* 1. Reg. 15, 22. 23. Hinc et ipse princeps apostolorum, ut beatus Alexander papa capitulo sexto[1] testatur in ordinatione beati Clementis, firmissime deliberat, ut populus nec saltim loqui ei audeat, quem praeceptis apostolicae sedis inobedientem sentiat. Propter inobedientiam videlicet ipse Paulus Samosathenus, cuius errorem in sepe trito capite restauravit Sozomenus, ab episcopatu publica manu turpiter est expulsus, ut ipsa, quam nimium veneraris, hystoria fatetur. Siricius quoque papa sacerdotalem incontinentiam defendentibus non promotionem tantum ademit, sed omnem etiam aditum indulgentiae iam tunc eis penitus obseravit. Decreta Leonis[2] papae, quae tuae parti favere putasti, Sozomenistas prorsus condemnant, quae omnibus apostolica praecepta contemnentibus veniam denegari indicant. Multum autem tuae eruditioni derogas in eo, quod generalibus statutis beati Syricii dispensatoriam[f] sancti Gregorii tolerationem, quippe localem et temporalem, miraris dissonare. Nullus enim apostolicus suum[g] successorem privilegio sedis apostolicae privat, quin pro sui temporis necessitate non solum canones, sed et sui antecessoris sanctiones valeat mitigare; nec tamen in hoc suo predecessori repugnat, quem et propria statuta aliquando mitigasse non ignorat. Nolo autem iterum exinanire illam tuam deceptoriam similitudinem Sozomeni cum Gregorio, et illum tuum prophetalem funiculum abrumpere non necessarium duco; quo[h] Iheremiam de lacu cenoso extrahi desiderantem, non obstinate saluti suae reluctantem, inde extractum non ignoro. Ier. 38, 9—13. Sciat etiam fraternitas tua non Cassiodorum, sed Epiphanium nescio quem scolasticum Tripartitam transtulisse historiam; cuius Cassiodori persona nullatenus anathematizatum Sozomeni caput canonizabit[i], cum nec indubitata sanctitas Iheronimi historiam Eusebii ab ipso translatam effecerit autenticam, quam ipse Iheronimus in libro de viris[k] illustribus notat deceptoriam[3].

Idem quoque doctor eximius te ipsum idem caput sanae doctrinae adversum inter[l] crines alienigenae docuit abscidere, quod cum susceptori suo, ut iam sepius inculcatum est, sit perniciosum, nullatenus inter divina mandata super aurum et tobazion est amandum. Ps. 118, 127.

Satis vero diligenter quoslibet a recipiendo Sozomeni capite deterres, cum administrationem tam venerabilium sacramentorum episcopis, presbyteris, diaconibus aequa conditione[m] doces iniunctam esse.

Quis autem nostrum funem sibi ipsi ad crucem portarit, immo quis iam in cruce suspensus strangulantem nodum non abrumpere[n], sed artius gutturi suo innectere stu-

a) fecit ipse *G.* b) orare *G.* c) *deest* 3. d) ut *G.* e) quia *G.* f) dispensoriam 3. g) succ. suum *G.* h) quia *G.* i) *ex* canonizabat *corr.* 3. k) ill. vir. *G.* l) intra *G.* m) *corr. ex* conditione 3. n) abruperit *G.*

1) *Ed. Hinschius p.* 97. 2) *Epist.* 4, *c.* 5, *ed. Baller. t. I, col.* 616. 3) *hoc quidem in citato libro nihil reperitur. USS.*

duerit, tu ipse in superioribus evidenter ostendisti, ubi te ipsum in Gregoriani anathematis eculeo suspensum reliquisti.

Laudo tamen, quod plenam remissionem peccatorum in baptismo te credere profiteris, per quam professionem blasphemias epistolae tuae reprobasti; in qua, inquam, epistola filio iam dudum baptizato patris peccatum imputasse notaris. Illam quoque tuam propositionem, 'quicquid convenit parti, convenit et toti', et alia huiusmodi ex[a] epistola tua, non ex arte prolata, facillime monstrarem, si non in tali negotio de arte loqui minus idoneum reputarem. Aliorum quippe iudicio, non nostro arbitror relinquendum, quid de tuarum literarum sive mearum compositione sit censendum. Propulsatis igitur inrefragabiliter tuis obiectionibus iterum te, licet ingratum, caritative per subscriptas rationes libet convenire, ut saltem iam tercio admonitus ad cor redeas, ne cum sectatoribus Sozomeni anathematizatus in aeternum pereas.

Nullum caput canonicae veritati contrarium pro autentico est recipiendum; atqui
cf. Ps. 118, 127. tuum tobazion sacratissimis canonibus est contrarium. Asserit enim Nicenam synodum sacerdotibus incontinentiam non prohibuisse, quibus sanctus Iheronimus, Syricius, Gregorius non solum coitum, sed et cohabitationem cum feminis in eadem synodo penitus prohibitam esse testantur. Ergo illud tuum tobazion non etiam pro vero, nedum pro
Sap. 1, 11. autentico est predicandum a quolibet in sacris literis erudito, cum scriptum sit: *Os,*
Apoc. 21, 8. *quod mentitur, occidit animam;* iterum beatus Iohannes apostolus dicit: *Timidis et*
Ps. 5, 7. *mendacibus locus est in stagno ignis ardentis;* item psalmista: *Perdes omnes, qui loquuntur mendacium.* Amplius[b] sanctissimus papa Leo[1] per episcopos in I. Toletana synodo congregatos Balconio Galliciae episcopo hanc sententiam inter alia transmisit: *Si quis dixerit vel crediderit alias scripturas praeter quas catholica ecclesia recipit in auctoritate habendas vel venerandas esse, anathema sit.* Hoc igitur anathemate procul dubio illi multantur quicunque illud tuum caput pro autentico venerantur, quod nullatenus catholica ecclesia recipit, cum sacris scripturis adversari non dubitetur. Amplius beatissimus quoque[c] Damasus[2] papa[c] scribens ad sanctum[c] Aurelianum Carthaginiensem archiepiscopum verissime testatur: *Illos manifeste Spiritum sanctum blasphemare, qui contra sacros canones non necessitate compulsi, sed libenter aliquid aut proterve agunt, aut loqui presumunt, aut facere volentibus sponte consentiunt.* Quicunque autem tuum tobazion pro canonico recipiunt, non solum eosdem canones sponte[c] praevaricantur, sed etiam eisdem obstinato animo, ut iam sepius probatum est, adversantur. Ergo ipsi cum Spiritum sanctum blasphement, ipsius damnationem iuxta predicti apostolici at-
Luc. 12, 10. testationem non evadent, precipue cum ipsa Veritas in euangelio testetur, quod blasphemia in Spiritum sanctum nec hic, nec in futuro remittatur: ipsum[d] quoque Constantinopolitanum concilium, quod est unum ex quatuor conciliis aeque ut euangelium venerandis, ipsum, inquam, concilium cap. I.[3] cum omnibus heresibus etiam contumaciam Spiritui sancto repugnantium anathematizat; quos et speciali nomine iuxta quandam translationem Pneumatomachos cognominat.

1. Cor. 16, 22. Amplius Spiritus sanctus per apostolum istam promulgavit sententiam: *Si quis non amat Christum, sit anathema maranatha.* Sectatores autem Sozomeni non amant Christum, cum indubitanter blasphement Spiritum sanctum, per quem ipse Christus canonicas sanctiones inspiravit sanctis patribus; ergo ipsi subiacent apostolico anathemati.

a) *pro* ex ep. tua *habet* exempla *G.* b) Amplius sanctissimus — dubitetur *des. 3.* c) *deest G.* d) ipsumque Const. *G.*

1) *Exstat in regula fidei c. 12. post concil. Tolet. I. (Mansi t. III, col. 1004; ed. Hinschius p. 352), non tamen ad hanc synodum pertinet, utpote Leone multo priorem, sed ad aliam Hispanicam, a. 447. USS. V. Maassen I, § 222.* 2) *Epist. spuria, Hinsch. p. 21.* 3) *Conc. Constantinop. I, c. 1. ex vers. Isidori; Mansi t. III, col. 571; ed. Hinschius p. 276.*

Amplius beatus Gelasius[1] papa in apostolica sede cum LXX episcopis nominatim Nicholaum beati Stephani protomartyris condiaconum, Paulum Samosathenum patriarcham Antiochenum omnesque hereticos sive scismaticos et omnes eorum sectatores inremediabiliter anathematizatos esse pronunciavit cum omnibus, quae docuerunt sive conscripserunt. Quicumque autem docent capitulum Sozomeni pro autentico debere recipi sectantur Paulum et Nicholaum heresiarchas, cum in eodem capite sacerdotibus asscribant coniugale opus. Quomodo igitur[a] ipsi, nisi resipiscant, eorum anathema subterfugere poterunt, quorum nefarium dogma confirmare et disseminare non timuerunt?

Amplius: heresiarches Iovinianus a beato Gelasio[2] inter reliquos hereticos specialiter anathematizatus, licet heretice, incontinentiam continentiae adequarit, nunquam tamen adeo desipuit, ut episcopale officium, singularem utique et principalem continentium dignitatem, incontinentibus asscribi posse dogmatizarit. Satius enim sibi videbatur, ut hoc reprobando suae heresi refragaretur, quam incontinentiam continentiae in[b] tantum adequaret, ut contra fas et ius etiam incontinentiam divinis mysteriis admittendam assereret. Ergo Sozomenistae, qui hoc impudenter asserendo eundem heresiarcham inerrore precedunt, quomodo ipsius inevitabile anathema subterfugere valebunt? Has igitur inrefragabiles sanctorum patrum sententias diligenter inspicias, nec contra salutem tuam Sozomeni caput deinceps pro autentico recipere presumas. Sed forsitan[c] adhuc dicis te illud pro autentico recipere, non pro alia causa, nisi pro quorundam infirmorum compassione. Quam obiectionem, licet in superioribus satis rationabiliter annullarim[d], tamen iterum eidem pro tua caritate non gravabor obviare. Beatus pater Augustinus[3], immo per ipsum Spiritus sanctus, in libro contra mendacium testatur ita dicens: *Illa*[e], *quae constat esse peccata, nullo bonae causae obtentu, nullo quasi bono fine, nulla velut bona intentione facienda sunt.* Recipere autem Sozomeni caput non tantum pro vero, sed etiam pro autentico sive canonico, damnabile peccatum esse probatur; cum idem caput et canonicae veritati contrarium, et sub anathemate a sanctis patribus prohibitum non dubitetur. Nullo igitur bonae causae obtentu, nullo quasi bono fine, nulla quasi bona intentione est recipiendum: ergo nec pro compassione aliquorum. Hunc itaque librum Augustini si tu fideliter attenderis, nunquam nobis aliquod peccatum faciendum esse vel pro alicuius aeterna salute iudicabis. Qua de re diligenter et obnixe tuam fraternitatem non cesso implorare, ut saltem modo totiens rationabiliter admonitus animae tuae saluti provideas, teque a tam perniciosissimo[f] anathemate subtrahas, neque simpliciores in tuam et ipsorum perniciem per anathematizati capitis receptionem seducas. Vigilanter sane attendas verba Domini terribiliter comminantis ei, qui aliquem de pusillis eius scandalizaverit. Matth. 18, 6. Precor etiam te, ut et in hoc meam admonitionem recipias, nec te iuxta sanctum Gregorium apostolicae auctoritatis reum ulterius efficias, quod iam dudum fecisse probaris, cum domni apostolici preceptum contempsisse, et eidem[g] verbis et scriptis derogasse non dubiteris: qui etiam et alios per anathematizatum caput a te inter autentica descriptum confortasse infamaris, ut apostolicis repugnent statutis. Certissime autem volo te scire, quod nec moderni Gregorii anathema tibi deerit, si ad ipsum haec infamia iam de te vulgo disseminata pervenerit, quae te precipuum doctorem, defensorem, immo vocem esse asserit omnium, qui canonicis, et apostolicis institutionibus obstinato animo resistant. Hanc igitur infamiam, fideliter admoneo te, ut compescas, neque deinceps apostolicis statutis in periculum tuum aliquatenus refragari presumas. Ut autem damna-

a) ergo *G.* b) *deest G.* c) forsan *G.* d) annullarem 3. e) ea *G.* f) pernicioso *G.* g) ei de *G.*

1) *In decreto de recipiendis et non recipiendis libris*, § 10, *ed. Thiel I, p.* 469. 2) *L. l. p.* 470. 3) *Contra mendac.* § 18, *Opp. t. VI, col.* 456.

Act. 5, 5. 10. torias sententias nostri apostolici, et ipsius principis apostolorum super Ananiam, et Saphiram pari efficacia pollere non dubites, damnationem Spirensis episcopi[1], et mortem
1075. Febr. 24. eius studiose consideres, qui in preterito anno, qui erat ab incarnatione Domini MLXXV.[2] in prima ebdomada quadragesimae, eadem die, id est VI. Cal. Martii, immo eadem hora subito, quasi quodam invisibili telo perculsus, apud Spiram infirmari cepit, qua hora et causam eius in Romano synodo noster apostolicus ventilare incepit[a]. Idem quoque III[a] die, id est IV. Cal. Martii heu miserabiliter expiravit, qua eum etiam diffinita nostri Gregorii sententia Romae cum indubitabili efficacia damnavit. Sic enim concors fidelium relatio virorum testatur, quorum quidam eo tempore in Romana synodo damnationi eiusdem prevaricatoris interfuere: quidam vero apud Spiram, quod idem episcopus tam subito, tam miserabiliter obisset, presentes exhorruere. Ergo et tu cave: 'Daz dir ieht[b] alsamo bescehe'.

[EPISTOLA VI.]

Epistola reconciliationis pro superiorum epistolarum iniuriis.

Filio dextrae B[ernaldo] A[lboinus] par velle idemque nolle.

1. Cor. 5, 5. Ne sit inter nos zelus et contentio, propheticum sonat cum apostolo. Quapropter boni emulatores esse studeamus, quatenus quicquid noceat facillime evadere valeamus.
1. Petr. 2, 13. Si qua dissensionis emulationisve zizania inter nos pullulasse videantur, identitate purae dilectionis, eiusque propinquae fidei falce radicitus evellantur. Omne nostri negocium iuxta Tullii et Quintiliani traditiones[c] vertatur in utile et honestum. Si hactenus per longas lucubrationes contentiose et infructuose egimus, nunc sententiose et caritative per pauca multum proficiamus. Si non propter Deum omni creature[3] subiacere deberem, propter tuae redintegrandae amicitiae statum nullatenus contentioni
Isai. 58, 4. 1. Cor. 3, 3. cedere recusarem. Me vero, si quid dixi, quod tibi vel alicui subolere potest bono, quo spiritu[d] salvus fiam[e], in interitum carnis tradi non renuo. Amodo, utcunque res se habeat, fervida vis caritatis nesciens minui, sole calidior, adamante perennior in eternum et ultra permaneat. Iamiam perstemus et conemur, uti novum par amiciciae invicem generare videamur[f].

LIBELLUS II.

DE DAMNATIONE SCISMATICORUM.

Huic libello causam dederunt quaestiones, quas synodus Romana hebdomada quadragesimali a. 1076. *habita excitaverat. Quarum altera erat, utrum iudicium a Gregorio VII. in eos latum, qui in synodo Wormatiensi congregati sedi apostolicae oboedientiam renunciaverant, iustum ac legitimum fuisset; altera, utrum simoniaci atque excommunicati sacramenta conficere valerent.*

Quibus de rebus Adalbertus et Bernaldus Bernhardum, qui illius discipulus huiusque praeceptor medius inter duos erat, epistola I. consuluerunt.

Bernhardus ad primam quaestionem directam responsam non reddidit, sed ordines duos iudicarios de dubiis et de manifestis distinguens in medio reliquit, uter a papa

a) coepit *G.* b) ieth 3. c) conditiones *G.* d) spiritus *G.* e) fiat *G.* f) *sequitur:* Finis disceptationis de continentia clericorum *G.*

1) *Heinrici.* 2) *Bernoldus in chronico a.* 1075 *(cf. Lamberti ann.* 1075, *p.* 230), *SS. V, p.* 430. *Hoc autem non unicum exemplum in chronico affert, schismaticos misera morte atque improvisa mulctatos esse.* 3) *Intellegere videtur: seniori meo.*

adhibendus fuerit; ad alteram vero haud ambigue rescripsit, simoniacos et excommunicatos, qui manifesti sint, nec clericos ordinare nec dominicum corpus conficere posse.

In epistola III. Adalbertus et Bernaldus cum Bernhardo de ratione ordinis iudiciarii maximam partem consenserunt, sed de confectione sacramentorum hac re potissimum dissenserunt, quod eos, qui catholice ordinati culpa quadam excommunicati erant, sacramenta conficere non posse concedere nollent; nichilominus Bernhardum, quid de hac re sentiat, iterum rescripturum esse exspectabant.

Adalbertum presbyterum Bernhardi, qui eum Bernaldi dominum appellat, praeceptorem fuisse ex epistola II.[1] *colligitur; neque dubium est, quin idem doctor fuerit, quem Bernaldus in Necrologio et in Chronico*[2] *'iam triginta annis mundo crucifixum et in fine ad evangelicam perfectionem perductum' id est monachum professum III. Non. Decembr. a.* 1079. *de hac vita decessisse refert. Bernhardus presbyter e gente Saxonum natus Bernaldi praeceptor erat Constantiae, qua urbe forsitan ante annum* 1069.[3] *relicta ecclesiae Hildesheimensi serviebat, postea monasterium Saxoniae ingressus a.* 1088. *diem supremum obiit*[4].

Qui etiam librum[5] *ad Hartwicum archiepiscopum Magdeburgensem contra Heinricum IV. scripsit. At notandum est, Bernhardum in epistola ad Adalbertum data multo aequius quam in illo libro, novem annis postea composito, de lite inter regem et papam exorta iudicavisse. Nam iudicium etiam apostolicae sedis ex institutis canonicis examinandi ius sibi esse putat; canones cunctis sacerdotibus proprios esse declarat; adversariorum argumenta copiosa producit; episcopum quendam a partibus Gregorii VII. stantem canones de ordinatione violasse vituperat; in synodum Romanam a.* 1075. *celebratam invehitur, quae decretis concilii Nicaeni contradixerit; vox denique 'apostolicae sedis proscriptores', qua Adalbertus et Bernaldus adversarios Gregorii VII. notaverant, eum offendisse videtur*[6]. *Qua ex causa quidam textui epistolae II. notas in margine adspersit, quibus argumenta Bernhardi infringere, auctoritatem sedis apostolicae confirmare nitebatur. Quarum auctor num Bernaldus fuerit, in dubio relinquo.*

Libellum hunc a. 1076. *scriptum esse ex verbis ipsius Bernhardi*[7] *atque ex contextu litterarum patet.*

Codicibus usus sum Stuttgartensi (2) et pro maiore parte epistolae II. etiam Schlettstadensi (3), recensione denique Gretseriana (G).

DE DAMNACIONE EORUM, QUI PAPAM TOTAMQUE ROMANAM SYNODUM DEAUCTORIZARE TEMPTAVERUNT, ET DE SACRAMENTIS DAMNATORUM.

[EPISTOLA I.
Adalberti et Bernaldi ad Bernhardum.]

Domno ac venerando sacerdoti Bernhardo[a], doctrina ac moribus adornato, Adalbertus presbyter indignus, eiusque Bernaldus[b] bonum indeficiens, quod est Christus.

Multum de vestra salutatione gavisi sumus, sed multo plus gauderemus, si quo- (1)
quomodo ad invicem conveniendi et dulce colloquium conserendi facultatem haberemus. Quod cum nobis diversarum rerum necessitas intercludat, saltem mutuam collocutionem literarum officio commendare non pigeat.

a) *nomina* Bernhardo, Adalbertus, Bernaldus: ΒΗΡΗΙΑΡΔΩ. ΑΔΑΛΒΗΡΟ'. ΒΗΡΗΝΑΛΔ[9] *scripta sunt in* 2. b) *loco huius vocis lacuna est in G.*

1) *P.* 46. 2) *SS. V, p.* 392. 436. 3) *Cf. Ussermann II, p.* 213, *n.* 59. 4) *SS. V, p.* 448. 5) *Libelli de lite I, p.* 471 *seqq.* 6) *Hoc locutio indicat: 'ut tui verbo utar', et similes.* 7) *V. infra p.* 43.

(2) De iudicio[a] igitur domni apostolici super publicos et contumaces apostolicae sedis proscriptores aliquid nobis rescribere velitis, sicubi quicquam autenticum eidem iudicio adversum invenissetis. Nam nos nihil adhuc illi contrarium reperimus, licet diversorum patrum statuta singulari diligentia evolvissemus. In illis sane duos iudiciarios ordines invenimus, unum de publicis criminibus, alterum de dubiis, licet veris, nondum tamen publicatis. Et ad dubias quidem res discuciendas induciae leguntur concessae, ut accusati se contra accusatores suos possint preparare: in quo iudicio necessaria est presentia accusati et accusatoris. Publicae autem contumatiae nusquam legimus inducias ex debito esse concedendas; huiusmodi enim causa non indiget accusatore vel testium conductione, cum ipse reus non verecundetur crimen suum propalare, nec per absentiam damnacionem suam debeat[b] differre. Sed hos duos ordines iudicandi per exempla vobis denotari non necessarium estimamus, cum scienciori quaelibet ingerere magnae iudicetur inpudentiae.

(3) Iuxta hunc modum domnus apostolicus publicos et contumaces apostolicae sedis proscriptores satis canonicę damnavit etiam absentes. Quid autem vobis inde videatur, caritas vestra nobis[c] rescribere non gravetur; nam vestram de hac[d] causa sententiam libentissime recipimus, quem pre ceteris diligentiorem et[e] discretiorem in sacris literis non dubitamus.

(4) De confectione etiam sacramentorum a symoniacis seu a quibuslibet excommunicatis usurpatorum, quid videatur vobis, scire vellemus, quippe, si careant veritate. Sanctissimus enim pater Augustinus[1] ita testatur: *Veri,* inquid, *sacrificii locus non est extra catholicam aecclesiam;* nullus igitur locus veri sacrificii est apud hereticos sive excommunicatos. Beatissimus quoque papa Leo, cuius auctoritate congregatum est et confirmatum Calcedonense concilium, a sancto Gregorio euangelio comparatum, ipse, inquam, Leoni augusto scribit de quodam damnato Timotheo[2] episcopo, qui reus occisionis Alexandrini presulis[3] sedem eius symoniace invasit. De huius igitur symoniaci sacramentis prefatus papa Leo ita testatur ad augustum[4]: *Manifestum*[f] *est*, inquit, *per crudelissimam et*[g] *insanissimam vesaniam in Alexandrina sede caelestium sacramentorum lumen extinctum: intercepta est sacrificii oblatio, defecit crismatis sanctificacio, et parricidalibus manibus impiorum omnia se subtraxere mysteria.* Sanctus quoque Gregorius scribens de temeraria ordinatione Maximi Salonitani[h] episcopi ita detestatur eandem[5]: *Post interdictionem quoque*[i] *nostram, quae sub excommunicacione*[k] *tua ordinantiumque te facta est, caesis*[l] *presbyteris diaconibusque caeteroque clero, manu militari ad medium diceris adductus. Quam rem nos nullomodo*[m] *consecracionem dicere possumus, quae ab excommunicatis*[n] *celebrata est.* Episcopi enim excommunicati erant, qui eum consecraverant.

Vestrum igitur iudicium expectamus, quid de huiusmodi sacramentis iudicare debeamus[o].

a) *nota marginalis cod.* 2: De hoc iudicio in epistola, quae istam in tertio loco subsequitur, diligentissime tractatum invenitur; videlicet quam nefarie isti in apostolicam sedem peccaverint, et quam canonice eos Romana synodus dampnaverit, *ut in cod. Gretseri prius ipsi textui inserta erat. Notae marginales pleraeque alia manu, quae textum compluribus locis correxit, adiectae sunt.* b) debet *G.* c) vobis 2. d) *lit.* h *suprascr.* 2. e) et discr. *suprascr.* 2. f) *add.* quippe *Leo.* g) insanissimamque saevitiam omne illic cael. *Leo et G.* h) Salolit. 2. i) inquid 2. k) *ex* excommicacione *corr.* 2. l) caesis — clero *desunt* 2. m) nullumodo 2; nos cons. dic. nullom. poss. *Greg. et G.* n) exc. est hominibus cel. *Greg. et G.* o) *nota interlinearis cod.* 2. *et Gretseri:* Post interrogationem hic incipit utilis (valens *G.*) responsio, caute tamen legenda in ulteriore parte.

1) *Prosperi Lib. sent. ex August. XV, Opp. X, app. col.* 224. 2) *Cui cognomen Aelurus.* 3) *Proterii.* 4) *Epist.* 156, *c.* 5. *ed. Baller. t. I, col.* 1324. 5) *Lib. IV, ep.* 20; *ed. Ewald I, p.* 254; *Jaffé nr.* 1292.

[EPISTOLA II.
Bernhardi ad Adalbertum.]

Areolae aromatis, cuius lilio capreus Libani pascitur, cuius in umbra ipse cubans meridiatur, viro deliciarum Adalberto[a], de sacramentorum confectione Bernhardus cauteriatus instar Ethiopis in tabernaculis Cedar, damnatus pistrino in Ur Caldeorum, nec iam subsistens in miseriis non dico corporis, sed expositae iam morti animae, quicquid gemens peccatoris devocio angelicae sanctitati. cf. Cant. 5, 13; 11, 5. Cant. 1, 4.

Deo fonti misericordiarum et patri tocius consolacionis gratias corde et voce itero utroque, quod me tui salutacione tunc cuius audito nomine recreor, dulcissima dignatus est collocutione. Salve corruptelam nesciens cedre paradisi, salve auriga Israhel, salve inmortalitatem spirans o animarum medela: salve petra, quam callidus serpens suis signasse vestigiis non gaudet, immo ab omni corporeae labis aspergine pure detersam abhorret: salve aureum mensae Salomonis non significativi, sed significati reclinatorium: salve caeli luminare, lucens inextinguibiliter in medio nacionis malae atque perversae. 4. Reg. 2, 12. Cant. 3, 10. Sap. 7, 10. Phil. 2, 15.

Iussionis igitur tuae exsecucionem licet mihi pro sanctitate negocii interdicat conscientia, licet praesumentem me in faciem ipsam caedat stulticia: aggredior tamen certus, quia etsi quae oporteat[b] dici nescio, in hoc tamen sciens sum, quod tibi, tibi[c] domine[1], obędio. Iubes[d] igitur, ut tua ipsius verba ponam, tibi a me scribi de iudicio domni apostolici super publicos et contumaces sedis apostolicae proscriptores, sicubi quicquam autenticum eidem iudicio adversum invenerim. (2)

Sedis, pater, apostolicae est ut divini consciae archani rotare claves regni caelorum. *Ipsa enim,* ut Anacletus[2] papa scribit, *constituta est a Domino, non ab alio caput et cardo aeclesiarum: et sicut cardine ostium regitur, sic huius sanctae sedis auctoritate omnes aeclesiae Domino disponente reguntur.* Hinc beatus Gelasius[3] in generali decreto ad omnes episcopos de institutis aeclesiasticis dicit: *Cum nobis contra salutarium reverenciam regularum cupiamus temere nil licere, et cum sedes apostolica super his omnibus favente Domino, quae paternis canonibus sunt prefixa, pio devotoque studeat tenere proposito; satis indignum est, quemquam vel pontificum vel ordinum subsequencium hanc observantiam refutare, quam beati Petri sedem et sequi videat et docere; satis*[e] *conveniens sit, ut totum*[f] *corpus aeclesiae in hac sibimet observacione concordet, quam illic vigere conspiciet*[g]*, ubi Dominus aeclesiae tocius posuit principatum.* Leo quoque ad Anastasium Thesalonicensem episcopum[4]: *Etsi*[h] *ordo,* inquid, *generalis est omnibus sacerdotibus, non tamen communis dignitas est omnibus, quia et inter beatissimos apostolos in similitudine honoris fuit quaedam discrecio potestatis: et cum omnium par esset electio, uni tamen datum est, ut ceteris premineret.* Et quia hanc excellentiam Romanae sedis non minuit indignitas praesidentis, testatur idem Leo[5]: *Etsi nonnumquam,* inquiens, *diversa sint*[i] *merita presulum, iura tamen permanent sedium, quibus possunt*[k] *emuli perturbationem aliquam fortasse inferre*[l]*, non tamen possunt minuere dignitatem.* (3)

Sedis tamen huius sanctae presules a subiectis moneri persepe tolerabant, spiritum in eis extinguere nolebant: demum aeclesiastica lege duce et magistra pocius ipsi secundum instituta canonum vivere, quam ex canonicis institutis subiectos obprimere cf. 1. Thess. 5, 19.

a) *nomina scripta sunt* 2: AΔALBPΘ(), BERHARD^{en}. b) oportea 2. c) *deest G.* d) *ex* iubemus *corr.* 2. e) satisque conv. *Gel.* f) *ex* toto *corr.* 2. g) conspiciat *Gel.* h) Quibus, inquit, cum sit dign. comm., non est tamen ordo generalis, quoniam et *Leo et G.* i) sunt *Leo, om. G.* k) etsi possint *Leo;* quib possint *G.* l) *ex* inferee *alio atram. corr.* 2.

1) *Cur Adalbertum dominum et patrem vocet, in fine epistolae suae declarat Bernardus. USS.* 2) *Ep. III, c.* 34, *Hinschius p.* 84. 3) *Ep.* 14. *c.* 9, *ed. Thiel I, p.* 367. 4) *Ep.* 14. *c.* 11, *Baller. t. I. col.* 691. 5) *Ep.* 119, *c.* 3, *l. c. col.* 1214.

volebant. Princeps apostolorum, cum in sui simulacione gentes cogeret iudaizare, Pauli correptione[a] suggerentis nec Iudeos ab huiusmodi tamquam a nefariis prohibendos, 2.Cor. 2, 10. nec gentiles ad ea tamquam ad necessaria compellendos sententiam[b] mutavit. *Ego,* inquid beatus Gregorius[1], *et minores meos, quos ab illicitis prohibeo, in bono imitari paratus sum; stultus est*[c] *enim, qui in eo se primum estimat, ut bona, quae viderit, discere contemnat.* Ille etiam, qui non ab homine didicit, auctoritati Corinthiorum cessit dicens: *Cui aliquid donastis, et ego.* Hinc colligimus, cum sedis huius super petram, quae Christus est, fundatae ius et dominium constet, non posse abrogari: presules tamen eius concedat racio interdum commoneri.

(4) De iudicio autem apostolici facto super hos, quos tu vocas publicos et contumaces proscriptores, pro nostra respondemus stulticia. Fecit quidem papa quod est apostolicum, dum damnavit quos dixeras publicos et contumaces[d] aut confessos veraciter, aut convictos regulariter, aut si vocati canonice ad reddendae[e] racionis iudicium venire noluerunt. Audi pater, quid sanctus Augustinus, qui Cartaginensi concilio ex apostolica auctoritate et ducentorum XVII patrum firmato interfuit, de sentencia eiusdem concilii ad clerum et plebem Ipponiensium inter alia dicit[2]: *Nuper in concilio episcoporum constitutum est, nullum clericum, qui nondum convictus est*[f]*, suspendi a communione debere, nisi ad causam suam examinandam se non presentaverit.* Ipsam autem presentationem idem[g] demonstrat concilium[3], videlicet ut aut ipse accusatus ad causam suam dicendam die statuta literis evocatus occurrat, aut aliquas veras necessitatis causas probet, quibus eum[h] occurrere non potuisse manifestum sit. Et adtendendum, quia dicit: 'non potuisse'; nec dicit: 'non[i] voluisse', similiter et de accusatore, si ad concilium universale anniversarium occurrere noluerit[k], certe sive accusator sive accusatus occurrere voluit, et non valuit, Carthaginensis concilii decretis absolutus erit. Consentit et Affricana synodus[4] dicens: *Si infra annum causam suam purgare contempserit;* nota verba, non dicit: 'non voluerit', sed: 'contempserit'. Unde Augustinus in libro de poenitencia[5]: *Nos vero a communione quemquam prohibere non possumus, quamvis haec prohibicio nondum sit mortalis, sed medicinalis nisi aut*[l] *sponte confessum, aut in aliquo sive seculari sive aeclesiastico iudicio nominatum atque convictum. Quis enim sibi utrumque audet assumere, ut cuiquam ipse sit et*[m] *accusator et iudex? Ideo,* inquid sanctus Gelasius[6], *vocatur ad iudicium certe*[n] *quaecumque persona, ut aut fateatur obiecta, aut convincatur obiectis.* Et Antioceni canones[7]: *In conciliis,* inquiunt, *assint omnes qui se lesos existimant, et synodi experiantur examen.*

(5) Sed tu dicis duos esse iudiciarios ordines, unum de dubiis licet veris, qui et indigeat induciis, scilicet ut accusatus consulendo sibi provideat, qualiter de obiectis commode respondeat: alterum de manifestis, cui induciae minime sint concedendae,

a) *ex* correct. *corr.* 2. b) sententia mutatum *G.* c) enim essem *G.* d) *nota marginalis* 2: Hanc dubietatem sequens epistola satis dilucidabit, quae eos post litteratoriam confessionem dampnatos declarabit, ut Acatius patriarcha Constantinopolitanus a sancto Felice papa legitur anathematizatus, utpote litteris professus, nulla autem synodica vocatione preventus, *verbis:* si tantum *praemissis sicut in G. prius textui inserta, postea alia manu deleta in marginem translata est.* e) redtende 2. f) sit *Aug. G.* g) ipsum *G.* h) *deest* 2. *G.* i) non vol. *alio atram. suprascr.* 2. k) noluerit — occurrere *om.* 2. l) autem 2. m) *deest G.* n) certa 2. *G.*

1) *Lib. IX, ep.* 12; *Opp. II, col.* 941; *Jaffé nr.* 1550. 2) *Ep.* 78. § 4; *Opp. ed. Benedict. t. II, col.* 184. 3) *Conc. Carthag. a.* 419, *c.* 19 *(Dionys.) ex conc. a.* 397, 28. *Aug. repetit.; Mansi t. III, col.* 719. 4) *Conc. Carthag. a.* 419, *c.* 79 *(Dionys.), ex conc.* 13. *Sept.* 401. *repetit.; Mansi t. III, col.* 779. 5) *Sermo.* 351, § 10; *Opp. ed. Benedict. t. V, col.* 1359. 6) *Ep.* 27, *c.* 3; *ed. Thiel I, p.* 425. 7) *C.* 20. *vers. Dion.; Mansi t. II, col.* 1326.

quia non necessariae: et postèriori hoc ordine papam in contumaces episcopos apostolica usum potestate. Recipimus, domine, quod asseris, si coniunctionem hanc, quae est 'tantum' non addideris. Sunt quidem duo iudiciarii ordines[a], ut duo precepta, ut duo peccandi genera, unum scilicet in Deum[b], alterum in homines: ut duo adventus Domini, unus occultus, alter manifestus, unus de quo scriptum est: *Descendet sicut pluvia in vellus;* alter de quo scriptum est: *Deus manifeste veniet.* De priori igitur iudiciario ordine dicit apostolus: *Si quis frater nominatur fornicator* et cetera, *eam nominacionem intellegi volens,* ut dicit Augustinus in libro de poenitentia[1], *quae fit in quemquam cum sententia ordine iudiciario. Noluit enim hominem ab homine iudicari ex arbitrio suspicionis, vel etiam extraordinario usurpato iudicio, sed pocius ex lege Dei secundum ordinem aeclesiae, sive ultro confessum, sive accusatum atque convictum.* Ps. 71, 6. ib. 49, 3. 1. Cor. 5, 11.

Hunc autem ordinem qualiter procedere[c] et[d] tractari oporteat, describit beatus Gregorius in commonitorio[2] ad Iohannem defensorem euntem[e] in Hispanias decernens et catholicum statuens, ut considerata causarum qualitate alii sint accusatores, alii testes, et ut presente accusato sub iureiurando dicatur testimonium scriptis alligatum, et accusatus respondendi et defendendi se locum habeat, et examinacio personarum accusantium ac testificantium regulariter fiat. Hunc etiam iudiciarii[f] ordinis modum Dominus innuit, cum in resuscitacione puellae in domo iacentis mortuae, ac si in revelacione causae non omnibus notae, quosdam discipulorum suorum testes scilicet[g], et patrem et matrem puellae secum adhibuit. (6) Matth. 9, 19.

Qualiter autem sit determinanda huiusmodi coniecturalis controversia, describit Leo[3] ad Rusticum Narbonensem episcopum: *Quia sacerdotum Domini matura volumus esse iudicia, nihil possumus in*[h] *rebus incognitis in cuiusquam partis preiudicium diffinire, priusquam universa, quae gesta sunt, veraciter audiamus.* Et item alibi egregie dicitur: *Non iustum mediatorem, qui in incertis sic unam partem audit, ut alteri parti nihil reservet.* Quid vero sit faciendum, si accusatus post canonicas inducias nec ipse venerit, nec impedimenti necessitates probaverit, prescribit sanctus Gregorius in predicto commonitorio dicens[4]: *Quoniam quidam aut apud locorum defensores, aut apud clarissimos provinciarum iudices, aut etiam, ut assolet, hic apud clarissimum*[i] *magistrum census ingredientes*[k]*, et querentes tamquam ab alio passi aliquid contra leges, aut aliter iniusticiam*[l] *sustinentes damni facti, testes volunt*[m] *producere, ne*[n] *postea obiciatur eis, quia per unam partem gesta confecta sunt, oportet et*[o] *illum*[p] *in ipsa civitate constitutum, ubi testimonia dantur, admoneri*[q] *cum iudice et defensore advenire et audire testes*[r]*. Si vero venire*[s] *noluerit, sed contemserit, ut ex*[t] *una parte testimonia adversus aliam*[u] *inutilia sint: sancimus, huiusmodi testimonia ita valere tanquam si non ex una parte consisterent, sed etiam ante*[v] *ipsos praesentes fuissent facta*[w]*. Si*[x] *repudiaverit*[y] *et venire noluerit, et audire quae deponuntur, cum utique in publico sit, et non ex inevitabili quadam necessitate venire* (7)

a) *eadem manu in margine cod.* 2. *add.:* Laudabilis tractus *(sic)* de iudicariis ordinibus. b) dominum *G.* c) proceed. 2. d) ac *G.* e) eunte 2. f) iudiciari *altero* i *eraso* 2. g) sed 2. h) *deest Leo.* i) virum cl. *G.* k) ingrediuntur et queruntur *G.* l) al. laesi aut d. f. *G.* m) volentes *G.* n) at ne *G.* o) *deest G.* p) qui impetitur *add. G.* q) admonitum a iud. sive a def. *G.* r) attestationes *G.* s) nol. adv. *G.* t) ex hoc ab u. p. *G.* u) eum *G.* v) ipso presente *G.* w) *deest* 2. x) enim *add. G.* y) recusaverit *G.*

1) *L. c. col.* 1360. 2) *Lib. XIII, ep.* 45; *Opp. II, col.* 1251; *Jaffé nr.* 1912. 3) *Immo epist.* 23. *ad Flavianum c.* 1, *ed. Baller. t. I, col.* 763. 4) *Quae sequuntur ex novella Iustiniani de testibus* 90 *c.* 9. *deprompta sunt, quam Gregorius col.* 1255. *commonitorio inseruit. Lectionum quas qui novellas edidit R. Schoell ex Gregorio attulit, pleraeque cum cod.* 2. *concordant.*

non possit[a], *aequaliter*[b] *erit tamquam si advenissent, et nulla utilitas ex contemptu suo ei adhibebitur, sed videbuntur quidem ex*[c] *utriusque praesentia facta*[d]. *Ecce*, inquid sanctus Gregorius, *admonendus est*[e] *adversarius, ut ad audiendos testes adveniat, alioquin*[f] *necesse est, ut quod contra leges actum est, firmitatem non habeat.*

(8) Demonstrat etiam Bonifacius[1] papa scribens ad septem provincias de Maximo, qui multo crimine infamatus presentari iudicio noluit, regulariter vocatus: *Nullus*, inquiens, *dubitet*[g], *quod ita*[h] *iudicium nocens subterfugit, quemadmodum ut absolvatur, qui est innocens, quaerit. Sed astuta cavillacio eorum, qui versucias*[i] *agendi credunt esse consilia, numquam innocenciae*[k] *acciperet nomen: confitetur enim de omnibus quisquis se subterfugere iudicium dilacione*[l] *putat.* Et quibusdam interpositis: *Decrevimus*, inquid[m], *congregare*[n] *synodum*[o], *ut, si adesse voluerit presens, si confidit, ad obiecta respondeat: si*[p] *adesse noluerit, dilacionem sententiae de absentia non lucretur. Nam manifestum est*[h] *confiteri eum de crimine, qui indulto et tociens delegato iudicio purgandi se occasione non utitur. Nihil enim interest, utrum in presenti examine omnia, quae dicta sint, comprobentur, cum ipsa quoque pro confessione procurata tociens constet absentia. Nos autem*[q] *ad*[r] *omnes provincias literas dirigemus, ne excusacionem sibi ignoracionis obtendat, ut ad provinciam venire cogatur et illic se constituto praesentet*[s] *iudicio.*

(9) Simili execucione vocavit et expectavit beatus Gregorius Maximum Salonitanum episcopum evidenter reum et contumacem, dicens[2]: *Hortamur, ut ad nos venire omni postposita excusacione festines, quatenus servata iusticia, haec de*[t] *quibus acousaris et cognoscere et finire secundum canonica instituta Christo revelante possimus. Ita autem fac, ut ad veniendum amplius iam moras non ingeras, ne ipsa te magis absentia obnoxium his, quae dicuntur, assignet, et nos in te haec res non solum propter dicta crimina, quae purgare subterfugis, sed etiam propter inobedienciae culpam durius, scilicet ut in contumacem, cogat ex consilio ferre iudicium.* Vides, domine, quia beatus Gregorius Maximum Salonitanum, et presumptorem et contumacem, qui ordinem inlicite suscepit, qui literas papae celebracionem sibi missae interdicentes proterve discidit: quia hunc, inquam, nisi canonice vocatum, nisi regulariter expectatum damnare noluit. Unde et ipse ad Marcianum[3]: *Nullus sine cognicione damnandus est.*

(10) Alter[u] iudiciarii ordinis modus est, quem et tu dixeras, cum crimen non negatur, cum iam quasi extra portam civitatis celeribus exequiis reus effertur. Hunc modum, nisi tua vel providencia aliter iudicaverit, in duos adhuc modos subdividimus et modum utrumque in synodum[v] vocari, et ex iudicio determinari volumus. Una scilicet manifesti iudiciarii ordinis species est, cum reus nec se nec admissum, quod obicitur, defendit, id est, cum fatetur et se fecisse, et faciendo peccasse. In hac causa accusatoribus nil facientibus res tantum ad iudicium vocatur, passurus, quod confesso[w] vel

a) posse 2. b) similis advenienti erit *G.* c) in *G.* d) probationes factae *G.* e) semper *add. Greg.* f) quod quia hic omissum est *Greg. pro* alioquin. g) dubitat *G.* h) *deest* 2. i) versutis agendum c. e. consiliis *Bonif. G.* k) inn. nomen accipiet *Bonif. G.* l) dilationibus *Bonif. G.* m) vestrum debere intra provinciam esse iudicium et *add. Bonif. G.* n) congregari *Bonif. G.* o) ante diem Calendarum Novembrium *add. Bonif. G.* p) si vero a. neglexerit *Bonif. G.* q) *alio atr. am. add.* 2. r) per *Bonif. G.* s) presentari *Bonif. G.* t) de qu. acc. *deest Greg.* u) *ead. manu in marg. cod.* 2. *add.:* Cur beatus Gregorius Maximum vocaverit, sequens epistola evidentius monstrabit ad tale signum, *quod vero non invenitur.* v) *eadem manu in marg. cod.* 2. *et G. add.:* Hic cautissime 'semper' non adiectum, nec aliud universitatis designativum; ne eo adiecto apostolicae sedi preiudicaretur, quae (quam *G.*) contumaciae (contumacia *G.*) synodicam vocacionem non cogatur pretendere. w) confesse 2.

1) *Mansi t. IV, col.* 394; *Hinschius p.* 555; *Jaffé nr.* 349. 2) *Lib. VI, ep.* 3; *Opp. II, col.* 793; *Jaffé nr.* 1382. 3) *Lib. III, ep.* 27; *ed. Ewald I, p.* 185; *Jaffé nr.* 1231.

convicto medicinaliter prescribunt pene singula folia canonum. Secundum hunc modum videtur apostolus dixisse ad Corinthios: *Ego quidem absens corpore, presens autem spiritu, iam iudicavi ut presens, eum, qui sic operatus est, in nomine domini nostri Iesu Christi congregatis vobis et meo spiritu, cum virtute domini*[a] *Iesu*[b] *tradere huiusmodi*[c] *satanae in interitum carnis.* Nota quod dixit: *Congregatis vobis in nomine Iesu;* quasi diceret: collecto a vobis concilio, facto a vobis conventu in nomine Domini, id est, canonico, ibi me spiritualiter vobiscum presente reus iudicetur, ibi a consorcio aecclesiae eliminetur, tunc manifeste ei monstretur, quia peccando[d] eius se iugo subiugavit, eius dico, qui iugum Domini abiecit. Et hoc non[e] privatae respectu iniuriae, non alia intentione, nisi ut in eo intereat in mortem vergens carnalitas, resipiscat aeterna quaerens spiritualitas: carne scilicet intereat, ut spiritu salvetur. Item paulo superius: *Ut tollatur de medio vestrum, qui hoc opus fecit;* quod exponens Ambrosius[1] dicit: *Cognito opere isto*[f] *pellendum illum*[f] *peccantem*[g] *fuisse de cętu fraternitatis; omnes enim crimen eius sciebant*[h]. *In qua re neque testibus opus erat, neque tergiversacione aliqua poterat*[i] *tegi crimen.* 1. Cor. 5, 3—5.

Altera manifesti iudiciarii ordinis species est, cum purgatorie crimen conceditur, sed culpa removetur, id est, cum fatetur se quod obicitur fecisse, affirmat autem se legem aeclesiasticam minime in hoc facto exorbitasse. Huic accusato[k] magnopere suademus concedendam synodum, scilicet ut aut convincatur, aut probando suas partes absolvatur. Hoc modo secum agi debere clamant nunc proscripti ab apostolico presule. (11)

Huius iudiciarii ordinis formam dabant nobis propter iusticiae defensionem accusati[k], plures tyrannidem prelatorum experti, quibus in conventu auditis ipsi persepe obiecti honestatem suadendo sunt absoluti, compressores eorum, relato in se crimine, damnati. Sic Constantia[l] episcopum[m] Carlomannum[2], qui eam ex inobediencia accusavit, perorata inobedienciae dignitate, quasi infernalem furiam exsufflavit[n].

Huius autem regulam et actionem controversiae prescribit concilium Sardicense[3]: *Si episcopus quis forte iracundus, quod esse non debet, cito et*[o] *aspere commovetur*[p] *adversus presbyterum sive diaconum suum, et exterminare eum de aecclesia voluerit, providendum est, ne innocens damnetur, aut perdat communionem. Et ideo habeat potestatem is, qui abiectus est, ut episcopos finitimos interpellet*[q], *et causa*[r] *eius audiatur, ac diligentius tractetur: quia non oportet ei negari audientiam roganti. Et ille episcopus, qui iuste*[s] *aut iniuste eum abiecit, patienter accipiat, ut negocium discuciatur*[t], *ut vel probetur sentencia*[u] *eius a*[f] *pluribus*[v], *vel emendetur. Tamen priusquam omnia diligenter et fideliter examinentur, eum, qui fuerat*[w] *a communione*[x] *separatus, ante cognicionem nullus debet presumere, ut communioni societ.* Notentur verba quae dicuntur: *ut sententia eius*[f] *probetur vel emendetur,* scilicet, ut discussione facta, sentencia eius, qui damnaverat, si iuste secum agit, probetur; si racione caret, emendetur. (12)

Cum ergo neminem prepropere seu prepostere damnari lex paciatur aeclesiastica, probabiliter dicimus: si qui episcoporum a papa regulariter ad synodum vocati non

a) nostri *add. Vulg., G.* b) Christi *add. G.* c) hominem *add.* 2. d) peecando 2. e) nisi *G.* f) *deest* 2. g) *deest Ps.-Ambros.* h) et non arguebant, publice enim novercam suam loco uxoris habebat *Ps.-Ambr., G.* i) *ex* poterant *corr.* 2. k) acus. 2. l) pro n. urbis *suprascr.* 2. m) *supra* Carlom. *script.* 2. n) exuffl. 2. o) *deest G.* p) commoveatur *Dion., G.* q) *ex* interpellat *corr.* 2. r) causacius 2. s) aut iuste *Dion., G.* t) excuciatur (*litterae* cu *alio atram. scriptae*) 2. u) eius sent. 2. v) plurimis *Dion., G.* w) fuerit *Dion., G.* x) commonione 2.

1) *Commentar. spurius in Pauli ep.* 1. *Cor.* 5, *Opp. ed. Bened. II, app. col.* 127. 2) *In synodo Moguntina a.* 1071, *de qua videas fontes a P. Ladewig, Regesta episcoporum Constantiensium nr.* 493. *allatos.* 3) *C.* 17, *recens. Dionys.; Mansi t. III, col.* 28.

venerant, vel certas inpedimenti necessitates non probaverant, officii suspensionem[a] meruerant[b], audiendo tamen humano Augustini consilio in epistola ad Bonifacium[1]: *In huiusmodi causis, ubi per graves dissensionum scissuras non huius aut illius hominis periculum*[c] *est, sed populorum strages iacent, detrahendum*[d] *est aliquid severitati, ut maioribus malis sanandis caritas sincera subveniat,* et Leone ad Rusticum Narbonensem episcopum dicente[2]: *Sicut quaedam sunt, quae nulla possunt racione convelli, ita nonnulla*[e] *sunt, quae aut pro consideracione aetatum, aut pro necessitate rerum oportet*[f] *temperari; illa semper condicione servata, ut in his, quae vel dubia fuerint vel*[g] *obscura, id noverimus sequendum, quod nec preceptis euangelicis contrarium, nec decretis sanctorum patrum inveniatur adversum.*

(13) Preterea[h] decreta[3] Triburensis[i] synodi[k], cui interfuit catholicus Arnolfus rex, prescribunt nobis tantum tria, quae mereantur episcopale anathema, unum scilicet: *si*[l] *ad synodum quislibet canonice vocatus venire contempserit.* Secundum: *si presentatus preceptis sacerdotalibus non obedierit.* Tercium: *si*[l] *ante finitam causae suae examinacionem*[m] *a synodo profugus abire presumpserit.* Ne vero haec synodus ex loci humilitate demereatur auctoritatem, audiatur Gelasius[4] in epistola ad episcopos per Dardaniam constitutos: *Confidimus,* inquiens, *quod nullus iam veraciter christianus ignoret, uniuscuiusque synodi constitutum, quod universalis aeclesiae probavit assensus, nullam magis exequi sedem prae caeteris*[n] *oportere, quam primam: quae*[o] *unamquamque synodum et*[p] *sua auctoritate confirmat, et continua*[q] *moderacione custodit, pro suo scilicet principatu, quem beatus Petrus apostolus Domini voce perceptum aeclesia nihilo minus subsequente, et tenuit semper, et retinet.* Et beatus Ysidorus[r.5] post descriptionem autenticarum scripturarum et Nicenae, Constantinopolitanae, Ephesinae, Calcedonensis quoque synodi addidit: *Si qua sunt concilia a sanctis patribus instituta, post horum quatuor auctoritatem et custodienda et recipienda decrevimus.* Hinc et Augustinus de vera religione[6] dicit: *Eternam legem mundis animis fas est cognoscere, non est fas iudicare.*

(14) In istis autem temporalibus legibus, quamquam de his homines iudicent cum eas instituunt, tum cum fuerint institutae atque firmatae, non licebit iudici de ipsis iudicare, sed secundum ipsas. Et per[s] Carthaginenses[7] canones[t] dicitur: *Quae vel facta vel dicta superius conprehensa sunt, vel ab aliis conciliis conscripta, quae secundum legem inveniuntur, custodire nos oportet. Si quis vero statuta supergressus corruperit, vel pro nihilo habenda putaverit, si laicus est, communione, si clericus, honore privetur.*

(15) His de iudicio papae responsis pro mea stulticia tuae, pater, iussioni, liceat me, antequam de symoniacis et excommunicatis respondeam, quaedam, quae nos idiotae utrinque conferimus, tecum agendo deliciari. Persona igitur apostolici exigit ab eo, ut si aeclesiae, quae[u] se suo credidit patrocinio, consultum voluerit, si id, quod dicitur, esse

a) suspensione 2. b) *nota marginalis eadem m. add.:* Hic cautissime non adiectum, quod papa absque synodo neminem possit damnare; nam hoc adiectivum apostolicae auctoritati preiudicare videretur. c) est per. *Aug., G.* d) vero *add.* 2. e) multa *Leo.* f) oporteat *Leo., G.* g) aut *Leo., G.* h) *nota marginalis ead. man. add.:* Hi modi anathematum discuciendis quidem episcopis, non utique in contumacia publicatis profixi videntur, ut ex leccione eiusdem concilii colligitur: qui etiam modi preiudicare non possunt apostolicae auctoritati. i) *sequitur littera* t *similis* 2. k) concilii *add.* 2. l) sy 2. m) examinacione 2. n) preceptis 2. o) et *add. Gel., G.* p) *deest Gel., G.* q) continuata *Gel., G.* r) vel Gelasius *superscr.* 2. s) *deest* 2. t) canonos 2. u) quam 2.

1) *Ep.* 185, § 45; *Opp. ed. Bened. t. II, col.* 661. 2) *Ep.* 167 *pr., ed. Baller. t. I, col.* 1419. 3) *C.* 30, *ex decreto Burchardi l. XI, c.* 74; *Mansi t. XVIII, col.* 165, *sed paulo aliter.* 4) *Ep.* 26, *c.* 3, *ed. Thiel I, p.* 395. 5) *Cf. praefat. coll. Ps.-Isidorianae, Hinschius p.* 20. 6) § 58, *ed. Benedict. t. I, col.* 768. 7) *Conc. Carthag. a.* 348, *c.* 14; *Mansi t. III, col.* 149; *ed. Hinschius p.* 294.

decreverit, gladium spiritus evaginet in episcopos, qui non per ostium intraverant, qui eum precipientem, quod apostolica clamat auctoritas, non audierant: id sibi necessitatis[a] imponentes, ut in correctionem aeclesiasticorum opera utatur secularium, ut quorum esset speculum vitae clericorum de agendis consulere, sibi modo arrogent[b] clericis magistrare. Fracta[c. 1] igitur, quod aiunt, a tergo legis aeclesiasticae maceria[d], non per ostium intraverant; qui? nisi[e] omnes[h] qui apud suas, quas nunc occupant, sedes non prius electi quam recepti, sed heu prepostere prius recepti quam electi, prius persepe ordinati quam visi[g], omnes manus aut[h] linguae seu corporeae servitutis, non solo spiritualis vitae interventu et commendacione promoti. De quorum contagio aecclesia iam id labis contraxit, quod pene sui sacramenta, id est, ordinationes clericorum, consecraciones aecclesiarum, et alia quaedam sui insignia perdidit, cum a talibus consecrata pocius ab his maledictis sint maledicta, Domino eis per prophetam dicente: *Maledicam benedictionibus vestris.* Mal. 2,2.

Haec dicuntur, immo deplorantur in quosdam istorum pro miseriis presentis status aecclesiastici: clamatur apostolicus, ut subveniat aecclesiae laboranti. Isti[i] econtra pro se et in apostolicum clamant, quia[k] ipse eos, ut tui[l] verbo utar, proscripserit tyrannice, non aecclesiastice; privatae sui ipsius iniuriae, non respectu equitatis publicae: et maxime, quia id agentes, quod non pro magnitudine negotii discussum, sedi[m] Romanae periculosum, omni vero aecclesiae erit damnosum. (16)

Dicunt[2] quidem, Stephanum papam, qui antea Frithericus, fratrem Gotefridi ducis, in publica synodo eius, qui nunc papatum tenet, et omnium, qui aderant, consensu decrevisse, ut regnante Heinrico, quem nunc regem habemus, eius in electione Romani pontificis expectaretur consensus. Testantur[3] etiam, quia hic idem papa in eadem verba, orario collum ornatus, bis[n] iuraverit[o]. Et ex his subiungitur, quia ex hoc, quod[p] papatum conscenderat, suum decretalem consensum, suam professionem, suam subscriptionem negaverit, seque periurum, quod nefas est dici, non solum tunc fecerit suscipiendo, sed[q] cottidie faciat obtinendo. Audiat, dicunt[g], decreta Carthaginensis[r] concilii[4]: *Si quis contra suam professionem*[s] *vel subscriptionem venerit in aliquo, ipse se honore privavit.* Et ne ex loci culmine putet sibi omnia licere, audiat illum, cuius nomine gaudet, Gregorium[5]: *Nos qui presumus, non ex locorum, nec generis dignitate, sed morum nobilitate innotescere debemus; nec urbium claritate, sed fidei puritate*[t]; id est, Adam primus homo pro peccato de paradiso deiectus est: hoc est, qui nobilitatem Dei (17)

a) *ex* necessitates *corr.* 2. b) *ex* arrogant *corr.* 2. c) tracta *G.* d) materia *G.* e) nisi omnes *desunt G.* f) *ex* omnis *corr.* 2. g) *deest G.* h) et *G.* i) *nota marginalis sicut notae proxime sequentes alia manu, qua exinde codex 2. correctus est, scripta:* Abhinc calumniose obiectiones conspiratorum in papam seqüuntur, quarum quedam in sequenti epistola refelluntur, illae inquam, qua apostolico aliquid obesse videbantur. Nam decreta sanctorum patrum, quae sibi depravant, ipsos magis quam illum impugnare videntur, si recte intelliguntur (intelligantur *G.*). k) quod *G.* l) tuo *G.* m) sed rei *G.* n) *alio atram. suprascr.* 2. o) *corr. ex* iniur. 2. p) quidem *G.* q) *ex* se *alio atram. corr.* 2. r) Cathag. 2. s) *nota interlinearis:* Scilicet considerate, non improvide factam. t) *nota marginalis:* His rationibus suam superbiam refrenare potissimum debebunt, qui non dico in subditos, sed in prelatum suum tam inaudite superbierant.

1) *Manegold. ad Gebehard. c.* 53, *Libelli I, p.* 204. 2) *Occasionem huius asserti praebuisse videtur Stephani IX. decretum de electione futuri pontificis, quod refert Petrus Damiani epistolarum l. III. ep.* 4, *quo congregatis in ecclesia episcopis, clero ac populo Romano prohibuit, ne se forte decedente novum papam ante eligerent, quam ab imperatrice Agnete Romam reversus esset Hildebrandus ad eam ablegatus. USS.* 3) *Episcopi scil. Wormatiae congregati in epistola, qua Gregorium VII. depositum proclamaverunt, LL. II, p.* 45; *Jaffé, Bibl. rer. German. V, p.* 105. 4) *Conc. Carth. a.* 419. *c.* 13 *(Dionys.); Mansi t. III, col.* 715. 5) *Decr. Burchardi l. I, c.* 208 (Greg. dicit).

a se iecit, nobilitate loci privetur; id est, in exemplum culpa vehementer extenditur, cum pro reverentia ordinis peccator honoratur. Audiat et papam Simplicium[1]: *Privilegium meretur amittere, qui permissa sibi abutitur potestate.* Audiat et Ieronimum[2]: *Non facile est stare in loco Petri et Pauli, et tenere cathedram regnantium cum Christo, quia hinc dicitur, non sanctorum filii sunt, qui tenent loca sanctorum, sed qui exercent opera eorum.* Hinc et Augustinus in[a] sermone Domini in monte[3]: *Maxime hi*[b] *temere iudicant*[4]*, qui magis amant vituperare et damnare, quam emendare atque corrigere: quod vitium est superbia vel invidentia.*

(18) Demum, ut canonici canonicis iaculis canonica pretendant propugnacula, dicunt: cum dominus papa nos non canonice vocatos, nos venire prohibitos damnarat, audire oportuit predecessorem suum, cuius nomine gaudet, Gregorium[c] episcopo Iohanni iniuste excommunicanti scribentem[5]: *Cassatis prius atque ad nihilum redactis predictae sententiae tuae decretis, ex beati Petri apostolorum principis auctoritate decernimus, triginta dierum spacio sacra te communione privatum, ab omnipotente Deo nostro tanti excessus veniam cum summa poenitentia ac*[d] *lacrimis exorare. Quodsi hanc sententiam nostram te cognoverimus implesse remissius, non iam tantam*[e] *iniustiam, sed contumaciam fraternitatis tuae cognoscas iuvante*[f] *Domino severius puniendam.* Et item alibi[6]: *Quodsi contra haec, quae statuimus, quolibet tempore, qualibet*[g] *occasione vel subreptione venire temptaveris, sacra te communione privatum; nec eam te, excepto ultimo vitae tuae tempore, nisi cum concessa Romani pontificis decernimus iussione recipere. Haec enim consona sanctis patribus diffinicione sancimus, ut qui sacris nescit obedire canonibus, nec sacris administrare vel communionem capere sit dignus altaribus.*

(19) Mirum, quod non audit[h] Leonem[7] ad Anatholium[8]: *Virum catholicum et precipue*[i] *Domini sacerdotem sicut nullo errore implicari, ita nulla oportet cupiditate cor-*
Eclus.18,30. *rumpi, dicente scriptura: 'Post concupiscencias tuas non eas'.* Non considerat sententiam Iustiniani[7] catholici imperatoris, quam probat et servat aecclesia, dicentem: *Ut nemo episcopus, nemo presbyter excommunicet aliquem, antequam causa probetur, propter quam ecclesiastici canones hoc fieri iubent. Si quis autem adversus ea*[k] *excommunicaverit aliquem, ille quidem, qui excommunicatus est, maioris sacerdotis auctoritate ad gratiam sanctae communionis redeat. Is autem, qui non legittime excommunicavit, in*[l] *tantum abstineat a sacrosancta communione tempus, quantum maiori sacerdoti visum fuerit, ut id*[m] *quod iniuste fecit, ipse iuste paciatur.*

(20) Inbannientem igitur hunc nos voto privatae ultionis, non iusti examinis, oporteret
Rom. 12, 19. aurem inclinare apostolo dicenti: *Non vos defendentes, carissimi, sed date locum irae;*
1. Petr. 4, 15. audire etiam eum, cuius sedi presidet, principem apostolorum: *Nemo vestrum patiatur*

a) de *G.* b) *alio atram. suprascr.* 2. c) *nota marginalis:* Lacum aperuit et effodit eum, et i[ncidit] i[n] f[oveam] q[uam] f[ecit]. Si enim sanctus Gregorius Iohannem, temere inferiorem suum excommunicantem, absque synodica vocatione excommunicavit; cur se absque vocatione excommunicatos lamentantur, qui non dico inferiorem, sed prelatum omnibus episcopum (Christum *G.*), immo totam Romanam synodum deauctorizare (deauctoritate *G.*) temptaverunt, ut sequens epistola verissime testatur? d) *ex* a *alio atram. corr.* 2; et *G.* e) tantum *Greg.* f) adiuv. *Greg.* g) quolibet 2. h) *nota marginalis:* Hoc si vos bene audissetis, non ita temere prelatum vestrum deponere concupissetis. *Paulo inferius.* Num sanctus Gregorius vos excepit, cum omnes adversarios canonum anathematizavit? vos, imquam, qui episcopum (patrem *G.*) primae sedis non convictum, nec vestro iudicio convincendum, deponere temptastis. i) precipuum *G.* k) *ex* eam *corr.* 2. l) i. t. abst. tempus s. i. qu. *G.* m) *deest* 2.

1) *Epist.* 14, *ed. Thiel I, p.* 201; *Jaffé nr.* 583. 2) *Cf. epist.* 14, § 9. *eadem plane verba exstant in decr. Burchardi l. I, c.* 207. 3) *L. II,* § 63, *Opp. ed. Benedict. t. III,* 2, *col.* 226. 4) *Pauca praetermissa sunt.* 5) *Lib. III, ep.* 6, *ed. Ewald I, p.* 165; *Jaffé nr.* 1210. 6) *Lib. III, ep.* 7, *l. c. p.* 168; *Jaffé nr.* 1211. 7) *Ep.* 106, *c.* 1, *ed. Baller. t. I, col.* 1159. 8) *Iuliani Epit. novell. Const. CXV, cap. CCCCXLI, ed. Hänel p.* 151.

tanquam homicida aut fur aut maledicus. Tanquam maledicus, inquiunt catholici doctores, patitur, qui iniuriatus suas iniurias effrenato linguae et animi fervore persequitur.

Audire etiam oportebat[a] Gregorium[1] scribentem ad Ianuarium: *Inter querelas*[b] *multiplices Ysidorus vir clarissimus a fraternitate tua frustra se excommunicatum anathematizatumque conquestus est. Quod quam*[c] *ob rem factum fuerit dum a clerico tuo, qui presens erat, voluissemus addiscere, pro nulla alia causa, nisi pro eo, quod te iniuriaverat, factum innotuit. Quae res nos vehementer afflixit*[d], *quia*[e] *si ita est, nil te ostendis de*[f] *caelestibus cogitare, sed terrenam te conversacionem habere significas, dum pro vindicta propriae*[g] *iniuriae, quod sacris regulis prohibetur, maledictionem anathematis invexisti. Unde de cetero*[h] *esto circumspectus atque sollicitus, et talia cuique*[i] *pro defensione iniuriae tuae inferre denuo non presumas. Nam si tale aliquid egeris*[k], *in te scies*[l] *postea vindicandum.*

Item idem[m. 2] ad Eufenium[n]: *Servorum Dei humilitas in afflictionis*[o] *tempore debet apparere*[p. 3]. *Non enim grande est, his nos esse humiles, a quibus honoramur, quia et hoc seculares quilibet faciunt: sed illis maxime debemus*[q] *esse humiles, a quibus aliqua patimur; psalmista*[r] *dicente: Vide humilitatem meam de inimicis meis.* Ps. 9, 14.
Item in homelia VI.[4]: *Iudicare*[s] *digne*[t] *de subditis nequeunt, qui in subditorum causis sua vel odia, vel gratiam secuntur. Unde fit, ut ipsa hac ligandi et solvendi potestate se privet, qui hanc pro suis voluntatibus, et non subditorum moribus exercet; unde recte per prophetam dicitur: Mortificabant*[u] *animas, quae non moriuntur, et vivificabant animas, quae non vivunt.* Ezech. 13, 19.

Licet quidem prelatos sedis suae seu gradus zelo moveri, sed tamen, quia in (21)
maximo imperio minima est licencia, non oblivisci. Unde Gregorius in epistola Sabiniano diacono legata[5]: *Paracior sum*, inquit, *mori, quam beati Petri aecclesiam meis diebus degenerari*[v]. Item ad Constantinam augustam[6]: *Si*[w] *peccata Gregorii tanta sunt*[x], *ut pati talia debeat, Petri*[y] *apostoli peccata nulla sunt, ut vestris temporibus pati ista mereatur.* Item: *quem sedis ordinisque dignitas erexit, sui se consideracione repressit.* Scribens[z] episcopis Eulogio et[a] Anastasio Antioceno dicit[b. 7]: *Cum predicator egregius dicat: 'Quamdiu quidem sum gentium apostolus, ministerium meum honorificabo', qui rursus alias dixit: 'facti sumus parvuli in medio vestri*[c]*', exemplum procul dubio nobis se sequentibus ostendit, ut et humilitatem teneamus in mente, et tamen ordinis nostri dignitatem servemus in honore, quatenus in*[d] *nobis nec humilitas timida, nec erectio sit superba.* Rom. 11,13. 1.Thess.2,7.

Sententiae quidem, qua ipsi eius maculant promocionem, arbitror eum haec re- (22)
spondere: se a Romanis electum id culminis conscendisse coactum indignumque, et

a) *deest* 2. b) *litterae* re *alio atram. suprascriptae* 2. c) ob qu. r. *G.* d) affligit *G.* e) quod *G.* f) a 2. g) *nota marginalis:* Cur hoc pro privata iniuria Romani pontificis computare vultis, cum quo totam Romanam synodum annullare voluistis? *Haec et sequentes notae tertia manu in cod. 2. appositae esse videntur.* h) omnino *add. Greg., G.* i) cuiquam *Greg., G.* k) feceris *Greg., G.* l) scias *Greg., G.* m) *ex* ad eundem *corr.* 2. n) Eufronum *G.* o) *ex* afflictione *corr.* 2. p) etc. *add. G.* q) hum. e. d. *Greg., G.* r) nam psalmista dicit *G.* s) *his ap. Greg. praemittitur:* Unde fit — exercet. t) de subd. digne *Greg., G.* u) *ex* mortificab *corr.* 2. v) degenerare *G.* w) etsi *Greg., G.* x) sint *G.* y) tamen *add. G.* z) item scrib. *G.* a) *deest* 2. b) dicens 2. c) vestrum *Vulg., Greg., G.* d) nec i. n. *G.*

1) *Lib. II, ep.* 49; *ed. Ewald I, p.* 148; *Jaffé nr.* 1201. 2) *Lib. II, ep.* 36. *ad Euseb. abb.; ed. Ewald I, p.* 127; *Jaffé nr.* 1184. 3) *Omissa sunt verba:* Qui vero se contra praepositos suos erigunt, profecto ostenditur, quia servi Dei esse contemnunt *etc.* 4) *Hom.* 26, § 5, *Opp. ed. Bened. t. I, col.* 1555. 5) *Lib. IV, ep.* 47; *ed. Ewald I, p.* 286; *Jaffé nr.* 1322. 6) *Lib. V, ep.* 21; *ed. Ewald I, p.* 328; *Jaffé nr.* 1352. 7) *Lib. V, ep.* 43; *ed. Ewald I, p.* 331; *Jaffé nr.* 1354.

rationis esse alienum, ut aecclesiarum mater sedes Romana privetur suae electionis arbitrio: per quam aliae sedes id obtinent, ut non sint episcopi, qui non a suae sedis clero et populo, non propter generis nobilitatem, sed vitae sanctitatem, non divites in rebus, sed sancti in moribus sunt electi. Defendit etiam forsitan se ex decretis predecessorum suorum Nicolai[1], Stephani[2] et aliorum, qui hoc firmaverunt sub anathemate, ne quis negaret electionis privilegia sedi Romanae, illis econtra affirmantibus, non licere electioni, ut ad hoc rapiat electum, quod ipse sibi fecerat
cf. 4. Reg. 4. illicitum. Et hinc Sunamita[a] aecclesia quasi in collisione duorum lapidum contrita,
Ier. 23, 29. nobis, qui in spem filiorum in hac ingemiscimus valle[b] lacrimarum, supplicandum est fonti misericordiarum, ut *fermentum illud, quod,* sicut Gregorius[3] dicit, *tribus farinae satis totius humani generis massam in unitatem conspersit, nunc totius aecclesiae corpus in illius formam panis, qui de caelo descendit, redigat, ut vinea Christi mundata vulpeculis, quae eam moliuntur*[c], *purgata sarmentis, quae igni debentur, vernet, floreat per concordiam unitatis*[d] *verae viti in odorem suavitatis.* Audituris, qui nunc apostolico contradicunt, episcopis[e] illud Gregorii[4] ad Felicem episcopum dicentis: *Qualiter obedientia vel reverentia sit prepositis exhibenda, ex tuis quoque subiectis ipse non ambigis. In qua re valde est utile, si id, quod disciplinae vigor imponit, nullo cogente humilitas laudanda servaverit,* et illud Leonis[5]: *Qui ergo scit se quibusdam prepositum, non moleste ferat, aliquem sibi esse prelatum; sed obedientiam, quam exigit, etiam ipse dependat.* Econtra domno apostolico viscera doctoris gentium[f] in
1. Thess. 2, 7. 8. subiectos accepturo dicentis: *Tanquam si nutrix foveat filios suos, ita desiderantes vos cupide volebamus tradere vobis non solum euangelium Dei, sed etiam animas nostras; quoniam karissimi nobis facti estis.* In hac apostolici sive, ut ille putat, reprehensione, sive, ut illi, necessaria consideratione ego tuus, licet interiori cearam racionali, volens tamen funem apostolicum pocius sequi[6] quam trahere, sedem Romanam veneror[g] ut tribunal Christi, eius pontificem ut sacrarium Spiritus almi, eius amplectens decreta, ut caelestis curiae edicta.

(23) Inquiris preterea a me, ut tui rursus verba ponam, quid ego sentiam de confectione sacramentorum a simoniacis seu a quibuslibet excommunicatis usurpatorum, quippe si careant veritate. Stultus igitur non stulte obedio: dicam quod sentio. Simoniacus est, qui temporalis lucri gratia ecclesiasticos honores qualitercumque vel emit vel vendit. Horum alii, licet ordinati, carent tamen aecclesiastico honore, quem a nullo acceperant. Alii[h] regulariter ordinati, licet postmodum simoniaci facti, habent tamen adhuc ordines, quos publicata sua heresi nondum amiserant. Inordinatos autem dicimus, qui ordinati sunt a symoniaco, qui nihil eis potuit dare: vel qui per pecuniam aut interventum secularis gratiae ordinati sunt a non simoniaco, a quo nihil per emptionem poterant accipere. Ordinatos autem et tamen simoniacos appellamus, qui post acceptos, a quibus et ut debuerant, ordines, aeclesias vel alia, quae symoniaca suasit heresis, emerant vel vendiderant. Sed priores, quos diximus inordinatos[i], nullo modo

a) Sunamiţę *superscripta* a 2; Sunamite *G.* b) valde 2. c) *ex* moll. *corr.* 2; demol. *G.* d) *forsitan corr.* unita. e) episcopi *G.* f) gerentis *G.* g) *nota marginalis:* Hac catholica professione (hanc catholicam professionem 2), inquam (in qua *G.*), scriptor (scriptorum 2) ea quae in apostolicum perscripsit (prescripsit 2), non ex sua, sed ex scismaticorum persona retulisse monstratur. h) *nota marginalis:* De sacramentis hereticorum sive excommunicatorum audiatur Augustinus, ex cuius libro de baptismo contra Donatistas colligitur, tam ordinationes quam baptisma extra aecclesiam haberi et dari posse, licet pernitiose tam habenti quam danti. i) ordinatos *G.*

1) *Scil. II.* 2) *Stephani puto III. a.* 769. 3) *Non inveni.* 4) *Lib. V, ep.* 10; *ed. Ewald I, p.* 289; *Jaffé nr.* 1325; *cf. Libelli de lite I, p.* 368. 5) *Epist.* 14, *Mansi t. V, col.* 1285 *B; Hinschius p.* 620. 6) *His verbis Bernhardus inter canonum auctoritatem eamque sedis apostolicae haesitans iam prodit, ad quam partem transiturus sit.*

conficient sacramenta, nisi post satisfaccionem[a] episcopali auctoritate admittantur. Isti posteriores, id est ordinati et symoniaci non conficient, postquam manifesti sunt, nisi convertantur. Quia vero matre aeclesia cum Christo capite in unum corpus unita, filiorum est aeclesiae vivere[b] nonnisi de sacramentis Christi et aeclesiae, propono mihi distinguendum, auctoritate[c] catholica probandum, quid de symoniacis et excommunicatis eadem sibi sacramenta vendicantibus sit tenendum.

Symoniacos igitur et excommunicatos in duo dividimus: alii eorum, quorum (24) scelus[d] innotuit; alii qui, etsi accusati, etsi macula suspicionis respersi, necdum tamen manifestati: illorum vero, quorum nefas patet, alii necdum in iudicio presentati, alii[e] publico aecclesiae iudicio damnati. Ab illis igitur, quorum scelus adhuc oculum hominis latet, credimus posse confici sacramenta aecclesiae. Sed quamvis[f] nos iuvent per fidem, illos damnant[g] propter presumptionem: *Iudicium,* inquit apostolus, *sibi manducat;* 'sibi' inquid, non 'tibi', ut Augustinus[1] in epistola concilii ad Donatistas: *Communio malorum non maculat aliquem participatione sacramentorum, sed consensione*[h] *factorum; nam si in factis malis non eis quisque consentiat, portat malus causam suam et personam suam. Non preiudicat alteri, quem in consensione mali operis socium non habet criminis.* Et ut scias, quot[i] simoniaci, quot[k] excommunicati nondum ventilabrum experti, latent in aecclesia ut in messe cum grano palea, omnes, quos simoniaca polluit heresis, ex sententia principis apostolorum damnati, dicente beato Gelasio[2]: *Idem ipse error, qui semel est cum suo auctore damnatus, in participe quolibet pravae communionis effecto execracionem sui gestat et penam.* Item[3]: *Nec dubium, quod, sicut in unaquaque heresi quod incessabiliter repetendum est, quia firmum esse nullus ambigit christianus omnes complices, sectatores, communicatores damnatae semel pravitatis pari sorte censentur.* Act. 8, 20.

Omnes, scio, presumptuosi transgressores[l] canonum sunt anathematizati, scribente (25) sancto Gregorio[4] ad Gallicanos episcopos: *Omnia, quae sanctis canonibus sunt adversa, districte sub anathematis interposicione damnentur.* Sed hi, inquam, etsi accusati[m], evidenter tamen nondum in hac transgressione denudati habent, ut credimus, de materna aeclesiae gratia et sanctitate, adversus quam nec portae inferi prevalebunt, sub cuius alis in spe veniae adhuc latent, ut sacramenta eiusdem matris conficiant, cuius necdum filii esse publice perdiderant.

Sed dicis: quomodo conficient corpus Christi, qui per heresim[n] seu per meritum (26) anathematis se demembraverant[o] a corpore Christi? Respondetur: Iudas unus[p] ex duodecim erat, eandem cum eis potestatem miracula faciendi habebat: et quamvis loculos portans fur esset, tamen quibus par erat in signis, par videbatur et meritis. Ante oculos quippe hominum in miraculorum insignibus Petri, Andreae, Iacobi et Iohannis erat socius; ante eius autem oculos, cui non erat opus, ut quis sibi testimonium perhiberet de homine, qui[q] ipse sciebat, quid esset in homine, erat diabolus; dictum[r] est enim de eo: *Nonne ego vos duodecim elegi, et unus ex vobis diabolus est?* Ideo utique diabolus, quia dualem spirabat speciem[s], esse videlicet et venditor Domini et discipulus Domini. Sed cum iam nequitiae suae precium venditi Domini promitteret, cum iam oportunitatem[t] tradendi eum quereret, in hoc baratro scéleris non minus usus Ioh. 6, 71.

a) satisfacionem 2. b) *deest G.* c) *ex* actoritate *corr.* 2. d) zelus 2. *G.* e) *ex* alio *corr.* 2. f) *litterae* vis *alio atram. suprascr.* 2. g) damnent 2. h) consensio 2. i) *ex* quod *corr.* 2; quod *G.* k) quod *G.* l) trangr. 2. m) acus. 2. n) *ex* heresem *corr.* 2; ac *add., sed del.* 2. o) demembraverunt *G.* p) *alio atram. add.* 2. q) quia *G.* r) *ex* ductum *corr.* 2. s) spem *G.* t) oportunitate 2.

1) *Ep.* 141, § 5; *Opp. ed. Bened. t. II, col.* 458. 2) *Epist.* 26, *c.* 4; *ed. Thiel I, p.* 399; *Jaffé nr.* 664. 3) *Epist.* 27, *c.* 3; *ed. Thiel I, p.* 424; *Jaffé nr.* 665. 4) *Lib. IX, ep.* 106; *Opp. II, col.* 1010; *Jaffé nr.* 1747.

Ioh. 13, 27. 30. est potestate apostolica, et hac tamdiu, donec audito *quod facis, fac cicius, ipse*[a] *exivit foras; erat enim nox.* Ad hunc modum[b] credimus et hos posse aecclesiastica efficere sacramenta, dum nondum eos publicavit, et quodammodo ante episcopalem aecclesiasticam excommunicacionem ab aecclesia preiudiciarie[c] eliminavit eorum se effrenis contumacia.

(27) Ab[d] illis vero, qui de heresi symoniaca sunt evidenter rei, etsi nondum publice iudicati, firmiter diffitemur aecclesiae sacramenta posse confici. Publica enim et fronte carens presumptio maior est ipso scelere admisso, quae dum claret, evidens est[e] exemplar peccandi: quid[f] dicit, nisi: Me, me imitamini? Verbi gratia, qui honores simoniace acquisitos non deponit, quid aliud, nisi Symonem, in quo vivit, imitandum proponit? Qui autem pudibunde et tantum ante Deum peccat, quandoque esse metuet, quod videri pudet.

(28) Sed oppones mihi, scio: cum usus cottidie nobis presentet unum eumdemque symoniacum, alii cuiquam christiano adhuc inexpertum, alii vero perlucere manifestum: quomodo ille sacramentum nescienti conficiet, quod quantum ad scientem conficere non Rom. 1, 17. valet? Respondetur: *Iustus*[g] *meus*[h] *ex fide vivit;* fidei effectus salubrius creditur, quam cum racione investigetur. Dico equidem, quia[i] illud, quod per symoniacum[k] non posse confici creditur: illud, inquam, alicui simpliciter credenti et fideliter nescienti sacramentum esse, fides operatur: ipse tamen conficiens ex hoc, quod conficit, damnatur.

Ne mireris, quia per fidem sacramento reficitur[l] accipiens: audi, quia sacramenti gratia participatur etiam non accipiens. Augustinus[1] in sermone ad infantes ad altare de sacramento: *Nulli est aliquatinus ambigendum, tunc unumquenque fidelium corporis sanguinisque Dominici participem fieri, quando in baptismate membrum corporis*[m] *Christi efficitur: nec alienari ab illius panis calicisque consorcio, etiamsi antequam panem illum comedat*[n] *et calicem bibat, de hoc seculo in unitate corporis Christi constitutus abscedat. Sacramenti*[o] *quippe illius participatione ac beneficio non privatur, quando ipse hoc, quod illud sacramentum significat*[p]*, invenit*[q]. Ne igitur dubites, simpliciter credentem salubriter illud accipere ab illo, quem nescit hereticum. Audi etiam, quia[r] per[m] simplicitatem fidei efficaciter accipit ab eo, quem scit hereticum, Augustinum in eodem sermone[2]: *Si quem forte,* inquiens, *coegerit extrema necessitas, ubi catholicum, per quem accipiat, non invenerit, et in animo pacem*[s] *catholicam custodiens per aliquem extra unitatem catholicam positum acceperit, quod erat in ipsa catholica unitate accepturus, si statim etiam de hac vita migraverit, non eum nisi catholicum deputamus. Si autem fuerit a corporali morte liberatus, cum se*[e] *catholicae congregacioni etiam presencia corporali reddiderit*[t]*, unde numquam corde discesserat, non solum non improbamus quod fecit, sed etiam securissime verissimeque laudamus; quia presentem Deum*[u] *credidit cordi*[v] *suo, ubi unitatem servavit*[w].

(29) Discamus ergo, quia[x], cum symoniaci[y] — ago quidem[z] adhuc tantum de manifestis, nondum de publice damnatis — cum illi, inquam, quaedam aecclesiae sacramenta conficere

a) *deest Vulg. G.* b) *ex* modicum *corr.* 2. c) preiudicarie 2. d) *nota marginalis:* Hoc ex difinito credendum ne censeas, usque dum perlegas librum sancti Augustini de baptismo contra Donatistas. e) *deest* 2. f) qui 2. *G.* g) iusta mens *G.* h) autem *Vulg.* i) *nota marginalis:* De hac sententia sequens epistola non improbabiliter coniectabit (coniecta dabit *G.*). k) *nota marginalis:* Hoc non conficitur, et quidem ab aliquo rem sciente, per symoniacum *in* 2 *supra notam* i *eaque prius scripta est.* l) *ex* perficitur *corr.* 2. m) *deest G.* n) commedat 2. o) *ex* sacramenta *corr.* 2. p) est *G.* q) invenitur 2. r) quod *G.* s) pace catholica custodita *G.* t) redierit 2. u) dominum *G.* v) corde *corr.* 2. w) servabat *Aug. G.* x) *duae litterae* (si?) *erasae* 2; si *add. G.* y) *ex* muniaci *corr.* 2. z) qui est *G.*

1) *Beda in Cor. I, c.* 10. 2) *Immo de baptismo contra Donatistas l. I,* § 3; *Opp. ed. Bened. t. IX, col.* 52.

nequeant, cum perfecti nec illos posse conficere, nec se confecta ab eis accipere credant: tamen quod non habeat nequicia[a] dantis, accipit pleniter fides et sapienter simpliciter sapientis, totum implente gratia Iesu, sicut in illo felici latrone: cui, ut Augustinus[1] ait, *quod ex baptismi sacramento defuit, benignitas Dei spiritualiter adimplevit.*

Hoc autem distare videtur inter manifeste reos et publice excommunicatos, quia (30) cum excommunicatis communicare prohibemur, nisi convertantur: cum manifestis et nondum iudicatis conversari oportet, ut convertantur. Illis nefas est, ut dicamus 'ave', nefas est cum illis vel cibum sumere. Cum istis permittit apostolus communicare dicens: *Non utique fornicariis huius mundi aut avaris, aut rapacibus, aut idolis* 1. Cor. 5, 10. *servientibus, alioquin debueratis ex hoc mundo exisse.* Illorum igitur, qui manifeste sunt rei, formam habuerunt publicani et peccatores, cum quibus Salvator manducaverat. Excommunicati autem significantur per illos, quos apostolus satanae tradiderat. Huiusmodi manifestis nondum publicę iudicatis ego communicans me non excommunico, dum hominem ut christianum diligens, factum eius, ut non christiani, improbo, prescribente Augustino[2]: *Duobus modis non te maculat malus, si non consentias, et si redarguas,* hoc est non communicare, non consentire. Communicatur quippe, quando facto eius consorcium voluntatis vel approbationis adiungitur.

Ab his autem, id est simoniacis, licet nondum publice excommunicatis, non posse (31) clericos ordinari, non posse dominicum corpus confici, credas apostolicis Innocencio et Paschali. Innocencius[3] papa de simoniacis dicit: *Asseritur*[b] *eum, qui honorem amisit, honorem dare non posse. Nec acquiescimus ullum aliquid ab eo accepisse, quia nil erat in dante, quod alius ab eo posset accipere. Et verum est certe, quia quod non habuit, dare non potuit.* Audi Paschalem[c] papam in epistola ad Mediolanensem aecclesiam: *Quicumque*[4] *sacros ordines ad precium largiuntur, cum Iuda pessimo mercatore peribunt, qui pro triginta argenteis aeterni filium vendidit parentis. Audiat hoc hereticus, audiat et christianus: audiat et ille, qui hanc heresim vult rabido ore auctorizare. Isti*[d] *dico: ubi est quod accepisti*[e]*? illis dico: ubi est*[f] *quod dedistis? Infelices infeliciter sibi invicem concampserunt*[g]*: hic, ut consuleret suae philargiriae; ille, ut satisfaceret propriae nequiciae: quapropter nec ille habet precium, nec illi habent Christum. Sic*[h] *quoque vendentes et ementes Paraclytum nec perpetuo precium possident, et sine fine, nisi penituerint, perdent sibi Christum. Exulta christiane, quia quod Iudas vendidit, et Iudeus emit, tu acquisisti: grande bonum suo malo operati sunt nobis ambo.* Item in eadem: *Si tali exterminio traditus est, qui vendidit Christum, qui erit de sociis eius, qui emunt vel vendunt Paraclytum? Numquid non pares sunt in ulcione, qui pares sunt in crimine? Ille vendidit Filium; isti, quantum in se ipsis est, Spiritum sanctum conantur vendere.*

a) nequitiam *G.* b) *nota marginalis:* Si hanc sententiam ita interpretamur, ut hereticum dicamus nihil proficui, nil honoris posse dare, dum tamen habeat sacramentum ordinationis, sibi quidem et ab eo accipienti in damnationem: si ita, inquam, intelligimus, a beato Augustino non discrepamus. c) *nota marginalis:* Hanc epistolam ad Mediolanensem hecclesiam (ad Med. eccl. *des. G.*) non Pascalis papa fecit, sed quidam Wido, qui et Musicam composuit; sic enim viri religiosissimi asserunt, qui hoc (*deest G.*) ex discipulis eiusdem diligentissime exploraverunt. Preterea eadem epistola inter Romanorum pontificum decreta nusquam scripta reperitur. Non igitur (ergo *G.*) beato Augustino preiudicare poterit in aliquo. *V. Libelli I, p.* 2. d) Istis *G.* e) *ex* accepistis *corr.* 2; accepistis *G.* f) *alio atram. suprascr.* 2. g) contracamps. *G.* h) Sic quoque — Christum *des. G.*

1) *De baptismo contra Donatistas l. IV,* § 31, *l. l. col.* 140. 2) *Collectio canonum in* 12 *partes divisa lib. X. capitulum* (209) *continet, totum fere ex Augustini sermone* 351. *de poenitentia sumtum, in cuius fine ista verba extant:* Item, ex sententia Pauli: D. m. n. t. m. m., *quae spectant Ephes.* 5, 11. 3) *Epist. ad Rufum et Euseb. c.* 3; *Mansi t. III, col.* 1060; *Jaffé nr.* 303, *sed paulo aliter.* 4) *Cf. Libelli I, p.* 5, *n.* *.

(32) Cum autem quidam, domine, et maxime apud vos[1], blandiantur sibi, affirmantes se non esse simoniacos, quia non emerint[a] vel vendiderint aecclesias vel altaria, sed res et commoda aecclesiis attinencia[b], audi eundem Pascalem in eadem epistola: *Si quis obiecerit, non consecraciones, sed res ipsas, quae ex consecracione proveniunt, vendi, videtur quidem aliquid dicere, nihil autem penitus*[c] *sentire. Nam cum corporalis aecclesiae aut episcopus aut abbas, aut alius aliquis sine rebus corporalibus et exterioribus in nullo proficiat, sicut nec anima sine corpore temporaliter vivit: quisquis eorum alterum vendit, sine quo alterum haberi non provenit, neutrum non venditum derelinquid.*

(33) Quod[d] quidem missa a talibus nequeat celebrari, declarat quidem[e] in eadem: *Numquid maledictus sua benedictione panem in Christi carnem*[f] *poterit vertere? maxime, cum quicquid benedixerit, Dominus se maledicturum asserit?* Et post pauca: *Si heretici sacerdotes voces exhortacionum non possunt fari, quomodo valeant vinum in Christi cruorem vertere? Et si Dominus precepit nequaquam dari homicidis, adulteris, rapacibus et ceteris criminalibus peccatis irretitis corpus et sanguinem suum, usque ad satisfactionem: quomodo ipse dabit sacerdocium usurpanti per symoniacam heresim ubique dampnatam?*

(34) Quantum noceat audita eorum missa, audi eundem: *Cum ergo tales episcopos, vel abbates, vel reliquos clericos non devitamus, si eorum missas audimus*[g]*, vel cum eis oramus, excommunicacionem cum eis subimus. Quos quidem sacerdotes esse saltem credere, omnino*
Act. 8, 20. *errare est, cum Petrus Symoni dicat: Pecunia tua tecum sit*[h] *in perdicione*[i]*, quoniam donum Dei existimasti cum pecunia possideri. Ubi, cum 'existimasti' dicitur, patet, quia non pro eo, quod fecerat, sed quod*[k] *se facere posse crediderat, condempnatur.* Patet igitur ex predicta auctoritate, nec clericos ab eis ordinari, nec dominicum corpus posse confici, sed[l] ipsos ex voce Petri esse perditos clericos. Et si predicta duo sacramenta non conficiunt, certe nulla[m], nisi forte solum baptisma conficere possunt. Et ut scias, quia nullo modo aecclesiastica sacramenta fieri possunt a simoniaco, audi ex apostolico decreto annullata esse omnia, quae facta videbantur a neophito.

(35) Defuncto Romanae sedis presule XCIIII. Paulo huius nominis primo Constantinus[2] quidam a[n] laico in papam consecratus sedem apostolicam per annum et mensem obtinuit: episcopos scilicet, presbyteros, et alios diversi gradus[o] infra hoc temporis spatium ordinavit; omnia quae apostolici erant fecit. Inter haec quidam Romanorum abhorrentes caput aecclesiae, Romanam sedem, a neophito invasam, Stephanum nacione Siculum, aecclesiasticis tradicionibus eruditum, impetrato cleri ac populi consensu, Constantino deposito, Stephanum illius nominis tertium papam XCV. apostolici apicis consecracione sublimaverunt. Hic mox directis legatis ad reges Franciae Karolum et Karolomannum, qui defuncto nuper patri Pippino successerant, eorum assensu duodecim episcopos probabilioris vitae et scienciae insignioris de Francia ascivit: advocatisque insuper Apuliae[3], Campaniae, Italiae presulibus synodum Romae in aecclesia Salvatoris celebravit. Ibi omnia Constantini statuta ex communi iudicio scinduntur, scripta eius in presenti comburuntur. Ipse Stephanus papa cum clero prostratus poenituit se umquam papae neophito obedisse, se de manibus eius communionem accepisse. De-

a) emerent 2. b) *ex* attinenda *ead. manu corr.* 2. c) *ead. manu suprascr.* 2. d) quid? quod etiam m. *G.* e) idem *G.* f) *nota marginalis:* Huius moderni docmatistae sententiam caute legamus, usque dum diligentius sanctorum patrum scita de sacramentis investigemus. g) *ex* audiamus *corr.* 2; audiamus *G.* h) *ex* sint *corr.* 2. i) perditionem *Vulg. G.* k) quia 2. *G.* l) nec 2. m) nula 2. n) *i. e.* e l. o) *ex* grados *ead. man. corr.* 2.

1) *Ita ad Alemannos scribit Bernardus iam in Saxonia constitutus. USS.* 2) *V. Lib. pontif. ed. Duchesne nr.* 96, *I, p.* 468 *sq.* 3) *Tusciae; Lib. pont. p.* 474.

cretum est igitur in concilio eodem sub anathematis vinculo, nullum dehinc neophitum ad episcopalem aspirare apicem. De episcopis autem et[a] presbyteris et ceteris, quos infelix Constantinus consecrando ordinaverat, statutum est, ut omnes aecclesiasticis, quos per eum sibi vendicaverant, honoribus expoliati descenderent ad solos illos gradus, in quibus constituerant[b], priusquam ab eo alciora provecti fuerint[c]. Si quos tamen ex illis sub modio latere indignos[a], candelabrum aecclesiae sibi superimponendos exposceret[d], ipsi a clero et populo iterum electi, iterum quasi non antea a Constantino[e] papa consecrati, depositum tantum et numquam alciorem mererentur[f] honorem. De his autem, si qui per eum de laicis in prespiteratum sive diaconatum fuerant promoti, decretum, ut amisso[g] gradu, ubicumque voluissent in religioso tantum habitu permanerent. Nullus omnino ad pontificatus apicem promoveretur: nullus omnino alciorem gradum speraret, ne hic novitatis error in aecclesia Dei radicaret. Demum sancitum est, ut quaecumque Constantinus invasor in sacramentis aecclesiasticis egerat, omnia iterarentur, ut in Gestis pontificum legitur, preter sacrum baptisma[h] et mysticum chrisma. Finita sancta synodo omnis populus sui pedibus papae advolvitur, indulgenciam poposcit, quod umquam Constantino invasori communicavit. Ille singulis poenitentiam pro hoc admisso iniunxit: episcoporum qui digni censebantur denuo a subiectis electos ipse denuo consecravit; reliqui ordinis nullum amisso gradui restituere censuit. Patet autem, domine, ex clericorum ordinacionibus ordinatis, annullatis, ex aecclesiarum consecracionibus alteratis, chrisma etiam neophiti consecratoris annullatum; nisi quod baptisma ex illo crismate celebratum noluit Stephanus papa annullare: quia nec ab heretico baptizatum licet[i] rebaptizari, dum tantum babtizatum[k] in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti.

Hac etiam ratione cum prioris anni, id est ab incarnatione Domini MLXXV^ti[l], (36) pascha rex apud Babinberch celebraret, Leimarus Bremensis archiepiscopus noluit in baptizando uti chrismate, quod confectum videbatur ab Heremanno, tunc ibi episcopo, cum sciret hunc symoniacum, licet nondum convictum, aecclesiastica in hoc usus racione, quia baptisma, quod non annullatur, postquam factum est ab heretico, non tamen, ut fiat, concedendum est hereticis; cum aliud sit, rem, postquam facta est, non improbando tolerare; aliut, ne improbari metuat, previdere.

Scire autem oportet, illos non tantum neophitos, qui de laicis subito ad aeccle- (37) siasticas promoventur dignitates, ut illum, quem vester Herimannus de Mŏtenisvillare[a. 2] una et eadem die de coriario presbyterum maturavit: quem ipse subito de pila, in qua cortices contuderat, ad altare Christi transtulit; o festinata promocio! Fit diaconus, qui lectionem prius in celebratione missae non legerat; sacerdos, qui tunc primum levita; suscepit simul omnes aecclesiasticos gradus, qui [ad[l]] largum et cogentem consecrari[m] consecratorem eadem die venerat, nec corona signatus: sciendum est, inquam, non solum huiusmodi vocari et esse neophitos; sed magis illos, qui moribus informes, religione rudes, sciencia rustici, plures renascentis ydrae capitibus nunc emergunt, et per hoc se perpetuo anathemate perimunt. Audi Gregorium in suo regesto in epistola Vergilio Arelatensi episcopo missa[3]: *Cum ad sacros ordines Paulus apostolus neophitum*[n] *venire prohibeat, sciendum est nobis, quia sicut tunc neophitus vocabatur, qui*

a) *deest G.* b) constiterint *corr. 2.* c) fuerant *G.* d) *nota marginalis:* Istud exemplum, si tamen est verum, laudare timeo, ne eo affirmato etiam omnes a sancto Ambrosio consecratos itidem exsufflandos reputem: qui utique fuit neophitus, utpote in depositione albarum consecratus ad episcopatum. e) Stephano 2. f) merentur *G.* g) admisso 2. *G.* h) *ex* baptista *corr. 2.* i) non lic. 2. k) baptizet *G.* l) *deest 2. G.* m) consecrare *G.* n) non neoph. 2.

1) *Heinricus IV. pascha a.* 1075. *Wormatiae celebravit; Bambergae vero iam a.* 1074. 2) *Vicus in districtu Biberacensi situs.* 3) *Lib. V, ep.* 53; *ed. Ewald p.* 370; *Jaffé nr.* 1374.

adhuc novus[a] *erat plantatus in fide: ita nunc inter neophitos deputamus, qui adhuc novus est in sancta conversatione.*

(38) Scribam et adhuc de Gestis pontificum concilium papae, de annullatis, quae Leo neophitus usurpaverat, sacramentis. Anno dominicae incarnationis DCCCCXLIIII.[1] tercio autem, ex quo Otto imperator, Heinrici regis filius, compressa Beringarii et eius filii tyrannide Italiam subiugaverat, Iohannes papa ab imperatore, quem cum coniuge eius[b] Adelhaida priori anno inperiali unctione sublimavit, deficiens Adelbertum reipublicae adversarium in urbem recepit. Quod non passurus imperator Romam hostiliter invadit. Papa hinc imperatorem timens, illinc Romanis diffidens, cum suo complice Adelberto aufugit, usurpato sibi non parvo aecclesiae thesauro. Romani sive timore[c] correpti sive respectu iuris allecti dominum suum gratulatorie recipiunt. Imperator apostolico ad determinanda quae tunc inminebant negocia indigens, Iohannem papam ad desolatam sui sedem revocavit. Quo reverti negante, Leo adhuc laicus, quantum ad secularia non parum strenuus, papa eligitur, ordinatur. Synodus[d] presente imperatore et multis Teutonicis et Italicis presulibus celebratur: multa, quae vel aecclesiastica necessitas vel imperatoria poscebat voluntas, decernuntur. Sic domnus Leo presidens apostolicae sedi fecit interim ordinaciones et omnia, quae erant apostolici. Nec longum: Romani alterata fide apud imperatorem papam recipiunt Iohannem. Ille congregato Romae in aecclesia sancti Petri concilio[2] Leonem, qui sibi vivo neophitus successit, omni aecclesiastico ordine exutum ita ex statutis canonum damnavit, ut si postmodum ad aliquem clericalem gradum vel aspiraret, perpetuo anathemati cum omnibus sibi ad id opitulantibus subiaceret. Episcoporum duos, qui eum promoverant, in synodum vocatos et in tercia actione presentatos ita ex auctoritate apostolica sacerdotali privavit honore, ut postmodum in nulla synodo recuperationis aditum auderent vel temptare. Tercium autem ex his, nomine Sicconem, canonice vocatum, expectatum, demum venire nolentem aecclesiastica privavit communione. Statutumque est publico omnium iudicio, synodum a Leone collectam nec nominandam synodum, sed prostibulum[e] favens adulteris. Ergo omnia predicti Leonis decreta cassantur, et quicumque ab eo erant consecrati, iussi sunt planetis vestiri, et suam ipsorum proscriptionem presentare in carta haec verba continenti[f]: *Pater meus nichil sibi habuit, nichil mihi dedit.* Et sic depositi remanserunt[g] in illis gradibus, quos habuerant, antequam a Leone promoti fuerint[h], eadem racione, eadem auctoritate, qua et illi, quos supra diximus a Constantino neophyto[i] promotos.

(39) Ut etiam scias non tantum a symoniacis, non tantum, quod minus est, a neophitis, sed etiam ab aliis inordinate promotis non posse confici sacramenta aecclesiae, referam quod contigit apud sacrosanctam Hildenesheimensem ecclesiam, cui ego indignissimus nunc servio, si non fructuose, tamen devote, si non utiliter, tamen fideliter, si non ut debeo, tamen ut potero. Ebo Remensis archiepiscopus assensum Lothario prebuit, cum patrem suum Luduvicum, magni Karoli filium, regno privavit. Ludewico autem ope filiorum suorum, Pippini scilicet et Ludewici, quorum prior dux Aquitaniae, alter dux erat Baioariae, in regnum recepto, synodus colligitur[3], Ebo depositus Hildeneshaim relegatur. Defuncto interim[k] Reginberto Hildeneshaimensis aecclesiae episcopo secundo imperator[4] Ebonem humanitatis potius, quam iusticiae respectu

a) nova *corr.* 2; noviter *Greg.;* nove *G.* b) et *G.* c) tumore correcti 2. d) *ex* synodos *corr.* 2. e) prostipulum 2. f) *nota marginalis codicis* 2: Hanc utique professionem (perfess. 2) nondum laudare presumimus, usque dum eam a sacra scriptura dissonare videamus; *eam non habet G.* g) remanserant 2. h) fuerant *G.* i) neophitos 2. *G.* k) iterum 2. *G.*

1) *Immo a.* 964; *cf. Continuatio Reginonis a.* 963 *(ed. Kurze, Hanoverae* 1890, *p.* 172*).* 2) *Mansi t. XVIII, col.* 471 *sq.* 3) *Apud Theodonis villam a.* 835. 4) *Immo rex Ludowicus Germanicus.*

eidem sedi[a] tercium prefecit. Ille miser exepiscopus aecclesiae sacramenta episcopali concessa dignitati stolidus sibi per duodecim annos usurpavit. Quo hominem exuto successor eius Alfridus[1] clericos acceptis ab antecessore suo ordinibus ex auctoritate apostolica exuerat, aecclesias denuo dedicaverat, omnia de sacramentis aecclesiae ab eo gesta, preter solum baptisma, iuxta decreta predicti papae Stephani annihilaverat[b]. Ecce[c] quam periculose sibi usurpant aecclesiae, quae tamen non conficiunt, sacramenta quos aecclesiasticae dignitatis presumptuosos raptores apostolicum et ligando dampnat, et dampnando ligat anathema.

Restaret mihi probare de publice excommunicatis: sed cum sacramenta aecclesiae (40) non conficiantur a presumptoribus, qui nondum in iudicio sunt presentati, quis queˢrat, quis[d] ambigat de his, quin[d] a[e] contione aecclesiae sint alienati? Dimembrati igitur a corpore Christi, id est, separati ab aecclesia, nihil poterunt intra[f] ecclesiam operari: quod et tu racione et auctoritate invictissime probasti, dicente Augustino[2] contra Donatistas: *Quisquis a catholica ecclesia fuerit separatus, quantum*[g] *se laudabiliter vivere existimet, hoc solo scelere, quod a Christi unitate defunctus est, non habet vitam, sed ira Dei manet super eum.*

Ne autem excommunicatus propter conscientiam innocentiae, teste se, absolutum (41) sibi polliceatur, audiat decretum Carthaginensis concilii[3]: *Qui excommunicatus fuerit pro suo neglectu, sive episcopus sive quilibet clericus, et tempore excommunicationis suae ante audienciam communionem*[h] *presumpserit, ipse in se dampnationis iudicetur protulisse sentenciam.* Et illud Sardicensis concilii[4]: *Priusquam omnia diligenter et fideliter examinentur, eum, qui fuerat a communione separatus, ante cognicionem nullus debet presumere, ut eum communioni societ.*

Agens ego de synodis, legens ego illam Leonis synodum vocatam non synodum, (42) sed prostibulum favens adulteris, non possum non recordari synodi vestrae, quae in preterito anno a tribus milibus ac sexcentis inter presbiteros[i] et reliquos gradus ecclesiasticis[k], ut audio, apud vos collectis: quam parum suae professioni prospexit, cum decretis Nicenae synodi nescio qua fronte contradixit. Si circumspicientes animati sunt de circumfuso[l] tanto[m] sui numero, legerent in decretis[5] sedis apostolicae, quae Romani clerici Iohanni presbytero, sed scismatico, direxerant tum[n] temporis, quando Vigilius ex apostolico in heresin lapsus Constantinopoli tenebatur. In his, inquam, decretis hodie a Romana aecclesia inter catholicas regulas habitis legerent[o]: *Quod si omnes sacerdotes, et mundus assentiat, damnatio consentientes involvit, non prevaricacionem assensus absolvit. Non enim crimen minuitur, sed accrescit, cum*[p] *generale fit ex privato. Hoc enim Deus*[q] *omnium iudicavit*[r]*, qui peccantem mundum generali diluvio interemit.* Audirent et Leonem[6] ad Anatholium: *Illa Nicenorum canonum per sanctum vere Spiritum ordinata condicio nulla umquam est parte solubilis. Nulla sibimet de multiplicacione congregationis synodalia concilia blandiantur. Neque trecentis illis decem atque octo episcopis*[s] *quantumlibet copiosior numerus sacerdotum comparare se audeat vel praeferre*[t]*; cum tanto divinitus privilegio Nicena sit synodus consecrata,*

a) tunc *add. G.* b) annihillav. (anni *suprascr.*) 2; *deest G.* c) *nota marginalis codicis 2:* Cautius esse videretur, si ab huiusmodi sacramenta non confici coniectando potius quam affirmando diceremus. d) qui 2. e) ā 2. f) infra 2. g) quantumlibet *Aug.* h) communicionem 2. i) prespiteros 2. k) ecclesiastici 2. l) *ex* circum foso *corr.* 2. m) tantum *G.* n) tunc *G.* o) *ex* legerant *corr.* 2. p) contra *G.* q) dominus *G.* r) indic. 2. s) ep. quant. *des. G.* t) proferre 2.

1) *Annal. Saxo, Chron. Hildesheim. a.* 847 *(SS. VI, p.* 575*; VII, p.* 851*).* 2) *Epist.* 141, § 5*; Opp. ed. Bened. t. II, col.* 458. 3) *Conc. Carth. a.* 419, *c.* 29 *(Dionys.); Mansi t. III, col.* 729. 4) *C* 17. *(Dionys.); Mansi t. III, col.* 29. 5) *Non inveni.* 6) *Epist.* 106, *c.* 2*; ed. Baller. t. I, col.* 1161*; Jaffé nr.* 483.

ut[a] *sive per pauciores sive per plures ecclesiastica iudicia celebrentur, omni*[b] *penitus auctoritate sit vacuum, quicquid ab illorum fuerit constitucione diversum.* De cuius privilegio et beatus Ambrosius[1] dicit: *Non humana industria, non composicione aliqua trecenti decem et octo episcopi ad concilium convenerunt: sed ut in numero eorum per signum suae passionis et nominis dominus Iesus suo probaret se adesse concilio.*
Gen. 14, 14. *Crux in trecentis*[2], *Iesu nomen in decem et octo est sacerdotibus. Et mihi,* inquit Hilarius[3], *ipse ille numerus hic sanctus est, in quo Abraham victor regum impiorum ab eo, qui aeterni sacerdotii est forma, benedicitur.* Et item[c] beatus Leo[4] papa: *Sancti illi et venerabiles patres, qui in urbe Nicena, sacrilego Arrio cum sua impietate, dampnato mansuras usque in*[d] *finem mundi leges aecclesiasticorum canonum condiderunt, et apud nos in toto orbe terrarum in suis constitucionibus vivunt; et si quid usquam aliter, quam illi statuere, presumitur, sine cunctacione cassatur.* Et hinc sanctus Leo ad Pulcheriam[e] augustam: *Contra statuta,* inquid, *canonum*[f] *paternorum, quae ante longissimae etatis annos in urbe Nicena spiritualibus sunt fundata decretis, nihil cuiquam audere conceditur: ita, ut si quis diversum aliquid decernere velit, se pocius minuat, quam illa corrumpat.* Audirent etiam beatum Gregorium in multis sui non Regestri[g], sed Regesti epistolis Nicenae synodi decreta affirmantem. Reponerent interius et illud Gregorii, quod et prius[6] dixi: *Consona sanctis patribus diffinicione sancimus, ut qui sacris nescit obedire canonibus, nec sacris ministrare vel communionem capere sit dignus altaribus.*

(43) Si dicunt haec nova emersisse, tercium[7] nunc Catonem de celo cecidisse, audiant papam Celestinum[8]: *Nulli sacerdotum licet*[h] *suos ignorare canones, nec quidquam facere, quod sanctorum*[i] *patrum*[k] *legibus*[l] *possit obviare.* Non pretereant, non abradant pronomen 'suos': nam canones proprii sunt sacerdotum, ut lex Moysi et lex Iudeo-
Ioann. 8, 17 et 15, 25. rum, unde eis Dominus: *In lege,* inquit, *vestra scriptum est;* et: *De eis in lege eorum scriptum est.* Hinc patet, quia, si, ut Caelestinus affirmat, illi sunt sacerdotes, quorum sunt canones, tunc quorum non sunt canones, nec erunt sacerdotes. Sed haec hactenus.

(44) Cum tui, venerande pater, recordor, exclamare compellor: o me infelicem, immo infelicissimo infeliciorem, quod ego olim digitis tuis[9] probatissimam distillando mirram mihi quid agendum prescribentibus non obedivi; quod instar aspidis surdae
cf. Prov. 26, 9. aurem tuis monitis obduravi. Nunc enim arguit me illud Salomonis: *Sicut*[m] *spina in manu temulenti*[n], *ita in ore stulti parabola.* Nam sicut temulentus spina in manu detenta seipsum in primis vulnerat, ita me mei[o] sentencia sui laqueo strangulat, ita me proprio mei[o] gladio iugulat. De lege sua me Deus docendo mitigare mihi a diebus malis voluit: sed fateor tibi, sancte pater, quia sibi[p] factus sum in medio fornacis aes, murmurando stagnum[q], ut dealbatus paries meliora mentiendo,
Ierem. 51, 9. ferrum proximis nocendo, plumbum semper ad infima vergendo. *Curavimus,* ait Dominus, *Babilonem, et non est sanata*: crepuit, dicit scriptura, in fornace, qui non caruit
Ezech. 24, 6. vento superbiae. Hinc ego expallens illud Domini in Ezechiele dicentis: *Ve civitati*[r]

a) aut 2. b) sit *ead. manu suprascr.* 2. c) idem *G.* d) ad *G.* e) pulcherrimam 2. f) pat. can. *Leo G.* g) registri *G.* h) suos ign. licet c. *G.* i) *deest G.* k) *deest* 2. l) poss. leg. *G.* m) Quomodo in sp. nascatur i. m. t., sic i. o. stultorum p. *G.* n) *ex* temulentis *corr.* 2. o) mea *G.* p) tibi *G.* q) stannum *G.* r) civitate 2.

1) *Lib. I. de fide c.* 18. 2) *Totum praetensum mysterium in litteris graecis consistit, quibus numeri* 318 *exprimuntur, scilicet* TIH, *quarum prima* T *crucis figuram gerens* 300 *indicat, posteriores autem duae* IH 18 *notantes nominis Iesu initiales sunt. USS.* 3) *De synodis, Paris* 1572, *col.* 137. 4) *Epist.* 106, *c.* 4; *ed. Baller. col.* 1165. 5) *Epist.* 105, *c.* 2; *ed. Baller. col.* 1155. 6) *V. supra p.* 36 *(c.* 18*).* 7) *Iuven.* 2, 40. 8) *Epist. ad episcopos Apuliae et Calabriae c.* 1 *(Dionys., in coll. Hispana vox* suos *deest); Coustant. I, p.* 1072; *Jaffé nr.* 371. 9) *Hinc liquet Bernardum hunc discipulum fuisse Adelberti. USS.*

sanguinum; cuius ego grandem faciam piram: licet Deus in me fecerit viam semitae irae suae, illam tamen desidero iram, de qua Ieronimus[1]: *Grandis,* dicit, *offensa est, postquam peccaveris*[a], *iram Dei non mereri;* ut illam declinem iram, de qua psalmista: *Exacerbavit Dominum, s[ecundum] m[ultitudinem]*[b] *i[rae] s[uae] non*[c] *q[uaeret];* Ps. 10, 4. [non[d] quia] idem peccator licenter peccat: sed nimiae Dei irae est, quod peccanti prospera arrident, quod nequicia eius non retunditur, quod eius sceleri pro meritis non respondetur.

Et ne diucius delinquam tui[e] maiestatem animi a maioribus demorando, tuos deosculans pedes, tua amplectens genua, clamo tibi, pater et domine, unum pietate, alterum dignitate, precans indulgenciae gratiam, quam sepe tibi[f] valefacienti seniori meo sanctissimo Rumaldo[g], hodie celestis aulae domestico[h], dederas, precans levatae manus tuae mereri benedictionem, cui nullus distat locus: precans, ut in illo ineffabili iubilo, quo caelum penetras, quo divinam permulces aurem, mei non obliviscaris, qui tui saltem tunc memor existo, cum tui conversacionem, tritamque vivendi semitam devotus exopto. Vix refrenata penna dicam invito ore: 'Vale gloria Israel, vale curiae celestis conscripte senator'. Insipiens factus sum loquendo, dices mihi; respondeo: Coegisti me. Amori modum suadens, perdes operam.

Valeas et tu optatae indolis Bernalde[i], floscule vernans[2], rogatus cum illo apostoli (45) ad Philipenses: *Si qua consolacio in Christo, si quod solacium karitatis, si quae* Philipp. 2, 1. *societas spiritus, si quae viscera miseracionis,* ut citius dictatae tibi a domino tuo materiae merear literas omni nectare mihi sapidiores, tum tantum tuam dominique tui salutem mihi referentes. Tu tibi, moneo, non desis, presentaturus te nobis talem, qualem ego te nescio, utrum magis obtem an sperem. Opto quippe ex illo, quem in te habeo, affectu; spero ex debitae[k] virtuti tuae parentelae respectu.

[EPISTOLA III.
Adalberti et Bernaldi ad Bernhardum.]

Domino ac reverentissimo sacerdoti Bernardo[l] non iam nugacem liram Horatii, sed misticam cytharam David fructuosius sibi et suis auditoribus amplexanti, Adalbertus etate presbyter, non moribus, eiusque Bernaldus, ex utroque homine certissimi serviminis affectus.

De dulcissimo vestri rescripto vobis condignas grates referre non sufficimus, (1) sed hoc omnium bonorum retributori, ut ipse vobis retribuat, obnixa supplicacione committimus, quem et vos in[m] nobis tam caritativa responsione, tam laboriosa rescriptione non dubitamus honorasse. Sed quia nonnulla in eodem rescripto nos movent, de experta vestrae prudenciae benivolentia securi, iterum vos inquietare presumimus: iterum vestrae diligentiae iudicium super nonnullis obscuris ardenter expectamus.

De primatu igitur sanctissimae sedis apostolicae satis eleganter caritas vestra (2) nobis scripsit: quam licet aliquando ab indignis possessam, semper tamen omnibus aecclesiis esse preferendam, ex decretis sanctorum patrum evidentissime probavit. Huius etiam[n] sedis pontifices pro tempore a subditis admonendos fore, non tamen temere proscribendos, christianissima pronunciacione docuistis: videlicet ut eiusdem sedis primus possessor a coapostolo eius Paulo caritativa liberalitate admonitus est, non ut

a) peccavimus *G.* b) misericordiam *G.* c) n. quaer. *des. G.* d) n. quia *des.* 2. e) *deest G.* f) *legendum videtur:* mihi. g) Rumoldo *G.* h) domistico 2. i) BHRNAΔΔE 2. k) deditae 2. l) *nomina ita scripta sunt* 2: BHPEΛPΔΩ, AΔHΛBHPΘYC, BHPNAΔΔYC. m) inobis 2. n) enim *G.*

1) *Cf. Comment. in Ierem. l. I, c.* 2, *v.* 31, *Opp. t. IV, col.* 855: Grandis offensa est nolle placare quem offenderis. 2) *Haec virilem adhuc et nondum provectam Bernaldi aetatem produnt. USS.*

sanctus Athanasius[a] Alexandrinus patriarcha ab Arrianis heretica usurpatione depositus est.

(3) Tractatum vestrum de ordinibus iudiciorum gratissime suscepimus, quem ita expressum, ac testimoniis sanctorum patrum ita roboratum, et nos postmodum in quodam libello reperimus. Duos quippe iudiciarios ordines esse nobiscum sentitis, unum de dubiis[b], alterum de manifestis. Sed ordinem de manifestis in duas species subdividitis: unam quidem, cum reus et obiecta se fecisse, et faciendo peccasse fatetur; alteram[c] vero, cum reus se obiecta fecisse, sed in hoc non peccasse testatur. Nos tamen hanc posteriorem vestrae subdivisionis speciem in nostra divisione comprehendimus infra modum de dubiis criminibus. Dicimus enim, ex iudiciariis ordinibus hunc fieri de dubiis, illum vero de manifestis criminibus. Nec hoc quilibet[d] nos dixisse putet, quasi vestrae divisioni preiudicemus; sed ideo potissimum, ut utrarumque divisionum concordiam ad invicem denotemus. Nam utraque divisio, ut nobis videtur, stare poterit, si vestra prudentia non aliter iudicaverit. Illa enim vestrae divisionis species, in qua factum conceditur, culpa denegatur, partim manifesta, partim dubia probatur. Factum enim quod conceditur manifestum est; sed idem ipsum an pro crimine sit habendum, summopere dubitatur. Non ergo mirum eamdem speciem diverso respectu nunc dubiis, nunc manifestis ascribi: sed nos magis illam dubiis interposuimus, quia divisionem iudiciorum non generaliter inter facta, sed inter crimina fecimus. Iudiciariorum ordinum alii fiunt de dubiis criminibus, alii de manifestis. Unde predicta vestrae divisionis species, in qua concesso facto, an crimen sit, dubitatur, non incongrue in nostra divisione dubiis annumeranda videbatur. Vos autem iudiciarios ordines non inter crimina, sed absolute inter occulta et manifesta divisistis: unde et predictam speciem, in qua denegata culpa factum conceditur, sine contradictione manifestis annumerare potuistis.

(4) Illud etiam, quod singularum discussioni causarum synodicam vocacionem prerogari vultis, et nos utique laudamus. Nam et decreta sanctorum patrum itidem precipiunt, quippe, ut dubiis rebus infamati ad conventum sacerdotalem vocentur, per canonicas inducias expectentur, tunc demum, si venerint, in conventu audiendi, aut, si venire noluerint, pro contemptu a communione suspendendi. Hoc, inquam, illis iure conceditur, qui de obiectis aut nihil se fecisse fatentur, aut hoc, quod fecerint, crimen esse diffitentur. Nec hoc etiam negamus, quin et publicis criminibus obligati ad synodale iudicium pro contemptu vocentur, ut tanto caucius, tanto inrefragabilius, et demum aecclesiae tanto fructuosius, quanto a pluribus auditi, iudicentur. Sed hanc synodicam vocacionem nullatenus tam generalem ponere audemus, ut ipsius apostolicae sedis privilegium, non ab[e] apostolis, sed ab ipso Domino ei concessum infringere temptemus. Est enim privilegium sedis apostolicae; ut nulla proveniente synodo quoslibet dampnandos possit dampnare, et reconciliandos reconciliare[f]: ut beatus Gelasius[1] in decretis ad Orientales episcopos directis ostendit, in quibus Acatium Constantinopolitanum patriarcham absque omni synodo canonice ab apostolica sede dampnatum inrefragabiliter probavit. Scribit enim inter cetera: *Cuncta per mundum novit aecclesia, quod sacrosancta aecclesia Romana de omni aecclesia fas habeat iudicandi, neque cuiquam de eius liceat iudicare iudicio: siquidem ad illam de qualibet mundi parte appellandum est, ab illa autem nemo est appellare permissus.*

Sed nec illa preterimus, quod apostolica sedes sine ulla synodo precedente exol-

a) Anathasius 2. b) dûbus 2. c) *alio atram. in marg. add.* 2. d) me quil. dix. *G.* e) *deest* 2. f) reconciliari 2.

1) *Epist.* 26. *ad episcopos Dardaniae c.* 5; *ed. Thiel I, p.* 399; *Jaffé nr.* 664. *In quibus verba a Bernaldo allata a textu epistolae recedunt, cum c.* 10. *Collect.* 315 *capitulorum concordant.*

vendi, quos synodus iniqua dampnaverat, et dampnandi nulla existente synodo, quos oportuit, habuerit facultatem. Et hoc nimirum pro suo principatu, quem beatus Petrus apostolus Domini voce et tenuit semper et retinebit. Huius igitur privilegii auctoritate sanctissimi Romanae sedis episcopi absque omni sinodo dampnare consueverunt, quorum contumaciam ex cuiuslibet indubitabili relacione cognoverunt. Hoc utique illius scientiam non subterfugit quicumque regestum sancti Gregorii, et reliqua sanctorum patrum decreta diligenti consideratione percurrerit. Sic, inquam, Maximus Salonitanus episcopatui presumptuose intronizatus, a beato Gregorio absque omni synodo pro hac presumptione missarum celebratione privatur. Quem sanctus Gregorius non tam pro manifestis [1], quam pro dubiis criminibus ad se vocavit, videlicet, quem simoniaco, scismati sive mulieribus mixtum fuisse non pro certo novit, sed infamatum audivit: de quibus etiam criminibus idem Maximus se postmodum iuramento expurgavit. Si enim eum tam indubitanter simoniacum sive fornicarium, ut presumptuosum, nosset, absque omni vocacione sive discussione iuxta predictum sedis[a] apostolicae privilegium dampnare illum posset.

Preterea, si nullum, licet in crimine vulgatissimum, nisi post synodicam vocationem iudicandum fore censemus, multum aecclesiasticae correctioni derogamus, nimiam multitudinem carrinarum[b] ad synodum differemus: immo hac occasione plurimas negligendas fore non dubitamus. Sed aecclesiarum consuetudo hoc obtinuit, ut non solum episcopus, sed etiam unus solus presbyter subditum suum, manifesto crimine obligatum, canonico iudicio subicere valeat, nec eum, nisi eius iudicio inobediens extiterit, ad synodum venire compellat[c]. Nec ociose[d] considerandum[e], quod sancti patres absque omni synodo etiam de[f] dubiis criminibus iudicare solebant, non quidem diffinite, sed sub quadam iudiciaria condicione. Unde sanctus Gregorius [2] Andream Tarentinum[g] episcopum pro quadam concubina post ordinacionem suam infamatum, ita iudicavit, ut sacerdotale officium penitus deponeret, si eum conscientia sua de illato crimine culpabilem assereret. (6)

Sed iam ad causam nostram veniamus, quam etiam, ut evidentior fiat, breviter et fideliter literis commendare non pigeat, ut ex fidelium virorum certissima relacione didicimus: quorum alios corpore quidem, non animo, Wormatiensi conspirationi, alios vero Romanae synodo hanc eandem dampnanti procul dubio interfuisse cognovimus. (7)

Anno[h.3] igitur dominicae incarnationis MLXXVI. Gregorio[i] papa in apostolica sede constituto, cum Hainricus rex iam per tres annos pro suis reatibus ad poenitenciam multociens ab apostolica sede vocatus resipiscere nollet, cumque se in proxima Romana synodo excommunicandum fore[k] prenosceret, tale consilium a simoniacis[l] sive excommunicatis accepit, ut omnes sibi subiectos ab apostolico presule separaret, sicque[m] sanctam[n] Romanam synodum deauctorizaret[o] tunc in prima quadragesimali ebdomada[p] futuram et illum[q] cum suis complicibus excommunicaturam. Accepto igitur consilio ante eandem synodum in septuagesimam generale[r] colloquium apud Wormaziam condixit, quo preter regni sui principes, quam plures episcopos et reliquos suos fideles, vel pocius infideles, congregavit. Qui pene omnes aut simoniaci [1], aut excommunicati, aut eorum complices individui, se Romani pontificis censuram subituros non dubitabant, si rex resipiscens apostolicae sedi obediret, eique in aecclesiasticis negotiis

a) ap. sed. *G.* b) *scil.* conviciorum, c) compellit *G.* d) occiose 2. e) consyd. 2. f) *alio atram. superscr.* 2. g) Tarencium 2. h) *quae sequuntur usque in finem epistolae exstant etiam in cod. Schlettstadensi* (3). i) VII. *add. G.* k) *sequitur locus rasus* 3. l) sym. 3 *semper.* m) sic quod *G.* n) *suprascr.* 3. o) deauctoraret *G.; del. et post* excommunicaturam *suppl.* 3. p) epd. 3. q) *ex* illam *corr.* 3. r) *ex* generalem *corr.* 2.

1) *Cf. p.* 32. 2) *Lib. III, ep.* 45; *ed. Ewald I, p.* 200; *Jaffé nr.* 1249. 3) *Cf. Bernaldum in chron. a.* 1076, *SS. V, p.* 432.

debitum adiutorium impendere vellet. Quapropter ex regis insolentia occasione accepta, regi non tam consenserunt, quam persuaserunt, ut literas[1] proscriptorias, omnium eorum manibus per subscriptionem roboratas, ad apostolicam sedem transmitteret: quibus quasi proscripto Romanae sedis[a] episcopo, synodus Romana regem excommunicatura nichilominus cassaretur[b], sicque ipsi cum rege ab apostolicae sedis censura liberarentur. In predictis sane literis post multas Romani pontificis plasphemias, hoc singuli sua subscriptione confirmaverant, ut nollent deinceps huiusmodi criminoso subesse vel aliquam obedientiam exhibere.

(8) His igitur literis in Romanam synodum delatis, iuxta posse[c] eorum eandem per legatos suos disturbaverant, et apostolicum presulem in Romana synodo turpiter plasphemantes, eum non confessum, nec alicuius criminis convictum ab apostolica sede ut vilissimum mancipium iusserant descendere. Preterea ex precepto prefati Henrici Francorum regis, non utique Romani imperatoris, cunctae Romanae synodo contumaciter interdixerant, ne domno apostolico pastori suo ullatenus obedirent: pastori, inquam[d], suo, cui eatenus obedierant, quem eatenus pro legitimo pastore, ut canonice ordinatum, ut canonice in ordine suo conversatum habuerant, cui etiam predictus rex debitam obedientiam speciali promissione devoverat, quem diversorum regnorum presules et principes pro sancti Petri vicario honoraverant.

Hunc igitur non confessum, non convictum[e], immo nec, si reus esset, ita vel ab huiusmodi convincendum, predicti conspiratores per legatos suos degradare volebant, qua temeritate, immo quo vesanissimo furore nec cauponem suum quilibet destituere permitteretur[f]. Nam ut beatus Marcellinus[2] papa omnibus orthodoxis scribens kapit[ulo] secundo testatur: *Episcopi pontifici, a quo consecrati probantur, preiudicium inferre nullum possunt.* Item beatus Anacletus papa, a beato Petro presbyter ordinatus[3]: *Sentencia,* inquit[g], *Cham filii Noe dampnantur, qui suorum doctorum vel prepositorum culpam produnt, ceu Cham, qui patris pudenda non operuit, sed deridenda monstravit. Doctor autem vel pastor*[h], *si a fide exorbitaverit, a*[i] *fidelibus erit corrigendus: sed pro reprobis moribus magis est tolerandus*[k]. Item Anacletus[l] papa, sanctus Alexander papa, item sanctus Syxtus presul apostolicus, qui omnes mori magis, quam mentiri voluerunt, hi[m], inquam, singuli eadem auctoritate precipui, eisdem pene verbis statuerunt[4]: *Si qui,* inquiunt, *adversus*[n] *episcopos causam habuerint, prius ad eos recurrant caritatis studio, ut familiari colloquio commoniti ea sanent, quae sananda sunt. Si autem aliqui eos, priusquam haec egerint, lacerare, accusare, infestare presumpserint, excommunicentur.*

(9) Has igitur et huiusmodi innumerabiles sanctorum patrum sentencias si illi nostri conspiratores fideliter inspexissent, nullatenus suum, utputa[o] primae sedis episcopum, tam repentina vituperatione, non conventum, non confessum exufflassent; nec seipsos pro tam temerario ausu sub perniciosa excommunicacione enecuissent[p]. Nempe si culpabilis esset, peregrinorum tamen episcoporum iudicio iuxta canones nec discuciendus esset, nedum temere deponendus, sed pocius in Romana synodo audiendus: si tamen de dubiis rebus, nisi ipse vellet, vel usquam vel a quoquam iuxta canones
Matth.10,24. discuti posset; scriptum est enim: *Non est discipulus super magistrum.* Unde sanctus Silvester[5], Nicenorum canonum auctor, generali synodo presidens consensu CCLXXVII

a) sidis 2. b) cess. *G.* c) *suprascr.* 3. d) *suprascr.* 2. e) coniunctum 2. f) permitteret *G.* g) quoque *add. G.* h) ecclesiae *add. G. ex Anacl.* i) erit a fid. corr. *G.* k) quam distringendus *add. G. ex Ps.-Anacl.* l) Anacl. papa *deest G.* m) ii *G.* n) adversos 3. o) utpute 2; utpote 3. p) *ex* enucuissent *corr.* 3.

1) *LL. t. II, p.* 44. 2) *Epist. spuria II, c.* 3; *Hinschius p.* 221. 3) *Epist. spur. III, c.* 38. 39; *Hinschius p.* 85. 4) *Epist. spur. II, c.* 20. 21; *Hinschius p.* 77. 5) *Opus spurium, quod dicitur Constitutum Silvestri c.* 20; *idem allegatur a Bertholdo a.* 1076 *(SS. V, p.* 282).

episcoporum kap. VII. statuit dicens: *Nemo iudicabit primam sedem, iusticiam temperare desiderantem. Neque enim ab augusto, neque ab omni clero, neque a regibus, neque a populo iudex iudicabitur.* Item Symachus[1] papa omnibus episcopis scribens kap[itulo] VII.[a] decrevit dicens: *Aliorum hominum causas Deus voluit per homines terminare: sacro vero sanctae sedis Romanae presulum suo sine questione reservavit iudicio.* Item sanctus Alexander[2] papa, qui martyrio sua consecravit decreta, kap[itulo] I. testatur: *Non potest,* inquit, *condempnari humano examine*[b], *quem Deus suo reservavit iudicio.*

Sed tempora prius[c] consumeremus[d], quam exempla, si singula huiusmodi sancto- (10).
rum patrum statuta enumerare temptaremus. Quippe predictus papa Symachus[e], catholicae fidei propugnator indefessus, cum plurimis criminibus infamaretur[f], nec ab Arriano rege Theodorico tunc Romanis imperante tam temere proscribitur, sed in synodo Romana, non ab alio, nisi ab illo legitime congreganda, discuciendus expectatur[g]. Synodus igitur Romae per auctoritatem ipsius congregata, nullatenus tamen eum, licet hoc permittentem, contra decreta sanctorum patrum discutere presumpsit, sed totam eius causam divino iudicio, ut gesta[3] eiusdem synodi testantur, commisit. Nec hoc utique dicimus, quasi quaelibet nefanda Romano pontifici impune licere credamus, quasi non et ipse sit impetendus, si in aliqua heresi[h] fuerit publicatus, sed contra illos agimus, qui pro dubiis rebus apostolicae sedis episcopum temere iudicaverunt expellendum.

Ipse quidem noster apostolicus multotiens hoc a suis insidiatoribus expetivit, ut (11)
Romae, vel alibi[i], quo ipse posset venire, in synodo convenirent, et, eo hoc libenter concedente, ordinacionem eius, sive conversationem, utcumque vellent, dumtaxat canonice discuterent; seque ab apostolica sede absque omni contradictione descensurum promisit, si quid in eo dignum deposicione reperirent. Et hoc utique sibi facile credi potuit, qui id culminis captus atque coactus[k] cum magno eiulatu ascendit: cui nec divitias, nec honores seculares in Romano pontificatu quaerere opus fuit, quibus utrisque cum minori sollicitudine et ante pontificatum abundavit. Sed eius insidiatores hactenus eum presentialiter convenire spreverunt, non tam ut qualibet ratione se ab huiusmodi accusacione suspenderent, quam ut ipsi debitam sentenciam pro suis criminibus ab illo non exciperent[l]. Nam, ut beatae memoriae Bonifacius[4] papa testatur: *Nullus dubitat, quin*[m] *ita iudicium nocens subterfugit, quemadmodum ut absolvatur qui est innocens quaerit.*

Apud Wormaziam[n] igitur conventu facto scismaticam conspiracionem adversus (12)
Dominum et adversus christum eius conflaverant, quam, ut predictum est, ad deauctorizandam sanctam Romanam synodum per legatos suos in eadem synodo publicaverant. Unde Romani cives[o] sanctae Romanae aecclesiae dehonestacione[p] merito commoti, predictorum legatos omni poena dignissimos arripiunt, et vel aliquatenus eorum inmanissimum scelus ulcisci voluerunt. Sed Romanus pontifex, licet a predictis legatis[q] specialiter impeteretur, tamen de manibus Romanorum crudeliter eos afficiencium vix demum eripuit, et sedata turba factoque silentio eos ad pedes suos sedere[r] fecit; ea quidem racione, ut ipsi audirent, quid[s] sancta synodus de huiusmodi scismatica conspiracione in eadem synodo ad iniuriam ipsius manifestata decerneret.

a) VI. 3. b) examinę 2. c) priusquam consumeremus exempla 3. d) *ex* consubmer. *corr.* 2. e) Simm. 3. f) infamaret 2. g) expecta syn. 2; exspectat *G.* h) herẽsi 2. i) aliqui 3. k) eo actus *G.* l) *ex* accip. *corr.* 2. m) quod *G.* n) Wormaciam 2. o) *alio atram. ex corr.* 2; de *add. G.* p) dehonestacioni 2. 3. q) ligatis 2. r) residere 3. s) *alio atram. ex* quod *corr.* 2.

1) *C.* 9, *Thiel p.* 663. 2) *Epist. spur. I, c.* 7; *Hinschius p.* 98. 3) *Mansi t. VIII, col.* 251. 4) *Epist. ad episcopos Galliae; Mansi t. IV, col.* 394; *Hinschius p.* 555; *Jaffé nr.* 349.

(13) Decrevit igitur sancta synodus, ut officio et communione privati essent quicumque illam nefariam conspiracionem et contumacissimam legacionem studio et voluntate conflassent. Reliquis autem omnibus eiusdem conspiracionis participibus inducias concessit, ut infra festivitatem sancti Petri tunc proximam se aut coactos deliquisse missis legatis probarent, aut predictorum excommunicacioni, ut eodem crimine obligati, subiacerent. Regem vero, post multas admoniciones resipiscere nolentem, immo huius scismaticae conspiracionis auctorem, regno privatum sub anathematis vinculo domnus apostolicus ligavit, ut eidem etiam ante excommunicacionem promisit. De cuius anathematismi canonica promulgacione nullum dubitare confidimus quicumque illam epistolam domni apostolici fideliter consideraverit, in qua ipse regem sepius a se premonitum, multo tempore expectatum et ita demum canonice[a] anathematizatum evidentissime probavit. Quapropter speciali regis[b] causa pretermissa, quid[c] sancti patres de huiusmodi conspiratoribus generaliter diffinierint videamus.

(14) Sanctissimus papa Fabianus[1], veritatis miles indefessus, omnibus episcopis scribens kap[itulo] secundo decrevit dicens: *Si quis clericus suo episcopo infestus aut insidiator fuerit, eumque criminari temptaverit, aut conspirator fuerit: mox ante examinatum iudicium submotus a clero curiae tradatur, cui diebus vitae suae deserviat, et infamis absque ulla spe restitucionis permaneat.* Item sanctus Kalistus[2] papa, fortissimus veritatis athleta, Gallicanis episcopis scribens: *Conspiracionum*[d], inquit, *crimina vestris in partibus vigere audivimus, et plebes contra episcopos suos conspirare nobis mandatum est. Huius*[e] *criminis astutia non solum inter christianos abhominabilis*[f] *est, sed etiam inter ethnicos, et ab exteris lege prohibita. Et idcirco huius criminis reos non solum aecclesiasticae, sed etiam seculi dampnant leges; et non solum conspirantes, sed etiam consentientes eis. Antecessores vero nostri, quam*[g] *plurima turba episcoporum, quicumque eorum in sacerdotali ordine sunt constituti aut existunt clerici, honore quo utuntur carere preceperunt: ceteros vero communione privari et ab aecclesia extorres fieri iusserunt: et non solum facientes, sed et*[h] *eis consentientes.* Item sacratissimum Calcedonense concilium[3], euangelio in veneracione comparandum, kap[itulo][i] XVIII. inrefragabiliter decrevit[a] dicens: *Si qui clerici vel monachi reperti*[a] *fuerint coniurantes aut conspirantes aut insidias ponentes episcopis aut clericis, gradu proprio penitus abiciantur.*

Ergo, quos sancti patres etiam ante examinatum iudicium degradandos esse vel penitus ab aecclesia abiciendos districtissime iudicaverunt, hos domnus apostolicus per synodale iudicium satis misericorditer usque ad satisfactionem officio et communione privavit: quae tamen eis nondum eo crimine expiatis periculosa, immo perniciosa fore, si usurparentur[k], non ignoravit.

(15) Forsitan aliquis eorum dicit: non pro conspiratione habendum quod contra illum factum fuerit, quem pro episcopo habere noluerint. Sed ille, si tamen episcopus est, audiat: numquid et se pro episcopo habendum non esse decernit, si quis ex eius subditis eum in nulla heresi publicatum, nec pro aliquo crimine dampnatum pro episcopo habere contempsit[l]? Non utique credimus, dum adeo eis sapiat episcopatus. Ergo non denegent suo pastori quod sibi a subditis suis nollent denegari, sed iuxta illud sancti Leonis[4] decretum: *Obedientiam, quam a subditis suis exigunt, etiam ipsi pre-*

a) *suprascr.* 3. b) caus. reg. 3. c) quod 2. d) *ex* conspirationis *corr.* 2. e) cuius 3. f) *ex* abhominabiles *corr.* 2; execrabilis *G.* g) cum *Ps.-Cal.* h) *deest* 2. *G.* i) kap. XVIII. *suprascr.* 2. k) usurparent 3. l) contempserit 3.

1) *Epist. spur. II, c.* 21; *Hinschius p.* 165. 2) *Epist. spur. II, c.* 8; *Hinschius p.* 138. 3) *C.* 18, *vers. Dion.; Mansi t. VII, col.* 378. 4) *Epist.* 14, *c.* 11; *ed. Baller. t. I, col.* 692; *Jaffé nr.* 411.

lato suo dependant. Quippe et ipsi eum etiam eo tempore, cum conspirarent, pro episcopo habendum fuisse modo demonstrant, cui pro eadem conspiratione ad satisfactionem venire non cessant. Nempe, si nullius conspiracionis reatu obnoxii tenerentur, sine exemplo tamen iure damnarentur, qui sine exemplo contumaciam suam in Romana synodo publicare et insuper eandem synodum disturbare presumpserunt. Incassum se absque synodica vocacione dampnatos[a] conqueruntur, cum et[a] hoc in provincialibus synodis pro canonico custodiatur, ut cuiuslibet contumacia in synodo publicata nullatenus exeat inpunita, licet ad ipsam synodum deauctorizandam ibi perpetrata non detegatur.

Preterea Romanae sedis episcopus iuxta privilegium suum, ut iam prelibavimus[b], (16) absque omni synodo dampnare potest vel reconciliare[c] quoslibet dampnandos vel reconciliandos. Sic enim sanctus Gregorius[1] ad Ianuarium Caralitanum episcopum scribens consiliarios eiusdem episcopi nulla synodica vocacione preventos usque ad satisfactionem[d] communione privavit, per quorum consilium idem episcopus dominico[e] die messem quorundam furiosa mente exaravit. Nichilominus et nostri temporis Gregorius ad nullam synodum vocatos, attamen presentario crimine[f] obligatos dampnare potuit: per quorum consilium Heinricus rex messem non terrenam, sed aecclesiasticam nova presumpcione penitus devastare temptavit.

Item sanctus Gregorius[2] Iohannem primae Iustinianae episcopum nulla synodica (17) vocatione[g] preventum excommunicavit, eo quod ille iniuste Adrianum Thebanae urbis episcopum deponere presumpserit. Sic utique et noster apostolicus episcopos indubitatae contumaciae non vocatos excommunicare potuit, qui non unum solummodo episcopum, sed totam Romanam synodum deauctorizare temptaverunt. Illud sane exemplum illi nostri conspiratores secum agere putaverunt, iuxta cuius edictum se rationabiliter excommunicatos esse non dubitabunt, si sacrorum canonum lectores pocius, quam perversores esse voluerint[h].

Frustra quoque proclamant secum agendum fore eo iudicandi ordine, ubi mani- (18) festum factum crimen esse dubitatur. Nam, ut nobis videtur, de nullo facto, an crimen sit, est dubitandum, quod diffinitis sanctorum patrum sententiis generaliter pro crimine dampnatum manifestatur. Si enim ea quae illi generaliter et synodaliter prohibuere, an culpae sint, dubitaverimus, nichilominus de eorum statutis, an iusta sint, dubitare videbimur. Quod beatus Leo[3] papa Leoni augusto scribens penitus prohibuit. *Quae patefacta*[i] *sunt,* inquit, *querere*[k], *quae perfecta sunt retractare, quae sunt diffinita convellere: quid aliud est, quam de*[l] *adeptis gratiam non referre et ad interdictae arboris cibum*[m] *improbos appetitus mortiferae cupiditatis extendere?* Idem in sequentibus[4]: *De rebus,* inquit, *apud*[n] *Niceam et apud*[o] *Calcedonam, sicut Deo placuit, diffinitis nullum audemus inire tractatum, tamquam dubia vel infirma sint, quae tanta per Spiritum sanctum fixit auctoritas.* Idem ad Martianum augustum[5]: *Si quid usquam,* inquid, *aliter, quam sancti patres statuere, presumitur, sine cunctacione cassabitur.*

Ergo illi nostri conspiratores manifestum factum suum, an crimen esset, incassum discuti voluerunt, quod et ipsi a diffinitis sanctorum patrum sententiis pro crimine dampnatum indubitanter noverunt. Unde non, ut dubiis criminibus obligati, per inducias erant ex-

a) *suprascr.* 3. b) probavimus 3. c) reconciliari 2. d) satisfacionem 2. e) dominicorum 2. 3. *G.* f) in synodo *add.* 3. g) *ead. manu in marg. add.* 2. h) noluerint *G.* i) patefacte 2. k) quęrere 2. l) *deest* 2. m) cybum 2. n) et ap. *G.* o) *deest* 3.

1) *Lib. IX, ep.* 1, *Opp. II, col.* 926; *Jaffé nr.* 1525. 2) *Lib. III, ep.* 7, *ed. Ewald I, p.* 165; *Jaffé nr.* 1211. 3) *Epist.* 162, *c.* 1, *ed. Baller. t. I, col.* 1339; *Jaffé nr.* 539. 4) *Ibid. c.* 3, *col.* 1341. 5) *Similia leguntur in ep.* 82. *ad Marcian. imp. col.* 1044.

pectandi, immo ut contumaces et apertissimi canonum contemptores absque dilatione erant dampnandi. De quibus[a] divina scriptura apertissime sanxit, ut Carthaginense[b] concilium[1] kap[itulo] V. constituit: *Non est differenda sententia, sed pocius*[c] *exequenda.* Unde et sanctus Gregorius[2] Mariniano abbati[d] scribens testatur, dicens: *Si ea, de quibus Deus vehementer offenditur, insequi vel ulcisci differimus, ad irascendum utique Divinitatis patientiam provocamus.* Item piae memoriae Damasus[3] papa, scribens ad Stephanum archiepiscopum Mauritaniae et reliquos episcopos Affricae: *Qui potest,* inquid, *obviare et perturbare perversos, et non facit, nichil aliud est, quam eorum favere impietati.*

(19) Tres[4] modos anathematismi[e], quos Triburiense[f] concilium nobis prescribit, non tam generales affirmare presumimus, ut nullum absque synodica vocacione dampnandum fore contra sedis apostolicae privilegium asseramus; satiusque nobis, si et vobis, ita videtur, ut idem concilium poeius aliquem modum anathematis dicatur pretermisisse, quam apostolicae sedis privilegio preiudicasse.

(20) Singulis autem obiectionibus sive, ut verius dicam, reprehensionibus conspiratorum respondere non necessarium estimamus, quibus culpam suam nullatenus expurgaverant, sed perversa interpretacione scripturarum Romano pontifici derogando crimen suum duplicaverant. Nam periurium, quod eum fecisse confingunt, etiamsi eorum subditus esset, oportuisset[g] tamen, ut eum non confessum prius fecisse convincerent, quam illud in eo tam tyrannice vindicassent. Quodsi, ut fingunt[5], iurasset, ut per consensum Heinrici[h] regis Romanus pontifex eligendus esset, numquam tamen, quod et vos caute previdistis, obviando Romanae eleccionis privilegio se anathematizare deberet, precipue cum canones dicant[6]: *Diffinicio incauta laudabiliter est solvenda, nec prevaricacio est, sed temeritatis emendacio.*

Amplius: Si quis anachoreta vel inclusus, qui solitariam vitam Deo firmissime promiserunt, ad episcopalem gradum expetuntur, numquid promissionem suam, licet cautissime factam, magis quam aecclesiae causam attendere debebunt? Non plane; quod et nostri conspiratores non inviti concedunt, quorum quidam ad episcopatum etiam monachili[i] habitu penitus abiecto convolarunt. Ergo si[k] et cautissima promissio pro causa aecclesiae laudabiliter solvitur, quanto magis incauta, quae etiam sub anathemate impleri prohibetur? Nec hoc utique dicimus, quasi domnum[l] apostolicum ita umquam iurasse credamus, sed ideo maxime, ut, etiamsi fecisset quod non fecit, non ob hoc tamen ita proscribendum esse probaremus.

Sententiae autem sanctorum patrum, quas enumerant de compescenda prelatorum superbia, sive de dampnatione temeraria, ipsos maxime percellunt, qui non modo in subditos[m], sed in[n] prelatum[o] suum nova presumptione superbierant; quem ab apostolica sede, ut servum suum, descendere singulari contumacia preceperant. Sed haec hactenus.

(21) Omnipotenti Deo condignas grates recompensare[p] nequimus, cuius gratia nobis concessit, ut in hoc periculoso tempore, in quo omnes quae sua sunt quaerunt, non quae Iesu Christi, adulterantes verbum Domini, vos saltem habeamus, cui veritas audita nares non contrahat: immo cui preconium veritatis quanto liberius[p], tanto dulcius

a) enim *add.* 2. b) Charthaginiense 3. c) *deest* 3. d) etc. *add. G.* e) *litterae* mi *erasae* 2. f) Triburense 3. g) opossuisset 2. h) ENYNPYKY 2. i) monachali *G.* k) sy 2. l) donum 2. m) subtitos 2. n) ipsum *add. G.* o) *ex* prelato *corr.* 2. p) comp. *G.* q) *suprascr.* 3.

1) *Conc. Carth. a.* 419, *c.* 5 *(Dion.), Mansi t. III, col.* 711. 2) *Lib. III, ep.* 27, *ed. Ewald I, p.* 184; *Jaffé nr.* 1231. 3) *Epist. spur. c.* 23, *Hinschius p.* 508. 4) *Cf. p.* 34. 5) *Cf. Dicta cuiusdam, Libelli I, p.* 458. 6) *Burch. XII,* 25. *aliaeque collect., Grat. C. XXII. qu.* 4, *c.* 17: ex concilio Elibertano.

sapiat. Non enim alii tam liberaliter, tam infucate loqui presumeremus, quem non tam veritatem rerum, quam aliquod privatum studium per singula interpretaturum putaremus. Hoc, inquam, nefas esset de vobis vel suspicari, qui ipsum preconem veritatis pro sacrario Spiritus sancti venerandum fore iudicastis. Experti igitur vestrae prudentiae ardorem ad indagandam sive denunciandam rerum veritatem, potissimum vestrum expectamus iudicium de his rebus, de quibus adhuc dubitamus.

De symoniacis[1] igitur, precamur, ut prudentia vestra nobis apercius edisserat, si (22) et illi pro hereticis deputentur, qui praeter[a] sacros ordines aliqua aecclesiastica officia, ut decaniam, preposituram, emunt vel vendunt. Non negamus quidem et eos probabiliter posse vocari simoniacos, utpote de spiritali offitio seculare lucrum querentes, quos et ab eisdem officiis iuxta canones pellendos esse censemus: sed an[b] pro hereticis sint deputandi, ex testimoniis sanctorum patrum evidentius doceri vellemus. Sanctus videlicet Gregorius in decretis suis illud[2] specialiter symoniacam heresim[c] vocare videtur, cum manus imposicio pro[d] pecunia emitur[e] vel venditur. Illud etiam nobis scribere dignemini, si[f] et illi pro hereticis habeantur[g], qui per aliud munus, nisi a manu, sacra officia emerunt vel vendiderunt. Nam illos magis ambiciosos censeri vellemus, quam symoniacae heresis obnoxios; ne penitus aecclesiastica sacramenta proscriberentur, quae pene omnino hactenus a solis huiusmodi ambiciosis usurpata non ignoramus.

De[h] eo autem, quod scribitis, sacramenta a symoniaco nondum publicato usurpata (23) scienti quidem non esse sacramenta, sed nescienti, necdum fideliter intelligere potuimus. Nam essentiam rerum non solet in contrarium ducere contrarietas opinantium. Ergo si sacramenta quoquo[i] modo veraciter ab aliquo symoniaco conficiuntur, quomodo alicui eius heresin scienti inconfecta veraciter probabuntur? Credibile quidem videtur, corporales res in altari positas per sacerdotalem benedictionem ex consensu aecclesiae in divina posse converti sacramenta, etiam inter manus hereticorum, nondum tamen in aecclesia publicatorum. Quae, inquam, sacramenta proscribere timemus, vel apud illius scientiam, qui solus vel alter sacrificantis heretici cognoverit dementiam, sacius[k] nobis videretur, ut eadem et ipsi heretico conficienti et alii eius[l] heresin scienti sacramenta esse crederentur, quam eadem esse[m] et non esse statueremus[n]; videlicet, ut eadem oblacio et offerenti heretico sive eius socio ad dampnationem, ignoranti autem catholico ad salutem provenirent. Nam sanctus Augustinus[3], ubi neophitos, licet ante communionem morte preventos, non tamen eos[o] sacramento[p] privari testatur, non de re, sed de virtute sacramenti dixisse videtur, ut ille sacramenti virtute non careat, quem extrema necessitas a reali communione suspendit. Et nos utique omnes, si catholicae fidei non cessamus cooperari, numquam eius sacramenti virtute privamur, licet ipsam rem sacramenti rarius sumere soleamus. Sic utique facilius vos intelligere[q] possemus, si diceretis, quemlibet catholicum[r] ab eo, quem nescit hereticum, non rem sacramenti percipere, quam nec hereticus potest conficere, sed virtutem sacramenti, non ex illa perceptione, sed ex propria fide. Hoc, inquam, intelligibilius[s] nobis videretur, quam idem panis in divina sacramenta confectus et non confectus diceretur. Apercius igitur nobis intimate quid de huiusmodi sacramentis debeamus iudicare.

Sententiae autem vestrae de ordinatis ab heretico, iterum ordinandis a catholico, (24)

a) propter *G.* b) cur *G.* c) heresym 2. d) per pecuniam *G.* e) *suprascr.* 3. f) sy 2. g) habentur *G.* h) Deo 2. i) quoque 2. k) utique *add.* 3. l) her. ei. 3. m) et esse 3. n) statuerimus 3. *G.* o) eo 3. p) sacramenta 2. q) intellegere 3. r) catholicorum *G.* s) *ex* intellegib. *corr.* 2; intellegibilius 3.

1) *Opprobrio respondere videntur, quod Bernhardus in Constantienses supra p.* 42. *tulerat.*
2) *Lib. V, ep.* 57; *ed. Ewald I, p.* 377; *Jaffé nr.* 1378. 3) *V. supra ep. II, p.* 40.

illud repugnare videtur, quod quamplures hereticorum clericos ad catholicam conversos in ordinibus suis legimus acceptos, non utique[a] reconsecratos: videlicet, ut Nicenum concilium capitulo VIII.[1] Novatianos, et Affricanum kapit[ulo] XXXV.[2] Donatistas recipiendos esse in suis ordinibus, non reconsacrandos[b], decrevit. Nempe Nicenum[3] concilium solummodo clericos Paulianistarum a catholicis reordinandos constituit, quorum etiam babtizatos a catholicis baptizandos esse decrevit. Haec enim heresis non faciebat invocacionem sanctae Trinitatis.

(25) Damasus[4] autem papa scribens ad Prosperum primae sedis Numidiae episcopum et reliquos episcopos, vestrae sententiae de reordinationibus astipulari videtur, si[c] tamen in exemplari non fallimur: *Per*[d] *illicitam*[e] *manus imposicionem,* inquid, *ut paulo superius prelibavimus, vulneratum caput illi, qui videbantur aliquid accepisse, habebant. Et ubi vulnus infixum est, necesse est, medicinam adhibere, qua*[f] *infixa sanetur macula: id est, reiterari necesse est, quod legitime actum aut collatum minime probatur*[g]. *Nam quomodo possit*[h] *honorem retinere*[i] *qui ab illo accepit, qui potestatem dare non*[k] *habuit legitime, invenire non possum.*

(26) Harum igitur sententiarum repugnantiam concordare nescimus, nisi hoc auctoritati sedis apostolicae cum consensu sanctae matris aecclesiae licitum forte dicamus, ut pro aliqua temporis necessitate ordinatos ab hereticis, per invocacionem sanctae Trinitatis in ordine suo non reconsecrandos suscipiat; quos tamen aliquando ad evidentiorem hereticae ordinationis proscriptionem reconsecrari precipiat. Nullam[l] enim consecracionem videntur aliquibus accepisse ab hereticis, quippe iam dudum omni spiritali
Iud. 19. gratia privatis, ut beatus Iudas apostolus de eisdem testatur: *Hi sunt,* inquid, *qui segregant seipsos*[m], *animales, spiritum non habentes.* Unde beatus Innocentius[5]: *Heretici,* inquid, *cum a fide catholica desisterent, perfectionem spiritus, quam acceperant, amiserunt.* Hinc[n] igitur conicitur ordinatos ab heretico non consecracionem aliquam accepisse, sed solam formam consecracionis, absque virtute sanctificacionis, quae[o] utique forma sive accepta virtute sanctificacionis[p] ex consensu sanctae aecclesiae a conversis retineatur sive per iterationem penitus proscribatur, ad presens non occurrit quid[q] rationabiliter obici possit. Nam illa obiectio, quae dicit invocationem sanctae Trinitatis, licet ab heretico factam, non esse annullandam, facile refellitur, cum aecclesias item ab hereticis per invocacionem sanctae Trinitatis consecratas reconsecrare iubeamur: ut sanctus Iohannes[6] presul apostolicus, illius nominis primus diversis episcopis scribens decrevisse legitur: *Aecclesias,* inquid, *Arrianorum ubicumque inveneritis, catholicas eas divinis precibus et operibus absque ulla mora consecrate: sicut*[r] *et nos fecimus, cum pro causa Theoderici regis Constantinopoli fuissemus.*

(27) Nempe sacri baptismatis formam in nomine sanctae Trinitatis, licet ab heretico susceptam, non iteramus, ne preceptum apostoli[s] unum babtisma precipientis prevaricari videamur. Preterea, ut[t] beatus Felix papa generali synodo presidens verissime pronunciavit[7]: *Nullus ad secundam tinctionem venire poterit, nisi primitus professo*[t]

a) a catholicis *add.* 3. b) esse *add.* 3. c) si — non fallimur *des.* 3. d) per illicitam, inquit, m. i. 3. e) illam illicit. *G.* f) qua quae infixa est san. 2. g) si perfectum esse debebit *add. G. ex Ps.-Dam.* h) h. p. *G.* i) *suprascr.* 3. k) leg. n. h. *G.* l) nullam enim eos cons. acc. credimus ab her. 3. m) se ipso 2. n) patet igitur, ord. 3. o) quae utique — sanctif. *eadem m. in marg. add.* 2. p) sanctificionis 2. q) quod *G.* r) quia *G.* s) ab apostolo 2. *G.* t) *ex* professio *corr.* 2.

1) *Vers. Isidor., Mansi t. II, col.* 688; *Hinschius p.* 259. 2) *Conc. Carth. a.* 419. *c.* 68. *Dion. (*35. *Dion.-Hadrian.), Mansi t. III, col.* 771. 3) *C.* 19. 4) *Epist. spur.; Hinschius p.* 514. 5) *Epist. ad Alexandrum c.* 3; *Mansi t. III, col.* 1055; *Jaffé nr.* 310. 6) *Epist. spur.; Hinschius p.* 696. *nonnihil aliter.* 7) *Epist.* 13, *c.* 2; *ed. Thiel I, p.* 262; *Jaffé nr.* 609.

paganismo se christianum denegaverit; quae denegatio per iterationem baptismi iure vitatur, ne iuxta Nicenum concilium gravissime puniatur. Hoc tamen indubitanter scimus iuxta apostolicas sanctiones nullum ab heretico ordinatum a catholicis vel in ordine suo recipiendum vel reordinandum, nisi in hoc alicui temporis necessitati consulatur. Nam, ut predictus papa Innocentius[1] asserit: *Hereticus per pravam manus impositionem ordinato dampnationem irrogavit; cui, quia remedium penitentiae necessarium est, legitimae ordinacionis honorem habere non potest.* Item Affricanum concilium kap. XXXV.[2] decrevit, ut ordinati in parte Donati, si ad catholicam correct transire voluerint, non suscipiantur in honoribus suis, secundum transmarinum concilium, exceptis his, per quorum susceptionem catholicae unitati consulitur. Notandum quoque, quod in Affricano[a] concilio kap. LXXV.[3] decernitur, ut non liceat fieri rebabtizationes, reordinationes, vel translationes episcoporum. Item sanctissimus papa Gregorius scribens Iohanni episcopo Ravennati[4]: *Sicut,* inquid, *babtizatus semel, baptizari*[b] *iterum non debet: ita*[c] *consecratus semel, in eodem ordine iterum non valet consecrari. Sed si quis*[d] *cum levi culpa ad sacerdocium venit, pro culpa penitencia indici debet*[e]*, et tamen ordo servari.*

Sed in his sententiis, ut nobis videtur, non tam hereticorum usurpaciones, quam (28)
catholicorum ordinationes iterari prohibentur. Nam consecracio, quae nulli ab heretico dari potest, ut probatum est, si a catholico[f] conversis inpenditur, non iterata, sed primitus inpensa magis proprie dicitur[g]. Si consecraciones excommunicatorum, ut hereticorum, nichili pendimus, beati Anastasii papae sententiis ad Anastasium augustum directis contraire timemus, qui sacramenta non irrita fore contendit, quae Acatius patriarcha Constantinopolitanus, licet a Felice papa iam dudum anathematizatus, usurpavit. Sic enim predictus Anastasius papa augusto scribit kap. VIII.[5]: *Ideo ergo*[h] *Acacius*[i]*, cuius nomen esse*[k] *reticendum dicimus, male bona ministrando sibi tantum nocuit: nam inviolabile sacramentum, quod per illum datum est, in*[l] *aliis perfectionem suae virtutis obtinuit*[m]*. Quod si est aliquorum*[n] *in tantum se extendens curiosa suspicio, ut imaginetur, prolato a papa Felice indicio, postea*[o] *inefficaciter in sacramentis, quae Acacius usurpavit, egisse, ac perinde eos metuere, qui vel in consecracionibus in baptismate mysteria tradita susceperunt, ne irrita divina beneficia videantur*[p]*: meminerint*[q] *in hanc quoque partem similiter tractatum prevalere superiorem; quia non sine usurpacione sacerdotii adiudicatus hoc egit, in quo virtutem suam obtinentibus mysteriis, in hoc quoque aliis rea sibi persona non nocuit. Nam ad illum pertinuit, quod tuba Davidica*[r] *canitur: 'Verumtamen Deus conquassabit*[s] *capita inimicorum suorum, verticem capilli perambulantium in delictis suis.' Nam superbia semper sibi, non aliis facit ruinam: quod universa celestium scripturarum testatur*[t] *auctoritas, sicut etiam per Spiritum sanctum dicitur in propheta: 'Non habitabit in medio domus meae, qui facit superbiam.' Unde cum sibi sacerdotis nomen vendicaverit condemnatus, in ipsius verticem*[u] *superbiae tumor inflictus est; non populus, qui in mysteriis donum ipsius siciebat, exclusus est.*

Ps. 67, 22.

ib. 100, 7.

a) Affrico 2. b) it. bapt. *G.* c) ita qui cons. est s. i. e. it. ord. n. debet conv. *G.* d) forsitan *add. G. ex Greg.* e) *corr. ex* diebus, *ut videtur* 3. f) caht. 2. g) dicetur 3. h) *deest* 2. *G.* i) *uncis incl. G.* k) dic. e. r. *Anast. G.* l) *deest Anast. G.* m) ei autem obfuit *add. G. ex Anast.* n) aliguorum 2. o) in. p. 2. p) videatur 2. q) meminerit 2. *G.* r) Davitica 3. s) confringet *G. Vulg.* t) testa 2. u) veticem 2.

1) *Cf. epist. ad Rufum et Euseb. c.* 3, *Mansi t. III. col.* 1060; *Jaffé nr.* 303. 2) *V. supra p.* 56. 3) *Conc. Carth. a.* 419. *c.* 48. *Dion. (*15. *Dion.-Hadrian.), Mansi t. III, col.* 738. 4) *Lib. II, ep.* 46; *ed. Ewald I, p.* 145; *Jaffé nr.* 1198. 5) *Epist.* 1, *c.* 8, *ed. Thiel I, p.* 622 *ed. Hinschius p.* 656; *Jaffé nr.* 744.

(29) Huius igitur apostolici sentencia vetare videtur, ne vel excommunicati sacramenta irrita fore censeantur; quod vestrae assercioni de huiusmodi sacramentorum annullatione non dubitatur repugnare: nisi forte dicamus beatum Anastasium papam non hoc dixisse de publicatis in anathemate, sed specialiter de Acacio, cuius dampnatio nondum, eo vivente, publicata creditur. Nam ille excommunicatoriam Felicis papae epistolam noluit recipere, ut sanctus Liberatus[1] in libro suo testatur. In[a] qua epistola mandatum est Acatio, ut se excommunicatum fore non dubitaret, postquam eandem epistolam per Toleratum diaconum suscepisset. Sed legatus apostolicae sedis illam dare Acacio vel publicare non presumpsit, eo quod imperator eius errori patrocinaretur. Si enim eius dampnatio subditis suis publicata[b] esset, iuxta beati Innocentii pape assercionem[c. 2] ordinandis pocius dampnationem, quam consecrationem irrogaret. Quod autem damnatio eius ita occultaretur, inde satis probari videtur, quia Eufemius episcopus, successor Acatii, quaerit a beato Gelasio papa, quando Acacius damnaretur, ut in epistola[3] eiusdem papae ad eundem Eufemium continetur. Et nos quoque damnatos, quorum damnationem adhuc ignoramus, divina sacramenta conficere posse per consensum aecclesiae credimus; quorum tamen confectionem publicę damnatis ascribere non audemus.

(30) Quid autem vobis de his omnibus videatur, caritas vestra nobis rescribere non gravetur. Item, si consecrationes eorum, qui quondam catholicę ordinati, nunc autem pro aliqua culpa sunt remoti, ut hereticorum, pro nichilo ducimus, sententiis sancti Augustini contradicere videmur, qui[d] et in damnatis sacramentum ordinacionis permanere in libro de bono coniugali[4] testatur: *Si*, inquid, *fiat ordinatio cleri*[e] *ad plebem congregandam, etiamsi plebis congregatio non subsequatur, manet tamen in ordinatis sacramentum ordinationis. Et, si aliqua culpa quisquam ab officio removeatur, sacramento Domini semel imposito non carebit, quamvis ad iudicium permanente.* Iuxta huius viri sententiam remoti etiam ab officio, cum sacramentum ordinationis retineant, divina sacramenta, licet ad damnationem suam, celebrare possunt; si tamen vobis non aliter videtur intellegendum.

Vestrae igitur deliberationis sententiam expectamus de his omnibus, sive quae nos ipsi utcumque[f] pro captu nostrae intellegentiae solvimus, sive quae nos nondum
1. Thess. 5, 23. solvere seu intelligere[g] potuimus[4]. *Deus autem pacis sanctificet vos per omnia, ut integer*[h] *spiritus vester et anima, et corpus sine querela in adventu domini nostri Iesu Christi servetur.*

LIBELLUS III.
APOLOGETICUS.

Quid hoc libello Bernaldus effecturus fuerit, ipse prologo satis luculenter exposuit; etiam idiotis probare vult Gregorium VII. in his quae literis ad Ottonem episcopum Constantiensem a. 1075. *missis adversus simoniacos et incontinentes clericos decreverat, nihil a sacris canonibus deviasse, quippe quae ex ipsa sacra scriptura processerint, unde consuetudo his decretis contraria damnanda sit. Quod sane argumentum Bernaldus illico valde imminuit vel potius ad nihilum redegit, cum capitulo III. ex decretis*

a) in qua — patrocinaretur (*l.* 10) *in marg. add.* 3, *forsitan postea in textum irrepserunt.* b) publica 2. c) aserc. 2. d) *ex* quia *corr.* 3. e) *suprascr.* 3. f) iuxta captum intellegentię nostrę utcumque solv. 3. g) intelligire 2. h) ineger 2.

1) *Breviarium c.* 18. 2) *supra V. p.* 57. 3) *Epist.* 3, *c.* 9; *Thiel I, p.* 317; *Jaffé nr.* 620. 4) § 32, *ed. Bened. t. VI, col.* 337.

a Pseudo-Isidoro conficti canones omnem auctoritatem non nisi ex decretis Romanorum pontificum obtinere deduceret. Quibus clericos potius quam episcopis propriis oboedire debere capitulo ultimo affirmat.

Libellum hunc post illum de incontinentia sacerdotum scriptum esse ex prologo patet, etiam post alterum de damnatione scismaticorum compositum fuisse pro certo habeo, cum de quaestionibus, quae in utroque opusculo tractantur, Bernaldus priusquam sententias suas ediceret, Bernhardum consuluerit. Manegoldus libro ad Gebehardum ante obitum Gregorii VII. incepto non pauca ex Apologetico excerpta inseruit, quem igitur intra annos 1076. *et* 1085. *scriptum esse constat, ut equidem puto, non multo post a.* 1076.

Primus eum in lucem edidit I. Gretserus ex duobus manuscriptis codicibus altero Ratisbonensi, altero Weingartensi, quem tamen eundem fuisse ac Stuttgartensem (2) lectiones aliquot, quibus recensio Gretseriana a codicibus tam Ratisbonensi quam Stuttgartensi discrepat, dubium faciunt. Postea Labbeus Conc. t. X. col. 434 *sqq. et Ussermann t. II, p.* 270 *sqq. ex codice Weingartensi eum iterum typis dederunt.*

Codicibus equidem usus sum 1—5, *quorum Einsiedlensem (1) b. m. G. Waitz, Schlettstadensem (3) viri clari, qui p.* 3. *nominati sunt, contulerunt; quibus accedit recensio Gretseriana (G), lectionibus, quas I. Gretser ex codice Ratisbonensi annotavit, literis R. G. signatis. Varietate lectionis codicis* 5. *supersedere potuimus cum ex codice* 4. *totus pendeat (cf. supra p.* 4*).*

*CAPITULA[a] SEQUENTIS OPUSCULI.

*cod. 2. f. 144.

I.[b] Decretalis epistola venerabilis papae Gregorii.
II. De auctoritate quatuor principalium conciliorum.
III. De auctoritate apostolicarum institutionum.
IIII. De auctoritate reliquorum conciliorum.
V. Brevis enumeratio decretorum superioris epistolae.
VI. De primo statuto, id est de symoniacis.
VII. De secundo statuto, id est de emptoribus aecclesiarum.
VIII. Quod et sacra scriptura dampnet venditores spiritualium[c] officiorum.
VIIII. Item quod emptores eorum dampnet.
X. Item quod mediatores huius negotii dampnet.
XI. De tertio statuto predictae decretalis epistolae, id est ut incontinentes altari nullatenus ministrent.
XII. De anathemate eorum, qui defendunt[d] incontinentiam sacerdotum per Sozomeni capitulum ex Tripertita historia depromptum[e].
XIII. Quod non sacrorum ministris, sed laicis permissum sit, ut unusquisque suam habeat uxorem.
XIIII. Quid apostolus constituat de sacris ordinibus.
XV. Utilis consideratio eiusdem institutionis.
XVI. Expositio beati Ieronimi super eandem institutionem.
XVII. De quarto statuto predictae decretalis epistolae, ne populus officia clericorum recipiat, quos apostolica statuta contempnere videat.
XVIII. Cur eorum officia populo sint[f] prohibita.
XVIIII. Explanatio cuiusdam capituli, quod presenti statuto videbatur adversari.
XX. Quid[g] domnum apostolicum compulerit, ut haec statuta depromeret.
XXI. Quod non illi, sed sanctis patribus pro huiusmodi statutis esset indignandum.
XXII. Cur eisdem statutis nullae appositae[h] sint induciae.

a) capitulum 2. b) *numeri desunt* 2. c) spir. off. *des.* 4. d) defenderunt 4. e) *om.* 4. f) ē 2. g) Ad 2. h) sint app. 4.

XXIII. Quod domnus apostolicus non solum episcopos, sed et subditos eorum dampnare possit.

XXIIII. Quod cuiuslibet episcopi parrochianus domno apostolico etiam plus debeat obedire quam proprio episcopo.

*INCIPIT[a] APOLOGETICUS[b] SUPER DECRETA, QUAE VENERABILIS PAPA GREGORIUS EIUSDEM NOMINIS SEPTIMUS IN ROMANA SYNODO PROMULGAVIT CONTRA SYMONIACOS ET INCONTINENTES ALTARIS MINISTROS.

*f. 144'.

PROLOGUS.

In[c] superioribus[1] epistolis illi[2] nostro, nolit Deus, ne[d] deinceps dicam emulo, sed amicissimo, satisfacere studui et capitulum[e] statutis nostri apostolici contrarium nullatenus attendendum[f] utputa sub anathemate prohibitum evidenter monstravi, adeo[3] videlicet, ut ipse[g] amicus[h] noster se iam non ulterius contentioni, sed amicitiae operam daturum mihi[i] rescriberet. Sed plures adhuc restant, qui eisdem statutis obstinato animo nimium[k] periculose immo perniciose resistunt, qui et alios simplitiores quippe non multum studiosos ad considerandos canones adeo seducunt, ut et ipsi predictas autenticas sanctiones contempnant et suam consuetudinem iocundissimam quidem, sed[g] pernitiosissimam[l] retinere contendant[m]. Quod non plures eorum fecissent, ut mihi[n] videtur, si ipsis bene[o] compertum esset, quam parum vel potius quam nichil[p] noster apostolicus in predictis statutis deviet a sanctis patribus. Quapropter mihi meisque similibus commodum fore censui, si eadem statuta[q] canonicis scripturis conferrem et mutuam eorum concordiam qualiscunque stili officio breviter ac fideliter commendarem. Et hoc ea intentione, ut si quis forsitan ex idiotis hoc inspicere dignetur, tanto[4] vivacius ad obediendum apostolicis statutis[r] resipiscat, quanto evidentius videat haec eadem nullatenus a sacratissimis canonibus deviare, sed cum eisdem ex ipsa sacra scriptura processisse.

Cap. I.[s] In primis igitur decretalem epistolam[5] nostri apostolici describere iuvat, ut tanto apertius sequentia elucescere valeant.

Gregorius episcopus servus servorum Dei dilecto in[t] *Christo fratri Ottoni*[u] *Constantiensi episcopo salutem et apostolicam benedictionem.*

Instantia nuntiorum tuorum festinanter redire[v] *volentium non permisit nos fraternitati tuae, quae in Romana synodo constituta*[w] *sunt, *seriatim intimare. Haec*
*f. 145. *tamen necessario tibi scribenda*[x] *fore arbitrati sumus, nos iuxta auctoritatem sanctorum patrum in eadem synodo sententiam dedisse, ut hi, qui per symoniacam heresim*[y]*, hoc est interventu precii, ad aliquem sacrorum ordinum gradum vel*[z] *officium promoti sunt, nullum in sancta aecclesia ulterius ministrandi locum habeant; illi quoque, qui aecclesias datione pecuniae*[a] *obtinent, omnino eas perdant, nec deinceps vendere vel*

a) *haec rubrica indicem capitulorum praecedit* 3; *deest* 4. b) apollog. 2. c) decretalis epistola venerabilis papae Gregorii *praecedit* 4. d) ut *G.* e) capitulis 4. f) adtend. 1. 4. *passim.* g) *superscr.* 2. h) inimicus 1; nost. am. 3. i) *deest* 1. k) nimirum *G.* l) perniciosam 1. m) contendunt 2. n) tibi 1. 3. o) bene comp. *corr.* 2. *ex* comp. b. p) *deest* 2. q) script. stat. can. 1. r) *sic* 1; institutis *rell. codd.* s) *in margine minio scr.* 2; *desunt* 4. t) in Chr. *des.* 1. u) *graecas litteras praebet* 2. v) abire 1. w) constituti 2. x) scribere 4. y) eresim 2. z) et *Greg. G.* a) pecc. 1.

1) *P.* 7 *sqq.* 2) *Alboino.* 3) *Quem non tam edocuisse quam deterruisse videtur Bernaldus, v. p.* 6. 4) *Cf. Manegold. ad Gebeh. c.* 16. 5) *Ib. c.* 17 *(t. I, p.* 340*); Jaffé, Bibl. II, p.* 525*; Reg. nr.* 4933.

emere alicui liceat. Sed nec illi, qui in crimine fornicationis iacent, missas celebrare aut secundum inferiores ordines ministrare altari debeant. Statuimus etiam, ut si ipsi contemptores fuerint nostrarum, immo sanctorum patrum constitutionum, populus nullomodo eorum[a] *officia recipiat*[b], *ut, qui pro amore Dei et officii dignitate*[c] *non corriguntur, verecundia saeculi et obiurgatione populi resipiscant. Studeat igitur fraternitas tua sic*[d] *se in his nobis cooperatricem exhibere, sic crimina ista de aecclesiis*[e] *tuis radicitus evellere, quatenus boni pastoris meritum apud Deum valeas obtinere, et Romana aecclesia de te sicut de*[f] *karissimo fratre et studioso cooperatore debeat gaudere.*

II.[g] Sed priusquam haec statuta singulatim consideremus[h], quiddam de ipsorum canonum auctoritate non incommodum estimo prelibare, ut tanto firmius teneatur, quicquid ex eis ad observandum nobis denuntiatur. Sanctissimus[1] papa Gregorius, quem noster apostolicus nomine et actione nostris representavit[i.2] temporibus, in sua synodica, id est synodali epistola[3], sanctissima IIII concilia confirmat ita: *Sicut*[k] *sancti euangelii IIII libros*[l], *sic quatuor concilia suscipere et venerari mé fateor, Nicenum scilicet, in quo perversum Arrii dogma destruitur, Constantinopolitanum*[m] *quoque, in quo Eunomii et Macedonii*[n] *error convincitur; Efesinum*[o] *etiam primum, in quo Nestorii impietas iudicatur, Calcedonense vero, in quo Euticetis*[p] *Dioscorique pravitas reprobatur, tota devotione*[q] *amplector, integerrima approbatione custodio, quia in his* *velut in quadrato lapide sanctae fidei structura*[r] *consurgit et cuiuslibet vitae atque*[s] *f. 145'.* *actionis norma*[t] *existit*[u]. *Quisquis eorum soliditatem non tenet, etiam si lapis esse videatur*[v], *tamen extra edificium iacet*[w]. *Cunctas vero*[x] *personas*[y], *quas prefata veneranda concilia respuunt, respuo, quas venerantur, amplector, quia dum universali consensu*[z] *sunt constituta, se et non illa destruit, quisquis presumit aut solvere quos religant*[a] *aut ligare quos solvunt. Quisquis ergo aliud sapit, anathema sit.* Hucusque Gregorius.

Hanc autem synodalem epistolam idem apostolicus statim post ordinationem suam composuit et reliquis patriarchis, quippe Constantinopolitano, Alexandrino, Antioceno, Iherosolimitano[b], transmisit. Consuetudo enim erat eo tempore, ut quilibet in aliqua patriarchalium sedium noviter ordinatus se predictas quatuor synodos[c] custodire reliquis sedibus transmissa epistola profiteretur, antequam nomen eius[d] apud reliquas sedes in dypticiis[e] describi[f] mereretur. Nomen videlicet predecessoris[g] eius licet defuncti reliquae sedes computabant inter viventes, donec ipsius noviter intronizati presulis synodicam reciperent epistolam, quae, quia eundem episcopum quatuor synodos recepisse denotavit, hoc sibi nomen, id est synodicam, ab eisdem synodis non incongrue videtur mutuasse. Hanc autem consuetudinem illius temporis fuisse idem sanctissimus papa testatur in epistola ad Secundinum servum Dei inclusum[4], quam et usque ad

a) illorum officium 1. b) recipiant 2. c) *deest* 1. d) *deest G.* e) ecclesia tua 4. f) *deest* 4. g) *ad singula quaeque capitula rubricae repetuntur* 4; *ad cap. II. solum minio, III. et IIII. atram.* 2. h) *ex* consideramus *corr.* 3. i) *ex* represententavit *corr.* 1; repraesentat *G.* k) *deest* 1; *initialis* S *deest* 2. l) *deest* 2; sancta euangelia quat. *G.* m) Constantinopolitanorum 1. n) Macedoni 1. o) Eff. 2. p) Euth. 3. 4. q) approbatione 1. r) cons. str. 1. s) et 4. t) *deest* 4. *Greg.* u) existat 4. *Greg.*; consistit *G.* v) videtur 1; cernitur *Greg.* w) etc. *add. G.* x) ergo 1. y) quas . . . conc. pers. resp. *Greg. et G.* z) sunt cons. *Greg. et G.* a) ligant 4. *R. G.* b) Ierosolom. 2. c) sin. 3. d) *deest* 1. 3. e) *ex* dipt. *corr.* 3. f) asscribi 4. g) precess. 1. 3.

1) *Cf. Maneg. c.* 19, *p.* 342. 2) *Ex hoc verbo Usserm. p.* 274, *n.* 4. *tempore, quo hic libellus scriptus fuit, Gregorium VII. iam defunctum esse non recte arguit.* 3) *Lib. I, ep.* 25, *ed. Ewald I, p.* 36; *Jaffé nr.* 1092. 4) *Lib. IX, ep.* 52, *Opp. II, col.* 966; *Jaffé nr.* 1673.

tempora[a] beati papae Adriani, quippe ad Karolum regem, perdurasse Iohannes[b] Romanae aecclesiae diaconus[1] asserit, qui vitam sancti Gregorii ex precepto Iohannis[c] papae fideliter descripsit. Sed utrum adhuc eadem consuetudo perduret, ignoro, quam tamen[d] temporibus prefatis fuisse non dubito. Patet igitur[e] evidentissime, quam magnae sint[f] auctoritatis illa[g] IIII[or] concilia, quae sanctus Gregorius, immo per ipsum Spiritus[h] sanctus, non semel, ut predictum est, sed sepius et euangeliis comparat et omnes ab eisdem
*f. 146. *dissentientes anathematizat[i], quae et quilibet novitius patriarcha se observaturum per[k] epistolam suam reliquis sedibus profiteri debebat, si se inter catholicos[l] patriarchas in dypticiis describi volebat.

III. Decreta vero sanctissimorum Romanorum pontificum, si possemus, etiam studiosius quam illa quatuor concilia venerari et observare deberemus, cum et ipsa concilia omni firmitate carerent, si non apostolicae sedis pontifices eadem per apostolicam auctoritatem et congregare et corroborare decrevissent. Unde et beatus papa Marcellus, qui et ante Nicenum concilium sua decreta martyrio consecravit, ipse, inquam, vir apostolicus in decretis[2] suis capitulo II.[m] testatur ita: *Ipsi apostoli eorumque successores Domino inspirante constituerunt, ut nulla fieret*[n] *synodus preter Romanae sedis auctoritatem.* Sanctus quoque Athanasius presul[o] Alexandrinus, qui non minima pars Niceni concilii fuit, in epistola[3] ad Felicem papam capitulo II.[p] ita dicit: *Scimus in Nicena magna synodo CCCXVIII episcoporum ab omnibus concorditer*[q] *esse roboratum non debere absque Romani pontificis sententia concilia celebrari.* Sed et beatae memoriae Iulius[r] papa id[s] ipsum cap. V.[t.4] profitetur dicens[u]: *Ipsi*[v] *vero primae sedis*[w] *aecclesiae convocandarum generalium synodorum iura et iudicia episcoporum singulari privilegio*[x] *euangelicis et apostolicis atque canonicis*[y] *concessa sunt institutis.* Beatus quoque Damasus papa in decretis[5] suis cap. VIIII[o] hanc generalem[z] intulit[a] sententiam[b]: *Nulla umquam concilia rata leguntur, quae non sunt fulta apostolica auctoritate.* His autem sententiis beatus Ysidorus[6], rimator scripturarum sagacissimus, fideliter astipulatur dicens: *Synodorum vero congregandarum auctoritas apostolicae sedi privata commissa est potestate, nec ullam synodum*[c] *ratam esse legimus, quae eius non fuerit auctoritate congregata vel fulta. Haec canonica testatur auctoritas, haec aecclesiastica historia*[d] *roborat, haec sancti patres confirmant.* Si igitur illa quatuor concilia omni
*f. 146'. auctoritate carerent, nisi principaliter ex decretis Romanorum *pontificum firmitatem obtinerent, quis infitiari poterit, quin decreta per ipsos apostolicos viros promulgata maiori veneratione digna merito censeantur quam[e] ipsa concilia, quae non per ipsorum apostolicorum presentiam, sed tantum per eorum[f] legationem autentica fieri merebantur. Sic enim legati sedis apostolicae eorundem principalium conciliorum sanctiones primaria subscriptione apostolica vice canonizabant. Nempe sub piissimo imperatore Constantino magnus Osius Cordubensis episcopus, Victor et Vincentius presbyteri

a) *in marg. ead. man. add.* 2; usque Adr. ad t. b. p. 1. b) R. e. d. Ioh. 1. c) Ihohannis 1; sancti Ioh. *G.* d) *deest* 1; qu. temp. praef. t. n. d. f. 4. e) ergo 4. f) sunt 1; auct. sint 4. g) IIII illa 1. h) s. Sp. 1. i) anathematizavit 4. k) p. ep. s. *des.* 1. l) *ex* chatol. *corr.* catol. 3; kath. 4. m) ŝ (= quinto) 1; secundo 3. n) syn. f. 1. 3. o) pontifex 1. p) secundo 3. 4. q) esse conc. 4. r) illius pape 1. s) idem 4. t) capitolum II[o] 1. u) *ita* 1. v) ipsae 2. w) *ex* sedes *corr.* 2. x) *ex* privigegio *corr.* 1. y) cannon. 4. z) *deest* 2. a) *deest* 1. b) *ex* subt. *corr.* sent. 1. c) *deest* 2. d) yst. 4. e) qui 4. f) ipsorum *G.*

1) *Lib. IV, c.* 23, *Opp. Greg. t. IV, col.* 138. 2) *Ep. spur. I, c.* 2, *Hinschius p.* 224. 3) *Ep. spur. c.* 2, *Hinschius p.* 479. 4) *Ep. spur. c.* 5, *Hinschius p.* 459. 5) *Ep. spur. ad Steph. c.* 9, *Hinschius p.* 503. 6) *Praef. coll. Ps.-Isid. c.* 8, *Hinschius p.* 19.

Romanae aecclesiae ex parte sancti Silvestri papae Niceno concilio prefuerunt et ipsum principali subscriptione[a] firmaverunt[1]. Item temporibus Theodosii iunioris augusti sanctus Cyrillus patriarcha Alexandrinus et Archadius episcopus ex Italia vice beatissimi papae Celestini Ephesino[b] concilio prefuerunt et ipsum apostolica vice corroboraverunt[2]. Item tempore[c] Marciani principis Paschasinus[d] et Lucentius[e] episcopi[f] et Bonifatius presbyter vice sancti[g] Leonis papae in Calcedonensi[h] concilio per XII dies celebrato primi fuerunt[i], qui et Anatholio patriarchae Constantinopolitano quoddam privilegium[k] in concilio usurpanti liberaliter contradixerunt et reliquis statutis apostolica vice subscripserunt, ut liber sancti Liberati[3] Cartaginiensis[l] archidiaconi[m] de eodem concilio testatur. Haec autem omnia manifestius ille videbit, quicumque eorundem conciliorum subscripciones studiose perspexerit. Ergo reverentiam sive obedientiam, quam[n] sacratissimis[o] quatuor conciliis iuxta sanctum Gregorium merito exhibemus, decretis apostolicae sedis nullatenus denegare, immo, si possibile est, studiosius impendere debemus, cum sine eorum auctoritate nec ipsa concilia fas esset recipere.

IIII. Sed nec reliqua concilia parvipendere debemus, in[p] quibus multa nusquam alibi[q] inventa, aecclesiasticae tamen dispensationi[r] necessaria, reperimus, quae quidem a superioribus autenticis sanctionibus nullomodo discrepant, cum christianae religioni apertissime conveniant. Huiusmodi, inquam, capitula in quibuslibet[s] conciliis inventa nullatenus ab aliquo catholico[t] *sunt[u] contempnenda, presertim cum ipsa reliqua con- *f. 147.
cilia ex sacratissimarum auctoritate sanctionum descendisse[v] non dubitentur, quae per singulas provincias bina episcoporum concilia annuatim fieri firmissime decernunt. Hoc, inquam, beatus Anacletus, ab ipso principe apostolorum presbyter[w] ordinatus[x], in decretis[4] suis capitulo XVII. certissime[y] decernit: *Congregatio,* inquit, *summorum*[z] *per singulos annos fieri solet et debet;* hoc excellentissima synodus Nicena[5] cap. V[o] constituit: *Bene,* inquit, *placuit singulis annis per unamquamque provinciam bis in anno concilia celebrari, ut communiter omnibus simul*[a] *episcopis congregatis discutiantur huiusmodi*[b] *questiones.* Item Constantinopolitanum concilium enumeratis privilegiis diversarum aecclesiarum capitulo[c] secundo ita[d] constituit[6]: *Servata regula, quae scripta est de gubernationibus, manifestum est, quod illa, quae sunt per unamquamque provinciam, ipsius*[e] *provinciae synodus dispenset*[f], *sicut Niceno constat decretum esse concilio.* Item Calcedonense[7] concilium cap. XVIIII. dicit: *Decrevit sancta synodus secundum canones patrum bis in anno episcopos in id ipsum in unamquamque*[g] *provinciam convenire, quo metropolitanus antistes probaverit, et*[h] *corrigere, si qua*[i] *fortassis emerserint.* Patet ergo, quod autenticae sanctiones etiam provincialia[k] concilia fieri precipiunt, quod incassum preciperent, nisi et nos eorundem conciliorum probabiles sententias observare decernerent. Unde[l] et in[m] tercio Toletano concilio[8] universali

a) p. subscripc. Constantini f. 1; [b]subscriptione [a]princ. f. 4, *quae signa scriba cod. 5. male intellegens scripsit:* subscr. a princ. f. b) Ef. 2. c) temporibus 1. d) Pascasius 1; Pascasinus 3. e) Vincentius *G.* f) *sic* 2; episcopus *rell. codd.* g) beati Iohannis 1. h) Calcedonense 1. i) prefuerunt 1. k) *ex* privilegio *corr.* 1. l) Carth. 3. 4. m) archad. 1. n) quae 4. o) sanctissimis 4. p) in qu. m. *des.* 1. q) *ex* inv. al. *corr.* 1. r) *sic* 2; dispositioni *rell. codd.* s) licet *add.* 1. t) *ex* catholica *corr.* 1. u) cont. s. 4. v) *ex* non desc. dub. *corr.* 1. w) prespiter 1. x) consecratus 4. y) *ead. man. in marg. add.* 2. z) synodorum 4. a) *deest* 1. b) huiuscemodi 1. c) cap. V 1. d) *deest* 2. e) *ex* ipse *corr.* 1. f) dispensetur *G.* g) unam 1. h) et corr. *des.* 1. i) quae *G.* k) provincilia 1. l) Unde — an. sit *des.* 1. m) in conc. Tol. III. 4.

1) *Mansi t. II, col.* 692. 2) *Mansi t. IV, col.* 1302. 1363. 3) *Breviar. c.* 13, *Mansi t. IX, col.* 680. 683. 4) *Ep. spur. I, c.* 17, *Hinschius p.* 74. 5) *Mansi t. II, col.* 679 *(Dion.).* 6) *Mansi t. III, col.* 567 *(Dion.).* 7) *Mansi t. VII, col.* 378. 8) *Fidei confessio nr.* 22, *Mansi t. IX, col.* 987.

decretum est: *Qui concilia orthodoxorum episcoporum consona sanctissimis IIII conciliis non recipit, anathema*[a] *sit.* Quicunque igitur vel horum conciliorum rationabilibus statutis obviare conatur, etiam a superioribus autenticis sanctionibus in periculum suum dissentire probatur. Beatus quoque Ysidorus in quadam sua prefatione[1] de canonibus capitulo XI[mo] predictis rationibus astipulatur hoc modo: *Nosse etiam oportet, licet cetera non infirmentur, IIII esse principalia concilia.* His autem enumeratis
*f. 147. subinfert in eodem capitulo: *Sed et, si qua sunt concilia, quae sancti patres *spiritu Dei pleni sanxerunt, post istorum quatuor auctoritatem omni manent stabilita vigore.* Est ergo dignum, ut et huiusmodi conciliorum statutis obtemperetur. Si enim non parvae stulticiae constat, si quis cuiuslibet unius hominis sano consilio[b] acquiescere detrectat[c], quanto magis reprehensibile videtur, si quis impudenter resistit huiusmodi conciliorum statutis non unius, sed plurimorum sapientium auctoritate et iuditio prolatis atque probatis? Nempe huiusmodi conciliis plures catholici et[d] eximii doctores interfuisse leguntur, ut in Affricanis[e] conciliis legati sedis apostolicae Faustinus Honoratus, Urbanus episcopi, sanctus[f] etiam Aurelius[g] Cartaginensis[h] archiepiscopus, item ipse vir[i] omnium virtutum Augustinus[2] Ipponeregiensis episcopus, quem sanctus Celestinus vir apostolicus in decretis[3] suis ita nobis commendat: *Augustinum,* inquit, *sanctae recordationis virum pro vita sua atque meritis*[k] *in nostra communione semper habuimus. Nec unquam hunc sinistrae suspitionis saltem rumor aspersit, quem tantae scientiae olim fuisse meminimus, ut inter magistros*[l] *etiam*[m] *a meis predecessoribus haberetur. Bene ergo de eo omnes in commune senserunt, utpote*[n] *qui ubique cunctis et amori fuerit et honori.* Huic etiam Augustino, ut liber sancti[o] Liberati[p.4] testatur, Theodosius imperator per sacram suam mandavit, ut ipse[q] se Ephesino concilio presentaret. Sed eheu![r] tam egregius doctor ante mundo subtractus[s] est, quam ad illum invitatoria Romani principis epistola pervenisset. Hi igitur[t], quos predixi, et alii innumerabiles sancti patres Affricanis conciliis interfuere, immo prefuere. Sic etiam sanctus Marinus[u] Arelatensi[5] concilio per sanctum Silvestrum papam approbato, sic sanctus Cesarius Agathensi[6], sanctus Hilarius[v] Aurasicensi[w.7], sanctus Albinus[x] Aurelianensi[8], sanctus Bonifacius Mogontiensi[y.9] concilio, sic et[z] alii aliis conciliis[a] non soli, sed cum pluribus aliis sanctis[b] patribus interfuisse leguntur, qui in christiana religione et doctrina tam
*f. 148. insignes fuisse creduntur, *ut vel unius eorum singulari iuditio obviare nimium esset temerarium. Ergo multorum sapientium[c] iuditio non acquiescere multo magis est intolerabile in his dumtaxat capitulis, quae predictis autenticis statutis non adversantur, sed institutioni christianae religionis proculdubio suffragantur. Nam iuxta beati Augustini iuditium pro nullius personae reverentia est recipiendum[d], si quid[e] canonicae veritati in aliquo concilio vel alicubi reperitur adversum. Preterea sancta et veneranda synodus Calcedonensis etiam provincialia concilia ante ipsum transacta

a) an. sit *desunt* 3. b) concilio *codd.* c) detractat 4. d) et *deest* 1. 3. e) Afr. 1. f) Urbanus episcopus et Aur. 4; sanctus *deest R. G.* g) Aurelius, *litera* i *superscr.* 3. h) Cartaginiensis 2. 3; Carthaginiensis 4. i) o. virt. v. 1. k) *deest* 1. l) optimos *add. Caelest., G.* m) ante *add. Caelest., G.* n) utpute 1. o) *deest G.* p) *ex* Libaer. *corr.* 1. q) *deest* 2. 4. r) heu 1. s) *ex* subditos *corr.* subditus 1. t) ergo 2. u) *ex* Marianus *corr.* 2. v) Ylar. 4. w) Arausic. 2. 4. x) Halbinus 1. y) Magontiaensi 1. z) etiam 4. a) *in marg. ead. man. add.* 1. b) *deest* 1. c) sapientum 4. d) *ex* recipiaendum *corr.* 1. e) quod 1.

1) *Praef. Ps.-Isid. c.* 11, *Hinschius p.* 20. 2) *Ex his solus Faustinus erat legatus sedis apostolicae.* 3) *Epist. ad ap. Gall. c.* 2, *Mansi t. IV, col.* 455; *Jaffé nr.* 381. 4) *Breviar. c.* 5, *Mansi t. IX, col.* 664. 5) *I; Mansi t. II, col.* 469; *num Marinus praefuerit, v. W. Gundlach, 'Der Streit der Bisth. Arles und Vienne' p.* 186, *n.* 1. 6) *Mansi t. VIII, col.* 336. 7) *Mansi t. VI, col.* 441. 8) *III; Mansi t. IX, col.* 20. 9) *Vita S. Bonif., SS. II, p.* 355.

canonizasse non dubitatur[a], ita decernens capitulo I^mo^: *Regulas sanctorum patrum per singula*[b] *nunc usque concilia constitutas proprium robur habere decrevimus.* Haec autem concilia ante ipsum Calcedonense leguntur[c] fuisse: Ancyranum[d], Neocesariense, quae et Niceno concilio antiquiora traduntur, item Gangrense, Sardicense, Antiochenum, Laodicense. Ergo eadem et in Calcedonensi synodo non dubitantur esse roborata, quae etiam cum Affricanis canonibus beatus Adrianus papa Karolo imperatori ad disponendas aecclesias in regno suo Romae tradidisse legitur. Quapropter nec provincialium conciliorum statuta a quolibet temere[e] sunt respuenda, quae et apostolica sedes censuit recipienda. Hucusque sufficiat dixisse[f] de sacrorum canonum auctoritate, nunc ad propositum redeamus et statuta, quae noster apostolicus in superiori epistola Ottoni Constantiensi[g] episcopo cautissime descripta transmisit, per ordinem digeramus.

V. Horum illud erat primum, ut clerici aliquem sacrorum ordinum[h] gradum vel officium per precium adepti nullatenus deinceps in aecclesia ministrent; secundum, ut aecclesiam precio acquisitam nullus retineat, nec alicui deinceps aecclesiam vendere vel emere liceat; tercium, ut a clericali officio[i] cessent, quicunque se pro incontinentia reprehensibiles exhibent; quartum, ut populus clericorum *officia nullatenus recipiat, *f. 148'.
quos apostolicas institutiones contempnere videat. Curramus[l] igitur per singula et eadem quam autentica, quam attendenda[k], immo quam inevitabilia sint, non ex nostris coniecturis, sed ex sanctorum patrum statutis[i] compendiose monstremus.

VI.[2] Primum itaque statutum in Calcedonensi[l] concilio plenissime et evidentissime repperitur[m], quod unum ex quatuor predictis conciliis tempore quidem, non dignitate, ultimum sancti patres Leoni augusto usque[i] ad sanguinem vindicandum esse mandarunt, ut sanctus[n] Liberatus[3] in libro suo testatur. In ipso, inquam, concilio scriptum[o] est capitulo III.[4]: *Si quis episcopus per*[p] *pecuniam fecerit ordinationem et sub precio redegerit gratiam, quae non*[q] *potest vendi, ordinaveritque per pecuniam episcopum*[r] *aut*[n] *presbyterum aut diaconum vel quemlibet ex his, qui connumerantur*[s] *in clero, aut promoverit per pecunias dispensatorem*[i] *aut defensorem*[t] *vel quemquam*[u], *qui subiectus est*[i] *regulae pro sui turpissimi lucri commodo is, cui*[v] *hoc*[w] *attemptanti probatum fuerit, proprii gradus periculo subiacebit, et qui ordinatus est nihil ex hac ordinatione vel promotione, quae est per negotiationem facta, proficiat, sed sit alienus ea dignitate vel sollicitudine, quam pecuniis quesivit. Si quis vero mediator tam turpibus et nefandis datis vel acceptis extiterit, siquidem clericus fuerit, proprio gradu decidat, si vero laicus vel*[x] *monachus, anathematizetur.* Et notandam, quam caute istud[y] capitulum omnes symoniacorum astutias excludat, cum quolibet modo per pecuniam promotos absque omni spe recuperationis deponat. Solent enim symoniaci diversis modis, sed uno reatu sacras dignitates mercari. Nempe nunc ipsi, nunc pro ipsis eorum amici precium[z] pro sacra dignitate vel ante ordinationem suam dederunt vel in ipsa dant vel postmodum se daturos promittunt et hoc nunc eorum[a] electoribus, nunc eorum ordinatoribus vel demum quibuslibet eorum fautoribus. Quicunque igitur aliquo horum modorum quemlibet promoverit[b] vel se ipsum ita[c] promotum esse cognoverit, indubitanter a superiori capitulo degradari iubetur, cum per pecuniam vel alium promovisse vel

a) *ex* dubitantur *corr.* 1. b) *ex* singulas *corr.* 4. c) f. l. 1. d) Ancirannum 1. e) s. t. 1. f) *deest* 4. g) c. C. 1. h) ordinem 4. i) *deest* 1. k) adt. 1. l) Calcedonense 1. m) reper. 1. n) *deest G.* o) est scr. 4. p) per pec. *des.* 1. q) vendi n. p. 4. r) chor episcopum *add. G.* s) numer. 2. t) defensatorem 3. u) omnino *add. G.* v) qui hoc attentasse probatus f. *G.* w) att. hoc 1. x) aut *G.* y) id 1. z) dant *add.* 1. a) el. eor. 2. b) *deest* 1. c) tam 4.

1) *Cf. Maneg. c.* 17. 2) *Ib. c.* 18. 3) *Breviar. c.* 15; *Mansi t. IX, col.* 684. 4) *Immo can. II (Dion.); Mansi t. VII, col.* 373.

ipse promotus esse non dubitetur. Sed nec[a] hoc sine consideratione pretereundum videtur, quod idem[b] capitulum duo negotiatorum[c] genera dampnavit. Unum quidem[d] eorum, qui ad diaconatum[e] vel presbyteratum vel ad aliquem huiusmodi gradum[f] per pecuniam ordinantur; alterum[g] eorum, qui ad dispensationis ministerium vel ad aliquod huiusmodi clericale officium[i] per pecuniam promoventur, qualis est vicedominatus, prepositura, decania, archipresbiteratus[h] et his similia. Sic igitur[i] et noster apostolicus duo negotiatorum genera dampnavit[k] et omnes negotiantium[l] versutias[m] in primo eius statuto comprehendit[n], in quo clericos aliquem sacrorum ordinum gradum vel officium quoquomodo[o] per pecuniam adeptos deponit. Quod tamen statutum superiori capitulo[p] mitius liquido probatur, cum spiritualium officiorum venditores et tam nefariae negotiationis[q] mediatores debita ultione non dampnet, quos tamen predictum capitulum[s] cum ipsis emptoribus degradandos vel anathematizandos esse decrevit. Et nota, si mediator degradari vel anathematizari merito iubetur, quid de illo censes, qui per eandem negotiationem indigne promovetur? Hoc utique quod sanctissimus papa Gregorius, immo quod per[s] illum Spiritus sanctus, de huiusmodi negotiatoribus[t] indubitanter decrevit, qui in eiusdem apostolici auriculam sub columbina specie quaelibet[u] decernenda dictare consuevit. Nempe scriptum est in decretis[2] ipsius[v] capitulo[w] CXXXI.: *Quicunque ergo*[x] *aecclesiasticum officium pretii studet datione mercari, dum non officium, sed nomen attendit, sacerdos non esse*[y]*, sed tantummodo*[z] *inaniter dici concupiscit.* Et paulo post in eodem capitulo[3]: *Cum liqueat hanc heresim*[a] *ante omnes radice pestifera subrepsisse*[b]*, atque in ipsa sua origine*[c] *apostolica esse*[d] *detestatione sic dampnatam*[e]*, cur non cavetur, cur non perpenditur, quia*[f] *benedictio illi in maledictionem vertitur*[g]*, qui ad hoc, ut fiat hereticus*[h]*, promovetur?* Quid
*f. 149′. igitur[i] mirum, si noster apostolicus eos tantum ab *aecclesiasticis ministeriis separavit, quos sanctissimus eius equivocus et ab ecclesia separatos esse cum reliquis hereticis[h] deputavit?

VII. Secundum quoque statutum nostri apostolici[k], quod aecclesias emptoribus[l] earum adimi precipit, item[4] in[m] predicto Calcedonensis concilii capitulo licet obscure comprehensum videtur, quod etiam dispensatori aecclesiasticarum[n] rerum per pecuniam promoto officium dispensandi[o] iubet auferri. Quilibet enim presbyter dispensator debet existere, non predicationis tantum, sed etiam rerum aecclesiae sibi commissae, quas sancti patres non solius presbyteri, sed quorumlibet egentium necessitati dispensandas esse censuerunt. Preterea in eodem capitulo[p] cuilibet[q] clerico omnis ecclesiastica sollicitudo per pretium acquisita iubetur adimi. Procurare autem ipsam aecclesiam cum sacerdotali diligentia, ni fallor, clericalis sollicitudo est et ecclesiastica. Ergo in eodem capitulo aecclesiae sollicitudo per pecuniam usurpata iubetur auferri. Unde et beatissimus papa Gregorius[5] scribens ad Clementem Bizanzenum de quodam presbytero decernit ita, ut, si idem presbyter quandam[o] ecclesiam obtinuisset per pecuniam, non

a) hoc nec 1. b) quidem 1. c) negatiat. 1. d) cap. *add.* 1. e) dicon. 3. f) graduum 1. g) autem *add.* 3. h) archiprespiteratus 1. i) *deest* 1. k) *sic* 1; *deest rell. codd.* l) negaciant. 1. m) *ex* versatios *corr.* 1. n) *ex* comprehenderit *corr.* 4. o) quippe *add.* 4. p) capite *G.* q) negacionis 1. r) caput *G.* s) p. ill. *des.* 1. t) negatiat. 1. u) dec. quel. *e corr.* 1. v) suis 2. w) capituli CXXI 1. x) hoc i. e. *add. G. ex Greg.* y) est 1. z) t. d. i. 1; d. t. i. *Greg. G.* a) eresim 2; in ecclesia *add. Greg. G.* b) subrepisse 1. 2. c) *ex* origene *corr.* 1. d) *deest* 4. e) esse d. 2. f) quia ben. in mal. illi vert. 2. g) convertitur *Greg. G.* h) eret. 2. i) ergo 2. k) est *add. G.* l) ear. empt. 1. m) in pred. *des.* 1. n) *ex* ęcclesiarum *al. man. corr.* 3. o) *deest* 1. p) kapite 3. q) *ex* quilibet *al. man. corr.* 3.

1) *Cf. Lib. II, De damn. scism. p.* 55. 2) *Lib. IX, ep.* 106; *Opp. II, col.* 1007; *Jaffé nr.* 1747; *Maneg. c.* 20. 3) *Opp. II, col.* 1008. 4) *Cf. Maneg. c.* 20. 5) *Cf. Lib. IV, ep.* 13; *ed. Ewald I, p.* 247; *Jaffé nr.* 1284; *Maneg. c.* 20, *p.* 344.

solum[a] eadem ecclesia privaretur, sed etiam presbiterii[b] honore spoliaretur. Sic quoque et in antiquis nostrarum provinciarum conciliis Magontiacensi[c. 1] videlicet, Remensi sive Turonensi[d. 2] statutum legitur, ut presbyter aecclesiam pretio adeptus et prespiterio et aecclesia privetur[e]. Item beatus Leo papa eiusdem nominis[f] nonus, nostro tempori pene contiguus, in prima sua Romana synodo[3] symoniacam heresim penitus dampnavit, emptiones et[g] venditiones altarium sub anathemate prohibuit, quod anathema[h] illi non evaserunt, quicunque deinceps tam nefariam negotiationem[i] exercere presumpserunt. Libet[4] igitur considerare, quam clementer noster apostolicus tantum emptas aecclesias emptoribus earum ademerit, quos iuxta censuram sanctorum patrum et aecclesia et prespiterio et immo christiano nomine et[g] communione[k] privandos esse non ignoravit.

VIII. Sed cur[5] in tantum laboramus, ut predicta[l] nostri apostolici *statuta ex synodicis sanctorum patrum sententiis processisse demonstremus, cum eadem ex ipso sacrae scripturae armario emanasse nullum eruditum[m] dubitare putemus? Nam in eadem scriptura omnes personae tam nefarii mercimonii dampnatae repperiuntur, scilicet[n] venditores spiritalium officiorum[o], emptores atque huius negotii mediatores. Ipse enim dominus vendentes[p] pariter et ementes de templo suo eiecit et cathedras vendentium columbas iam[q] tunc ipse subvertit[r], quod sanctus Gregorius ille noster theologus in XVII.[s] omelia[6] exponit ita: *Cathedra ergo vendentium columbas evertit, quando hi, qui spiritualem gratiam vendunt, vel ante humanos oculos, vel ante Dei oculos sacerdotio privantur.* Et merito. Nam ipsa veritas precipit in euangelio: *Gratis accepistis, gratis*[t] *date*[u]. Quod cum tales non attendant, etiam a Deo se ipsos alienant, qui in eodem euangelio dicit: *Qui est*[v] *ex Deo, verba Dei audit, ideo vos non auditis, quia ex Deo non estis.* Preterea princeps[w] apostolorum Petrus[x], immo per illum[y] ipse Christus, omnibus prelatis in ecclesia precipit ita: *Pascite qui in vobis est gregem Dei providentes non coacte*[z], *sed spontanee secundum Deum non turpis lucri gratia, sed voluntarie*[a]. Contra hoc preceptum illi agunt, quicunque hoc[b] spirituale officium pro seculari lucro subiectis suis turpiter impendunt, de quibus idem apostolus in sua posteriori[7] epistola testatur: *Secuti sunt*[c] *viam Balaam ex Bosor*[d], *qui mercedem iniquitatis amavit, correptionem vero habuit suae vesaniae subiugale mutum, in hominis voce loquens prohibuit*[e] *prophetae insipientiam.* Quod venerabilis[f] presbyter Beda in tractatu super eandem epistolam[8] dilucidat ita: *Nonnumquam*[g] *multi catholicorum in tantum mercedem amant iniquitatis, ut etiam docti ab indoctis a laicis clerici merito lacerentur, qui iure*[h] *comparantur prophetae, qui verbis asinae contra naturam loquentis corripitur, nec tamen a proposito pravi itineris retardatur.* Iste videlicet Balaam idem esse asseritur, qui et beatum Iob in libro ipsius[i] superflue et arroganter docuisse *legitur, qui et Heliu, id est[k] divinus, ab officio divinandi est cognominatus. Sic enim testatur sanctus Ieronimus[l] in libro de hebraicis questionibus[9]. Hic ergo cum esset

*f. 150.

Matth. 10, 8.

Ioh. 8, 47.

1. Petr. 5, 2.

2. Petr. 2, 15.

*f. 150'.

a) *ex* solet *corr.* 1. b) hon. prespiterii 1. c) *ex* Magotiacensis *corr.* Magotiacensi 1; Mogonc. 3. d) toriensi 1. e) careat 1. f) minius 3. g) *deest* 1. h) *ex* amatema *corr.* anatema 1. i) *ex* negat. *corr.* 1. k) comtiniore 1. l) pr. stat. n. a. 4. m) dub. er. 2. 4. n) *ex* scilicicet *corr.* 1; et *add.* 2. o) et *add. G.* p) par. v. 2. q) tunc iam 1. r) evertit *G.* s) XXII 2. t) *ex* gradate *corr.* 2. u) *ex* a date *corr.* 1. v) *deest* 3. w) *ex* principis *corr.* 1. x) preucci *corr.* pretius 1. y) ipsum 4. z) coactę 1. a) voluntarię 1. b) *deest* 4. *G.* c) contra 1. d) *ex* corde *corr.* 1. e) proibuit 1. f) pr. ven. 1. g) non 2. h) iniure 1. i) suo 1; *deest* 2. k) idem 3. l) Iher. 3. *semper.*

1) *A.* 847, *c.* 12; *capitul. reg. Franc. II, p.* 179. 2) *Tur. a.* 813 *c.* 15; *Mansi t. XIV, col.* 85. 3) *A.* 1049; *Mansi t. XIX, col.* 721; *cf. Petr. Dam. Lib. grat. c.* 37, *Libelli I, p.* 70. 4) *Cf. Maneg. c.* 22, *p.* 349. 5) *Ib. c.* 20, *p.* 344. 6) § 13, *Opp. I, col.* 1502; *cf. Maneg. c.* 20, *p.* 345. 7) *Cf. Maneg. l. l.* 8) *Opp. ed. Giles XII, p.* 259. 9) *in Genesim; Opp. ed. Vallarsius III, col.* 339.

Num. 22. propheta[a] a Balach[b] rege Moabitarum ad maledicendum[c] filiis Israel conductus illis quidem in verbo Domini pro[d] precio maledicere studuit, sed pravitatem suam Domino vetante ad effectum non perduxit nec mercedem iniquitatis accepit. Qui tamen adeo reprobabilis[e] denotatur[f], ut asina eius sapientior eo vesaniam eius et insipientiam corripuisse et eum a gladio resistentis angeli eripuisse legatur, quam ipse angelus non morituram fore testatus est, etiam si ipsum[g] reprobum prophetam debita morte multasset. Si ergo Balaam tantum[h] amando mercedem iniquitatis adeo legitur reprobabilis, quanto magis ille inter reprobos est computandus, qui cum Balaam de iniquissima venditione spiritualis officii precium studiosissime requirit nec cessat, donec ambitionem suam ad effectum perducat[i]? Preterea beatus Ieronimus[k] in tractatu super Matheum[l]
Matth 8, 19. illum scribam, qui dixit Iesu: *'Magister, sequar te, quocumque ieris'*, ideo repudiatum a Domino testatur, quia more Symonis magi eum sequi voluerit, ut ex operum mira-
ib. 20. culis lucrum assequeretur. Unde et sibi a Domino respondetur[l]: 'Vulpes foveas habent' et reliqua, ac si diceret: Cur propter lucra et divicias me[m] vis sequi, cum tantae sim paupertatis, ut nec proprium habeam[n] hospicium, cum vulpes etiam et volucres proprias habeant mansiones[a]? Si igitur ille, qui spirituale officium pro[o] lucro tantum exercere voluit[p], ab ipso Domino[q] iure reprobatur[e], quanto magis ille, qui et huiusmodi officium penitus[a] alii[r] vendidisse detegitur?

VIIII.[2] Emptores autem spiritualium officiorum[s] cum ipso principe eorum Symone mago in Actibus apostolorum dampnati[t] leguntur[u], ubi ille noster Symon[v] princeps apostolorum eundem alium Symonem principem apostatarum aeterna dampnatione mul-
*f. 151. Act. 8, 20 –24. tavit, ita decernens: **Pecunia tua*[w] *tecum sit in perditione, quoniam existimasti*[x] *donum*[y] *Dei pecunia possideri. Non est tibi pars neque sors in sermone isto. Cor enim*[w] *tuum non est rectum coram Deo*[z]. *Penitentiam itaque age de hac malicia tua et roga Deum, si forte remittatur tibi haec cogitatio cordis tui. In felle enim amaritudinis et obligatione iniquitatis video te esse. Respondens autem Symon dixit: Precamini*[a] *vos pro me ad Deum, ut nichil veniat*[b] *super me horum, quae dixistis.* Et nota ipsum heresiarcham Symonem magum pro sola nefaria cogitatione ab equivoco suo dampnatum[c], quem[d] videlicet spirituale officium mercari solummodo cogitasse, nullatenus autem tam nefariam negotiationem legimus implesse[e]. Videsne igitur[f], quam rationabiliter illi dampnentur, qui et tam inhianter[g], ut Symon magus, spiritualia officia mercari concupiscunt et insuper desideratam negotiationem perficiunt, qui et eadem scelerate acquisita sceleratius uti, immo abuti non verentur? Unde non parum ipsum Symonem magum in culpa precedere videntur. Ille enim emptionem, quam male concupivit, nullatenus ad effectum perduxit, qui pro solo nefario appetitu dampnatus per ipsos apostolos apud Deum efficere studuit, ut dampnatorias eorum sententias subterfugeret, non ut officium criminose appetitum criminosius obtineret. Sed cur idem heresiarcha spirituale officium mercari appetisset[h], nisi emptum[i] deinde nefandius[k] vendere vellet? Non enim frustra de eo scriptum esse videtur, quod stupidus de signis et virtutibus

a) *deest* 1. b) Balac 2. c) maledictionem 1. d) *ex* pro prec. stud. mal. *corr.* 1. 2; mal. pro prec. stud. 3. 4; pro pr. stud. mal. *G.* e) repr. 1. f) notatur 4. g) *sic* 2; ipse *rell. codd.* h) *sic* 2; am. tant. *rell. codd.* i) perducatur 4. k) Iher. 3. *semper.* l) *ex* responderetur *corr.* 3. m) vis me 1. n) habeant 3. o) pro l. *des.* 1. p) voluerit 1. q) iure Dom. 1. r) aliis 2. s) *deest G.* t) dampnati — aeterna *des.* 4. u) sunt 1. v) *ex* apostolicus *corr.* Simon 1. w) *deest* 2. x) *ex* existimimasti *corr.* 2. y) pec. d. D. 1. z) Domino 3; non est c. D. rectum 1. a) et *add.* 2. b) sup. m. v. 3. 4. c) dampnata 1. d) in quem 1. e) adimpl. 3. f) *deest* 2. g) inhiianter 4. h) petisset 1. i) d. e. 1. k) nefarius 1.

1) *Lib. I, c. 8, v. 19. 20; Opp. t. VII, col. 46; cf. Maneg. c. 20, p. 347.* 2) *Cf. Maneg. c. 20, p. 346.*

admiraretur, quae et[a] ut ipse posset facere, per pecuniam suam voluit efficere, videlicet ut iuxta Ieronimi[b. 1] assertionem temporale lucrum ex[c] miraculis assequeretur. Ergo non solum emptores, sed et venditores, spiritualium officiorum sectatores prefati heresiarchae denotantur. Unde et cum eodem[d] aeternae dampnationis vinculo astricti[e] non dubitantur attestante[f] beato papa[g] Gelasio in decretis[2] suis capitulo[h] XXIIII. *Quos vero constiterit indignos meritis* *sacram[i] *mercatos esse*[k] *dignitatem, convictos* *f. 151r. *oportet*[l] *arceri, non sine periculo tale facinus patrantes, quia dantem pariter et accipientem dampnatio Symonis, quam sacra lectio testatur, involvit.* Hanc autem[m] generalem sententiam beatus Gelasius[n] pertractatis[o] singulorum graduum ordinationibus subintulit, inter quos etiam ostiarios notarios sive defensores numeravit, qui nec per manus impositionem ordinantur, nec ipsi manus alicui imponere permittuntur[p]. Ex qua ratione[q] colligitur non solum illos[r] reputari inter symoniacos, qui per pretium ad manus impositionem perveniunt, sed et illos, qui et alia clericorum officia per pecuniam acquirunt. Omnia enim[s] in eiusmodi officiis operatur unus atque idem Spiritus, cuius donum non gratis, sed per pretium dare vel accipere non catholicum, sed indubitanter est[t] symoniacum. Act. 8, 20.

X.[3] Mediatores quoque huius nefandissimae negotiationis ab ipso vase electionis[u] dampnantur, qui eos ita detestatur: *Nam digni sunt morte non solum qui nefanda*[v] *faciunt, sed etiam*[a] *qui facientibus consentiunt.* Item cytharista noster David: *Si*[w] *videbas*[x], inquit, *furem, currebas cum eo.* Et illud: *Os tuum abundavit*[y] *malicia, et lingua tua concinnabat dolos.* Deinde in eodem psalmo terribilis sententia de huiusmodi assentatore[z] profertur, videlicet quod et[a] a Domino sit arguendus nec per aliquem a manu Domini deinceps eripiendus. Nec mireris, si spiritualis officii mercator sub nomine furis designetur[b], cum et[c] ab[d] ipsa veritate in[e] euangelio ita nominatur: *Qui enim aliunde intrat, nisi per ostium*[f], *non pastor ovium, sed fur et latro* nuncupatur a Domino. Nempe nullus in ecclesia prelatus per ostium[f], hoc[g] est per ipsum Dominum, ad pastoralem curam intravit, qui per avaritiam, id est idolorum servitutem, ad hoc officium pervenit. Non est ergo *indignum[h] huiusmodi mercatorem sive mercenarium[i] sub nomine[k] furis infamari, cuius furtivam irreptionem non expavit imitari[l]. Huius autem criminosissimi mercimonii mediatores non neglegenter attendant Iezi[m] puerum Helisei, qui ex parte domini sui, eo quidem nesciente, munera sponte oblata susccpit a Neaman[n] Syro, qui iam a lepra mundatus est ab Heliseo propheta. Idem quippe Iezi[m] licet inter Heliseum et Neaman medius nefarie[n*] lucraretur, neutrum tamen secum eiusdem sceleris fecit obnoxium. Nam et ille[o] spontaneam oblationem satis eleganter respuit[p], quam iste non quasi ex debito ementis, sed ex benigno affectu mentis liberaliter obtulit. Sed quamvis[q] Iezi[m] neutrum horum in crimen[r] secum attraxerit[s], Rom. 1, 32. Ps. 49, 18. ib. 19. cf. Ioh. 10, 12. *f. 152r 4. Reg. 5, 20

a) *deest* 2. b) ass. Ier. 1. c) ass. ex mir. 1. d) *ex* cum in eod. *corr.* 2. e) constr. 1; asstr. 3. f) *ex* unde et cum *corr.* antestante 1. g) *deest* 2; Gel. papa 4. h) kapite 3. i) s. dign. m. e. 1. k) precio *add. G.* l) *ex* oporto *corr.* 1. m) ergo 4. n) papa *add.* 2. o) pertractatus 2. p) *nota marginalis R. G.:* Unde et illum in decretis sancti Alexandri symoniacum vocari non dubium est, qui penitenti (penitentem *G.*) ad reconciliationem pro pretio apud episcopum iuvat *reliquis codicibus deest, sed textui cod. 2. inserta est.* q) re 2. r) ipsos 1. s) autem 2. t) sym. est 4. u) *ex* electiones *corr.* 3. v) *ex* nefandan *corr.* 1. w) sy 1. x) *deest* 1. y) habundabat 3. z) assertore 4. a) *deest* 2. b) designatur 1. c) *deest* 4. d) *ex* ad *corr.* 1; *deest* 2. e) ita i. e. 1. f) host. 1. g) id 1. h) *abhinc alia manus aliudque atramentum ac semper* imquam, imquit 2. i) mercenn. 2. 4. k) nomini 2. l) imitare 1. m) Giezi 1. n) Naaman *G.* n*) nefarię 2. o) illae 2. p) *ex* respondit *corr.* 1. q) quam 1. r) *deest* 1. s) adtr. 1.

1) *V. p.* 68, *n.* 1. 2) *Epist.* 14. *ed. Thiel p.* 375; *Jaffé nr.* 636. 3) *Cf. Maneg. c.* 21.

sed se solum inter hos medium simplici crimine[a] obligaverit, ipse tamen et omnes eius posteri pro eadem culpa leguntur severissime puniti, scilicet lepram, a qua mundatus est Neaman, quasi hereditariam in sempiternum sortiti. Quapropter mediatores symoniacae negotiacionis attendant, quam districte, immo quam districtissime sint damnandi[b], qui non solum se ipsos, sed et illos[c], quorum mediatores sunt, sub aeterna damnatione[d] secum posuerunt. Satis igitur[e], ut opinor, declaratum est, quam summopere predictas nostri apostolici sanctiones venerari et observare debeamus, quas non solum ex synodicis et autenticis sanctorum patrum sentenciis promanasse, sed etiam ex propheticis[f], euangelicis et apostolicis scripturis processisse probatum est evidentissime. Ipsa videlicet veritas easdem et per se ipsa[g] et suos[h] fideles indubitanter promulgavit, quae et
Ioh. 8, 51. sub fideli attestatione nobis dicit: *Amen, amen dico vobis: Si quis sermonem meum*
ib. 14, 23. *servaverit, non videbit mortem in eternum.* Item alibi: *Si quis diligit me, sermonem meum servabit.* Ergo[i] qui mandata eius non observat, ipsam[k] veritatem non amat;
1. Ioh. 3, 14. *qui* autem *non diligit,* attestante beato Iohanne, *manet in morte.* Qui igitur divina precepta contemnit, nullatenus eternam[l] mortem subterfugere valebit.

XI. Tertium[1] autem nostri apostolici statutum, quod incontinentibus clericis ministerium altaris interdicit, nichilominus diffinitum est a sanctis patribus. Est enim scriptum in sacratissimo[1] Niceno concilio, quod maximum est inter IIII concilia euangeliis adequata, kap. III.[2]: *Interdicit per omnia magna synodus non episcopo, non presbytero, non diacono nec alicui omnino, qui in clero est, licere subintroductam habere mulierem nisi forte matrem aut sororem aut amitam vel eas tantum personas, quae suspiciones effugiunt.* Ut autem huius capituli[m] intentio clarius elucescat, apertiorem
fol. 152'. eius *translationem[3] subnectere non pigeat: *Omnimodis interdixit*[n] *sancta synodus*[o] *neque episcopo neque presbytero neque diacono neque ulli omnino*[p] *clericorum permittit habere secum mulierem extraneam, nisi forte*[q] *mater*[r] *sit aut soror aut amita*[s]. *In his namque personis et horum*[t] *similibus omnis suspicio declinatur. Qui aliter preter haec agit*[u], *periclitabitur de*[v] *clero suo.* Videsne igitur, quam penitus clericis coniugale opus istic[1] interdicatur, qui et[w] pro ipsa cohabitatione[x] feminarum non solum de ministerio[y] altaris, sed et[z] de clericatu suo periclitari iure censentur? Nec hoc tantum de sacerdotibus[a], sed et[b] de omnibus sacris ordinibus evidenter decernitur. Item Neocesariense[4] concilium, quod ante Nicenum concilium[c] fuisse legitur, ita kapitulo I. decrevit: *Presbiter, si uxorem duxerit, ab ordine deponatur, si vero fornicatus fuerit aut adulterium perpetraverit, amplius pelli debet et ad penitentiam redigi.* Calcedonense etiam concilium, quod ipsas Nicenas[d], Neocesarienses, immo omnes sanctorum patrum sanctiones ante ipsum[e] transactas, ut predictum est[5], confirmat, etiam earundem sanctionum prevaricatores generaliter ita condemnat[f] kap. X.[6]: *Eos autem*[g], *qui ausi fuerint post diffinitionem magnae et universalis huius synodi quicquam ex his quae sunt prohibita perpetrare, decrevit sancta synodus a proprio gradu recedere.* Item

a) crimini 4. b) dampnati 1. c) ipsos 1. d) *deest* 1. e) ergo 2. f) et *add.* 1. g) ipsam *G.* h) per s. *G.*; *ex* suas *corr.* 1. i) Ergo — n. amat *des.* 1. k) ipsa 4. l) *deest* 2. m) capitis *G.* n) *ita V. Is.* 3; s. int. *rell. codd.* o) et *add.* 3. 4. p) *deest G.* q) sorte 2. r) sit mat. 4. s) *nota marginalis* 4: quedam translacio 'ziam' ponit pro 'amita', nam Thusci amitam vocant ziam. t) harum 2. 4. u) ait 2. v) a 4. w) quia *G.* x) sua *add.* 2. y) *ex* monisterio *corr.* 1. z) *deest* 2. a) sarc. 2. b) *deest* 2. c) *deest* 1. d) et *add.* 3. e) ipsas 1. f) *ex* comdempn. *corr.* 1; contemnat 2. g) vero 3.

1) *Cf. Maneg. c.* 22. 2) *(Dion.) Mansi t. II, col.* 679. 3) *Scilicet versionem Isidorianam, v. Maassen I, p.* 925. *et Collectionem Hispanam.* 4) *(Dion.) Mansi t. II, col.* 543. 5) *Cap. IV.* 6) *(Dion.) Mansi t. VII, col.* 376.

beatissimus papa Silvester, qui et[a] Nicenam synodum congregavit et eandem apostolica auctoritate corroboravit, in suis synodalibus decretis[1] ita decernit kap. VI.: *Nemo presbiter a die honoris*[b] *presbyterii sumat coniugium. Quodsi quis neglecto hoc aliter egerit, duodecim annis eum iubemus privari honore. Quodsi quis contra hoc cyrografum presens*[c] *et publice*[d] *dictum egerit, damnabitur in perpetuum.* Item beatus Syricius[e] papa in decretis[2] suis kap. VII.: *Quilibet episcopus, presbyter atque diaconus, quod non optamus, deinceps incontinens*[f] *fuerit inventus, iam nunc*[g] *sibi per nos omnem aditum indulgentiae intelligat*[h] *obseratum.* Item in eisdem[3] kap. XII.: *Feminas vero*[i] *non alias esse*[k] *patimur in domibus clericorum, nisi eas tantum, quas propter solas*[l] *necessitudinum causas habitare*[m] *cum eisdem synodus Nicena permisit.* Item sanctissimus papa Gregorius[4] scribens ad Romanum defensorem ita decernit kapitulo X.: *Si qui episcoporum, quos commissi*[n] *tibi patrimonii finis includit*[o], *cum mulieribus degunt, hoc ut omnino compescas, iubemus*[g] *et de cetero illic*[p] *eas habitare*[q] *nullomodo patiaris exceptis eis*[r], *quas sacrorum canonum censura permittit, id est matrem*[s], *amitam, germanam et alias huiusmodi*[t], *de quibus prava suspicio*[u] *non possit esse. Melius tamen faciunt, si se*[g] *etiam ab*[v] *illa cohabitatione contineant; nam legitur, quod beatus Augustinus nec cum sorore habitare consenserit dicens: Quae cum sorore mea sunt, sorores meae non sunt: Docti* **ergo viri cautela magna vobis debet* *f. 153. *esse instructio.* Et[w. 5] post pauca: *Preterea*[x] *curae tuae sit eosdem confratres*[y] *nostros*[z] *adhortari, ut subiectos sibi in sacris videlicet*[a] *ordinibus constitutos, quod ipsi servant, ad similitudinem suam*[b] *modis omnibus servare commoneant.* Item Zacharias papa in decretis[6] suis kap. I.: *Decernimus, ut episcopi cum mulieribus omnino*[c] *non habitent, ne ab antiqui hostis fraude decipiantur.* Item[d] in eisdem kap.[e] II.: *Ut presbyteri vel diaconi subintroductas mulieres nullo modo secum habere audeant, nisi forsitan*[f] *commatrem suam aut proximitatem generationis sibi habentes, quae suspiciones effugiunt, sicut in Nicena synodo continetur: Si quis vero*[a] *preter hec statuta presumpserit agere, sacerdotii sui honore*[g] *privetur.* Item beatus Ieronimus[7] scribens ad Oceanum[h] autenticis[i] rationibus probavit non licere clericis conversari cum feminis et postmodum subintulit: *Quod si post nostra monita aliquis clericus agapetas*[k] *amplius quesierit amare quam Christum, secundum synodalem regulam conveniatur et precepta patrum in Nicea*[l] *diffinita ei legantur. Iam*[m] *vero, si conventus predictas fugerit et reliquerit, consecuti sumus maximum lucrum. Alioquin talis ab aecclesia anathematizandus est. Germinant enim feminae spinas cum viris habitantes et archana mentium acuto mucrone percutiunt.* Sed quid dicam ulterius? Deficiet enim me tempus, ut enarrem viritim[n] sanctos patres predictis nostri apostolici statutis subscribentes; nam omnes

a) *deest* 2. b) prespit. hon. 1. c) presenens 4. d) publicę 1. e) Sir. papa 1. f) f. i. 3. g) *deest G.* h) intelleg. 1. i) sed *G.* k) *deest* 4. l) solam n. causam *G.* m) *deest* 1. n) commisi 1. o) *ex* includat *corr.* 1. p) eas illic *G.* q) inhab. 2. r) his 4. s) matre, amita, germana et aliis *G.* t) *deest* 1. u) susp. n. poss. e. prava 1; pr. n. p. e. susp. *G.* v) talium *G.* w) e. p. p. *des.* 4. x) prę. 3. y) fratres *G.* z) episcopos *add. G.* a) *deest* 2. b) *deest* 1; cum s. 2; sui *G.* c) non hab. omnimodis 1. d) idem 2. e) cap. III. 1. f) forte *G.* g) p. h. 3. h) Occeanum 2. i) autentiis 2. k) sagapetas, *sed litteras* agapet. *del.* 2; suas agap. *G.*; *nota marg.* 4: agapitae graece, latine dicuntur dilectae vel diligibiles. l) *ex* Nicena *corr.* 3; Nicena 4. m) tunc *G.* n) virtutum *G.*

1) *Op. spur. quod dicitur Constitutum Silvestri c.* 19, *Mansi t. II, col.* 630. 2) *Ep. ad Him., Mansi t. III, col.* 659; *Jaffé nr.* 255. 3) *Ibid. col.* 660. 4) *Lib. IX, ep.* 60, *Opp. II, col.* 976; *Jaffé nr.* 1636. 5) *Ibid. col.* 977. 6) *Conc. Rom. I. capp.* 1. *et* 2, *Mansi t. XII, col.* 381. 7) *Ep. spur.* 42, § 8, *Opp. t. XI, col.* 272; *cf. Libellum I. De incont. cler. p.* 8, *n.* 6.

catholici eadem observanda esse censuerunt, qui et[a] a sacratissimis[b] IIII conciliis dissentire noluerunt, ex quibus noster apostolicus prefata produxit decreta. Quapropter nec idiotis latere estimo, quam periculose vel potius quam perniciose sibi suisque sectatoribus desipiant, quicumque per Sozomeni[c] kapitulum sacerdotibus incontinentiam asscribere non formidant, quibus licet superiorum epistolarum assertio sufficere debeat, iterum[d] tamen eos premonere de cavendo[e] anathemate non tedeat.

XII. Vetus testamentum partim in misteriis partim in moralibus[f] preceptis continetur, sed adveniente Christo cessavit in mysteriis et carnalibus observantiis, quia ipse
Iac. 2, 8. Gal. 5, 14. Lev. 19, 18. est finis sive completio legis, in moralibus autem[g] preceptis[h] adhuc manet, quia semper est observandum: *Diligas proximum tuum sicut te ipsum* et reliqua[i]. Quicumque igitur ex lege aliquam carnalem observantiam[k] novo quidem testamento adversam adhuc observandam esse dogmatizat[l], procul dubio cum Galathis[m] immo cum Hebionitis[n] iudaizat. Coniugale autem opus sacerdotum inter carnales legis observantias computatur, quibus,
f. 153'. inquam[o], sacerdotibus hoc tantum in lege successionis causa legitur concessum, quia ex alia tribu nullus eo tempore pervenit ad sacerdotium. Nam in nostro tempore ex quolibet genere sacerdotes eligere licet, quibus et merito interdicitur coniugale opus, cum non iam successores[p] habeant necessarios. Quapropter quisquis et hoc tempore illud iudaicum coniugium sacerdotibus licere cum Sozomeno vel potius cum Hebione dogmatizat, non neglegenter[q] illud inevitabile anathema consideret, quo[r] ipse apostolus specialiter iudaicarum observationum predicatores anathematizat, Galatas[s] iudaizantes
Gal. 1, 8. ita deterrens: *Sed licet nos aut angelus de caelo euangelizet vobis, preter quod euan-*
ib. 9. *gelizavimus vobis, anathema sit.* Idem vero inculcans[t] subiungit: *Nunc iterum dico*[u]*:*
ib. 2, 11. *Si quis vobis euangelizaverit preter*[v] *id quod accepistis, anathema sit.* Idem quoque Paulus ipsum principem apostolorum Antiochiae, licet eiusdem sedis episcopum, liberaliter corripuit, eo quod gentes[w] non quidem predicando, sed suo exemplo iudaizare cogeret, cum se ab eorum convivio pro timore Iudeorum simulando subtraheret[x]. Preterea ipse heresiarches[y] Hebion cum omnibus suis sectatoribus inter reliquos hereticos anathematizatus est a sacratissima synodo Constantinopolitana et a beato Gelasio[1] papa in apostolica sede: quod anathema nullus subterfugere poterit, quicumque ipsum heresiarcham per Sozomeni kapitulum sectari presumpserit.

XIII. Quidam etiam sibi nimium videntur scioli asserentes incontinentiam sacer-
1. Cor. 7, 2. dotibus esse concessam in illo apostoli: *Unusquisque suam uxorem*[z] *habeat.* Qui[a] autem[b] non intelligunt, quae locuntur[c] neque de quibus affirmant, aut si intelligunt, suam ipsorum conscientiam impugnant. Nam attestante beato Ieronimo[2] Corinthii[d] inter cetera ab apostolo quesierant, an nuper renatis in Christo carnalis copula licita
ib. 1—5. esset. Quibus ita rescripsit[e] apostolus: *De quibus autem scripsistis*[f] *mihi, bonum est homini mulierem non tangere, propter fornicationem*[g] *autem unusquisque suam*[h] *uxorem habeat et unaquaeque virum suum habeat*[i]. *Uxori vir debitum reddat, similiter autem et*[k] *uxor viro. Mulier sui corporis potestatem non habet, sed vir, similiter autem et vir sui corporis potestatem non habeat, sed mulier. Nolite frau-*

a) *deest* 1. b) sanctissimis 4. c) Zozom. 2. d) unum *G.* e) *ex* cavando *corr.* 3. f) p. m. 4. g) *deest* 2. h) prec. 3. i) reliquam 1. k) *superscr.* 1. l) docm. 2. m) *deest* 1; Galathiis 2. n) Ebion. 1. o) imqu. 2. p) h. s. *G.* q) neglenter 2. r) quod 4. s) Galathas 3. t) inconculcans 1; *ex* inconculc. *corr.* 3. u) dico vobis: si qui eu. 2. v) pre 2. w) *deest* 2. x) protraheret 1. y) heresiarchis 1. 3. z) h. u. 3. 4. a) *ex* que *corr.* 1. b) aut *G.* c) *ex* locamtur *corr.* 2; loquitur 4. d) Chor. 2. e) rescribit 4. f) rescripsistis 4. g) fornicationes 1. 3; pr. aut. forn. 2. h) s. h. u. 4. i) *deest* 2. k) *deest G.*

1) *Ep.* 42. *cap.* 4, § 10, *ed. Thiel I, p.* 469; *Jaffé nr.* 700. 2) *Contra Iovinianum l. I,* § 7; *Opp. t. II, col.* 245.

fraudare invicem nisi forte ex consensu ad tempus, ut vacetis orationi. Quod ita exponit[a] sanctus Ieronimus[1] in libro contra Iovinianum[b]: *Non dixit apostolus propter fornicationem[c] ducat unusquisque uxorem, alioquin hac excusatione libidini frena laxasset, ut quotienscumque uxor moriatur[d], totiens[e] ducenda sit alia, *ne fornicemur,* *f. 154. *sed 'unusquisque uxorem suam habeat'. Suam, inquit, habeat, sua utatur, quam habebat, antequam crederet, quam bonum erat non tangere et post fidem Christi sororem[f] tantum nosse, non coniugem, nisi fornicatio tactum[f*] excusabilem[g] faceret[h]. 'Nolite[2] fraudare invicem, nisi forte[i] ex consensu ad tempus, ut vacetis orationi'. Oro te, quale illud bonum est, quod orare prohibet? quod corpus Christi accipere non permittit? Quamdiu[k] impleo mariti[l] officium, non impleo continentis. Iubet idem apostolus in alio loco, ut semper oremus. Si[m] semper oramus[n], numquam ergo[o] coniugio* 1. Thess. 5, 17. *serviendum est, quoniam[o*] quotienscumque uxori debitum reddo, orare non possum.* Sic et Petrus apostolus docet christianos, ut infirmiori vasculo muliebri honorem tribuant 1. Petr. 3, 7. ab opere coniugali cessantes, ne impediantur eorum orationes. Quis igitur sanae mentis predictas apostoli sententias de exercendo coniugali opere sacerdotibus asscribat[p], quorum cottidianum[q] est officium non modo orare, sed et divina sacramenta contrectare[r], presertim cum in eodem loco etiam cuilibet[s] christiano tempore orationis iniungatur continentia? Nempe[t] si apostolus hic etiam sacerdotibus carnalem copulam concederet, profecto contrarius[u] sibi esset, qui ad Titum[v] scribens precipit, ut sacerdotes sobrii iusti sint atque continentes. Ergo non hic sacerdotibus, sed laicis et his non solidum[w] cibum[x], sed lacteum potum ministrat, utputa neophitis, qui nondum sibi, nedum[y] aliis sufficienter erant instructi, qualibus idem apostolus sacerdotale officium penitus intercludit. Eadem etiam ratione probatur ad[z] laicos, non ad sacerdotes spectare quicquid idem apostolus scribit[a] de exercendo coniugali opere, ut illud: *Quodsi se non[a] conti-* 1. Cor. 7, 9 *nent, nubant. Melius[b] est[c] nubere, quam uri,* id est[d], melius est legitimo marito misceri, quam fornicari. Et illud[e]: *Solutus es ab uxore, noli querere uxorem. Si autem[f] acceperis uxorem, non peccasti, et[f] si nupserit[g] virgo, non peccat[h].* Hoc utique[i] nullomodo de sacerdotibus vel de aliis continentiae[k] dedicatis dicitur, sed de istis tantum, qui legitime coniugari possunt. Unde Ieronimus[3] in supradicto libro: *Si,* inquit[l], *nupserit virgo, non peccabit[m], non illa virgo, quae se semel Dei cultui[n] dedicavit. Harum enim, si qua nupserit, habebit[o] damnationem, quia primam fidem[p] irritam fecit.* Si autem hoc de viduis dictum obiecerit, quanto magis de virginibus prevalebit, cum etiam his non liceat, quibus aliquando licuit? Virgines enim, quae post consecrationem nupserint, non tam adulterae[q] sunt[r] quam incestae. Si igitur[s] predictae apostoli sententiae huiusmodi continentibus carnalem copulam non concedunt, quanto minus sacerdotibus? Maxime cum illae simpliciter ad *continentiam sunt consecratae, *f. 154'. illi autem ipsis continentibus sint prelati et per venerandam manus impositionem et

a) *ex* exposuit *corr.* 3. b) Iovianum 2. c) fornicationes 2. d) moritur *Hier. G.* e) tocies 1. f) t. s. 4. f*) tactum eius *Hier.*; tantum *codd.* g) notabilem, *sed del.* 4. h) etc. *add. G.* i) frate 1. k) enim *add.* 2. l) off. mar. 3. m) ergo si *R. G.* n) orandum est *Hier. G.* o) *deest* 2. o*) *ita Hier.*; quando *codd.* p) ascr. 1. 2. q) cotid. 2. r) contract. 1. s) cuulibus, *sed mox del.* 2; quilibet 3. t) nepe 2; nam *G.* u) sibi contr. 3. 4. v) Tyt. 4. w) solum 4. x) cyb. 2; *in marg. ead. m. add.:* Sanctus Ambrosius episcopus scribens ad Susannam virginem lapsam dicit (*de lapsu virginis* § 21): Hoc dictum non ad pollicitam pertinet, ad nondum velatam. y) necdum 2. z) *ex* ad laicos tantum spect. *corr. alia m.* 3. a) *deest* 1. b) idem mel. 3. c) enim *add. G.* d) et *G.* e) illut 1. f) *deest* 2. g) *ex* nupseris *corr.* 1. h) peccavit *Vulg. G.* i) itaque 2. k) continentia 1. l) inquam *G.* m) peccavit *G. Hic* 1 *desinit.* n) cultu 2. o) damn. hab. 2. p) irr. fec. fid. 2. 3. q) ad qu. inc. s. 3. r) est 4. s) ergo *G.*

1) *Opp. t. II, col.* 247 § 7. 2) *Post aliqua praetermissa, ibid. col.* 247. 3) *Ibid.* § 13, *col.* 258.

per sacrosancti chrismatis unctionem. Preterea idem apostolus ipsis, quibus coniugale opus exercere concedit, eisdem etiam secundas[a] nuptias licenter inire permittit. Soluto
1. Cor. 7, 39. enim ab uxore aliam ducere concedit et viduae nubendi licentiam attribuit, nullatenus ergo sacerdotes sub permissoria carnalis copulae sententia comprehendit, quibus in
1. Tim. 3, 2. 12. Tit. 1, 6. epistolis ad Timotheum et Titum digamiam[b] penitus prohibuit, cum iubeat tantum unius uxoris virum eligi[c] ad sacerdotium. Nam nec apud ethnicos[d] bigamia[e] licebat sacerdotibus beato Ieronimo[1] asserente contra Iovinianum: *Legant,* iniquit, *nostrates et*[f] *antequam religio nostra fulgeret in mundo, unicubas semper habuisse inter matronas decus et*[g] *per illas Fortunae muliebria*[h] *sacra fieri solita, nullum sacerdotem*[i] *bigamum, nullum flaminem bimaritum; ierofontas quoque Atheniensium usque hodie cicutae sorbitione castrari et*[k] *postquam in pontificatum [fuerint] electi*[l]*, viros esse desinere.* Quicumque autem predicta apostoli verba in tantum adulterant, ut sub eorum perversa[m] interpretatione etiam sacerdotibus incontinentiam licere confingant, procul dubio sequuntur[n] Nicolaum[o] heresiarchen, quem[p] Clemens Alexandrinus in tertio libro stromatum[2] refert uxorem suam cuilibet eam[q] volenti prostituisse et hoc exemplo[r] suo docuisse cunctis promiscua atque communia feminarum consortia licere. Et hoc ideo,
Act. 4, 32. ut a maioribus traditur[s], quia scriptum est: *Et erant illis omnia*[t] *communia,* inter quae Nicolaus[u] numeravit et[v] coniugia. Sicut igitur ille apostolicum exemplum minus generaliter et perverse acceptum in heresim mutasse refertur, sic et isti illud apostoli:
1. Cor. 7, 2. *Unusquisque suam uxorem habeat,* nimis generaliter et perversissime interpretantes in errorem vertisse notantur, qui sub eodem exemplo contra eundem apostolum sacerdotibus coniugale opus concessum fallaci[w] pertinatia contendunt. Quamvis enim in sacris ordinibus promiscua feminarum consortia magis detestanda sunt, quam singularia, depravatio tamen apostolicae institutionis ipsi heresiarchae Nicolao minus imputanda videtur, quam istis[x]. Ille enim eo[y] quidem tempore apostolicam[z] doctrinam male interpretatus est, cum vix inprimis nomen christianitatis incepisset, cum euangelica et apostolica doctrina nondum esset per totum mundum dilatata, nondum tot signis, tot[a] virtutibus, tot sacratissimis sanctorum martyrum triumphis approbata[b]. Isti autem eandem doctrinam iam ubique nec[c] rusticis ignotam iam dudum, immo iam ab antiquo sanguine sanctorum patrum consecratam et inrefragabiliter corroboratam obstinatissima
*f. 155. *temeritate nituntur depravare. Unde et illam perditionem subterfugere nequibunt, quam ipse princeps apostolorum depravatoribus scripturarum assignat, qui epistolas
2. Petr. 3, 16. 17. coapostoli eius Pauli ita nobis commendat: *In quibus,* inquit, *epistolis sunt quaedam difficilia*[d] *intellectu, quae indocti et instabiles depravant*[e]*, sicut et ceteras scripturas, ad suam ipsorum perditionem. Vos igitur fratres prescientes custodite, ne insipientium errorem traducti excidatis a propria firmitate.* Ut autem clarius eniteat apostolum in superioribus sententiis non sacerdotibus, sed laicis carnale commertium indulsisse[f], diligenter inspiciamus, quid[g] idem apostolus ministros sacrorum[h] observare de-

a) secundum 2. b) big. *G.* c) elegi 2. d) *ex* ethinicos *corr.* 2; ethinicos 4. e) dig. 3. f) etiam 4. — nostr. et *apud Hier. non leg.* g) *deest Hier. G.* h) muliebri *Hier. G.* i) sacerdotum 2. k) ipsos qui *G.* l) *ex* allecti *corr.* ell. 2; allecti 4. m) prev. 2; subversa 4. n) secuntur 3. 4. o) Nich. 3. p) quem Clemens refert docuisse, quod apostoli cunctis p. a. c. f. c. permitterent *alia m. corr.* 3, *sicut in textu.* q) *sic* 3; etiam *rell. codd.* r) s. e. 3. s) tradatur 2; relatum *G.* t) *deest* 2. u) et N. 4. v) *deest* 4. w) fallati 2. x) *in marg. ead. man. add.* 2. *et* 3: Augustinus in libro IIII. de baptismo (*contra Donat. l. IV,* § 15): Magna questio est, an peior fuerit Nicolaus iam exterior quam Symon adhuc interior, quia ille hereticus iste magus. y) qu. eo 4. z) in apost. 4. a) et *G.* b) aprob. 2. c) ign. nec rust. 2; nec ign. r. *G.* d) *ex* difficilius *corr.* 2. e) pravant 2. f) dulsisse 2. g) quod *G.* h) sanctorum 2.

1) *Opp. II,* § 49, *col.* 320. 2) *Cf. lib. III, c.* 4, *ed. I. Potter, Venet.* 1757, *p.* 522, *ubi hoc Clemens fama tantum traditum refert.*

cernat et quibus sacros ordines concedi vel denegari constituat. Nam eadem apostolica institutione et defensoribus sacerdotalis incontinentiae perpetuum silentium evidenter inponitur, et prefata nostri apostolici statuta inrefragabiliter corroborantur, quippe quae nulli sacrum officium interdicunt, nisi quem et apostolica precepta penitus ab ipso sacro ordine secludunt.

XIIII. Beatus igitur Paulus apostolus[a] scribens ad Timotheum de sacris ordinibus ita testatur: *Fidelis,* inquit, *sermo: Si quis episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. Oportet ergo episcopum inreprehensibilem*[b] *esse, unius uxoris virum, sobrium, prudentem, pudicum, ornatum, hospitalem, doctorem, non vinolentum, non percussorem, sed modestum, non litigiosum, non cupidum, suae domui bene prepositum, filios habentem subditos cum omni castitate. Si quis autem domui suae preesse nescit, quomodo aecclesiae Dei diligentiam habebit? Non neophitum, ne in superbiam*[c] *elatus in iudicium incidat diaboli. Oportet autem illum et*[d] *testimonium habere bonum ab his, qui foris sunt, ut non in obprobrium incidat et laqueum diaboli. Diaconos*[e] *similiter pudicos, non bilingues, non multo vino deditos*[f]*, non turpe lucrum sectantes, habentes misterium fidei in conscientia pura. Et hi primum probentur et sic ministrent nullum crimen habentes. Mulieres similiter pudicas, non detrahentes, sobrias, fideles in omnibus. Diacones*[g] *sint unius*[h] *uxoris viri, qui filiis suis bene presint et domibus suis. Qui enim bene ministraverint, gradum sibi bonum adquirent*[i] *et multam fidutiam*[k] *in fide, quae est in Christo Iesu*[l]. 1. Tim. 3, 1–13.

Item ad Titum: *Huius,* inquit, *rei gratia reliqui te, Crete, ut ea, quae desunt, corrigas et constituas per civitates presbyteros, sicut ego tibi disposui: si quis*[m] *sine crimine est, unius uxoris vir, filios habens fideles, non in accusatione luxuriae aut non subditos. Oportet autem episcopum sine crimine esse sicut Dei dispensatorem, non superbum, non iracundum, non vinolentum, non percussorem, non turpis lucri cupidum, sed hospitalem, benignum, sobrium, iustum, sanctum, continentem, amplectentem eum, qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem, ut potens sit et exhortari in doctrina sana* *et eos, qui contradicunt, arguere. *Sunt multi inobedientes vaniloqui et seductores; maxime qui de circumcisione sunt, quos oportet redargui, qui universas domos subvertunt docentes, quae non oportet, turpis lucri*[n] *gratia.* Et post pauca: *Increpa illos dure, ut sani*[o] *sint in fide, non intendentes iudaicis fabulis et mendatiis hominum aversantium se a veritate.* Tit. 1,5–11. *f. 155'. Tit. 1,13.14.

XV. In primis[p] igitur notandum est in his apostolicis institutionibus sub nomine episcopi etiam presbyteros comprehendi. Inconvenienter enim apostolus post descriptionem episcopi statim de diaconibus subinferret, si non et[q] presbyteros sub episcopali[r] descriptione comprehenderet, qui[s] post episcopum proximi et ipsis diaconibus indubitanter sunt anteposit. Aut enim nusquam de ordinatione presbyterorum dixit, aut sub nomine episcoporum eos descripsit, sed[t] incongruum esset, ut pretermisso magistro ministrum eius describeret, cum tamen magister aecclesiasticis dispositionibus magis esset necessarius. Preterea[u] cum apostolus Tito precipiat, ut per civitates presbyteros ordinet, statim eum de ordinatione eorum informans subinfert: *Oportet episcopum sine crimine esse.* Idem Timotheo[v] scribit: *Noli negligere gratiam, quae*[w] *in te est, quae data est tibi per prophetiam cum inpositione manuum presbyterii,* cui in[x] sequentibus statim dicit: *Nemini cito manum inposueris,* quod proprie episcoporum est. Ergo eundem episcopum dicit quem et presbyterum nominavit. Sic beatus ib. 1, 7. 1. Tim. 4, 14. ib. 5, 22.

a) *deest* 4. b) inreprẹh. 3. c) suberb. 2. d) et illum 2. 3. e) diacones 3. 4. f) detitos 2. g) diaconi *Vulg. G.* h) viri un. ux. 2. i) adquirunt 4. k) fiduc , quae est i. fide Ch. I. 4. l) domino *add. G.* m) qui 2. n) lucris 2. o) sint sani 2. p) in primo 2. q) *deest* 3. r) episcopiali 2. s) et qui 2. t) scilicet *G.* u) pretẹrea 3. v) *ex* ad Timotheum *corr.* 3. w) quae in *des.* 2. x) statim i. s. d. 3, 4.

Ieronimus[1] et sanctus pater Ambrosius[2] predictas apostoli sententias fideliter exponentes testantur apud antiquos idem fuisse episcopum et presbyterum, ut nomen[a] unum esset officii, aliud aetatis. Postea autem, ut Ieronimus[3] asserit, cum unusquisque eos quos baptizaverit, suos esse putaret, non Christi, propter auferenda scismata in toto decretum est orbe, ut unus de presbyteris preponeretur ceteris, ad quem omnis cura aecclesiae pertineret. Post descriptionem autem episcopi et presbyteri caute apostolus
1. Tim. 3, 8. subiungit de diaconibus ita decernens: *Diaconos similiter* scilicet oportet *pudicos*[b] *esse* et reliqua. Ac si diceret: 'Quod de episcopis et presbyteris decrevi, hoc idem et de diaconibus me sciatis decrevisse.' Satis ergo evidenter patet, ut estimo, apostolum in superioribus suis diffinitionibus etiam presbyteros cum episcopis et diaconibus comprehendisse, unde et merito quilibet eorum a sacris officiis dimoventur[c], quicumque ex illis in se apostolicam informationem corrupisse probantur. Nempe apostolus testatur episcopos et[d] presbyteros et diaconos[e] oportere turpis lucri cupidos non esse. Omnis autem symoniacus turpissimi et nefandissimi lucri indubitanter est cupidus. Ergo[f]
*f. 156. inter sacros ordines nullatenus est computandus scilicet iam dudum *per apostolicam sententiam penitus ab eisdem segregatus. Notandum autem, si neophitus inter sacros ordines non recipitur, qui tamen inter laicos posse salvari creditur, quanto magis inde sunt segregandi cupidi sive avari, qui sunt idolorum servi, qui iuxta apostolum nullatenus habent hereditatem in[g] Christo vel regno Dei. Item apostolus precipit in superioribus, ut episcopi, presbyteri et[h] diaconi sint[i] pudici et[k] continentes. Nec mirum,
1. Cor. 7, 7. cum et laicos ad continentiam hortetur dicens: *Volo autem omnes homines esse sicut*
ib. 29. *me ipsum,* utique continentes. Item: *Reliquum est, ut et qui habent uxores, tamquam*
Eph. 5, 25. *non habentes sint.* Item: *Viri diligite uxores*[l] *vestras, sicut et Christus aecclesiam.* Unde Ieronimus[4]: *Si Christus,* inquit, *sancte, si caste, si absque ulla macula diligit*
1. Thess. 4, 4. 5. *aecclesiam, viri quoque in castitate uxores suas diligant, et sciat unusquisque*[m] *vas suum possidere in sanctificatione et honore, non in passione desiderii, sicut et gentes, quae Deum*[n] *ignorant.* Quem honorem ita interpretatur[o] Ieronimus[5]: *Si,* inquit, *abstinemus nos a coitu, honorem muliebri vasculo tribuimus; si non abstinemus, perspicuum est honori contrariam esse contumeliam.* Preterea[p] omnis populus filiorum Israel
Exod. 19, 15. ad montem Synai[h] accessurus et Dei eloquium de[q] longinquo tantum auditurus triduo sanctificari[r] et se[s] continere ab uxoribus iubetur. Iure ergo apostolus sacrorum ministris incontinentiam[t] interdixit[u], qui et saecularibus debent[v] preminere in castitate, qui et ipsius Spiritus sancti locutorium[w] effecti cotidie[x] dominum pro populo debent interpellare. Quicumque ergo[y] horum incontinens esse detegitur, ab ipso apostolo sacris ordinibus interesse prohibetur, cum per incontinentiam apostolicae institutioni se ipsum subtraxisse videatur. Nam quod apostolus dicit: *unius uxoris virum,* iuxta attestationem sanctorum patrum ante ordinationem tantum, non post ipsam est intelligendum. Unde[6] sanctus Cyprianus[z] in libro de XII abusionibus[7] dicit, quod talis esse[a] debeat episcopus, ut ante episcopatum unam tantum uxorem habuerit, non plures. Unde[b] et[c]

a) un. nomen 3. 4. b) esse pud. 3. 4. c) dimovetur *G.* d) *deest* 3. 4. e) diacones 3. 4. f) ergo null. i. s. ord. 3. 4. g) in regno Christi et Dei 3. 4. h) *deest* 2. i) pud. s. et c. 3. 4. k) id est *G.* l) *in marg. ead. m.* 3. m) unusquique 2. n) ign. D. *G.* o) interpretatur 3. p) prȩterea 3. q) tant. de l. 4. r) scanctif. 2. s) se ab u. cont. 3. 4. t) continentiam indixit 3. 4. u) interdicit *G.* v) in cast. d. prem. (prȩem. 3) 3. 4. w) incutorium *G.* x) cotiidie 2. y) igitur 3. 4. z) Cipr. 3. a) deb. esse 4. b) unde — pudici *des.* 3. c) *deest* 4.

1) *In comment. ad Tit., Opp. ed. Vallarsius t. VII, col.* 695. 2) *Comment. spur. ad Eph. et ad* 1. *Tim., Opp. t. II, col.* 241. 295. 3) *Comment. ad Tit.* 1, *v.* 5, *Opp. ed. Vallarsius t. VII, col.* 694 *sq.* 4) *Adv. Iovin. lib. I,* § 16, *Opp. t. II, col.* 265. 5) *Ibid.* § 7, *col.* 248. 6) *Cf. Maneg. c.* 22, *p.* 352. 7) *Lib. subdititius, c.* 10, *Opp. ed. Hartel p.* 169.

sanctus Ieronimus in apollogetico ad Pammachium[1]: *Episcopi, presbyteri, diaconi aut virgines eligantur*[a], *aut vidui, vel certe post sacerdotium in aeternum pudici.* Item beatus Zacharias[2] vir apostolicus scribens ad sanctum Bonifacium Magontiacensem[b] archiepiscopum ita decrevit: *Cum,* inquit, *tua fraternitas in concilio Maguntino*[c] *consederit cum Karlomanno excellentissimo viro, si quos repereris episcopos, presbyteros aut diaconos contra canones vel statuta patrum excessisse, id est in adulterio, vel si plures uxores habuerunt, vel etiam aliis capitulis, quibus*[d] *canones obviasse reperit, tua sanctitas nulla ratione apostolica auctoritate permittat eos sacerdotio* *fungi, *quia* *f. 156'. *tales a suo tantum*[e] *ore falso nominantur sacerdotes et deteriores saecularibus esse noscuntur, qui se neque a fornicationibus neque a nefariis matrimoniis abstinent. Aut quid inde sentiunt dicente Domino*[f]*: Sacerdotes mei semel nubant et apostolus: Unius uxoris virum etc. Et hoc ante susceptum sacerdotium uti licitum est. Nam a die suscepti sacerdotii etiam ab ipso proprio coniugio prohibendi sunt.* Unde et Ieronimus ad Vigilantium[3] scribens testatur: *Ecclesiae Orientis et Egipti*[g] *et apostolica sedes aut virgines clericos accipiunt aut continentes aut, si uxores habuerint, mariti esse desistunt.* Quomodo enim iuxta eundem apostolum, ut predictum est, se continerent, si cum coniugibus incontinentiam exercere deberent? Quae, quia contraria sunt, nullatenus simul esse possunt. Sed et hoc diligenter inspiciendum, quod apostolus iusserit eligi ad sacerdotium non qui iam per incontinentiam filios generaret, sed qui dudum filios adultos[h] et bene nutritos habuisset. Nota autem apostolum inobedientes et vaniloquos nullatenus inter sacros ordines computasse, immo peritos sacerdotes constitui[i] precepisse. Ad hos utique arguendos, qui universas domos subvertunt, docentes quae non oportet turpis lucri gratia, quos etiam dure increpari iubet, ne iudaicis fabulis intendant et mandatis hominum aversantium[k] a veritate, ut illi qui iuxta mandatum Pauli Samosatheni sive Hebionis iudaicam incontinentiam christianis sacerdotibus licere dogmatizant. Quid ergo mirum, si et noster apostolicus huiusmodi inobedientes a sacro officio dimovit? quos et apostolus[l] dure increpari, non sacris ordinibus annumerari[m] decrevit? Videsne igitur, quam inevitabiliter sint observanda nostri Gregorii statuta, quae a[n] sacratissimo fonte scripturarum videmus derivata[o]? Sciendum autem apostolum constituisse, ut ordinandi sive ordinati sine crimine essent, non sine peccato. Nam in mundo nullus iuxta[p] Augustinum exceptis parvulis baptizatis sine peccato conversatur attestante ipso dilectissimo Domini Iohanne: *Si dixerimus,* inquit, *quia peccatum non* 1. Ioh. 1, 8. *habemus, ipsi nos seducimus et veritas in nobis non est.* Item frater Domini Iacobus: *In multis enim offendimus omnes.* Multi autem sine crimine reperiuntur. Unde beatus Iac. 3, 2. Augustinus in tractatu[q] XLI[o] super euangelium Iohannis[4] testatur: *Sed*[r] *plane multi iusti dicti sunt sine querela, quod intelligendum sine crimine. Nulla enim*[s] *querela iusta est de his in rebus humanis, qui non habent crimen. Crimen vero est peccatum grave accusatione et damnatione dignissimum.* Qui[t] igitur tam *grave peccatum[u] admi- *f. 157. serit iuxta apostolum, sacrum ordinem obtinere non debebit. Ut autem haec apostolica institutio de sacris ordinibus nobis evidentior fiat, beati Ieronimi expositionem super eandem considerare non pigeat, qui eam in libro contra Iovinianum[v.5] ita dilucidat:

a) eliguntur *G.* b) Mogonciac. 3; Mogontiac. 4. c) *ex* Mogont. *corr.* Magont. 3; Mogont. 4. d) quib. canonibus obv. repererit *G.* e) proprio *G.* f) Deo *G.* g) Egypti 3. 4. h) adolitos 3. i) constui 2. k) advers. 3. l) Paulus 4. m) adn. 3. n) et a 3. 4. o) diriv. 4. p) iuxta Aug. e. p. bapt. *in marg.* 3. q) tractata 2. r) scil. *G.* s) etiam *G.* t) *ex* quid *corr.* 3. u) *ita* 3. 4; adm. pecc. i. a. *G.*; adm. i. a. pecc. 2. v) Iovianum 2.

1) *Epist.* 48. *ad Pammach.* § 21, *Opp. t. I, col.* 231 *F.* 2) *Jaffé, Bibl. III, p.* 118, *Jaffé nr.* 2264. 3) § 2. *Opp. t. II, col.* 389 *B.* 4) § 9, *ed. Bened. t. III, p. II, col.* 574. 5) *Lib. I,* §§ 34. 35, *Opp. II, col.* 290—293.

XVI.[1] *Sed et ipsa episcopalis electio mecum facit. Non enim dicit*[a]*: Eligatur episcopus, qui unam ducit*[b] *uxorem et filios facit, sed qui unam habuerit uxorem et filios in omni subditos disciplina. Certe confiteris non posse esse episcopum, qui in episcopatu filios facit. Alioquin, si deprehensus fuerit, non quasi vir tenebitur, sed quasi adulter damnabitur. Aut permitte sacerdotibus exercere opera nuptiarum, ut idem sint virgines quod mariti, aut, si sacerdotibus uxores non licet tangere, in eo sancti sunt, quia imitantur pudiciciam virginalem. Sed et hoc inferendum: Si laicus et*[b*] *quicumque fidelis orare non potest, nisi vacet*[c] *ab officio coniugali, sacerdoti, cui semper pro populo offerenda sunt*[d] *sacrificia, semper orandum*[e] *est. Si semper orandum est, ergo semper carendum matrimonio. Nam et*[f] *in*[g] *veteri lege qui pro populo hostias offerebant, non solum in domibus suis non erant, sed etiam purificabantur*[g*] *ab uxoribus separati et vinum et siceram non bibebant, quae solent libidinem provocare. Eliguntur mariti in sacerdotium? Non nego, quia non sunt tanti virgines, quanti sunt necessarii sacerdotes. Numquid, quia in exercitu fortissimus quisque eligendus est, idcirco*[h] *non assumuntur et infirmiores, cum omnes fortes esse non possunt*[i]*? Si exercitus viribus tantum staret*[k] *et non etiam numero militum, abicerentur inbecilliores. Nunc et secundarum et terciarum vicium gradus assumitur, ut turba et numero exercitus compleatur. Et quomodo, inquies, frequenter in ordinatione sacerdotali sacerdos virgo negligitur et maritus assumitur? Quia forte et cetera opera*[l] *virginitati non habet congruentia, aut virgo putatur et non est; aut est*[m] *virginitatis*[n] *infamis aut certe ipsa virginitas ei*[o] *parit superbiam, et dum sibi applaudit de sola corporis castitate, virtutes ceteras negligit*[p]*, non fovet pauperes aut pecuniae cupidior est. Evenit interdum, ut tristior vultus, adductum supercilium, incessus pomparum ferculis [similis*[p*]*] offendat*[q] *populum et qui nihil habet, quod reprehendat in vita, habitum solum oderit et incessum. Multi eliguntur non amore sui, sed alterius odio*[r]*. In plerisque*[s] *suffragium meretur sola simplicitas et alterius prudentiae et calliditati*[t] *quasi malitia opponitur. Nonnumquam errat vulgi plebisque iudicium et in sacerdotibus comprobandis*
*fol. 157r. *unusquisque suis moribus favet, ut non tam bonum quam sui similem querat prepositum*[u]*. Evenit aliquotiens, ut mariti*[v]*, quae pars maior est in populo, maritis*[w] *quasi sibi applaudant, et in eo se arbitrentur minores*[x] *non esse virginibus, si mariti*[y] *virgini praeferantur*[z]*. Dicam aliquid, quod forsitan cum offensa*[a] *multorum dicturus sum, sed boni non mihi irascentur, quia eos peccati conscientia non*[b] *remordet*[c]*. Interdum hoc et pontificum vitio*[d] *accidit, qui*[e] *non meliores, sed argutiores in clerum eligunt et simplices quosque atque innocentes inhabiles putant vel affinibus et*[f] *cognatis quasi terrenae militiae officia largiuntur sive divitum obediunt*[g] *iussioni; quodque his peius*[h]*, clericatus*[i] *donant gradum, quorum obsequiis*[k] *sunt deliniti. Alioquin*[l] *si iuxta sententiam apostoli non erunt episcopi, nisi mariti, ipse apostolus episcopus esse non*
1. Cor. 7, 7. *debuit, qui dixit: 'Volo autem omnes esse, sicut ego sum'. Et Iohannes indignus hoc gradu estimabitur*[m] *et omnes virgines et*[n] *continentes, quibus quasi pulcherrimis gemmis aecclesiae monile decoratur. Episcopus*[o]*, presbyter et diaconus non sunt merito-*

a) dicitur 2. b) un. ux. duc. et fac. fil. 4. b*) vel *Hier.* c) careat off. *Hier. G.* d) *deest* 2. e) est or. 2. 3. f) *deest* 4. g) *deest* 2. 3. g*) ad tempus *add. Hier.* h) icc. 2. i) possint *Hier. G.* k) constaret *Hier. G.* l) op. n. h. v. congr. *G.* m) in *add., sed post del.* 2. n) *ex* virginitatis *corr.* virginitas 3. o) parit ei 2. p) *ex* neglegit *al. atram. corr.* 3. p*) *deest codd.* q) offendebat 2. r) odi 2. s) pleris 2. t) calliditate 2. u) propos. 2. v) maritis . . . mariti 4. w) mariti 2. x) arb. non esse virgines *codd.* y) maritum . . . praeferant *Hier. G.* z) preponantur 2. a) m. o. *Hier. G.* b) mihi *add.* 3. c) remordebit *Hier. G.* d) vicio 3. e) et *add.* 3. f) aut 4. g) obediant 3. h) est *add. Hier. G.* i) illis cler. *Hier. G.* k) sunt o. del. *Hier. G.* l) alioqui *Hier. G.* m) existim. *Hier. G.* n) *deest* 2. o) et *add. Hier. G.*

1) *Maneg. c.* 22, *p.* 352.

rum nomina, sed officiorum, nec dicitur: 'Si quis episcopatum desiderat, bonum[a] *honorem desiderat, sed bonum opus desiderat', quod in maiore ordine constitutus possit, si velit, occasionem exercendarum habere virtutum. Oportet ergo episcopum inreprehensibilem esse, ut*[b] *nulli vitio mancipatus*[c] *sit, unius uxoris virum, qui unam uxorem habuerit, non habeat, sobrium sive, ut melius in Greco dicitur, vigilantem, id est* ΝΕΦΑΛΙΟΝ[d], *pudicum, hoc enim significat* ΣΩΦΡΩΝ[e], *ornatum et castitate et moribus, hospitalem*[f], *ut imitetur Abraham et cum peregrinis, immo in peregrinis, suscipiat Christum; doctorem, nichil enim prodest ei*[g] *conscientia virtutum perfrui*[h], *nisi et creditum sibi populum possit instruere, ut valeat exhortari*[i] *in doctrina et eos qui contradicunt redarguere; non*[k] *vinolentum, quia qui semper in sanctis sanctorum est et offert hostias, vinum et siceram non bibit; quia in vino luxuria*[k*] *est, sic bibat episcopus, ut an biberit ignoretur; non percussorem, id est qui conscientias singulorum*[l] *non percutiat. Neque enim pugilem describit sermo apostolicus, sed pontificem instituit, quid facere non deberet*[m]. *Docet*[n] *nunc e*[o] *regione, quid*[p] *faciat. Sed*[q] *modestum, non litigiosum, non cupidum, domum suam bene*[r] *regentem, filios habentem subditos cum omni castitate. Vide, quanta pudicicia exigatur in episcopo, ut si filii eius impudici fuerint, ipse episcopus esse non possit et eodem vicio*[s] *offendat*[t] *Deum, quo offendit et*[g] *Heli pontifex, qui corripuerat quidem *filios, sed, quia non abiecerat delinquentes, retrorsum cecidit et mortuus est, lucerna Dei antequam extingueretur. Mulieres similiter pudicas et reliqua. In omni gradu et sexu tenet*[u] *pudicicia principatum. Cernis igitur, quod episcopus, presbyter et*[v] *diaconus non ideo sint beati, quia episcopi vel*[v] *presbyteri sunt*[w] *aut diacones, sed si virtutes habuerint*[x] *nominum suorum et officiorum. Alioquin si diaconus episcopo*[y] *suo sanctior fuerit, num ex eo, quod in*[z] *inferiori gradu est, apud Christum deterior erit? Absit, ut Stephanus diaconus, qui primus martyrio coronatus*[a] *est, minor futurus sit in regno caelorum multis episcopis et Thimotheo aut*[b] *Tito, quos, ut subicere non audeo, ita nec anteponere.* Hucusque Ieronimus, qui quantae auctoritatis[c] fuerit, etiam apud episcopos[d] apostolicae sedis decreta beati Gelasii[1] papae satis insinuant, quae[e] inter autenticas et canonicas sanctiones opuscula ipsius recipienda decernunt, sicut etiam[f] sancti Cypriani, Ambrosii, Augustini opuscula sive tractatus et reliquorum sanctorum patrum, qui nec in fide nec in predicatione a sancta Romana aecclesia deviarunt, sed in eius communicatione usque ad finem vitae perdurarunt. In tantum namque[g] beatus Gelasius in predictis decretis[2] auctoritatem sancti Ieronimi nobis commendat, ut et aliorum opuscula iuxta eius iudicium recipienda vel respuenda esse ibidem decernat. Quicumque igitur debitam obedientiam apostolicae sedi inpendere voluerit, nullatenus vel huiusmodi sanctorum patrum singularibus sententiis repugnabit. Hucusque sufficiat dixisse quid apostolus exigat a sacerdotibus, quod quicumque fideliter perspexerit, nequaquam statuta nostri apostolici obliteranda iudicabit, quae nec aliquis contemnere poterit, nisi et ipsorum apostolorum sententiis repugnare velit, quibus ipsa

1. Reg. 2, 28 — 25 et 4, 18.
*f. 158.
ib. 3, 3.

a) bonum des. gradum *Hier. G.* b) t *erasum* 2. c) mancipandus 4. d) nethalion *superscr.* 4. e) sofron *superscr.* 4. f) hospitalitatem 2. g) *deest Hier. G.* h) frui *Hier. G.* i) exort. 4. k) non vinolentum *codd. repetunt perperam ante* quia in vino *et* sic bibat; non vinolentum quia qui semper — non bibit. non vinolentum *iterat* 2 *post* luxuria est. k*) est lux. 4. l) non p. sing. *Hier. G.* m) debeat *Hier. G.* n) donec 2. o) in religione 2. p) quod 3. q) quod (quidem?) *add.* 2. r) *deest codd.* s) officio 2. 4. t) *ex* offendat *corr.* offendit *al. m.* 3. u) pud. t. 4. v) *deest* 2. w) sint *Hier. G.* x) habuerit 2. y) s. auct. ep. s. *Hier. G.* z) inferiori gradu 4; inferior gradu *Hier. G.* a) est cor. 2. b) ac *Hier. G.* c) f. auct. 4. d) pontifices *superscr.* 3. e) quia *G.* f) et 4. *G.* g) nempe 3. 4.

1) *Ep. l. de recip. et non rec. libris c.* 3, *ed. Thiel I, p.* 457. 2) *Ibid. p.* 460.

Matth. 11, 24. veritas in euangelio fidelissime promittit: *Amen*[a], *dico vobis, remissius*[b] *erit terrae Sodomorum in die iudicii, quam* illis, qui sermones vestros non receperint.

XVII.[1] Quartum[c] autem nostri apostolici decretum precepit, ut populus clericorum officia non recipiat, quos sacris canonibus, immo euangelicis et apostolicis institutionibus adversari percipiat, videlicet quos iuxta censuram sanctorum patrum damnatos in propriam eorum perniciem[d] altari ministrare videat. Nempe Antiocenum concilium, a sacratissimo Calcedonensi concilio, ut prediximus, indubitanter roboratum, officia
*fol. 158'. damnatorum clericorum a populis recipi *districtissime prohibet, in[e] tantum scilicet, ut etiam ab aecclesia abiciendos esse iudicet[f], qui illis clericis saltem[g] communicaverint, quos interdictum sibi ministerium[h] usurpare cognoverint. Sic enim quartum eiusdem concilii capitulum[2] testatur: *Si quis episcopus damnatus a*[i] *synodo*[k] *vel presbiter aut diaconus ab*[l] *episcopo ausi fuerint aliquid de sacro*[m] *ministerio contingere, sive episcopus iuxta precedentem consuetudinem sive presbiter aut diaconus, nullo modo liceat ei vel*[n] *in alia synodo restitutionis spem*[o] *aut locum habere satisfactionis, sed et communicantes ei omnes abici*[p] *de aecclesia*[q] *et maxime, si, posteaquam*[r] *didicerint adversus*[s] *memoratos prolatam fuisse sententiam, eisdem*[t] *communicare temptaverint.* Iuxta huius capituli tenorem sancti patres[3], qui in Calcedona[u] sacratissimos canones promulgaverunt, omnes communicatores cuiusdam damnati Timothei[v] presulis Alexandrini excommunicatos esse censuerunt, qui Leoni imperatori pro eodem Timotheo consulenti hoc modo rescripserunt: *Eos etiam, qui, cum scirent Timotheum fuisse damnatum, communicare illi sine periculo crediderunt, extraneos esse a Dei aecclesia iudicamus, secundum consequentiam regularem nulla eis venia nec spe restitutionis ullo modo remanente, sicut tercia et octogesima regula de talibus aperte decernit*[w], *cuius inicium est: Si quis episcopus a synodo* et reliqua. Quapropter et noster apostolicus merito populis officia huiusmodi clericorum prohibuit, eorum, inquam, quos non tam ipse damnavit, quam a sanctis patribus iam dudum damnatos esse monstravit. Preterea sanctissimus papa Alexander[4] a beato Petro quintus, qui potius in camino ignis concremari quam mentiri fortissimus athleta[x] delegit, ipse, inquam, nec loquendum[y] eis esse testatur, quibus vel episcopus pro sceleribus eorum sentitur adversus. Et hoc ex[z] ipsius principis apostolorum auctoritate confirmat ita dicens cap. VI: *Beatus princeps apostolorum Petrus*[a] *in ordinatione sancti predecessoris nostri Clementis instruens clerum et populum ait: Si inimicus fuerit Clemens*[b] *alicui pro actibus suis, vos nolite exspectare, ut ipse vobis dicat: Cum illo nolite amici esse, sed prudenter*[c] *observare debetis et voluntati eius absque commutatione obsecundare et avertere vos ab eo, cui ipsum sentitis adversum, sed nec*[d] *loqui his, quibus ipse non loquitur, ut unusquisque, qui in culpa*
*f. 159. *est, dum cupit omnium vestrum amicicias *ferre, festinet cicius reconciliari ei, qui omnibus preest*[e]. *Et per hoc redeat ad salutem, cum obedire ceperit monitis presidentis. Si vero quis amicus fuerit his, quibus ipse non loquitur, unus est et ipse ex*

a) verumtamen *Vulg. G.* b) e. rem. 2; terrae S. r. e. *Vulg. G.* c) *in marg.* 4: nota. d) perneciem 2. e) in tant. *des. G.* f) videlicet 2. g) saltim 3. 4. h) ministrum 2. i) a syn. d. 2. k) id est ab officio prohibitus *ead. m. superscr.* 3. l) a suo *G.* m) m. s. *G.* n) nec *Dion. G.* o) *alia m. superscr.* 3. p) ab eccl. ab. 4. q) oportet *add. G.* r) postquam *G.* s) adversum *G.* t) eius 2; eis *G.* u) Calcedonia 3; Calcedone *G.* v) Tym. 4. w) *ead. m. in marg. scr.* 3. x) adhleta 2. 3. y) loquendu 2. z) *ex* ex ips. principis apostolor. Petrus i. o. s. p. n. auct. c. i. dic cap. VI: Beatus Clementis *corr.* 2. a) qui *add. G.* b) *ead. m. in marg. scr.* 3. c) obs. prud. 2. d) neque 4. e) prȩest 3.

1) *Totum hoc cap. a Manegoldo exscriptum c.* 71, *p.* 423. 2) *(Dion.), Mansi t. II, col.* 1322. 3) *Immo episcopi Pisidiae ad Leonem imperatorem, Mansi t. VII, col.* 565. 4) *Ep. spur. I, c.* 6, *ed. Hinschius p.* 97.

illis, qui exterminare Dei[a] *aecclesiam volunt; et cum corpore vobiscum esse videatur, mente et animo contra vos est, et est multo nequior hostis hic, quam illi, qui foris sunt et evidenter inimici sunt. Hic enim per amiciciarum speciem quae inimica sunt gerit, et ecclesiam dispergit ac vastat.* Ubi ergo ipse princeps apostolorum tam districte[b] prohibet, ne quis eis[c] saltem loquatur, qui apostolicis institutis[d] non obsecundare deprehendantur[e], ibi etiam evidentissime vetat, ne populus missas[f] vel reliqua huiusmodi officia ab eis recipiat. *Mos enim populi Dei* iuxta Augustinum[1] *pro lege tenendus* comprobat nobis cum canonibus, ut populus, cuiuscumque sacerdotis missas audiat, eius etiam singulis salutationibus in missa respondeat. Quapropter populus huiusmodi prevaricatorum missas nullatenus recipiet, si ipsius principis apostolorum sententiam observare volet.

XVIII.[g. 2] Sanctissimus[h] papa Gregorius[3] scribens ad reges Francorum[i] de huiusmodi sacerdotibus canonum contemptoribus kap. CXXXV.[k] testatur, quod regnum ex culpa talium sacerdotum pregravetur et post pauca subiungit: *Maior,* inquit, *metuenda est locis*[l] *illis calamitas, ubi tales intercessores ad locum regiminis adducuntur, qui Dei magis in se iracundiam provocant*[m]*, quam per semet ipsos populis*[n] *placare debuerant.* Iure igitur[o] nostri temporis Gregorius[p] populum huiusmodi presumptorum officia recipere prohibuit, quos sanctissimus eius[q] equivocus et regnum culpa sua pregravare et Dei iracundiam in se magis provocare asseruit. Scriptum est enim: *Qui averterit*[r] *aurem suam, ne audiat legem, execrabilis erit oratio eius.* Quo crimine omnes obligantur, quicumque canonicis[s] sanctionibus obstinato animo refragantur. Unde et eorum officia merito populis interdicuntur, quorum orationes omnipotens Deus, non dico, non recipit, sed execrat[t]. Sed iam ad ipsum vas electionis veniamus, qui et presenti statuto nostri apostolici consonare non dubitatur. *Si is,* inquit, *qui frater nominatur*[u]*, est fornicator aut avarus aut idolis serviens aut maledicus aut ebriosus aut rapax, cum huiusmodi nec cibum sumite*[v], videlicet qui nolunt iuxta aecclesiasticas sanctiones emendari, licet certis et publicis criminibus sint obligati. Item ad Thesalonicenses: *Denuntiamus autem vobis*[w] *fratres in nomine Domini nostri Iesu Christi, ut subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinate et non secundum traditionem, quam acceperunt a nobis.* Et paulo post: *Si quis non obedit* **verbo nostro, per epistolam hunc notate et non*[x] *commisceamini cum illo, ut confundatur.* Cum quibus igitur apostolus[y] fideles nec corporalem cibum sumere permittit, et a quorum consortio fideles discedere precipit[z], de eisdem apostolicae institutionis contemptoribus[a] populo precepit[b] noster apostolicus, ut eis[c] saltem ad dominicam mensam non communicaret et eorum societati se saltim eo tempore subtraheret, cum illi contra fas et ius sacra misteria in perniciem suam usurparent[d]. Iuxta apostolum enim *quicumque dominicum panem vel*[e] *calicem sumit indigne, corporis*[f] *et sanguinis Domini reus erit et iudicium sibi manducat et bibit,* quod omnes faciunt, qui fornicationem vel avariciam non solum exercere, sed etiam obstinato animo defendere presumunt, de quibus

Prov. 28. 9. — 1. Cor. 5, 11. — 2. Thess. 3, 6. — *f. 159'. ib. 14. — cf. 1. Cor. 11, 27. 29.

a) eccl. Dei *G.* b) *eadem m. in marg. scr.* 3. c) saltim eis 4. d) statutis 4. e) deprehaend. 4; deprehenduntur *G.* f) audiat *add., sed del.* 3. g) *abhinc in* 3 *tertius librarius scripsit, et novus quaternio incipit.* h) *in marg.* 4: nota. i) Franchorum 3. k) CXXV. 3; LXXV. 4. *R. G.* l) illis locis 4. m) provocent 2. n) *deest G.* o) ergo 3. 4. p) nostri *add.* 4. q) *deest* 2. r) declinat *Vulg.* s) *ex* canonibus *corr.* 2; canonibus ac *G.* t) execratur 2. u) inter vos *add. G.* v) ite *sup. rasura* 3; sumere 4. *G.* w) fr. v. 2. x) ne *G.* y) Paulus 4. z) precepit 3. a) et *add. G.* b) precipit *corr.* 2. c) eius 2. d) susurparent 2. e) et *G.* f) reus erit corp. *Vulg. G.*

1) *Epist.* 36, § 2, *ed. Bened. t. II, col.* 68. 2) *Totum a Maneg. exscriptum c.* 72, *p.* 424. 425. 3) *Lib. IX, ep.* 110, *Opp. II, col.* 1017; *Jaffé nr.* 1744.

apostolus[a] dicit: *Quoniam qui talia agunt, regnum Dei non possidebunt*[b], qui etiam pro eisdem criminibus iuxta canonicas sanctiones damnati interdictum sibi officium temeraria usurpatione[c] frequentant. Nempe ipsi, quos proprie vocamus penitentes, licet pro huiusmodi criminibus canonice disciplinae colla submittant, non tamen divinis sacramentis tam temere approximant. Unde iuxta sententiam beati Innocentii[1] papae nec infirmos penitentes, ut reliquos egrotantes, sacro crismate ungui[d] licet, *quibus*[e], inquit, *penitentibus et reliqua*[f] *denegantur sacramenta*[g], ne sibi ipsis[h] damnationem potius quam remissionem adquirant, si eadem tam indigni, nondum sane per penitentiam ad plenum purgati, percipiant. Si igitur penitentes etiam canonice pro criminibus suis satisfacientes divinis sacramentis iudicantur indigni, quanto magis illi, qui non penitere, sed culpas suas iam dudum publicatas pertinaciter defendere conantur, qui et canonibus[i] obstinato animo resistentes etiam Spiritum sanctum blasphemare[k] probantur. Sic enim beatus Damasus papa in epistola[2] ad sanctum Aurelium Cartaginensem[l] archiepiscopum testatur: *Violatores,* inquit, *canonum voluntarii graviter a sanctis patribus iudicantur et a sancto Spiritu, cuius instinctu ac dono dictati sunt, damnantur, quoniam blasphemare Spiritum sanctum non incongrue videntur, qui contra eosdem sanctos*[m] *canones non necessitate compulsi, sed libenter, ut prefixum*[n] *est, aliquid aut proterve agunt aut loqui presumunt aut facere volentibus*[o] *sponte consentiunt. Talis enim presumptio manifeste unum genus est blasphemantium Spiritum sanctum, quo-*
*f 160. *niam*[p], *ut iam prelibatum est, contra eum agit, cuius nisu*[q] **et gratia idem*[r] *sancti canones sunt*[s] *editi.* Itaque illi sacerdotes, qui tam gravissimis criminibus sunt obligati, immo qui pro eisdem secundum canonica instituta[t] iam sunt damnati, nullatenus nisi in pernitiem suam sacrificare possunt. Unde et illi non parum delinquerent[u], quicumque ipsis in propriam necem sacrificare usurpantibus per solitas responsiones in missa scienter cooperari presumerent. Non enim pro parvo crimine haberetur, si quis alicui se ipsum crudeliter occidenti scienter cooperaretur. Sapientissime ergo noster apostolicus populum huiusmodi presumptorum usurpationibus interesse prohibuit, quas non solum auctoribus[v] earum, sed et receptoribus perniciosas esse non ignoravit. Sic
Num. 16,26. enim ipse Dominus a Chore eiusque sequacibus[w] sacrificandi officium usurpantibus reliquos filios Israel discedere precepit, ne peccatis eorum involverentur, sicque crudelissima morte cum eisdem damnari mererentur. Nam ipsi heresiarchae[x], videlicet
ib. 32. 35. Chore, Datan[y] et Abiron, cum universa eorum substantia vivi ad infernum ex improviso descenderunt, sequaces vero eorum per ignem egressum a Domino penitus comburi meruerunt. Horum itaque[z] subitaneam et severissimam ultionem illi diligenter attendant, qui contra apostolica precepta interdictum sibi sacerdotale officium
2.Reg.6,6.7. obstinata temeritate usurpant. Nec ociose mortem Oze considerent, qui cum David archam[a] Domini de Philistim[b] in novo plaustro reduceret a Domino percussus interiit, eo quod archam[a], licet iam casuram, manu sustentare presumpserit[c]. Si enim ille merito periit, qui temere quidem, sed benigne archam[a] Domini tantum tetigit, quanto magis ille, qui contra fas et ius ipsum corpus Domini contrectare sibique incorporare presumit indignus?

a) ait ap. 3. 4. b) consequentur *Vulg. G.; in marg.* 4: nota. c) usurb. 2. d) ungi 4. e) nam quibus *G.* f) rel. in qua 2. g) quomodo unum genus putatur posse concedi *add. G.* h) ipsi 4. i) *deest* 2. k) plasph. 2 *saepius.* l) *ex* Cartigin. *corr.* 2; Cartaginiens. 3. m) sacros *G.* n) premissum *G.* o) sp. v. 4. p) quia *G.* q) nutu *G.* r) *deest G.* s) e. s. *G.* t) statuta 4. u) delinquerint 2; deliquerunt *G.* v) ductoribus *G.* w) sequatibus 2. x) heresyarchae 2. y) Dathan 3. z) igitur *G.* a) arcam 4. b) Philistiim *G.* c) *in marg.* 4: nota.

1) *Epist. ad Decent. c.* 8, *Mansi t. III, col.* 1031; *Jaffé nr.* 311. 2) *Ep. spur. Hinschius p.* 21.

XVIIII.[1] Quidam tamen satis imperite nostro apostolico obiciunt quartum Gangrensis[a. 2] concilii capitulum: *Quicumque discernit a presbitero, qui uxorem habuit, quod non oporteat eo ministrante de oblatione percipere, anathema sit.* Hoc etiam capitulum iuxta Petri apostoli attestationem in suam ipsorum pernitiem[b] depravantes ita pronuntiant: 'Quicumque recusaverit missam coniugati presbiteri, anathema sit', scilicet ut eos anathematizatos esse demonstrent, qui apostolicis institutis obedientes incontinentium[c] presbiterorum missas recipere detrectant[d]. Sed frustra. Nam predictum capitulum illos tantum anathematizat, qui respuunt *presbiteri oblationem, non *f. 160v. qui modo habet, sed qui quondam habuit uxorem. Eo enim tempore, ut prologus Gangrensis[a] concilii testatur, erant heretici sectatores cuiusdam Eustasii, qui legitimas nuptias quasi mortale crimen condemnabant, asserentes nullum in coniugali gradu positum spem habere apud Deum. Unde et oblationes presbiterorum etiam ante ordinationem legitime coniugatorum respuisse traduntur, quippe legitimum coniugium pro mortali crimine deputantes, quale etiam si quis hoc tempore perpetrasse detegitur, altari ministrare iuxta canones non permittitur. Merito igitur[e] anathematizati sunt idem heretici dogmatizantes[f] contra illud apostoli: *Si acceperis uxorem, non peccasti,* et illud: 1. Cor. 7,28. *Oportet episcopum unius uxoris esse virum.* Sepe positum autem nostri apostolici institu- 1. Tim. 3, 2. tum[g] nulli prohibet audire missam illius presbiteri, qui iuxta apostolicam permissionem ante sacrum ordinem unam tantum uxorem habuit, quando et sine crimine uxorem ducere potuit, sed illius presbiteri, qui contra apostolum in crimine fornicationis detegitur iacere, quem ipse[h] apostolus et reliqui sancti patres successorque eorum noster apostolicus a sacratissimo officio segregavere. Igitur quicumque huiusmodi presbiterorum missas respuit, nullatenus tamen superiori Eustasianorum anathemati subiacebit, cum optime[i] apostolo[k] consentiat, qui et sacerdotibus continentiam indicit, et fidelibus prevaricatoribus sermonum eius admisceri non permittit. Notandum autem, quod noster Gregorius iuxta sanctorum patrum statuta prius incontinentes presbiteros[l] officio privavit, postmodum populo, ne eorum officia reciperet, interdixit. Unde non tam[m] incontinentium quam pro incontinentia damnatorum missas audire prohibuit, ne[n] populus se iuxta Antiocenum concilium sub excommunicatione poneret, si eorum officia recipere presumeret. Ipse[o] autem Spiritus sanctus per Samuelem[p] prophetam docet populum, ut canonicis institutionibus nostri apostolici potius obediat, quam[q] huiusmodi presumptorum sacrificia in periculum suum recipiat. Dicit enim[r]: *Melior est obedientia quam* 1. Reg. 15, 22. 23. *victimae et auscultare magis quam offerre adipem arietum, quoniam quasi peccatum ariolandi est repugnare et quasi scelus*[s] *idolatriae nolle acquiescere.* Igitur populus apostolicis institutis obediens inobediencium[t] sacerdotum officia[u] vel sacra merito recusat, ne[v] et ipse crimen idolatriae per inobedientiam incurrat. Idem Dominus alibi protestatur: *Misericordiam volo et non sacrificium,* scilicet ut quivis[w] placens Deo per Matth. 9, 13. obedientiam potius animae suae misereatur, cui potissimum est miserendum, quam cum inobedientia[x] vel per se vel per alium Domino offerat sacrificium. Libet autem considerare, quam clementer noster apostolicus etiam ipsos contemptores canonum in superioribus statutis tractarit, quos tantum a tali officio removit, quod tamen nullatenus nisi in pernitiem suam celebrare possent, si canonicis sanctionibus repugnantes ipsum

a) Grang. 2. b) perditionem 3. c) *ex* incontinentiam *corr.* 2; incontinentiam *G.* d) detrectent 3. 4. *G.* e) ergo 4. f) docm. 2. g) statutum 4. h) ipsi apostoli *G.* i) obt. 2. k) *in marg.* 4. l) protos 2. m) tamen 2. n) et *add.* 2; ne pop. iuxta . . . poneretur *G.* o) *in marg.* 4: nota. p) Samuhelem 3. q) quod 4. r) scriptura *add. G.* s) zelus 4. t) inobencium 2. u) sacrificia merito 4. *R. G.* v) et ne 2. w) quibus 2. x) inobedientiam 4.

1) *Totum a Maneg. in c.* 73, *p.* 425. 426 *exscriptum.* 2) *(Dion.) Mansi t. II, col.* 1106.

Spiritum sanctum blasphemare non desisterent. Ipsorum sane diuturnam obstinationem iamdudum acrius plectendam nondum debita severitate punivit, sed illos, ut saltem adhuc redirent ad cor, paterno affectu expectavit, ut vel in hoc suam damnationem cognoscere vellent, cum populum a recipiendis eorum officiis iustissime prohibitum negare non possent.

XX. Fortassis autem aliquis dicit, cur noster Gregorius tam contraria nostrae consuetudini statuta observari praeceperit, cur non potius nostram consuetudinem quasi misericordi dissimulatione tolerarit. Sed ille audiat, quid beatus Leo[1] papa, qui sacratissimo Calcedonensi concilio prefuit, decernat, qui Anatholii presulis Constantinopolitani presumptionem cohibens ita pronuntiat, quod in reatum Romani pontificis deputetur, si institutio canonum eo[a] non prohibente et in hoc quasi conibente[b] alicubi violetur. Item sanctissimus[c] nostri apostolici omonimus[2] scribens Victori episcopo hanc terribilem et generalem sententiam protulit: *Quisquis ad hoc facinus* videlicet symoniacae aut neophitorum hereseos *emendandum officii sui consideratione vehementer non arserit*[d], *cum ipso se habere*[e] *non dubitet*[f] *portionem, a quo prius hoc piaculare flagitium*[g] *sumpsit exordium.* Igitur et ille nihilominus Ebionis[h] heresiarchae particeps esse[a] detegitur, quicumque pro debito officii illius heresim vel[i] iudaicam incontinentiam modernis sacerdotibus prohibere non studuerit. Ipsa quoque sacratissima concilia, ex quibus statuta nostri apostolici profluxerant, adeo amplexati[k] sunt sancti patres, ut sicut ipsorum scripta testantur, potius se ipsos diversis tormentis[l] affligi, immo se potius crudeliter occidi permitterent, quam violatoribus earundem sanctionum consentire vellent. Ob hanc nempe[a] causam magnus Athanasius patriarcha Alexandrinus post diversas calamitates in exilium deportatur; ob hoc etiam Felix papa Romanus ab episcopatu depositus[m] martyrio legitur coronatus[3] et multi eius presbiteri, diacones et reliqui ex clero etiam intra aecclesiam ob eandem causam, heu! crudelissime occisi legun-
*f. 161′. tur, *videlicet quia sectatoribus Arrii in violatione Niceni concilii assentire nolebant. Haec autem et huiusmodi innumerabilia ex aecclesiasticis historiis[n] affatim colligere poteris. Dicat ergo quivis[o], quomodo noster apostolicus sine suo periculo vel potius exitio negligere possit[p], quin tam inevitabilium sanctionum, non dico violatoribus, sed inpugnatoribus ex debito officii sui obviaret, quibus ipsos sanctos patres etiam usque ad sanguinem restitisse non ignoraret. Quamvis enim modo quidam non tam aperte cum Arrio et reliquis heresiarchis fidem sanctorum patrum impugnent, tamen eorum moralibus statutis cum ipsa quidem fide per eosdem sanctos patres eodem tempore eadem subscriptione roboratis obstinate resistunt, quae et cum eadem fide ex sacratissimo fonte scripturarum emanaverunt. Sed in hac eorum nefandissima rebellione etiam ipsam fidem sanctorum patrum probantur annullare, cum in autenticis sanctionibus auctoritatem illorum pro nihilo ducant[q], qui et fidem sua auctoritate firmaverant[r]. Nullatenus sane alicui fides sanctorum patrum proderit, qui eorum canonicis atque moralibus preceptis non obedire, sed pertinaciter resistere studuerit. Nam, ut Iacobus
Iac. 2, 20. frater Domini testatur: *Fides sine operibus mortua est,* qualem et demones habere fatetur. Non ergo minus est[a] resistendum pertinacibus autenticarum[s] institutionum

a) *deest* 2. b) connivente *G.* c) sanctiiss. 2. d) asser. 4. e) non d. h. *G.* f) dubitat 2. g) vel crimen *add.* 2. *G.* h) Heb. 3. 4. i) id est 4. k) amplexi *G.* l) *ex* sacramentis *corr.* 2. m) expulsus 4. *R. G.* n) hyst. 3. o) *ex* quis *corr.* 3; quis 4. *G.* p) posset 4. *G.* q) ducunt 2; *in 3 abhinc quartus librarius scripsit.* r) confirm. *G.* s) auctent. 2.

1) *Epist.* 104, *ed. Baller. I, col.* 1149; *Jaffé nr.* 481. 2) *Lib. XII, ep.* 29, *Opp. II, col.* 1200; *Jaffé nr.* 1859. 3) *V. Lib. pontif., ed. Duchesne I, p.* 211, *n.* 5, *qua fabula de martyrio Felicis II. refellitur.*

inpugnatoribus quam sacrae fidei violatoribus, cum et demonibus assimilentur, quicumque institutionum sanctorum patrum in fide tantum, non etiam in conversatione pro viribus suis sectantur, qui et culpam, quam humanum fuit committere, diabolico[a] instinctu non timent pertinaciter defendere. Amplius. Ipsum vas electionis in sua persona omnibus aecclesiasticis pastoribus dicit: *Si euangelizavero, non est mihi gloria,* 1. Cor. 9,16. *necessitas enim mihi incumbit. Ve enim est mihi, si non euangelizavero.* Quomodo igitur noster apostolicus istud 've' subterfugere posset[b], si gregem[c] sibi commissum iuxta ipsius apostolici precepta instituere negligeret. Sanctus etiam Spiritus per Ezechielem[d] prophetam cuilibet pastori terribilem proponit condicionem. *Si,* inquit, *non* cf. Ezech. 33, 8. 9. *dixeris peccatori: morte morieris, et ostenderis, ut recedat ab iniquitatibus suis, ipse quidem in peccatis suis morietur. Sanguinem autem eius de manu tua exquiram*[e]. *Si autem dixeris, et ille contempserit et non obedierit, ille in sceleribus suis morietur, tu autem animam tuam liberabis.* Hac quidem translatione[f] sanctus Augustinus in sermone de psalmo[g] XLVIIII[1], utitur statimque suis auditoribus subiungit: *Dico vobis libero animam meam. In magno enim sum non periculo, sed exitio constitutus, si tacuero.* *Satis ergo patet, quam inmerito quidam nostro apostolico pro superioribus *f. 162. statutis indignentur, qui tam inevitabili necessitate coactus eadem instituisse detegitur, videlicet ne propriae mortis crimen incurreret, si nos ex debito officii sui instituere negligeret.

XXI. Preterea si ob hoc nostro apostolico indignari satagunt, cur non potius illis CCCXVIII[h] sanctis patribus in Nicea congregatis et DCXXX patribus in Calcedona coadunatis[i] indignantur, qui, ut predictum est[2], contra symoniacos et incontinentes altaris ministros multo acriores sententias protulerunt, quam noster apostolicus? Indignentur sane sanctissimo papae Clementi, qui martirio[k] sua[l] decreta confirmavit, quem ipse princeps apostolorum[b] sibi successorem destinavit. Legitur enim in decretis[3] eius kapitulo XLVI, quod incontinentes penitus ab altaris[m] officio removerit, quod etiam cohabitationem extranearum feminarum clericis prohibuerit, quod violatores huius institutionis prorsus anathematizaverit. Indignentur etiam beatissimo[n] papae Silvestro, qui in apostolica sede constitutus incontinentiam totius mundi presbyteris, ut predictum est[b. 4], prohibuit et omnes huic decreto repugnatores[o] in perpetuum damnandos esse decrevit; indignentur etiam beatae memoriae Damaso[5] papae, cuius auctoritate secunda universalis synodus Constantinopolitana legitur roborata. Item sanctissimo papae Leoni[6] Calcedonensium canonum auctori[p], quorum uterque eadem voce[b] et apostolica auctoritate in decretis suis, ille quidem kapitulo[q] IIII°, hic autem V°. ita generaliter decrevere: *Omnia decretalia cunctorum predecessorum nostrorum constituta, quae de aecclesiasticis*[r] *ordinibus et canonum promulgata sunt disciplinis, ita omnibus*[s] *episcopis ac cunctis generaliter sacerdotibus custodiri*[t] *debere mandamus, ut si quis in illa*[u] *commiserit, veniam sibi deinceps noverit denegari.* Indignentur etiam sanctissimo nostri apostolici equivoco[v], qui sub generali anathemate damnavit omnes a sacratissimis IIII conciliis dissentientes. Sed cum nullus sanae mentis huiusmodi sanctorum patrum sententiis indignetur, patet evidentissime, quam[w] irracionabiliter quidam nostri apostolici

a) diabolica 2. b) *deest* 2. c) regem 4. d) Ezehielem 2; Ezechihelem 3. e) requiram *G.* f) tralat. 2. g) spalmo 2. h) CCCXVIIII 2. i) congregatis vel coadunatis 2. k) et mart. 4. *G.* l) suo 2. m) off. alt. 3. 4. n) beastiss. 2. o) repugnaturos 3. 4; repugnantes *G.* p) ductori *G.* q) kapite 3. r) ęcl. 3. s) ab omn. *G.* t) custori 2. u) *ex* illa *ead. m. corr.* illis 3. v) equivo 2. w) quia iam 2.

1) *Sermo* 17, § 2, *ed. Bened. t. V, col.* 95. 2) *Cap. VI. et cap. XI.* 3) *Ep. spur. II, c.* 46, *Hinschius p.* 48. 4) *Cap. XI.* 5) *Ep. spur. de chorepisc. i. f., Hinschius p.* 515. 6) *Ep.* 4, *c.* 5, *ed. Baller. I, col.* 616; *Jaffé nr.* 402, *paulo aliter.*

institutis[a] indignentur, in quorum promulgatione nullatenus a sanctis patribus discrepavit[b], excepto in hoc tantum, quod non tam severe, ut illi, contemptoribus canonum obviavit. Illos enim clericos officio[c] tantum privavit, quibus sancti patres non modo
*f. 162' officium, sed[d] veniam et aecclesiasticam communionem denegavere[e]. Nil denique *novi noster apostolicus nobis observandum iniunxit, quod etiamsi fecisset, non tamen sine periculo eius contemni[f] preceptum posset. Nam apostolica sedes ex divina confessione[g] hunc semper obtinuit et obtinebit primatum, ut totius mundi aecclesias non solum antiquis institutis, sed etiam novis disponat, prout[h] diversorum necessitas temporum expostulat[i]: *Cogunt enim,* ait Augustinus[1] ad Bonifacium, *multas invenire medicinas multorum experimenta morborum.* Hoc utique diversa Romanorum pontificum decreta testantur, in quibus ipsi diversis temporum necessitatibus consuluisse leguntur.

XXII. Incassum autem publici contemptores apostolicae institutionis indutias suae damnationis a nostro apostolico querunt, quos, ut predictum est, sancti patres absque omnibus induciis damnaverunt; in dubiis enim[k] rebus, licet veris nondum tamen publicatis, necessario conceduntur indutiae, ut iuxta sanctiones apostolicorum virorum Felicis et Iulii et reliquorum ipse accusatus possit se contra accusatores[l] pleniter preparare ad abluenda crimina. Unde et beatus Eleutherius[m] a beato Petro duodecimus in decretis[2] suis kapitulo I. testatur: *Indutiae non modicae ad inquirendum dandae sunt, ne aliquid praepropere agi a quacumque parte videatur, quia per subreptionem*[n] *multa proveniunt.* Iure ergo illi absque indutiis damnantur, qui culpam suam iam dudum a sanctis patribus diffinite damnatam non negare, sed publice[o] contra apostolica statuta conantur defensare. Nempe beatus Gregorius, ab omni catholico pastore merito imitandus, contemptores sedis apostolicae etiam ante peractam culpam solebat[p] excommunicare. Sic enim Maximum per ambitionem Salonitano[q] episcopatui intronizatum[r] et omnes eius ordinatores excommunicavit, quos eadem excommunicatio nondum peracta culpa, pro qua excommunicati sunt, obligavit. Nam prius quam idem Maximus ordinaretur, sub excommunicatione prohibuit sanctus Gregorius, ne[s] hoc presumeretur[t]. Quod preceptum contemnentes episcopi, cum ordinarent eundem[u] Maximum[v], ante peractam ordinationem erant excommunicati iuxta attestationem sancti Gregorii. Scribit enim in epistola[3] ad eundem Maximum[w] presumptorem ita detestans eius consecrationem. *Quam rem,* inquit, *non consecrationem dicere nullomodo possumus, quia ab*[x] *excommunicatis celebrata est.* Non enim post ordinationem excommunicandos, sed in ipsa ordinatione dixit excommunicandos. Sic idem apostolicus[4] per subdiaconem suum Natalem Salonitanum[y] episcopum absque indutiis, si precepto eius non obedisset, pallio et communione censuit privandum[z] esse. Sic, inquam, ipse et reliqui eiusdem sedis episcopi quoslibet et[a] absque indutiis damnaverunt, qui aliquam rem sub excommunicatione vel officii suspensione prohibitam temerarie usurpaverunt. Has igitur et huiusmodi rationes[b] moderni presumptores caute considerent, ne deinceps iniuste se absque indutiis damnatos[c] esse existiment.

a) statutis 3. 4. b) discrepuit 2. c) ab off. 2; tant. off. 4. d) et *add. G.* e) denegaverunt 3. 4. f) p. c. 3. 4. g) conessione 3. h) ut pro 2. i) exposcit 4. k) autem 4. l) acus. 2. m) Eul. 2. n) *abhinc in* 3 *tertius librarius prosequitur.* o) publicie 4. p) exc. sol. 4. q) et *add.* 2. r) inthron. 3; h *ead. m. superscr.* s) nec 2. t) presumerent *G.*, *sed* presumeretur *R. G.* u) eudem 2. v) *abhinc iterum quartus librarius.* w) *deest G., sed exstat in R. G.* x) ab exc. est hominibus col. *G.* y) Solotanum 2; Solonit. 4. z) e. p. 4. a) *deest* 3. 4. b) traditiones 4. c) *ex* damnandos *corr.* 3.

1) *Ep.* 185, § 45, *ed. Bened. t. II, col.* 661. 2) *Ep. spur. c.* 3, *Hinschius p.* 126. 3) *Lib. IV, ep.* 20, *ed. Ewald I, p.* 255; *Jaffé nr.* 1292. 4) *Lib. II, ep.* 22, *ed. Ewald I, p.* 119; *Jaffé nr.* 1175.

XXIII. Forsitan autem aliquis adeo delirat[a], ut subditos cuiuslibet episcopi per ipsum tantum, non per Romanum pontificem damnari posse dicat. Sed illi ipsa veritas in euangelio contradicit, quae beato Petro principaliter inter reliquos apostolos hoc privilegium concessit: *Quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum et in caelis.* Qui Matth.16,19. enim generaliter omnes[b] apostolicae potestati subiecit, nullomodo alicuius episcopi subditum excepit. Unde idem apostolus et a senioribus sui temporis, id est presbyteris sive episcopis, et ab eorum subditis obedientiam[c] generaliter exegit, cum tam subditis quam prelatis, tam feminis quam viris specialia vivendi precepta in epistolis suis tradiderit. Quod incassum ipse faceret, si non generaliter omnes eius institutioni obedire deberent. Beatus quoque Anacletus, ab ipso principe apostolorum presbyter ordinatus, in decretis[1] suis kapitulo III° testatur: *Sacrosancta Romana et apostolica aecclesia non ab apostolis, sed ab ipso Domino nostro primatum obtinuit, sicut ipse beato*[d] *Petro apostolo dixit: Tu es Petrus* et rel. Ergo haec apostolica sedes cardo et caput[e] omnium aecclesiarum a Domino non ab alio est constituta. Et sicut cardine ostium regitur, sic huius sanctae sedis auctoritate omnes aecclesiae Domino disponente reguntur. Item beatus Gelasius[2] doctor apostolicus kap. II: *Cuncta per mundum novit aecclesia, quod sacrosancta Romana aecclesia de omni aecclesia fas habeat iudicare, nec*[f] *cuiquam de*[g] *eius liceat iudicare iudicio, si quidem ad illam de qualibet mundi parte appellandum est, ab illa autem nemo*[h] *appellare permissus est.* Sed[3] nec illa preterimus, quod apostolica sedes sine ulla synodo precedente exsolvendi[i], quos[k] synodus iniqua damnaverat, et damnandi nulla existente synodo, quos oportuit, habuerit facultatem. Et hoc nimirum pro suo principatu, quem beatus Petrus apostolus Domini voce et tenuit et semper retinebit. His autem sanctissimi patres Kalistus, Fabianus, Sixtus, Silvester, Iulius et reliqui innumerabiles astipulantur, qui adeo amplexati sunt veritatem[l], ut potius mori quam mentiri deliberarent. Huius igitur privilegii auctoritate beatus Simplicius[4] papa XLVIIII. Gregorium Mutinensem[m] episcopum Ravennatis archiepiscopi suffraganeum a ditione eiusdem archiepiscopi penitus absolvit[5] et hoc ideo, quia idem archiepiscopus eum invitum Mutinensi cathedrae[n] intronizavit. Item sanctus Gregorius[6] Honoratum Salonitanae ecclesiae archidiaconum, qui iam ex archidiaconatu ad presbyterium *devenit, invito eius episcopo ad pristinum gradum reduxit, deposito *f. 168'. quidem eo, quem idem Salonitanus episcopus in locum eius ordinavit. Quapropter apertissime desipiunt seque reos apostolicae auctoritatis efficiunt, quicumque eius potestati temere preiudicant, cum cuiuslibet episcopi subditos non per Romanum pontificem, sed tantummodo per[o] proprium antistitem ligari vel solvi posse confingant. Preterea beatus Leo[7] papa, qui[p] quartam universalem synodum Calcedone congregavit, item Vigilius[8] papa, sub quo quinta[q] universalis synodus Constantinopolim convenit, item beatus pater Gregorius, hi, inquam, singuli eadem auctoritate precipui pene eadem voce in decretis suis verissime testantur hoc modo: *Sancta Romana aecclesia vices suas ita aliis im-*

a) delyrat 2; deslirat 3. b) vel omnia *alia m. superscr.* 3. c) obedientia 2. d) P. b. 3. e) capud 4. f) neque 4. g) lic. de eius 4. h) nemo e. a. perm. 3. 4. *R. G.*; nemini app. permissum est *G.* i) exolvendi 2; s *superscr.* 3; exsollvendi 4. k) quos s. — ex. synodo *des. G., sed exstant R. G.* l) unitatem *G., sed* veritatem *R. G.* m) Mutt. 2. n) kath. 4. o) *deest* 2. p) qui quartam — congregavit *in* 3 *a tertio librario inserta sunt.* q) quanta 2.

1) *Ep. spur. III, c.* 30, *Hinschius p.* 83. 2) *Ep.* 26, § 5, *ed. Thiel I, p.* 399; *Jaffé nr.* 664. 3) *Eadem verba leguntur in libello I, p.* 2. 4) *Ep.* 14, *ed. Thiel I, p.* 201; *Jaffé nr.* 583. 5) *Hoc in epistola non dicitur.* 6) *Lib. II, ep.* 20, *ed. Ewald I, p.* 217; *Jaffé nr.* 1173. 7) *Ep.* 14, *c.* 1, *ed. Baller. I, col.* 686; *Jaffé nr.* 411. 8) *Neque Vigilius neque Gregorius in literis, quibus vicarios Arelatenses constituerunt, de plenitudine potestatis quicquam commemorarunt.*

pertivit aecclesiis, ut in partem vocatae sint sollicitudinis, non in plenitudinem potestatis. Unde liquido demonstratur, quod quilibet episcopus nec super gregem sibi commissum tantam potestatem[a] habeat, quantum presul apostolicus, qui licet curam suam in singulos episcopos diviserit, nullomodo tamen se ipsum sua[b] universali et principali potestate privavit, sicut nec rex suam regalem potentiam diminuit, licet regnum suum in diversos duces, comites sive iudices diviserit. Cum ergo[c] domnus apostolicus in omni aecclesia tam principalem potestatem[a] habeat, ut etiam invito episcopo cuiuslibet aecclesiae quaeque in ea iuxta canonicas sanctiones possit disponere, quis denegare poterit, quin ubique gentium tam subditos episcoporum, quam ipsos episcopos apostolicae institutionis contemptores damnare possit?

XXIIII. His autem rationibus et hoc declaratur, quod cuiusvis episcopi parrochianus[d] potius domno apostolico quam proprio episcopo obedire debet[e], cum auctoritas proprii episcopi[f] nullatenus eum ab apostolica damnatione valeat liberare, si apostolicis preceptis inobediens extiterit. Et econtra domnus apostolicus, si ei obedierit, eundem ab omni violentia proprii episcopi facillime poterit defendere, videlicet vel ipsum parrochianum[e] eius dicioni penitus emancipando vel episcopum ab iniuria per correptionem vel damnationem apostolica auctoritate refrenando. Attendat sane cuiusvis episcopi subditus, ne vel proprio episcopo contra apostolica precepta obediat in aliquo[g], cum sanctus Gregorius archidiaconum Salonitanum in locum Honorati iam depositi subrogatum deposuerit, eo quod idem proprio episcopo se in locum illius ordinari post apostolicam prohibicionem[h] obedierit. Hinc etiam patet, quam apertissime illi desipiant, qui dicunt, quod subditi cuiuslibet episcopi apostolicae sedi nullatenus obedire debeant, si proprio antistiti[i] *f. 164. obediant, cum a sancto *Gregorio et[k] ille merito degradaretur, qui et per obedientiam episcopi sui apostolicae sedi adversus fuisse detegitur. Nempe nullus debitam obedientiam proprio episcopo exhibere poterit, nisi qui et[f] apostolicae sedi principaliter obedire studuerit. Omnis enim, qui vult esse episcopus, hoc maxime[l] subditis suis inculcat, ut sanctorum patrum institutis absque omni contradictione obediant, quae, ut predictum est, apostolicae sedi principaliter ab omnibus obediendum esse denuntiant. Quicumque igitur suo legitimo pastori debitam obedientiam exhibuerit[m], etiam principaliter domno apostolico obedire studebit. Nam iuxta ipsius veritatis edictum *discipulus*[n] *non est honorandus super magistrum.* Si autem domnus apostolicus proprio et legitimo pastori iure preponitur, quanto magis illi, qui nec nititur esse, quod dicitur.

cf. Matth. 10, 24.

Has igitur et huiusmodi rationes quicumque saltem ex[o] rudibus fideliter inspicere dignabitur, nullatenus predicta nostri apostolici statuta proscribere conabitur, presertim cum videat evidentissime eadem ex sanctorum patrum sententiis immo ex divinis scripturis emanasse. Poteram[p] vero quam plures alias rationes superioribus annectere et innumerabilia sanctorum patrum exempla prefatis statutis assignare, sed ea[q] hoc[r] consideratione pretermisi, ne gravis essem idiotis, quibus hic[s] specialiter[t] satisfacere proposui, quibus pauca ex multis tam indubitatae[u] veritatis sufficere possunt, si indagandae potius veritati quam infructuosae contentioni operam dare volunt[l]. Finis[v].

a) h. p. 3. 4. b) sua p. u. et pr. 4. c) igitur 4. *G.* d) parroech. 3. e) *add. signum interrogationis* 3. f) *deest* 2. g) aliqua 2. h) proditionem 4. i) episcopo 4. k) etiam 4. l) subditis suis (sive 4) max. inc. 3. 4. m) exib. 2. n) non e. disc. s. mag. *Vulg. G.* o) e *G.* p) preterea 2. q) haec ea cons. 3; hoc ea cons. 4. r) hic *G.* s) h 2. t) *in marg.* 3. u) in dubietate 2. v) *deest* 3. 4.

1) *Sequuntur in codd.* 4. 5, *sed in cod.* 4. *alia manu scripta, excerpta ex capp.* 74—76. *libri Manegoldi ad Gebehardum, v. p.* 4, *nr.* 4. *V.*

LIBELLUS IV.
DE SACRAMENTIS EXCOMMUNICATORUM.

Num excommunicati sacramenta conficere possint, Bernaldus iam libello II. quaesivit, in libellis V, VI. et XIV. atque in chronico[1] *a.* 1091. *de eadem re loquitur. Profecto causa erat anceps et gravis, ita ut scriptores, ut Petrus Damiani atque Humbertus cardinales, qui de ea quaestione, quis excommunicandus esset, toto animo consenserunt, utrum excommunicatus sacramentorum capax esset, vehementer inter se dissentirent. Bernaldus quoque in hac causa cum Bernhardo, qui eius praeceptor fuerat, discrepabat; quamvis autem diversis modis 'canonum repugnantiam concordare' temptavisset, tamen in hoc quoque libello, quo multis locis argumenta a Petro Damiani in Libro Gratissimo pro sacramentis extra ecclesiam usurpatis prolata sequitur, iudicium suum Bernhardo satis modeste examinandum proposuit.*

Occasionem iterum ea de re ad Bernhardum scribendi Bernaldo id dedisse videtur, quod post a. 1076, *quis verus auctor epistolae Paschali papae ascriptae fuerit, comperit, cuius testimonium Bernhardus tunc provocaverat*[2].

Ussermann ad sequentem libellum V.[3] *monuit epistolam ad Bernhardum postea scriptam esse solo ex eo argumento, quod in illo doctrinam defenderit, cui in hac meliorem substituerit. Sed Bernaldus opprobria adversariorum refutaturus verbis sequentis libelli*[4]*:* Quid autem miramini *etc. non tam id egit, ut suam ipsius sententiam aperiret, quam ut ostenderet opinionem amicorum, quantumvis a sua discrepantem, auctoritatibus non esse destitutam.*

Scriptus igitur libellus est intra a. 1084. *die* 22. *Decembris et a.* 1088, *quo Bernhardus mortem obiit.*

Ad edendum eum usus sum codice 4, *ex quo* 5. *pendet, et recensione Gretseriana.*

*Religiosissimo sacerdoti et prudentissimo preceptori Bernhardo[a], iam ipsius regis *f. 122.
cubiculum ingresso, Bernaldus, solo nomine presbyter non moribus, devotissime oracionis atque servicii certitudinem.

De sacramentis excommunicatorum, unde iam dudum ante multos annos multa (1)
ad invicem scripsimus, nec tamen eo tempore aliquam certitudinem invenire potuimus, tandem quid Dei aspirante[b] clemencia parvitas nostra invenerit, vobis libet intimare vestroque examini presentare. Non enim iam modo ut quondam vestri examinis censuram subire timemus, set optamus, qui olim manum nostram ferulae vestrae in scolis multociens subduximus.

Sententiae sanctorum patrum de sacramentis, quae extra ecclesiam catholico more (2)
fiunt, diversae reperiuntur, quarum quaedam eadem penitus annullare videntur, quaedam autem etsi recipi ea prohibeant, non tamen prorsus eorum confectionem denegant. Nam beatus Leo[5] papa primus scribens Leoni augusto de Alexandrino Tymotheo excommunicato: *Manifestum est,* inquit, *per crudelissimam et*[c] *insanissimam vesaniam in Alexandrina sede omne*[d] *celestium lumen*[e] *sacramentorum extinctum; intercepta est sacrificii oblacio, defecit crismatis sanctificatio et parricidalibus manibus inpiorum*[f] *omnia se subtraxere misteria.* Item beatus Innocencius papa[6] scribens omnibus episcopis de ordinacionibus

a) Bernardo *G.* b) *deest G.* c) insanissimamque *Leo, G.* d) illic *add. Leo, G.* e) s. l. *Leo, G.* f) *deest cod. Ratisbon.*

1) *SS. V, p.* 451. 2) *Manegoldus eo tempore, quo librum ad Gebehardum scripsit, has literas nondum novit, cum epistolam Widonis musici tamquam Paschalis papae allegaret (c.* 21, *Libelli I, p.* 348*).* 3) *T. II, p.* 356. 4) *P.* 99. 5) *V. supra p.* 28. 6) *Ep. ad episcop. Maced. c.* 3, *Mansi t. III, col.* 1060*; Jaffé nr.* 303, *cf. supra p.* 41.

extra ecclesiam asserit dicens: *Qui honorem amisit, honorem dare non potest, nec ille aliquid accepit*[a], *quia*[b] *nichil in dante remansit, quod ille posset accipere. Adquiescimus et verum est certe*[c], *quia quod non habuit, dare non potuit. Dampnacionem ergo, quam habuit, per pravam manus inpositionem dedit.* Item beatus Pelagius[1] papa Iohanni patricio scribens: *In scismate,* inquit, *non consecratur, sed exsecratur episcopus.* Item sanctus Gregorius[2] papa primus de ordinacione Maximi Salonitani episcopi presumptoris scribens: *Quam rem,* inquit, *nos nullo modo possumus dicere consecracionem, quia*[b] *ab excommunicatis celebrata est.* Hae nimirum sententiae videntur sacramenta excommunicatorum proscribere, cum per manus eorum non consecracionem, sed dampnacionem et exsecracionem administrari pronuncient.

(3) Sunt autem aliae, quae et extra ecclesiam sacramenta posse confici affirmant, sicut illud beati Anastasii[3] papae ad Anastasium imperatorem de sacramentis Acacii. *Ideo Acacius, cuius nomen dicimus reticendum, male bona ministrando sibi tantum nocuit. Nam inviolabile sacramentum, quod per illum datum est, in*[d] *aliis perfectionem suae virtutis obtinuit. Quodsi est aliquorum in tantum se extendens*[e] *suspicio*[f], *ut imaginetur*[g] *prolato a Felice*[h] *papa iudicio postea inefficaciter in sacramentis, quae Acacius usurpavit, egisse ac perinde*[i] *eos metuere, qui vel in consecracionibus vel in baptismate misteria tradita susceperunt, ne irrita divina beneficia videantur, meminerint in*[k] *hanc partem quoque similiter tractatum prevalere superiorem, quia non sine usurpacione sacerdocii adiudicatus hoc egit; in quo virtutem suam obtinentibus misteriis in hoc quoque aliis rea sibi persona non nocuit. Nam ad illum pertinuit*[l], *quod*
Ps. 67, 22. *tuba Davitica canitur: 'Verumtamen Deus conquassabit capita inimicorum suorum, verticem capilli perambulantium in delictis*[m] *suis'. Nam superbia semper sibi, non aliis, facit ruinam, quod universa caelestium*[n] *scripturarum testatur auctoritas, sicut etiam per Spiritum sanctum dicitur in*[o] *propheta: 'Non habitabit in medio domus*
ib. 100, 7. *meae qui facit superbiam'. Unde cum sibi sacerdotis nomen vendicaverit condempnatus, in ipsius verticem superbiae tumor inflictus est*[p], *non populus, qui in misteriis*[q] *donum ipsius siciebat, exclusus est*[r]. Item beatus Augustinus[4] Vincencio Donatistae scribens: *Ecclesiae,* inquit, *sunt omnia sacramenta dominica, quae sic habetis et datis, quomodo habebantur et dabantur, etiam antequam inde exiretis. Non tamen ideo non habetis, quia non estis ibi unde sunt, quae habetis.* Et post pauca: *Nobiscum estis in simbolo, in baptismo, in ceteris sacramentis; in spiritu autem unitatis et in*[s] *vinculo pacis, in ipsa denique catholica ecclesia nobiscum non estis.*

(4) Sed hae sententiae, etsi diversae, a veritate tamen nusquam[t] deviare probantur, si conpetenter intelligantur: videlicet si superiores sententiae ad effectum sacramenti[u] referantur, qui nusquam extra[v] ecclesiam esse posse veraciter asseritur, et inferiores ad veritatem sacramentorum referantur, quae eadem integritate et bonis et malis adesse creduntur, ac si uno ore ipsi sancti patres nobis communiter dicerent. Extra ecclesiam nec sunt, nec fiunt sacramenta effective, id est cum salute animae, ubi[w] tamen eadem inutiliter, immo perniciose et esse et fieri non denegamus. Si enim ea extra ecclesiam esse vel fieri penitus denegarent, nullatenus eadem in reconciliatis rata probarent[x].

a) accipere *G.* b) quod *G.* c) *deest G.* d) *deest Anast.* e) extendit *G.* f) curiosa susp. *Anast. G.* g) imaginentur *G.* h) p. F. *Anast. G.* i) proinde *G.* k) in hac quoque parte *Anast.* l) pertinet *G.* m) deliciis *G.* n) *deest G.*; scr. cael. *Anast.* o) a *Anast.* p) quia *add. Anast. G.* q) ministeriis *G.* r) sed anima — obnoxia erat *add. G. ex Anast.* s) *om. G.* t) dev. nusqu. *G.* u) baptismi *G.* v) esse p. extra eccl. *G.* w) attamen *G.* x) haberent *G.*

1) *Mansi t. IX, col.* 730; *Jaffé nr.* 983. 2) *V. supra p.* 28. 3) *Jaffé nr.* 744, *supra p.* 57. 4) *Ep.* 93, § 46, *ed. Bened. t. II, col.* 249.

Nam predictus papa[1] Leo clericos hereticorum cum ordine recipi concessit, qui tamen omnia sacramenta manibus dampnatorum subtracta superius asseruit. Item beatus Innocentius, qui ordinacionem hereticorum nonnisi dampnacionem esse predixit, ordinaciones Novacianorum cum Nicenis patribus ratas[a] esse iudicavit[2]. Item beatus Gregorius[3] papa primus ordinacionem Maximi Salonitani, quam nec consecracionem dicendam esse asseruit, eo reconciliato ratam esse probavit[3], cum eum non reordinandum esse iudicavit, sed acceptum ordinem administrare permitteret. Item[4] Nicenum concilium clericos Novacianorum cum ordine recepit; itidem et Affricanum concilium de clericis Donatistarum fecit, videlicet ut reconciliati ordinem utiliter administrarent, quem extra ecclesiam sine effectu, id[b] est sine salute animae, immo perniciose percepissent. Hinc beatus Augustinus[5] scribens ad Bonifacium de clericis Donatistarum conversis: *Sint,* inquit, *in ecclesia clerici, sint episcopi utiliter, qui contra illam fuerunt hostiliter.* Omnes sane huiusmodi[c] sentencias, quae consecracionem foris factam in tantum dampnant, ut eam nonnisi dampnacionem sive execracionem et maledictionem dicant, non ad ipsa sacramenta, sed ad effectum eorum congrue referimus, ne eadem sacramenta exsufflare videamur, quae sancti patres inconversis[d] integra esse docuerunt, cum conversos non reordinarent, sed foris acceptum ordinem amministrare permitterent. Illud quoque, quod beatus Pelagius[6] papa scribens illustribus viris Viatori et Pancracio (5) dicit: *Corpus Domini non esse, quod scismaticus conficit,* ita congrue intellegitur, ut ipsi non sit corpus Domini effective, sicut e contrario in missa oratur a sacerdote, ut nobis fiat corpus Domini, videlicet ad salutem animae. Hinc et sanctus Gregorius in IIII. Dialogorum libro[7]: *Tunc,* inquit, *vera*[e] *pro nobis Deo hostia erit, cum nosmet ipsos hostiam fecerimus.* Est quidem etiam peccatoribus et indigne sumentibus vera Christi caro verusque sanguis, sed essentia, non salubri efficiencia. De effectu, inquam, sacramenti, non de ipso sacramento illud dictum competenter interpretamur, ne beato Augustino[8] contradicere videamur, qui Elusio[f] et Gramatino scribens etiam Donatistas in[g] dissensione et in scismate sacrificare testatur. Idem ad Bonifacium[9]: *Heretici,* inquit, *non quaerant*[h] *Spiritum sanctum nisi in Christi corpore, cuius habent foris sacramentum, sed rem ipsam non tenent intus, cuius illud est sacramentum, et ideo iudicium sibi manducant et bibunt. Unus enim panis sacramentum est unitatis.*

Huiusmodi distinctionem inter sacramentum et eius effectum cum quidam ex (6) antiquis patribus minus attenderent, ad hoc devenerunt, ut et baptismum in heresi susceptum nihil esse putarent, beato Augustino attestante in libro VI.[10] contra Donatistas: *Non ob aliud,* inquit, *visum est quibusdam etiam egregiis*[i] *antistitibus*[k] *Christi, inter quos precipue beatus Ciprianus eminebat, non esse posse apud hereticos*[l] *baptismum Christi sive scismaticos, nisi quia non distinguebatur sacramentum ab effectu vel usu sacramenti et, quia eius effectus atque usus*[m] *in liberacione a peccatis et cordis rectitudine apud hereticos non inveniebatur, ipsum quoque sacramentum illic*[n] *non esse putabatur.* Sed considerato eo, quod et reprobi in ecclesia sine effectu sacramenta habent et tamen habent, itidem et ab his, qui extra ecclesiam sunt, eadem perniciose haberi et tamen haberi pastores ecclesiastici censuerunt. Unde idem doctor in III. libro[11]

a) ratas esse iudicavit — eo reconciliato (*l.* 6) *des. G.* b) hoc *G.* c) eiusm. *G.* d) in inconv. *G.* e) vere *G.* f) Eleusio et Felici Grammatico *G.* g) et in *G.* h) quaerunt *G.* i) viris *add. G.* k) antistibus 4. l) h. vel scism. *Greg. G.* m) est *add.* 4. n) non illic *Greg. G.*

1) *Ep.* 18, *ed. Baller. I, col.* 731; *Jaffé nr.* 416. 2) *Ep. p.* 89, *n.* 6, *alleg. c.* 5. 3) *Lib. IX, ep.* 81, *Opp. II, col.* 992; *Jaffé nr.* 1703. 4) *V. supra p.* 56. 5) *Ep.* 185, § 46, *ed. Bened. t. II, col.* 661. 6) *Mansi t. IX, col.* 732; *Jaffé nr.* 994. 7) *Cap.* 59, *Opp. II, col.* 472. 8) *Ep.* 43, § 21, *ed. Bened. t. II, col.* 97. 9) *Ep.* 185, § 50, *l. c. col.* 663. 10) § 1, *l. c. t. IX, col.* 161. 11) § 27, *l. c. col.* 121.

contra Donatistas: *Heretici habent sacramenta et scripturas ad speciem, non ad salutem.* Item in IV[1]: *Nec foris*[a] *nec intus quisquam, qui ex parte diaboli est, potest vel in se vel in quoquam*[b] *maculare sacramentum, quod Christi est.* Item in V[2]: *Deus adest sacramentis et verbis suis, per qualeslibet administrentur, et sacramenta Dei ubique recta sunt; et mali homines, quibus nichil prosunt, ubique perversi sunt,* id est intus et foris. Idem ad quemdam Festum[3]: *Neque,* inquit, *sacramenta hereticorum*[c] *nobis inimica sunt, quae cum*[d] *illis nobis sunt communia, quia non humana sunt, sed divina. Proprius eorum error auferendus est, quem male imbiberunt, non sacramenta, quae similiter acceperunt, quae ad poenam suam portant et habent, quanto indignius habent et*[e] *tamen habent.* Idem in exposicione super epistolam sancti Iohannis[4]: *Habere,* inquit, *baptismum et malus potest, habere propheciam et malus potest. Invenimus Saul regem habuisse propheciam, qui persequebatur sanctum David; impletus*[f] *est spiritu prophetiae, et prophetare coepit. Accipere sacramentum corporis et sanguinis Domini et malus potest. Nam de talibus dictum est: 'Qui manducat et bibit indigne'. Habere nomen Christi et malus potest, id est vocari*[g] *christianus. De quibus dictum est: 'Polluebant nomen Dei sui'. Ergo habere omnia*[h] *sacramenta et malus potest; habere autem caritatem et malus esse non potest.* Idem ad Emeritum[5] hereticum: *Vos,* inquit, *mutamini ex ea parte, qua dissenciebatis, quamvis sacramenta, quae habetis*[i]*, cum eadem sint in omnibus, sancta sint. Quapropter vos mutari volumus a perversitate, ut*[k] *denuo radicetur precisio*[l] *vestra. Nam sacramenta, quae non mutastis, sicut habetis, approbantur a nobis, ne forte, cum vestram pravitatem corrigere volumus, illis misteriis Christi, quae in vestra pravitate depravata non sunt, sacrilegam faciamus iniuriam.* Idem in I.[m] libro[6] contra Donatistas: *Sacramenta*[n]*, quae scismatici vel heretici non*[o] *aliter habent nec aliter agunt quam vera ecclesia, cum ad nos veniunt, non emendamus, sed approbamus.*

1.Cor.11,29.

Ezech. 36,20.

(7) Ex his ergo sentenciis evidentissime declaratur etiam extra ecclesiam Dei esse sacramenta, cum in conversis non iterentur[p], sed pocius rata esse iudicentur. Eadem autem ratio et de ordinatione et de baptismo foris accepto tenenda est. Nam iuxta Augustinum[7] *nulli sacramento iniuria facienda est. Si discedit*[q] *a malis, utrumque discedit, si permanet in malis, utrumque permanet. Aut*[8] *enim conversus administrat quod administravit, si hoc utilitas ecclesiae exegerit, aut si non administrat, manus* (8) *tamen ei inter laicos non imponitur, eo quod sacramentum ordinacionis optineat.* Quia igitur tam egregii doctoris assercioni et nos absque scrupulo acquiescere debemus, quem et Romani pontifices iuxta attestacionem sancti Caelestini papae inter magistros, dum adviveret[r], habuere, cuius et opuscula post mortem eius pro autenticis recipienda sinodali iudicio decrevere. Quapropter illud scriptum musici Widonis, quod sub nomine Paschalis papae honorastis, non in tantum attendere debemus, ut contra assercionem prefati doctoris sacramenta ab hereticis usurpata temere exsufflemus. Scribit enim satis improvide de annulandis simoniacorum[s] sacramentis, cum Petrus[t] Damiani piae memoriae cardinalis[u] episcopus, religione et eruditione nominatissimus et in huiusmodi

a) sicut *add. Greg. G.* b) quodam *G.* c) eorum *G. ex Greg.* d) in 4. e) sed *Greg. G.* f) et impl. *Greg. G.* g) christ. voc. et malus (esse *G.*) potest *Greg. G.* h) sacr. ista omnia et mal. (esse *G.*) potest *Greg. G.* i) habebatis *Greg. G.* k) id est ut *Greg. G.* l) v. p. *Greg. G.* m) II. 4; libro I *G.* n) sic et illa *G. ex Aug.* o) si non *G.* p) iterantur 4. q) desc. 4. r) adhuc viv. *G.* s) sym. 4 *semper.* t) p. m. P. D. *G.* u) Ostiensis *add. G.*

1) *Ep.* 185, § 18, *ed. Bened. t. II, col.* 132. 2) § 27, *l. c. col.* 154. 3) *Ep.* 89, § 7, *l. c. col.* 222. 4) *Tract. VII,* § 6, *ed. Bened. t. III, p. II, col.* 874. 5) *Ep.* 87, § 9, *ed. Bened. t. II, col.* 212. 6) § 21, *ed. Bened. t. IX, col.* 91. 7) *De baptismo contra Donat. l. I,* § 2, *ed. Bened. t. IX, col.* 80. 8) *Post pauca praetermissa, mutatis verbis.*

causis sagacissimus, non minus per simoniacos quam per alios hereticos sacramenta decurrere probaverit in libro suo, quem Gratissimum[1] cognominavit. Sancta quoque Romana ecclesia nonnichil eos sacramentorum habere[a] monstravit[b], cum tempore[c] Nicolai[2] papae gratis ordinatos a simoniacis in acceptis ordinibus permanere concesserit. Quod autem simoniaci sacramenta habere dicuntur, non ad honorem eorum, sed ad contumeliam est referendum, cum tanto magis sacrilegi deputentur, quanto sanctius est, quod contra fas et ius usurpare non verentur; eo usque tamen humanam pravitatem insequi debemus, ne iuxta Augustinum divinis mysteriis sacrilegam faciamus iniuriam, quae pravitate hominum nullo modo depravari potuerunt.

Sed et sacramenta neophitorum proscribere non audemus, quorum ordinationes (9) sancti patres ratas esse censuerunt, cum eos acceptum ordinem administrare permitterent. Hinc beatus Leo papa I.[3] scribens ad episcopos Mauritanios[d] eos, qui ex laicis ordinati sunt, in ordine concessit permanere. Item sanctus Ambrosius[4] in ordine, quem neophitus utpote in VIII. die post baptismum accepit, usque ad finem vitae Deo digne divina sacramenta ministravit. Hoc utique nec ipse sanctus Ambrosius faceret nec alibi sancti patres fieri permitterent, si neophitis sacramentum ordinacionis penitus defuisse crederent. Horum autem auctoritati illa exempla de annulacione huiusmodi sacramentorum anteponere non presumimus[e], quae non de antiquis, sed recentioribus mutuastis temporibus, in quibus, inquam, temporibus multa contra fas et ius usurpata reperiuntur, quae magis respuenda, quam in exemplum ducenda videntur. Ipse etiam Romanus pontificalis[5], unde illa exempla protulistis, saepenumero non tam[f] facienda quam facta hystorica simplicitate prescribit; nec solum legitimas instituciones, sed et nonnullorum inconsideratas usurpaciones referre consuevit. Unde non omnia, quae in eo scripta leguntur, pro ecclesiasticis sanctionibus recipere debemus, presertim illa minime, quae a consideratissimis antiquorum patrum sentenciis deviare videmus, ex quibus vos duo exempla posuistis, quae sacramenta neophitorum adeo profanant, ut ordinatos ab eis reordinandos censeant, quod et ipsis apostolis eorumque successoribus Romanis pontificibus aliisque sanctis patribus adversari non dubitatur. Ipsi enim apostoli in suis eos canonibus[g. 6] dampnasse leguntur, quicunque secundam manus inposicionem accepisse detegerentur. Item sanctus Gregorius[7] papa primus scribens Iohanni episcopo Ravennati; item predecessores eius Zosimus atque Bonifacius cum CCXVII. sanctis patribus Carthaginiensis concilii[8] reordinacionem aeque ut rebaptizacionem dampnavere.

Quod autem illi, qui ordinati sunt neophiti, sacramentum ordinacionis non minus (10) habeant quam heretici, superius sanctissimi patres, Leo papa et Ambrosius, alter decreto, alter exemplo nos apertissime docuerunt. Quicumque igitur ordinatos a neophitis iterum ordinandos censuerit, procul dubio contra sanctos patres facit. Eodem modo et illa reordinacio reprobatur, quam Alcfridus[h] Hildenisheimensis episcopus fecit[9] in his, quos Ebo, Remensis episcopus sed dampnatus, ordinavit. Nam iuxta Augustinum[10], *si quis episcopus pro aliqua culpa ab officio removeatur, sacramento semel inposito non carebit, quod dampnabiliter nichilominus dare quam habere poterit.* Sic

a) hebere 4. b) demonstravit *G.* c) in t. *G.* d) Mauritaniae *G.* e) possumus *G.* f) ita *G.* g) can. eos *G.* h) Alcfredus Hildesheimensis *G.*

1) *Cap.* 5, *Libelli I, p.* 22. 2) *Petri Damiani Lib. Gratissimus c.* 41, *l. c. p.* 75, *Bernoldi Chron. a.* 1058, *SS. V, p.* 127. 3) *Ep.* 12, *c.* 5, *ed. Baller. t. I, col.* 664. 4) *Cf. Vita S. Ambrosii a Paulino scripta (Opp. t. II, app. p.* III) *c.* 9. 5) *V. supra p.* 42. 44. 6) *Can.* 68 (67), *cf. Petri Dam. Lib. Gratiss. c.* 33; *Humbert. adv. simon. l. I, c.* 8, *Libelli I, p.* 66. 112. 7) *Lib. II, ep.* 46, *ed. Ewald I, p.* 145; *Jaffé nr.* 1198. 8) *Conc. Carthag. a.* 419, *c.* 48 *(Dion.), ex conc. a.* 397, *Aug.* 28. *repetit., Mansi t. III, col.* 738. 9) *V. supra p.* 45. 10) *De bono coniugali II,* 32, *ed. Bened. t. VI, col.* 337.

et Acacius depositus, de quo supra retulimus, multos ordinavit, quos tamen beatus Anastasius papa integrum ordinationis sacramentum ab eo percepisse et ob hoc non reordinandos esse iudicavit.

(11) Nullus autem dampnatus vel excommunicatus sibi de confectione sacramentorum applaudat, immo in hoc cumulum suae dampnacionis agnoscat, cum tanto sceleracior et ob hoc sibi tanto perniciosior existat, quanto sanctius reputatur[a], quod sacrilego ausu usurpare non veretur. Nempe tolerabilius peccaret, si de altari corpus suum communi pane reficeret, quam animam suam dampnatoria communione interficeret. Nam
1.Cor.11,29. iuxta apostolum, *qui eucharistiam indigne sumit, iudicium sibi manducat et bibit.* Indigne autem sumit, qui nondum criminibus se penitendo[b] purgavit, quem nec canonica severitas ad penitendum excitare potuit. In ordinationibus quoque quilibet dampnatus minus delinqueret, si nichil daret, quam per sacramentum ordinacionis ordinato suam dampnacionem irrogaret. Et mirum in modum, dum eam alii irrogat, penitus sibi ipsam
(12) non diminuit, sed multiplicat. Nequaquam ergo[c] dampnati de perniciosa usurpacione sacramentorum applaudant sibi, cum tanto inreparabilius se ipsos condempnent, quanto sanctiora sunt, quae dare vel accipere contra fas et ius sacrilege presumunt. Hinc sanctus Gregorius[1] papa primus in registro[d] suo k[apitulo] CCXL. partis secundae dampnatum sacerdotem pristini officii usurpatorem perpetua excommunicacione dampnat, ut vix ei viaticum in fine vitae concedat. Hinc sancti patres in Anthioceno[e] concilio k[apitulo] IIII.[2] cuilibet dampnato, si aliquid de sacro[f] ministerio attingeret, omnem spem restitucionis vel locum satisfactionis penitus denegaverunt, omnesque ei infra dampnacionem communicantes sub excommunicacione dampnaverunt. Si ergo pro usurpacione sacri ministerii tam acriter dampnantur, qui solo officio privantur, quanto magis illi, qui officio et communione privati talia presumpserunt indigni.

(13) Caveant quoque et ipsi catholici, ne aliquando sacramenta a dampnatis percipiant, ne se sub excommunicatione[g] sanctorum patrum ponant. Precipue autem de sacramentis excommunicatorum caveant, quia[h] per haec iuxta attestacionem sanctorum patrum non salutem, sed dampnacionem et exsecracionem[i] quilibet participantes accipiunt, quibus non dico in sacramentis, sed si in osculo communicaverint, canonicam excommunicacionem subterfugere non poterunt.

LIBELLUS V.

APOLOGETICAE RATIONES.

Rationibus hoc libello allatis Bernaldus monachus s. Blasii causam suam suorumque confratrum contra Adalbertum praepositum Spirensem defendit, a quo monachos gravissime reprehensos esse ex responso Bernaldi patet. Quo stilo atque ingenio causam egerit, verba docent: Quantumque imperatoria maiestas excelsa videatur, non est tamen aequum, ut contra Deum ei obediatur.

Scriptus est libellus papa Gregorio VII. mortuo, post annum 1086, 11. *Aug., ut videtur, quo die apud Pleichfelt pugnatum est, cum probabile non sit Bernaldum iam monasticam vitam professum illi proelio interfuisse.*

Exstat in solo codice 9, *saec. XIII, olim S. Blasii, cuius epistolarum prima est.*

a) reputat *G.* b) poen. se *G.* c) igitur *G.* d) regesto *G.* e) Antiocheno *G.* f) sacramento 4. g) excommunicationem *G.* h) quod *G.* i) execr. 4. *G.*

1) *Lib. V, ep.* 7, *Opp. II, col.* 733; *Jaffé nr.* 1321. 2) *Vers. Dion.*

*APOLOGETICAE RATIONES CONTRA SCISMATICORUM OBIECTIONES. *f. 1.

Domino ac venerabili Adelberto Nemetensi preposito Bernaldus ultimus fratrum de sancto Blasio.

Literae vestrae, quas ad sanctum Blasium per fratrem nostrum Adelberonem direxistis, non parum nos notare videntur, quasi a recta via deviaverimus, nosque satis fideliter ammonent, ut errorem corrigere non erubescamus. Sed nos nequaquam hoc quasi errorem corrigere presumimus, quod ex euangelicis[a] et apostolicis sanctionibus observandum didicimus. Non enim hoc esset errorem corrigere, sed multo periculosius et detestabilius errare; nec de Gregoriano anathemate possemus enodari, cum in tali correctione sacris canonibus inveniremur adversi. Quapropter in huiusmodi causis ecclesiasticas sanctiones necessario sequimur, quas et vobis, etsi ammonitore non egeatis, summatim recordari volumus, ut tanto facilius aput vos de errore expurgemur, quanto minus a vestigiis sanctorum patrum in his quae notastis exorbitasse monstramur. (1)

Et primum quidem nos nimis ad dexteram declinare notatis in negligentia[b] fraternae compassionis; unde tamen nobis conscii[c] non sumus. Est enim consuetudo nostra, ut iuxta euangelicam[d] institutionem non minus oleum quam vinum fraternis infirmitatibus adhibere studeamus. Nec in hoc a quolibet quasi nimis inhumani vel a recta via devii merito notabimur, si illius vestigia pro modulo nostro sequi nitimur, qui arguit et castigat quos diligit, qui omnem filium flagellat quem recipit. Numquam tamen Deo miserante ad illam inhumanitatem perveniemus, ut ad omnia fratrum peccata nos truces et rigidos exhibeamus, sicut notare videmini sub nomine sancti Geronimi[1]. (2) Luc. 10, 34. Hebr. 12, 6.

Miramur autem de vestra prudentia, quod vos nescire dissimulatis, cur nostrates abstinere se studeant *ab excommunicatis. Numquid enim alicui in sacris canonibus erudito latere poterit, quod ipsi apostoli Romanique pontifices, eorum in sede et in potestate successores, de vitanda excommunicatorum communione statuerunt? Ex quibus beatus Calystus papa et martyr, decimus septimus a beato Petro, in decretis[2] suis modos enumerat, quibus excommunicatos vitare debemus, videlicet in salutatione, in osculo, in oratione et in convictu. Deinde inferendo sententiam: *Quicumque*, inquit, *in his vel in aliis prohibitis scienter excommunicatis communicaverit, iuxta apostolorum institutionem et ipse simili excommunicationi subiaceat.* Hanc sententiam sanctus Fabianus papa et martyr in decretis[3] suis indetractabiliter observandam iudicavit. Hanc sacratissimum Nicenum concilium[4] ratam esse voluit; quod beatus Gregorius papa in synodica[5] sua et euangelio comparat, et omnes ab eo dissentientes anathematizat. Hanc beatus Augustinus in tantum amplexatus est, ut ipsam in concilio[6] CCXVII episcoporum sua subscriptione confirmasse legatur. Ergo et nos necessario excommunicatos devitare debemus, ne simili excommunicationi institutione apostolorum subiaceamus. (3) *f. 1'.

Est autem indubitanter excommunicatus Ravennas Guibertus cum omnibus suis fautoribus, videlicet apostolicae sedis invasor et domini sui, papae inquam Gregorii, cui obedientiam iuravit, subplantator. Qui utique Gregorius sepius[7] eundem pro (4)

a) euuangelicis 9. b) neglientia 9. c) concii 9. d) euuangelicam 9.

1) *Qui variis locis ut in comment. in Michaeam l. I, c. 2, Opp. t. VI, col. 454. monet, ne cadentibus insultemus.* 2) *Ep. spur. II, c. 10, Hinschius p. 138.* 3) *Ep. spur. I, c. 6, Hinschius p. 159.* 4) *C. 5.* 5) *Hanc epistolam saepe tritam v. supra p. 7.* 6) *Conc. Carth. a. 419, c. 9, Mansi t. III, col. 714.* 7) *Primum a. 1078. ac deinde saepius; cf. epistolam Gebhardi Salisburgensis archiepiscopi ad Herimannum Metensem datam a. 1084; Jaffé, Bibl. rer. Germ. V, p. 141.*

certis criminibus in generali synodo anathematizavit, etiam antequam ille apostolicam sedem invasisset, dum adhuc principes vestrae partis, ut nostrae, eidem apostolico debitam obedientiam communiter exhibuissent. Nec de illo anathemate unquam exire curavit, sed ita anathematizatus atque periurus sedem domini sui invadere et caput omnium excommunicatorum fieri presumpsit. Hunc ergo et omnes eius complices iuxta statuta patrum sanctorum necessario devitamus, quia iuxta beatum Gelasyum[1] omnes complices, sectatores, communicatores dampnatae semel pravitatis pari sorte censentur, nec potest perversitas refutari complice perversitatis admisso.

(5) *f. 2. Gen. 26, 1. Matth 11, 19. Illud autem, quod Ysaac Palestinis *et Dominum nostrum publicanis communicasse scribitis, nequaquam hoc approbare poterit, ut et nos excommunicatis communicare debeamus, cum eosdem Palestinos sive publicanos, etsi criminosos, nusquam tamen anathematizatos fuisse legamus. Nempe mali, quamdiu non fuerint excommunicati, nullum exteriori communione maculabunt, quod indubitanter facient, postquam sententiam excommunicationis pro suis criminibus iudicialiter excipient. Nec nos utique excommunicatos, ut notatis, penitus abhorremus, pro quorum conversione, si oportet, etiam aliqua dura pati non fugeremus, illa tamen, in quibus a statutis sanctorum patrum non deviaremus. Sed et hoc, quod quidam aput nos peccant, non approbamus, immo in quantum possumus, eos ad poenitentiam invitare satagimus, quos nequaquam ut excommunicatos devitare iubemur, quamdiu in catholica unitate detinentur. Nec christianum esse dicimus, quod peccant, plus tamen de eorum salute speramus, quam si a corpore Christi eos omnimodis separatos esse sciremus. Nam et membra quantumlibet infirma, quamdiu in corpore fuerint, facilius curari sperantur, quam si bene sana penitus a corpore precidantur.

(6) Scimus sane sanctos patres sub excommunicatione multa prohibuisse, ex quibus Gregorius[2] papa etiam omnia sacris canonibus adversa sub anathemate prohibuit. Si quis tamen modo aliquid contra canones egerit, non statim illum pro[a] excommunicato vitabimus, antequam in illum sententiam excommunicationis ordine iudiciario prolatam audiamus. Unde beatus Augustinus[3] in libro de poenitentia: *Nos,* inquit, *a communione quemquam prohibere non possumus nisi aut sponte confessum, aut in aliquo sive seculari sive ecclesiastico iudicio nominatum atque convictum.* De 1. Cor. 5, 11. nominatione apostolus: *Si quis frater nominatur fornicator* et reliqua, *cum huiusmodi nec cibum sumite.* Quod beatus Augustinus[4] ita exponit: *Nominationem eam intelligi voluit apostolus, quae in quemquam cum sententia ordine iudiciario profertur.*

(7) *f. 2'. Inprimis quidem amonendi sunt criminosi, ut resipiscant; deinde si resipiscere noluerint, iuxta canonicas sanctiones *excommunicandi et tunc demum ab omnibus pro excommunicatis devitandi. Si et nos quoslibet sacrilegos vitamus, postquam illos a prelatis suis canonice excommunicatos audierimus. Ita et Guibertum heresyarcham et omnes fautores eius post sententiam[5] venerabilis papae Gregorii necessario devitamus, quos tamen nullo modo pro excommunicatis vitaremus, si nondum in illos specialem aliquam excommunicationem depromptam cognosceremus. Criminosis quippe, sed nondum excommunicatis, licite communicamus; nec hoc utique quasi loco nostro[6] et religioni precavendo, ut scribitis, facimus, sed potius ideo, quia nihil nos in hoc contra canonicam auctoritatem agere cognoscimus; quod procul dubio ille facit, quicunque malis ecclesiastico more excommunicatis communicare presumpserit.

a) per 9.

1) *Epp.* 27, *c.* 3; 12, *c.* 7, *ed. Thiel I, p.* 424. 354; *Jaffé nr.* 665. 632. 2) *V. supra p.* 8. 3) *Sermo* 351, § 10, *Opp. ed. Bened. t. V, col.* 1359. 4) *Ibid. col.* 1360. 5) *In synodo quadrages. a.* 1078. *latam; Jaffé, Bibl. II, p.* 305. 6) *S. Blasii scil. monasterio, quod ab eodem Heinrico IV. ante anathema a.* 1065. *diploma obtinuit. USS.*

Multum quoque miramur de vestra prudentia, quod reges aecclesiasticae potestati subtrahere in tantum conamini. Numquid enim dominus noster Iesus Christus aliquid excepit, cum beato Petro concesserit, immo sanctae ecclesiae in persona Petri, iuxta quod beatus Augustinus[1] exponit, ut in coelo ligatum vel solutum existeret, quicquid ipsa in terra ligasset vel solvisset? Quis, inquam, se de tam universali potestate poterit emancipare, nisi forte ille, qui potius sub tyrannide diaboli perire, quam sub suavi iugo Domini regnare delegerit? Cui tamen hoc ad miseram libertatem non proderit, quia sub ecclesiastica potestate, etsi non ad salutem, ad dampnationem semper manebit. Ergo nec imperatores de hac potestate poterunt se emancipare, beato Gelasio[2] papa Anastasium imperatorem ita protestante: *Duo sunt, imperator auguste, quibus principaliter hic mundus regitur, auctoritas sacrata pontificum et regalis potestas; in quibus tanto gravius est pondus sacerdotum, quanto etiam pro ipsis regibus hominum in divino reddituri sunt examine rationem. Nosti enim, fili clementissime, quoniam licet presideas humano generi dignitate, tamen presulibus divinarum rerum devotus colla submittis atque ab eis causas tuae salutis expectas. Hinc te illis subdi debere cognoscis *religionis[a] ordine potius, quam preesse: inter haec ex illorum te pendere* *f. 3. *iudicio, non illos velle ad tuam redigi voluntatem.* (8)

Hac igitur potestate beatus Innocentius papa Archadium imperatorem excommunicasse[3] legitur, quia consensit, ut sanctus Iohannes Crisostomus a sede sua pelleretur. Item beatus Nicolaus papa primus Lotharium regem, a quo Lotharingia cognominatur, excommunicavit, eo quod propriam uxorem pro quadam concubina repudiaverit. Sed et inferioris ordinis episcopi imperatores et reges excommunicasse leguntur; sanctus enim Ambrosius Mediolanensis episcopus maiorem Theodosium imperatorem excommunicasse et post satisfactionem reconciliasse legitur. Item sanctus Germanus Parisiorum episcopus Heribertum regem Franchorum libidini deditum excommunicavit, qui et ita excommunicatus diem clausit extremum. Generaliter etiam beatus Adrianus papa[4] omnes reges excommunicavit, quicumque apostolicae sedis statuta violare presumpserint. Sanctus quoque Gregorius[5] papa decrevit, ut reges a suis dignitatibus caderent et participatione corporis et sanguinis Domini carerent, si sedis apostolicae decreta contempnere presumerent. (9)

De hac ergo prerogativa ecclesiasticae potestatis si aliud documentum non haberemus, istud sufficere nobis deberet, quod tam sanctos viros illam super reges et imperatores exercuisse legimus, quod nullo modo facerent, si non hoc se canonice posse facere cognoscerent. Quid autem mirum, quod sancta aecclesia seculares principes, utpote membra sua, iudicare potest, quae iuxta apostolum etiam angelos indubitanter iudicatura est: *Nescitis,* inquit, *quoniam angelos iudicabimus? quanto magis secularia?* Nequaquam ergo reges sive imperatores ecclesiastico iudicio subiacere denegabimus, si euangelicis et apostolicis sanctionibus credere et assentire voluerimus. 1. Cor. 6, 3.

Nimium autem in verbis excedere videmini, cum religiosos confratres nostros Iudeis comparare conemini, qui minime cum Iudeis, ut Christus interficiatur, clamant, (10)

a) n *supra scr.* 9.

1) *De agone christiano* § 32, *Opp. ed. Bened. t. VI, col.* 260. *et aliis locis.* 2) *Ep.* 12, *c.* 2, *ed. Thiel I, p.* 350; *Jaffé nr.* 632. 3) *Hoc exemplum principis excommunicati Bernaldus ex epistola Gregorii VII. ad Herimannum episcopum Metensem (Jaffé, Bibl. II, p.* 458) *deprompsit; reliqua ex additamentis codicis Gotwicensis elegisse videtur, qui Bernhardi librum canonum contra Heinricum IV. continet (Sdralek, 'Die Streitschriften Altmanns' p.* 173), *ordine tamen eodem servato, quo Bernhardus in libro leg. c.* 25 *(Libelli I, p.* 495 *sqq.) exempla disposuerat. Cf. Bertholdi Ann. a.* 1077, *SS. V, p.* 296. 4) *Capitula Angilramni, c. 11, Hinschius p.* 769, *Sdralek l. l. p.* 173; *Bertholdi Ann. a.* 1076, *l. l. p.* 284. 5) *Capitulum collectioni* 315 *canonum (num.* 330) *additum, Sdralek l. l., Bertholdi Annales a.* 1076, *l. l. p.* 288; *cf. l. l. p.* 495.

sed, ut fides eius in cordibus fidelium roboretur et a contagio anathematis defendatur, exoptant. Et nos utique sanctum Calcedonense[1] concilium veneramur, quod tamen
*f. 3'. *apostolicae dignitati[a] nullo modo prescribit, quin quaelibet monasteria suae potestati vendicare valeat, ut non episcopo civitatis, sed apostolicae sedi specialiter subiaceant. Nec miremini, si monachis nostri temporis officium predicationis non omnino intercluditur, ut antiquis, de quibus Calcedonense concilium et sanctus Leo[2] papa scripserunt; nam illi ecclesiasticos ordines non habuerunt, ut ex statutis eiusdem concilii coniectare possumus. In his enim adequantur laicis, cum pro contemptu canonum non degradentur ut clerici, sed excommunicentur ut laici: quod utique non fieret, si ecclesiasticos ordines haberent; nam canones precipiunt, ut ordinati pro culpis suis degradentur, non autem excommunicentur. Moderni autem monachi cum ecclesiasticos ordines habeant, quis inficiari potest, quin eorundem graduum officia, cum iubeantur, exercere valeant, presertim cum in perceptione consecrationis nihil distent a clericis? Aut ergo ecclesiasticos gradus illis penitus adimitis, aut administrationem eorundem graduum eis intercludere non potestis. Nimium etiam pro episcopo vestro[3] zelatis, si plus sibi quam apostolicae sedi obediendum putatis, cui et vos necessario plus quam proprio episcopo obedietis, si iuxta sanctum Gregorium[4] rei apostolicae auctoritatis esse non vultis.

(11) cf. 1. Tim. 4, 1. Hoc quod apostolus quosdam novissimis temporibus a fide discessuros predicit, non aliquibus catholicis, sed quibuslibet excommunicatis competentius[b] ascriberetis, qui attendentes spiritibus erroris et doctrinis demoniorum a catholica unitate in manus sathanae discesserunt. Horum crudelitas iam dudum excrevit, ut sancta ecclesia contra eorum infestationem militaribus auxiliis saepissime eguerit, nec sine sanguinis effusione de eorum tyrannide liberari potuerit. Militares ergo, qui ea necessitate aliquem excommunicatum occiderint, compulsi sunt, et hoc non tam pro se quam pro ecclesiastica defensione fecerunt, et nullo modo dampnationem primi fratricidae
1. Ioh. 3, 12. Cain in hoc promeruisse videntur, qui iuxta Iohannem *ex maligno erat et occidit fratrem suum. Et propter quid occidit eum? quia opera eius maligna erant, fratris autem iusta;* quippe pro invidia occidit eum. Isti autem nec inimicos occidere vellent, si alio modo sanctam matrem ecclesiam contra improbos deffendere possent. Et in hoc
*f. 4. ipso negotio *etiam proprias animas pro fratribus ponunt, quos per excommunicatorum violentiam in anima et in corpore periclitari perspiciunt. Nequaquam ergo eos nefandissimo fratricidae Cain comparabimus, si iuste iudicare voluerimus. Scimus quidem, homicidium in sacra scriptura prohibitum; sed hoc minime ita intelligere debemus, ut Phineen et Helyam et zelotes aliquosque sanctos patres, qui zelo Dei multos occiderunt, dampnationi homicidarum obnoxios esse iudicemus. Nunquam enim in eo delinquitur, ubi Deo vel per se vel per legem precipienti specialiter obeditur. Beatus quoque Augustinus in libro primo de civitate Dei[5]: *Miles,* inquid, *cum obediens potestati, sub qua legitime constitutus est, hominem occidit, nulla civitatis suae lege homicidii reus est.* Nec nos utique omnes, qui excommunicatos occiderint, omnimodis expurgamus, sed nec tam dure, ut vestratibus placeret, eos iudicamus: et illud primum quidem, quia tale opus aut vix aut nunquam sine culpa perficitur; hoc autem secundum, quia eos zelo Dei ductos hoc agere pro ecclesiastica necessitate cognoscimus.

De predicatione monachorum quod iterum notatis, et nobis placet, ut non nisi ordinati predicent catholicoque obediant presuli, nisi ab apostolica sede fuerint emancipati.

a) vel auctoritati *suprascr.* 9. b) competentibus 9.

1) *Can.* 4, *qui monachos subiectos esse episcopis praescribit.* 2) *Epp.* 118, *c.* 2; 119, *c.* 6; 120, *c.* 6, *ed. Baller. t. I, col.* 1211. 1217. 1227; *Jaffé nr.* 494—496. 3) *Huzmanno, synodo Quedlinburgensi a.* 1085. *excommunicato: Bernaldi chron. a.* 1085, *SS. V, p.* 443. 4) *V. supra p.* 87. 5) *C.* 20, *Opp. ed. Bened. t. VII, col.* 24.

Quid autem miramini, si sacramenta ecclesiae aput excommunicatos esse negan- (12)
tur, cum beatus Augustinus[1] locum veri sacrificii extra ecclesiam non esse protestetur? Item sanctus Gregorius[2] de consecratione Maximi presumptoris scribens: *Quam rem,* inquit, *nullo modo possumus dicere consecrationem, quia ab excommunicatis celebrata est.* Item predecessor eius papa Pelagius: *Extra ecclesiam,* inquit, *non consecratur, sed execratur episcopus.* Item beatus Innocentius papa: *Qui,* inquit, *honorem amisit, honorem dare non potest.* Et post pauca: *Dampnationem ergo, quam habuit, per pravam manus impositionem dedit.* Item sanctus Leo papa Leoni augusto scribens de quodam Thimotheo dampnato eiusque sequacibus, omnia sacramenta se eorum sacrilegis manibus subtraxisse testatur. Si beato quoque Augustino[3] credere volumus, omnes hereticos et excommunicatos extra ecclesiam esse non dubitamus, quamvis et adhuc infra aream cum frumento multam paleam toleremus.

Frustra dominum nostrum piae memoriae Gregorium papam harundineo baculo (13)
comparatis, quem *usque ad finem vitae in sua sententia stabilem et inflexibilem *f. 4'.
perstitisse multum doluistis: qui non omnes provincias, quas enumeratis, in integrum anathematizavit, sed Guibertum et omnes eius complices, in quacunque provincia fuerint. Nec tamen paucos extra hanc excommunicationem remansisse dicatis, cum tanti in solo Theutonico regno remanserint, ut multitudini excommunicatorum saepissime viriliter resisterint et adhuc resistere possint.

Nos ad periurium, ut notatis, dominus noster Gregorius[4] papa non impulit, (14)
sed a iuramento subiectionis eadem auctoritate absolvit, qua et prelatos eorum deponere et excommunicare potuit. Sic sacratissimum Ephesinum concilium[5] auctoritate sancti Celestini papae congregatum et confirmatum subiectos Nestorii episcopi ex potestate ipsius absolvisse legitur. Sic Calcedonense concilium[6] Alexandrinos emancipavit de subiectione Dioscori patriarchae. Sic semper sancta mater ecclesia filios suos de manibus depositorum et excommunicatorum absque omni nota periurii emancipare consuevit, etiamsi eis subiectionem iuramento promiserint. Beatus Augustinus[7] scribens ad Bonefacium severitati canonum in hoc aliquid detrahendum esse iudicavit, ut clerici Donatistarum cum ordinibus in catholicam reciperentur, non utique in hoc, ut sententia anathematis in quibuslibet anathematizatis nihili penderetur. Aurelium Carthaginensem episcopum a beato Bonefacio et Celestino pontificibus excommunicatum legimus[8], non sanctum Aurelium, cuius corpus Hirsaugiae fovemus; iste enim sanctus, in quantum ex cronicis colligere potuimus, ante tempora horum apostolicorum migravit ad Dominum. Nec ita umquam Deo annuente a veritate deviabimus, ut aliquem simul et sanctum et excommunicatum dicamus. Nam iuxta beatum Augustinum[9] ab ecclesia separati nequaquam sancti, sed eterno incendio creduntur mancipandi.

Si egregio doctori et fidelissimo martyri, beato inquam Cypriano, credere volu- (15)
mus, apud Guibertum et eius complices aecclesiam nullatenus esse credemus. Ipse enim scribens de unitate[a] aecclesiae ad Magnum presbyterum[b. 10]: *Aecclesia,* inquit, *una est,*

a) civitate 9. b) presp. 9.

1) *V. supra p.* 28. 2) *Hanc et sequentes auctoritates v. supra p.* 89—90. 3) *Tractat.* 61. *in evangel. Iohann.* § 1, *Opp. ed. Bened. t. III, p. II, col.* 666. 4) *Epist. ad Constantienses, Jaffé, Bibl. II, p.* 531; *Jaffé nr.* 4971. 5) *Ep. synodi Alexandrinae a.* 430, *collectioni Hispanae nomine concilii Ephesini inserta, Hinschius p.* 278. 6) *Constitutio Marciani imperatoris, in collectione Hispana inter acta concil. Chalcedonensis, Hinschius p.* 290. 7) *Ep.* 185, § 45. 46, *Opp. ed. Bened. t. II, col.* 661. 8) *Huius rei nullum vestigium reperitur.* 9) *Cf. epp.* 208, § 6. *et* 173, § 6, *Opp. ed. Bened. t. II, col.* 776. 10) *Ep.* 69, *c.* 3, *ed. Hartel p.* 752.

*f. 5. *quae intus et foris esse non potest. Si enim apud Novatianum *sive Novatum est, apud Cornelium non fuit. Si vero apud Cornelium fuit, qui Fabiano episcopo legitima ordinatione successit, Novatianus in ecclesia non est nec episcopus computari potest.* Ac si diceret: si apud Gregorium papam ecclesia fuit, quod et ipsi Guiberto constitit, apud Guibertum non est, nec eius complices. Eodem enim modo excepto, quod non sine periurio Guibertus Gregorio, sicut Novatus Cornelio adulterina subplantatione subrepsit. Nam de Novato non legimus, quod obedientiam sancto Cornelio unquam iuraverit, quod Guibertus Gregorio papae fecit. Et ut de domino nostro Gregorio dicamus, quod de sancto Cornelio scripsit beatus Cyprianus[1]: *Factus est episcopus de Dei et Christi eius iudicio, de clericorum omnium testimonio, de plebis, quae tunc affuit, suffragio, de sacerdotum antiquorum et bonorum virorum collegio, cum nemo ante illum factus esset, cum locus Petri et gradus sacerdotalis cathedrae vacaret. Quo occupato, et Dei voluntate atque omnium consensu ordinato, quisquis iam episcopus voluerit fieri, foris fiat necesse est, nec habet aeclesiasticam ordinationem, qui aecclesiae non tenet unitatem; profanus est, alienus est, foris est. Et cum post primum secundus esse non possit, quisquis post primum, qui solus debet esse, factus est, non iam secundus ille, sed nullus est.*

(16) Sententias autem de universalitate aecclesiae nequaquam ita intelligere debemus, ut omnes gentes in aeclesia esse dicamus. Nunquid enim aliquis christianus paganos sive iudaeos in aecclesia esse contenderit, quamvis ipse Dominus Abrahae promiserit: *In semine tuo benedicentur omnes gentes?* Sed et quoslibet hereticos sive excommunicatos iuxta attestationem sanctorum patrum foris esse non dubitabimus: quibus procul dubio satius esset, nunquam aecclesiam intrasse, quam iuxta euangelium duplo factos esse filios gehennae. Ipse quoque sanctus Augustinus[2] scysmaticos extra aecclesiam esse sepenumero asseruit, licet de universalitate aecclesiae nusquam dubitaverit. Est ergo ita intelligendum sanctam aecclesiam esse per omnes gentes difusam in membris suis; non utique in illis, qui vel nunquam ei incorporati sunt, vel qui post incorporationem suam aecclesiastico iudicio ab ea dimembrati sunt.

Gen. 22, 18.

(17) Nequaquam vero perversum, sed sanum nobis videtur esse consilium, ut monachi non tam secularibus obediant, quorum conversatione abrenuntiaverunt, quam suis abbatibus, quibus obedientiam promiserunt. Hocque omnes generaliter tam spiri-
*f. 5'. tuales quam seculares *firmissime adtendant, ut nulli umquam contra Deum et apostoli-
Act. 5, 29. cam auctoritatem obediant: *oportet enim plus obedire Deo quam hominibus.* Unde quantumcunque imperatoria maiestas excelsa videatur, non est tamen aequum, ut contra Deum ei obediatur.

(18) Nec indignamini, si sancta ecclesia eorum elemosinas non recipit, quos externae[a] communionis esse perspexerit; nam et sancti canones precipiunt, ut oblationes diffidentium fratrum nec in sacrario nec in gazophilatio recipiantur, sed et ipsae elemosinae aecclesiasticis orationibus sunt compensandae. Quapropter sancta aecclesia eorum elemosinas necessario devitat, quibus in aecclesiasticis orationibus non communicat. Haec autem omnia testimoniis sanctorum patrum lacius approbare possemus, sed prudentiae vestrae nimis graves esse timemus, quam per se copiosius et diligentius haec omnia investigare posse non dubitamus.

(19) In his ergo et in aliis huiusmodi sanctorum patrum sententiis pro modulo nostro usque in finem perseverare cupimus, nec de fide eorum, immo de fide Christi

a) eternae 9.

1) *Ep.* 55, *c.* 7, *p.* 629, *paucis omissis vel mutatis.* 2) *Liber de fide et symbolo* § 21, *Opp. ed. Bened. t. VI, col.* 161. *et saepius.*

ipso opitulante umquam erubescemus, qui in euangelio se de illo erubiturum predixit, quicunque ipsum eiusque sermones coram hominibus erubuerit. His quoque sententiis et vos assentire obtamus Deumque pacis et solatii, ut det vobis idipsum sapere nobiscum, immo cum sanctis patribus, indesinenter rogamus. Sed inter haec omnia caritas, 1. Cor. 13, 5. 8. quae non irritatur nec quaerit quae sua sunt, nec umquam excidit, multum nos de vestra salute sollicitos facit. Scimus enim, beato Iacobo protestante, quia amicicia Iac. 4, 4. huius mundi inimica est Dei, et quicumque voluerit amicus esse huius seculi, inimicus constituitur Dei. Unde ille discipulus, quem diligebat Iesus, hausto consilio de ipsius dominici pectoris archano informat nos ita: *Nolite*, inquit, *diligere mundum neque ea,* 1 Ioh. 2, 15—18. *quae in mundo sunt. Si quis diligit mundum, non est caritas Patris in eo; quoniam omne, quod est in mundo, concupiscentia carnis est, et concupiscentia oculorum, et superbia vitae, quae non est a Patre, sed ex mundo. Et mundus transit et concupiscentia eius; qui autem facit voluntatem Dei, manet in eternum. Filioli mei! novissima* ib. 5, 19. *hora est, et totus mundus in maligno positus est.* Haec omnia vos optime nostis nec ad haec insinuanda nostra relatione indigetis.

Rogamus autem vos in Domino, ut eruditionem vestram ad salutem animae vestrae studeatis exercere, nec hanc vitam, quae temptatio est et vapor ad modicum parens, Iac. 4, 15. tanti pendatis, ut futuram, quae eternae felicitatis est, infeliciter *perdatis. *f. 6.

LIBELLUS VI.
DE LEGE EXCOMMUNICATIONIS.

Easdem res, quas in libellis III. IV. V. disputaverat, Bernaldus eisdem fere argumentis hoc quoque libello tractat. Quem cum in codice 9. *epistola ad Adalbertum praepositum Nemetensem praecedat, post a.* 1086. *scriptum esse censeo, cum Otto schismaticus ecclesiae Strassburgensi praeesset, sed ut non post diem* 30. *Maii mensis a.* 1089. *compositus sit, inde sequitur, quod tum iam Burchardus praepositura Strassburgensi fungeretur*[1].

Ad edendum eum codices 6. *et* 9. *adhibui, cui tamen sub finem multa desunt.*

DE LEGE EXCOMMUNICATIONIS.

Domino ac cautissimo apostolicae auctoritatis astipulatori Adelberto Argentinensi preposito, non tam mente quam corpore super[a] ollas carnium Egypti collocato, Ber- Exod. 16, 3. naldus presbyter utinam solo corpore infirmus.

Cum nuper nobiscum essetis, omnia statuta sanctorum Romanorum pontificum sive conciliorum vobis placere monstrastis. Unde Deo condignas grates refferre non sufficimus, quod[b] vobis in tam periculoso tempore suae legis amorem inspiravit; qui Danielem[c] cum sociis[d] suis in Babilonica persecutione, ne statuam Nabuchodonosor adorarent, confortavit. Erat tamen aliquid adhuc[e] quod vos moveret, videlicet, si subiectus se quoquomodo de obedientia superioris potestatis excusare posset, si inferiori potestati obediret: unde vobis multas rationes et exempla sanctorum patrum dare pos-

a) sup. oll. *super rasura* 9. b) qui 9. c) et Danihelem 6. d) sociiis 6. e) *deest* 9.

1) *Cf. fragmentum catalogi praepositorum Strassburgensium in Gallia christiana t. V, col.* 822; *Strassburger Urkundenbuch t. I, p.* 49 *sq.*

semus, si non epistolarem brevitatem excedere timeremus. Dicamus tamen breviter, ne et scientioribus[a] nimium loquaces esse videamur[b].

Natalis Salonitanus[c] episcopus Honoratum[d] diaconum suum contra sedis[e] apostolicae preceptum ab archidiaconatu deposuit aliumque in locum eius subrogavit. Unde sanctus Gregorius[1] eundem Honoratum invito eodem episcopo in[f] locum suum[g] restituit et alium illi[h] subrogatum deposuit, eo quod[i] proprio episcopo in eadem subrogatione contra preceptum domini papae obedierit. Haec itaque summatim tetigimus vobisque ea in Regesto[k] ipsius diligentius consideranda committimus. Ibi, inquam, evidentissime patebit, quod[l] nullus subiectus cum obedientia sui prelati potest se excusare, quin et[m] principalius apostolicae sedi quam proprio episcopo vel decano debeat obedire, quae[n] ipsum etiam invito eius episcopo canonice potest dampnare. Amplius: Tercium Cartaginense concilium[2], cui sanctus Augustinus cum Aurelio Cartaginensi episcopo interfuit[o], ipsum, inquam, concilium kap[itulo] VII[o] testatur, ut episcopo excommunicato[p] nec a propria aecclesia communicetur. Si ergo provincialis concilii iudicio magis obediendum est, quam proprio episcopo, quanto magis sanctissimae sedis apostolicae generalissimae synodo? Preterea sanctissimi[q] patres aecclesiae[r], scilicet[s] apostoli, numquid non devotissime sui temporis sacerdotibus obedierunt, precipue cum Dominus preciperet: *Super*[t] *cathedram*[u] *Moysi sederunt scribae et pharisei; omnia quae dicunt vobis, servate et facite.* Cum autem ipsi a veritate discederent et apostolos secum *seducere vellent, nequaquam[v] apostoli expectasse leguntur, ut Dominus eos de phariseorum obedientia specialiter absolveret, immo statim eis obedire spreverunt dicentes: obedire magis oportet Deo quam hominibus. Unde[w] beatus apostolus Petrus in ordinatione sancti Clementis firmissime decrevisse legitur, ut ille, cui ecclesiasticus pastor sentitur aversus, ab hominibus devitetur, nec ad hoc exsequendum aliquod speciale preceptum a prelato expectetur, sed statim se ab illo avertant, cui ecclesiasticum pastorem adversum percipiant. Nulli, inquam, contra Deum et statuta sanctorum patrum est obediendum: immo prelato suo, qui pro[x] inobedientia a superiore potestate dampnatus est, omnimodis resistendum. Unde in sacratissima universali[y] synodo Ephesina[3] et illi multum laudati sunt, qui proprio eorum episcopo, id est Nestorio, viriliter restiterunt[z].

Matth. 23, 2. 3.

*f. 6'.

In fine[a] apologetici[b.4], quem domnus Heroldus[c] quondam de Hirsaugia[d] attulit, quem et domnus Henricus, ut opinor[e], hic descripsit: in fine, inquam, illius apologetici[b] hoc autenticis rationibus declaratur[f], quod nec proprio episcopo, etiam catholico et religioso, contra domnum papam obedire debeamus. Hunc[g] ergo librum, quem vos habere credimus, ut in illo haec omnia diligenter inspiciatis, rogamus. Si autem ille

a) scientibus 9. b) *ex* videamus *corr.* 6. c) Salonitacius 6. d) Honoranio 6. e) p. s. a. 9. f) eadem *add.* 6, *linea subducta del.* g) archidiaconatum 9. h) qui ei subrogatus est 9. i) ipse *add.* 9. k) registro 9. l) q 6. m) potius 9. n) quęm 9. o) et prefuit *add.* 9. p) dampnato et exc. 9. q) ipsi 6. r) aecclesiarum 9. s) sancti scil. et 6. t) supra 9. u) cathedra 6. v) statim ab apostolis audierunt: 'Oportet magis obedire' et rel. 6. w) unde — adv. percipiant (*l.* 26) *des.* 6. x) *deest* 6. y) et univ. 6. z) resisterunt 9. a) autem *add.* 9. b) apollog. 9. c) *post hanc vocem spatium vacuum, tribus fere verbis erasis* 6. d) Hyrs. 9, huc *add.* 6. e) opinamur 6. f) delatatur 6. g) Hunc ergo l. — confidimus (*p.* 103, *l.* 23) *des. omnia* 9.

1) *Vide supra p.* 87—88. 2) *Conc. Carthag. a.* 419, *c.* 62 (27. *Dion.-Hadr.), ex conc. a.* 401, 16. *Iun. repetitus, quem collectio Hispana c.* 2, *conc. Carthag. V. exhibet.* 3) *V. supra p.* 99. 4) *Apologeticum hunc intellegi puto ab ipso Bernaldo exaratum, qui de operibus suis tamquam ab extraneo quodam scriptis loqui solet, eumque fuisse suspicor libellum III, cuius ultimis duobus capitulis Bernaldus argumentum de oboedientia tractavit. Defensor quoque ille sententiae excommunicationis a Gregorio VII. latae (Appendix infra), qui nesciam an Bernaldus fuerit, eandem rem media in disputatione disseruit.*

vestrae inquisitioni[a] non satisfacit, nobis mandare dignemini. Certissime enim volumus vos scire, quod in hac parte, in quantum poterimus, vestrae petitioni et inquisicioni non deerimus.

De anathemate quoque, quod factum est [contra] Guibertum heresiarcham et omnes eius complices si quid uspiam dubitetis, nobis remandare velitis. Videlicet si non ipsum et omnes eius fautores et eorum sequaces eterno incendio cum diabolo et angelis eius mancipandos esse credatis, nisi ante finem huius vitae reconcilientur aecclesiae. Sic enim sanctus Augustinus[1] de ipsis iudicat scribens ad Petrum diaconum de fide. Hanc si ordinationem Guiberti et omnium vel eius ordinatione[b] propagatorum sive omnium excommunicatorum exsecrationem potius quam consecrationem esse dubitatis, nobis intimare velitis. A [Domino] enim vobis responsionem[2] de hac re preparavimus, scilicet cum inrefragabili auctoritate[3] sanctorum patrum Innocencii, Leonis magni, Pelagii et sancti Gregorii, qui omnes eadem auctoritate prediti censuerunt excommunicatos[c] nullatenus benedictionem vel consecrationem dare posse, sed potius damnationem et execrationem, quod illum non latebit quicumque eorum decreta diligenter inspexerit.

De communicatoribus quoque excommunicatorum quid vobis videatur, rescribatis, qui iuxta statuta apostolorum[4] et apostolicorum virorum[5] Fabiani, Kalisti, Gelasii eandem penam merentur quam excommunicati. Haec omnia cum domnis Heroldo, Anselmo et Heinrico diligenter consideratis[d], et si quid adhuc movet, nobis scribere non gravemini nosque vobis in hac inquisitione participes habere dignemini; a Domino enim inquirere haec debemus, iam[e] de nostro iuxta Augustinum[6] nihil nisi mendacium habemus. Nec nostrae scientiae arrogamus, ut inquisitionibus vestris satisfacere possimus, sed in illo, qui dixit: *Aperi*[f] *os tuum, et implebo illud*, confidimus. Ps. 80, 11.

Deus[g] autem pacis et solatii det vobis id ipsum sapere nobiscum, ut habundetis in spe et virtute Spiritus sancti.

LIBELLUS VII.
DE EADEM RE.

Cum excommunicationis sententia in foro externo nihil proficiat, nisi communicatores quoque excommunicatorum obligaverit, qui causam Gregorii VII. eiusque successorum egerunt scriptores, Bernhardus in libro canonum c. 4. et Bernaldus hisce duobus litteris, etiam illos, qui cum Wiberto et schismaticis excommunicatis communicaverint, vitandos esse voluerunt.

Dominum Recchonem, ad quem litterae missae sunt, clericum fuisse ex voce venerabili *colligendum est. Eas quoque post annum* 1086. *scriptas esse locus suadet, quem in serie libellorum cod.* 9. *obtinent. Ad quas sicut ad reliquas epistolas edendas excepta parte libelli IX. nonnisi codice* 9. *uti licuit, qui solus eas praeter X. et XVI. continet.*

a) inquisitionis 6. b) ordinationem 6. c) excomun. 6. d) *an* consideretis? e) *an* quoniam? f) dilata *Vulg.* g) Deus — Sp. sancti *des.* 6.

1) *Immo Fulgentius Ruspensis, in l. l. c.* 33, *Opp. August. ed. Benedict. t. V, App. col.* 25. 2) *In epistola ad Bernhardum data (libell. IV) Bernaldus distinctionem proposuit inter sacramenta, quae consecrant et ea, quae exsecrant, ut probaret etiam ab excommunicatis sacramenta confici; responsio vero haec a Domino inquirenda ex auctoritatibus p.* 89. 90. *allegatis potius in contrariam partem praeparata erat.* 3) *Eas auctoritates hic affert, quae sacramenta extra ecclesiam esse negant, v. libell. V, p.* 99. *IV, p.* 89. 4) *Ep. Pauli ad Rom.* 1, 32. 5) *V. supra p.* 95. 6) *Sermo* 254, § 7, *Opp. ed. Benedict. t. V, col.* 1049.

f. 6'.

ITEM UNDE SUPRA.

[EPISTOLA I.]

Domino ac venerabili viro Recchoni Bernaldus solo nomine presbyter, non moribus.

(1) Cum nuper simul essemus, nonnulla de vitandis excommunicatorum communicatoribus ad invicem contulimus, sed quia tunc tuae voluntati satisfacere[a] non potuimus, placuit, ut vel scribendo tibi satisfaceremus, quod colloquendo non licuit.

Beatus Calistus[1] papa et martir, vir apostolicus, in suis decretalibus epistolis IIII^{or} res enumerat, in quibus excommunicatum vitare debeamus, videlicet in salutatione, in osculo, in oratione, in convictu. Deinde sententiam de communicatore excommunicati subiungens: *Quicunque,* inquid, *in his vel in aliis prohibitis scienter excommunicatis communicaverit, iuxta institucionem apostolorum et ipse simili excommunicationi subiaceat;* quippe ut excommunicati communicator devitetur equę ut excommunicatus. Hinc beatus Gelasius[2] papa scribens orientalibus episcopis de Acatio communicatore ex-
*f. 7. communicatorum ita discernit: *Omnes complices, *sectatores, communicatores dampnatae semel pravitatis pari sorte censentur.* Quamvis enim extra aecclesiam alius alio tolerabilius peccet, in hoc tamen pares reputantur, quia nullus eorum in catholicam societatem recipiendus est, nisi catholico more reconcilietur.

(2) Idem[3] in sequentibus ad eosdem de vitandis communicatoribus excommunicatorum: *Nihil,* inquit, *nobis*[b] *commune cum hominibus communicationis externae.* Idem[4] in sequentibus: *Quid iuvat, si quis alicui evidentiori heretico non communicet, et is tamen communione iungatur, qui ab illius non sunt communione diversi?* Unde et multi religiosi ex Romanis se a communione Anastasii papae subtraxisse leguntur, eo quod ipse cuidam diacono Tesalonicensi communicaverit, qui iam Acatio communicavit; sic enim Romanus[5] pontificalis[c] testatur.

(3) Nec mireris communicatorem excommunicati eque ut excommunicatum devitare, cum sub eadem sententia, ut predictum est, teneatur obstrictus. Hinc idem[6], qui supra, Anastasio imperatori scribens: *Non potest,* inquid, *quilibet perversitatis communicatore suscepto non pariter perversus probari, nec potest refutari perversitas complice perversitatis admisso*[d]. *Legibus certe vestris criminum conscii susceptoresque latrocinantium pari iudiciorum poena constringuntur, nec expers criminis destinatur, qui licet ipse non fecerit, facientis tamen familiaritatem foedusque receperit.* Sicut igitur communicator furis eadem dampnatione cum fure multatur, nichilo minus communicator excommunicati cum eodem eadem lance dampnatur. Est autem dampnatio excommunicati, quod a Deo et membris eius sequestratur. Tu ipse contexe, quod sequitur: nempe sancti patres communicatores excommunicatorum equę ut excommunicatos ideo devitari voluerunt, quia eosdem, quasi qui seipsos dampnaverunt, habuerunt.

(4) Hic beatus Gelasius[7] ad predictos episcopos scribens de eodem Acatio: *Quid,* inquit, *queruntur Acatium a nobis fuisse dampnatum, cum recepta communione Petri se doceatur ipse dampnasse?* Unde et beatus Felix[8] papa, qui Acatium anathematizavit, in eadem sententia signanter posuit: *Habe,* inquit, *cum his, quos libenter amplecteris, portionem,* id est cum excommunicatis, acsi diceret: non tam novam ex-

a) *ex* satis n. p. facere *corr.* 9. b) vobis 9. c) pontiffic. 9. d) *ex* admissio *corr.* 9.

1) *V. supra p.* 95. 2) *Ibid. p.* 96. 3) *Ep.* 27, *c.* 3, *ed. Thiel I, p.* 354; *Jaffé nr.* 665. 4) *L. l. c.* 11, *p.* 434; *cf. Bernhardi librum can. c.* 4, *t. I, p.* 478. 5) *Lib. pontif. ed. Duchesne I, p.* 258; *cf. quod supra p.* 93. *de eius auctoritate scripsit.* 6) *Ep.* 12, *c.* 7. 8, *ed. Thiel I, p.* 354; *cf. supra p.* 96. 7) *Ep.* 27, *c.* 12, *p.* 435. 8) *Felicis II, ep.* 6, *c.* 2, *p.* 246; *Jaffé nr.* 599.

communicationem super te facimus, quam veterem, qua te communicando excommunicatis innodasti, *confirmamus. Nam cum omnis excommunicatus extra aecclesiam sit *f. 7'.
nullusque simul intra et extra esse possit, ille indubitanter se a catholica unitate separat, quicunque se ab excommunicatorum communione non sequestrat. Iure ergo a catholicis devitantur ut excommunicati, qui ab excommunicatorum communione non sunt sequestrati. Hoc autem diligentissime attendas, quod beatus Gelasius[1] nobis prescribit, cur apostolica sedes Acatium communicatorem Petri refutaverit: *Beati,* inquid, *Petri sedes, ne per Acatium in Petri consortium duceretur, ipsum quoque a sua communione submovit.* Idem[2] Anastasio imperatori: *Postquam Acatius communionis externae*[a] *factus est, non potuit nisi a catholica et apostolica mox societate precidi, ne per eum, si vel paululum*[b] *cessaremus, nos quoque videremur subisse contagia perfidorum.*

Videsne, quam necessario huiusmodi communicatores devitemus, ne per eorum (5)
consortium contagia perfidorum subisse iudicemur? Nam iuxta beatum Gelasium[3], quod et supra posui, non potest quilibet perversitatis communicatore suscepto non pariter perversus probari, nec potest refutari perversitas complice perversitatis admisso. Cessent ergo huiusmodi communicatores ecclesiasticae communioni se impudenter ingerere, ne catholicam sinceritatem sua communione iuxta eundem Gelasium commaculent. Nam procul dubio levius aput Deum iudicatur qualibet necessitate quemlibet excommunicationem incidisse, quam post lapsum reconciliationem non expetisse. Nec hoc sine intimo cordis dolore considerent, quantis[c] offendiculum prebeant, quos vel sua communione commaculant vel suo exemplo docent, ut excommunicationem incidere non timeant. Accipiant ergo sanum consilium et ad reconciliationem festinent, ne quandoque cum Acatio excommunicationem cogantur pati inviti, quia iam dudum se sua sponte non timuerunt obligare. Plura tibi de hac re scribere possem, si epistolarem brevitatem excedere non timerem. Sed et sapienti sat dictum videtur.

ALIA.

[EPISTOLA II.]

Domino ac venerabili vero Recchoni Bernaldus presbyter indignus.

Multum miror, cur tantum in rescribendo laboraveris, cum nequaquam asser- (1)
tionem[d] tuam de communione excommunicatorum approbaveris. Nullatenus enim communicatores excommunicatorum recipiendos fore probasti, immo eos sub *apostolicae *f. 8.
excommunicationis obligatione dimisisti, unde et ego tuis scriptis per omnia respondere non necessarium iudicavi[4].

De osculo excommunicatorum vitando facile nos excusatos putas, eo quod in (2)
quibusdam decretis te illud non invenisse testaris: ac si apostolica statuta suam integritatem obtinere non valeant, etiamsi ea quilibet mendosus liber minus integre habeat. Nam in emendatioribus et plenariis exemplaribus si quaesieris, ipsum osculum in decretis sancti Calisti papae, ut ego scripsi[5], poteris invenire. Praeterea nec laici ignorant hoc, quod excommunicatos osculari non debeant; quod si fecerint, absque omni contradictione per reconciliationem absolvi festinant, nec se nisi per reconciliationem recipiendos iudicant.

a) eterne 9; alienae *Gelas.* b) paulolum 9. c) *loco raso* 9. d) assertiorem 9.

1) *Ep.* 26, *c.* 3, *p.* 415; *Jaffé nr.* 664. 2) *Ep.* 12, *c.* 8, *p.* 355. 3) *V. supra p.* 104. 4) *Ex his verbis obscurioribus conicio Recchonem exposuisse communicatores excommunicatorum ipsos excommunicatos esse, non autem ex regula fidei, sed pro tempore tantum ex iussu apostolicae sedis.* 5) *V. supra p.* 95. 104.

(3) Hoc utique roboratum est consensu universalis aecclesiae, unde et nos illud iuxta Augustinum secure et veraciter possumus asserere. Idem[1] quoque verissime testatur, quod nihil firmius sit tenendum, quam illud, in quo veritas consuetudini suffragatur. Sed et Iohannes papa decimus[2] vir, inquam, apostolicus, iudicio universalis synodi[3] decrevit, ut quicunque deinceps bannum ab episcopis impositum et maxime in communione excommunicatorum corrupisset, XL dies in pane et aqua more homicidarum peniteret.

(4) De sententia beati Gelasii[4] papae, quae dicit: *Nihil nobis*[a] *commune cum hominibus communionis externae,* necessario colligitur, ut tam communicatorem Guiberti, quam ipsum devitare debeamus, et hoc maxime in illis rebus, quas sanctos patres prohibuisse cognovimus. Nec ego[5] mihi arrogo, ut iudicare possim canones pro tempore, quod specialiter privilegio Romani pontificis[b] ascribitur, qui Guibertum heresiarchen et omnes complices eius iudicio universalis synodi excommunicavit eosque in salutatione, in osculo, in oratione, in convictu devitandos sub poena excommunicationis iuxta apostolorum institutionem denuntiavit. Ergo aut Guibertum de excommunicatione purgabis, aut communicatores eius de obligatione excommunicationis expurgare non poteris, quin necessariam habeant reconciliationem, ut redeant ad catholicam communionem: nec aliquam difficultatem pretendam, quin apostolicae auctoritati obedire debeam; quod sicubi non observo, statim ad reconciliationem venire non recuso. Nec mihi succenseas, si beato Gelasio[6] plus quam tibi credo, qui dicit non iuvare, si hereticum devites, si communicatori eius communices; ac si diceret: quid iuvat, si Wipertum devites et communicatori eius communices? qui iuxta institutionem *apostolorum simili excommunicationi subiacere decernitur.

*f. 8′.

(5) Accipe ergo sanum consilium, et catholicae communioni reconciliare et a pertinaci defensione cesses, quae beato Augustino[7] attestante scisma in heresim solet convertere. In Domino rogatus cito resipiscas teque nobis communicabilem restituas, ne si nimis pertinaciter aecclesiasticae auctoritati obstiteris, aliquid gravius, quod absit, ab ipsa matre aecclesia audire merearis.

LIBELLUS VIII.
DE EMTIONE ECCLESIARUM.

Emtionem vel venditionem officiorum ecclesiasticorum simoniacam esse Bernaldus in Apologetico cap. 7—10. *contendit*[8]. *In his vero litteris rem difficillimam eam esse dicit, quae multum vires suas excedat. Ut sermone tam cauto lenique uteretur, Bernaldum id permovere potuit, quod inter ordinem atque officium accuratius distinxit. Nihilo secius miror, quod certum iudicium rei ferre veritus est, in qua tota lis de investitura versabatur, quae laicis adimenda esset, ut haeresis simoniaca radicitus evelleretur. Epistolam, Herimanno episcopo sedi Metensi iam restituto, a.* 1089. *vel* 1090. *scriptam fuisse ex eius fine conicere licet.*

a) vobis 9. b) potif. 9.

1) *De bapt. contra Don. l. IV,* § 7, *Opp. ed. Benedict. t. IX, col.* 124. 2) *Bernaldi chron. a.* 916, *SS. t. V, p.* 422. 3) *Altheimensis.* 4) *V. supra p.* 104. 5) *Reccho id sibi vindicasse videtur.* 6) *V. supra p.* 104. 7) *Ep.* 87, § 4, *Opp. ed. Benedict. t. II, col.* 209. 8) *Rem attigit in libello II, p.* 55.

DE EMPTIONE AECCLESIARUM.

Karissimo fratri Paulino Bernaldus solo nomine presbyter, non moribus, bonum indeficiens, quod est Christus.

Quęstionem, frater karissime, quam a me exsolvendam expetis, multum vires (1)
nostras excedit, quam etsi competenter explicare nossem, otium tamen librorum ad hoc exequendum habere deberem: nec de hac causa aliquid prępropere scribere vellem, quod non[a] ex auctoritate sanctorum patrum inrefragabiliter probare possem. Sed tu omnis morae impatiens ab exactione non desistis, unde et me pro tuo amore nimium festinare cogis. Dicam tamen ad presens, ut possum, salva diligentiori inquisitione in aliud tempus, et hoc quidem eo pacto, ut et tu interim quaeras et si quid inveneris, mihi intimare non graveris.

Inprimis igitur volo scias beatum Augustinum in libro retractationum[1] asserere, (2)
se non quinque libros de fide et operibus, sed unum tantum composuisse, quem[b] ita dicit incipere: *Quibusdam videtur.* Unde illud tuum de symoniaco testimonium non nobis satisfacere poterit, si ex alio libro beati Augustini de fide et operibus pretitulato excerptum. Incredibile enim videtur Augustinum alium librum de fide et operibus composuisse, nisi cuius mentionem facit in retractatione. Preterea ipsum testimonium, si bene recolo, venditionem vel emptionem aecclesiasticarum rerum dicit esse symoniacum: quod nimis laxum videtur, cum et legitimas venditiones et emptiones earum rerum inclusisse videatur. Quapropter id ipsum beato Augustino ascribere non presumo. Nec hoc dictum ita recipias, quasi ego tuae preiudicem opinioni, immo a te volo cercius inde doceri.

Est autem tua questio, si vendere vel emere aecclesias sit symoniacum? Unde (3)
tibi ita respondere possum, quia aput antiquos non ita, ut modo, presbyteri aecclesias iam dudum ordinati acquirere consueverunt, sed in ipsa ordinatione acceperunt. Nam sancti patres in Calcedonensi[2] concilio irritam *ordinationem cuiuslibet iudicaverunt, qui ad certum locum ordinatus non inveniretur; nempe locus, cui minister erat consecrandus, inprimis pronunciabatur. Sicque ordinatio ministri ad designatum locum sollempniter celebratur, sicut adhuc in ordinatione episcoporum sive abbatum ubique observatur. Cum ipsa ordinatione minister incardinabatur aecclesiae nec alius ei aecclesiam, alius consecrationem, sed idem ipse contulit utrumque et eodem tempore; nec plenaria deputabatur ordinatio, quam non precederet certa loci designatio. Unde et apud antiquos patres non tam specialis prohibitio facta legitur de emptione ecclesiarum, quas in ipsis ordinationibus comprehensas et cum ipsis per pecunias obtineri prohibitas noverunt. Et cum emptas ordinationes symoniacas reputarent, emptiones aecclesiarum procul dubio non exceperunt, immo nec excipere potuerunt. *f. 9.

Postquam[c] autem commendatio aecclesiae ab ipsa consecratione in tantum cepit (4)
separari, ut post multum tempus aecclesias acquirerent iam dudum consecrati, necessarium [fuit], ut et[d] speciali statuto prohiberetur emptio aecclesiarum, sicut et ipsarum consecrationum, nec unum minus quam [alterum][e] dampnaretur ut symoniacum. Sed consecrationes per precium acceptas tibi constat esse simoniacas; mihi autem nihilo minus de commendatione, id est de cura animarum, itidem videtur, si per pecuniam obtinetur. Nam Symon magus, ut legitur in Actibus apostolorum, per pecuniam obtinere voluit, non ut apostoli manus ei inponerent, sed ut ipse aliis manus inponere posset. Cui autem aecclesia sive cura animarum committitur[f], eidem etiam potestas

a) *supra script.* 9. b) quę 9. c) posquam 9. d) et — prohiberetur *super rasur.* 9. e) *recentiori manu in marg. adscript.* 9. f) commititur 9.

1) *L. II, c.* 38, *Opp. ed. Bened. t. I, col.* 55. 2) *C.* 6 *(Dion.).*

manus inponendi super cathecuminos, energuminos sive infirmos sibi commissos conceditur. Quis ergo hoc symoniacum esse negabit, si quis tale officium per pecuniam obtinuerit? Preterea officium hostiarii, notarii sive defensoris, si per pecuniam acquiritur, a beato Gelasio in decretis[1] suis capitulo XXIIII. symoniacum esse iudicatur, quorum tamen nullus per manus inpositionem ordinatur, nec ipsis, ut manus aliis[a] inponant, conceditur. Si ergo emptor ecclesiastici officii, quod per manus inpositionem nec acquiritur, nec exercetur, symoniacus esse iudicatur: quanto magis emptor pastoralis curae, in qua tot manus inpositiones frequentantur?

(5) *f. 9′. Beatus quoque Alexander papa primus[2] in *decretis suis symoniacum esse iudicavit, qui corruptus precio penitenti apud episcopum obstat vel adiuvat ad reconciliationem. Si ergo ille symoniacus iure dicitur, qui precio corruptus efficit, ut alii ab episcopo manus imponatur, quanto magis ille, qui sibi ipsi tale officium precio acquirit, ut subditis manus inponere possit? Petrus[3] Albanensis episcopus, vir mirae sanctitatis et fidei, Petrum Papiensem[b.4] iudicio ignis symoniacum esse probavit[5], eo quod investituram tantum[c] episcopatus per pecuniam a laico acceperit. Maiores nostri synodali iudicio[6] pro symoniaca heresi deputasse leguntur, si quis pecuniam pro crismate vel baptismo vel communione daret vel exigeret[d]. Si igitur haec omnia symoniaca esse non negamus, itidem de emptione aecclesiarum iudicare cur dubitamus?

(6) Haec tibi, frater karissime, ad presens, ut potui, satis festinanter collegi. Tu autem, quid tibi de his omnibus videatur, mihi rescribas. Sed et tu, si quid forte de predicta quaestione cercius inveneris, mecum communicare non graveris. Dominum Metensem[7] episcopum tuum, immo nostrum, ex mea parte humiliter saluta ipsumque, ut de hac tua questione, si ista non sufficiunt, cogitet[e], invita. Omnipotentis Dei misericordia semper vos incolomes nostrique memores in suo sancto servitio custodiat, domini et patres in Domino amantissimi.

LIBELLUS IX.

PRO GEBHARDO EPISCOPO CONSTANTIENSI EPISTOLA APOLOGETICA.

Eodem die, quo Bernaldus presbyter ordinatus fuit, ab Ottone Ostiensi legato apostolicae sedis Gebhardus episcopus Constantiensis consecratus est. Cuius partes Bernaldus, prout cum rerum gestarum[8] tum canonum adhibendorum peritus erat, in hac epistola defendendas suscepit. Nempe Gebhardum adversarii contra canones, qui vivo episcopo alium subrogari vetarent, intrusum esse contenderunt. Bernaldus igitur, ea, ut videtur, opinione ductus, eadem auctoritate, qua quis depositus fuerit, successorem constitui debere, ratiocinatus est Ottoni episcopo Constantiensi a Gregorio VII. iuste deposito ab Ottone illo legato eiusdem papae auctoritate Gebhardum legitime substitutum fuisse.

a) *ex* inp. al. *corr.* 9. b) panp. 9. c) *ex* tamtum *corr.* 9. d) exieraet 9. e) cogitaet 9.

1) *Ep.* 14, *c.* 24. *et* 2, *ed. Thiel I, p.* 375. 363; *cf. supra p.* 69. 2) *Cap. spur., Mansi t. I, col.* 647; *v. supra p.* 69, *n.* p. 3) *Petrus Igneus.* 4) *Episcopum Florentinum.* 5) *Bertholdi Ann. a.* 1067, *SS. t. V, p.* 273; *Bernaldi Chron. a.* 1089, *l. l. p.* 449. 6) *Scil. Triburiensi, Decret. Burch. IV,* 101 *(ex conc. Tribur. c.* 22*).* 7) *Herimannum.* 8) *Si codici Monac. (6) fidem habemus, Gregorius VII. fratribus S. Blasii vel ipsi Bernaldo retulit Ottoni episcopo Constantiensi se solam communionem absque officio restituisse.*

Compositus libellus est Urbano II. in sede apostolica constituto intra a. 1088—1099. *Codicibus usus sum* 6 *(Monacensi), qui tantum eam partem, qua res gestae referuntur, paulum correptam exhibet*[1], *et* 9 *(mon. S. Pauli).*

Reverentissimo sacerdoti ac dilectissimo patri R.[2] B[ernaldus] solo nomine presbyter non moribus, suae qualiscumque orationis certitudinem.

Iam diu est, pater amantissime, ex quo mihi conquerendo retulisti oblocutionem quorundum de ordinatione domini nostri Constanciensis episcopi, meque tibi rationem contra eorum obiectionem rescribendo subpeditare rogasti. Sed quia tunc pro tempore brevius respondi, quam res exigeret, iterum tibi, immo per te illis, de eadem causa plenius satisfacere non piget[a]. (1)

Inprimis igitur volo, ut illi nostri oblocutores causam diligenter investigent et intellectam iuxta statuta sanctorum patrum fideliter examinare studeant: et tunc demum, si quid in ea sacris canonibus adversum perspexerint, canonice reprehendant, si possint. Est autem summa eorum obloquii, ut retulisti, quod dominus noster G[ebhardus] episcopus esse non possit, eo quod antecessori suo Ottoni adhuc vivo[3] subrogatus *fuerit[4]. (2) *f. 10.

Sed sacri canones huiusmodi subrogationem, videlicet ut alius cuilibet deposito subrogetur, sepissime nobis prescribunt eamque legitimam esse atque autenticam absque omni contradictione constituunt. Sic enim[b] sanctum Constantinopolitanum concilium, aeque ut euangelium beato Gregorio attestante venerandum, Maximo Constantinopolitano patriarchae deposito beatum Nectarium subrogavit. Itidem sanctum Calcedonense concilium[5], itidem euangelio comparandum, Dioscoro Alexandrino patriarche dampnato sanctum Proterium[c] decrevit substituendum[6]; sic beatus Gregorius in Registro suo multis[7] depositis alios subrogari[d] precepit; sic Hincmarus Remorum archiepiscopus Ebponi deposito substituitur[8]; sic et in nostro tempore Rŏbertus Babinbergensis episcopus Hermanno damnato subrogatur[9].

Ergo non contra canones sed iuxta canonicas sanctiones noster episcopus O[ttoni] deposito, licet adhuc vivo, substituitur. Quam canonice autem vel pro quibus causis O[tto] perpetuam dampnationem subegerit, ut et noster episcopus canonice ei succedere potuerit, plenis et per ordinem digerere libet, quatinus illis nostris oblocutoribus nulla deinceps dubitatio subrepat, vel de illius intractabili dampnatione, vel de istius canonica subrogatione. (3)

Anno[e] dominicae incarnationis MLXXVI.[f] indictione[g] XV. in prima ebdomada[h] quadragesimae Gregorius papa VII. generali synodo[10] Romae in aecclesia[i] Salva- (4)

a) *litera* g *alia manu superscripta* 9. b) enim sanctum con. *super ras.* 9. c) Protenum 9. d) *ex* subrogare *corr.* 9. e) *quae sequuntur usque ad:* iudicio firmavit p. *aliquot locis mutatis verbis etiam in* 6. *leguntur.* f) MLXXI. *inter* M *et* L *aliquid erasum* 9. g) in die 6. h) epd. 6. *semper.* i) aecclesiae 9; in — Salvatoris *om.* 6.

1) *Sequuntur in eodem codice (f.* 49*):* Si eorum liceat elemosynas accipere, qui Heinricianae communicant heresi, sed coacti. Sed (*pro* Si) liceat catholicis transire ad ecclesias excommunicatorum dominio subiectas, sic tamen, ne eorum errori communicare cogantur. *Haec partem cuiusdam libelli deperditi faciunt.* 2) *Hac litera Recchonem, ad quem epistolae libelli VII. datae sunt, indicari verisimile non est.* 3) *Mortuo demum a.* 1086 *in.* 4) *A.* 1084, 21. *Dec., Bern. chron. a.* 1084, *SS. V, p.* 441*; canones, quos dicit, leguntur in Decr. Burch. l. I, cc.* 76. 186. 5) *Cf. supra p.* 99. 6) *Per electionem, non per decreta conciliorum, ut Bernaldus vult, Nectarius et Proterius patriarchae depositis substituti sunt.* 7) *De duobus hoc legitur l. VII, epp.* 14. *et* 42. 8) *Synodo Belvacensi a.* 845. 9) *A.* 1075*; cf. Bertholdi Ann. SS. t. V, p.* 278. 10) *Jaffé, Bibl. II, p.* 222.

toris presidens Ottonem[a] Constantiensem episcopum synodali iudicio officio et communione privavit[1], eo quod ipse cum reliquis scismaticis contra apostolicam sedem conspirasse missis literis se[b] propria[c] subscriptione manifestaverit. In[d] qua conspiratione idem ipse multo audatius reliquis conspiratoribus contra Romanum pontificem insanivit eumque apud saecularem principem speciali accusatione contumaciter impetere presumpsit, videlicet accusans eum, quod episcopali honore illum privaverit[2], eo quod laicos dampnatorum officia presbyterorum recipere vel eis obedire prohibuerit.

(5) Dominus[e] tamen papa multo misericordius eum tractavit, quam meruerit; nam misso venerabili Altmanno[f] Pataviensi episcopo eidem in subsequenti autumpno apud Ulmam sub presentia multorum communionem solam[g] absque officio reddidit[h], *f. 10'. quod tamen ille contra preceptum[i] domini[k] papae usque ad finem vitae suae *non cessavit usurpare[g]. Nam dominus[k] papa numquam postea[l] ei officium reddidit[h], sicut ipse papa quampluribus[m] inde sciscitantibus sepissime retulit postea. Ad[n] haec idem Otto symoniacis[o] et incontinentibus[p] presbyteris contra synodale decretum domini[k] apostolici, immo contra omnium sanctorum patrum decreta favere non cessavit. Unde et domnus papa missis literis omnes eius subiectos apostolica auctoritate de obedientia eius absolvit. Super haec autem omnia in partem scysmaticorum[q] relicta ecclesia[g] catholica sponte sua penitus demigrare non veritus[r] est.

(6) Haec itaque singula ad inrecuperabilem[s] eius dampnationem iuxta canonum sanctionem sufficere possent, quippe crimen conspirationis, interdicti usurpatio officii, assentatio symoniacorum sive incontinentium[t] presbyterorum, et, quod his maius videtur, demigratio a catholicis in partem scismaticorum. Nam beatissimus papa Fabianus et[g] martir in decretis[4] suis capitulo[u] II. conspiratorem clericum etiam ante examinatum iudicium iubet a clero in perpetuum[v] submoveri et infamia notari. Item sanctus Calistus[w.5] papa et martir et DC[x] triginta sancti patres Calcedonensis concilii[6] et alii innumerabiles clericos conspirantes penitus deponunt. Anthiocenum autem[g] concilium interdicti usurpatorem officii capitulo[u] IIII.[7] tam terribiliter dampnat, ut nullam ei[y] spem restitutionis vel locum satisfactionis deinceps concedat. Sanctus item[z] Gregorius in Regesto[a] suo capitulo[u] CCXL. partis secundae[g] huiusmodi usurpatorem perpetua excommunicatione dampnat, ita ut vix ei viaticum in fine vitae concedat. Idem quoque Gregorius[9] et illum[b] episcopum cum Symone mago portionem habere asserit quicunque contra illam heresim non vehementer exarserit: quanto magis illum, qui eandem heresim suo assensu nutrire non metuit? Idem[c] quoque[d] Gregorius[g.10]: *Procul dubio,* inquid, *facientis culpam habet, qui quod potest corrigere negligit emendare.* Item[e] Damasus[11] papa ad episcopos Mauritaniae: *Qui potest,* inquid, *obviare et perturbare*

a) Ort. 6 *semper.* b) set 9. c) pr. subscr. *des.* 6. d) In qua consp. — ob. prohibuerit (*l.* 7) *des.* 6. e) Dominus tam. — subs. autumpno *abbreviantur in cod.* 6: Sed venerabilis Pataviensis episcopus sedis apostolicae legatus in subsequenti autumno eidem apud Ulmam *etc.* f) Alimanno, i *sup. ras. pro* a 9. g) *deest* 6. h) red. 9. i) bannum 6. k) domn. 6. l) et postea off. 6. m) nobis ipsis et aliis quam pluribus multotiens retulit 6. n) Ad — Otto *om.* 6. o) quoque *add.* 6. p) in ētinentibus 6. q) cysm. 9. r) e. v. 6. s) perpetuam 6. t) Nicholaitarum 6 *pro* inc. presb. u) k. 6. v) imperp. 9. w) kal. 6. x) de 9. y) sp. ei 9. z) quoque 6. a) registro 9. b) ep. — ill. 9. c) item 9. d) etiam 6. e) Item Dam. — f. impietati *des.* 6.

1) *Eum officio non privavit, sed tantum suspendit.* 2) *Hoc ad litteras spectare videtur, quibus Gregorius VII. Constantienses a vinculo obedientiae et iuramento fidelitatis Ottoni episcopo debitae a.* 1075. *absolverat, Jaffé, Bibl. II, p.* 529; *cf. supra p.* 99. 3) *Bertholdi Ann. SS. t. V, p.* 293. 4) *Ep. spur. II, c.* 21, *Hinschius p.* 165. 5) *Ep. spur. II, c.* 8, *Hinschius p.* 138. 6) *C.* 18. 7) *V. Dion., ut videtur.* 8) *V. supra p.* 94. 9) *Lib. XII, ep.* 29, *Opp. II, col.* 1200; *Jaffé nr.* 1859. 10) *Lib. IX, ep.* 110, *Opp. II, col.* 1018; *Jaffé nr.* 1744. 11) *Ep. spur. c.* 23, *Hinschius p.* 508.

perversos et non facit, nihil aliud est, quam eorum favere impietati. Iuxta[a] aposto- cf. Rom. 1, 32.
lum autem[b] *facientes[c] et consentientes par pena complectitur. *f. 11.

In eo autem, quod[d] idem[e] Otto in partem scismaticorum sponte discessit, (7)
seipsum iuxta sanctionem[f] sanctorum patrum proprio iudicio dampnavit. Quapropter domnus[b] papa Gregorius in Romana synodo synodali iudicio anno dominicae incarnationis MLXXX. indictione[g] III.[a] in prima ebdomada[h] quadragesimae predictum Ottonem iam triennio frustra premonitum et expectatum, ut resipisceret, absque spe recuperationis dampnavit et anathematizavit[1] et venerabili Pataviensi episcopo Altmanno vices suas commisit, ut ad Constantiensem aecclesiam migraret eique legitimum pastorem ordinare procuraret. Quod idem episcopus exequi[i] summopere[k] procuravit; sed perpetrata electione infirmitas electum inpedivit, ne penitus[l] umquam[b] consecrari potuerit[m]. Unde cum pluribus annis illa aecclesia pastorali provisione careret, tandem predictus papa Gregorius e latere suo venerabilem Ottonem Ostiensem episcopum, non[n] multo post apostolicum, illuc direxit, qui eidem aecclesiae legittimum pastorem Gebehardum[b] canonice ordinavit[o] anno dominicae incarnationis MLXXXIIII. indictione[p] VII. XI. Kal. Ianuarii[2], eiusque ordinationem in proxima pascali ebdomada[h] in generali concilio[q.3] Saxoniae apostolica[r] auctoritate collecto sinodali iudicio confirmavit[s.4]. Non enim iste episcopus more aliorum per secularem potestatem contra canones intravit, sed canonice, videlicet a cuncto clero et populo legaliter[t] electus et postulatus, et ex apostolica auctoritate per legatum sedis apostolicae viduatae sedi sollempniter intronizatus est et consecratus, reverentissimis episcopis et abbatibus desiderantissime astipulantibus, asentientibus quoque catholicis ducibus[5] et comitibus reliquisque Christi fidelibus. Tam canonice, inquam, electus est et ordinatus, ut eius electioni sive ordinationi nequaquam contradicere possit quisquis apostolicis et canonicis institutionibus contraire noluerit. Preterea ipse venerabilis papa Gregorius, cuius auctoritate ordinatus est noster episcopus, item Victor papa successor eius nostrum episcopum, quoad vixerunt, pro legitimo pastore habuerunt; item reverentissimus papa Urbanus, qui modo summae rerum presidet, eum semper pro canonico pastore *habuit[u] et habet[v], utpote *f. 11'.
quem a se sub apostolica legatione ordinatum[w] canonice cognoscit. Si igitur alias rationes de eius ordinatione nesciremus, illae nobis possent sufficere[6], quod tot Romanos pontifices eius ordinationi astipulatos sciremus. Quapropter illos nostros oblocutores (8)
volo ut admoneas, quatinus [contra] preceptum Domini ecclesiastico principi detrahere vereantur, ne in hoc non tam ei nocere, quam vicio suo satisfacere a sapientibus merito iudicentur.

Omnipotens Deus tuam fraternitatem hic et in aeternum custodiat orantem pro me, domine et pater reverentissime!

a) Nam iuxta 6. b) *deest* 6. c) *ex* facientis *corr.* 6. d) qui 6. e) idem Otto *des.* 6. f) sanctiones 6. g) indiciis 6. h) epd. 6. i) *deest* 9. k) sumop. 9. l) penius 6. m) posset 6. n) non m. p. ap. *des.* 6. o) consensu cleri et populi *add.* 6. p) in die 6. q) synodo Quitilineburt apost. 6. r) et ap. 9. s) *hic desinunt excerpta cod.* 6. t) regaliter 9. u) habuerunt 9. v) habent 9. w) *sup. ras.* 9.

1) *Gregor. VII. omnes fautores Heinrici regis anathematizavit, sed de depositione Ottonis vel aliorum nihil expressis verbis statuit; Jaffé, Bibl. II, p.* 403. 2) *Bern. Chron. a.* 1084, *SS. t. V, p.* 441. 3) *Quedlinburgensi a.* 1085, *Bern. Chron. l. l. p.* 443. 4) *In chron. l. l. Bernaldus synodali iudicio refert confirmata esse, quae Otto Ostiensis ordinaverat.* 5) *Nimirum Bertholdo II. duce de Zeringen, cuius frater erat Gebhardus, ac Welfone duce Bavariae.* 6) *V. quae supra p.* 3. *de ratione Bernaldi in defendendo Gregorio VII. dixi.*

LIBELLUS X.

DE EXCOMMUNICATIS VITANDIS, DE RECONCILIATIONE LAPSORUM ET DE FONTIBUS IURIS ECCLESIASTICI.

Libellus hic duabus partibus constat, quarum altera Bernaldus eadem fere disputat, quae in aliis libellis tractaverat, ita ut in eadem argumenta vel interdum in eadem verba redeat; altera dissertationem de fontibus iuris ecclesiastici continet, ad quam exarandam collectionibus, quae dicitur Dionysio-Hadriana, forma quadam auctiore, et Pseudo-Isidoriana usus est. Quibus accedunt regulae quaedam de interpretatione canonum et, quae Bernaldo summae curae erant, argumenta de potestate pontificum Romanorum, qui etiam novos canones instituant. In qua parte cum nonnulla ex priore repetantur, utramque non uno tenore conscriptam, sed posteriore tempore consutam fuisse putaverim. Non pauca Bernaldus ex libro quodam Hincmari Remensis, quem F. Turrianus 'de variis capitulis ecclesiasticis' inscripsit, ad verbum depromsit. Cuius cum fragmenta tantum nobis cognita sint, quae ille in opere pro canonibus apostolorum et epistolis decretalibus defendendis adhibuit, in reliquis partibus discerni nequit, quid Bernaldus suae farinae quidve ab Hincmaro profectum concinnaverit.

Cum quis Gebehardus[1] *ille monachus fuerit, ad quem Bernaldus libellum misit, nesciamus, de tempore vix quicquam certius statui potest, quam eum post annum* 1084. *editum fuisse. Primus eum S. Tengnagel ex cod.* 7. *publici iuris fecit; recusum a I. Gretsero, Opp. t. VI, p.* 513 *sq., denuo Ussermann cum cod.* 8. *collatum edidit. Iidem codices et mihi praesto fuerunt; sed cod.* 7. *in parte posteriore numeros errarum et nomina mendosius describit et cod.* 8. *priorem tantum partem eamque non totam perhibet et capitulis ita transpositis, ut post initium libelli p.* 113. 114. *paucis penitus praetermissis non ea, quae ibi sequi deberent, sed capitula posteriora (p.* 117. 121*) scripta sint, et illa haec excipiant. Insuper codice* 6, *sed pro parva tantum parte, uti licuit.*

Domno ac venerabili Gebehardo[a] euangelicae perfectionis viro[2] Bernaldus[b], solo nomine presbyter non moribus, post transitoriam huius vitae peregrinationem caelestis patriae aeternam possessionem.

(1) De periculosa excommunicatorum communione vitanda, in quantum potuimus, vestrae petitioni scribendo satisfacere studuimus. Sed et[c] alia adicere non piguit quae non minus vobis placitura[d] putavimus, videlicet, quid sit intelligendum de rigore canonum super[e] damnatione sive depositione lapsorum, item de reconciliatione eorum sive hereticorum[f]; de quibus omnibus non nostras, sed sanctorum patrum sententias fideliter collegimus. Harum enim rerum consideratio nostro tempori maxime est[g] necessaria, in quo sancta aecclesia inter excommunicatos[h] et damnatos[i] supra modum laborat, ut vel eorum aliquem in sinum suum recipiat vel se[c] saltem ab eorum contagio[k] inmunem custodiat. Omnipotentis Dei misericordia vos semper incolomem nostrique memorem protegat, domne frater amantissime.

(2) Quantum[l] ex apostolicorum virorum sententiis colligere potuimus, tres sunt personae, quas sancti patres nostri sub excommunicatione multari notaverunt. Principaliter quidem ipse excommunicatus[m], qui specialiter ab aeclesiastica communione iudiciario[n]

a) GG. 8. b) B. 8. c) *deest* 8. d) placita 8. e) sup. iudicio laps. it. 8. f) eret. 8 *semper*. g) *deest* 7. h) comm. 8. i) dampn. 8 *semper*. k) contagio se 8. l) *quae sequuntur usque* in oratione communicaverit p. *leguntur etiam in cod.* 6. m) excommunicatur 6. n) iudicario 8.

1) *Nam abbati Schafhusensi, cuius Bernaldus in chronico suo ad annos* 1098. *et* 1100. *mentionem facit, nomen Gerhardus fuit, non Gebehardus, quod Tengnagel voluit.* 2) *Scilicet monacho. USS.*

ordine separatus est, deinde fautor[a] eius, qui ei intus et exterius assenciendo et cooperando favere non veretur; item et[b] communicator[c] ipsius, qui etsi[d] eius errori se assentire non detegat, ab eius tamen se communione non separat. Set hi[e] omnes audiant, quid beatus Gelasius[1] papa scribens orientalibus episcopis dicat: *Omnes,* inquit, *complices, sectatores, communicatores damnatae semel pravitatis pari sorte censentur.* Et post pauca[2]: *Acatius*[f], inquit, *qui Petro communicavit, ut criminis particeps, ita factus*[g] *est penae.* Idem omnibus episcopis Dardaniae[3]: *Patres,* inquit, *nostri auctore cuiuslibet insaniae, pariter errore*[h] *damnato, sufficere iudicaverunt, ut quisquis aliquando huius erroris communicator exsisteret, principali eius sententia dampnacionis*[i] *esset obstrictus*[k], *quoniam manifeste quilibet vel professione sua vel communione posset agnosci.* Et post pauca[4]: *Forma fidei*[l] *communionisque catholicae Niceno prolata*[m] *concilio Arrianos omnes, vel quisquis in hanc pestem sive consensu seu communione deciderit, sine retractatione*[n] *concludit*[o]. Idem in sequentibus[5]: *Idem ipse error, qui semel est cum suo auctore damnatus, in participe quolibet pravae communionis effecto et exsecrationem*[p] *gestat et penam.*

Qualiter autem excommunicatos vitare[q] debeamus, apertissime nobis prescriptum (3) est a sanctis patribus, inter quos beatus[r] Calistus[s] papa[6] et martir quatuor res enumerat, in quibus excommunicatum vitare debeamus; videlicet in salutatione, in osculo, in oratione, in mensa. Nam *quicumque,* inquit[t], *in his vel in aliis prohibitis scienter excommunicatis communicaverit, iuxta apostolorum institutionem et ipse simili excommunicationi*[u] *subiaceat.*

Fautores quoque eorum et communicatores nichilominus vitare debemus iuxta (4) attestationem[v] beati Gelasii[7] papae, qui orientalibus episcopis de Acacio[w] communicatore excommunicatorum scribens ita testatur: *Nichil nobis commune cum hominibus communionis externae.* Idem in sequentibus[8]: *Quid*[x] *iuvat, si quis alicui evidentiori heretico non communicet et his tamen communione iungatur, qui ab illius communione*[y] *non sunt diversi*[z]*?* Unde[9] et multi religiosi ex Romanis se a communione Anastasii papae subtraxerunt, eo quod ipse cuidam diacono Thesalonicensi communicaverit, qui iam Acacio communicavit; sic enim Romanus pontificalis testatur.

Ideo autem sancti patres communicatores excommunicatorum aeque[a] ut excom- (5) municatos vitari voluerunt, quia eosdem, quasi qui se ipsos damnaverint, habuerunt. Hinc beatus Gelasius[10] papa ad supradictos[b] episcopos scribens de eodem Acacio: *Quid,* inquit, *queruntur Acacium*[c] *a nobis fuisse damnatum, cum recepta communione Petri se doceatur ipse damnasse?* Nam, cum omnis excommunicatus extra aecclesiam sit nullusque simul intra[d] et extra esse possit, ille indubitanter a[e] catholica unitate se separat, quicunque se ab excommunicatorum communione non sequęstrat. Iure ergo a catholicis devitantur ut excommunicati, qui ab excommunicatorum communione[f] non sunt sequestrati.

a) fautorum 6. b) *deest* 8. c) communicatorum 6. d) si erri eius *postea del.* 8. e) hii 7. f) Achac. 8 *semper.* g) sit factus et 6. 8. h) errorę 8. i) damnatus esset 7. k) astrictus 8. l) *litterae* fi *del.* 8. m) probata 6. n) retractitione 6. o) excludit 7. 8. p) execr. 7. q) devitare 6. r) *deest* 7. s) Kal. 6. t) inquid 6; quic. in his v. i. al. — inquit prob. 8. u) excommunicatione 7. v) institucionem sancti Gel. 8. w) Acat. 6 *semper.* x) inquit *add.* 8. y) n. s. comm. 6. z) divisę 6; divisi 7. a) ęquę 8. b) ad predictos scr. 7. c) a. nob. Ac. 6. d) ęcclesiam *add.* 6. e) se a . . . sep. 6. 8. f) *hic abrumpitur textus in cod.* 8, *f.* 19′ *in fine.*

1) *Ep.* 27, *c.* 3, *ed. Thiel I, p.* 424. 2) *L. l. p.* 425. 3) *Ep.* 26, *c.* 2, *ed. Thiel I, p.* 414. 4) *L. l. p.* 415. 5) *Ep. l. c.* 4, *p.* 416. 6) *V. supra p.* 104. 7) *V. supra p.* 104. 8) *Ibid.* 9) *Eadem iisdem verbis leguntur supra p.* 104. 10) *V. supra p.* 104.

Sciendum autem, quia, quamdiu mali in catholica unitate sunt, bonos, nisi consenciant, sua communione non maculant, sicut beatus Augustinus[1] contra Donatistas frequentissime et inrefragabiliter probat. Postquam vero ab aeclesia separantur, non iam sola consensione, sed etiam exteriori communione communicatores suos maculare non dubitantur. Unde idem beatus Augustinus[2] in IIII. Cartaginensi concilio a CCXVII[a] episcopis habito sententiam excommunicationis sua subscriptione confirmavit super eum, quicunque deinceps excommunicato vel in oratione communicaverit. Qua sententia et ipsi apostoli huiusmodi communicatorem damnavere iuxta adtestationem sancti Calisti[3] papae.

(6) Hucusque de lege excommunicationis vestrae petitioni utcunque satisfecimus. Sed quia non sine fenore tam karissimo fratri et domino debitum persolvere debemus et alia non minus placitura vobis supererogare volumus; videlicet quid sit intellegendum de rigore canonum super damnatione vel depositione lapsorum nec non et reconciliatione eorum. Nam in huiusmodi causis magna discretione indigemus, ne vel nimium rigidi cum Novatianis desperare videamur de salute lapsorum vel nimium remissi zelum Dei non habere iudicemur. Et primum quidem de rigore canonum.

Locus[b] penitentiae semel tantum antiquitus[c] in aeclesia legitur concessus nec alicui post penitentiam iterum lapso concedendus. Sic enim beatus Syricius[d] papa in decretis[4] suis de huiusmodi lapsis affirmat, quia[e] iam penitendi suffugium non habeant; sed non ita intellegere debemus, quasi sancti patres vel de huiusmodi lapsorum salute desperarent, etsi eos inter penitentes recipiendos denegarent. Non enim haec[f] ideo instituisse[g] credendi sunt, ut homines a penitentia, sed a peccato deterrerent; nec ut minus, sed ut humilius, post lapsum peniterent qui se et ipsis penitentibus inferiores reputari viderent. Et hoc[h] in aliis criminaliter lapsis quasi pro lege observatur, ut ab ordine deiciantur, quem ante lapsum habuisse et in quo peccasse deteguntur. Sic nimirum et in ordine penitentium constituti, si denuo labuntur, pristino ordini non inmerito iudicantur indigni.

(7) Non tamen haec sancti patres desperatione veniae tam acriter decrevisse creduntur, precipue cum Dominus omnes[i] homines velit salvari, qui dicit: *Nolo mortem peccatoris;* et: *In quacunque die peccator ingemuerit, salvus erit.* Non, inquam, desperatione veniae, sed pro cautela disciplinae haec instituta credimus: quod etiam ex verbis beati Augustini[5] ad Macedonium presbyterum approbare possumus: *In tantum,* inquit, *hominum aliquando iniquitas progreditur, ut etiam post actam penitentiam, post altaris reconciliationem vel similia vel graviora committant. Et tamen Deus facit etiam super tales oriri solem suum, nec minus tribuit, quam antea tribuebat, largissima munera vitae et salutis. Et quamvis eis in aeclesia locus ille penitentiae non concedatur, Deus tamen super illos[k] pacientiae suae non obliviscitur.* Et post pauca: *Quamvis[l] ergo caute salubriterque provisum sit, ut locus illius[m] humillimae penitentiae semel in[n] aeclesia concedatur, ne medicina vilis minus utilis esset egrotis, quae tanto magis salubris est, quanto minus contemptibilis fuerit; quis tamen audeat dicere Deo: Quare huic homini, qui post primam penitentiam rursum se laqueis iniquitatis obstringit, adhuc iterum[o] parcis? Quis audeat dicere erga istos non agi, quod apostolus ait: 'Ignoras, quia pacientia[p] Dei ad penitentiam te adducit?' Aut istis ex-*

cf. Ez. 33, 11. 12.

Rom. 2, 4.

a) CCCXIIII. 6. b) *f.* 23, *l.* 15. *cod.* 8. c) in aecel. ant. 8. d) Sir. 8. e) quod 8. f) hoc 8. g) instatuisse 8. h) quoque *add.* 8. i) *deest* 8. k) eos 8, *Aug.* l) quanvis 7. m) ille 8. n) in aecl. *des.* 7. o) tamen 8. p) benignitas *Vulg.*

1) *Sermo* 88, § 19, *Opp. ed. Bened. t. V, col.* 479, *v. supra p.* 41. 2) *Statuta ecclesiae antiqua c.* 73, *Hinschius p.* 305. 3) *V. supra p.* 104. 4) *Ep. ad Himer. c.* 5, *Mansi t. III, col.* 657; *Jaffé nr.* 255. 5) *Ep.* 153, § 7, *Opp. ed. Bened. t. II, col.* 526.

ceptis esse diffinitum, quod scriptum est: 'Beati omnes, qui confidunt in eum?' Acsi diceret, quis vel huiusmodi lapsis divinam misericordiam intercludere valeat, quin[a] et ipsi sint beati, si in Domino confidant[b]? Ps. 2, 13.

Apud modernos tamen locus penitentiae illis[c] non negatur, quia adeo usquequa- (8)
que humana pravitas invaluit et iugum antiquae disciplinae abiecit, ut sancta aecclesia iam multum gauderet, si vel ita modo resipiscere vellent. Novit enim Dei misericordiam ad indulgendum promptissimam nec multum distare apud Deum, qua severitate vel lenitate iuxta diversitatem temporum peccata puniantur, si tantum[d] peccator ex toto corde convertatur.

Sed et hoc nonnullos movet, quod beatus Innocentius[1] papa scribens Victricio[e] (9)
Rotomagensi[f] episcopo asserit virginem Deo sacratam ad agendam penitentiam non esse admittendam, si nupserit eo[g] vivente, qui eam corrupit[h]. *Ita enim,* inquit, *et in coniugiis observatur, ut femina vivente viro alii nupta ad agendam penitentiam non admittatur, quamdiu adulter vixerit.* Et hoc utique rigore potius disciplinae, quam desperatione veniae institutum debemus intellegere, videlicet, ut homines vel[i] a tali peccato cessarent, quod et locum penitentiae sibi intercludere non ignorarent. Satis autem congrue huiusmodi feminae ad agendam penitentiam quasi indignae reputantur, eo potissimum tempore, cum adhuc vivunt[k], cum quibus peccavere: quia et tunc de eis sancta aecclesia plus[l] scandalizari[m] solet, cum peccatum earum non solum per ipsas, sed et per presentiam fornicatorum[n], cottidie publicatur.

Non solum autem in predictis, sed et in aliis canonum iudiciis profectus aeclesia- (10)
sticae disciplinae potissimum adtenditur; ut et qui peccaverunt corrigantur, et alii, ne peccent, deterreantur. Hinc est, quod quidam nunc VII nunc[o] X annis, aliquando etiam usque ad finem vitae, pro suis criminibus ab aeclesiastica communione separantur; qui et libenter sub hac districtione debent laborare, non solum, ut peccata sua diluant, sed etiam, ut sanctae Dei aeclesiae satisfaciant eamque sibi reconcilient penitendo, quam scandalizaverunt delinquendo.

Nulli tamen eorum ille numerus annorum precludit, quin[a] et ante expletionem (11)
eorum Deus eis indulgere valeat et soleat, si digne penituerint, iuxta illud beati Leonis[2] papae: *Quia,* inquit, *misericordiae Dei nec mensuras possumus ponere nec tempora diffinire, apud quem nullas moras patitur veniae[p] conversio.* Unde et sancti patres hunc numerum annorum, si tamen aeclesiasticae disciplinae non obfuit, multotiens anticipandum[q] in reconciliatione censuerunt in his duntaxat, qui digne penituerunt. Nam, ut beatus Augustinus in suo enchiridion[3] testatur, in actione huiusmodi penitentiae non tam mensura temporis quam doloris adtendenda est. Item beatus Innocentius[4] papa: *De pondere,* inquit, *peccatorum estimando sacerdotis est iudicare, ut adtendat[r] ad confessionem penitentis et[i] ad fletus et ad[i] lacrimas corrigentis; ac tum iubere dimitti, cum viderit congruam satisfactionem.* Hinc et Nicenum concilium[5] lapsos, quos triennio inter cathecuminos et postea decennio inter penitentes affligi constituit, ab episcopis humanius tractari concessit, si cum metu et lacrimis, non simulate sed veraciter penituerint: tepidos autem et neglegentius penitentes diffinitum tempus omnibus[s] modis implere constituit. Cui sententiae beatus Ieronimus[t.6] evidentissime

a) quando 8. b) confidunt 8. c) in aeclesia *add.* 8. d) tamen 8. e) Victrici 8. f) ep. Rot. 8. g) v. eo 8. h) corruperit 8. i) *deest* 8. k) vivant 8. l) *deest* 7. m) scandar. 8. n) maritorum 8. o) ann. n. X. 8. p) vera *add. Leo.* q) in rec. ant. 8. r) att. 8. s) m. o. 8. t) Ieroninimus 8.

1) *Ep. ad Victric. c.* 12, *Mansi t. III, col.* 1035; *Jaffé nr.* 286. 2) *Ep.* 108, *c.* 4, *ed. Baller. t. I, col.* 1175; *Jaffé nr.* 485. 3) § 17, *Opp. ed. Bened. t. VI, col.* 220. 4) *Ep. ad Decent. c.* 7, *Mansi t. III, col.* 1030; *Jaffé nr.* 311. 5) *C.* 12, *vers. Dion.* 6) *Decret. Burch. t. XIX, c.* 31 *(ex dictis Hieron.).*

astipulatur. *Apud Deum,* inquit, *non tam mensura valet temporis, quam doloris; nec abstinentia tantum ciborum, quam mortificatio viciorum, propter quam*[a] *tempora penitentiae fide et conversatione penitentium adbrevianda canones precipiunt et neglegentia*[b] *protelanda.*

Sed et ratio temporum nonnunquam rigorem canonum remitti cogit, sicut beatus Innocentius[1] papa in quibusdam faciendum decrevit, qui hac[c] vita in voluptatibus transacta demum in fine penitentiam simul[d] et reconciliationem expetunt: *De his,* inquit, *observatio prior durior, posterior interveniente misericordia inclinatior est. Nam consuetudo*[e] *prior tenuit, ut concederetur*[f] *penitentia, sed communio negaretur. Nam cum illis*[g] *temporibus crebrae persecutiones essent, ne communionis*[h] *concessa facultas*[i] *homines de reconciliatione securos non revocaret a lapsu, merito negata est communio, concessa penitentia, ne totum penitus negaretur; et duriorem remissionem fecit temporis ratio. Sed postquam Dominus noster pacem aeclesiis suis*[d] *reddidit*[k] *iam depulso terrore, communionem dari obeuntibus placuit, et propter Domini misericordiam quasi viaticum profecturis*[l]*, et ne Novatiani heretici negantis veniam asperitatem et duriciam subsequi videamur. Tribuitur ergo*[m] *cum penitentia*[n] *extrema communio, ut homines huiusmodi vel in supremis suis, Salvatore*[o] *nostro permittente, a perpetuo exicio vendicentur.* Ecce in quantum vir iste apostolicus antiquo rigori[p] remittendum existimavit[q], qui communionem quibusdam nec in fine redibendam[r] concessit, ibique[s] subsequenter et antiqui rigoris et modernae remissionis rationabiles causas annectere[t] curavit. Aliquando etiam et ipsa multitudo delinquentium rigorem disciplinae non admittit, ut quod a multis peccatur canonice[u] vindicari non[v] possit. In qua causa iuxta adtestationem eiusdem apostolici priora Dei iudicio committenda sunt et de reliquo maxima sollicitudine precavendum. Ipsa quoque consideratio fragilitatis humanae nonnunquam rigorem canonum cogit emollire. Unde beatus Nycolaus[w] papa primus[x. 2] parricidis et fratricidis communionem altaris post biennium reddendam, ne desperarent, decrevit, quam tamen Anciranum[3] concilium nec homicidis[y], nisi in fine vitae, redibendam[z] constituit[a]. Eodem modo et spontanea confessio canonicam severitatem iuxta Calcedonense[4] concilium mitigare consuevit: quod utique monachis et virginibus sacris a proposito lapsis, sed confessis misericordiam impertiri decrevit. Nequaquam autem[a] huiusmodi remissiones inter autenticas sanctiones admitterentur[b], si non alii, nisi qui iuxta canonicum rigorem penitentiam explerent, salvari crederentur: quod sane non catholicum, sed Pelagianum esse videretur. Ipse enim Pelagius veniam penitentibus non secundum gratiam Dei[c], sed secundum merita et labores eorum dari dogmatizavit, quam[d] tamen heresim ipse in Palestino[5] concilio anathematizavit. Sed apud Deum nullas veniae[e] moras patitur conversio[c], ut prelibavimus. Unde[f] et sancti patres in canonico rigore non terminum indulgentiae, sed formam disciplinae nobis[g] prefixisse creduntur, quippe, ut homines a peccatis compescerent nec alicui veraciter converso veniam denegarent, quae et[c] tanto[h] humilius et fructuosius accipitur[i], quanto minus iuxta canonicum rigorem ex debito impendenda

a) quod 8. b) neglig. 8. c) *ex* hanc *corr.* 7. d) *deest* 8. e) p. c. 8. f) eis *add. Innoc.* g) his 7. h) communis 7. i) facilitas *Innoc.* k) redid. 8. l) pros. 8. m) igitur 8. n) poenitentes *add. Innoc.* o) p. s. n. 8; miserante s. n. *Innoc.* p) de ant. rigore 8. q) estim. 8. r) reddi. 8. s) ibi 8. t) annectare 8. u) canonicę 8. v) *deest* 7. w) Nic. 8. x) primum 7. y) homini 8. z) reddendam 8. a) *deest* 7. b) amiterentur 8. c) *deest* 8. d) qua 8. e) venia 8. f) *in marg. insertum* 8. g) p. n. 7. h) tuato 8. i) exc. 8.

1) *Ep. ad Exup. c.* 2, *Mansi t. III, col.* 1039; *Jaffé nr.* 293. 2) *Ep. ad Ratoldum, Mansi t. XV, col.* 459; *Jaffé nr.* 2850. 3) *C.* 22. 4) *C.* 16 *vers. Dion.* 5) *Mansi t. IV, col.* 315.

cognoscitur. Ergo et in hoc, quod locum penitentiae vel[a] communionem nunc omnino, nunc ad tempus quibusdam denegasse leguntur, non desperationem lapsorum, sed disciplinam[b] corrigendorum intellegere debemus, ne de lapsis sanctos patres cum Novatianis desperasse iudicemus[c].

Sacri quoque canones in quam pluribus locis clericos in crimine lapsos ab ordine (12) deponunt nec eis aliquam spem restitutionis prescribunt. Sed et hunc rigorem canonum non adeo adtendere debemus, ut cum Novatianis aeclesiasticae potestati ligandi atque solvendi temere preiudicemus. Nam, ut beatus Augustinus[1] ad Bonifacium scribens testatur: *Huiusmodi inreparabilis depositio clericorum non tam desperatione indulgentiae quam rigore disciplinae instituta est. Alioquin contra claves aeclesiae disputaretur, de quibus dictum est: 'Quae solveritis in terra, erunt in celo soluta'.* Matth.18,18.

Ipsi etiam canones aliquando huiusmodi damnatis pristinum ordinem concedunt, (13) ut in Niceno[1] concilio Novatianis et in Affricano[2] Donatistis; quod sancti patres non facerent, si cum Novatianis de indulgentia lapsorum penitus desperarent. Beatus quoque Calistus[3] papa et martir omnibus episcopis scribens: *Errant,* inquit, *qui putant sacerdotes post lapsum non posse restitui, si condignam egerint penitentiam.* Item beatus Gregorius[4] papa primus scribens ad Secundinum servum Dei inclusum, lapsos in ordinem restitui posse asseruit; quos tamen alibi in Regesto[5] suo iuxta canonicum rigorem, ne restituerentur, prohibuit. In epistola[6] enim ad Constantium Mediolanensem episcopum: *Si lapsis,* inquit, *ad suum ordinem revertendi licentia conceditur, rigor procul dubio canonicae frangitur disciplinae.* Et post pauca: *Illud igitur pre omnibus studete, ut lapsos in sacrum ordinem nullius vobis supplicatio aliquo modo revocare persuadeat.*

Videsne igitur singularem sanctorum patrum diligentiam, qui et restitutionem (14) lapsorum aeclesiasticae potestati adiacere dixerunt et tamen lapsis eam concedere noluerunt: scilicet, ut rigor disciplinae generaliter ubique timeretur, nec tamen illicitum iudicaretur, sicubi aeclesiasticae utilitati in restitutione lapsi alicuius consuleretur. Nec in hoc utique illos sibi ipsis contrarios reputare debemus, si aliquando lapsos in ordinem restituerunt, quos tamen alibi, ne restituerentur, prohibuerunt. Nam utrimque unam et eandem intentionem habuisse non dubitantur, videlicet, ut aeclesiasticae utilitati summopere providerent, sive canonum rigorem observarent, sive pro qualitate temporis eum ad tempus temperarent. Semper enim mala prohibere et bona instituere potissimum studuere, quod procul dubio efficere non possent, si non pro diversitate temporum, nunc mitius, nunc severius incedere studuissent. Sic enim Niceni patres cum Novatianis, Affricani cum Donatistis mitius agendum, ut predictum est, censuerunt, ut ab errore eos vel sic revocarent. Item beatus Gelasius[7] papa in quibusdam laicis rigorem canonum mitigavit, quibus pro aeclesiastica necessitate, ut infra annum pervenirent ad[d] presbyterium, concessit, sicque tempori se ex debito officii sui necessario condescendisse asseruit. Sic et predecessor eius beatus Leo[8] papa magnus, scribens ad episcopos Mauritaniae, etiam neophitos, utpote ex laicis in episcopatum maturatos, in episcopatu[e] legitur[f] tolerasse. In ordinatione quoque sancti Ambrosii[9] non parum

a) id est 8. b) disciplina 8. c) *hic desinit cod.* 8, *f.* 25', *l.* 2. d) *f.* 20, *cod.* 8. e) episcopatum 8. f) *sequuntur quatuor puncta, quae omissa indicant, postea deleta* 8.

1) *Ep.* 185, § 45, *Opp. ed. Bened. t. II, col.* 661. 2) *V. supra p.* 56. 3) *Ep. spur. II, c.* 20, *Hinschius p.* 142, *quoad sensum.* 4) *Lib. IX, ep.* 52, *Opp. II, col.* 968; *Jaffé nr.* 1673. 5) *Lib. IV, ep.* 26; *Lib. V, epp.* 3. 4. 7; *Lib. VII, ep.* 42. 6) *Lib. V, ep.* 18, *ed. Ewald I, p.* 299; *Jaffé nr.* 1332. 7) *Cf. ep.* 14, *c.* 3, *ed. Thiel I, p.* 363; *Jaffé nr.* 636. 8) *V. supra p.* 93. 9) *Vita S. Ambrosii a Paulino conscripta nr.* 9, *cf. supra p.* 93, *n.* 4.

rigori[a] canonum detractum est, qui in octava die post baptismum pro aeclesiastica necessitate ordinatus est in episcopum. Nusquam tamen sancti patres ita tempori morem gessisse[b] leguntur, nisi ubi plus aeclesiae dispensatoria lenitas, quam canonica severitas proficere videbatur.

Non ergo sibi ipsis contrarii reputandi sunt, qui ubique eandem intentionem prohibendi mala et instituendi bona habuisse creduntur. Haec autem consideratio si aeclesiasticis institutis fideliter adhibebitur, sibi non reputabuntur contraria[c], etsi nonnunquam videantur decrevisse[d] diversa. Si enim statutorum[e] singulorum originales causas diligenter perquirimus, singula suis causis pro diversitate temporis optime competere et aeclesiasticae[f] utilitati potissimum intendere reperiemus: quod illum non latebit quicunque aeclesiasticarum[f] sanctionum non tantum excerptiones, sed integras traditiones vigilanti studio perlegerit[g].

(15) Sciendum[h] autem iuxta apostolicam[i] traditionem sacerdotes sive diaconos in crimine lapsos per manus inpositionem remedium penitentiae consequi non debere inter laicos, ut sanctus Leo papa in decretis[l] suis cap. XXV.[k] testatur; qui et huiusmodi lapsis ad promerendam Dei misericordiam privatam secessionem expetendam esse dicit, ubi satisfactio, si fuerit digna, sit etiam fructuosa. Item Cartaginense[l] concilium cap. XXVII.[m.2]: *Si quando*[n] *presbyter vel diaconus in graviori culpa convictus fuerit, quo*[o] *eum necesse*[p] *est a ministerio removeri, non eis manus tanquam penitentibus vel tanquam fidelibus laicis inponatur.* In heresim autem lapsi et postea reversi, per manus inpositionem reconciliantur, etiamsi cum ordine pro aeclesiastica necessitate nonnunquam recipiantur, sicut de Novatianis in Niceno[3] constitutum[q] est concilio. *De his,* inquit, *qui se katharos*[r], *id est mundos, cognominant, si aliquando venerint ad aecclesiam catholicam, placuit sancto et magno concilio, ut inpositionem manus accipientes sic in clero permaneant.*

(16) Hoc ita intellegendum est, ut per manus inpositionem reconciliati etiam ordinem retinere permitterentur. Non enim hic ordinatoriam[s] manus inpositionem, per quam sacri ordines dantur, intellegere debemus, sed potius reconciliatoriam, per quam penitentes recipere solemus. Nam[t] non uno semper modo manus inpositio intellegitur, sed pro diversitate locorum sub diversa significatione reperitur. Aliquando enim pro confirmatione neophitorum accipitur, ut in decretis apostolicorum virorum Clementis[4], Urbani[5], Melciadis[6] expressum sepenumero reperitur: num pro ordinatione sacerdotum,
1.Tim. 5,22. sive diaconorum iuxta apostoli ad Timotheum: *Nemini cito manus inponas;* quod et canones apertissime prescribunt. Est et reconciliatoria manus inpositio, per quam penitentes heretici sive excommunicati sanctae aeclesiae reconciliantur: de qua et[c] canones similiter multa dicunt, et[c] de qua beatus Augustinus in libro III. de baptismo contra Donatistas[7] testatur, quod nihil aliud sit, nisi oratio super hominem, quae et
Marc. 16,18. iterari possit. Fit etiam manus inpositio super infirmos, iuxta illud euangelii: *Super egros manus inponent.* Item super cathecuminos[u] et energuminos pro expulsione diaboli, quae[v] specialiter exorcistis[w] in ordinatione conceditur, quippe ut habeant potestatem inponendi manus super cathecuminos[u] sive energuminos. Item et cum simpli-

a) rigore 8. b) iess. 8. c) *deest* 8. d) instituisse 8. e) s. st. 8. f) ecles. 7 *saepius.* g) perlegit 8. h) sed sc. 8. i) *abhinc aliud atram.* 7. k) XX. ā 8. l) Cat. 8. m) XX ā duo 8. n) aliquando 8. o) qua *Dion.* p) a min. nec. 8. *Dion.* q) conc. const. est 8. r) kathiros 7; cogn. cathir. 8. s) ordinariam imp. 8. t) non utique semp. uno m. 8. u) catec. 8. v) quod 8. w) *ex* in ordinationibus exorcistis *corr.* 7.

1) *Ep.* 167, *Inquis. II, ed. Baller. I, col.* 1421; *Jaffé nr.* 544. 2) *Recens. Dion., Mansi t. III, col.* 728. 3) *C.* 8, *vers. Dion.* 4) *In epistolis Clementis nihil tale legitur.* 5) *Ep. spur. c.* 10, *Hinschius p.* 146. 6) *Ep. spur. c.* 6, *Hinschius p.* 245. 7) § 21, *Opp. ed. Bened. t. IX, col.* 117.

citer aliquem benedicimus, manus ei antiquo more inponimus[a]. Sic enim patriarcha[b] Iacob, cum filios Ioseph benediceret, manus eis inposuit; et Dominus in euangelio oblatos sibi parvulos per inpositionem manuum benedixisse legitur. Sive autem manus impositio pro reconciliatione penitentium sive pro depulsione infirmitatis vel diaboli sive pro simplici benedictione hominibus[c] inpendatur, satis congrue iuxta Augustinum nihil aliud nisi oratio super hominem intellegitur; unde et iterari, quotiens necesse fuerit, non prohibetur. Cum vero pro confirmatione vel[d] ordinatione inpenditur, non iam pro sola oratione, sed etiam pro sacramento habenda est, quod sancti patres iterari prohibuerunt. Nam non minus peccatur, si cui manus pro confirmatione vel ordinatione iterum[e] inponitur, quam si altera vice baptizetur. Unde et sancti patres eandem penitentiam reconfirmatis et rebaptizatis indixisse leguntur. Sanctus quoque Gregorius[1] scribens Iohanni episcopo Ravennati: *Sicut,* inquit, *semel baptizatus iterum baptizari non debet, ita semel*[f] *consecratus in eodem ordine non valet iterum consecrari.* Item Affricanum[2] concilium cap. LXXV. prohibet rebaptizationes et reordinationes. Item canones apostolorum[3]: *Si quis,* inquiunt, *episcopus, presbyter, diaconus secundam manus impositionem acceperit, deponatur et ipse ordinator eius.* Si quis autem huic capitulo minus credit, quia illud inter canones apostolorum apud eos non reperit, scire debet, quod eorundem canonum[g] multa capitula nobis desunt. Nam beatus Zepherinus[4] papa in ordine XVI.[h] apostolos septuaginta canones constituisse testatur; quorum quinquaginta tantum Ysidorus in prologo suo[5] de canonibus se invenisse fatetur, quibus et nos utimur. Petrus tamen Damiani[6] piae memoriae cardinalis episcopus sanctae Romanae eclesiae, alter Ieronimus in nostro tempore, predictum capitulum canonibus apostolorum adtitulavit[i] in libro suo, quem Gratissimum cognominavit[k]. Ergo, quod in Niceno[7] concilio clericis Novatianorum conversis manus imponi iubetur, nullatenus ordinatoria[l] manus impositio intelligenda est, sicut quidam translatores eiusdem concilii minus cauti intellexisse videntur, qui eosdem iterum ordinandos interpretati[m] sunt.

Gen. 48, 14. 15. (17) Matth. 19, 51.

Nos autem potius beato Innocentio[8] papae credamus, qui[n], de eisdem Novatianis tractans[o], non ut reordinarentur, sed, ut cum ordine suo reciperentur, asserit Nicenos patres constituisse. Ita[p] et nos quoque necessario intelligere debemus, ne sanctis patribus adversari videamur, qui reordinationes[q] penitus proscripserunt, ut prelibavimus. Nusquam sane sancti patres clericos ex heresi conversos iterum ordinari permiserunt, nisi Paulianistas et alios huiusmodi, qui non catholico more invocationem sanctae Trinitatis faciunt, quos etiam baptizari iusserunt. Nec hos utique reordinatos vel rebaptizatos competenter dicimus; cum in catholica aecclesia[r] nec pro baptismo nec pro ordinatione computetur, quod absque invocatione sanctae Trinitatis percepisse deteguntur. Sciendum autem, quod eorum, qui ex heresi[s] convertuntur, alii iam in aeclesia ordinati, postea in heresim lapsi sunt; alii in ipsa heresi ordinati sunt. Qui ergo post acceptum ordinem lapsi[t] sunt, reversi cum ordine recipi possunt, sed absque spe promotionis iuxta statutum sanctissimi papae Leonis[9]: *Omnis,* inquit, *cuiuslibet ordinis clericus, qui catholicam deserens hereticae*[s] *se communioni miscuerit, si ad aeclesiam reversus*

(18)

a) imponitur 8. b) Iac. patr. 8. c) om. 8. d) sive 8. e) item 8. f) cons. sem. 8. g) *ex* capitulorum *corr.* 7. h) VIusXus 8. i) att. 8. k) *ex* appellavit *corr.* 7. l) ordinaria 8. m) ord. esse putaverunt 8. n) quod 8. o) introducens 8. p) enim *add.* 8. q) ord. 8. r) *deest* 7. s) er 8. t) apostataverunt, si necessitas aecclesiae exegerit, cum eodem ord. 8.

1) *V. supra p.* 57. 2) *L. l.* Item Affric. — constituisse testatur *ex Hincmari libro de variis capitulis ecclesiast. c.* 18, *v. Turrian. l. I, c.* 15, *p.* 57. 3) *C.* 68 (67), *v. supra p.* 93. *Itaque iam Hincmarus hunc canonem integrum non protulit.* 4) *Ep. spur. c.* 6, *Hinschius p.* 132. 5) *Post indicem capitulorum, Hinschius p.* 27. 6) *V. supra p.* 93, *not.* 6. 7) *C.* 8; *Bernaldus versionem Dionysii sequutus eam, quae in collectione Hispana et Ps.-Isidori legitur, reprehendit.* 8) *Ep. ad Victric. c.* 8, *Mansi t. III, col.* 1034. 9) *Rubrica a Dionysio ep.* 18, *ed. Baller. I, col.* 729; *Jaffé nr.* 416. *praemissa.*

fuerit, et prius errores suos et ipsos auctores erroris damnatos a se sine ambiguitate confessus fuerit, in eo gradu, in quo erat, sine promotione permaneat. Item[1]: *In heresi ordinatus, qui tamen in fide sanctae Trinitatis non erraverit, cum ordine recipi potest, si necesse fuerit, ut Novatiani et Donatistae.* Ordinatus autem apud hereticos, qui in fide errant[a] sanctae Trinitatis, etsi quoquomodo[b] eius invocationem faciant, ut Arriani, nequaquam cum ordine recipiendus est vel deinceps ordinandus, iuxta assertionem sancti Innocentii[2] papae, qui de his tractat copiosissime.

(19) Sed et hoc fraternitati[c] vestrae non ingratum fore putamus, si[d] et de multimoda hereticorum reconciliatione sententiam sancti Gregorii[3] papae[e] primi subnectamus, qui[f] episcopis Hiberniae Quirico et reliquis scribens ita testatur: *Ab antiqua patrum institutione didicimus, ut quilibet apud heresim in Trinitatis nomine baptizantur, cum ad sanctam aeclesiam redeunt, aut unctione chrismatis, aut impositione manus, aut sola professione fidei, ad sinum matris aeclesiae revocentur. Unde Arrianos per impositionem manus Occidens, per unctionem vero chrismatis ad ingressum catholicae Oriens reformat. Monofisitas vero et alios ex sola vera confessione recipit, quia sanctum[g] baptisma, quod sunt ab hereticis consecuti, tunc in eis vires emundationis accipit, cum vel ipsi[h] per impositionem manus Spiritum sanctum acceperint[i]; vel isti per[k] professionem fidei sanctae et universalis aeclesiae visceribus fuerint uniti. Hi vero heretici, qui in Trinitatis nomine non baptizantur, sicut Bonosiaci et[l] Catafrigae, quia et illi dominum Christum[m] non credunt; et isti sanctum Spiritum[n] perverso sensu sequentium pravum hominem Montanum non[l] credunt, quorum similes[o] multi sunt; illi, cum ad aeclesiam[p] veniunt, baptizantur, quia baptismus[q] non fuit, quem in errore positi in sanctae Trinitatis nomine non acceperunt. Sed[r] et[s], quos Iudaicae perfidiae similis de unigenito filio hereseos error obscurat, ad sanctam aeclesiam venientes de*

(20) *verae fidei firmitate et confessione docendi sunt.* Et orientales quidem patres non solum Arrianos, sed etiam Novatianos, Thesserescedecaditas[t] et Fotinianos per chrismatis unctionem recipiendos statuerunt, sicut in Laodicensi[4] concilio legitur. Multo tamen competentius occidentales huiusmodi hereticos absque chrismatis unctione suscipiunt, ne sacramentum confirmationis iterasse videantur; quod illi cum ipso baptismo ab hereticis multotiens acceperunt, cuius inquam sacramenti, aeque ut baptismi iterationem, vitare debemus. Si[u] autem ab hereticis nondum confirmati sunt, venientes ad aeclesiam per chrismatis unctionem procul dubio confirmandi sunt, ut reliqui christiani,

a) s. t. err. 8. b) quomodo 8. c) lectori n. i. 8. d) in calce huius scedule *add.* 8. e) p. pr. *des.* 8, *sed add.:* et aliorum sanctorum patrum. f) sanctus Gregorius papa primus scribens Quirico et aliis episcopis Hiberniae: 'Ab antiqua', inquit, 'patrum' *et rel.* 8. g) solum 8. h) illi 8. i) acciperint 8. k) professione vere fidei 8. l) *deest* 8. m) Iesum 8. n) sp. s. 8. o) *ex corr.* 8. p) sanctam çccl. 8. q) baptizm. 8 *saepius.* r) *quae sequuntur usque* docendi sunt *des.* 8. s) eos *add.* 7, *sed linea subducta del.* t) tess. 8. u) si autem — neglegendum *des.* 8, *quorum loco haec leguntur:* hinc beatus Silvester papa cum episcopis Arelatensis concilii *(c.* 8, *Mansi t. II, col.* 472*)* sua auctoritate congregati et confirmati decrevit, ut conversi ex Arrianis, si in Trinitate baptizati essent, per solam manus imposicionem reciperentur, sin autem, baptizarentur; idem quoque in Niceno concilio si non corpore tamen auctoritate per legatos suos presidens Novatianos itidem per manus imposicionem decrevit recipiendos *(c.* 8, *vers. Isid.).* Idem *(sic)* beatus Innocentius papa: Arrianos, inquit, ceterasque huiusmodi pestes conversos ad Dominum sub immagine penitentiae et Spiritus sancti sanctificatione suscipimus *(ep. ad Alex. Mansi t. III, col.* 1055*).* Item Leo magnus scribens Nicetae Aquileiensi episcopo: Hi, inquid, qui baptismum ab hereticis acceperunt, cum baptizati ante non fuissent, sola sancti Spiritus invocatione per imposicionem manus confirmandi sunt, ut quod ab hereticis nemo accepit, a catholicis sacerdotibus consequatur *(ep.* 159, *c.* 7, *ed. Baller. t. I, col.* 1334*).*

1) *Cf. ep. ad episc. prov. Maurit. c.* 6, *ed. Baller. t. I, col.* 665. 2) *Ep. ad Alex. c.* 3, *Mansi t. III, col.* 1055*; Jaffé nr.* 310. 3) *L. XI, ep.* 67, *Opp. II, col.* 1167*; Jaffé nr.* 1844. 4) *C.* 7, *vers. Dion.*

quia hoc sacramentum a nullo est neglegendum. Sciendum autem non per eandem manus impositionem suscipiendos eos, qui apud hereticos baptizati sunt, et eos, qui in catholica baptizati postea in heresim prolapsi[a] sunt. Unde beatus Vigilius[1] papa scribens Eleutherio[b] episcopo: *Eorum,* inquit, *baptizatorum*[c], *qui*[d] *iterum apud Arrianos baptizati sunt, reconciliatio fit non per illam manus impositionem, quae per invocationem sancti*[e] *Spiritus operatur, sed per*[d] *illam, qua penitentiae fructus acquiritur et sanctae communionis restitutio perficitur.* Unde et in antiquis ordinibus[f] diversae orationes ad huiusmodi manus impositiones distribuuntur. Nam quae super eos dicuntur, qui ab hereticis[g] baptizati sunt, Spiritum sanctum in eos venire petunt; quae autem apostatis redeuntibus impenduntur, gratiam tantum reconciliationis sub penitentia eis impetrare videntur.

De quacunque heresi quilibet convertatur, non est recipiendus, nisi abiurata et (21)
anathematizata heresi. Hinc sanctissima Effesina[h] synodus[2], una de quatuor principalibus, de Nestorio episcopo, sed heretico, ita constituit: *Consequens est,* inquit, *si resipiscere volueris, ut iureiurando fatearis et anathematizes tua polluta et profana dogmata; sentias autem et doceas, quae nos universi per Orientem sive Occidentem episcopi et magistri presules populorum credimus et docemus.* Hinc in actione[3] eiusdem synodi cap. XV. forma eiusdem iuramenti exprimitur in hunc modum[i]: *Ego Ysicius filius curialis Thesserescedecadites*[k] *agnoscens veram fidem orthodoxiae et accedens ad sanctissimam et catholicam aeclesiam, anathematizo omnem heresim, et maxime Thesserescedecaditarum*[l], *in qua antea errabam; assentior autem prescriptae expositioni catholicae fidei anathematizans eos, qui non celebrant sanctum diem paschae iuxta morem catholicae et apostolicae eclesiae, et iuro per sanctam omousion Trinitatem. Et si quid ex his labefactavero*[m], *legum severitati subiacebo. Et expositioni mihi recitatae subscripsi manu mea.*

Hanc formam iuramenti sancta Romana aeclesia de hereticis conversis exigere consuevit, hanc[4] de Berengario[n], cum[o] heresi suae, si non corde, ore[p] tamen abrenunciaret, accepit[q] venerabilis papa Nycolaus in universali concilio Romae congregato.

Sed nec scismaticos sancta ecclesia absque satisfactione iuramenti recipere con- (22)
suevit, cuius formam beatus Gregorius[5] in Regesto suo reliquit in haec verba: *Ego N. civitatis illius episcopus comperto divisionis laqueo, quo tenebar, diutina mecum deliberatione pertractans, prona et spontanea voluntate ad unitatem sedis apostolicae divina gratia duce reversus sum. Ac ne non pura mente, sed simulate reversus existimer, spondeo sub ordinis mei casu et anathematis obligatione, atque promitto tibi ill. et per te sancto Petro apostolorum principi atque eius vicario beatissimo Gregorio vel successoribus eius, me nunquam quorumlibet suasionibus vel quocunque alio modo ad scisma, de quo Redemptoris gratia liberatus sum, reversurum; sed semper me in unitate sanctae ecclesiae catholicae et communione Romani pontificis per omnia permanere. Unde iurans dico per Deum omnipotentem et per haec sancta quatuor euangelia, quae in meis manibus teneo, me in unitate, sicut dixi, ecclesiae ad quam, Deo propicio, sum reversus, et communione Romani pontificis semper et*

a) pro *(postea insertum)* relapsi 8. b) heutero 8. c) baptizati 8. d) *deest* 8. e) Sp. s. 8. f) libris 8. g) h *postea insert.* 8. h) Eph. 8. i) mundum 8. k) *ex* Thessaresced. *corr.* 7; Tess. 8. l) Tess. 8. m) labefactovero 8. n) Berng. 7; Bering. 8. o) ut 8. p) t. o. 8. q) *f.* 23, *l.* 14, *cod.* 8; *quae a proxima linea sequuntur, v. p.* 114.

1) *C.* 3, *Mansi t. IX, col.* 31; *Jaffé nr.* 907. 2) *Epist. Cyrilli et synodi Alexandrinae a.* 430, *Mansi t. V, col.* 726, *verbis primis paulisper mutatis.* 3) *Cf. actionem VI. conc. Ephes. interprete Mario Mercatore, Mansi t. III, col.* 698. 4) *Mansi t. XIX, col.* 900. 5) *Append. ad epp. Greg. I, nr.* 10, *Opp. II, col.* 1300, *sed verbis aliis omissis, aliis mutatis.*

sine dubio permanere. Quodsi, quod absit, ab hac me unitate aliqua excusatione vel argumento divisero, periurii reatum incurrens aeternae penae obligatus inveniar, et cum auctore scismatis habeam in futuro seculo portionem. Huic confessionis promissionisque meae cartulae propria manu subscripsi. Actum in illo loco, die illo et consule illo. Subscriptio: Ego illius civitatis ille episcopus huic promissioni professionique meae prestito de conservandis supra scriptis omnibus sacramento subscripsi.

(23) Sciendum autem iuxta adtestationem sanctorum patrum Augustini[1] et Pelagii[2] papae illos indubitanter scismaticos esse, quicunque divisi sunt ab apostolica sede. Sed quid ab hereticis differant, sanctus Ieronimus in tractatu super epistolam ad Titum[3] satis declarat. *Inter heresim,* inquit, *et scisma hoc interesse arbitramur, quod heresis perversum dogma habeat; scisma propter episcopalem dissensionem ab aecclesia separetur.* Quod quidem in principio aliqua ex parte intelligi potest. Ceterum nullum scisma non sibi aliquam confingit heresim, ut recte ab ecclesia recessisse videatur. Unde beatus Augustinus ad Emeritum[4] scribens de Donatistis asserit[a], quod scisma in here-

(24) sim male perseverando converterint. Quod autem sanctum Nicenum concilium, ut prediximus[5], clericos Novatianorum per manus impositionem recipiendos asseruit, nequaquam aliorum sanctorum patrum sententiis debet contrarium reputari, qui lapsos sacerdotes sive diacones per manus impositionem remedium penitendi inter laicos recipere prohibuerunt. Aliud est enim quemlibet ex heresi vel scismate conversum sanctae ecclesiae per manus impositionem redintegrari; aliud quemlibet in sacerdotio vel diaconatu criminaliter lapsum non debere consequi remedium penitendi per manus impositionem ut laicum. Et[6] hanc utique observantiam de lapsis sacerdotibus sive diaconibus beatus Leo[7] primus in decretis suis cap. XXV. ex apostolica traditione indubitanter

cf. Lev. 4, 3. descendisse testatur, iuxta illud quod scriptum est: *Sacerdos si peccaverit, quis orabit pro eo?* Sed et in canonibus apostolorum cap. XXV.[8] reperitur: *Episcopus, presbyter, diaconus, in homicidio, periurio, sive fornicatione deprehensus, deponatur, non autem excommunicetur; non enim Deus bis iudicat in id ipsum.* Nempe iuxta ecclesiasticam consuetudinem clericus pro eo crimine deponi iubetur, pro quo laicus, si admiserit, excommunicabitur, ut in statutis sanctorum patrum frequentissime decernitur. Unde et laici absque ecclesiastica communione solent penitere, sicut et clerici absque amministratione officii. Non ergo mirum, si clerici per manus impositionem remedium penitendi pro criminibus admissis non ut laici consecuntur; qui nequaquam, ut illi, pro criminibus excommunicari iubentur. Si autem ipsi usque ad anathematis sententiam inobedientes extiterint, consequens est, ut per manus impositionem sanctae redintegrentur ecclesiae, cum redierint, sicut et sanctum Nicenum concilium de Novatianis instituit. Nunquam tamen, ut laici, remedium penitendi per manus impositionem consequentur, etiamsi penitus absque ordine suscepto recipiantur. Hinc beatus Augustinus in libro I. contra Donatistas de baptismo[9] de quolibet heretico et heresi absque amministratione officii recepto testatur, quod nec ipsi manus inter laicos imponenda sit, eo quod et in deposito sacramentum ordinationis permanserit.

a) dicens *add. 7, sed del.*

1) *Hoc in operibus Augustini non reperitur, cf. autem De doctrina christ. t. II,* § 12, *Opp. ed. Bened. t. III, p. I, col.* 23. 2) *Epp. ad Viatorem et Pancratium, Mansi t. IX, col.* 732; *Jaffé nr.* 994, *ubi ex Augustino allegatur:* Qui adversum auctoritatem illarum ecclesiarum, quae apostolicas sedes et epistolas accipere meruerunt, temere credit, immanissimum scismatis crimen a se propulsare non poterit, *et ad Valerianum l. l. col.* 733; *Jaffé nr.* 1038. 3) *Ad c.* 3, *v.* 10. 11, *ed. Vallarsius t. VII, col.* 738. 4) *Ep.* 87, § 4, *Opp. ed. Bened. t. II, col.* 209. 5) *Supra p.* 118. 119. 6) Et hanc — instituit *(lin.* 35*) ex Hincmaro c.* 24 *(Turrian. l. I, c.* 21, *p.* 79*).* 7) *Supra p.* 118. 8) *Mutatis verbis, Hinschius p.* 28. 9) § 2, *Opp. ed. Bened. t. IX, col.* 80.

Ecclesiasticarum regularum institutiones partim ab ipsis apostolis accepimus, partim a Romanis pontificibus, partim ab aliis sanctis patribus, quorum tamen iudicia Romani pontifices firmaverunt. Et apostolos quidem ad informationem nascentis ecclesiae V[1] tantum synodos instituisse, ex libro actuum ipsorum et ex traditione maiorum didicimus. Harum primam statim post ascensum Domini de electione Mathiae apostoli in locum proditoris Iudae celebraverunt. Secundam, cum septem diacones eligerent ad dispensationis ministerium. Terciam de conversis ex gentibus, ne iudaizare cogerentur, sed tantum, ut abstinerent a fornicatione, ab idolothitis et sanguine. Horum ultimum beato Augustino dispensatorie videtur institutum; si tamen ita intelligitur, ut abstinerent a carnibus, quarum sanguis non esset effusus. Scribit enim de hoc in libro II. contra Faustum[2]: *Elegisse,* inquit, *mihi videntur apostoli pro tempore rem facilem et nequaquam observantibus onerosam, in qua cum Israelitis et gentes propter illum angularem lapidem duos in se condentem, aliquid commune observarent. At*[3] *ubi ecclesia gentium talis effecta est, ut in ea nullus Israelita carnalis appareat, quis iam christianus observat, ut turdos vel minutiores aviculas non adtingat, nisi quarum sanguis effusus est, aut leporem non edat, si manu a cervice percussus nullo cruento vulnere occisus est? Et qui forte pauci adhuc tangere ista formidant, a ceteris irridentur. Ita omnium tenuit animos in hac re illa sententia veritatis: 'Non quod intrat in os vestrum vos coinquinat, sed quod exit; nullam cibi naturam, quam soietas admittit humana, sed quae iniquitas committit, peccata condemnans'.* Non ergo mirandum, si et successores apostolorum aliqua dispensatorie instituerunt, quae eorum posteri, mutatione temporis hoc exigente, rationabiliter aliquando mutare vel penitus abrogare consueverunt. (25) Act. 1, 23. ib. 6. 22. ib. 15, 29 Matth. 15, 11.

Quartam[a] vero synodum de credentibus ex Iudeis ab apostolis factam legimus, ne a legalibus ceremoniis prohiberentur; et hoc pro abolenda suspicione quorundam, qui eos legales cerimonias quasi idolatriam respuere putabant. Has IIII synodos apostoli Ierosolimis celebrarunt, ut liber actuum ipsorum intimare videtur.

Quintam autem apostolorum synodum ex traditione maiorum accepimus, cum singuli singulas proferentes sententias symbolum conderent, quod universalis ecclesia tenet, cum iam ab invicem discessuri essent, ut in omnem terram sonus eorum exiret. Sic enim beatus Clemens papa, discipulus et successor apostolorum, in decretis[4] suis testatur. Item sanctus Leo[5] papa I. Pulcheriae Augustae scribens: *Ipsa,* inquit, *catholici simboli brevis et perfecta confessio XII apostolorum totidem est signata sententiis.* Item beatissimus pater Ambrosius[6] clavem regni coelorum deputans esse fidem apostolorum: *Clavem,* inquit, *istam arbitror XII artificum operatione conflatam. Duodecim enim apostolorum symbolo fides concepta est, quam, velut periti artifices, in unum convenientes clavem suo concilio conflaverunt.* Hoc est ergo symbolum catholicum sive fides apostolorum, sine eius professione nec baptizamur, nec ad penitentiam canonice recipimur: quam et cottidie, cum surgimus, iuxta traditionem sanctorum patrum recensere debemus. Hinc beatus Augustinus[7] in omelia XL[a]III[a]: *Nunquid,* inquit, *quando surgis, non te vestis? Sic et commemorando symbolum tuum vesti animam tuam, ne forte eam nudet oblivio et remaneas nudus et fiat, quod ait apostolus, quod absit a te; si tamen vestiti vel expoliati, non nudi inveniamur. Vestiti ergo erimus fide nostra; et ipsa fides et tunica est et lorica: tunica contra confusionem, lorica contra adversitatem.* (26)

a) quartum 7.

1) *Cf. Hincmari Rem. Opp. ed. Sirmond t. II, p.* 474. 2) *Immo lib. XXXII, c.* 13, *Opp. ed. Bened. t. VIII, col.* 457. 3) *Post aliqua praetermissa.* 4) *Ep. spur. I, c.* 21, *Hinsch. p.* 87. 5) *Ep.* 31, *c.* 4, *ed. Baller. I, col.* 857; *Jaffé nr.* 425. 6) *Serm.* 33, *nr.* 6, *Opp. t. II, app., col.* 435. 7) *Sermo* 58. *in Matth.* § 13, *Opp. ed. Bened. t. V, col.* 343.

(27) Preter haec autem L capitula inveniuntur, quae canones apostolorum inscribuntur, quibus tamen difficile credunt, qui in predictis apostolorum synodis nihil de his commemoratum inveniunt. Sed plurima sunt, quae ex apostolica institutione accepimus, quae tamen in illis nequaquam invenimus. Nec utique necesse fuit, ut apostoli omnia communiter instituerent, cum et singilatim talia instituere possent; sicut etiam Romani pontifices ex eorum auctoritate adhuc facere solent. Ergo postposita quorundam inconsiderata opinione, nos magis apostolicorum virorum, Romanorum utique pontificum, adtestationi credamus; qui singula pene capitula eorundem canonum apostolos instituisse sparsim in decretis suis testificantur. Nempe Zepherinus[1] papa a beato Petro XVI. apostolos LXX canones condidisse testatur; quorum L tantum beatus Ysidorus[2] in prologo suo de canonibus se asserit invenisse, quibus nos utimur. Sanctus[3] autem Anacletus[4] papa et martyr, a beato Petro quintus et ab ipso presbyter ordinatus, nonum capitulum eorundem canonum apostolos statuisse declarat, videlicet, ut ministri altaris facta oblatione communicent. Sanctus quoque Calistus[5] papa et martyr de undecimo item fatetur, quippe, ut communicator excommunicati simili subiaceat excommunicationi. Sic et alii sancti patres de aliis eorundem canonum capitulis testificati reperiuntur, qui magis pro veritate mori, quam vel pro vita mentiri delegerunt. Horum igitur testimoniis et nos necessario credimus, ne ipsi sancto Spiritui minus credere iudicemur, cuius instinctu ipsos talia testificatos fore non dubitamus.

(28) Sciendum[6] autem, quod beatus Gelasius[7] papa librum, qui de canonibus apostolorum apud Grecos inscribitur, pro apocrifo deputavit; cui et nos contradicere non debemus, quia hoc eum sine causa fecisse non credimus. Fortasse liber ille de capitulis, quae et patres receperunt, nihil dicit, aut si dicit, nonnihil mendosum annectit: quod tamen sollercia catholici interpretis prudenter nobis in Latino subtraxit, sicut beatus Ieronimus, cum transferret Origenem, sepe fecisse monstratur. Sed quicquid de illo libro coniciatur, nos tamen illa L capitula, quae per sanctum Clementem Romanum pontificem ex Greco translata legimus, absque scrupulo recipere possumus, quae et sancta Romana aeclesia custodit nobisque custodienda per beatum Adrianum papam mandavit. Sic itaque multa ex apocrifis deprompta sancti patres receperunt; sicut Iud. 14. Iudas apostolus in epistola sua testimonium de prophetia Enoch assumptum recepit, quam tamen prophetiam sancta aecclesia quasi apocrifam[8] repudiavit. Apocrifa autem dici ecclesiastici doctores tradunt; non quia omnia mentiantur, sed quia dubiae et suspectae auctoritatis esse videantur. Nam sepissime multa canonica suis neniis interserunt, quae nequaquam catholici cum eisdem neniis refutare debebunt. Unde supra dictus papa Gelasius[9]: *Nunquid,* inquit, *in ipsorum hereticorum libris non multa, quae ad veritatem pertineant, posita releguntur? Nunquidnam ideo veritas refutanda est, quia illorum libri, ubi pravitas interest, refutantur? Aut ideo pravi libri suscipiendi* 1. Thess. 5, 21. *sunt eorum, quia veritas, quae illic inserta est, non negatur? Ait apostolus: 'Omnia probate; quae bona sunt, tenete'.* Ergo iuxta eundem apostolicum utrumque debemus, et librum de canonibus apostolorum pro apocrifo repudiare, et capitula, si qua in illo ad veritatem pertinentia inveniuntur, non reprobare. Illa, inquam, minime, quae sancti patres pro autenticis receperunt: immo, quorum auctoritate suas sanctiones sepissime firmaverunt. Multa quidem et alia apostolos instituisse non dubitamus; quae tamen nullo eorum speciali scripto promulgata reperimus[a]. Unde beatus Augustinus in

a) non rep., *sed* non *del.* 7.

1) *V. supra p.* 119. 2) *Ibid.* 3) Sanctus — communicent *ex Hincmaro (Turrian. l. I, c.* 22*).* 4) *Cf. ep. spur. I, c.* 11, *Hinschius p.* 70. 5) *Cf. ep. spur. II, c.* 10, *Hinschius p.* 138. 6) Sciendum — rectissime creditur *ex Hincmaro (Turrian. l. I, c.* 15, *p.* 57. 58*).* 7) *Ep.* 42 *(de recipiendis et non recip. libris), ed. Thiel I, p.* 466. 8) *V. Hieron. lib. de viris illustr. c.* 4, *Opp. ed. Vallarsius t. II, col.* 819. 9) *Tract. IV, c.* 2, *ed. Thiel I, p.* 559.

libro I.[1] contra Donatistas de baptismo: *Quod,* inquit, *universa tenet ecclesia, nec conciliis institutum, sed semper retentum est, non nisi apostolica auctoritate traditum rectissime creditur.* Ergo nec huiusmodi traditionum contemptores minus coercendi sunt, quam prevaricatores divinarum legum, ut idem doctor[2] ad Casulanum[a] presbyterum scribens testatur.

Post[3] apostolos autem Romani pontifices, tam in potestate quam in predicatione (29) eorum successores, ecclesiasticam disciplinam studiosissime suis institutis formasse et informatam[b] propagasse reperiuntur; et hoc utique diverso modo. Sicut enim ipsi sanctae ecclesiae diversis temporibus prefuisse leguntur, ita et diverse suis temporibus consuluisse inveniuntur. Nam a beato Petro usque ad sanctum Silvestrum variae et creberrimae persecutiones fuerunt, in quibus episcopi, utpote capita aliorum, maxime periclitabantur. Unde et Romani pontifices illius temporis multipliciter eos pro qualitate personarum, necessitate rerum, oportunitate temporum scriptis suis consolati sunt, in quibus de eorum iudiciis multa vel pene omnia statuerunt, ut improborum presumptionem ab eorum infestatione quoquo modo compescerent. Quippe adtestante sancto Fabiano[4] papa et martyre, ipsi apostoli eorumque successores statuerunt, ut episcopi aut nunquam accusarentur aut difficillime accusari permitterentur. Nam, ut beatus Euticianus[5] papa et martyr testatur, si accusatio episcoporum tunc facile et passim admitteretur, perpauci nimis invenirentur, qui eo tempore episcopatum non fugerent; cum et cottidianam mortem ex persecutione timerent, nec tamen improborum accusationem declinare possent. Sanctus etiam Anacletus[6] papa et martyr ad universos (30) episcopos Italiae scribens deiectionem sive dampnationem episcoporum sibi Dominum reservasse testatur, quasi hominum iudicio subiacere non videantur. Nec mirum hoc eos eo tempore iudicasse, cum acerrima persecutio non nisi perfectissimos ad episcopatum venire permitteret; quippe qui iam pro Christo omnia extrema pati non timerent. In tempore autem pacis aliquid de illa difficultate accusationis sive dampnationis episcoporum non incongrue remittitur, cum episcopatus non iam a paucis quasi mors religiose timetur, sed a plurimis quasi gloria ambitiose appetitur et appetitus criminose administratur; scilicet cum iam non talis persecutio aliquem ab episcopatu vel peccato deterreat, sed ipsa pacis tranquillitas et honoris sublimitas magis ad peccandum illiciat. Unde in Niceno[7] concilio non magis episcopis, quam quibuslibet clericis in dampnatione parcitur, cum generaliter in eo omnes damnentur, quicumque se contra sacras regulas efferre non verentur. Ante illud sane concilium tantae persecutiones undique sevierunt, ut Romani pontifices tribulatos vix quoquo modo scriptis suis consolari sive contra improbos defensare sufficerent; nedum ecclesiasticam disciplinam usquequaque pleniter et regulariter instituere possent. A tempore autem huius con- (31) cilii iam aliquantulum sedatis persecutionibus, idem pontifices multo plenius et decentius ecclesiasticas regulas tum per se in decretis suis, tum per alios in conciliis promulgare sive promulgatas confirmare ceperunt, quas et in posterum ecclesiastici doctores magis in usu habere consueverunt. Has etiam beatus Adrianus[8] papa cum canonibus apostolorum ad instructionem occidentalium aeclesiarum dirigendas destinavit; videlicet ut ipsum Nicenum et alia huiusmodi concilia, quorum quaedam, etsi Niceno concilio antiquiora, tamen post Nicenum in auctoritatem recepta, item et illa Romanorum pontificum decreta, quae post idem concilium instituta leguntur. Nec hoc utique ideo

a) Cass. 7. b) *ex* informasse *corr.* 7.

1) *Immo l. IV,* § 31, *Opp. ed. Bened. t. IX, col.* 140. 2) *Haec in ep.* 36. *ad Casulanum non leguntur.* 3) Post — habere consueverunt *(lin.* 40) *ex Hincmaro c.* 29. 52 *(Turrian. l. III, c.* 13, *p.* 321*).* 4) *Ep. spur. II, c.* 12. 13, *Hinschius p.* 161. 5) *Ep. spur. c.* 9, *Hinschius p.* 212. 6) *Ep. spur. II, c.* 19, *Hinschius p.* 76. 7) *Cf. c.* 15. 16. 8) *In collectione, quae dicitur Dionysio-Hadriana, v. supra p.* 65.

fecisse credendus est, quasi antiquioribus statutis in aliquo preiudicaverit; immo potius
(32) ideo, ut competentiora quaeque regulari ecclesiarum instructioni procuraverit. Nec mireris, quod ipsorum conciliorum Romano pontifici asscribimus. Nam nulla concilia rata leguntur, quae apostolica auctoritate fulta non fuerint, ut beatus Damasus papa in decretis[1] suis capitulo VIIII. asserit; cui sanctus Athanasius[2] et Iulius[2] papa, Nicenum[3] quoque concilium et reliqui sancti patres astipulantur. Sanctus quoque Marcellus papa et martyr in decretis suis capitulo V[4]: *Ipsi*, inquit, *apostoli eorum quoque successores Domino inspirante constituerunt, ut nulla fieret synodus preter Romanae sedis auctoritatem.* Nam illius sedis episcopus iudex est totius ecclesiae; nec aliquod
(33) iudicium valet absque legitimo iudice. Sunt autem IIII^{or} concilia, quibus Romani pontifices magnam reverentiam detulisse leguntur: Nicenum scilicet, Constantinopolitanum, Effesinum et Calcedonense concilium; quae a beato Gregorio[5] non semel, ut IIII^{or} euangeliorum libri, veneranda censentur et sub terribili anathemate contemni prohibentur.

Primum ergo horum a CCC^{is} X et VIII patribus in Nicea Bithiniae[a] habitum est ex auctoritate sancti Silvestri papae contra Arrium Alexandrinum presbyterum, qui tres gradus in sancta Trinitate asseruit, id est, Patrem maiorem, Filium minorem, Spiritum sanctum creaturam, tempore Constantini principis, Attici Constantinopolitani, Macharii Ierosolimitani et Alexandri patriarchae Alexandrini. In quo concilio condemnata heresi Arriani, secundum post apostolos symbolum et XX canones promulgaverunt. Huic[6] concilio legati sedis apostolicae, magnus Osius Cordubensis episcopus, Victor et Vincentius presbyteri Romanae ecclesiae, vice Silvestri papae prefuerunt, ut statuta eiusdem concilii primaria subscriptione firmaverunt. Ipse etiam Silvester papa Romae generali synodo[7] presidens predictam roboravit synodum cum subscriptione CCLXXV episcoporum. Et sciendum, quia Romani pontifices nunquam ad concilium Romam exire consueverunt, sed per legatos suos huiusmodi conciliis prefuerunt. Unde sanctus Leo[8] papa a christianissimo imperatore[b] Marciano ad Calcedonense concilium devotissime invitatus, hac ratione se excusavit, quod nullum inde exemplum a predecessoribus suis acceperit.

De concilio igitur Niceno sanctus Ambrosius[9] Mediolanensis episcopus scribens: *Non humana*, inquit, *industria, non compositione aliqua CCCX et VIII episcopi ad concilium venerunt, sed ut in numero eorum per signum*[c] *suae passionis et nominis dominus Iesus suo probaret se adesse concilio. Crux in CCC, Iesu nomen in X et VIII est sacerdotibus.* Item Leo[10] qui supra scribens ad Anatholium patriarcham Constantinopolitanum: *Illa*, inquit, *Nicenorum canonum per sanctum vere ordinata Spiritum conditio nulla unquam est parte solubilis. Nulla sibimet de multiplicatione congregationis synodalia concilia blandiantur; neque CCC illis XVIII episcopis quantumlibet*[d] *copiosior numerus sacerdotum vel comparare se audeat vel preferre; cum tanto divinitus privilegio Nicena sit synodus consecrata, ut sive per pauciores sive per plures aecclesiastica iudicia celebrentur, omni penitus auctoritate sit vacuum, quicquid ab illorum fuerit constitutione diversum.* Idem alibi[11]: *Sancti*, inquit, *illi, et venerabiles patres, qui in urbe Nicena sacrilego Arrio cum sua impietate dampnato mansuras usque in finem mundi leges ecclesiasticorum canonum condiderunt, apud*

a) *inter litteras* i *et* u *spatium quatuor fere literarum relictum est* 7. b) imperatori 7. c) *abhinc alia manus* 7. d) quamr. 7.

1) *V. supra p.* 62. 2) *Ibid.* 3) *Iuxta epist. spuriam Athanasii supra allegatam.* 4) *Immo II, v. supra p.* 62. 5) *V. supra p.* 62. 6) *Ibid.* 7) *Conc. spur., Mansi t. II, col.* 1082. 8) *Ep.* 31, *c.* 4, *supra p.* 123. *all.* 9) *V. supra p.* 46; *Hincmari Rem. Opp. ed. Sirmond t. II, p.* 773. 10) *Ep.* 106, *c.* 2, *ed. Baller. I, col.* 1161; *Jaffé nr.* 483. 11) *Ibid. c.* 4.

nos intra orbem terrarum in suis constitutionibus vivunt; et siquid usquam aliter, quam ipsi statuere, presumitur, sine cunctatione cassatur[a]. Ex his ergo colligere possumus, quam indubitabilem reverentiam Nicenis canonibus iugiter exhibere debeamus. Apud nos autem Niceno concilio XX capitula asscribuntur, quamvis multo plura illius concilii capitula reperiantur. Anthiocenum enim concilium[1] de pascha ibi asserit institutum, ne in XIIII. luna cum Iudęis celebretur, ut Thesserescedecaditae, id est Quartadecimani, faciunt, qui etiam inde nomen suae heresi condiderunt. Item sanctus Athanasius patriarcha Alexandrinus, qui Niceno concilio nondum episcopus, sed episcopatu iam tunc dignissimus, interfuit, Felici papae scribens asserit, quod Niceni patres constituerunt, sicut et nos supra retulimus[2], ne concilia absque sententia Romani pontificis celebrentur. Item Zozimus papa de apellationibus episcoporum statutum affirmavit in commonitorio[3], quod legatis suis ad Affricanum concilium direxit; Affricani tamen patres se hoc in suis exemplaribus non invenisse protestati sunt. Quae utique exemplaria non nisi XX capitula habuerunt, sicut et illa, quae ipsi postea ab orientalibus episcopis pro auctoritate mutuaverunt. Item Iulius[4] papa praeter XX plura illi concilio asscribit capitula, quae tamen in antiquis decretalibus Romanorum presulum repperiuntur, unde in Nicenum concilium translata creduntur.

Predictus etiam patriarcha, scilicet[b] Athanasius[5], et Marcus papa LXX illius concilii asserunt esse capitula, quamvis XX tantum nunc usquequaque illi concilio ascribantur. Hoc autem ideo factum ex litteris maiorum didicimus, quia Niceni patres illa tantum quasi specialius instituisse leguntur; reliqua vero usque ad LXX non tam ipsi principaliter instituisse, quam ab aliis iam confirmasse instituta reperiuntur. Nam Osius[6], Cordubensis episcopus, aliunde illa mutuasse et in synodo recitasse legitur. Erat enim consuetudo sanctorum patrum in huiusmodi conciliis, non solum propria instituere, sed aliorum statuta firmare. Multa quippe in aliis ventilare et ventilata pertractare consueverunt; quae tamen ecclesiastica consuetudo eorum specialius statutis annumerasse non reperitur. Sic utique Calcedonense concilium multa per XX dies pertractasse et confirmasse legitur; cui tantum solummodo unius diei statuta videntur asscripta. Ita ergo et Niceno concilio sua specialia statuta competenter[c] asscribimus, nec tamen attestationi sanctorum patrum de LXX capitulis contradicere debemus.

Predictus etiam Osius et Ianuarius Beneventanus episcopus ex legatione sedis apostolicae eadem capitula in Sardicensi concilio postea firmasse[7] leguntur. Beatus quoque Ysidorus in prologo[8] suo de canonibus questionem LXX capitulorum cum magnitudine eiusdem concilii libri excusat, quem libris IIII euangeliorum apud Grecos aeque magnum affirmat. Sciendum autem, quod in Latinis exemplaribus non omnium CCCXVIII patrum nomina reperiuntur, qui tamen Niceno concilio subscripserunt. Nam studiosi servi Dei, ut legitur, non tam occidentalium, quam orientalium patrum nomina conscribere studuerunt, quia occidentales non similiter questionem de heresibus habuerunt.

Secundum autem illorum quatuor conciliorum Constantinopolitanum a L patribus (34) habitum est contra Macedonium illius sedis episcopum, qui Spiritum sanctum Deum esse negabat, hera CCCCXVIII. tempore Gratiani et Theodosii principum, Damasi papae, Cyrilli Ierosolymitani, Nectarii Constantinopolitani, Thymothei Alexandrini. In quo con-

a) *rasura decem fere litterarum praecedit* 7. b) s; 7. c) compenter *aliquibus litteris inter* n *et* t *exstinctis* 7.

1) *C.* 1. 2) *V. supra p.* 126, *n.* 3. 3) *Mansi t. III, col.* 702; *Jaffé nr.* 347. 4) *Ep. spur. c.* 12, *Hinschius p.* 467. 5) *Athan. et Marcus in epp. spuriis, Hinschius p.* 451 *sq.* 6) *Mansi t. II, col.* 3, *cf. Maassen p.* 117. 7) *Immo concilium Sardicense primum de appellationibus ad sedem Romanam ferendis capitula statuit.* 8) *C.* 9, *Hinschius p.* 19.

cilio condempnatis omnibus heresibus symbolum traditur, quo tota Grecorum et Latinorum confessio in ecclesiis modo utitur; tresque ibi canones instituuntur. Hoc ergo symbolum orientales primum, deinde occidentales frequentare coeperunt. Unde sancti patres in tertio[a] Toletano concilio[1] statuisse leguntur tempore tandem Pelagii[2] papae, ut in omni dominica recitaretur in aecclesiis more orientalium aecclesiarum. Deinde Galli et Germani ex traditione eiusdem concilii ipsum mutuasse creduntur, cum eandem translationem et adhuc pene sequi videantur. Nam post dampnationem Felicis heretici, ut legitur[3], tandem sub Karolo imperatore hoc in usu habere ceperunt propter hereticos illius temporis, qui processionem Spiritus sancti de filio negaverunt, videlicet, ut illos per ipsum symbolum confunderent, cum illo, qui ex Patre Filioque procedit, tam aperte dicerent. Sed quia nomen Filii in autenticis exemplaribus nequaquam inveniebatur, ipsum etiam symbolum cum tali additamento recitari venerabilis Leo papa III.[4] illo tempore prohibuit; eo quod sancti patres huiusmodi adiectionem in symbolis penitus prohibuerint. Romani quoque usque ad tempora divae memoriae Heinrici primi imperatoris eo symbolo uti noluerunt. Sed idem imperator hoc a Romano pontifice impetravit, ut et Romani illud more aliorum decantarent, sicut venerandus abba Bern[5] testatur in libro suo de institutione missarum. Quamvis autem Nicenum symbolum maioris auctoritatis esse videatur, quam Constantinopolitanum, nos tamen Constantinopolitanum magis in aecclesia non immerito frequentamus. Nam in illo plura contra hereticos necessaria, quam in Niceno reperimus, quia contra Arrianos specialiter agit: nec tot heresibus, quot Constantinopolitanum suis sententiis obviavit. In illo enim de unitate aecclesiae sive baptismi, de resurrectione mortuorum et vita futuri seculi habetur, quod in Niceno non reperitur. Plenius etiam agit de Spiritu sancto, quam Nicenum: unde et nostratibus potissimum in usum venisse asseritur. Sciendum autem, quia nos non solum nomen Filii, de quo prediximus, sed multa alia in eodem symbolo, precipue ex Niceno symbolo, adicere solemus, ut Deum de Deo, lumen de lumine, in quo tamen non adeo peccamus; cum Romana aecclesia iam non contradicat, immo cum et ipsa huiusmodi adiectiones admittere non rennuat.

(35) Tercium vero universale concilium Ephesi habitum est a CC patribus contra Nestorium Constantinopolitanum episcopum; qui dicebat sanctam Mariam virginem non Dei, sed hominis tantummodo genitricem; ut aliam personam carnis, aliam faceret deitatis, hera CCCCLXVIII.[b] tempore Theodosii[c] minoris, sancti Celestini papae, Cyrilli Alexandrini, Iuvenalis Constantinopolitani[6]. In quo concilio contra Nestorium XII capitula instituta sunt, quae sepissime[7] beato Cyrillo asscribuntur. Huic synodo legati sedis apostolicae, id est Cyrillus et Archadius episcopus ex Italia, vice sancti Celestini papae prefuerunt et ipsam apostolica auctoritate roboraverunt[8]. Ad hoc concilium beatus Augustinus per sacram Theodosii[d] imperatoris invitatus legitur; sed prius ipse ad Dominum migravit, quam ad ipsum epistola Romani principis pervenerit[9].

(36) Quartum universale concilium Calcedone habitum est a DCXXX patribus contra Euticen Constantinopolitanum abbatem, qui asseruit, Christum post humanam assumptionem non ex duabus naturis consistere, sed solam in eo divinam permanere; hera CCCCLXXXVIIII. tempore Marciani[e] principis, sancti Leonis papae, Iuvenalis Iero-

a) tuto 7. b) CCCCLXIX. *Coll. Hisp.* c) Theoodisii 7. d) Thodosoli 7. e) Martini 7.

1) *Conc. Tolet. III. a.* 589, *c.* 2, *Mansi t. IX, col.* 993. 2) *II.* 3) *Apud Walahfrid. de rebus eccles. c.* 23, *ed. Knöpfler p.* 62. 4) *Conc. Aquisgran. a.* 809, *Mansi t. XIV, col.* 21. 5) *Libellus de quibusdam rebus ad missae officium pertinentibus, Max. Bibl. Patr. t. XVIII, p.* 57. 6) *Pro eo legendum Hierosolymitani. USS.* 7) *Ut in collectione canonum eccl. Hispanae, Matrit.* 1800, *col.* 87. *et in Ps.-Isidoriana ed. Hinschius p.* 280. 8) *V. supra p.* 63. 9) *V. supra p.* 64.

solimitani, Anatholii Constantinopolitani. In quo concilio XXVII canones statuuntur. Huic synodo legati sedis apostolicae Paschasinus et Lucentius episcopi et Bonifacius presbyter vice sancti Leonis papae prefuerunt; qui et statuta illius synodi firmaverunt et predicto Anatholio quiddam temere presumenti in synodo liberaliter contradixerunt[1]. De hoc concilio multi postea dubitaverunt et, ut retractaretur, omnimodis efficere studuerunt. Sed quia hoc nequaquam a beato Leone papa permittebatur, tandem ab imperatore[a] impetraverunt, ut per universas provincias ad omnes episcopos, qui Calcedone convenerunt, litteras[b] dirigeret, quibus eorum sententiam de eodem concilio exploraret. Qui omnes unanimiter rescripserunt[2] Calcedonense concilium usque ad sanguinem esse defendendum.

Preter hoc autem etiam quintum universale concilium Constantinopoli legitur con- (37)
gregatum contra omnes hereticos, et maxime contra Theodorum Mopsuestenum, qui dicebat alium esse Deum Verbum, et alium Christum: et sacram virginem Dei negabat genetricem, tempore Iustiniani principis, Vigilii papae, Domni Anthioceni, Euthicii Constantinopolitani. In quo concilio XIIII capitula sub anathemate[c] leguntur instituta.

Item VI[tum] Constantinopoli habitum est a CL[3] patribus contra Macharium Anthiocenum et socios eius, qui unam voluntatem et operationem in Christo falso asserebant, tempore Constantini principis, Agathonis papae, Georgii Constantinopolitani. In quo concilio predicto Machario, dum dampnaretur, oratorium a quodam episcopo iussu synodi aufertur et ipse cum sequacibus suis a synodo turpiter cum throno suo eicitur, ut in Romano pontificali[4] legitur. Post quorum dampnationem multae aranearum telae in medium deciderunt, quae inanem fallaciam hereticorum deiectam esse portenderunt. Deinde VIIII ibi capitula leguntur instituta. Huic concilio legati sedis apostolicae prefuerunt, inter quos fuit Iohannes, Romanae aecclesiae tunc diaconus, sed non multo post apostolicus[5].

De predictis autem IIII[or] conciliis sanctus Gregorius[6] papa scribens ad Secundi- (38)
num servum Dei inclusum consuetudinem fuisse testatur, ut quilibet novitius patriarcha se illa observaturum missa synodica reliquis patriarchis profiteretur, antequam ab illis inter patriarchas reputari mereretur. Unde idem apostolicus in exordio ordinationis suae missa synodica[7] patriarchis ita professus est de eisdem conciliis: *Sicut*, inquit, *sancti euangelii IIII libros, sic IIII concilia suscipere et venerari me fateor; Nicenum scilicet, Constantinopolitanum primum, Ephesinum primum, Calcedonense, quia in his, velut in quadrato lapide sanctae fidei structura consurgit et cuiuslibet vitae atque actionis existat. Quisquis eorum soliditatem non tenet, etiamsi lapis esse videatur, tamen extra aedificium iacet. Quintum quoque concilium pariter veneror, in quo epistola, quae Ibae dicitur, erroris plena reprobatur; et Theodorus personam mediatoris Dei et hominum in duabus substantiis separans ad impietatis perfidiam cecidisse convincitur. Scripta quoque Theodorici, per quae beati Cyrilli fides reprehenditur, ausu invidentiae prolata refutantur. Cunctas vero personas, quas prefata veneranda concilia respuunt, respuo, quas venerantur, amplector; quia, dum universali consensu sunt constituta, se, et non illa destruit, quisquis presumit aut solvere quos ligant, aut ligare quos solvunt. Quisquis ergo aliud sapit, anathema sit.*

Nequaquam autem illorum IIII[or] conciliorum excellentiam ita predicare debemus, (39)
ut reliquorum auctoritati in hoc quoquo modo prescribamus; illorum, inquam, quae eodem modo et universaliter instituta et apostolica auctoritate confirmata non dubita-

a) imbr 7. b) aut litt. 7. c) anathemete 7.

1) *V. supra p.* 63. 2) *V. cod. encyclium, Mansi t. VII, col.* 786 *sq.; cf. Maassen* § 765. 3) *Ex libro pontificali I, p.* 351. 4) *L. l. p.* 354. 5) *Scil. Iohannes V, l. l. p.* 366. 6) *V. supra p.* 61. 7) *Ibid.*

mus. Nam quia antiquitus patriarchae illa IIII^{or} tantummodo in suis synodicis se venerari protestati sunt, nullatenus hoc in contemptu reliquorum huiusmodi conciliorum fecisse credendi sunt, sed ideo potius, quia nondum alia habuerunt. Si enim iam habuissent, procul dubio non magis illa, quam ista IIII^{or} contempnerent, utpote quae non minus autentica et universalia et catholicae professioni necessaria perspicerent. Unde beatus Gregorius papa quintum[a] concilium post illa IIII^{or} congregatum in sua synodica adiecit, quod de sexto facere non potuit, quia illud nondum institutum, sed sub sextodecimo successore suo postea instituendum longe precessit.

(40) Sunt et provincialia concilia, quae post illa universalia necessario recipere debemus, quia et in illis multa aecclesiasticis negotiis necessaria repperimus. Horum etiam observationem ipsa decreta[b] Romanorum pontificum et statuta universalium synodorum nobis indicunt, quae per singulas provincias annuatim huiusmodi concilia celebrari sepissime precipiunt: quod utique[1] incassum preciperent, nisi et nos eorundem conciliorum rationabiles sententias recipere et observare decernerent. Preterea Gelasius papa in suis decretalibus[2] cum de scripturis recipiendis sive non recipiendis diligentissime tractaret, post receptionem IIII^{or} universalium conciliorum inferendo sententiam subintulit: *Sed et si qua concilia a sanctis patribus instituta sunt, post horum IIII^{or} auctoritatem et recipienda et custodienda decrevimus.* Item sanctum Calcedonense concilium[3]: *Regulas,* inquit, *sanctorum patrum per singula nunc usque concilia constitutas proprium robur habere decrevimus.* Orientalia autem concilia et plurima occidentalium iam instituta fuerunt, cum hoc de eorum confirmatione synodaliter constitueret. Quapropter non est dubitandum, quin et huiusmodi conciliorum statuta observare debeamus, quibus apostolica decreta et universalia concilia astipulari videmus.

(41) Horum autem alia sunt orientalia, alia occidentalia. Orientalia sunt, quae orientales patres instituerunt: Anciranum scilicet, Neocesariense, Gangrense, Anthiocenum[c], Laodicense, Sardicense[d].

Anciranum concilium ante Nicenum fuisse legitur; sed propter minorem auctoritatem ei in ordine subponitur: in quo patres XVIII statuerunt canones XXIIII, quorum auctor maxime Vitalis Anthiocenus episcopus dicitur fuisse. Neocesariense concilium post Anciranum sed ante Nicenum fuisse traditur: in quo patres XVIIII canones XIIII statuerunt, quorum auctor maxime fuit Vitalis Salaminus. Gangrense concilium post Nicenum fuisse legitur: in quo patres XV canones XX statuerunt, propter quasdam aecclesiasticas necessitates, maxime contra Eustasium, qui dicebat, quod nullus coniugatus vel qui suis omnibus non renunciaret spem apud Deum habere posset, et alia huiusmodi blasphema. Anthiocenum in enceniis Anthyochiae factum est, in quo patres XXX canones XXV statuerunt, quorum auctor fuit Eusebius Palestinus episcopus. Laodicense concilium, in quo patres XXII canones LVIIII statuerunt, quorum auctor fuit Theodosius episcopus. Sardicense concilium, in quo patres LX canones XXI statuerunt, quorum auctor maxime fuit Osius Cordubensis episcopus et sanctae Romanae aecclesiae legatus. Hic est ille Osius, qui vice sancti Silvestri papae Niceno concilio prefuit, qui et in Hyspania usque ad tempus Constantii imperatoris duravit; qui tamen in ultimis, ut Severus Sulpicius in chronicis[4] suis testatur, satis inepte desipuit. Nam cum a legatis eiusdem Arriani imperatoris sive Ariminensis concilii pro testimonio fidei inquireretur, si Nicena synodus filium Patri ὁμοούσιον, id est consubstantialem, quod et catholicorum; an ὁμοιούσιον, id est consimilem tantum assereret, quod est Arrianorum; tale fertur dedisse responsum: utrumque recte dici; unde de-

a) tuv̄ 7. b) derecrera 7. c) *bis scriptum* 7.

1) *V. supra p.* 63. 2) *Cf. ep.* 42, *ed. Thiel I, p.* 457, *n.* 15. 3) *C.* 1 *(vers. Dion.), v. supra p.* 65. 4) *L. II, c.* 40, *ed. Halm p.* 93.

inceps nec catholicis, nec Arrianis erat acceptabilis. Regulae quoque Sardicensis concilii, etsi orientalibus socientur, magis tamen apud Latinos quam apud Grecos inveniuntur. De hoc concilio beatus Augustinus[1] Eleusio et Glorio scribens testatur sibi magis illud videri Arrianorum fuisse, quam catholicorum: eo quod catholici pontifices, Athanasius inquam et Iulius, in libro eiusdem concilii reperiantur improbati. Nos autem nequaquam predictos canones de eodem concilio refutare debemus, quos utique sancta Romana aecclesia veneratur, quos et Nicena synodus a predicto Osio[2] recitatos audisse et confirmasse refertur. Haec igitur sunt orientalia concilia, quae ante Calcedonensem synodum facta leguntur, unde et ab eadem confirmata non dubitantur.

Sciendum autem orientalium conciliorum multas editiones sive translationes (42) repperiri de Greco in Latinum. Quippe Phylo[3] et Evarestus Constantinopolitanam de Greco in Latinum synodum transtulisse leguntur. Item quidam Dyonisius Stephano episcopo canonum orientalium conciliorum multas editiones transtulisse scribitur. Item Eugepius abbas eosdem canones de Greco in Latinum vertit, ut eruditissimus vir Cassiodorus[4] ex senatore monachus in libro de illustribus viris cap. XXIII. testatur: *Eugepius,* inquit, *abbas, in dialectica quondam meus collega, petitus a Stephano Salonitano episcopo, ex Grecis exemplaribus canones aecclesiasticos moribus suis pares, ut erat planus atque dissertus, magna eloquentiae luce composuit, quos usu celeberrimo aecclesia Romana complectitur. Hos etiam oportet vos monachos assidue legere, ne videamini tam salutares aecclesiasticas*[a] *regulas culpabiliter ignorare.* Beatus quoque Ysidorus[5] in collectario suo de canonibus IIII^{or} editiones Niceni concilii compaginavit; duas vero vel tres reliquis orientalibus conciliis asscripsit.

Sed harum editionum illam nos maxime sequimur, quae ceteris emendatior et (43) apostolicae sedi acceptior videtur, videlicet, quam beatus papa Adrianus per manum Karoli imperatoris occidentalibus direxit aecclesiis. Nec ociose notandum, quod multa nobis obscura per diversarum collationem editionum sepenumero declarantur, ut illud de Niceno concilio: quid sit 'subintroducta mulier?' hoc alia edicio apertius[6] ponit, id est 'extraneam'; ac si dicat: Clericus nullam feminam habeat secum extraneam, sed tantum matrem vel sororem vel ziam, quam iterum alia editio apertius vocat amitam; Tusci enim pro amita dicunt ziam. Item in eodem concilio[7], quod diaconissae manus impositionem habere negantur, non nisi de Paulianistarum diaconissis intelligere ex diversis translationibus edocemur. Nam diaconissae catholicorum manus impositionem habent iuxta Calcedonense concilium[8]. Item in concilio Laodicensi[9] legitur, ne ordinationes fiant sub conspectu audientium; quod alia[10] edicio expressius dicit, cathecuminorum: 'nam cathecumini quorumlibet sacramentorum confectioni interesse prohibentur'. In hunc ergo modum multa ibi obscure dicta per te ipsum investigare poteris, si diversas editiones studiose perscrutari curaveris. Sed hoc fortasse a scientioribus quasi non necessario notata deputantur: nostri tamen similes hoc attendere debent, quos aliquando in huiusmodi herere non diffidimus, sicut et nos sepissime fecimus.

Occidentalia autem illa dicuntur, quae in parte Occidentis facta monstrantur, ut (44) Affricana, Gallicana, sive in Hyspaniis celebrata. Et Affricana dicuntur pene omnia, quae Cartagine[b] facta sunt: quorum primum[11] XI episcoporum sub Constantio impe-

a) ęcclesias 7. b) Cartagini 7.

1) *Ep.* 44, § 6, *Opp. ed. Bened. t. II, col.* 103. 2) *V. supra p.* 127. 3) *Philo et Evaristus notantur in capite canonum Nicenorum de Greco in Latinum conversorum, quos Atticus episcopus Constantinopolitanus in Africam misit, Hinschius p.* 312; *Mansi t. IV, col.* 407. 4) *De institut. div. liter. c.* 23, *ed. Garet. II, p.* 522, *quod non de Eugipio, sed de Dionysio dicit.* 5) *Scil. Pseudo-Isidorus;* Isidorus — compaginavit *ex Hincmaro c.* 27 *(Turrian. t. V, c.* 23, *p.* 352*).* 6) *V. supra p.* 70. 7) *C.* 19. 8) *C.* 15 *(Dion.), Mansi t. VII, col.* 378. 9) *C.* 4 *(vers. Dion.).* 10) *Vers. Isid.* 11) *A.* 348.

ratore XIIII capitula constituit, quorum auctor fuit Gratus Cartaginensis episcopus. Secundum[1] Cartaginense concilium sub Valentiniano augusto hera CCCCXXVIII. habitum, XIII capitula constituit, quorum auctor fuit Genelius[2] Cartaginensis episcopus. Tercium[3] Cartaginense concilium a XLVII episcopis habitum hera CCCCXXXVI.[a] canones L constituit, quorum auctor fuit Aurelius Cartaginensis episcopus cum sancto Augustino Yponiensi episcopo. Quartum[4] Cartaginense concilium sub Honorio augusto a CCXIIII episcopis habitum hera CCCCXXXVI.[b] canones CIII[5] constituit, quorum auctor fuit idem Aurelius cum sancto Augustino. Quintum[6] Cartaginense concilium ab episcopis LXXIII habitum hera CCCCXXXVIII.[c] canones XV[7] constituit, quorum auctor idem Aurelius fuit. Sextum[8] Cartaginense concilium tempore Honorii XII[es] et Theodosii VII[es d] augustorum ab episcopis CCXVII habitum hera CCCCLVII.[e] capitula XIII constituit, ubi actum est, ut Nicenum concilium ab orientalibus episcopis peteretur, cui synodo legati sanctae Romanae aecclesiae Faustinus episcopus, Phylippus et Asellus presbyteri prefuere ex parte Zozimi papae cum predicto Aurelio et sancto Augustino. Septimum[9] Cartaginense concilium tempore Honorii XII[es] et Theodosii VII[es d] augustorum ab episcopis XVIIII[f] hera qua supra habitum, canones V constituit, cui synodo predicti sedis apostolicae legati prefuerunt cum Aurelio et sancto Augustino. Octavum[10] Affricae concilium in Milevitana[g] civitate sub Honorio augusto ab episcopis CCXIIII habitum hera CCCCXL. Pelagianam heresim cum octo capitulis anathematizavit: deinde XXVIII[h] canones constituit; cui synodo item Aurelius et sanctus Augustinus episcopi prefuere.

(45) Horum autem conciliorum statuta ab Affricanis patribus Romano pontifici ad confirmandum directa leguntur[11]; quae etiam adhuc in Romanis exemplaribus in duobus breviariis collecta reperiuntur: unum, quod cum subscriptione CCXVII episcoporum[12], utrumque[13] autem cum apostolica auctoritate firmatum. Eadem etiam breviaria beatus Adrianus cum predictis orientalibus conciliis Karolo imperatori Romae ad dispositionem occidentalium aecclesiarum tradidisse legitur. Ergo et nos eadem pro autenticis recipere et observare necessario debemus, quae apostolica auctoritate firmata aecclesiisque ad observandum directa indubitanter percepimus.

(46) Aera autem huiusmodi conciliis prefixa pro anno dominicae incarnationis intelligitur, quae iuxta Hysidorum[14] ab ęre denominatur; eo quod anni apud antiquos ęre notarentur, cum et indictiones instituerentur. Sed quia ęs caret aspiratione, ab ęra, id est nomine Iunonis, id est aeris, tractum videtur, infra quae maxime tempora variantur. Et notandum, quia chronica pauciores annos ab incarnatione Domini conciliis asscribunt, quam in titulis eorum reperiantur: illa inquam chronica, quae domnus Heremannus, egregius calculator[15] et temporum solertissimus indagator, ex diversis chronicis et hystoriis diligentissime composuit, quae et usque ad MLIV. dominicae incarnationis annum fideliter perduxit. Nam in illis secundo universali concilio, id est Constantinopolitano primo, CCCLXXXI. annus asscribitur, cui in tytulo CCCCXVIII. attribuitur.

a) CCCCXXXV 7. b) CCCCXXXVII 7. c) CCCCXXXIX 7. d) VIII *Coll. Hisp.* e) CCCCLV 7. f) decem et octo *Coll. Hisp.* g) Meleut. 7. h) XXVII *Coll. Hisp.*

1) *A.* 390. 2) *Genethlius.* 3) *A.* 397, 28. *Aug.* 4) *Statuta ecclesiae antiqua, Maassen* § 493 *sq.* 5) 105 *sec. Coll. Hisp., v. Maassen p.* 394. 6) *Ex duobus conciliis Carthagine a.* 401. *celebratis conflatum, Maassen* § 142. 143. 7) 16 *sec. Coll. Hisp.* 8) *A.* 419, *Sessio I.* 9) *A.* 419, *Sess. II.* 10) *Ex conc. Milev. a.* 402. *et ex Carthag. a.* 405. 407. 418. *compositum, Maassen* § 144. 11) *Ex subscriptionibus Philippi et Aselli legatorum sedis apostolicae Bernaldus hoc collegisse videtur.* 12) *De subscriptionibus v. Maassen* § 158. 13) *Iuxta recensionem Dionysio-Hadrianam, qua acta concilii Carthaginensis a.* 419. *in duas partes propriis numeris distributa sunt.* 14) *Origines l. V, c.* 36, § 4; *Opp. ed. Arevalus III, p.* 229. 15) *Cf. Bernoldi Chron. a.* 1093 *(SS. V, p.* 457*)*: egregius calculator domnus Heremannus.

Item in illis tercio universali concilio, id est Ephesino, CCCCXXXI. annus adicitur, cui in tytulo CCCCLXXXVIII.[1] sociatur. Item in illis Calcedonense concilium sub CCCCL. anno ponitur, cui in tytulo CCCCLXXXVIIII. asscribitur. Nempe hera in his tytulis XXXVII[a] annorum plus habet, quam reperiatur in chronicis. Haec quoque diversitas et in Affricanis et in aliis occidentalibus conciliis sepenumero invenitur, quibus item hera prefigitur. Qualibet autem occasione huiusmodi diversitas evenerit, nequaquam tamen nobis fidem rerum impedire debebit, cum et in ipsis sacris litteris diversa temporum prenotatio nullo modo rerum veritatem impedierit. Nam in illis LXX interpretum auctoritas ab Hebraica veritate in numero annorum adeo discordat, ut ab origine mundi plus mille annorum, quam illa in nativitate Domini ponat[2]. Familiaris est utique chronografis huiusmodi diversitas nec lectores multum inde curant, dum tantum ea, quae legerint, indubitatae veritatis esse cognoverint. Sciendum autem, (47) quia maiores nostri scripta adnotatione temporum firmare consueverunt; sicut et Romanae leges[3], quas suscepit aecclesia, precipiunt. Dicunt enim: *Si qua post haec edicta sive constitutiones sine die et consule fuerint deprehensae, auctoritate careant.* Hinc est, quod sancti patres etiam aecclesiasticis statutis sive scriptis diem et consulem assignare solent annumque ipsius consulis sive consulum signanter asscribunt; ut illud: 'Honorio duodecies, et Theodosio sepcies'[b], subauditur, in consulatu annuato, factum est VI. Cartaginense concilium. Affricani quoque canones[4] precipiunt, ut litterae, quas episcopi ab ordinatoribus suis accipiunt, diem et consulem habeant, ut tempus suae ordinationis semper attendant nec his, qui prius ordinati sunt, temere se preferant. Sed aecclesiastica statuta, non tam ex temporis sive consulis annotatione, quam ex apostolica et universali assensione tantum firmitatis acceperunt, ut nequaquam de eorum auctoritate dubitetur. Quapropter et nos eorum auctoritati preiudicare non debemus, etiamsi certum tempus institutionis eorum ignoremus. Notandum quoque, quia hera nonnumquam abusive pro capitulo ponitur, ut in illo scripto Toletani concilii[5], ubi de ordine tenendae synodi tractatur.

Gallicana quoque concilia plura sunt et in pluribus locis congregata, quorum (48) Arelatense in primis ponitur.

Primum[6] igitur Arelatense concilium tempore Constantini imperatoris et Niceni concilii ab episcopis DC[7] habitum et ad confirmandum sancto Silvestro papae directum XXII canones statuit, quorum auctor sanctus Marinus Arelatensis episcopus fuit. Secundum[8] Arelatense concilium ab episcopis diversarum provinciarum XXXII habitum canones XXV constituit; cui synodo[9] Theodorus[10] episcopus ex Dalmacia et Agathon diaconus, sancti Silvestri papae legati, cum sancto Marino Arelatensi episcopo prefuere, in qua etiam fuit Cecilianus Cartaginensis episcopus. Tercium[11] Arelatense concilium sub Martiano augusto ab episcopis XIIII habitum hera CCCCLXI. canones IIII^{or} constituit, quorum auctor sanctus Caesarius Arelatensis episcopus fuit. Valentinum[12] concilium tempore Gratiani et Valentiniani imperatoris ab episcopis XX habitum hera CCCCXIII. canones IIII^{or} constituit: cui synodo Fegadius episcopus prefuit. Taurinancium[13] concilium septem canones constituit habitum tempore Felicis heretici, cuius mentionem facit Regiense[14] concilium ab episcopis XIII sub imperatore Theodosio

a) *corr.* XXXVIII. b) species 7.

1) *Erat* 468, *v. supra p.* 128. 2) *Herim. Aug. Chron. a.* 42, *SS. V, p.* 74. 3) *Cod. Theod. l. I, t. I, l.* 1; *Hincmari Rem. opp. ed. Sirmond t. II, p.* 527. 4) *Conc. Carthag. a.* 419, *c.* 89, *Mansi t. III, col.* 787; *Hincmar. ibid.* 5) *Ordo de celebrando concilio, Coll. Ps.-Isid., Hinschius p.* 22. 6) *A.* 314. 7) *De numero episcoporum v. Maassen* § 166. 8) *Intra a.* 442—506. 9) *Immo Arelatensi I.* 10) *Theodorum et Agathonem a Silvestro papa tamquam legatos missos esse falso dicit Bernaldus.* 11) *A.* 524. 12) *A.* 374. 13) *A.* 401. 14) *A.* 439, *c.* 1.

minore et Valentiniano habitum hera CCCCLXXVII. canones VII constituit, cui synodo sanctus Hilarius episcopus prefuit. Arausicum[1] concilium ab episcopis XVII[a] tempore Theodosii minoris habitum hera CCCCLXXVIIII. canones XXIX constituit, quorum auctor sanctus Hilarius episcopus fuit. Vasense[2] concilium apud Auspicium episcopum sub Theodosio minore hera CCCCLXXX.[b] canones X constituit. Agathense[3] concilium anno XXII. Alarici regis ab episcopis XXXIIII[c] habitum hera DXLIIII.[d] canones LXXI constituit, quorum auctor Caesarius[e] episcopus fuit. Aurelianense[4] concilium ab episcopis XXVIII habitum canones XXVII constituit, cui concilio Tetradius[f] episcopus prefuit. Hucusque de Gallicanis conciliis: deinde videamus de Hyspanis.

(49) Eliberitanum[g.5] concilium tempore Constantini imperatoris ab episcopis XVIII[h] habitum canones LXXXI constituit, cui Osius Cordubensis episcopus interfuit. Terraconense[6] concilium anno sexto Theodorici regis ab episcopis X habitum hera DLIIII.[i] canones XIII constituit, cui Iohannes episcopus prefuit. Gerundense[7] concilium anno VII. Theodorici regis ab episcopis VII habitum hera DLV. canones X[k] constituit. Cesaraugustanum[8] concilium ab episcopis XII habitum canones VIII constituit, cui Fetadius episcopus prefuit. Hilerdense[9] concilium anno XV. Theodorici regis ab episcopis VIII habitum hera DLXXXIIII. canones XVI constituit, cui Sergius episcopus prefuit. Valentinum[10] concilium anno XV. Theoderici regis ab episcopis VI habitum hera, qua supra, canones VI constituit; cui Celsinus episcopus prefuit. Primum Toletanum concilium[11] sub Archadio et Honorio impp. ab episcopis XVIII[l] habitum canones XXI[m] constituit, cui Patroinus episcopus prefuit. Secundum Toletanum[12] anno V. Amalrici regis apud Montanum episcopum ab VIII episcopis habitum hera DLXV.[n] canones quinque constituit. Tercium Toletanum concilium[13] anno IIII. Richaredi regis ab episcopis LXXII habitum hera DCXXVII. Arrianam heresim anathematizavit, et omnes, qui concilia omnium orthodoxorum episcoporum consona quatuor principalibus synodis non receperunt, deinde capita XIII[o] constituit. Quartum Toletanum concilium[14] anno III. Sisenanni regis a LX[p] episcopis hera DCLXXI.[q] canones LXXV constituit. Quintum Toletanum concilium[15] tempore Cintillani regis ab episcopis XXIIII habitum hera DCLXIIII.[r] canones VIIII constituit. Sextum Toletanum concilium[16] anno II. Cintillani regis ab episcopis VI[s] habitum hera DCLXXVI.[t] canones XVIIII constituit, cui Selua[u] Narbonensis episcopus prefuit. Septimum Toletanum concilium[17] anno V. Cindasuindi regis ab episcopis XXX habitum canones VI constituit. Octavum Toletanum concilium[18] XXXII[v] canones constituit. Nonum Toletanum concilium[19] anno VII. Recensuindi regis ab episcopis XVI habitum hera DCXCIII.[w] canones XVII constituit. Decimum[20] anno VIIII.[x] Recensuindi regis ab episcopis XVIII[y] habitum hera DCXCIIII.[z] canones X instituit, cui Eugenius Toletanus episcopus prefuit. Undecimum[21] anno IIII. Wambani regis ab episcopis XVII hera DCCXXIII.[a] canones XVI constituit, cui Quiricus Toletanus episcopus prefuit. Duodecimum[22] anno I. Ervigii regis ab episcopis LII hera DCCXVIIII. a[b] V. Idus Ianuarii usque ad VIII. Kal. Febr. habitum canones XIIII[c] constituit, cui Iulianus Spa-

a) XVI *Coll. Hisp.* b) CCCCLXX 7. c) XXV *Coll. Hisp.* d) DXIIII 7. e) Gozarius 7. f) Defrodius 7. g) *Britanum, litterae initiales des.* 7. h) XIX *Coll. Hisp.* i) DLV 7. k) XI *Coll. Hisp.* l) XIX *Coll. Hisp.* m) XX *Coll. Hisp.* n) DLXVI 7. o) XXIII *Coll. Hisp.* p) LXVI *Coll. Hisp.* q) DCLXXXI 7. r) DCLXXXIIII 7. s) XLVIII *Coll. Hisp.* t) DCLXXXV 7. u) Solua 7. v) XXII *Coll. Hisp.* w) DCXIIII 7. x) VIII *Coll. Hisp.* y) XX *Coll. Hisp.* z) DCXCV 7. a) DCCXIIII 7. b) ab idus 7. c) XIII *Coll. Hisp.*

1) *A.* 441. 2) *A.* 442. 3) *A.* 506. 4) *A.* 511. 5) *Initio saeculi IV.* 6) *A.* 516. 7) *A.* 517. 8) *C. a.* 380. 9) *A.* 546. 10) *Eod. anno.* 11) *A.* 400. 12) *A.* 627. 13) *A.* 589. 14) *A.* 633. 15) *A.* 636. 16) *A.* 638. 17) *A.* 646. 18) *A.* 653. 19) *A.* 655. 20) *A.* 656. 21) *A.* 675. 22) *A.* 681.

lensis episcopus prefuit. Primum Bracarense[a] concilium[1] anno III. Ariamiri[b] regis ab episcopis VII[c] habitum currente hera DXCIX.[d] capitula XVII contra Priscillianistas promulgavit, deinde XXII canones constituit. Secundum Bracarense concilium[2] anno II. Miri[e] regis ab episcopis XII habitum currente hera DCX. canones X constituit: cui Martinus Bracarensis episcopus prefuit. Tercium[3] Bracharense concilium XI episcoporum orientalium patrum cum eodem Martino excerpsit et emendavit sub LXXIII[f] capitula. Quartum Bracarense concilium[4] anno IIII. Wambani regis ab episcopis VIIII habitum hera DCCXIII.[g] canones VIII constituit, cui Ysidorus Spalensis[5] episcopus interfuit. Primum Spalense concilium[6] anno V. Richaredi regis ab episcopis VI[h] habitum hera DCXXVIII. canones III statuit, cui Leander Spalensis episcopus prefuit, ad quem sanctus Gregorius Moralia scripsit. Secundum Spalense concilium[7] tempore Sisebuti regis ab episcopis VIII habitum hera DCLVII. canones XII constituit subiectis XLVII capitulis de fide[8]: cui concilio beatus Ysidorus Spalensis episcopus prefuit, qui corpus canonum compaginavit. Hucusque concilia Hispaniarum.

Haec[9] sunt igitur diversarum provinciarum concilia, quae predictus Ysidorus in collectario suo de canonibus diligentissime descripsit: quem utique collectarium si quis studiose perlegerit, plenissime illa, quae nos summatim supra tetigimus, se invenisse gaudebit.

Preter haec autem plura inveniuntur concilia, ut Mogunciense[10], Nannetense et (50) alia huiusmodi sexcenta, quae tamen nequaquam contempnere debemus, cum multa in his ecclesiasticae dispositioni necessaria reperiamus; presertim cum et Romani pontifices illa per provincias celebrari iusserint eaque suis legationibus auctorizare consueverint. Hoc vero generaliter in quibuslibet provincialibus conciliis est observandum, ut illa semper capitula recipiamus, quaecunque apostolicis et universalibus institutis consonare et aecclesiasticae utilitati competere videamus. Nam sancti patres[11] sub districto anathemate illum dampnasse leguntur, quicunque orthodoxorum patrum statuta non receperit, quae universalibus conciliis consonare perspexerit. Per contrarium[i] autem nusquam illa recipere debemus, quaecunque apostolicis et universalibus institutis adversari percipimus, ne itidem sub inevitabili anathemate pereamus. Beatus enim Gregorius papa primus omnes a principalibus conciliis dissentientes in synodica sua anathematizavit[12]. Idem alibi[13] omnia sacris canonibus adversa sub anathemate dampnavit. His utique sententiis illi indubitanter multantur, quicunque aliquid in canonicam auctoritatem recipere presumunt, quod autenticis sanctionibus adversari deprehendunt. Beato quoque Augustino[14] asserente didicimus, quod illa concilia, quae per singulas regiones vel provincias fiunt, plenariorum conciliorum auctoritati[k], quae ex universo orbe christiano fiunt, sine ullis ambagibus cedunt.

De auctoritate autem ipsorum pontificalium decretorum nulla nobis dubitatio (51) relinquitur, cum[15] et ipsa universalia concilia auctoritatem exinde perceperint nec aliunde synodicam firmitatem habere potuerint. Haec ergo et nos inretractabiliter observare debemus, ut apostolici patres nobis ex apostolica auctoritate preceperunt, per quam et aliorum statuta nobis ad observandum canonizasse leguntur: nempe beatissimi

a) Barc. 7. b) Arimiarii 7. c) VIII *Coll. Hisp.* d) DLXIX 7. e) Mironis *Coll. Hisp.* f) LXXXIIII *Coll. Hisp.* g) DCXIII 7. h) VIII *sec. Coll. Hisp.* i) contrario 7. k) *ex* auctoritate *corr.* 7.

1) *A.* 563 *(561).* 2) *A.* 572. 3) *Capitula Martini Bracarensis, Maassen* § 835 *sq.* 4) *C. a.* 675. 5) *Immo Asturicensis, Isidoro ep. Hispal. a.* 636. *mortuo.* 6) *A.* 590. 7) *A.* 619. 8) *Bernaldus, nescio an c.* 13, *quo de fide agitur, hic intellegat.* 9) Haec — gaudebit *ex Hincmaro c.* 33 *(Turrian. l. V, c.* 23, *p.* 552*).* 10) *V. supra p.* 67. 11) *V. supra p.* 63, *n.* 8. 12) *V. supra p.* 129. 13) *V. supra p.* 8. 14) *De bapt. c. Donat. l. II,* § 4, *Opp. ed. Bened. t. IX, col.* 98. 15) *V. supra p.* 62.

patres nostri Damasus[1] et Leo magnus[2]; quorum alter secundum universale concilium, alter quartum, id est Calcedonense, concilium apostolica auctoritate firmavit: ipsi, inquam, eadem auctoritate et eadem voce ita generaliter decrevere: *Omnia,* inquiunt, *decretalia predecessorum nostrorum, quae de aecclesiasticis ordinibus et canonum promulgata sunt disciplinis, ita omnibus episcopis ac*[a] *cunctis generaliter sacerdotibus custodiri debere mandamus, ut si quis in illa commiserit, veniam sibi deinceps noverit denegari.* Idem Damasus alibi omnibus episcopis scribens: *Observetur,* inquit, *ab omnibus, ut illa semper, quae apostolica institutione et patrum traditione sunt constituta, sub metu inrefragabili auctoritate teneantur.* Item beatus Agatho[3] papa, qui sextam universalem synodum per legatos suos instituit et institutam apostolica auctoritate firmavit: *Sic,* inquit, *omnes apostolicae sedis sanctiones accipiendae sunt, tanquam ipsius Petri divina voce firmatae.* Item successor eorum beatus Nicholaus papa primus[4] synodo generali presidens generali eiusdem synodi iudicio decrevit, ut etiam anathema esset, quicunque decreta a Romano pontifice promulgata contempsisset. Sanctus quoque Adrianus[5] papa etiam reges anathematizat, quicunque sedis apostolicae decreta violare non formidant. His ergo testimoniis satis edocemur, quam indubitanter apostolicis institutis obędire debeamus.

Haec sunt igitur aecclesiastica statuta tam in conciliis quam in pontificalibus decretis, quibus aecclesiastica disciplina a temporibus apostolorum instituta et hucusque propagata non dubitatur.

(52) Hi sunt aecclesiastici canones, qui sacerdotum proprie dicuntur, ut lex Moysi, lex Iudeorum, unde sanctus Celestinus[6] papa: *Nulli,* inquit, *sacerdotum liceat suos ignorare canones nec quidquam facere, quod sanctorum legibus possit obviare.* Proprie, inquam, sacerdotum non incongrue dicuntur, cum eorum speciale sit officium, ut sibi et aliis secundum canones providere et, si quid perperam committitur, secundum eosdem emendare conentur; unde et a sancto Celestino papa eos ignorare prohibentur. Nam nequaquam vel se vel alios secundum canones informare possent, si canonum informationes ignorarent. Quapropter sacerdotibus necessaria est scientia canonum. Hanc autem nobis ita potissimum[b] comparare poterimus, si eos frequenter legere et in legendo competentiam sensus inquirere studeamus. Nam quamvis sacri canones apertam videantur pretendere litteraturam, multa tamen in eis obscura reperiuntur, quae a neglegentioribus aliquando lectoribus quasi minus idonea deputantur, quae aptissima sunt,
(53) si competenter intelligantur, ut illud Niceni concilii de mutatione episcoporum. In[c] XV.[d] huius concilii capite pęnitus prohibetur, ne episcopus de civitate in civitatem transmigret. Item beatus Damasus[7] papa post Nicenum concilium omnibus episcopis scribens tam districte mutationem episcoporum prohibuit, ut transmigrantem sub excommunicatione in locum suum revocaverit, cui etiam sacerdotale officium interdixit, quamdiu ille viveret, si quem forte successorem infra suam transmigrationem accepisset. Sanctissimi autem martyres et apostolici pontifices Evaristus[8], Calistus[9] et Antherus[10] ante Nicenum concilium, quisque in suo tempore omnibus episcopis scribens, mutationem episcoporum licitam fore docuerunt. Ex quibus sanctus Antherus multos sanctos patres de loco in locum translatos numeravit, ut Petrum de Anthiochia Romam; et

a) a 7. b) possimum 7. c) *cum hic nova linea incipiat, verbum* in *postea nimio pingendum omissum videtur* 7. d) XI 7.

1) *Ep. spur. de chorepisc., Hinschius p.* 515. 2) *Ep.* 4, *c.* 5, *ed. Baller. I, col.* 616. *paulo aliter; Jaffé nr.* 402. 3) *Jaffé nr.* 2108. 4) *Conc. Rom. a.* 863, *Oct. c.* 5, *Mansi t. XV, col.* 651. 5) *V. supra p.* 97. 6) *V. supra p.* 46; *Hincmari opp. ed. Sirmond t. II, p.* 719. 7) *Cap. spur., Hinschius p.* 516. 8) *Ep. spur. II, c.* 4, *Hinschius p.* 90. 9) *Ep. spur. II, c.* 15, *Hinschius p.* 140. 10) *Ep. spur. c.* 2. 4, *Hinschius p.* 152. 153.

Eusebium de quadam parva civitate Alexandriam. Sed hanc diversitatem ita simpliciter intelligere possemus, ut illud necessitati persecutionis, istud autem libertati pacis asscriberetur, si nusquam et in pacis tempore huiusmodi permutatio facta reperiretur. Quod quia persepe et modo solet evenire, aliam expositionis competentiam inquiramus, precipue illam, qua sancti patres et in pace et in persecutione ad invicem concordasse monstremus. Dicat ergo sanctus Antherus[1], quid de mutatione episcoporum sibi videatur: *Non transit de civitate in civitatem nec transfertur de minori ad maiorem, qui hoc non ambitu nec propria voluntate facit, sed aut vi a propria sede pulsus aut necessitate coactus aut utilitate loci vel populi, non superbe, sed humiliter ab aliis translatus et inthronizatus est. Nam sicut episcopi habent potestatem ordinare regulariter episcopos et reliquos sacerdotes, sic quoties utilitas aut necessitas exegerit, supradicto modo et mutare et intronizare potestatem habent; non tamen sine sacrosanctae Romanae sedis auctoritate et licentia. Alia etenim est causa utilitatis et necessitatis, et alia avaritiae et presumptionis aut propriae voluntatis.* Ecce quam aperte vir iste apostolicus nobis insinuat, quid de mutatione episcoporum intelligere debeamus, videlicet ut presumptuosam et ambitiosam mutationem cum Niceno concilio dampnemus: necessariam vero et utilem[a] cum apostolica auctoritate recipiamus.

Item sanctus Calistus[2] papa: *Mutandus*, inquit, *episcopus non per se hoc agat, sed fratribus invitantibus cum auctoritate huius sanctae sedis faciat, non tamen ambitus causa, sed aut necessitate aut utilitate.* Item sanctus Evaristus[3]: *Episcopus*, inquit, *non dimittat aecclesiam absque inevitabili necessitate aut apostolica vel regulari mutatione, et alteri se iungat ambitus causa.* Et hi utique apostolici cum Niceno concilio in mutatione episcoporum ambitionem dampnaverunt: necessitatem vero, et utilitatem admittendam esse docuerunt. Nec mirandum, quod Nicenum concilium, non (54)
tam signanter, ut antiqui patres, necessitatem et utilitatem exceperit; cum mutationem episcoporum tam simpliciter prohibuerit. Nam ante Nicenum concilium creberrimae persecutiones episcopos de loco in locum mutari sepissime compulerunt. Nec ibi locum ambitio habere poterat, ubi potissimum ille ad martyrium ducebatur, qui aliis preminere videbatur. Hoc utique sancti Romani pontifices verum esse testantur, qui pene omnes ante Nicenum concilium martyrio coronati leguntur. A[4] tempore autem Niceni concilii, iam sedata persecutione aliquantulum, non tam necessaria videbatur mutatio episcoporum, cum iam liberum esset quemlibet suis ovibus presidere vel, ubi deesset, alium secundum canones ordinare. Non ergo mirandum, si Niceni patres, non ut antiquiores, in sua prohibitione aliquid exceperint, cum iam non tam rationabilem[b] exceptionis causam habuerint, presertim cum necessario iam ambitus notarentur, quicunque iam[c] non necessario alienam sedem ambire viderentur. Sed [et] Sardicense concilium, cui Osius magnus, ut Niceno concilio, prefuisse legitur, sententiam eiusdem concilii de mutatione episcoporum ita exposuisse videtur: prohibet enim capitulo I, ne quis episcoporum mutet per ambitum; eumque, qui ita mutaverit, etiam laica communione privat. Hinc beatus Leo[5] papa I. Anastasio Thessalonicensi episcopo scribens deliberat, ut proprium locum perdat et alienum non detineat, quicunque despecto proprio alienum per ambitionem obtinere desiderat. Si ergo ita sententiam Niceni concilii intellexerimus, nequaquam in hoc alicui[d] rationabili episcoporum mutationi contradicemus, sicubi etiam in nostro tempore huiusmodi necessitas exegerit et apostolica auctoritas fieri consenserit.

Item[6] sancti patres frequentissime prohibent, ne oves suum pastorem, nisi in fide (55)
erraverit, accusent, subditosque accusatores prelatorum excommunicandos et infamia

a) utilitate 7. b) et rat. 7. c) ia 7. d) *ex* alieni *corr.* 7.

1) *Hinschius p.* 152. 153. 2) *Hinschius p.* 140. 3) *Ibid. p.* 90. 4) *Cf. supra p.* 125. 5) *Cf. ep.* 14, *c.* 8, *ed. Baller. t. I, col.* 689; *Jaffé nr.* 411. 6) Item sancti — non veremur *(p.* 139, *l.* 28*) ex Hincmaro c.* 52 *(Turrian. l. III, c.* 13, *p.* 322 *sq.).*

notandos censuerunt. Beatus autem Gregorius[1] scribens Iohanni Corinthiorum episcopo Paulum, Eufemium, Thomam, Clematium clericos dampnavit, eo quod proprium episcopum pro quodam crimine accusare non oboedierint. Idem etiam apostolicus Diocletanae[a] civitatis episcopi a clericis suis pro corporali crimine accusati atque convicti depositionem in tantum confirmavit, ut eum etiam communione privandum iudicaret, si deinceps aliquid de episcopatu vel loqui presumeret.

Sed haec nequaquam ad invicem contraria iudicabimus, si[b] superiorem sententiam competenter intelligere curabimus, videlicet ne oves suum pastorem ex propria temeritate ullatenus accusare presumant; nec tamen superiori potestati hoc eis canonice precipienti superbe resistant, minime quid illi potestati, quae ipsos dampnare poterit, si ei contra proprium episcopum oboedire noluerint. Si igitur ita intelligitur, nec subditi prelatos temere accusabunt nec superiori potestati contumaciter resultabunt. Huiusmodi adapertionem intellectus et in ipsa sacra scriptura nonnunquam necessario requi-
Exod.20,13. rimus, ut in illo: *Non occides.* Si enim illud nimis sympliciter intellexeris, ipsa lex tibi repugnabit, quae sepissime alibi reos morte multari decrevit. Ipse quoque Deus, qui legem instituit, persepe multos occidi precepit. Ne ergo Deum uspiam contraria precepisse blasphemes, predictam sententiam consideratius necessario intelligere debemus, scilicet ea consideratione, ne aliquis ex propria presumptione occidat: Deo autem, si hoc per se sive per legem Dei preceperit, oboedire non renuat. Ita enim beatus Augustinus in libro I. de civitate Dei[3] exponit, iuxta quem non ipse occidit, quisquis in hoc ministerium iubenti debebit. Sic ergo et in accusatione subditorum non oboedientiam, sed presumptionem proscriptam competenter intelligimus. Multis sane aecclesiasticis correctionibus in concessione huiusmodi accusationis prospectum non dubitamus. Nam prelati necessario et sibi et subditis tanto magis prospiciunt, quanto magis se et per accusationem subditorum percelli posse non dubitabunt. Nec parum aecclesiasticae disciplinae derogaretur, si nusquam huiusmodi accusatio concederetur. Nam pauci prelati illius perfectionis invenirentur, qui non tanto magis et se et subditos in disciplina negligerent, quanto magis se per accusationem eorum ad aliquod iudicium coercendos desperarent. Subditi tamen nequaquam hoc absque maioris potestatis auctoritate presumant, ne dignam suae dampnationis sententiam iuxta statuta sanctorum patrum excipiant.

(56) Sciendum autem, quod subditi pro propria iniuria et heresi prelatum suum accusare non prohibentur, iuxta illud Symmachi[4] papae ad Caesarium episcopum: *Oves,* inquit, *suum pastorem accusare non possunt, nisi pro heresi aut propria iniuria.* Hinc Affricani canones[5] apostolica auctoritate promulgati et confirmati enumeratis omnibus, quibus accusandi licentia denegatur, statim subinferunt: *His tamen omnibus in propriis causis accusandi licentia non denegatur.* Item sancti patres sepissime decernunt, ne quis absens iudicetur; ut beatus Zepherinus[6] papa: *Quia hoc,* inquit, *et divinae et humanae leges prohibent.* Item Felix[7] papa omnibus episcopis scribens: *Absente,* inquit, *adversario non audiatur accusator: nec sententia*[c] *absente alia parte a iudice dicta ullam obtinebit firmitatem.* Item sanctus Cornelius[8] papa: *Omnia,* inquit, *quae adversus absentes in omni negotio aut loco aguntur aut iudicantur, omnino evacuabuntur; quoniam absentem nullus addicit nec ulla lex dampnat.* Zozimus autem

a) Dodavenae 7. b) *rasura* 9 *vel* 10 *litterarum praecedit* 7. c) scientia 7.

1) *Lib. V, ep.* 57, *ed. Ewald I, p.* 360 *sq.; Jaffé nr.* 1373. 2) *Lib. XII, ep.* 31, *Opp. II, col.* 1201; *Jaffé nr.* 1860. 3) *C.* 21, *Opp. ed. Bened. t. VII, col.* 21. 4) *Similia habentur in decretis spur. synodal. Symmachi, Hinschius p.* 676. 5) *Conc. Carth. a.* 419, *c.* 129 *(Dion.), Mansi t. III, col.* 826. 6) *Ep. spur. I, c.* 4, *Hinschius p.* 131. 7) *Felicis I. ep. spur. II, c.* 13, *Hinschius p.* 202. 8) *Ep. spur. II, c.* 6, *Hinschius p.* 174.

papa in ordine XLIII. cum CCXVII episcopis Affricani concilii[1] quemlibet accusatorem sive accusatum etiam absentem communione privavit, quicunque post canonicam vocationem venire contempsisset. Item Bonifacius[2] papa, successor eius, de contumaciter absente decrevit, ne dilationem sententiae de absentia lucraretur. Beatus quoque Gregorius[3] Maximum presumptorem Salonitanum non solum pro illatis criminibus, sed etiam pro absentia, dampnandum iudicavit, eo quod canonice vocatus venire distulerit. Item Theodorus[4] papa Paulo Constantinopolitano scribens precepit, ut Pyrrum eiusdem quondam sedis episcopum absentem dampnaret, *quia,* inquit, *presentia eius necessaria non est, cuius excessus presens est.* Item Felix[5] papa Acatium Constantinopolitanum absentem dampnavit, cuius sententiam beatus Gelasius[6], successor eius, inrefragabili approbatione canonicam monstravit. Nec plane dubitaverim, quin plures inveniantur, qui ita absentes sententiam dampnationis exceperint, quam qui presentes canonicam examinationem et dampnationem expectaverint. Harum autem sententiarum diversitatem facile concordabimus, si superiorem sententiam de absente non iudicando ad illum solummodo referamus, cuius causa adhuc ventilanda videtur, qui locum respondendi potius non habuit, quam canonice oblatum refutaverit. Nam si canonice vocatus venire contempsisset nec tamen canonicam excusationem pretenderet, tam apud antiquos quam apud modernos etiam absens canonice dampnari posset. Si ergo ita exponimus utramque sententiam de absente, rationabilem esse videbimus, ut et absens iudicetur, qui canonicam vocationem sive ammonitionem contempsisse detegitur, et absens non iudicetur, de cuius contumatia adhuc dubitatur. Sic ergo et in aliis canonum diversitatibus competentem sensum inquirere debemus, ne forte huiusmodi diversa nonnunquam quasi repugnantia temere respuamus; quae tamen ex apostolica auctoritate promulgata sive confirmata non ignoramus. Ita inquam intelligendi congruentiam semper indagare conemur, ne huiusmodi statuta uspiam sibi contraria interpretemur. Nam ipsi sancto Spiritui magnam iniuriam irrogare videmur, si illa, quae ipse per sanctos patres instituisse legitur, quasi contraria et ideo contempnenda interpretari non veremur.

Non solum autem exceptiones canonicarum institutionum, sed et integras earum (57)
descriptiones diligenter considerare et ad invicem conferre non tedeat, si ad plenam earum noticiam pervenire nos libeat. Nam quaelibet capitula locis suis considerata nonnunquam satis aperte patebunt, quae per se inspecta, aut vix aut ullomodo competenter intelligi potuerunt. Ipsa enim circumstantia lectionis multa nobis prescribere solet, quae unum singulare capitulum non habet, sine quibus tamen pleniter intelligi non valet, sed diversorum statutorum adinvicem collatio multum nos adiuvat, quia unum sepe aliud elucidat. Consideratio quoque temporum, locorum, sive personarum sepe nobis competentem subministrat intellectum, ut etiam diversitas statutorum nequaquam absurda vel contraria videatur, cum diversitati temporum, locorum, sive personarum apertissime distributa reperiatur. Hoc utique lectori multum intelligentiae subpeditabit, si huiusmodi statutorum originales causas singulari diligentia indagare non omittit. Ex tali enim indagatione multa rationabiliter instituta patebunt, quae ignoratis eorum causis minus idonea videri potuerunt.

Hoc utique studiosissime indagandum et indagatum memoriae tenaciter commendandum, quid sancti patres dispensatorie quasi ad tempus servandum instituerint, quid etiam generaliter omni tempore tenendum censuerint; alia enim ratio est eorum, quae dispensatorie instituta videntur, alia generalium. Unde beatus Innocentius papa ad

1) *Conc. Carth. a.* 419, *c.* 79 *(Dion.); cf. supra p.* 30. 2) *Mansi t. IV, col.* 395; *Jaffé nr.* 349. 3) *Lib. VI, ep.* 3; *cf. supra p.* 32. 4) *Mansi t. X, col.* 704; *Jaffé nr.* 2049. 5) *Felicis II, ep.* 6, *c.* 2, *ed. Thiel I, p.* 246; *Jaffé nr.* 599. 6) *Ep.* 1, *c.* 11, *ed. Thiel I, p.* 293; *Jaffé nr.* 611 *(Felicis III).*

Macedones episcopos scribens[1]: *Quod necessitas,* inquit, *pro remedio repperit, necessitate cessante debet utique cessare pariter, quod urgebat; quia alius ordo est legitimus, alia usurpatio, quam ad presens fieri tempus impellit. Et advertite, quod utique, ut dicitis, necessitas imperavit, in pace iam aecclesias constitutas non posse presumere.* Hac ratione beatus Innocentius statutum Niceni concilii de hereticis cum ordine recipiendis non iam adtendendum asseruit, eo quod iam necessitas illo tempore iam transierit, quae Nicenos patres ita Novatianos recipere compulerit. Unde et Affricani patres cap. XXXII.[2] decreverunt, ne Donatistae cum ordine reciperentur illis tamen exceptis, per quorum susceptionem aecclesiasticae utilitati consuleretur.

De his autem, quae non dispensatorie, sed generaliter instituta sunt, sanctus Leo[3] papa I. omnibus episcopis scribens testatur: *Non,* inquit, *in cuiusquam persona pretermittendum est, quod in generalibus statutis continetur.* Quae etiam Gelasius[4] papa semper regulariter custodienda iudicat, nisi aliqua vel rerum vel temporum perurgeat angustia. Nam et de his nonnunquam aliquid sancti patres remisisse leguntur pro necessitate temporum: ut in ordinatione sancti Ambrosii[5], quem ex neophito ordinaverunt, quod tamen generalia[a] canonum statuta prohibuerunt. Item idem Leo[6], qui supra, quosdam ex laicis ordinatos in episcopatu confirmavit, licet et hoc sancti patres generaliter iam prohibuerint.

Cum autem aliqua rationalis causa occurrerit, quae sacros canones aliquantulum temperari exegerit, semper illa eiusdem Leonis[7] sententia ad Rusticum Narbonensem episcopum fideliter est tenenda: *Sicut,* inquit, *quaedam sunt, quae nulla ratione convelli possunt, ita nonnulla sunt, quae aut pro consideratione aetatum aut pro necessitate rerum oporteat temperari, illa semper condicione servata, ut in his, quae vel dubia fuerint vel obscura, id noverimus sequendum, quod nec preceptis euangelicis contrarium nec decretis sanctorum patrum inveniatur adversum.*

(58) Hanc autem facultatem temperandorum sive mutandorum canonum Romano pontifici potissimum adiacere non dubitamus, ut sancti patres docuerunt. Nam beatus Gelasius[8] et Nicholaus[9] papa primus in decretis eorum, Simachus[10] vero in generali synodo, diverso quidem tempore, sed eadem voce, de Romani pontificis auctoritate protestati sunt: *Necessaria,* inquiunt, *rerum dispositione constringimur et apostolicae sedis moderamine convenimur sic canonum paternorum decreta librare et retro presulum decessorumque nostrorum precepta metiri, ut, quae presentium necessitas temporum restaurandis aecclesiis*[b] *deposcit, adhibita consideratione diligenti, quantum potest fieri, temperemus.*

Nec mireris, si Romani pontifices hanc semper peculiariter habuerint potestatem, ut canones pro tempore dispensarent. Ipsi enim sunt auctores canonum et illa sedes semper habuit hoc privilegium, ut ligatum vel solutum sit, quicquid ipsa ligaverit vel solverit. Unde iuxta attestationem sanctorum patrum omnibus aecclesiis preminet et de omnibus iudicare potest. Hoc utique privilegium nulla indignitas presidentium imminuere poterit attestante beatissimo papa Leone: *Etsi,* inquit, *nonnunquam diversa sunt merita presulum, iura tamen permanent sedium, quibus possunt emuli perturbationem aliquam fortassis inferre, non tamen possunt minuere dignitatem.* Nec[11] ipse sanctus Petrus, necdum aliquis Romanae sedis episcopus, aliquem suum successorem aliquo preiudicio ea potestate privavit, quin eadem auctoritate omni aecclesiae,

a) *ex rasura* 7. b) relaxanda *add. Gel.*

1) *C.* 5. 6, *Mansi t. III, col.* 1061. 1062; *Jaffé nr.* 303. 2) *Immo c.* 35 *(Dion.-Hadr.), v. supra p.* 56. 3) *Ep. spur. ad Afric. sp., Hinschius p.* 622. 4) *Ep.* 14, *c.* 2, *ed. Thiel I, p.* 362; *cf. supra p.* 117. 5) *V. supra p.* 117. 6) *Ep.* 12, *c.* 5, *supra p.* 117. 7) *Ep.* 167, *ed. Baller. t. I, col.* 1419; *Jaffé nr.* 544. 8) *Ep.* 14, *c.* 1, *ed. Thiel I, p.* 362. 9) *In decretis Nicolai non inveni.* 10) *Synod. spur., Hinschius p.* 679. 11) Nec ipse — deposuisse leguntur *(p.* 141, *l.* 28*) ex Hincmaro (Turrian. l. I, c.* 28, *p.* 124*).*

non solum antiquis, sed etiam novis institutis nunc lenius, nunc severius consulere posset, immo deberet, prout tempori suo oportunum fore videret. Hoc utique singularia Romanorum pontificum decreta testantur, in quibus ipsi suorum temporum necessitatibus diverso modo consuluisse leguntur. Niceni[1] quoque canones Romani pontificis privilegium ratum esse voluerunt, cum ad exemplum eius etiam omnium provinciarum privilegia iudicarent observanda. Nequaquam ergo aliquid Romanus pontifex contra (59) canones agit, si quando illos pro consideratione temporum nunc intendit, nunc remittit; cum et ipsi canones tale ei privilegium indubitanter concesserint. Sed et alii episcopi, etsi nullo modo, ut presul apostolicus, vel canones instituere vel iam institutos[a] iudicare valeant, aliquando tamen pro modulo suo aliqua statuta temperant[b], et hoc maxime in legibus penitentium, quod etiam ipsi canones illis concedunt. Nam Nicenum[3] concilium episcopis concessisse legitur, ut digne poenitentes humanius tractent et canonicam severitatem in eis aliquatenus mitigent. Debent enim iuxta Innocentium[4] papam adtendere confessionem pœnitentis et fletus et lacrimas corrigentis ac tum[c] iubere dimitti, cum congruam viderint satisfactionem. Nam iuxta Augustinum[5] in huiusmodi poenitentia non tam mensura temporis quam doloris est attendenda. Nequaquam autem aecclesiastica disciplina subsistere posset, si non presul apostolicus illam auctoritatem haberet de canonibus, quam supra retulimus. Nam precedentium patrum statuta aecclesiasticam disciplinam non tam instituerent, quam confunderent, si nulla ratione a successoribus eorum immutari possent; cum tamen necessitas temporis nunc mitius, nunc sęverius incedendum persuaderet. Quod illum non latebit, qui precedentium patrum et subsequentium statuta diligenter investigare curaverit. Nempe, si beatus Gelasius[6] numerum annorum, quos sui antecessores singulis gradibus prefixerunt, imminuere non posset, penuriae clericorum sui temporis per presbyteros ex laicis infra annum maturatos nullo modo succurrisset. Item si moderni pontifices antiquorum rigorem canonum super lapsos sacerdotes remittere nequissent, ipsa christiana religio destituta sacerdotali officio pęnitus stare non posset, cum iam pene nulli sacerdotes, nisi criminaliter lapsi, reperiantur, quos antiqui canones deposuisse leguntur.

Sciendum sane, quod Romani pontifices semper magis antiqua exequi et obser- (60) vare, quam nova instituere, nisi aliqua rationabilis causa perurgeret, consueverunt. Unde beatus Gelasius[7] papa ad episcopos Dardaniae: *Nullus,* inquit, *iam veraciter christianus ignorat, uniuscuiusque synodi constitutum, quod universalis aecclesiae probavit assensus, nullam magis exequi sedem pre ceteris oportere, quam primam, quae unamquamque synodum et sua auctoritate confirmat et continuata moderatione custodit.* Hinc sanctus Leo[8] papa: *Ad meum,* inquit, *tendit reatum, si paternarum regulae sanctionum, quae ad totius aecclesiae regimen spiritu Dei instruente sunt conditae, me, quod absit, conibente violentur.* Item Iulius[9] papa orientalibus episcopis scribens: *Instituta,* inquit, *apostolorum et apostolicorum virorum contempnere nolite; canones habetis, his fruimini. Satis enim indignum est quemquam pontificum vel ordinum subsequentium hanc regulam refutare, quam beati Petri sedem consequi videat et docere. Multum convenit, ut totum corpus aecclesiae in hac sibimet observatione concordet, quae inde auctoritatem habet, ubi Dominus aecclesiae totius posuit principatum, dicente scriptura: Ordinate in me karitatem. Et iterum: Omnia cum ordine fiant.* cf. Cant. 2,4. cf. 1. Cor. 14,40.

a) institvtutos 7. b) *post rasuram* 7. c) actum 7.

1) *Ep.* 119, *c.* 3, *ed. Baller. t. I, col.* 1214. 2) *C.* 6. 3) *C.* 11. 4) *V. supra p.* 115, *n.* 4. 5) *Ibid. p.* 115, *n.* 3. 6) *V. supra p.* 117. 7) *Ep.* 26, *c.* 3, *ed. Thiel I, p.* 395; *Jaffé nr.* 664. 8) *Ep.* 104, *c.* 2, *ed. Baller. t. I, col.* 1149; *Jaffé nr.* 481. 9) *Ep. spur. c.* 9, *Hinschius p.* 461, *aliquibus praetermissis.*

Eandem sententiam beatus Gelasius[1] in generali decreto de aecclesiasticis institutis ad omnes episcopos scribens depromsit: *Cum nobis,* inquit, *contra salutarium reverentiam regularum cupiamus temere nihil licere, et cum sedes apostolica, super his omnibus, favente Domino, quae paternis canonibus sunt prefixa, pio devotoque studeat tenere proposito, satis indignum est quemquam pontificum vel ordinum subsequentium hanc observantiam refutare, quam beati Petri sedem consequi videat, et docere, satisque conveniens est, ut totum corpus aecclesiae in hac sibimet observatione concordet, quam illic vigere videt, ubi Dominus totius*[a] *aecclesiae posuit principatum.* In hoc utique sancti Romani pontifices aliis pares esse voluerunt, quod non tam novae institutionis auctores, quam veteris executores existere studuerunt, quod non solum Romano, sed cuilibet episcopo idem Gelasius licere testatur.

LIBELLUS XI.
DE PRESBYTERIS.

Hanc rem de presbyteris Bernaldus iam in Apologetico c. 15. *attigit. Presbyterorum potestas poenitentes reconciliandi, utrum ex consecratione an ex episcoporum concessione oriatur, Bernaldus minime dubitavit, qui magis monachi quam presbyteri ingenio imbutus ius ac voluntatem propriam proicere paratissimus fuerit.*

Dominis ac dilectissimis in Christo fratribus apud Reitenboch[2] apostolicae vitae formam fideliter servantibus B., solo nomine presbyter non moribus, post huius vitae legitimum certamen apostolicae beatitudinis eternam societatem.

(1) Literae dilectionis vestrae nuper ad nos pervenerunt, quae nobis de potestate presbyterorum quandam inter vos quaestionem commotam retulerunt, quam nostrae inbecillitati ad solvendum proposuistis, vosque inde nostram, immo per nos sanctorum patrum, sententiam expetere significastis. Sed ad hoc exequendum quamvis infirmitas animi et corporis obsistat, caritas tamen impetrat, ut fraternis petitionibus etiam ultra
1. Ioh. 4, 8. vires morem gerere non omittamus. Ipsa ergo caritate, quae Deus est, opitulante fraternitati vestrae temptabimus obedire: non solum hoc, quod quaeritis, id est, unde presbyteri habeant, ut poenitentes recipere valeant, sed et alia non pigebit adicere, quae non quaesistis, videlicet, quid presbyteri[b] antiquitus fuerint qualique privilegio postea circumscribi meruerint? Deus, qui caritas est et omnipotens, vos semper incolumes nostrique memores protegat atque custodiat, domini fratres et patres amantissimi!

(2) Incipit utilis descriptio de presbyterorum officio.

Beatus Paulus apostolus in epistolis suis evidentissime nobis praescribit, quod
Tit. 1, 5. apud antiquos presbyter et episcopus idem fuerint. Scribens enim ad Titum de ordinatione episcoporum precipit, ut constituat per singulas civitates presbyteros; et statim, quales debeant ordinari, subnectit dicens: *Oportet enim episcopum inreprehensibilem*
*f. 12. 1. Tim. 4, 14. *esse.* Item Thimotheo scribit: *Noli negligere gratiam, *quae in te est, quae data est tibi per propheciam cum inpositione manuum presbyterii*[c]. Cui statim in sequentibus
cad. 22. dicit: *Nemini cito manum imposueris;* quod proprie est episcopi. In his verbis apostolus satis aperte notavit, quod antiquitus idem presbyter et episcopus fuerint, iuxta quod beatus Ambrosius[3] et Ieronimus eundem apostolum in eisdem sententiis commendati sunt. Idem in epistola ad Philippenses prespiteros sub nomine episcoporum salutat

a) *ex corr.* 7. b) presbyter 9. c) presbyteri 9.

1) *Ep.* 14, *c.* 9, *ed. Thiel I, p.* 367. 2) *De quo coenobio cf. SS. V, p.* 452, *n.* 26.
3) *V. supra p.* 76.

dicens: *Paulus et Thimotheus servi Christi Iesu omnibus sanctis, qui sunt Philippis,* Phil. 1, 1. *cum episcopis et diaconibus.* Nam iuxta Iheronimum Philippis una est civitas Macedoniae, quae plures non potuit habere episcopos. In Actibus quoque apostolorum legitur apostolos vocasse presbyteros Ephesiorum, quos et episcopos a Spiritu sancto positos esse non tacuit, videlicet unius civitatis presbyteros vocans episcopos. Item ipse princeps apostolorum Petrus in epistola sua: *Presbyteros,* inquit, *in vobis precor* cf. 1. Petr. 5, 1. *compresbyter et testis passionum Christi.* Item Iohannes apostolus et evangelista scribens ex sui persona: *Presbyter,* inquit, *Electae dominae et filiis eius.* Idem in alia 2. Ioh. 1. epistola: *Presbyter Gaio carissimo.* 3. Ioh. 1.

His igitur sententiis beato Iheronimo et Ambrosio atestantibus evidentissime pro- (3) batur eundem presbyterum et episcopum fuisse. Cur autem postea inter se et nomine et officio discrepare coeperint, ita ut inter presbyteros unus specialiter nomen episcopi obtinuerit, idem Ieronymus super epistolam ad Titum[1] satis aperte exponit: *Postquam*[a], inquit, *unusquisque eos, quos baptizaverat, suos esse non Christi putabat, in toto decretum est orbe, ut unus de presbyteris electus superponeretur ceteris, ad quem omnis cura ecclesiae pertineret et scismatum semina tollerentur.* Et infra: *Paullatim, ut dissensionum plantaria evellerentur, ad unum omnis sollicitudo delata est. Sicut ergo presbyteri sciunt se ex consuetudine aecclesiae ei, qui sibi prepositus fuerit, esse subiectos: ita episcopi noverint, se magis consuetudine quam dispositione dominicae veritatis*[b] *presbyteris esse maiores et in commune debere aecclesiam regere, imitantes Moysen, qui, cum haberet in potestate solus preesse populo Israel, septuaginta elegit, cum quibus populum iudicaret.*

Cum igitur presbyteri et episcopi antiquitus idem fuisse legantur, etiam eandem (4) ligandi atque solvendi potestatem et alia nunc episcopis specialia habuisse non dubitantur. Postquam autem presbyteri ab episcopali excellentia *cohibiti sunt, coepit eis *f. 12c. non licere quod licuit, videlicet quod aecclesiastica auctoritas solis pontificibus exequendum delegavit, id est, confectionem crismatis, consecrationem virginum, reconciliationem pœnitentium et alia huiusmodi, quae statuta patrum eis intercludunt. Nam Cartaginense concilium, cui beatus Augustinus interfuit, capitulo VII.[2] presbyteris interdicit crismatis confectionem, poenitentium reconciliationem, virginum consecracionem. Sanctus quoque Eusebius papa in decretis[3] suis XXII. confirmationem neophitorum nonnisi ab episcopis posse vel debere fieri asserit nec inter aecclesiastica sacramenta illam reputari, quae ab aliis presumpta fuerit.

Sed de his singulis, quae presbyteris non licere coeperunt, postquam[a] ipsi ab (5) episcopali excellentia separati sunt, beatus Damasus papa plenius in decretis suis edisserit, ubi vanam superstitionem chorepiscoporum autenticis rationibus compescuit. Nam scribens omnibus episcopis primum chorepiscopos nihil aliud esse quam presbyteros probat, deinde utrosque communiter ab episcopali fastigio hoc modo sequestrat[4]: *Chorepiscopis,* inquit, *non licet sacerdotes consecrare, nec diaconos, nec subdiaconos, nec virgines, nec altare erigere, nec unguere vel sacrare, nec ecclesias dedicare, nec crisma conficere, nec crismate frontes baptizatorum signare, nec publice quidem in missa quemquam penitentem reconciliare, nec formatas epistolas mittere, nec populum benedicere, nec ante episcopum in baptisterio vel sacrario introire, nec presente episcopo infantem tinguere aut signare, nec penitentem sine episcopi sui preceptione reconciliare, nec eo presente, nisi iubente, sacramentum corporis et sanguinis Christi conficere, nec eo coram posito populum docere vel salutare, nec plebem exhortari. Quae*

a) posquam 9. b) veritate 9, dispositionis dom. veritate *Hier.*

1) *C.* 1, *v.* 5, *Opp. ed. Vallarsius t. VII, col.* 694—696. 2) *Conc. Carth. a.* 419. *c.* 6 *(Dion.).* 3) *Ep. spur. III, c.* 21, *Hinschius p.* 242. 4) *Ep. spur., Hinschius p.* 513.

omnia solis pontificibus pertinere tam ex superioribus quam ex aliis patrum statutis atque sacris canonibus edocti estis. Similiter[1] *et de presbyteris haec habeantur et sine iussu episcopi proprii nihil agant.* Item sanctus Leo papa primus[2] omnibus episcopis scribens eandem sententiam de corepiscopis et presbyteris tenuit, ut pariter proprium modum cognoscant nec episcopale privilegium usurpare praesumant. Sed et beatus Gelasius papa in decretis[3] suis capitulo VI. enumeratis his, quae presbyterorum
*f 13. officio competunt, generalem sententiam subinfert dicens: *Nec presbyter *prorsus dubitet, si quicquam ad episcopale ministerium specialiter pertinens suo motu putaverit exequendum, continuo se presbyterii dignitate et sacra communione privandum.* Patet ergo satis evidenter, quantum episcopalis auctoritas presbyteris emineat vel quid illis penitus usurpare non liceat.

(6) Sunt tamen quaedam etiam adhuc, quae presbyteris ex episcopali arbitrio concedi possunt, ut privata reconciliatio poenitentium; nam publica reconciliatione sicut a crismatis confectione penitus prohibiti leguntur. Possunt quidem privatim confessos penitentes et infirmantes reconciliare, si tamen episcopus iusserit, iuxta quod sanctus Evarestus[4] papa et martir in decretis suis capitulo III. asserit ita decernens, ut *presbyteri de occultis peccatis iussione episcopi penitentes reconcilient et infirmantes absolvant et communicent.* Item Cartaginense concilium[5] capitulo VII. dicit, quod in periculo positi a presbytero possint reconciliari, absente quidem episcopo, sed iubente.

(7) Et notandum, quod nec ipsam privatam reconciliationem exercere permittuntur presbyteri, nisi specialiter ex iussione episcopi. Ipsi etiam sanctae Romanae ecclesiae presbyteri non hoc solent exercere nisi permissi: nec hoc Romanus pontifex omnibus, quos ordinat, concedit, sed quibusdam tantum, quos ad hoc opus exequendum idoneos esse previderit. Beatus quoque Anshelmus Lucensis episcopus[6] in episcopatu suo paucis presbyteris concessit, ut poenitentes susciperent, quamvis plurimos ubilibet ordinasset. Sic et alii[a] hactenus episcopi in suis episcopatibus facere consueverunt, qui diligentiores canonum servatores esse voluerunt.

(8) Quapropter satis manifestum esse videtur, quod presbyteri non tam ex propriae consecrationis officio, quam ex episcopalis concessionis arbitrio poenitentes reconciliare solent. Si enim hoc illi ex propria concessione haberent ut episcopi, cum eandem presbyterii acceperint consecrationem, nihilominus et eandem omnes haberent reconciliationis potestatem; nec magis ad hoc, quam ad officium missae exercendum, episcopali iussione indigerent, sed in ipsa consecratione hanc potestatem, ut officium missae, dudum percepissent. Quomodo autem illam in consecratione non perceperint, facile quilibet explorare poterit, si modum consecrationis eorum diligenter considerare voluerit, in quo non more episcoporum ius ligandi atque solvendi uspiam percipiunt[7], sed ius offerendi sacrificii tam pro vivis, quam pro defunctis.

(9)
*f. 13'. Et *parrochiales quidem presbyteri, quibus ab episcopo pastoralis cura in populo committitur, in ipsa commissione etiam hoc ius suscipiendi penitentes accepisse non dubitantur, quod videlicet potissimum ad illam curam pertinere videtur. Quibus autem consecratis huiusmodi cura non committitur, predictam potestatem usurpare non presumant, antequam eis episcopi hoc concedant: nam si presumpserint, se potius ea presumptione ligant, quam penitentes sua reconciliatione absolvant; si tamen simpliciter accipientes ignorantia presumptionis non accusat[b]. Solent enim episcopi ius recon-

a) allii 9. b) *an* excusat?

1) *Post pauca praetermissa.* 2) *Ep. spur. de chorepiscopis, Hinschius p.* 628. 3) *Ep.* 14, *c.* 6, *ed. Thiel I, p.* 366. 4) *Burch. Decr. l. XVIII, c.* 16; *cf. Decr. Grat. C. XXVI. qu.* 6, *c.* 4. 5) *A.* 419 *(Dion.).* 6) *Qui obiit a.* 1086. 7) *Non de moderno ritu ordinationis hic loqui Bernaldum iam adnotavit Ussermann.*

ciliandi sacerdotibus etiam a pastorali cura vacantibus sepenumero concedere, ut venerabilis papa Gregorius et sanctus Anselmus[1] multis fecerunt, et adhuc quamplures faciunt. Hanc quippe concessionem nos ipsi[2] ab ordinatione nostra suscepimus, hanc et alios quamplures a suis ordinatoribus[a] percepisse non ignoramus.

Sciendum tamen, quod beatus Ieronimus potestatem ligandi atque solvendi tam (10)
presbyteris quam episcopis indifferenter ascribit in commentario super Matheum[3], ubi
illud exponit: *Quodcunque ligaveris,* et reliqua. *Istum,* inquid, *locum episcopi et pres-* Matth.16,19.
byteri non intelligentes aliquid sibi de phariseorum supercilio assumunt, ut vel dampnent[b] *innocentes vel solvere [se] noxios arbitrentur, cum apud Deum non sententia sacerdotum, sed reorum vita queratur. Legimus in Levitico de leprosis, ubi iubentur, ut* Lev. 14.
ostendant se sacerdotibus et, si lepram habuerint, tunc a[c] *sacerdote inmundi fiant; non quod*[d] *sacerdotes leprosos faciant et inmundos, sed quod*[d] *habeant noticiam leprosi et non leprosi, et possint discernere, qui mundus quive inmundus sit. Quomodo ibi leprosum sacerdos inmundum facit, sic et hic alligat et solvit episcopus et presbyter, non eos, qui insontes sunt vel innoxii, sed pro officio suo, cum peccatorum audierit varietates, scit qui ligandus sit, qui solvendus.* Item Ieronimus ad Heliodorum[4]: *Mihi,* inquit, *sedere ante presbyterum non licet; illi, si peccavero, licet me tradere sathanae in interitum carnis, ut spiritus salvus sit in die Domini.* Sed hae sententiae superioribus in nullo contradicunt, quae itidem presbyteris huiusmodi potestatem circa poenitentes ascribunt, non tamen ut episcopis ex eorum consecratione, sed ex episcoporum iussione, ut canones prescribunt. Nec utique beatus Ieronimus in predictis sententiis, unde presbyteri hoc ius habeant, signanter expressit, sed eos tantum hoc habere simpliciter notavit. Preterea si ex consecratione etiam more *episcoporum hoc eos habere *f. 14.
dixisset, nos tamen canonicis et apostolicis sanctionibus salva eius reverentia in hoc contradicere non presumeremus.

Beatus quoque Gregorius[5] papa scribens ad Ianuarium Calaritanum[e] episcopum (11)
quibusdam presbyteris, ut neophitos confirmarent, permisit, quod utique ab officio presbyterorum penitus extraneum non ignoravit. *Pervenit,* inquit, *ad nos quosdam scandalizatos fuisse, quod presbyteros eos tangere crismate, qui sunt baptizandi, prohibuimus. Et nos secundum usum nostrae aecclesiae fecimus. Sed si omnino hac de re aliqui contristantur, ubi episcopi desunt, ut presbyteri etiam in frontibus baptizatos*[f] *crismate tangere debeant, concedimus.* Has sane confirmationes ratas fuisse non dubitamus, quas illi presbyteri ex apostolica concessione, non[g] ex propria presumptione, fecerunt: quod utique si fecissent, iuxta predictum sancti Eusebii papae statutum[6] penitus irritae fuissent. Sicut ergo illi presbyteri ius confirmandi non ex consecratione, sed a domno apostolico habuerunt, ita et quilibet presbyteri non tam ex consecratione, quam ab episcopali concessione habent, quod poenitentes reconciliari valent. Non enim eorum officio aliquid eorum ascribere presumimus, quae in apostolicis statutis penitus eis prohibita legimus.

Benedictionem quoque super populum, quam sanctus Ieronimus[7] in epistola sua (12)
ad Rusticum Narbonensem episcopum presbyteris ascribit, nos proprie eorum officio ascribere non presumimus, ne beato Damaso[8] papae sacrisque canonibus hanc eandem

a) ibus *sup. ras.* b) *ex* dampnet *corr. al. man.* 9. c) aserdote 9. d) *ex* quo *corr. man. recentior* 9. e) Catalit. 9. f) baptizandos *Greg.* g) *al. man. supra script.*

1) *Cuius depositionem Bernaldus tam in Necrologio quam in Chronico ad* 15. *Kal. Apr. a.* 1086. *memoriae tradidit, SS. t. V, p.* 391. 444. 2) *Bernaldi chron. a.* 1084, *SS. t. V, p.* 441. 3) *C.* 16, *v.* 19, *Opp. t. VII, col.* 124. 125. 4) *Ep.* 14, *nr.* 8, *Opp. t. I, col.* 33. 5) *Lib. IV, ep.* 26, *ed. Ewald I, p.* 260; *Jaffé nr.* 1298. 6) *Cf. p.* 143. 7) *Non inveni.* 8) *Ep. supra alleg. p.* 143.

prohibentibus, adversari iudicemur. Tucius enim videtur, ut dicamus eam illos habere ex aliqua concessione episcopali, quam ex proprietate officii: sicut et subdiaconibus concessum creditur ad missam legere apostolum, quod ex consecratione non videntur habere[1]. Tam late autem huiusmodi consuetudo benedicendi populum in aecclesia presbyteris inolevit, ut non absque episcopali concessione adeo propagata rite credatur, nec parvum inde scandalum oboriretur, si iam modo a presbyteris intermitteretur[a].

(13) Beatus quoque Damasus[2] ad compescendam chorepiscoporum insolentiam artissime officium tam presbyteri quam chorepiscopi circumscripsit, utpote quos idem esse iudicavit: non tamen sibi vel suis successoribus prescripsit, quin presbyteris quaedam concedere possent, quae ipse eorum officio proprie non attinere predixit. Nihil autem nos eorum potestati[b] contra canonicam auctoritatem et aecclesiasticam consuetudinem arrogare debemus, etsi in quorumdam sententiis non adeo autenticis quaedam eis supra modum concessa legamus; ut in Regensi[3] concilio capitulo IIII^to^ presbyteris conceditur,
*f. 14'. ut *virgines consecrare et neophitos consecrare[c] possint; quod apostolica auctoritas et aecclesiastica consuetudo penitus eis intercludit. Ipsi et presbyteri etiam caveant sibi, ne illicita temere presumant, ne de eorum presumptione veraciter dicatur, quod beatus Damasus[4] papa de huiusmodi presumptoribus verissime protestatur: *Chorepiscopi*, inquit, *sive presbyteri, qui illicita presumebant, quod agebant actum non erat; et propterea multi in securitatem lapsi*[d] *aecclesiastico*[e] *fraudabantur et frustrabantur ministerio.* Quapropter et adhuc caveant presbyteri in officiis aecclesiasticis illicita et inconcessa usurpare, ne canonica ultione merito multentur, cum per temerariam usurpationem etiam fideles aecclesiastico ministerio defraudare iudicentur.

LIBELLUS XII.
DE SOLUTIONE IURAMENTORUM.

Libello hoc in fine mutilo, quod in apologeticis rationibus[5] *p.* 95. *paucis verbis disceptatum est, fusius pertractatur.*

Reverentissimo[f] sacerdoti ac dilectissimo fratri Waltero euangelicae perfectionis et canonicae professionis[6] viro B[ernaldus] presbyter indignus, utinam solo corpore infirmus, post huius vitae stadium aeternae beatitudinis bravium.

(1) Multum vires nostrae imbecillitatis excedit, quod fraternitas vestra sibi a nobis
1. Cor. 13, 5. scribendum deposcit. Sed caritas, quae non quaerit quae sua sunt, nos vestris votis annuere compellit, satius[g] esse iudicans se ultra posse suum quodammodo in periculum mittere, quam vestrae dilectionis petitioni non obedire. Petitis enim a nobis, ut cuidam vestro amico vicę vestra respondeamus, qui nostrates[h] periuros esse satis improvide dogmatizat, eo quod depositis et excommunicatis iuramentum subiectionis servare non presumant. Sed nos qualitatem illius vestri amici non bene cognoscimus, videlicet, si

a) interimeretur 9. b) potestate 9. c) *corr.* confirmare. d) *ex* lapso *postea corr.* 9. e) ecclesiastica . . . ministeria *ed. Hinschius.* f) item *minio script. praecedit* 9. g) satis 9. h) n. p. e. s. im. *super ras.* 9.

1) *Cf. Microl. de eccles. observationibus c.* 8, *Migne t.* 151, *col.* 982. 2) *In op. cit.* 3) *Mansi t. V, col.* 1193. 4) *Ep. l. p.* 143, *Hinschius p.* 510. 5) *Cf. etiam, quae in libello II. de Gregorio VII. periurii accusato p.* 35. 54. *disputata sunt.* 6) *Colligi ex hisce verbis videtur Walterum hunc canonicum fuisse regularem ac forte pariter in Raitenbuch, ad cuius collegii canonicos hunc aeque ac praecedentem tractatum fuerit perscriptum. USS.*

canonicae auctoritati quoquo modo assentiat, an heretico more quibuslibet rationibus pertinaciter resistat. Quapropter non ad illum, sed ad vestram[a] fraternitatem scribere decrevimus vobisque rationes suggerere, quibus illum conveniatis, sicut eius qualitati et correctioni magis competere videatis. Ita autem Deo annuente scribere temptabimus, ut eius correctioni sufficere possit, si tamen nondum in heretica pravitate pertinaciter obduruit, quam Paulus apostolus magis devitandam, quam sepius admonendam iudicavit. Gratia domini nostri Iesu Christi et caritas Dei et communicatio sancti Spiritus sit cum omnibus vobis[b], domini et fratres dilectissimi! Tit 3, 10.

Tractatus de solutione iuramentorum.

Multi ex adversariis sanctae aecclesiae catholicos nostri temporis de *periurio notare (2) solent, eo quod depositis et excommunicatis iuramentum subiectionis servare nolint, a quo tamen Romanus eos pontifex synodali iudicio[1] absolvit. Sed illi eos nequaquam de periurio inculpabunt, quicunque aecclesiasticam et apostolicam auctoritatem fideli consideratione perpenderint, quae tam efficaciter subiectos absolvere, quam prelatos eorum deponere hactenus consuevit. Hoc ergo ut evidentius fiant, paullo altius de eadem auctoritate nos fideliter considerare non pigeat, nam haec bene considerata et nostrates de periurio indubitanter expurgabit et adversariorum nostrorum oblocutionem evidentissime confutabit. *f. 15

Dominus noster Iesus Christus in euangelio hanc universalem et indubitanter effi- (3) cacem beato Petro dedit potestatem, ut ligatum esset quicquid ipse ligasset, et solutum quicquid ipse solvisset. Nec haec potestas in solo Petro remansit, sed et in alios apostolos, immo in omnes aecclesiarum principes, commeavit beato Leone primo[2] attestante, qui ait: *Quod dicitur beatissimo Petro: 'Tibi dabo claves regni caelorum, et quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum et in celis et quodcumque solveris' et reliqua transivit quidem etiam in alios apostolos ius potestatis illius et ad omnes aecclesiae principes decreti huius constitucio commeavit, sed non frustra uni commendatur, quod omnibus intimetur. Petro enim hoc ideo singulariter creditur, quia cunctis aecclesiae rectoribus Petri forma proponitur.* Hac igitur auctoritate presules apostolici, videlicet successores sancti Petri specialiter et principaliter sublimati, quoslibet in aecclesia prelatos pro certis criminibus deponere consueverunt, et adhuc deponere possunt. Et hoc utique in canonicis et apostolicis sanctionibus tam usitatum invenitur, ut nulli erudito inde aliquid dubitandum videatur. Nempe sanctus Celestinus[3] papa in sancta synodo Ephesina, quae ex quatuor principalibus synodis est tercia, Nestorium patriarcham Constantinopolitanum, item Leo[4] magnus in sancto Calcedonensi concilio, ex quatuor principalibus ultimo, Dioscorum[c] patriarcham Alexandrinum per legatos suos apostolica auctoritate dampnaverunt. Item Felix[4] papa Acatium patriarcham Constantinopolitanum in Romana synodo absentem deposuit et anathematizavit, eo quod ipse communionem excommunicatorum declinare noluerit. Item et in nostro tempore *venerabilis papa Alexander[5] Petrum Florentinum deposuit eique Reginherium venerabilem virum subrogavit. Sed incassum laborabimus, si singulas huiusmodi depositiones enumerare voluerimus; nam prius nobis diem quam exempla de talibus deficere non dubitamus. Matth 16, 19. *f. 15'.

Sicut autem Romani pontifices summos patriarchas deponere possunt, ita et in- (4) feriores, utpote mundi principes[6], quorum utique dignitas potius ex humana adinven-

a) nostram 9. b) nobis 9. c) Diocosorum 9.

1) *A.* 1076. *et* 1080. 2) *Sermo* 4, *c.* 3, *ed. Baller. t. I, col.* 17. 3) *V. supra p.* 99. 4) *V. supra p.* 109. 48. 5) *II, v. supra p.* 108; *Ann. Altah. a.* 1068. 6) *Bernaldus hic epistolam Gregorii VII. a.* 1081. *Herimanno episcopo Metensi missam sequitur; Jaffé, Bibl. II, p.* 457.

tione, quam ex divina institutione videtur processisse. Quid enim mirum, si apostolica auctoritas reges iudicare posse[a] creditur, quae iuxta apostolum et angelos iudicatura
1. Cor. 6, 3. non dubitatur. *Nescitis, quoniam et angelos iudicabimus, quanto magis saecularia?* Nam reges sacerdotali potestati certum est subiacere, beato Gelasio[1] papa ad Anastasium imperatorem ita protestante: *Duo,* inquit, *sunt, imperator auguste, quibus principaliter hic mundus regitur: auctoritas sacrata pontificum et regalis potestas, in quibus tanto gravius est pondus sacerdotum, quanto etiam pro ipsis regibus hominum in divino reddituri sunt examine rationem. Nosti enim, fili clementissime, quoniam licet presideas humano generi dignitate, tamen presulibus divinarum rerum devotus colla submittis atque ab eis causas tuae salutis expectas, hincque te illis subdi debere cognoscis religionis ordine potius quam preesse; inter haec ex illorum te pendere iudicio, non illos ad*[b] *tuam velle redigi voluntatem.* Hinc sanctus Gregorius[2] papa primus sepenumero in privilegiis, quae fecit, legitur decrevisse, ut tam reges quam sacerdotes vel quilibet seculares a suis dignitatibus caderent, si contra sedis apostolicae statuta venire temptarent. Eadem autem auctoritate beatus Stephanus papa huius nominis secundus Hildericum regem Franchorum pro ignavia sua deposuit et depositum atque detonsum in monasterium misit et Pipinum ei in regnum substituit[3]. Nec mirandum, si Romani pontifices saecularibus saeculares dignitates possunt auferre, ne christianis principentur, quos penitus a corpore detruncare possunt, ne vel ultimum locum inter christianos habere videantur. Sic enim sanctus Innocentius[4] papa Archadium imperatorem excommunicasse legitur, eo quod consenserit, ut sanctus Iohannes
*f. 16. Crisostomus a sede sua pelleretur. Item beatus *Nicolaus papa primus Lotharium regem pro quadam concubina excommunicavit. Item beatus Adrianus papa generaliter omnes reges anathematizavit, quicumque sedis apostolicae statuta violare presumpserint.

(5) Patet ergo satis aperte, quod presules apostolici tam aecclesiasticos quam saeculares prelatos valeant deponere. Unde et necessario consequitur, ut et subiectos de manibus prelatorum possint emancipare; non enim rata posset esse prelatorum depositio, si subiectorum nulla posset fieri subtractio. Sed et hoc certum est omnibus catholicis et eruditis, quod beatus Petrus a Domino equę generaliter et efficaciter tam solvendi quam ligandi potestatem acceperit. Unde et vicarii ipsius, qui ex apostolica auctoritate prelatos possunt ligare, ne subiectis presideant, eadem auctoritate etiam subiectos absolvere, ne eisdem prelatis subiaceant. Sic utique sanctus Celestinus papa in synodo Ephesina[5] Constantinopolitanos in sua auctoritate de manibus Nestorii quondam episcopi mancipavit. Item sanctus Leo papa in Calcedonensi[6] synodo Alexandrinos in sua auctoritate a Dioscoro quondam episcopo synodali iudicio liberavit eisque, ut sanctum Proterium sibi eligerent in episcopum, concessit. Haec sane sacratissima concilia, in quibus huiusmodi emancipationes sive solutiones factae leguntur, tantam reverentiam ex apostolica auctoritate meruerunt, ut beatus Gregorius papa eadem et euangeliis comparet et omnes ab eis dissentientes anathematizet, qui etiam de[c] eisdem in synodica[7] sua ad patriarchas protestatur ita: *Se,* inquit, *et non illa destruit, quisquis solvere presumit, quos ligant vel ligare, quos solvunt.* Item beatus Stephanus papa, de quo prediximus, omnes Francigenas a dominio et iuramento subiectionis Hilderici regis penitus absolvisse legitur[8]. Item sanctus Iohannes papa Lodowicum imperatorem

a) *ex* cr. p. *corr.* 9. b) atque 9. c) *ex* eisdem de *corr.* 9.

1) *V. supra p.* 97. 2) *Ibid. p.* 97. 3) *Haec potius ad Zachariam papam referenda sunt; cf. tamen capitula collectioni canonum codicis Gottwicensis adiecta, Sdralek, 'Die Streitschriften' p.* 174. 4) *V. supra p.* 97. 5) *Ibid. p.* 99. 6) *Ibid. p.* 147. 7) *Ibid. p.* 61. 8) *Hoc de Stephano II. nusquam legitur.*

a iuramento, quo ipse Adalgiso tiranno repacificatus est, absolvit, eo quod cum salute rei publicae nequaquam posset observari[1].

In nostris quoque temporibus sedes apostolica Babinbergenses[2] ab Eremanno et (6) Florentinos a Petro quondam episcopis absolvit[3], nec aliquos eis quasi episcopis subiacere permisit, etiamsi eisdem iuramentum subiectionis iam fecissent. Sic utique semper apostolica auctoritas quoslibet christianos sibi specialiter commissos de manibus depositorum *et excommunicatorum absque omni nota periurii absolvere consuevit, *f. 16'. etiamsi eisdem prelatis subiectionem iuramento promiserunt. Sanctus quoque Bonefacius martyr et episcopus, qui iuniori Gregorio papae omnimodam iurasse legitur obedientiam, eo de iuramento, sed ab eodem apostolico, absolvi instantissime rogavit: quod utique tam sanctus vir et sapiens cur rogaret, si huiusmodi solutionem non valere et ab hoc periurium excusare non posse putaret[4]?

Preterea si diligenter considerare volumus, iuramentum subiectionis non solet ex- (7) hiberi prelatis, nisi pro respectu prelationis, quod etsi iuramento in verbis specialiter non exprimatur, in iuratione tamen subintelligendum esse non dubitatur, videlicet, ut iste illi fideliter subiaceat, quandiu ille isti officio prelationis presideat. Postquam autem prelatus prelatione fuerit privatus, nequaquam ille, qui subiectus eius fuit, iuramentum subiectionis ipsi ulterius servare debebit, quod non ei nisi ad officium prelationis iuravit. Non enim pro periuris dampnandi esse videntur, quicunque privatis prelatione iuramentum subiectionis servare nolunt, quod eisdem, dum prelati essent, pro officio prelationis quondam iuraverunt. Nec utique multum esset necessarium, ut aecclesia subiectos ab huiusmodi iuramento specialiter solveret, quorum prelatos canonice iam deposuisset, nisi propter quorundam infirmorum dubitationem, qui in talibus causis nihil putant actum, nisi quod specialiter fuerit prenominatum[a]. Est enim cuilibet erudito satis manifestum, quod prorsus illi subesse non debemus, quem indubitanter depositum, ne nobis preesse debeat, cognoscimus. Nam in ipsa canonica depositione prelatorum itidem et subiectorum absolutio continetur, que semper ibi subintelligitur, etiamsi in sententia[b] depositionis signanter non annumeretur. Sic quippe Felix[5] beatus papa Acatium patriarcham Constantinopolitanum in Romana synodo deposuit, nec aliquam subiectorum absolutionem ibi specialiter commemoravit. Nec utique necesse fuit, nam nullatenus illi deinceps ut episcopo subiacere debuerant[c], cum nec subiecti eius essent, quem ab episcopatu[d]. . . .

LIBELLUS XIII.
FRAGMENTUM LIBELLI DEPERDITI.

Libello, cuius haec particula superat, tempore Urbani II. scripto idem quod libello X. de potestate presbyterorum argumentum tractari liquet, num alias quoque res continuerit, iam cerni nequit. Dein quaeritur, utrum totum quaternionem excisum finis libelli XII. et hic libellus compleverint, an etiam aliud opusculum ipsi inscriptum fuerit. Nam plures libros deperditos esse ex Anonymo Mellicensi c. 101. *compertum*

a) prenominotum 9. b) *sup. ras.* c) debuerat 9. d) *hic abrumpitur codex quaternione II. completo; manus recens adnotavit:* in veteri compactura laciniae adhuc erant excisi integri quaternionis et quae dehinc ad rubricam sequuntur, non huius loci sunt. Vid. Bernoldus editus opusc. XII.

1) *Regino a.* 871. 872, *SS. t. I, p.* 583—585; *cf. Manegold. c.* 48, *Bernhardi libr. can. c.* 38, *Libelli I, p.* 393. 507. 2) *V. supra p.* 109. 3) *Ibid. p.* 108. 4) *Hoc exemplum, etsi verum sit, de iuramento obedientiae ipsi papae praestito nihil valere ad iusiurandum aliis servandum neminem fugiet.* 5) *V. p.* 104.

habemus, qui a Bernaldo scriptos librum de concordia officiorum, librum quoque de confessione dicit, et Honorius Augustudunensis l. IV, c. 13 *(Fabricius, Bibl. eccl. II, p.* 156, 91*) Bernaldum Constantiensem presbyterum Romanum ordinem sub quarto Henrico composuisse tradit. Sed ipse Bernaldus et in libello VI. responsionem ad praepositum Argentinensem de ordinibus a Guiberto eiusque sequacibus collatis praeparasse dicit et in libro X. patri R breviore responso Ottonem episcopum Constantiensem defendisse asserit. Quos libellos omnes deperditos dolemus*[1]*. Libellos vero I—IV. tempora, quibus scripti sunt*[2]*, libellum X. maius eius volumen huic loco inseri vetant.*

*f. 17. . . . *observandum indubitanter prefixerunt. Hoc utique venerabilis papa Gregorius huius nominis septimus in suo tempore fecit. Hunc beatus Anselmus Lucensis episcopus in suo episcopatu imitari consuevit. Hoc etiam reverendissimus domnus noster papa Urbanus non dico Romanis, immo aliarum gentium presbyteris, item et monachis concessit. Quandam etiam congregationem presbyterorum tali concessione generaliter donasse asseritur. Hanc ergo concessionem et alii vacantes presbyteri ab episcopis accipere non negligant, antequam tale officium circa poenitentes exercere presumant. Nihil enim religioni nocebit, si cum auctoritate episcopi etiam illa humiliter agere studeamus, quae nos absolute ex officio nostro habere non dubitamus: quanto magis illud, quod canones nos absque iussione episcopi exercere non permittuntur? Nec de presumptione nos excusare poterimus, si deinceps, quae prohibita sunt, scienter et inobedienter usurpare temptabimus.

LIBELLUS XIV.

DE REORDINATIONE[a] VITANDA ET DE SALUTE PARVULORUM, QUI AB EXCOMMUNICATIS BAPTIZATI SUNT.

Quanti nominis Bernaldus pro scientia sacrarum literarum apud Gebehardum, sedis apostolicae legatum, fuerit, hic libellus satis docet, quem hic in concilio proxime futuro utendum ab eo petiit. Ex cuius primis atque ultimis verbis colligitur compositum esse paulo ante concilium Placentinum, a. 1095. *mense Martis habitum, tempore quo Gebehardus ad concilium profecturus iter paravit. Bernaldus vero frustra operam dedit; neque enim eius sententia de ordinationibus simoniacorum ab Urbano II. in concilio c.* 2—4. *recepta est, sed ea, quam Bernhardus*[3] *defendit; neque de secunda quaestione a Bernaldo proposita, an parvuli ab excommunicatis baptizati salvi fiant, quicquam decretum fuit, sed de ecclesiis ab iis simonia parentum acquisitis*[4] *c.* 5. *statutum est.*

Domno ac reverentissimo antistiti Gebehardo, apostolicae legationis auctoritate sublimato[5], Bernaldus, solo nomine presbyter non moribus, suae qualiscunque orationis et servicii certitudinem.

a) ordinatione 9.

1) *Nisi forte librum de concordia officiorum vel de confessione illum intellegimus, cuius fragmentum hoc exstat.* 2) *Tractatus de sacramentis excommunicatorum, Bernhardo vivo scriptus post libellum XII. locum haberet, quamvis iam IX. tempore Urbani II. compositus sit.* 3) *Cf. etiam c.* 46. *libri canonum Bernhardi, Libelli I, p.* 515, *cum c.* 8. 9. *concilii Placentini.* 4) *De emtione ecclesiarum et c.* 6. *et* 7. *agitur.* 5) 18. *Apr.* 1089; *Jaffé nr.* 5393.

Vestrae paternitatis excellentia nuperrime per legationem meae parvitati iniungere (1)
dignata est, ut vobis breviter aliqua scribere festinarem, quae vobis in proxime[1] futuro domni apostolici concilio necessaria putarem. Quam quidem iniunctionem quamvis vires meas excedere non dubitem, satius[a] tamen esse iudico[b] me in periculum mittere, quam vestrae petitioni, immo preceptioni, non obedire.

De his ergo, qui hactenus apud excommunicatos ordinati sunt, in illa synodo (2)
ventilandum esse non dubito, qualiter in aecclesiam recipiendi sunt. Unde ego vester cliens auctenticas sanctiones de hac causa singulari diligentia perquirens satis habunde inveni, quod nullus eorum iuxta rigorem canonicum in aecclesia officium ordinis administrare debeat, quem in excommunicatione acceperat.

Sed quia modo summa necessitas illum rigorem quodammodo emolliri cogit, illud sumopere prevideamus, ut ipsam emollicionem nequaquam contra canones, sed secundum canones temperemus, videlicet, ut si quem eorum de excommunicatione conversum ecclesiastica necessitas cum officio recipi cogit, nequaquam illum contra canones reordinemus, sed potius secundum canones *cum ordine recipiamus. Sic enim sacratissimum f. 17'.
concilium Nicenum[2], a sanctis patribus euangelio comparatum, clericos Novatianorum cum ordine suscipi, non iterum ordinari, decrevit, quod cap. VIII° ita precepit: *De his, qui*[c] *seipsos cognominant cathiros, id est mundos, si aliquando veniunt ad aecclesiam chatolicam, placuit sancto et magno concilio, ut impositionem manus accipientes sic in clero permaneant.* Et post pauca in eodem capitulo: *Qui eorum inveniuntur in clero, in eodem habitu perseverent.* Et iterum: *Providebit episcopus, ut in clero prorsus esse videantur.* Hi autem chatiri sive Novatiani sectatores fuerunt cuiusdam heresiarchae Novati[3], qui cum beato Cornelio papa per contentionem ordinatus legitur, sicut et Wibertus heresiarcha cum venerabili Gregorio papa. Hi etiam non solum aecclesiastico, sed et proprio eorum iudicio condempnati ab aecclesia discesserunt et in perpetuam eorum confusionem proprii nominis heresim condiderunt, quos tamen conversos sancti patres cum ordine susceperunt, non utique iterum ordinaverunt. Est ergo satis rationabile, ut et nos illum modum in receptione Wibertistarum teneamus, quem sanctos patres in eorum similibus tenuisse et tenendum prescripsisse legimus.

Sic etiam et Affricanum concilium, cui legatio sedis apostolicae et beatus Augu- (3)
stinus interfuit, clericos Donatistarum cum ordine recipiendos, non iterum ordinandos prescribit, quod in XXXV° capitulo[4] ita decernit: *Placuit, ut ex ipsis Donatistis quicumque clerici correcto consilio ad catholicam unitatem transire voluerint, secundum uniuscuiusque episcopi catholici voluntatem atque consilium, qui in eodem loco gubernat aecclesiam, si hoc paci catholicae prodesse visum fuerit, in suis honoribus suscipiantur, sicut prioribus eiusdem divisionis temporibus factum esse manifestum est; quod multarum et pene omnium Affricanarum aecclesiarum exempla testantur.* Sanctus Augustinus[5] de eisdem Donatistis scribens ad Bonefacium: *Sint,* inquit, *in aecclesia clerici, sint episcopi utiliter, qui contra illam fuerunt hostiliter.* Beatus quoque Innocencius[6] papa, quamvis ordinationem hereticorum dampnationem potius quam consecrationem esse iudicaverit, sententiam tamen Niceni concilii de receptione Novatianorum in decretis suis venerabiliter suscepit, non reordinavit: quem tamen ipse ab excommunicatis et in excommunicatione ordinatum declaravit, cuius ordinationem nec consecrationem dicendam esse asseruit, ita protestatus est[7]: *Quam rem,* *inquit, *nullo* *f. 18.

a) *ex* satis *corr. rec. man.* 9. b) iudicio 9. c) quę 9.

1) *Scil. concilio Placentino a.* 1095, *in quo c.* 1—4. *de ordinatis a simoniacis statuta sunt, Mansi t. XX, col.* 805. 2) *C.* 8, *vers. Dion., v. supra p.* 56. 91. 118. 3) *V. supra p.* 100. 4) *Ibid. p.* 56. 5) *Ibid. p.* 91. 6) *Ibid.* 7) *Immo Greg. I, lib. IV, ep.* 20, *v. supra p.* 86, 90.

modo possumus dicere consecrationem, quia ab excommunicatis celebrata est. Hunc tamen ipse conversum et per penitentiam purgatum cum ordine recepit[a], non reordinavit, ne illi suae sententiae quoquo modo adversaretur, in qua reordinationem penitus ut rebaptizationem proscripsisse videtur, videlicet quam scribit ad Iohannem archiepiscopum Ravennatem[1]: *Sicut,* inquit, *semel baptizatus iterum baptizari non debet, ita consecratus semel in eodem ordine non valet iterum consecrari.*

Eamdem quoque sententiam de cavenda reconsecratione sanctus Innocentius papa Naisitano episcopo scribens tenuisse non dubitatur; qui eidem episcopo clericos summopere suos reconciliari studuit, quos zelo iusticiae ductos pro quodam reconsecrato in aecclesia retento rationabiliter doluisse cognovit. Item Affricanum concilium apostolica auctoritate congregatum et confirmatum, cui beatus Augustinus interfuit et subscripsit, capitulo XV.[2] firmissime constituit, ut reordinationes equę ut rebaptizationes penitus fieri non liceat. Item canones apostolorum[3]: *Si quis episcopus, presbyter vel diaconus secundam manus inpositionem acceperit ab aliquo, deponatur et ipse et ordinator eius.* Nec hoc temere dixerim, quod nusquam in autenticis statutis aliquos ex heresi conversos esse legimus ordinandos, nisi Paulianistas et alios huiusmodi, qui non more catholicorum invocationem sanctae Trinitatis faciunt, qui etiam iterum baptizandi sunt, cum ad nos veniunt.

(4) Sunt tamen quidam simplices nimiumque zelotes[4], qui quoslibet in excommunicatione ordinatos, si resipuerint, non cum ordine recipiendos, sed omnino reordinandos esse putant: et hoc ideo, quia sacramenta in excommunicatione usurpata penitus exsufflare non dubitant. Sed nos magis beato Anastasio[5] presuli apostolico credere debemus, qui ad Anastasium imperatorem scribens sacramenta aecclesiae tam in ordinatoribus[b] quam in ordinatis rata esse comprobavit, quae Acatius patriarcha Constantinopolitanus, licet a Felice papa dampnatus, in excommunicatione administravit. Scribit enim ita ad eundem imperatorem: *Secundum,* inquit, *aecclesiae catholicae consuetudinem sacratissimum serenitatis tuae pectus agnoscat, quod nullum de his, quos vel*
*f. 18'. *baptizavit Acatius vel quos sacerdotes vel levitas secundum canones *ordinavit, ulla eos ex nomine Acatii portio lesionis attingat, quo forsitan per iniquum tradita sacramenti gratia minus firma videatur. Nam et baptismum, quod procul fit ab aecclesia, sive ab adultero[c] sive a fure fuerit datum, ad percipientem munus pervenit illibatum, quia vox illa[d], quae per columbam[e] sonuit, omnem maculam humanae pollutionis excludit, qua declaratur[e] et dicitur: 'Hic est, qui baptizat in Spiritu sancto et igni'.* Et post pauca[6]: *Acatius, cuius nomen dicimus esse reticendum, male bona ministrando sibi tantum nocuit; nam inviolabile sacramentum, quod per illum datum est, aliis perfectionem suae virtutis obtinuit. Quod si est aliquorum in tantum se extendens curiosa suspicio, ut imaginetur, prolato a Felice papa iudicio postea inefficaciter in sacramentis, quae Acatius usurpavit, egisse, ac perinde eos metuere, qui vel in consecrationibus vel in baptismate tradita misteria susceperunt, ne irrita divina beneficia videantur, meminerit in hanc quoque partem similiter tractatum prevalere superiorem, quia non sine usurpatione sacerdocii adiudicatus hoc egit, in quo virtutem suam obtinentibus misteriis in hoc quoque rea sibi persona, aliis non nocuit. Nam ad illum pertinuit,*
Ps. 67, 22. *quod tuba Davitica canitur: 'Verumtamen Deus conquassabit capita inimicorum suo-*

a) recipit 9. b) ordinatis 9. c) *ex* adulterio *corr.* 9. d) v. i. sonuit q. p. c. omnem 9. e) *aliqua sup. ras.* 9.

1) *Lib. II, ep.* 46, *v. supra p.* 119. 2) *Secundum recensionem Dionysio-Hadrianam, v. supra p.* 57, *n.* 3. 3) *Supra p.* 119, *n.* 6: *Bernaldus aeque ac Petrus Damiani canonem integrum non proferunt.* 4) *Ex quibus erat Bernhardus, Bernaldi Chron. a.* 1091, *SS. t. V, p.* 451. 5) *Ep.* 1, *c.* 7, *ed. Thiel I, p.* 620 *(ed. Hinschius p.* 656*).* 6) *C.* 8, *v. supra p.* 57.

rum, et verticem capilli perambulantium in delictis suis'. Nam superbia semper sibi, non aliis facit ruinam; quod universa coelestium scripturarum testatur auctoritas, sicut per Spiritum sanctum dicitur in prophetia: 'Non habitabit in medio domus Ps. 100, 7. *meae, qui facit superbiam'. Unde cum sibi sacerdotis nomen vendicaverit condempnatus, in ipsius verticem superbiae tumor inflictus est, non populus Dei, qui in misteriis donum ipsius sitiebat, exclusus est.*

Beatus etiam Augustinus[1] itidem sentire non dubitatur, qui ad Vincencium Donatistam scribens ita protestatur: *Aecclesiae*[a], inquit, *sunt omnia sacramenta dominica, quae sic habetis et datis, quomodo habebantur et dabantur, etiam antequam inde exiretis; non tamen ideo non habetis, quia non estis ibi, unde sunt, quae habetis.* Et post pauca: *Nobiscum estis in simbolo, in baptismo, in ceteris sacramentis; in spiritu autem unitatis et in vinculo pacis, in ipsa denique catholica aecclesia nobiscum non estis.* Item in epistola ad Festum[2]: *Neque,* inquit, *sacramenta heretichorum* **nobis* *f. 19. *inimica sunt, quae in illis nobis sunt communia, quia non humana sunt, sed divina. Proprius eorum error aufferendus est, quem male inierunt*[b], *non sacramenta, quae similiter acceperunt, quae ad poenam suam portant et habent, quanto indignius habent et tamen habent.* Item in epistola ad Emeritum[c] heretichum[3]: *Vos,* inquit, *mutamini ex ea parte, qua dissentiebatis, quamvis sacramenta, quae habetis*[d], *cum eadem sint in omnibus, sancta sunt. Quapropter vos mutari*[e] *volumus a perversitate, ut denuo radicetur precisio vestra. Nam sacramenta, quae non mutastis, sicut habetis, approbantur a nobis, ne forte cum vestram pravitatem corrigere volumus, illis misteriis Christi, quae in vestra pravitate depravata non sunt, sacrilegam faciamus iniuriam.* Item in libro ad Constantinum de unico baptismo[4]: *Hoc est iustum, ut cum mala hominum reprobamus, quaecunque in illis bona Dei reperimus, approbemus. Hoc, inquam, iustum est, ut etiam in sacrilego non violem*[f], *quod verum invenio sacramentum, nec ita emendem*[g] *sacrilegum, ut in eo perpetrem sacrilegium.* Item in eodem[5]: *Cum ad nos venit scismaticus vel hereticus, ut catholicus fiat, scisma eius et heresim dissuadendo et destruendo recindimus: sacramenta vero christiana, si eadem in illo invenimus, et quicquid aliud veri tenet, absit ut violemus*[h], *absit, ut si semel danda*[i] *novimus, iteremus, ne dum vicia humana curamus, divina medicamenta dampnemus, aut quaerendo sanare quod vulneratum non est, hominem*[k], *ubi*[l] *sanus*[m] *est, vulneremus.* Item in libro I. contra Donatistas de baptismo[6] tam ordinem quam baptismum extra ecclesiam haberi posse pronuntians: *Nulli,* inquit, *sacramento iniuria facienda est; si discedit a malis, utrumque discedit; si permanet in malis, utrumque permanet.* Item in eodem[7]: *Sacramenta, quae scismatici et heretici non aliter habent nec aliter agunt, quam vera aecclesia, cum ad nos veniunt, non emendamus, sed potius approbamus.* Item in III[o][8]: *Non ideo non sunt sacramenta Christi et aecclesiae, quia eis illicite utuntur non solum heretici, sed etiam iniqui offerunt*[n] *et impii; sed tamen illi*[o] *corrigendi aut puniendi, illa vero agnoscenda et veneranda sunt.* Item in eodem[9]: *Heretici sacramenta et scripturas tenent ad speciem, non ad salutem.* *Item in eo- *f. 19'. dem[10]: *Sacramenta si eadem sunt, ubique sunt integra, etiam si prave intelligantur et discordiose tractentur; sicut scriptura ipsius euangelii, si*[o] *eadem ipsa est*[o], *ubique*

a) ex catholica enim ecclesia *Aug.* b) imbiberunt *Aug.* c) Emiritum 9. d) habebatis *Aug.* e) imitari 9. f) violare 9. g) emendare 9. h) i *sup. lin.* i) data *Aug.* k) saucium *add. Aug.* l) et ubi, *sed* et *del.* 9. m) sanius 9. n) omnes *Aug.* o) *deest* 9.

1) *Ep.* 93, § 46, *Opp. ed. Bened. t. II, col.* 249. 2) *Ep.* 89, § 7, *Opp. t. II, col.* 222. 3) *Ep.* 87, § 9, *col.* 212. 4) § 3, *Opp. t. IX, col.* 528. 5) § 4, *col.* 529. 6) § 2, *Opp. t. IX, col.* 80. 7) § 21, *col.* 91. 8) § 13, *col.* 112. 9) § 27, *col.* 121. 10) § 20, *col.* 116.

integra est[a]. Item in IIII[o][1]: *Intus et foris perversitas hominum corrigenda est, divina vero sacramenta et eloquia non hominibus tribuenda.* Item in V[o][2]: *Deus adest sacramentis et verbis suis, per qualeslibet administrentur, et sacramenta Dei ubique recta sunt, et mali homines, quibus nihil prosunt, ubique perversi sunt,* id est, intus et foris. Item in eodem[3]: *Munera divinitus concessa partim sunt propria bonorum*[b], *sicut in hoc tempore infatigabilis caritas et in seculo futuro vita eterna, partim vero cum malis perversisque communia, sicut omnia, in quibus sunt et sacrosancta*[c] *misteria.* Sed epistolarem[d] brevitatem observare non possem, si omnia huiusmodi testimonia colligere voluissem. Ceterum si quis haec plenius explorare voluerit, scripta beati Augustini contra Donatistas fideliter perscrutetur, et deinceps dubitare non permittitur sacramenta aecclesiae tam extra ecclesiam quam intra aecclesiam dari et haberi[e] posse, sed extra utrumque omnino pernitiose. Hucusque de clericis in excommunicatione ordinatis.

(5) De infantibus quoque itidem in excommunicatione baptizatis aliquam mentionem in futura synodo faciendam puto, id est, si salvi sint, etiamsi ante reconciliationem obierint? Unde nobis itidem auctoritas sancti Augustini satisfacere poterit, si fideliter legerimus, quid ipse censuerit. De maioribus post huiusmodi baptismum statim obeuntibus scribit itidem ita in primo libro de baptismo[4]: *Si quęm forte coegerit extrema necessitas, ubi catholicum, per quem accipiat, non invenerit, et in animo pace catholica custodita*[f] *per aliquęm extra unitatem catholicam positum acceperit, quod erat in ipsa catholica unitate accepturus, si statim etiam de hac vita migraverit, non eum nisi catholicum deputemus. Si autem a corporali morte liberatur, cum se catholicae congregationi etiam presentia corporali reddiderit, unde numquam corde discessit, non solum non improbamus quod fecit, sed securissime verissimeque laudamus, quoniam presentem Deum credidit corde suo, ubi unitatem servabat, et sine sacri baptismi sacramento, quod ubicumque invenit, non hominum, sed Dei esse cognovit, noluit ex hac*
*f. 20. *vita migrare. Si quis autem, cum possit in ipsa *catholica percipere, per aliquam mentis perversitatem elegit in scismate baptizari, etiamsi postea venire ad catholicam cogitat, quia certus est, ibi prodesse sacramentum, quod alibi quidem accipi potest, prodesse autem nihil potest, procul dubio perversus et iniquus est, et tanto pernitiosius, quanto scientius.* Item in VI. libro de baptismo[5]: *Omnes mali spiritualiter a bonis seiuncti sunt, si autem corporaliter aperta dissensione separentur, peiores fiunt. Sed, ut dictum est, nihil interest ad baptismi sanctitatem, quanto quisque peior*[g] *id habeat, et quanto*[h] *peiori tradat. Potest tamen tradere separatus, sicut potest habere separatus: sed quam pernitiose habere, tam pernitiose tradere. Ille autem, cui tradit, potest salubriter accipere, si ipse non separatus accipiat, sicut plerisque accidit aliqua necessitate mortis.*

(6) Si hoc ergo creditur de maioribus et scientibus, quanto magis credendum est de infantibus, qui penitus heresim nesciunt nec separato corde baptismum recipiunt? Nam aversio cordis ubilibet solet impedire donum remissionis: quae cum in parvulo noviter baptizato non inveniatur, mirum, si non salvari posse per vim sacramenti credatur, quod et in adultis, si absit aversio cordis, salutem operari non dubitatur? Nempe baptismus hereticorum maius[i] preiudicium adultis quam parvulis solet inferre, cum illos iuxta canones ab aecclesiasticis ordinationibus prohibeat, hos autem, postquam adoleverint, canonice ordinari non rennuat. Sic enim Affricanum concilium capitulo XXIIII.[6]

a) *deest* 9. b) *deest Aug.* c) sacra sancta 9. d) epalem 9. e) habere 9. f) *ex* custodia *man. rec. corr.* 9. g) prior 9. h) quando 9. i) *ex corr.* 9.

1) § 17, *t. IX, col.* 131. 2) § 27, *col.* 154. 3) § 38, *t. IX, col.* 159. 160. 4) § 3, *col.* 81. 5) § 7, *col.* 163. 164. 6) *Secundum rec. Dion.-Hadrianam, Mansi t. IV, col.* 488.

testatur. Preterea beatus Augustinus nullum parvulum accclesiastico more baptizatum in libro XX°I°. de civitate Dei[1] excepit, ubi generaliter de salute parvulorum ita tractavit: *Tanta,* inquit, *misericordia Dei est in vasa misericordiae, quae preparavit in gloriam, ut etiam hominis ętas prima, id est infantia, quae sine ullo renisu subiacet carni; et secunda, quae pueritia nuncupatur, ubi nondum ratio suscepit hanc pugnam, et ferę sub nullis*[a] *vitiosis delectationibus*[b] *iacet, quia licet iam fari valeat et ideo infantia transisse videatur, nondum in ea est precepti capax infirmitas mentis, si sacramenta mediatoris acceperit, etiamsi*[c] *in eis annis vitam finiat, translata scilicet ei potestate tenebrarum in regnum Christi, non solum poenis non*[d] *preparatur eternis, sed ne illa quidem post mortem purgatoria tormenta patiatur. Sufficit enim sola spiritualis regeneratio, post mortem ne obsit, quod carnalis* *generatio cum morte contraxit. In hac sentencia beatus Augustinus nullum in infancia baptizatum excepisse videtur; unde nec nobis tutum est aliquem parvulum excipere, quem integro mediatoris sacramento iniciatum absque cordis aversione nequaquam possumus denegare. *f. 20'.

Preterea si quis etiam ex maioribus ab heretico heresim penitus nesciendo et (7) corde non ficto catholico more baptizatus statim moreretur, numquid non ille catholicus et christianae saluti idoneus merito crederetur? Nam plane iuxta Augustinum[2] nullum contaminant, nedum dampnent aliena peccata, si penitus fuerint incognita; ita enim ad Vincentium Donatistam scribens: *Nullius,* inquit, *crimen maculat nescientem.* Item ad Emeritum[e.3]: *Illud,* inquit, *non attendat vigilantia mentis tuae neminem posse contaminari ignotum*[f] *ignotisque criminibus.* Item in libro de fide et operibus[4] virginem etiam de adulterio excusat, si alieno nescienter nupserit, et hoc tamdiu, quamdiu ipsa ignoraverit. Si ergo hoc rite creditur de maioribus, quanto magis de parvulis omnia mala ignorantibus, videlicet ut alienis peccatis baptizantium non condempnentur, per quos divina sacramenta cum nulla fictione cordis ignoranter perceperunt.

Sed obicitur, quod heretici nec Spiritum sanctum dare valeant nec peccatorum (8) remissam. Et nos quoque itidem de hereticis dicimus, quod beatum Augustinum etiam de quibuslibet menbris diaboli infra aecclesiam baptizantibus asseruisse legimus. Nimis est autem longum et huic quaestioni non adeo necessarium, ut pleniter discutiatur, unde baptizati remissam peccatorum accipiant, etiam cum perfidi eos baptizant. Sufficienter tamen ita respondere possumus ad obiecta, ut et parvuli inde remissam peccatorum accepisse credantur, unde et homines magni ab hereticis non ficto corde sive ignoranter baptizati. Si quis autem pleniter de gratia Spiritus sancti sive de remissa peccatorum, unde accipiatur, scire voluerit, in libris beati Augustini[5] contra Donatistas sufficienter invenire poterit, in quibus et hoc satis evidenter asseritur, quod divina sacramenta per quoslibet reprobos administrata percipientibus salutifera esse possint, quicunque ea non ficto corde vel averso corde perceperint.

Adhuc[g] fortasse et hoc obicitur, quod sancti patres parvulos in heresi baptizatos (9) per manus inpositionem in catholicam *recipiendos fore non dicerent, si penitus illos inculpabiles esse iudicarent. Sic ergo beatus Gregorius[6] papa primus parvulos ab Arrianis baptizatos reconciliari precepit, sicut Affricanum concilium[7] a Donatistis baptizatos reconciliari debere notavit. Nec nos utique his contradicimus, immo libentissime adquiescimus: videlicet ut parvuli apud hereticos baptizati per manus inpositionem recipiantur, si tamen tandiu vixerint, ut ad reconciliationem pervenire possint. Si autem *f. 21.

a) omnibus *Aug.* b) deletationibus 9. c) hanc *add. Aug.* d) *al. man. in marg. add.* 9. e) *ex* emeretrium *corr.* emetrium 9. f) ignotorum ignotis criminibus *Aug.* g) *litera* u *postea inserta est* 9.

1) *C.* 16, *Opp. t. VII, col.* 636. 2) *Ep.* 93, c. 15, *Opp. t. II, col.* 209. 3) *Ep.* 87, § 2, *col.* 209. 4) § 10, *Opp. t. VI, col.* 170. 5) *Sermo* 71, § 37, *Opp. t. V, col.* 400. 6) *Lib. I, ep.* 17, *ed. Ewald I, p.* 23; *Jaffé nr.* 1085. 7) *Supra p.* 56. 91. 117.

mors illos in ipsa infantia preoccupaverit, mirum est, si necessitas mortis eos de culpa ignorantiae non poterit excusare, quae et maiores natu de culpa industriae excusare consuevit, sicut beatus Augustinus supra demonstravit. Sic multi sepissime de multis observationibus pro necessitate mortis excusantur, quos tamen, si supervixerint, aecclesiastico more merito persolvere iubentur. Sic quippe poenitentes ante peractam poenitentiam pro periculo mortis sepenumero communioni sociantur, qui tamen iuxta Nicenum concilium[1], si supervixerint, legitimo ordine poenitentiam peragere iubentur. Nec hoc utique sancti patres ita iussisse credendi sunt, quasi penitus de salute poenitentium desperarent, etiamsi ante peractam poenitentiam communione donati obirent. Nam iuxta sanctum Leonem[2] papam: *Divinae pietati mensuram ponere nec possumus nec debemus;* cum et latro in cruce poenituerit et de cruce statim ad paradisum transierit. Scriptum
cf. Ez. 33,12. est enim: *In quacunque die peccator conversus ingemuerit, salvus erit.* Sic ergo nec nos de parvulis in heresi[a] baptizatis desperare debemus, si mors eos preoccupaverit, antequam ad legitimam manus inpositionis reconciliationem pervenerint: quam tamen nullus in heresi[a] baptizatus negligere debebit, si necessitas mortis non inpedierit.

(10) Haec ergo ego vester cliens vestrae paternitati libentissime obediens breviter et fideliter notare festinavi, quae nobis in futura synodo necessaria non dubitavi[b]. Deus autem pacis et solatii iter vestrum in sua prosperitate disponat vestramque beatitudinem semper incolumem nobis cito reducere dignetur, Domine pater amantissime[c]!

LIBELLUS XV.

DE STATUTIS ECCLESIASTICIS SOBRIE LEGENDIS.

Huic libello simile argumentum etiam in libro X. tractatur. Quaeri igitur potest, ecquid Bernaldus et in hoc Hincmarum spoliaverit.

(1) Omnia[d] decreta sanctorum Romanorum pontificum omni reverentia sunt recipienda, quorum auctoritas etiam ipsa generalia concilia canonizavit, quae beatus Gregorius in synodica[3] sua et euangeliis comparat, et omnes ab eis dissentientes anathematizat. Sanctus quoque Adrianus papa[4] et reges anathematizat, qui sedis apostolicae decreta violare non formidant. Ipsa vero decreta sobrium lectorem et circumspectissimum intellectorem requirunt, qui patienter ferre sciat, etiamsi non omnia in primo aditu pleniter intelligat. Nam multa in eis diversa reperiuntur, quae veritati nequaquam repugnantia deputanda sunt, si competenter intelligantur.

(2) Sed ad hoc dinoscendum non solum excerptiones decretorum sufficere possunt, immo integrae eorum considerationes studiosis vix satis sufficiunt, ut consideratis eorum originalibus causis a quolibet pleniter dinoscatur, quid eorum generaliter, [quid] dispensatorie tenendum esse videatur. Verbi gratia: In generalibus statutis coniugia consanguineorum apertissime prohibentur, quae tamen sanctus Gregorius[5] papa neophitis Anglorum dispensatorie legitur concessisse; hoc enim ipse[6] testatur scribens ad Felicem

a) heresy 9. b) *eadem manu saec. XIII, qua totus codex 9 scriptus est, hic addita sunt verba:* et alia manu, quae forsitan male posita potius ad capitulum sequens Augustini spectant. c) *sequitur eadem manu scriptum capitulum sub titulo Augustini de clericis, qui stipendiis suis non contenti aliena appetunt.* d) *praecedunt linea superiori 7 virgulae minio scriptae, quae speciem* iullu *habent* 9.

1) *C.* 13. 2) *Ep.* 108, *c.* 4, *ed. Baller. t. I, col.* 1175; *cf. supra p.* 115. 3) *V. supra p.* 61. 4) *Ibid. p.* 97. 5) *Lib. XI, ep.* 64, *Opp. t. II, col.* 1154; *Jaffé nr.* 1843. 6) *Ep. spur., Hinschius p.* 749.

Messanensem[a] episcopum videlicet, quod hoc non generaliter instituerit, sed tantum neophitis Anglorum, quousque ipsi in fide convaluerint. Est utique sedis apostolicae privilegium, ut iudex sit canonum sive decretorum et ipsa pro tempore nunc intendat, nunc remittat, sicuti ad presens ecclesiasticae utilitati magis competere videat[1].

Sunt autem multa sanctorum patrum statutis falso ascripta, ut scriptum Widonis[2] musici de symoniacis, et illud sub nomine sancti Gregorii[3], quod coniugium duarum sororum cum duobus fratribus prohibere videtur, quod ipse Gregorius[4] scribens Augustino licitum esse testatur. Sic quoque et illud capitulum, quod mulieri pre *infirmitate coitum sustinere non valenti aliam permittit superinduci, quidam falso eidem Gregorio[5] ascribunt. Hoc itaque intelligere volunt, ut mulier illa, quae primum viro mixta fuerit, sed postea, cum pre infirmitate misceri non potuerit, vir aliam non illicite superinduxerit. Sed iste sensus euangelio adversatur[6], in quo hoc indubitanter pro adulterio dampnandum esse iudicatur. Unde beato Gregorio incongrue ascribitur et ab aecclesiasticis viris merito respuitur. Quidam tamen aliter de illa muliere volunt intelligere, videlicet, ut viro numquam pre infirmitate misceri potuerit, cui ille aliam superinduxerit. Quodsi circumstantia lectionis hunc intellectum admittit, et nobis placere debebit, quia in hoc euangelio nec repugnabitur, nec indigne cuilibet apostolico ascribitur. Invenitur autem idem capitulum sancto Bonefatio Maguntiensi[b] episcopo ab apostolica sede transmissum, quem sanctus Gregorius plus quam centum annis precessisse legitur. Unde eidem[c] capitulo non facile credendum, et hoc minime, quod euangelio deputetur adversum. *f. 22. (3)

Illa vero sententia beati Innocentii[7] papae, quae lapsam sanctimonialem ad poenitentiam non admittendam esse dicit, quamdiu corruptor eius vixerit, nequaquam ita intelligenda videtur, eo quod virginitas eidem recuperanda desperetur. Si enim beatus Innocentius hoc ita intelligi voluisset, nequaquam ei poenitentiam post obitum corruptoris concederet, cum illam non magis postea quam pridem gradum virginitatis recuperare posse constaret. Est autem haec sententia eo modo intelligenda, quo et aliae huiusmodi sententiae, quae terrorem peccantibus videntur intentare. Nam etiam multo severiores inveniuntur, quae poenitentiam non ad tempus tantum, sed penitus proscribere videntur: ut illa beati Siricii[8] papae de his, qui post peractam poenitentiam iterum criminaliter peccavere; scribens enim ad Ymerium Tarraconensem episcopum indubitanter affirmat, quod ipsi deinceps suffugium poenitendi non habeant. Sic utique beatus Ambrosius[9] in libro suo contra Novatianos testatur, quod sic una debeat esse poenitentia sicut unum est baptisma. Item beatus Augustinus scribens itidem ad Macedonium dicit, quod semel tantum in aecclesia locus poenitendi concedatur. (4)

Haec autem sancti patres non desperatione veniae, sed rigore disciplinae non dubitantur instituisse, non ut homines a poenitentia, sed a peccato deterrerent, ut nec minus, sed humilius post lapsum *poeniterent, qui se et ipsis poenitentibus inferiores reputari viderent. Et hoc quoque in aliis criminaliter lapsis quasi pro lege observatur, ut ab ordine deiciantur, quem ante lapsum habuisse et in quo peccasse deteguntur. Sic nimirum in ordine poenitentium constituti, si denuo labuntur, pristino ordini non inmerito iudicantur indigni. Non tamen hoc sancti patres desperatione veniae tam *f. 22'. (5)

a) Menesatem 9. b) *ex* Mog. *postea corr.* 9. c) idem 9.

1) *V. supra p.* 141. 2) *Ibid. p.* 92. 3) *Jaffé nr.* 1856 a, *quod capitulum Gregorio I. falso adscriptum legas apud Freisen, 'Geschichte des can. Eherechts' p.* 476, *qui ipsum ex capitulis libro XI. collectionis Anselmi Lucensis subiectis libro suo inseruit.* 4) *Lib. XI, ep.* 64, *V. resp., col.* 1153. 5) *Ep. Greg. II. ad Bonifat., Jaffé, Bibl. III, p.* 89, *Reg. nr.* 2174. 6) *Cf. Dictum Grat. ad c.* 18, *C. XXXII, qu.* 7. 7) *V. supra p.* 115, *n.* 1. 8) *C.* 5, *Mansi t. III, col.* 657; *Jaffé nr.* 255. 9) *De poenitentia l. II, c.* 10, *ed. Bened. t. II, col.* 436, *nr.* 95.

1. Tim. 2, 4. Ezech. 33, 12. acriter instituisse creduntur, precipue cum Dominus omnes homines velit salvos fieri, et peccator, in quacumque die ingemuerit, salvus erit. Non, inquam, desperatione veniae, sed pro cautela disciplinae hoc constitutum intelligimus, sicut ex verbis beati Augustini ad Macedonium[1] approbare possumus; dicit enim, quod caute salubriterque provisum sit, ut locus poenitendi post poenitentiam lapsis in ecclesia non concedatur, ne *medicina vilis minus utilis esset aegrotis, quae tanto magis salubris, quanto minus contemptibilis.* Et hoc utique pro rigore disciplinae, non tamen usque ad desperationem veniae. Nam idem Augustinus in eadem epistola dicit in sequentibus: *Quis*[2] *audeat post poenitentiam lapsis denegare, quin Dei patientia ad poenitentiam eos adducat, quin etiam beati sint, si in Domino confidant?* Sicut ergo post poenitentiam lapsis locum poenitendi a sanctis patribus non desperatione veniae, sed rigore disciplinae penitus denegatum legimus, sic et lapsis virginibus sacris poenitentiam aliquamdiu denegatam, immo in tempus dilatam satis competenter intelligimus.

(6) Est [et] alia causa, pro qua sancti patres quosdam ab huiusmodi poenitentia suspendendos esse iudicarunt, videlicet iuvenilis aetas et carnis fragilitas.

Hinc sanctus Silvester[3] papa constituit, ut nemo poenitentiam det homini, nisi quadraginta etatis annos habenti. Item sanctus Ambrosius[4] in libro contra Novatianos: *Si caro,* inquit, *repugnat menti nec subdita est animi gubernaculo, non quaeras opera poenitentiae, ne in ipsa poenitentia fiat, quod postea indigeat poenitentia; quae si semel fuerit usurpata nec rite celebrata, nec prioris fructum obtinet, et aufert usum posterioris.* Item sancti patres in concilio Agatensi capitulo XVII.[5]: *Iuvenibus,* inquiunt, *poenitentia non est facile committenda.* Quid ergo mirum, si beatus Innocentius etiam hanc quoque causam adtendit, cum virginem a proposito lapsam non debere
*f. 23. *admitti ad poenitentiam dixerit? precipue cum addat: Quamdiu corruptor eius vivit. Nam eo tempore maxime eius fragilitati cavendum fuit eo vivente, cum quo peccavit. Est enim usitatissimum, ut homines facillime ad eos redeant, cum quibus ante peccaverant, multoque pronior est humana fragilitas ad usitatum volutabrum redire, quam aliquod novum scelus in primis presumere. Non ergo mirum, si sanctus Innocentius huiusmodi lapsam usque ad obitum corruptoris a poenitentia suspendit, ne in ipsa poenitentia aliquid committeret, unde iuxta Ambrosium et fructum poenitentiae perderet et deinceps iuxta antiquum morem poenitendi locum non obtineret.

(7) Apud modernos tamen locus poenitentiae quibuslibet lapsis non negatur, quia adeo usquequaque humana pravitas invaluit et iugum antiquae disciplinae abiecit, ut sancta aecclesia iam multum gauderet, si aliquo modo resipiscere vellent. Novit enim Dei misericordiam ad indulgendum promptissimam, nec multum distare apud Deum, qua severitate vel lenitate iuxta diversitatem temporum peccata puniantur, si tantum peccator ex toto corde convertatur.

(8) De virgine autem sacra a proposito lapsa, quae in gradum virginitatis non putatur revocanda, non est nimis contendendum, ne ipsa hac contentione contra beatum Ieronimum[6] venire videamur, qui dicit Deum virginem non posse post lapsum reparare. Nam scripta sancti Ieronimi a beato Gelasio[7] in Romana synodo ex apostolica auctoritate adeo canonizata sunt, ut quicumque illis pertinaciter contradicere conatur, etiam apostolicae auctoritati contraire non dubitetur. Sunt ergo a nobis eius venerabiliter scripta recipienda nec ab aliquo temere iudicanda. Quod autem ipse Deum virginem reparare post lapsum non posse dixit, non magis mirandum, quam multa alia, quae
2. Tim. 2, 13. Deus libere legitur et creditur non posse, ut illud in epistola Iohannis: *Deus fidelis*

1) *Cf. ep.* 153, § 7, *Opp. ed. Bened. t. II, col.* 526. 2) *Haec verba ibi non leguntur, sed similia.* 3) *Op. spur., quod dicitur Constitutum Silvestri c.* 12, *Mansi t. II, col.* 629. 4) *L. l. c.* 11, *Opp. t. II, col.* 438. 439, *nr.* 104, *plenius.* 5) *C.* 15, *Mansi t. VIII, col.* 327. 6) *Ep.* 22. *ad Eustoch., nr.* 5, *Opp. t. I, col.* 90. 7) *V. supra p.* 79.

est, seipsum negare non potest. Hinc inquit apostolus: *In Deo non est: est et non, sed in illo est: est.* Dicitur etiam libere malum non posse facere, non posse mutari, non posse falli, non posse mori. Unde Augustinus[1] in libro V. de civitate Dei: *Sic enim hoc dicitur, ut potius, si posset, minoris utique potestatis esset. Recte itaque omnipotens dicitur, qui tamen mori fallique non potest; dicitur etiam omnipotens, faciendo quod* *vult, non[a] *patiendo, quod non vult; quod si ei accideret, nequaquam omnipotens esset. Unde preterea quaedam non potest, quia omnipotens est.* Sic utique nec rationalis creaturae potestas in eterna vita minuitur, sed augetur, cum penitus plurima ibi non posset, quae tamen in hac vita degens evidentissime potuit. Potuit enim esurire, sitire, corrumpi, fallere, falli, et alia huiusmodi sexcenta; quae tamen in aeterna vita nullo modo poterit, et ob hoc etiam[b] ibi indubitanter potentior erit. Nam talia hominem posse non est auctio potestatis, sed certissimae indicium infirmitatis. Verba autem illa sancti Ieronimi, quod non possit Deus virginem post ruinam resuscitare, ipsemet ibidem exposuit, cum subiunxit[2]: *Valet quidem liberare de poena, sed non valet*[c] *corruptam coronare;* quia iustus iudex est, cuius dispositio mutari non potest. Hanc quoque sententiam de amissa virginitate sancti martires Nereus et Achilleus a beato Petro edocti leguntur habuisse, et cum ipsa ad servandam virginitatem sanctam Domitillam Domitiani imperatoris neptem incitasse; dixerunt enim illi[3]: *Virgo, si virginitatem perdiderit, huius reatum per poenitentiam evadere potest, ipsam vero virginitatem adipisci nequaquam valet; omnis namque sanctitas quolibet modo amissa per poenitentiam recuperari potest; sola vero*[d] *virginitas, si semel perierit, ad pristinae integritatis stabilitatem pertingere non*[d] *valebit.* Sic[e] ergo et nobis tutum est, ut sententiam sancti Ieronimi interpretemur, ne si quid indignum de illo interpretari conemur, non tam eius auctoritatem, quam nostram tarditatem infamare iudicemur.

2. Cor. 1, 17. 18.

*f. 23'.

Est autem nobis summopere providendum, ut de reparatione[f] virginitatis tam moderate contendamus, ne viduas et coniugatas sive quaslibet corruptas ipsis virginibus secundum heresim Iouiniani adequare videamur. Nam hoc catholica fides non admittit, quae iuxta euangelicam auctoritatem hos gradus ita distributos novit, ut coniugatis trigesimus tantum fructus, continentibus vero sexagesimus, ipsis vero virginibus[g] ascribatur centesimus. Et hoc utique divinitus ab initio ita praedestinatum non dubitamus; unde et beato Ieronimo in hoc parere debemus, qui Deum contra suam praedestinationem facere non posse dixit, videlicet qui seipsum negare non potest, in quo iuxta apostolum non est: est et non, sed semper est: est.

(9)

Matth. 13, 8. 23.

2. Cor. 1, 18. 19.

*Illud autem satis admirandum, cur tantopere virgines sacrilegas lapsas in gradum suum revocari non[d] posse contendamus, et veras viduas et legitime coniugatas in suis gradibus remanere patienter feramus, cum hae iuxta apostolum in amissione virginitatis non tantum[d] peccaverint sicut illae, quae pro magnitudine peccati ad poenitentiam non meruerunt admitti. Sanctissimus papa Leo magnus in decretis[4] suis capitulo XLVIIII. protestatur, quod nec illae virgines, quae barbaricam vim corpore tantum, non animo sunt perpessae, perseverantibus virginibus ullo modo sint annumerandae iuxta illud propheticum: *Virgo Israel cecidit, non est, qui resuscitet illam.* Hoc plane sancti patres virginibus lapsis et pro peccato suo infra maritatas deputatis sufficere voluerunt, si per poenitentiam et ipsis legitime coniugatis praeferri et veris viduis sive continentibus quandoque meruerunt associari. Sufficiat ergo et hoc nobis, nec libeat eousque disputando procedere, ut terminos sanctorum[g] patrum aliquo modo notemur excedere.

(10)

*f. 24.

Amos. 5, 2.

a) n. p. q. n. vult *des.* 9. b) et *add., sed linea subducta del.* 9. c) vult *Hier.* d) *al. man. inser.* 9. e) si 9. f) *ex* rap. *corr.* 9. g) *in marg. al. man. add.* 9.

1) *C.* 16, § 1, *Opp. ed. Bened. t. VII, col.* 125. 2) *L. l.* 3) *Acta Sanctor., 12. Mai., t. III, p.* 7. *mutatis verbis.* 4) *Ep.* 12, *c.* 8, *ed. Baller. I, col.* 666; *Jaffé nr.* 410.

LIBELLUS XVI.
DE LIBRO MITTENDO.

Duo sunt, quae libellis Bernaldi praecipue tractantur: reordinatio vitanda et vitanda communio excommunicatorum. Ad quaestionem de vi atque effectu excommunicationis haec quoque epistola spectat. Librum Augustini, quem Bernaldus tantopere desiderat, collectionem sermonum intellegi suspicor, cuius sermo 88. *sententiam continet, duobus modis communionem malorum quemquam non maculare: si non consentiat et si redarguat.*

Luc. 10, 41. 42. Domno ac venerabili A. utinam cum Martha de pluribus sollicito, cum tamen[a] unum esset necessarium, B. non tam pluribus quam uni intentus.

Frater noster Manegoldus a vobis retulit vos non potuisse librum habere, quem nobis ad presens mandaretis, in quo aliqua invenirentur, que pro parte vestra[b] agere viderentur, quem et nos libentissime videremus, consequeremur, precipue cum[c] beati Augustini opus esse dicatur. Sed satis admirari non possumus, cur nec nomen nec titulum eiusdem libri nobis indicare voluistis. Nam nos eum in nostris partibus facillime adquireremus. Debuistis utique titulum libri nobis mandare et rationes eiusdem libri, quae pro vobis agere viderentur, breviter insinuare. Et nos certe autenticis rationibus libentissime adquiesceremus. Quapropter iterum atque iterum obnixe vos rogamus, ut vel modo illum librum, defensorem vestrum, nobis mittere velitis vel, si hoc impossibile videatur, saltim nomen illius et titulum, in quo vestrae parti assentiat, nobis mandare vos non pigeat. Scire autem vos volumus, nondum nos[d] aliquid autenticum invenisse vel deinceps inventuros[e] nos sperare, quod[f] alicui ęternam salutem promittat, qui contra statuta sanctorum patrum et ipsorum apostolorum in salutatione, in osculo, in oratione, in mensa excommunicatis communicare non cessat. Quomodo enim illi ęterna salus promitteretur, quem ipsi apostoli iuxta attestationem sancti Kalisti[1] pape sub excommunicatione damnaverunt, quorum sententiam subsequentes sancti patres et apostolici viri in decretis suis et catholici[g] episcopi in conciliis suis super communicatorem excommunicatorum identidem[h] firmaverunt? Beatus etiam Augustinus[2] in concilio CCXIIII episcoporum sub excommunicatione damnavit qui vel in oratione excommunicato communicasset. Incredibile ergo videtur hunc virum contra hanc sententiam alicubi sensisse et catholicis communionem excommunicatorum non illicitam asseruisse[3]. Nec hoc utique dicimus, quasi vestre inventioni preiudicemus, immo rogamus, ut nos vestri inventi participes habeatis, sicque consideratis partibus, quod melius esse videatur, utrinque teneamus, vel modo igitur nostrae peticioni satisfaciatis, vestramque[i] sententiam nobis de his omnibus remandare velitis.

APPENDIX.
LIBELLUS DE SENTENTIA EXCOMMUNICATIONIS.

Hunc quoque libellum Bernaldi esse multa suadent. Inprimis idem quod libellis Bernaldi etiam huic tractatui consilium inest; eaedem auctoritates rationesque interdum iisdem fere verbis proferuntur; deinde in libris manuscriptis inter opera Ber-

a) tm̄ 6. b) nostra 6. c) aū 6. d) *bis script.* 6. e) inventuro 6. f) q 6. g) viri *add., sed linea subducta del.* 6. h) idenidem 6. i) utrāmque 6.

1) *V. supra p.* 95. 104. 113. 2) *Ibid. p.* 95. 114. 3) *Cf. infra append. p.* 165.

naldi locum habet. Quae quamvis argumenta aliquantum imminuantur eo, quod scriptoribus illius temporis mos erat, ut alter alterius libros exscriberet, et quod in codicibus 4 *et* 5, *libello III. Bernaldi quasi capitulum* 25. *excerpta ex Manegoldi libro ad Gebehardum adiecta sunt, tamen prorsus sufficiunt, ut hunc quoque tractatum saltem in appendice libellis Bernaldi adiungamus. In omnibus codicibus libellum inscriptione atque inde nomine auctoris*[1] *carere mirum non est, cum, sicut Apologeticus 'idiotis', ita haec apologia 'simplicioribus fratribus' destinatus sit. Utrum Apologeticus libello VI, p.* 102. *commemoratus hicce de sententia excommunicationis liber, an Apologeticus libelli III. intellegatur, difficile dictu est, cum in utroque declaretur, contra dominum papam nec proprio episcopo obediendum esse; verba tamen 'in fine istius apologetici' magis in libellum III. quadrant, cuius capitulo ultimo hoc argumentum tractatur.*

Libellus scriptus est post mortem Gregorii VII, quo tempore quam plures sententia excommunicationis corripuerat, tanto in dies ipsis Romano pontifici obedientibus molestius ferebatur. Qui si recte Bernaldo adscribitur, ab eo nondum monasterium ingresso compositus esse videtur, cum de monachis longe aliter quam in libello V. verba faciens se clericum in saeculo degentem prodat. Cum denique obiectionem ex Augustini sententia assumptam refellat, quam in libello XVI. significari conicere ausus sum, huic libello inter libellum XVI. et V. locum assignare velim.

Codicibus usus sum 4 *(fol.* 141′ *sqq.) et* 5 *et recensione Gretseriana (G), in qua inter libellos IV. et I. locum obtinet.*

APOLLOGETICUS SUPER EXCOMMUNICACIONEM GREGORII SEPTIMI.

Sentenciam excommunicacionis, quam dominus noster Gregorius papa VII. apostolica auctoritate promulgavit, nonnulli sacrilega temeritate quasi irritam iudicare presumunt seque in hoc iuxta attestacionem sanctorum patrum apostolicae auctoritatis reos perniciosissime efficiunt. Sed in hac eorum presumpcione nec ipsi peccarent, nec alios peccare facerent, si cuiuslibet prelati in ecclesia privilegium, non dico Romani pontificis primatum, fideliter adtenderent. Est enim generale privilegium huiusmodi prelatorum iuxta institucionem sanctorum patrum, ut subditos iudicent, nec subditi eorum iudiciis temere resultent, quibus absque omni contradictione secundum canones obedire debent. Scriptum est enim: *Non est discipulus super magistrum* et: *qui potestati resistit, Dei ordinacioni resistit.* Et si hoc apostolus[a] de seculari potestate dixit, quid nos sub ecclesiastica potestate degentes agere debemus, ubi inobediencia pro ariolacione et idolatria[b] reputatur? Si ergo inobediens ecclesiasticae potestati, scilicet divinae ordinacioni, pro idolatro[c] merito deputatur, quid de illo censendum est, qui eandem potestatem penitus abrogare conatur? Videat autem quilibet prelatus, quam sibi reverenciam a subditis exigat, nec eam Romano pontifici denegare velit, a quo omnis ecclesiastica potestas procedit. Numquid enim suam potestatem statim irritam fore iudicabit, si quidam[d] tantum ex subiectis eius ita iudicaverint? Numquid statim suam prelacionem ipse denegabit, si quidam ex suis ovibus eum pro prelato habere noluerint? Numquid suam canonicam excommunicacionem in subditos irritam arbitrabitur, si quidam tantum eorundem subditorum hoc asserere conantur, qui tamen[e] eotenus ei ut legitimo pastori obedierunt et sententias eius in alios ratas esse censuerunt? Numquid sentenciam suam iudicio subditorum retractari, nedum penitus annullari umquam pacietur? Non plane!

Matth. 10, 24. Rom. 13, 2. 1 Reg. 15, 23

a) apostoli . . . dixerunt *G.* b) idololatria *G.* c) idolatria 4; idololatra *G.* d) qui *G.* e) tantum *G. ad marg. corr.* tamen.

1) *Gretser in praefatione p.* 23. *dicit manuscriptum codicem ecclesiae cathedralis Ratisbonensis auctorem opusculorum sequentium vocare Bernaldum.*

Ergo reverenciam, quam ipse a subditis suis sibi exigat[a], etiam ipse[b] prelato suo iuxta statuta sanctorum patrum dependat, et precipue episcopo sedis apostolicae.

Huius utique[c] sententiam sancti patres nusquam retractari nedum annulari ab aliquo permiserunt. Hinc beatus Nicolaus papa primus[1] omnibus episcopis scribens: *Nemini,* inquit, *licitum est de sedis apostolicae iudicio iudicare aut illius sententiam retractare permissum,* videlicet propter Romanae ecclesiae primatum. Item beatus Gelasius[2] ad episcopos Dardaniae: *Cuncta,* inquit, *per mundum novit ecclesia, quod sacrosancta Romana ecclesia*[d] *quorumlibet episcoporum ligata possit absolvere et de omni ecclesia fas habeat iudicare neque cuiquam de eius liceat iudicare iudicio.* Item sanctus Silvester[3] papa universalis sinodi iudicio decrevit: *Nemo,* inquit, *primam sedem iudicabit. Neque enim ab augusto neque ab omni clero neque a regibus neque a populo*[e] *iudex iudicabitur.* Dominus[f] autem noster Gregorius papa, canonice quidem ordinatus, ut sancta Romana[g] ecclesia fidelissime testatur, ab omnibus catholicis iudex universalis ecclesiae et pro Romano pontifice semper habebatur, quod et ipsi eius excommunicati de eo iudicaverunt, cum ad eius reconciliacionem sepenumero recurrerint, licet ad vomitum suum postea redire non timuerint. Numquam sane in[h] illo aliquod crimen vel ab inimicis inventum est vel probatum, quod susceptum sibi illicitum faceret officium. Sed si quod tale crimen admisisset, numquid tamen[i] inauditus, non confessus nec convictus, canonice dampnari posset, etiamsi ultimus ecclesiastici ordinis extitisset? Numquid non[k] legittime officium suum exerceret, usque dum canonice iudicatus ab officio suo[l] cessare[m] iuberetur? Et[4] hoc utique dominus noster Gregorius papa nequaquam abnuit, quin more cuiuslibet clerici dumtaxat canonice audiretur, etsi[n] hoc privilegio Romani pontificis incongruum esse videretur. Adversarii autem eius nec unquam[o] hoc concedere voluerunt, nam in tali examinacione et illum expurgandum et se contumeliosae criminacionis inculpandos fore non dubitaverunt. Ergo sententiam apostolicae auctoritatis in apertissimos contumaces ab eo depromtam nullus christianus irritam iudicabit, qui canonicis sanctionibus sanctorum patrum contradicere noluerit; ipsi enim et temerariam cuiuslibet inferioris episcopi dumtaxat catholici excommunicacionem usque ad canonicam examinacionem ratam esse censuerunt, ut in Sardicensi concilio capitulo XVII. legitur.

Nec illam excommunicacionem noster apostolicus privatim depromsit, sed generali synodo presidens universali iudicio ecclesiae promulgavit[p], quae, inquam ecclesia ius ligandi atque solvendi in persona Petri acceptum semper obtinere a nullo fideli dubitatur, ut sanctissimi atque fidelissimi patres nostri Cyprianus, Augustinus atque Leo magnus in scriptis suis docuerunt. Quicunque ergo eius iudicio in terra ligati sunt, ipsi nihilominus et in coelo ligati indubitanter creduntur. Quapropter omni postposita contradictione[q] illos, quos dominus noster Gregorius papa iudicio universalis synodi excommunicavit, et nos excommunicatos esse credimus, ne ipsis excommunicatis damnabiliores merito iudicemur, qui etsi qualibet occasione excommunicacioni subiaceant, non tamen temere ligamenta ecclesiae denegant. Nam procul dubio nefandius esse deputatur, quemlibet ipsam ecclesiasticam potestatem ligandi atque solvendi non concedere[r], quam salva fide ecclesiasticis statutis non obedire. Hinc sanctus Gregorius papa primus[s] ad Theoctistam patriciam scribens testatur: *Ipsi,* inquit, *sibi testes sunt, quod*[s] *christiani non sunt, qui*[s] *ligamenta ecclesiae vanis conatibus se aestimant solvere.*

a) exigit *G.* b) ipsi *G.* c) *ex* itaque *corr.* 4. d) *om.* 4. e) ab aplo 4. f) beatus *G.* g) e. R. *G.* h) al. cr. in illo *G.* i) tandem *G.* k) enim *G.* l) *deest G.* m) cesare 4. n) et *G.* o) h. u. *G.* p) prom. — ecclesia *des. G.* q) contraditione 4. r) credere *G.* s) quia *Gr. G.*

1) *Ep.* 70, *Mansi t. XV, col.* 359, *Jaffé nr.* 2879; *cf. Lib. de lite I, p.* 628. 2) *Cf. supra p.* 48. 3) *Ibid. p.* 51. 4) *V. ibid.* 5) *Lib. XI, ep.* 45, *Opp. t. II, col.* 1132; *Jaffé nr.* 1817.

Sciendum autem, quod sancti patres pro excommunicatis habuerunt non solum illos, qui post apertam eorum contumaciam specialiter excommunicati sunt, sed etiam[a] illos, qui iam factam excommunicacionem incurrere non timuerunt, videlicet aut se in partem excommunicatorum conferendo[b], aut quod sub excommunicacione illis specialiter prohibitum est, attemptando[c]. Hinc sanctum Nicenum[d] concilium Arrianos omnes, vel quisquis in hanc pestem decidisset[e], sive ex consensu seu[f] communione, ut beatus Gelasius[1] papa testatur, dampnavit; quem morem et in aliis excommunicacionibus suis sancta mater ecclesia observare consuevit[2]. Beatus quoque Gregorius papa primus[3] consecratores Salonitani presumptoris excommunicatos esse declaravit eo, quod ipsam consecracionem sub excommunicacione eis specialiter interdictam facere temptaverint. *Quam rem*[g], inquit, *nullo modo possumus dicere consecracionem, quia*[h] *ab excommunicatis celebrata est.* Sic utique quilibet Romani pontifices pro excommunicatis habuerunt eos utique, quicunque aliqua sub speciali excommunicacione prohibita presumpserunt. Ergo et a nobis omnes huiusmodi merito ut excommunicati devitantur, usque dum ecclesiastico more reconcilientur. Sunt autem IIII res, in quibus eos specialiter devitare debemus, videlicet in salutacione, in osculo, in oracione, in convictu, quia, ut sanctus Calistus papa[4] testatur, *quicunque excommunicatis*[i] *in his vel in aliis prohibitis communicaverit*[k], *simili excommunicacioni iuxta institucionem apostolorum subiacebit.*

Sed multi ad excusandas excusaciones in peccatis multipliciter se excusant, quod excommunicatos vitare non debeant. Alii enim illam sententiam beati Augustini pretendunt, quod communio malorum non maculet nisi consencientes; alii dicunt, quod ecclesiasticis pastoribus sive eorum sanctionibus[l] subiecti non sint, eo quod saeculo penitus abrenuntiaverint; alii etiam sibi obedienciam in prelatum suum sufficere putant, ne canonicis institucionibus obedire debeant. Sed omnes has excusaciones quamvis ipsi apostoli indubitanter, ut predictum est, annulaverint, cum communionem[m] excommunicatorum generaliter omnibus sub excommunicacione iuxta attestacionem sancti Calisti papae interdixerunt[n], nos tamen singulas, quam frivolae sint, specialiter demonstrare non pigebit. Et hoc utique periti ecclesiasticarum regularum facile per se deprehendunt; nos autem simplicioribus[5] tantum fratribus in hoc satisfacere volumus, ut tanto studiosius ab excommunicatis se abstineant, quanto inexcusabilius se in eorum communione maculari cognoscant. Ps. 140, 4.

Illi igitur[o], qui sentenciam beati Augustini[6] pretendunt, quod communio malorum non maculet non[p] consentientes, ad exaggeracionem suae excusacionis subinferre solent summopere sibi crimina excommunicatorum displicere, nec ullo modo se eorum criminibus assentire et ideo exteriorem eorum communionem non eis nocere. Sed haec sententia beati Augustini tantum de communione malorum adhuc in unitate positorum et nondum pro sua malicia excommunicatorum deprompta evidentissime ex verbis ipsius Augustini probatur. Ponit enim eandem sentenciam scribens ad Donatistas[7]: *Quisquis,* inquit, *in ecclesia bene vixerit, nichil ei preiudicant aliena peccata, quoniam unusquisque proprium onus in*[q] *ea portabit, sicut*[r] *ait apostolus: 'Et quicunque in*[q] *ea corpus Christi manducaverit indigne, iudicium*[s] *sibi manducat et bibit'. Cum autem dicit: "iudicium sibi manducat et bibit", satis ostendit, quia*[t] *non alteri iudicium, sed sibi.* 1.Cor.11,29.

a) et *G.* b) conferr. *G.* c) acceptando *G.* d) c. N. *G.* e) s. cons. s. comm. decid. *G.* f) sue 4. g) nos *add. G.* h) quae *G.* i) vel *add. G.* k) communicaverint *G.* l) sanctioni *G.* m) communione 4. n) interdixerint *G.* o) ergo *G.* p) nisi *G.* q) in ea *intra uncinos G.; des. Aug.* r) sic et ap. dicit *G.* s) s. i. *G.* t) quod *G.*

1) *Ep.* 26, *c.* 2, *v. supra p.* 113. 2) *Cf. ep.* 10, *c.* 4, *ed. Thiel I, p.* 343. 3) *V. supra p.* 28. 86. 90. 151. 4) *Ibid. p.* 104. 5) *Cf. supra praefationem Apologetici p.* 60. 6) *V. supra ep. Bernhardi p.* 41. 7) *Ep.* 141, § 5, *Opp. ed. Bened. t. II, col.* 458.

Hoc nos egimus et ostendimus et obtinuimus, quia[a] *communio malorum non maculat aliquem participacione sacramentorum, sed consensione factorum. Nam si in factis malis non eis quisquam consenciat, portat malus causam suam et personam suam, nec preiudicat alteri, quem in consensione mali operis socium non habet criminis.* Ecce apertissime beatus Augustinus non se hoc de excommunicatis dixisse manifestat, cum de eo, qui in ecclesia corpus Domini indigne sumit, dicat. Nam superius[1] ad[b] eosdem Donatistas de excommunicatis premisit dicens: *Quisquis a catholica ecclesia fuerit separatus, quantumlibet laudabiliter se vivere existimet*[c], *hoc solo scelere, quod christianitate*[d] *disiunctus est, vitam*[e] *non habebit, sed ira Dei manet super eum.* Deinde de his, qui in ecclesia sunt positi, consequenter adiecit: *Quisquis autem in ecclesia* et reliqua, ut supra diximus. Idem Eleusio et Gramatino[2]: *Quibus,* inquit, *mali placent in unitate, ipsi communicant malis; quibus autem displicent et eos emendare*[f] *non possunt, ne*[g] *ante tempus messis audeant zizania eradicare, ne simul eradicent et triticum, non factis eorum, sed altari Christi communicant, ita ut non solum ab eis non maculentur, sed etiam divinis verbis laudari predicarique mereantur, quoniam ne nomen Christi per horribilia scismata blasphemetur, pro bono unitatis tolerant, quod pro bono aequitatis oderunt.* Et hoc utique de malis in unitate positis non de excommunicatis evidentissime sonat. Idem ad Emeritum[3]: *Et illud,* inquit, *non est tacendum etiam*[h] *cognitos malos bonis non obesse in ecclesia, si eos a communione prohibendi aut potestas desit, aut aliqua racio conservandae pacis inpediat.* Et post pauca[4]: *Manifestum est non hoc effici hominem malum*[i], *quod est malus quisquam, cum quo ad altare Christi acceditur, etiamsi non sit incognitus, si tantum non approbetur et a bona conscientia displicendo separetur.* Idem in sermone XVII. de euangelio secundum Mathaeum[5] de duobis caecis: *In multis,* inquit, *sanctorum librorum locis apertissime sonat esse intus in ecclesia et bonos et malos, quos saepe dicimus frumentum et paleam.* Et de eisdem ipsis malis, id est in unitate positis, quomodo boni non maculentur, in eodem sermone[6] subsequenter adnectit: *Duobus*[k], inquit, *modis non te maculat malus, si non consencias et si redarguas, hoc est non communicare, id*[l] *est non consentire. Communicatur quippe, quando facto eius consorcium voluntatis*
Eph. 5, 11. *vel approbacionis adiungitur*[m]. *Hoc ergo nos admonens apostolus ait: 'Nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum'.* Et infra[7]: *Non consentientes sitis malis, ut approbetis, neque negligentes sitis, ut non arguatis, neque superbientes, ut insultanter*[n] *arguatis. Qui autem deseruerit unitatem, violat caritatem, et quisquis violat caritatem, quodlibet*[o] *magnum habeat, ipse nihil est* iuxta apostolum. Idem[p] in libro de fide et operibus[8]: *Cum per negligenciam prepositorum sive per aliquam excusabilem necessitatem, sive per occultas obrepciones invenimus in ecclesia malos, quos ecclesiastica disciplina corrigere aut coercere non possumus, tunc ne ascendat in cor nostrum impia et perniciosa presumpcio, qua aestimemus nos ab his esse separandos, ut peccatis eorum non inquinemur atque*[q] *ita post nos trahere conemur veluti mundos sanctosque discipulos a compage segregatos; veniant in mentem illae de*[r] *scripturis similitudines et divina oracula, quibus demonstratum et pronunciatum est malos in ecclesia*

a) quod *G.* b) de *G.* c) existimat *G.* d) a chr. *G.*; a Christi unitate *Aug.* e) n. h. v. *G., Aug.* f) emendari *G.* g) neque . . . audent *Aug.* h) et *G.* i) *deest Aug.* k) d. m. inqu. *G.* l) vel *pro* id est *G.* m) adpingitur *G.* n) insultantes *G.* o) quidlibet *G.* p) Ideo *G.* q) ac *G.* r) descriptionis *G.*

1) *Ep.* 141, § 5, *Opp. ed. Bened. t. II, col.* 458. 2) *Ep.* 43, § 21, *l. l. col.* 98; *cf. supra p.* 91. 3) *Ep.* 87, § 2, *Opp. t. II, col.* 209. 4) *Ibid.* § 3. 5) *Sermo* 88, § 19, *Opp. t. V, col.* 478. 6) *L. l. col.* 479. 7) § 20. 21. 8) *C.* 5, § 7, *Opp. t. VI, col.* 168. *aliquibus omissis.*

permixtos bonis usque in finem seculi tempusque iudicii futuros, et nihil bonis in unitate et participacione sacramentorum, qui eorum factis non consenserint, obfuturos. Ecce quorum malorum communionem beatus Augustinus nobis non nocere asserit, videlicet eorum, qui in ecclesia sunt positi, nondum ab ea[a] ecclesiastico iudicio separati. Quodsi idem ipse[b] doctor non tam signanter usquequaque exprimeret, nos tamen illud nequaquam de excommunicatis intelligere deberemus, ne illum ipsis apostolis et sanctis patribus sibique ipsi contraria dixisse astrueremus. Ipsi enim apostoli eorumque successores communionem excommunicatorum in tantum nocere docuerunt, quod et supra notavimus, ut sub excommunicacione eum damnarent, quicunque eis vel exterius communicare presumeret. Nec hanc sententiam beatus Augustinus[1] ignoravit, quam etiam in concilio CCXVII episcoporum sua subscriptione confirmavit. Non ergo aliquis beatum Augustinum pro defendenda communione excommunicatorum frustra in testimonium assumat, immo ei[a], ne eis ullo modo communicet, obediat, ne et ipse iuxta sanctorum patrum statuta eidem excommunicacioni subiaceat.

Qui autem se de excommunicacione vitanda excusatos putant, quasi abrenunciantes seculo ecclesiasticis pastoribus sive eorum sanctionibus non subiaceant, videlicet monachi sive quilibet religiosi, non ociose considerent, quid de hoc sanctum Calcedonense concilium[2] deliberet. Ipsum enim generaliter omnes monachos per unamquamque civitatem sive regionem episcopis subiectos fore decrevit ipsosque ecclesiasticis statutis inobedientes anathematizavit. Hoc autem unum est ex illis IIII[or] conciliis, quae sanctus Gregorius[3] astruit veneranda ut sancta IIII[or][c] euangelia, de quibus ad patriarchas scribens testatur: *Cuiuslibet,* inquit, *vitae atque actionis*[d] *existat, quisquis eorum id est conciliorum soliditatem non tenet, etiamsi lapis esse videatur, tamen extra edificium iacet.* Et post pauca: *Se et non illa destruit, quisquis presumit aut solvere quos ligant, aut ligare, quos solvunt. Quisquis ergo aliud sapit, anathema sit.* Videsne quoniam nulla religio quemlibet excusare possit, quin ecclesiasticis statutis obedire debeat, cum quilibet inobediens extra edificium iacere deputetur, etiamsi tam religiosus sit, ut lapis esse videatur? Immo ipsa religionis prerogativa maiori eum addicet[e] dampnacioni, qui non tanto obediencior sanctissimae matri suae ecclesiae extiterit, quanto religiosior haberi voluerit. Debent utique religiosi aliquid ecclesiasticis statutis supererogare, non ipsa statuta temerario ausu abrogare; alioquin tanto maius iudicium subibunt, quanto in alciori gradu sanctitatis positi et ipsa communia precepta non timent prevaricari. Est autem apostolicum et universale tocius sanctae ecclesiae preceptum, ut excommunicati devitentur. Ergo et quilibet religiosi hoc observare debebunt, alioquin maiori dampnacioni quam etiam laici merito subiacebunt.

Sed et obedientia in prelatum nos excusare non poterit, quin apostolicis et[f] ecclesiasticis institutis necessario obedire debeamus, si filii ecclesiae esse volumus. Hinc[4] enim obedienciarii Euticetis Constantinopolitani abbatis cum ipso Euticete in sancto[a] Calcedonensi concilio anathematizati sunt, quia[g] magis eidem quam apostolicis institutis obedire delegerunt[h]. Subditi autem Nestorii presulis Constantinopolitani a sacratissima[i] sinodo Ephesina laudati sunt[5], quia[g] ipsi apostolicis institutis obedientes proprio episcopo restiterunt et ob hoc etiam postea ex eius potestate penitus emancipari meruerunt. Hinc et beatus Euticianus[k] papa et martir a beato Petro XVII. in decretis[6] suis, quae martirio consecravit, verissime protestatur, quod subditus nec episcopo nec abbati

a) *deest G.* b) s. *add. G.* c) concilia *add.* 4. d) norma *add. G.* e) addicit *G.* f) et eccl. *des. G.* g) quod *G.* h) delegerant *G.* i) sanctissima *G.* k) Eutac. 4.

1) *V. supra p.* 95. 114. 2) *C.* 8. 3) *V. supra p.* 61. 126. 129. 4) *Cf. supra p.* 109. 110. 148. 5) *Cf. supra p.* 99. 102. 6) *Ex c.* 105, *l. XIX, Decreti Burchardi excerptum, qui ipsum 'ex decretis Eutychiani papae' inscripsit; cf. Maneg. ad Gebeh. c.* 75, *Libelli I, p.* 428.

suo obedire debeat, si iusserint ei, ut pro excommunicato missas instituat. Sed et beatus Gregorius papa primus[1] Honoratum Salonitani episcopi archidiaconum, sed ab episcopo depositum eodem episcopo[a] nolente in locum suum restituit, aliumque eidem Honorato[b] iam subrogatum deposuit, eo quod ille suo proprio[c] episcopo in tali subrogatione contra interdictum sedis apostolicae obedierit. Idem quoque apostolicus[2] scribens Iohanni Corinthiorum episcopo Paulum, Eufemium, Thomam, Clematium clericos ab ordine deposuit, eo quod proprium eorum episcopum accusare non obedierint[d], quorum tamen Paulum et Clemacium in pristinum gradum postea restituit. Item ipse[3] scribens omnibus Bizacii[e] concilii episcopis firmissime precepit, ut primatem suum Clemencium[f] de illatis criminibus cum omni sollicitudine examinarent, ut audita si vera essent, ulcione canonica resecarentur[g]; hoc terribiliter subinferens, quod apud Deum eorundem criminum particeps ille[c] existeret, quicunque eorum illa subtiliter indagare neglexisset. Haec et alia huiusmodi in ecclesiasticis sanctorum patrum statutis sufficienter invenire poteris[h], quae nobis evidentissime demonstrant, quam obedientiam subiecti cuiuslibet prelati ad superiorem potestatem debeant, quae et ipsos dampnare poterit, si vel prelato suo contra ipsam obedierint. Non ergo aliquis obedienciam prelati sui superfluo pretendat, quod precipue potestati, videlicet apostolicae, et ecclesiasticae auctoritati in devitandis excommunicatis obedire non debeat, immo tam subiectus quam prelatus eos devitare studeant, ne eidem excommunicacioni iuxta apostolorum institucionem pariter subiaceant.

Sed et illi excusationi, quam quidam simplices in nostro tempore pretendunt, quod excommunicati iam in tantum abundaverint[4], ut nequaquam aut vix devitari[i] possint facile respondetur, quia[k] difficultas evitandi non negligenciam nutrire, sed maiorem cautelam ad devitandos excommunicatos debet nobis excitare. Quamvis enim difficile vitentur, non tamen pro nullo peccato reputare debemus, si eis contra ecclesiastica statuta communicaverimus, quae iuxta sanctos patres usque ad sanguinem defendenda cognovimus. Nam et cottidiana peccata non minus pro peccatis reputamus, etsi ea nequaquam in hac vita devitare valeamus. Unde et cottidiana eis procurata sunt remedia, orationum videlicet et elemosinarum, ut cottidie amputetur[l], quod cottidie male pullulare videtur. Sic utique quocienscunque excommunicatorum communione maculamur, statim ad poenitentiam et reconciliationem festinare debemus. Nam difficultas evitandi aut parum nos aut nichil ad excusacionem iuvabit, si nos ad precavendum et postea ad satisfaciendum negligenciores effecerit, quos in tali necessitate ad maiorem vigilanciam excitare debuerit.

Quidam etiam ineptissime se cum morte domini nostri Gregorii papae excusant, quasi excommunicacionem Romani pontificis post mortem ipsius observare non debeant. Sed hi audiant ligationem Romani pontificis non minus ratam a catholicis[m] reputari[n] quam solucionem, quia beato Petro et suis successoribus a Domino ius ligandi eodem tenore et firmitate, ut solvendi concessum est. Solucio autem cuiuslibet apostolici sive in reconciliacione excommunicatorum sive in restitucione lapsorum etiam post mortem solutoris valere non dubitatur. Numquid enim quilibet reconciliatus sive restitutus pro excommunicato vel deposito se statim reputabit, postquam reconciliator eius sive restitutor[o] obierit? Non credo. Sicut igitur solucio cuiuslibet catholici pastoris post mortem ipsius rata et observanda non dubitatur, itidem[p] et de eius ligamento iudica-

a) n. e. *G.* b) Honorati 4. c) *deest G.* d) obedierunt *G.* e) Nizachii 4; Nichazii *G.* f) Crementium *Greg.* g) resecaretur *G.* h) potestis *G.* i) devitare 4. k) quod *G.* l) amputaretur *G.* m) a cath. *om. G.* n) reputare 4. o) eius *add.* 4. p) necessario *add. G.*

1) *V. supra p.* 102. 2) *Ibid. p.* 138. 3) *Lib. XII, ep.* 32, *Opp. t. II, col.* 1203; *Jaffé nr.* 1362. 4) *Cf. supra p.* 99.

bitur, videlicet ut et post mortem ligatoris aeque permaneat ligatus, qui non fuerit ecclesiastico more reconciliatus. Libet autem sententiam beati Cypriani martiris et egregii doctoris de communicatoribus excommunicatorum subnectere, ut ipsi perpendant, quam[a] periculose sibi ipsis ab eorum consorcio non caveant. Scribens enim ad Magnum presbyterum[1]: *Invenimus,* inquit, *in tali facinore non solum duces et auctores, sed et participes poenis destinari, nisi se a communione malorum separaverint precipiente per Moysen Domino [et dicente]: 'Separamini a tabernaculis hominum istorum durissimorum, et nolite tangere ab omnibus, quae sunt eis, ne simul pereatis in peccatis eorum', et quae*[b] *conminatus Dominus per Moysen fuerat, implevit, ut quisquis se a Chore et Dathan et Abiron non separasset, poenas*[c] *pro impietate*[d] *persolveret. Quo exemplo ostenditur et probatur obnoxios omnes*[e] *culpae et poenae futuros, qui se scismaticis contra prepositos et sacerdotes irreligiosa temeritate miscuerint.* Caveant ergo omnes tam subiectus quam prelatus, tam secularis quam religiosus, a communione excommunicatorum, quia[b] nullus omnino excipitur, cum omnibus huiusmodi communio sub excommunicacione ab ipsis apostolis interdicitur et saltim cum excommunicatis perire timeamus, si nec pro reverencia apostolicae interdictionis eos devitare curamus. cf. Num. 16, 26.

Ipsi etiam communicatores excommunicatorum devitandi sunt, etsi communio eorum non sub excommunicatione tam evidenter ut excommunicatorum nobis interdicta legatur. Nam in sacris canonibus sepenumero repperitur, ut qui communicat excommunicato excommunicetur; nec tamen[f] ibi specialiter adicitur, ut et communicatoris communicator sub excommunicacione dampnetur. Nempe multa, immo plura sunt quae nusquam vel sub speciali prohibicione nedum excommunicacione nobis prohibita leguntur, ut carnem comedere in parasceue et alia huiusmodi, quae tamen pro sola ecclesiastica consuetudine necessario devitamus, ne iuxta Augustinum ad Casulanum presbyterum ut prevaricatores divinae legis iudicemur[2]. Si ergo plurima pro sola ecclesiastica consuetudine devitamus, quanto magis illud, quod a sanctis patribus etsi non sub excommunicacione, tamen firmissime proscriptum cognovimus, scilicet ne communicatoribus excommunicatorum communicemus. Nam beatus Gelasius papa, qui et aliorum sanctorum scripta apostolica auctoritate canonizavit, scribens ad episcopos Dardaniae[3] hanc sentenciam promulgavit: *Nichil,* inquit, *nobis commune cum hominibus communionis externae,* in his precipue rebus, quas sanctos patres nobis prohibuisse cognovimus. Idem in sequentibus: *Quid iuvat, si quis alicui evidenciori heretico non communicet*[g] *et his tamen communione iungatur, qui ab illius*[h] *non sunt communione diversi?* Ne quis autem hanc sentenciam quasi minus ratam contempnat, eo quod poenam excommunicacionis specialiter asscriptam non habeat, diligenter attendat[i], quid beatus Nicolaus papa primus[k.4] generali synodo presidens, generali eiusdem synodi iudicio decernat: *Si quis,* inquit, *dogmata, mandata, interdicta, sanctiones sive decreta a presule sedis apostolicae promulgata contempserit, anathema sit.* Nec hoc utique sancti patres necessarium fore iudicaverunt, ut singula quaeque prohibenda singulari excommunicacione prohiberent, cum sepissime omnium ecclesiasticarum institucionum violatores sub generali dampnatione[l] multarent. Sed et ipsa ecclesiastica consuetudo sententiam beati Gelasii papae observare conatur, quae communicatorem excommunicati recipere non solet nisi reconciliatum. *Nichil autem firmius tenendum est,* ut sanctus Augustinus[5] testatur, *quam illud, in quo veritas consuetudini suffragatur.*

a) *deest* 4. b) quod *G., Cypr.* c) statim *add. G., Cypr.* d) impia communione *G., Cypr.* e) et *add. G., Cypr.* f) tantum *G.* g) communicat 4. h) illis 4. i) attendatur *G.* k) in *add. G.* l) dampnarent 4.

1) *Ep.* 69, c. 9, *ed. Hartel p.* 758. 2) *Cf. Lib. de lite I, p.* 270, *n.* 4. 3) *Immo orientales; cf. supra p.* 104 *(ubi in adnot.* 3, *p.* 425. *legendum est)* 113. 4) *Cf. supra p.* 136. 5) *V. supra p.* 106.

Ideo autem sancti patres huiusmodi communicatores devitari[a] voluerunt, quia[b] ipsos quasi a se ipsis dampnatos habuerunt, sicut[c] prefatus apostolicus Acacium recepta communione Petri se ipsum dampnasse testatur. Unde et beatus Felix[1] papa in ipsa sentencia, qua Acacium anathematizavit, hoc signanter apposuit: *Habe ergo cum ipsis*[d], *quos libenter amplecteris, porcionem,* id est, cum excommunicatis, ac si diceret: Non tam novam excommunicacionem super te facimus, quam veterem, qua[e] te ipsum communicando excommunicatis innodasti, confirmamus. Nec hoc sane negligenter inspiciendum, quod beatus Gelasius[2] tam expresse subiecit, cur apostolica sedes Acacium communicatorem Petri refutaverit. *Beati,* inquit, *Petri sedes, ne per Acacium in Petri consorcium duceretur, ipsum quoque a sua communione submovit.* Idem[3] Anastasio imperatori: *Postquam Acacius communionis externae factus est, non potuit nisi a catholica et apostolica mox societate precidi, ne per eum, si vel paululum cessaremus, nos quoque videremur subisse contagia perfidorum.* Et paulo superius[4]: *Non potest,* inquit, *quilibet perversitatis communicatore suscepto non pariter perversus probari, nec potest refutari perversitas complice perversitatis admisso.*

Videsne, quam necessario huiusmodi communicatores devitemus, ne et nos per eorum consorcium contagia perfidorum subisse iudicemur. Quisquis[f] autem haec omnia lacius considerare desiderat, scripta eiusdem apostolici ad diversos de anathemate Acacii non transitorie legat, quae si fideliter perlegerit, nulla ei amplius de vitandis communicatoribus excommunicatorum dubitatio remanebit. Accipiant ergo sepe dicti communicatores sanum consilium et festinent ad ecclesiasticam reconciliacionem nec catholicam sinceritatem externa communione iuxta beatum Gelasium commaculent, aut si ipsi suam salutem neglexerint, nos tamen qui catholici sumus nobis ab eorum commaculacione caveamus*.

*) *Sequebantur haec in M. S. codice (Ratisbonensi) quae nec ad antecedentia nec ad subsequentia pertinent. GRETSER (p. 34):*

In Simoniacorum causis.

Iudicium aquae frigidae non recipimus nec eorum testimonium, qui eidem morbo consentiunt, sed religiosorum fratrum, qui eidem sceleri studio et voluntate resistunt. Qui tamen testes non per aquam frigidam, sed per ignitum ferrum vel ferventem aquam sunt acquirendi.

Simoniaci non admittuntur ad iudicium, si probabiles personae etiam laicorum vel feminarum precium se ab eis recepisse testantur. Nec aliud est pro manifestis venire ad iudicium nisi tentare Dominum. Unde et fallimur multotiens in talibus, quia Deus longe est ab his, qui tentant illum.

Per multos iam annos regni Teutonici latitudo ab apostolicae sedis unitate divisa est. In quo nimirum scismate tantum periculi factum est, ut, quod cum dolore dicimus, vix pauci sacerdotes aut clerici catholici in tanta terrarum latitudine reperiantur. Tot igitur filiis in hac strage iacentibus christianae pacis necessitas exigit, ut super hos materna ecclesiae viscera aperiantur. Patrum itaque nostrorum exemplis et scriptis instructi, qui diversis temporibus Novatianos, Donatistas et alios hereticos in suis ordinibus susceperunt, praefati regni episcopos in scismate ordinatos, nisi aut invasores aut simoniaci aut criminosi comprobentur, in officio episcopali suscipimus. Id ipsum de clericis cuiuscunque ordinis constituimus, quos vita scientiaque commendat.

a) devitare 4. b) quod *G.* c) sic *G.* d) his *G.* e) qui *G.* f) Si quis *G.*

1) *V. supra p.* 104. 2) *Ibid. p.* 105. 3) *Ibid.* 4) *V. supra p.* 104.

ALTERCATIO INTER URBANUM ET CLEMENTEM.

EDIDIT

ERNESTUS SACKUR.

Dialogus infra edendus a. 1091. *compositus est, cum Urbano II. ex Urbe expulso Wibertus sedem apostolicam occuparet*[1]. *Eodem tempore non semel condiciones postulabantur pacis, quae tamen facta non est, quia imperator Wibertum reprobare resusavit*[2]. *Itaque carminis nostri auctor — ut videtur Gallicus*[3] *— novum consilium proposuit concilii congregandi, quo duodecim episcopi Gallici, Teutonici, Italici aliique, quos sibi sociarent, decretis patrum nisi schisma exortum ita diiudicarent, ut altero papa deposito alter ab utraque parte agnosceretur. Dies huius iudicii Ianuarii VI. statuitur. Laudant priora disticha duo Anonymus Mellicensis, De SS. ecclesiast. c.* 98. 99, *Gerhoh Reichersbergensis, De investigatione Antichristi I, c.* 23. *ed. Scheibelberger* 1875, *p.* 57. *alterum Aventinus, Ann. Baivariae ed. Riezler II, p.* 143.

Editum est opusculum post Io. Ge. Eccardum (Corpus historicum II, col. 1, *a.* 1723) *a Philippo Jaffé, Bibl. rer. German. V, p.* 158—161. *e duobus exemplaribus Codicis Udalrici Zwetlensi nr.* 283, *saec. XII, f.* 1. *et Vindobonensi nr.* 398 *(ius canon.* 45) *saec. XII, f.* 1, *quae* 1 *et* 2 *signavimus.*

Adhibuimus sex codices a recensione Udalrici alienos scilicet:

3) *Vindobonensem nr.* 2521 *(Philol.* 413) *saec. XII, f.* 131', *quem v. cl. Herzberg-Fränkel contulit.*

4) *Vindobonensem nr.* 2475* *(Philol.* 338) *paulo recentiorem saec. XII, f.* 21, *quem idem contulit.*

5) *Londiniensem Musei Britannici Vesp. A. XIV, saec. XII, ubi f.* 113. *carmen legitur, quod v. cl. H. Wild contulit.*

6) *Remensem nr.* 1043. 743, *saec. XIII, f.* 177, *qui ex eodem codice quo sequens exscriptus est.*

7) *Berolinensem Phillippicum nr.* 1694 *(Meermanni* 471, *quondam S. Arnulfi Mettensis) saec. XIII, f.* 127—128, *de quo cf. 'Neues Archiv' XVII, p.* 351—384. 460.

8) *Florentinum bibl. Riccardianae nr.* 688, *chart. olim Leonardi Pizzolpassi, quem Voglinus de Empoli a.* 1382. *Avinione compilavit, f.* 148, *unde b. m. L. Bethmann versus exscripsit (cf. 'Archiv' XII,* 730).

Berolini 1891, *mense Ianuario.* *ERNESTUS SACKUR.*

1) *Quod O. Koehncke, Wibert von Ravenna p.* 84, *n.* 2. *recte exposuit; Jaffé, Bibl. rer. Germ. V, p.* 158, *n.* 1. *carmen a.* 1090. *collocare voluit.* 2) *Cf. Giesebrecht, 'D. Kaiserzeit' III, p.* 645 *sq.; Koehncke p.* 83 *sq.* 3) *Quod ex eo coniciendum sit, quia primates episcopos Gallicos, ternos vero tantum Germanicos et Italicos proponit; cf. Koehncke p.* 85, *n.* 1.

ALTERCATIO[a] INTER URBANUM ET CLEMENTEM.

Urbanus[b]. 'Nomen habes[c] Clemens, sed Clemens non potes esse,
Tradita[1] solvendi cum sit tibi nulla potestas'.
Clemens. 'Diceris Urbanus, cum sis proiectus ab urbe[2]:
Vel muta nomen vel regrediaris ad[d] urbem'.
Urbanus[e]. 'Cum sine papatu fueris, vis papa videri:
Nemo tibi potuit donare quod alter[3] habebat'.
Clemens[e]. 'Hac, Urbane, tuum papatum destruo lege,
Nam cum papa forem, fis[f] papa per ambitionem[g]'.
Urbanus. 'Non, Urbanus ait, mea non bene verba notasti,
Proposui: tradi non posse quod alter habebat.
Gregorii[h] papatus[i] erat, tunc alter habebat.
Consequitur non posse dari, nec papa fuisti.
Sic igitur lex ista mihi[k] contraria non est'.
Clemens[c]. 'Quod placet[l] assumis, nimium temerarius infers.
Gregorius neque[m] papa fuit neque[m] debuit esse.
Causa patet[n]: pretium[o] promisit, ut eligeretur[4].
Preterea[p] firmante manu iuraverat ante,
Quod non papa foret, nisi laudem regis haberet[5].
Non habuit laudem; sententia[q] Symonis[r] inde
Dampnat eum, dampnant[s] fidei periuria fractae.
Sic ab Alexandro[t] vacuam decernimus esse
Romanam sedem, donec successimus illi'.
Urbanus[u]. 'Quod dicis sonus est[v], sonus[e] et sine pondere verba.
Nam satis est notum, testatur circulus orbis,
Gregorium sine sorde virum sanctumque[6] fuisse
Pontificem; sed pestiferis imbuta[w] venenis
Non tua lingua virum timuit mordere beatum.
Ecce revolvamus canones decretaque patrum,
Sed prius accedant, qui tanta negotia[x] debent
Iudiciis tractare suis, sententia[q] quorum
Nec prece nec precio moveatur[y] ab integritate.
Hiis[z] accersitis, in ius ponatur utrimque[a].
Eligo[b] Lugdunum[c.7], fultam ratione columpnam[d],
Cuius in eloquio statuit sibi regula sedem.

a) Incipit altercacio 3; Altercatio Urbani et Clementis apostolicorum 6. 7; Incipit altercatio inter duos papas, Clementem videlicet et Urbanum 8. b) *initiales tantum litteras* U *et* C *apponunt* 4. 6. 7; Urb̄ *et* Cl̄ 5; *versus* 1—7 *desunt* 4. c) habens 7. d) in 3. e) *deest* 8. f) sis 2. 4. 6. 7. 8. g) ambicionem 3. 4. h) Gregorius 6. 7. i) paratus 7. k) michi 3. l) places 5. m) nec 2; neque . . . nec 4. n) patit 5; pacta 8. o) precium 3. 4. p) propterea 8. q) sentencia 3. r) Simonis 3. 7; Simomonis 5. s) damnant 5. t) alexandro *linea del. et eadem manu* gregorio *superscr.* 6. u) Clem. 8. v) es 4. w) inbuta 3. x) negocia 3. y) mittatur *corr. in* moveatur 3. z) His 3. 4. a) utrumque 4. 6. 7. 8. b) *ante versum* 33 *habet* 4 C(lemens). c) Ludunam 4. d) colunam 4.

1) *Gerhoh. Reichersberg. l. l. hunc versum ita reddit:* Cum tibi solvendi sit tradita nulla potestas. 2) *Cf. praefationem.* 3) *Gregorius scilicet VII.* 4) *Cf. Petri Crassi carmen (Libelli I, p.* 434*):* et sedem apostolicam, quam tenebas pecunia; *Petri Crassi Defensio c.* 5, *Lib. I, p.* 443. 5) *Cf. Dicta cuiusdam, Libelli I, p.* 458. 6) *Cf. Petri Crassi Defens. c.* 3, *l. l. p.* 437*:* Gregorium vestrum defenditis papam dicentes, quia sanctus in sede sedet sancta. 7) *Hugonem Lugdunensem archiepiscopum.*

Clamo Bisontinum[a.1] donum[b] Danielis[c] habentem,
Qui nova processit plantatio nec[d] sine fructu. cf. Ps. 143, 12.
Lingonis[e] accedat[2], vitae persona pudicae,
Exemplum fidei mundae via religionis[f].
Remis[g] erit[h] Remus, per cuius[3] strennuitatis[i]
Remigium curret navis portumque tenebit.
Senonis[k] accurrat, cuius[4] discretio[l] magna
Plus aliena suis componere iurgia novit[m.5].
Parisiacensem[n.6] quaero, qui semper amavit
Solvere litigium, discordes[o] pacificare.
Eligo[p] Bremensem[q.7], qui non levitate movetur;
Et licet ipse tuus[8], iuris tamen equa[r] tenebit.
Clamo[s] Traiectensem[t.9] dubiis in rebus acutum;
Strennuus[u] in multis, sit[v] ad hoc studiosus agendum[w].
Leodii[x] patrem[10] censemus in ordine fratrum[y],
Sedis apostolicae diuturnum scisma dolentem[11].
Iudicii[z] partem committimus Yporiensi[a.12]
Ingenii venam, rivum sermonis habenti.
Assit[b] et Astensis[13], causis succinctus agendis.
Nec sine vate suo, qui non minus utilis illo,
Iudicet et nostram prudens Populonia[c.14] causam,
Cuius ad arbitrium disponi talia debent.
Ipse palatinos in prima fronte[15] vocassem[d],
Sed non ammonitos in prima fronte videbis.
His[e] et quos istis sibi consociare placebit
In medium ratione prius cum pace relata[f]
Iudicii[g] tanti libram[h] concedo tenendam'.

Clemens[i]. 'Quos clamas clamo; quos eligis eligo tales.
Audio personas, quarum sollertia[k] tantum
Finiat errorem, cognoscat mundus ut[l] omnis
Quem[m] nostrum via iustitie[n] comitetur, et[o] ille,

a) Bisomtinum *vel* Bisonitinum 5; bisuntinum 6; Verdunum 8. b) domum 6. c) dalieł 5. d) plantacio non 3. e) U(rbanus) *ante vers.* 37. 4. f) rellig. 3. 7. g) C(lemens) *ante v.* 39. 4; Remus erit Remis 1. 7. h) erat 1. i) strenuitatis 6. 7. 8; strennuitatem 4. k) U. *ante v.* 41. 4; Sennonis 7. l) discrecio 3. m) suis novit componere iura 4. n) C. *ante v.* 43. 4. o) discordem 8. p) U. *ante v.* 45. 4. q) Premensem 3; Lernensem 4. r) ęqua 3. s) C *ante v.* 47. 4. t) Treiect. 2. u) strenuus 6. 7. v) fit 1. 2. 3. 4; sic 7. w) agendis 6. x) U. *ante v.* 49. 4. y) fratrem 7. z) C. *ante v.* 51. 4. a) Iporiensi 1; Hiporiensi 5. b) adsit 8. c) Papulonia 4; Carnotensis quoque 8. d) videbis 8. e) hiis 6. 7; hos 8. f) relicta 5. g) Iuditii 7. h) liberam 7. i) Ur. 8. k) sollercia 3. l) et 1. 3. 4. 5. m) Quem . . . insticia nostrum comitetur et ille 4. n) iusticię 3. o) *corr. ex* ut 2.

1) *Hugonem II. archiepiscopum Bisont.* 2) *Robertus I. episc. Lingonensis.* 3) *Reinaldi I. archiep.* 4) *Richerius archiep. Senon.* 5) *Hoc ad controversiam spectare videtur, quam Richerius cum Lugdunensi primate Galliae habuit.* 6) *Gaufredum.* 7) *Liemarum.* 8) *Conradum.* 9) *Liemarus et Conradus imperatorem in Italiam proficiscentem a.* 1091. *secuti erant; cf. Giesebrecht, 'D. Kaiserzeit' III, p.* 645. 10) *Heinricum episcopum.* 11) *Cf. Sigeberti Chron. (SS. VI, p.* 366) *a.* 1091: Bonae memoriae Heinricus Leodicensium episcopus, amator pacis et religionis, obit. *JAFFÉ.* 12) *Ogerio episcopo, cancellario Konradi regis Heinricique IV. imp.; cf. Dümmler, 'Anselm der Peripatetiker' p.* 88—91, *Bresslau, 'Urkundenlehre' I, p.* 351. 13) *Otto III. episc.* 14) *Guilelmus II. aut Iohannes III. episc.?* 15) *Cf. Quintilian.*

Qui convictus[a] erit, sedem non occupet ultra.
Nunc locus atque dies statuantur: Roma videtur
Congruus esse locus, quae totum iudicat orbem.
Nunc sibi provideat, sapiat sua iura tueri[b].
Sitque dies talis, quae causae[c] congruat isti.
Scilicet illa dies, qua[d] previa stella magorum
Fixit iter[1]; certique novo de rege fuere.
Illa dies, oro, sit nostri meta laboris,
Illa[e] suae[f] faciat certum rationis[g] utrumque'.

Annuit[h] Urbanus; venit hoc ad cesaris[i] aures,
Cesaris Heinrici[k] quarti dominantis in Urbe[l].
Pontifices, locus atque dies laudantur ab illo,
Pontifices illi dico, quos ambo vocarant[m].
Cesar[n] et hoc[o] dicit, quoniam, si cuilibet[p] horum
Papatum laudent, laudabit et ipse libenter.
Si neutri, quemcunque Deo donante levabunt,
Hunc velit, hunc laudet, si convenit, adiuvet[q] armis[r].

*) *In codicibus* 1. 2. 3. 4. *sequuntur hi versus ad rem nostram spectantes, quos ediderunt Eccard. l. l. col.* 3, *Jaffé l. l. p.* 110*:*

De papa Gregorio septimo et rege Heinrico quarto.

Quaerit apostolicus regem depellere regno.
Rex furit econtra, papatum tollere papae.
Si foret in medio, qui litem rumpere posset
Sic, ut rex regnum, papatum papa teneret,
Inter utrumque malum fieret discretio magna.

In cod. 3 *titulus magna ex parte a bibliopega deletus est;* septimo *om.* 2. 4, quarto *om.* 4. v. 3. Immedio 2. v. 5. discrecio 1. 2. 3.

a) luctus *al. man. corr.* convictus 4. b) teneri 6. 7. c) causa 6; que cause 4. d) quae 2. e) ille 8. f) dies; sue *supra* rationis 5. g) racionis 3. h) Auctor *praemittit* 8; Annuat 4. i) Cęsaris 3. k) Hienrici 1; henrici 2. 6. 7. 8; heynrici 5. l) orbe 1. 2. 3. 4. m) vocarent 5; notarant 6. 7; *versum* 78. *om.* 4. n) Cęsar ad 3. o) hec 1. 2. p) sꝫ qui 6. q) adiuvat 1. 2. 4. r) Explicit altercatio inter duos papas Clementem videlicet et Urbanum *addit* 8.

1) *Dies VI. Ianuarii.*

LIBER
DE UNITATE ECCLESIAE CONSERVANDA.

RECOGNOVIT

W. SCHWENKENBECHER.

Exeunte anno 1519. *Ulricus Huttenus in bibliotheca Fuldensi librum quendam manuscriptum repperit, quem, ut erat pulveribus obsitus et vetustissimis characteribus conscriptus*[1], *ante multos annos huc delatum et Heinrici IV. imperatoris aetate exortum esse, celeriter cognovit. Quo libro paulo accuratius Huttenus perlecto cum facile intellexisset, scriptum esse eum pro Heinrico IV. et contra Gregorium VII. papam, summo gaudio affectus epistolam misit de hoc nobili invento ad Eobanum Hessum*[2]. *Ille autem liber sine titulo, sine praefatione et, id quod maxime dolemus, sine fine erat, cuius in fronte neque quid contineret neque quo auctore conscriptus esset, ullum indicium erat. Nihilominus, cum multi alii libri contra Gregorium VII. scripti a monachis Cluniacensibus delerentur et illi ipsi 'quinque libri de vita Henrichi' ab Hutteno inventi*[3] *interirent, quod secundo casu fortunae hic potissimum liber nobis servatus est, maxime gaudemus. Qui liber utrum ab auctore ipso scriptus fuerit an exemplar fuerit descriptum, dubium est. Id autem verisimile est, eum paulo postquam in lucem editus sit, ab aliis clericis in exemplaria traductum esse et exemplaria in vulgus emanasse. Nam cum scriptor libro suo pugnaret contra papam et monachos Hirsaugienses, necessario id eius interfuit, ut animos Germanorum et causae imperatoris conciliaret et odio contra papam incenderet. Quod fieri non potuit nisi quam maxime et quam celerrime libro vulgato. Ergo si liber, quem Huttenus repperit, non ab auctore ipso scriptus erat, certe tamen vel exeunte saeculo XI. vel ineunte saeculo XII. descriptus erat. Iam vero de qua re in eo agatur, Huttenus*[4] *ipse his verbis docet: 'Est enim de unitate ecclesiae conservanda, de officio boni pastoris, de authoritate sacerdotali et imperii Romani dignitate conscriptus; tum schisma detestatur, seditiones et discordias tollit, pacem praedicat et studium veritatis adserit atque omnia haec euangelica doctrina et apostolorum ac prophetarum fulcit testimoniis'. Quo tali scripto cum suo iure Huttenus speraret, fore ut multae inanes fabulae de auctoritate papae fictae refellerentur, ut virtus Heinrici IV, quae incognita iacuisset et ab Italicis scriptoribus obscurata esset, e tenebris ad lucem revocaretur, ut doceretur, pugnam contra*

1) *Praefatio Hutteni p.* 2. 2) *Böcking, Opera Ulrici Hutteni I, p.* 313. 3) *Praefatio p.* 9. 4) *Ibid. p.* 2.

papam in Germania nihil novi inauditive esse, constituit hunc librum in lucem edere eumque typis exscribendum mandavit Ioanni Scheffero Moguntino. Itaque a. 1520. *in lucem emissus est cum titulo: 'De unitate ecclesiae conservanda, et schismate, quod fuit inter Henrichum IIII. imp. et Gregorium VII. Pont. Max. cuiusdam eius temporis liber, in vetustiss. Fuldensi bibliotheca ab Hutteno inventus nuper'. Atque cum illis annis res sacrae restaurandae agerentur, Huttenus eum librum ad Ferdinandum principem misit, fratrem Caroli imperatoris, quia sperabat, fore ut sententiis in illo libro expositis permoveretur, ne resisteret causae reformatorum.*

Liber autem manuscriptus non iam exstat, ac ne vestigium quidem restat, e quo appareat, quo ex manibus Hutteni delatus sit. Nuperrime Wilmans[1] *conatus est vestigia illius reperire, sed frustra. Atque quamquam bibliothecam Hutteni post eius mortem Eichstadium translatam esse Strauss*[2] *opinatur, tamen in nullo indice librorum manuscriptorum eius bibliothecae vestigium libri huius inveniri potest. Quod Huttenus de forma ac natura codicis dixit, iam supra commemoravi. Num autem praeter codicem ab Hutteno in bibliotheca Fuldensi repertum alter codex alicubi exstiterit, dubium est. P. Ewald b. m. in dissertatione sua de Walramo Numburgensi p.* 12—18. *contendit Aventinum ad Annales Boicos conscribendos codice nostro, quem in bibliotheca St. Emmerammi repperisset, usum esse. Atque quidem usum esse eum nostro libro negari non potest, cum afferat verba quaedam e capite* 19. *libri II. sumpta et cum quodam loco eundem rerum describendarum ordinem sequatur, qui nobis cap.* 28. *occurrit; sed hoc semper dubium erit, an editionem Hutteni typis exscriptam in manibus habuerit. Quae cum mense Martio anni* 1520. *typis exscripta sit neque Aventinus ante Iulium mensem anni* 1521. *quinque prioribus operis sui libris extremam manum imposuerit, non necessario sequitur, ut Aventino editio Hutteni incognita fuerit. Quas alias causas Ewald in dissertatione sua affert, quibus demonstret, etiam in monasterio St. Emmerammi alterum codicem libri nostri fuisse, tam leves sunt, ut me quidem adducere non possint, ut eum sequar. Nam, ut cetera missa faciamus, hoc quidem illi concedendum est, Georgium Fabricium in libro I. rerum Misnicarum p.* 90, *cum de Bennonis episcopi paenitentia auctorem anonymum attulerit, 'qui illius temporis historiam pro imperatore scripserit, quem in aede divi Hemerami Aventinus Ratisbonae, in Fuldana bibliotheca Huttenus invenerit', rem ipsam iisdem verbis prosequi, quibus Walramus*[3] *de eadem re utatur. Sed num huic Fabricio maior sit fides habenda, quam verbis Henrici Schütz*[4]*, qui dicit, Flacium Illyricum ipsum quoque apologiam Walrami edidisse, dubium est. Ceterum neque Aventinus usquam profitetur, se codice illo usum esse, neque verisimile est, hunc codicem eodem modo ac Fuldensem evanuisse*[5].

[Accedit, quod M. Sdralek (Die Streitschriften Altmanns von Passau und Wezilos von Mainz, Paderborn 1890*) p.* 33—35 *demonstrat, et Walramum et Aventinum ea quae in scriptis eorum ad conventum in loco qui Gerstungun dicitur actum pertineant, petivisse ex eodem fonte, ex libello Wizelini archiepiscopi Moguntini, quo pugnaret contra epistolam Ottonis Ostiensis. Cuius libelli Wizelini vestigia inveniri in apologia Altmanni Passaviensis.]*

Eodem saeculo, quo Huttenus hunc librum apud Schefferum typis exscribendum curavit, edidit eum Simon Schardius in libro de iurisdictione, auctoritate et praeeminentia imperiali ac potestate ecclesiastica, deque iuribus regni et imperii, Basileae

1) *SS. XII, p.* 148*; cf. Böcking I. ind. p.* 48. 2) *'Hutten' II, p.* 324. 326. 3) *Walr. II,* 25. 4) *Commentarius crit. de scriptis et scriptoribus histor., Ingolst.* 1761, *p.* 540. 5) *[M. Sdralek quidem (Die Streitschriften Altmanns von Passau und Wezilos von Mainz, Paderborn* 1890, *p.* 33—35*) Walramum et Aventinum communi fonte, libello scilicet Wezilonis archiepiscopi Moguntini, nisos esse contendit; sed neque hoc, neque Wezilonem talem libellum scripsisse argumentis idoneis probavit].*

1566. *Neque tamen haec editio critica est, sed redintegratio editionis principis. Quod idem dicendum est de editione, quam Freherus in sua collectione scriptorum rerum Germanicarum exeunte saeculo XVI. curavit. Struve in praefatione collectionis Freheri p.* 242. *dicit: 'Primus igitur hoc scriptum evulgavit Udalricus ab Hutten ex codice bibliothecae Fuldensis, praefixa ad Ferdinandum Austriae archiducem praefatione. Hunc secutus fuit noster Freherus, qui in sectiones quidem illud distinxit, numero tamen non adiecto, id quod demum fecit Goldastus, quem inde fuimus secuti. Ipsum autem Walramum opus suum in capitula distinxisse, docemur in lib. II, cap.* 6, *ubi scribit:* iuxta quod in secundo huius libri capitulo dictum est. *An vero sectiones, quas cum Goldasto exhibemus, sint genuinae, licet omnino dubitare' etc. Hunc Freherum igitur secutus est Melchior Goldastus in Apologiis pro imperatore Henrico IV, Hanoviae* 1611. *Cum autem apud Schardium finis tituli hic esset: 'Cuiusdam eius temporis theologi, quem quidam Venerici Vercellensis esse existimant' Goldastus, postquam quaestionem de auctore eius libri satis accurate perlustrasse sibi visus est, perinde ac si omnia explorata certaque sint, scribit: 'Reverendissimi et illustrissimi principis Waltrami episcopi Numburgensis apologia'. Goldastus totam disputationem in tres libros divisit et libros in capita, in quorum capitulorum divisione secutus est, ut ipse dicit, sectiones editionis Freherianae, licet nonnunquam parum commode intercisas et ab integra sententia interruptas. Anno* 1624, *cum scriptores rerum Germanicarum rariores fierent, a Wechelianis heredibus nova editio tomi primi Freheri adornata est. Et cum altera etiam collectionis Freherianae editio inter reliquas fere esset rarissima, publico consilio ratus tertiam editionem adornavit Struve Argentorati* 1717 [1]. — *Editionem principem secuti quae alii recte emendasse videntur recepimus, locis corruptis quantum potuimus, fontibus praesertim collatis, mederi studuimus, scribendi rationem mori saeculi XI. adaequavimus. Quod ad capitum divisionem attinet, plerumque secuti sumus Goldastum et Freherum. Cum autem, ut Goldastus quoque suo iure dicit, interdum sectiones capitum parum commode intercisae videantur et sermonis perpetuitatem interrumpant, interdum aliis locis orationem intercidimus, ubi autem Freherus et Goldastus initium capitis cuiusque esse voluerunt, numerum eorum in margine adiecimus.*

Quibus rebus expositis, nunc nobis explicandum est, quo tempore hanc apologiam scriptam esse putemus. Liber autem primus apologiae perpaucas, liber alter permultas res continet, e quibus colligi potest, quando totus liber scriptus sit. Nam quamquam auctor altero libro epistolam monachi cuiusdam Hirsaugiensis refellit, tamen multas res, quae in Saxonia, Thuringia, Hassia ab iis principibus et episcopis gerebantur, qui a Gregorii VII. causa stabant, tam accurate narrat, ut multas ipse vidisse, multas audisse, multis rebus interfuisse videatur. Lamberti annales in monasterio Hersfeldensi servatos ei in manibus fuisse vix dubitaverim [2]. *Primus locus, e quo elucet, quo tempore haec apologia scripta sit, est lib. I, c.* 3, *ubi verba:* quem per totum tempus imminentis belli, quod iam per 17 annos gestum est, Deus mirabiliter custodivit, *nos docent, hoc scriptum esse exeunte anno* 1090. *Initum enim est hoc bellum anno* 1073, *cum nobis dicendum sit, illud coepisse ab oppugnatione arcis illius quae Harzburg vocatur et a conventu in vico Wormsleben. Deinde nobis occurrit lib. I, c.* 17, *ubi legimus:* quod cum per hos 14 annos aut eo amplius frequenter temptatum sit, ad effectum tamen pervenire non potuit. *Quae verba quid sibi velint, ex iis quae sequuntur apparet. Pertinent enim ad studium papae deponendi Heinrici regis et Germanorum iurisiurandi solvendi. Primam epistolam, qua se iure excommunicasse regem et iuramentum Germanorum solvisse demonstrare conatur, et in qua provocat ad auctoritatem Zachariae et Stephani paparum, Gregorium VII.*

1) *Cf. praef. Struvii in editionem* 3. *collectionis Freherianae.* 2) *Cf. Giesebrecht ('Kaiserzeit' III, p.* 1097*) et infra p.* 191, *n.* 4.

mense Augusto anni 1076. *scripsisse ad Herimannum episcopum Metensem constat*[1]. *Iam antea ille quidem (a. d.* 9. *Kal. Martias anni* 1076*) Gregorius Heinricum regem excommunicaverat*[2], *et verisimile est, mense Iunio anni eiusdem epistolam ad episcopos et duces regni Germanici eum misisse, qua docere conatur, se suo iure Germanos a vinculo iuramenti absolvisse*[3], *sed in neutra earum affert exempla Zachariae aut Stephani. Si igitur incipientes a mense Augusto anni* 1076. *progredimur per* 14 *annos, pervenimus in finem anni* 1090.[4]

Sequitur alius locus, quo constitui potest, quando apologia scripta sit: lib. II, c. 17. *Hic legimus:* tunc quidem gesta sunt, quae superius dicta sunt vel de rebellione ac fuga Hildebrandi papae vel de consecratione Wigberti in pontificem sedis apostolicae vel ordinatione Henrichi regis, quando factus est imperator atque augustus iuxta dispositionem Romanae dignitatis. Ex illo tempore nunc est annus octavus, et ne adhuc quidem *etc. Res gestae, quarum hic locus facit mentionem, hunc temporum ordinem secutae sunt: a. d.* 11. *Kal. April. anni* 1084. *Wigberti consecratio fuit; prid. Kal. April. eiusdem anni Henricus ab eodem papa ordinatus est imperator; prid. Kal. Iulias anni* 1084. *fugit Gregorius cum Roberto Guiscardo ex urbe Roma. Ergo scripta sunt illa verba mense Iunio anni* 1092, *vel potius spatio temporis mense Martio et Iunio anni* 1092. *circumscripto. Denique respicienda sunt verba haec (lib. II, c.* 36*):* nunc autem aliter Mathilda illa instituta post octavum quoque annum, quo defunctus est Hildebrand familiaris eius, defendit pronissime *etc. Cum Gregorius VII. mortuus sit a. d.* 8. *Kal. Iun. anni* 1085, *efficitur, scripta esse haec verba medio anno* 1093. *Itaque videmus, totam apologiam conscriptam esse inde ab ultimis mensibus anni* 1090. *usque ad medium annum* 1093.

De qua re cum P. Ewald[5] *aliter sentiat eique Wattenbach*[6] *assentiatur, necessarium duco ad ea quae supra dixi nonnulla adicere. Ac putat ille quidem, si quis librum de unitate ecclesiae spatio temporis annis* 1091. *et* 1093. *circumscripto confectum esse iudicaret, propterea a vero aberraturum eum esse, quia nimis multos annos inter epistolam Gregorii, anno* 1081. *datam, et responsum, quod contineretur primo apologiae libro, interiectos esse statuendum ei esset. Neque enim verisimile esse, eum, qui studeret itemque posset verba Hildebrandi refutare, tam diu quievisse. At exstat epistola monachi cuiusdam Hirsaugiensis post annum* 1089. *contra Clementem papam scripta, qua, cum esset acerbitatis plena, facile fieri potuit, ut apologiae auctor ad scribendum incitaretur. Itaque non necesse est arbitremur, eum iam Gregorii epistola compulsum esse, ut adversarius papae exsisteret. Accedit, quod ex illis locis libri I. de unitate eccl. (c.* 3. 6. 12*), quibus nos cogi Ewald putat, vivo Hildebrando librum scriptum esse statuere, nihil argumenti peti potest. Nam quod legitur:* probet nunc ille Hildebrand, *inde non necessario efficitur, etiam vivo Hildebrando haec verba scripta esse. Sed ut nos quoque, ubi de scriptore aliquo iam dudum mortuo dicimus*[7], *praesenti tempore utimur, ita etiam de Hildebrando, quippe cuius mens in epistolis spiraret, illa verba facile dici potuerunt. Quid? quod ea non tam Hildebrandum ipsum quam eos respiciunt, qui eius partes sequebantur? Quod idem valet de verbis c.* 6*:* sed saepe dictus papa Hildebrand regem .... quaerit ita inhonorare, ut velit *etc. Nam hoc loco dicitur de epistola illa, cuius vis etiam tum vigebat, quamquam qui eam scripserat mortuus erat. Eodem modo explicanda sunt verba c.* 3*:* quaerit autem nunc aliquis pontificum deponere principem populorum. *Quae verba non aliter nisi per apostrophen, quam Graeci vocant, dicta sunt.*

1) *Cf. Jaffé II, p.* 241. 2) *L. c. p.* 224. 3) *Floto, 'Heinrich IV' II, p.* 95. 4) *Idem ostendit lib. II, c.* 6, *ubi iam legitur:* per hos 14 aut eo amplius annos praelia et seditiones agitis. 5) *L. c. p.* 39 *sqq.* 6) *'Deutschlands Geschichtsquellen' ed.* 5, *t. II, p.* 76. 7) *Auctor ipse quoque ita ubique fere de Augustino, Gregorio Magno, aliis dixit.*

Nunc transimus ad eam partem disputationis, in qua exponemus, quis librum de unitate ecclesiae conservanda scripserit. De qua re qui scripserunt tanta sunt in varietate ac dissensione, ut omnium eorum molestum sit dinumerare sententias. In hac enim re et hoc videndum est, ne quod non satis explorate cognitum sit statuamus sive defendamus, et hoc, ne conatu omnino desistamus perinde ac si de hac re neutram in partem certi quicquam constitui possit. Huttenus de scriptore apologiae nostrae nil diiudicat et generatim atque universe dicit[1]*: 'Exiliit confestim hic quisquis fuit, certe malus esse non potuit, qui sic scripsit, exiluit et optimam caussam optime tueri aggressus est'. Postquam etiam novissimis temporibus nonnulli de hac quaestione disputaverunt, id maxime rem causamque continet, utrum Walramus*[2] *episcopus Numburgensis apologiam scripserit an monachus quidam Hersfeldensis, cuius nomen constitui non possit, vel potius, utrum is monachus Hersfeldensis, qui librum de unitate ecclesiae conservanda scripserit, postea, sed priusquam finem scribendi faceret, episcopus Numburgensis factus sit necne. Nonnulli eorum, qui hanc causam tractaverunt, existimant, de scriptore libri nostri nihil amplius dici posse quam monachum eum fuisse Hersfeldensem. Velut Helmsdörfer*[3] *dicit, nihil aliud de scriptore huius libri dici posse, nisi eum scripsisse anno* 1093. *et scripsisse in monasterio Hersfeldensi, quod eluceat ex capitibus II,* 28. 31—33. *Idem fere sentit Berger in disputatione sua*[4]*, qui vult, nihil de nomine auctoris dici posse, nisi eum monachum Hersfeldiae fuisse*[5]*. De quibus rebus quid ego sentiam, nunc breviter explicabo. Hoc inter omnes constat, scriptorem huius libri monachum Hersfeldensem fuisse. Nam e capitibus* 16. 28. 31. 32. *libri II. dilucide apparet, eum mense Augusto anni* 1086, quando porrexerunt in orientalem Franciam ad patrandum illud circa Wirziburg magnae occisionis scelus *(II,* 31*) Hersfeldiae fuisse. Etiam exeunte anno* 1087, *cum Egbertus se supplicem imperatori dedidit et fidem promisit apud Hersfeldiam, videtur scriptor huius libri ibi fuisse. Num autem etiam postero tempore Hersfeldiae fuerit, dubium est; fuisse ibi eum, certe non ex illis locis quos commemoravi colligi potest. Nam quod Helmsdörfer*[6] *dicit, verbis* sancta nostra *et* ad vivum nos tetigit *(c.* 28, *lib. II) nos impediri, quominus Walramum episcopum Numburgensem id scripsisse statuamus, vix necesse est, quod refutetur. Nam si dico de rebus, quibus una cum aliis hominibus interfui, et quae mihi simul cum aliis acciderunt, uti possum verbis 'nos' et 'noster', quamquam longissime absum ab illo loco, quo haec facta sunt. Quamquam igitur nihil habemus, cur putemus, scriptorem huius apologiae proximis deinceps annis non Hersfeldiae*

1) *Praef. p.* 9. 2) *Waltramus nomen scribitur Ann. S. Disib.* 1090, *SS. XVII, p.* 9 *sqq. Sed Ann. Pegav., SS. XVI, p.* 242, *eum Walrabanum (Walravanum), G. archiep. Magd., SS. XIV, p.* 406 *Walrabonum dicunt, in diplomatibus vero Gualeramus vel Gwaleramnus legitur (Lepsius, 'G. d. Bisch. v. Naumburg', p.* 235. 236*); ita ut forma Walramus praeferenda esse videatur. G. W.* 3) *'Wilhelm v. Hirschau', 1874, p.* 27. 4) *'Zur Kritik der Streitschrift de unitate ecclesiae conservanda', Halle* 1874, *p.* 3. 4. 5) *Etiam Sdralek dicit p.* 33 *l. c.: 'Weder Giesebrecht III,* 1050 *noch Wattenbach (Deutschl. Geschichtsquellen II,* 76*) erkennen die Gründe für stichhaltig an, welche für Walram von Naumb. als Verfasser der Streitschrift de unit. eccl. cons. geltend gemacht worden sind'. At quae sunt illae causae inanes? Giesebrecht re non in controversiam deducta loco citato statuit Walramum esse auctorem. Wattenbach autem loco citato persequitur, quod Ewald de tempore libri conscripti senserat, nec aliud quicquam, quod ad hanc quaestionem pertineat, addit nisi auctorem libri esse dubium. Quod Wattenbach ne in quinta quidem editione libri sui rationem habuit argumentorum, quae contra sententiam Ewaldi de tempore apologiae scriptae attuleramus, praesertim cum etiam G. Waitz ea probasset, dolemus. Ad auctorem autem huius apologiae quaecumque spectant qui accuratius consideraverit, nostra quidem sententia facere non poterit, quin statuat partem huius libri in coenobio Hersfeldensi scriptam, alteram partem inde ab cap.* 15, *libri II. alio loco.* 6) *L. c. p.* 27.

mansisse, tamen anno 1091. *aliquid accidit, quo certissime eum adductum esse, ut illud coenobium relinqueret, nobis putandum sit: scilicet quod Fridericus Gosecensis abbas introductus est. Cum Kal. April. anni* 1089. *Guntherus episcopus Cicensis mortuus esset, Fridericus abbas Gosecensis electus est episcopus. Qui ut investituram imperialem assequeretur, contendit ad Heinricum IV, qui tunc temporis Veronae erat. Qui ubi causam itineris eius audivit, aegre tulit, quod Fridericus sine permissione ac consensu suo electus esset, et dixit Cicensibus, quamquam pro hac temeritate iis poena solvenda esset, qua ausi essent contra decreta antecessorum suorum eligere episcopum, tamen, ne potestate potius quam gratia uti videretur, se electionem quidem factam ignoscere, sed irritam fore censere. Cicenses, hoc responso imperatoris perturbati, tamen non destiterunt incepto, sed inde a* 30. *Nov. usque diem nat. Christi pro electo fideliter laborabant; atque regis sententiam importunitate sua mutassent, nisi eodem die festo legati monasterii Hersfeldensis venissent et nuntiassent, abbatem Hartvigum obiisse*[1]. *Rex igitur, hac honesta occasione accepta, omnibus viribus contendit, ut abbatem Fridericum praeficeret illi monasterio. Cui voluntati imperatoris denique, quamvis invitus, Fridericus obsecutus est, et* 4. *Non. Febr. Hersfeldiae ab abbate Fuldensi introductus est*[2]. *Repudiato igitur Friderico, imperator Walramum elegit episcopum, qui consecratus est ab Hartvigo archiepiscopo Magdeburgensi*[3]. *Cum Heinricus imperator* 4. *Idus April. anni* 1090. *Veronae esset, nec, quin illud iter Fridericus Veronam susceperit, in dubium vocari possit, efficitur, ut Fridericus ad gubernacula coenobii Hersfeldensis accesserit* 4. *Non. Febr. anni* 1091. *Atqui Fridericus, summo studio causam papae amplexus, eius dominationis acerrimus vindex exstitit. Nec mirum est, quod imperator noluit, episcopatu ecclesiae Numburgensis eum fungi, cuius avunculus socius fuisset illius coniurationis, cuius Lambertus*[4] *mentionem facit, et qui ipse abbatiam S. Georgii e manibus Rudolfi regis accepisset. Quibus omnibus consideratis quisquam putabit, apologiam de unitate ecclesiae conservanda in eodem coenobio, cuius gubernacula homo causae Gregorii VII. papae toto animo addictus teneret, scriptam et sub oculis eius annis* 1090—1093. *perfectam esse? Certe nemo. Ergo reliquit scriptor libri nostri Hersfeldiam et se contulit in aliam terram. Et in Saxoniam quidem se contulit. Nam cum scriptor inde a. l. II, c.* 15. *minus in refutandis verbis adversariorum quam in accurate tradendis et depingendis iis rebus versetur, quae gestae sunt ab episcopis Hartvigo Magdeburgensi et Burcardo Halberstadensi et marchione Egberto, qui omnes partes Gregorii VII. sequebantur, et cum multa accuratissime describat, eum haud longe abfuisse ab ea parte Germaniae, in qua haec facta sunt, opinamur*[5].

1) *Non intellego, quid verba P. Ewaldi (Sybels H. Z.* 34, *p.* 415*) sibi velint, qui putat scriptorem apologiae abbatem Hersfeldensem fuisse.* 2) *Cf. Chron. Gosec. SS. X, p.* 149. 3) *Gesta archiep. Magd., SS. XIV, p.* 405; *Paul Lange, Chron. Numburg. p.* 345. 4) *SS. V, p.* 196. 5) *[Quas rationes minime mihi persuadere confiteor. Quis enim dubitabit, quin in multis eius temporis celebrioribus monasteriis monachi interdum in diversas partes discesserint? Neque video, cur non Friderico abbate regnante, qui eodem tempore Gosecense monasterium administrabat, monachus quidam quae sentiret, clam vel palam litteris mandaverit. Quod auctor in Saxoniam transmigrasse putatur, ut quae de Hartvico Magdeburgensi aliisque narrat, cognosceret, cum Hersfeldia partibus illis proxime sita esset, tali rationi eo minus cedam, quod etiam Lambertus monachus Hersfeldensis multa ad res Saxonicas spectantia in Annalibus suis tradiderit. Cum vero argumenta, quae alii, praecipue P. Ewald, attulerunt, ut Walramum auctorem libelli fuisse probarent, non magis placeant neque unicum testimonium existat, unde opinio illa vaga et inanis certior fiat, nihil mea quidem sententia statuendum erit, nisi monachum quendam ignotum Hersfeldensem librum composuisse. Qui auctor quin etiam monachus fuerit, cum opusculum finiret, eo minus dubito, quod in ipso fine libri II. vehementer in monachos Hirsaugienses sive Cluniacenses*

Quae cum ita sint, tamen si inde efficeremus, episcopum Walramum Numburgensem apologiam scripsisse, profecto temere id colligeremus. Sed accedunt nonnullae causae, quibus adduci possumus, ut Walramum apologiam scripsisse putemus. Si volumus, illum monachum Hersfeldensem, qui scripsit hunc librum, Walramum fuisse, necesse est statuamus, eum imperatori Heinrico iam antequam episcopus fieret notum fuisse. Hartvigum illum quidem abbatem Hersfeldensem cum imperatore amicitia quadam iunctum fuisse, sine ulla dubitatione confirmaverim; neque vero solum abbatem, sed plurimos monachorum illius coenobii imperatori aut saltem coniugi eius notos fuisse, inde apparet, quod Lambertus[1] *narrat, Bertham reginam pridie Idus Febr. anni* 1074. *in coenobio Hersfeldensi filium peperisse; quem baptizatum esse ab Ezzone Altenburgensi episcopo et ab abbate et aliis plerisque fratribus Hersfeldensis coenobii de sacro fonte susceptum esse. In quo numero etiam scriptorem libri nostri fuisse ut putemus, adducimur eo, quod praeter ceteros quadam auctoritate floruisse videtur. Nec mirum. Qui enim tanta acie et celeritate ingenii causam imperatoris agit, qui mente omnia fere scripta patrum ecclesiasticorum comprehendit, cuius animo obversantur omnia eorum verba, quae ad rem Heinrici defendendam pertinent, eum inter monachos illius coenobii principem locum tenuisse, nonne naturae consentaneum est? Quam nostram sententiam verbis apologiae ipsius confirmari videmus, cum legamus (II,* 16. 31*), eum cum aliis ad Herimannum regem missum esse, ut ei supplicaret, ne exercitus Saxonum coenobium devastaret.*

Iam vero ad alteram causam explicandam transeamus. Notum est, illo tempore cum Hartvigus archiepiscopus Magdeburgensis cum Herimanno et Burcardo episcopis ad Danos fugissent, in locum depulsi ab imperatore 3. *Idus Iulias anni* 1085. *Hartvigum, qui usque ad illud tempus abbatiae coenobii Hersfeldensis praefuerat, suffectum esse. Cum autem anno* 1088, *mortuo Burcardo episcopo Halberstadensi, Hartvigus ille fugatus in gratiam imperatoris rediisset, Hartvigus Hersfeldensis ab imperatore iussus est episcopatu se abdicare. Itaque huic nihil aliud reliquum erat, nisi ut Hersfeldiam rediret. At quanta in ea re erat acerbitas! Quantam inde in imperatorem redundasse invidiam putas! Nec mirum, quod non ille solus, sed cuncti quibus praeerat monachi irascebantur imperatori, quippe qui tam leviter decretorum concilii Moguntini (Maii a.* 1085*) oblitus esset. Atque vero etiam imperatorem meminisse putaverim, se male gratiam retulisse Hartvigo pro magnis eius in ipsum meritis et iniurias attulisse omnibus illis hominibus sibi addictis, qui post synodum Moguntinam omnibus viribus contenderant, ut unitas adversariorum Heinrici rescinderetur (De unit. eccl. II,* 28*). Atqui huius iniuriae sarciendae imperatori facta esse potestas vivo Hartvigo non videtur. Qua re cum imperator exeunte anno* 1090. *certior factus esset, mortuum esse Hartvigum abbatem, ei in mentem hoc venisse contenderim, sese mortuo illi aliquantum debere, sibi eas iniurias resarciendas esse, quas ingrato animo monachis illius coenobii intulisset. Quam facile igitur fieri potuit, ut, quo noluit Fridericum Gosecensem fungi, episcopatum Numburgensis ecclesiae traderet scriptori huius libri, monacho eius coenobii, cuius abbati gratias non potuerat reddere vivo, ei monacho illius monasterii, qui quidem librum suum nondum in lucem ediderat, sed qui et acie ingenii et studii fervore,*

invehitur, qui per tota saecula XI. et XII. a ceteris monachis ordinis S. Benedicti propter habitum irregularem impugnabantur. Hersfeldensibus autem ipsis habitum aliaque Cluniacensium valde displicuisse ex epistola Cassinensium ad Hartvicum abbatem missa, quam edidit E. Dümmler, 'Neues Archiv' III, p. 189, *hodie haud ignoramus. Invectiones igitur in fine l. II. annexas nullum nisi monachum scripsisse elucet, cum totum illud certamen non nisi inter monachos gereretur, neque credibile sit, alicui personae nisi monacho in mentem venisse, tam diffusas expositiones de monachorum habitu et de regula S. Benedicti tractatui politico adiungere. S.J.* 1) *SS. V, p.* 206. 207.

quo causam Heinrici susceperat, certe praeter omnes fratres suos florebat, ei monacho, quem suspicamur coenobio Hersfeldensi praefuisse illis annis, per quos Hartvigus archiepiscopus Magdeburgensis erat, et qui, sicut anno 1086. *ad regem Herimannum missus erat (II, c.* 16*), ita legationi Veronam missae fortasse praefectus erat.*

Praeter has quas commemoravi causas mihi occurrunt nullae, quibus movear, ut Walramum episcopum Numburgensem apologiam scripsisse contendam. Nunc autem quaerimus, num quid sit, quod nos impediat dicere, Walramum scriptorem huius libri esse. Est quidem nihil. Nam Walramus fuit episcopus Numburgensis inde a mense Februario anni 1091 *(ut supra vidimus) usque ad annum* 1111[1]. *Deinde notum est, Walramum summo studio partes Heinrici imperatoris secutum esse. Nam exstat eius epistola quaedam ad comitem Ludovicum Thuringiae infra edenda*[2], *qua eum invitat, ut causam imperatoris amplectatur et papae deserat. Eodem libro (p.* 15*) de Anselmo archiepiscopo Cantabrigiensi narratur:* Ad Walramum quoque Numburgensem episcopum de processione Spiritus sancti scripsit epistolam, in cuius capite ipsum Walramum episcopum, fautorem Henrici, vehementer redarguit *etc. Cuius epistolae initium severis verbis plenisque castigationis scriptum hoc est:* Scienti breviter loquor. Si certus essem, prudentiam vestram non favere successori Iulii Caesaris et Neronis et Iuliani Apostatae contra successorem et vicarium Petri apostoli, libentissime vos ut amicissimum et reverendum episcopum salutarem[3]. *Lepsius*[4] *putat, Walramum consuluisse Anselmum de erroribus ecclesiae Graecae et ex eo quaesivisse, nonne tunc accommodatum esset tempus tollendo schismati, quod ecclesiae Romanae cum Graeca intercesserat. Cui sententiae si adstipulamur, sequitur, ut Walramus non solum unitati ecclesiae Romanae, sed etiam paci inter utramque ecclesiam restituendae maxime operam dederit. Nam Walramum epistola sua ad comitem Ludovicum data nihil aliud appetivisse, nisi ut unitas in ecclesia Romana restitueretur, ex ipsis eius epistolae verbis elucet. Nonne enim in ea nobis occurrunt verba Walrami, quibus comitem ad pacem ecclesiae servandam compellit? ut:* omni regno utilis est concordia *et alio loco:* Tu igitur, gloriosissime princeps, attendens, quomodo Deus pacis est et non dissensionis, quod ex te est, pacem cum omnibus habeas. *Iam vero ad alias similitudines. Quo utitur sermone et genere dicendi, quem tenet modum disputandi et disserendi in epistola ad Ludovicum missa Walramus, easdem res sequitur scriptor libri qui est de unitate ecclesiae conservanda. Deinde, ut omnium qui tunc erant hominum doctorum disputationes auctoritatem scripturae sacrae sequebantur, atque ex ea argumenta gravissima petebant, ita neque Walramus in illa epistola neque scriptor apologiae nostrae quicquam divinitus ratum habent, quod non ductum sit ex librorum sacrorum sententia; sed mirum est, quod ex locis novem, quos Walramus ex scriptura sacra affert, non minus quinque in libro de unitate eccl. cons. invenimus: Rom.* 13, 1—2*; Rom.* 10, 3*;* 1. *Ioh.* 4, 16*;* 1. *Ioh.* 3, 15*; Gal.* 1, 8. *Denique, ut Walramus in illa epistola dicit, quod Hildebrandus, Rudolphus, Herimannus, Eggebertus, innumeri principes, qui Dei ordinationi in Heinrico imperatore restitissent, tam foede periissent, divino quodam iudicio factum esse, ita legimus in libro nostro (lib. II, c.* 35*):* Neque enim diu circa Egbertum marchionem ultio divina cessavit, *et (lib. I, c.* 3*):* quorum unus *(Rudolphus)* in praelio cecidit, alter *(Herimannus)* in expugnatione unius castelli miserabiliter occubuit. *Item scriptor apologiae nostrae (lib. II, c.* 7*), ut Hildebrandus in exilio diem supremum obiret, iustitia divina constitutum fuisse putat et de Sergio successore eius*

1) *V. Chron. Citiz. p.* 178*; Schöttgen et Kreysig, Diplomataria et scriptores histor. Germaniae medii aevi II, p.* 154—156 *C; Necrol. Bamberg.:* II. Id. April. Walramus Cicensis episcopus *(Jaffé, Bibl. V, p.* 557*).* 2) *Annales S. Disib., SS. XVII, p.* 10. 3) *S. Anselmi Opera ed. Gerberon, Parisiis* 1721, *p.* 135. 4) *'Geschichte der Bischöfe des Hochstifts Naumburg vor der Reformation',* 1846, *p.* 31.

dicit (II, 17*):* cuius scilicet honoris rapinam non diu impunitus tenuit, quoniam interiit, ex quo scilicet divino iudicio manifestum est, qualis etiam ipse fuerit.

Walramo praepositus erat Hartvigus archiepiscopus, qui a Gregorio papa stetit. Is ordinavit Walramum. Deinde nobis narratur[1]*, coenobio Pegaviensi a comite Wigberto exstructo et anno* 1095. *perfecto, Hartvigum archiepiscopum* 7. *Kal. Aug.* 1096. *Pegaviam venisse et, cooperantibus ei tribus episcopis Albuino Merseburgensi, Walrabano Cizensi, Ezelino Havelbergensi, coenobium consecrasse. Nonnulli homines docti hac in re offenderunt eaque potissimum permoti sunt, ut librum de unitate eccl. cons. Walramo episcopo Numburgensi abnuerent. Neque enim fieri potuisse putant, ut hic episcopus Hartvigum, quippe qui ei praefuisset, eum ordinasset, cum eo una apud Wigbertum comitem fuisset, nonnullis locis libri sui pseudoepiscopum (II,* 35*) atque etiam stultum pastorem (II,* 25*) cum quadam contumelia appellaret. Talia facere non solum impudentis, sed etiam imprudentis esse, cum his verbis vim et auctoritatem suae ipsius ordinationis tolleret. At fuit tunc temporis ne una quidem provincia, in qua omnes episcopi idem sentirent et non praeclarum illud Terentii vere dictum esse probarent: 'quot homines tot sententiae'. Accedit, quod scriptoris apologiae nostrae inimicitia contra papam omnesque qui ab eo starent certe non magis nota omnibus fuit, quam Walrami, qui se adversarium papae epistolis ad Ludovicum comitem (*1094*) et ad Anselmum (*1098*) datis exhibuit. Nam, cum Walramus ab Hartvigo initio anni* 1091. *ordinatus atque liber qui est de unitate eccl. cons. non ante annum* 1093. *in vulgus, fortasse sine nomine auctoris, editus sit, certe non hoc libro aut scriptoris infesto animo impeditum esse Hartvigum intellegimus, quominus episcopum ordinaret.*

De vita Walrami episcopi nihil amplius notum est, quod ad id quod nos quaerimus, num scriptor esse potuerit libri nostri, pertineat; nisi hoc unum huc spectat, quod supremo aetatis suae tempore ad partes papae transiit[2]. Glorificat Deum in me catholica ecclesia, quoniam in nostra mutatione divinae bonitatis apparet gratia. Gratia Dei sum id quod sum; ex Saulo Paulus; ex adversario Romanae ecclesiae intimus Paschali papae, acceptissimus cardinalium consecretarius; et in omnibus in hac parte prosperos spero successus. Ioseph in domo Pharaonis, ego in palatio Henrici imperatoris. *Ignoramus, quo anno haec epistola ad Anselmum missa sit, sed id certe constat, hanc studii ac voluntatis in Walramo commutationem, cuius illa epistola testis est, non ante mortem Heinrici IV. et concilium Guastallae (*1106*) habitum esse factam. In quo concilio cum omnes episcopi, qui temporibus discidii sive schismatis ordinati erant, auctoritate papae confirmarentur, qui quidem non per fraudem introducti vel scelerati vel simonistae essent, non mirum est, quod is, qui tanto studio ac desiderio unitatem ecclesiae appetivisset, statu rerum mutato, ad papam animo inclinavit.*

Haec quae de vita Walrami nobis litteris tradita sunt, si cum iis rebus comparamus, quas de scriptore huius apologiae ex eius ipsius libro audimus, si quaerimus, utrum Walramus librum scripserit necne, res nobis ita diiudicanda est: Multa sunt quibus adducamur, ut Walramum librum qui est de unitate eccl. cons. scripsisse arbitremur, nihil est quo impediamur, quominus hoc statuamus. Sed causa non exstat, qua cogamur dicere, Walramum illum librum scripsisse, nec umquam exstabit, nisi forte alius codex reperietur, qui habeat nomen auctoris. Cum igitur res gravior sit, quam ut levi coniectura pendatur meliusque in re dubia peccetur in eam partem, quae est cautior, quam quae est audacior, etiam nos litem quasi sub iudice relinquimus. Attamen hoc nobis sumimus, tam veri simile esse, Walramum scriptorem huius libri fuisse, ut ei gloriam, quam sibi apologia conscripta paravit et qua usque ad hunc diem nullo repugnante fructus est, praereptam nolimus. Atque quidem Hersfeldiae usque ad cap. 14. *libri II, inde ab hoc capite Numburgi scripsit. Nam insunt in*

1) *Ann. Pegav. ad a.* 1096, *SS. XVI, p.* 245. 2) *S. Anselmi Opera p.* 137—140.

cap. 15. *libri II. nonnulla, quae indicio sunt, satis longum intervallum temporis interiectum esse inter hoc caput et capita quae sequuntur. Hoc enim capite, cuius in initio idem verbum Augustini locum habet, quod nobis c.* 1. *lib. I. occurrit, multa repetuntur quae supra dicta erant, comprehenduntur quae singillatim antea exposita erant. Accedit quod caput* 17. *libri I. scriptum est ante finem anni* 1090, *cap.* 17. *libri II, tempore duorum fere annorum interiecto, anno* 1092. *Quae intermissio a scribendo facta esse videtur itinere Numburgum suscepto.*

Liber vero e tribus partibus constat, quarum prima refutationem epistolae ab Hildebrando ad Herimannum episcopum Metensem missae continet, in quarum altera impugnatur epistola monachi cuiusdam Hirsaugiensis contra Clementem III. papam, in quarum tertia, quae non ad finem ducta est, agitur de vi sacramentorum.

1. *Postquam Heinricus IV. poenitentia Canossae acta anathemate se solvit, papa, qui nihil aliud spectabat, nisi ut Germaniam in duo regna divideret divisaeque imperium assequeretur, conventum agere in hac terra constituit, in qua de causa regis et principum decerneret. Cum autem Saxones metuerent, ne in illo conventu consilia caperentur, quibus opes Heinrici nimium crescerent, papa coactus est conatu suo desistere. Itaque de integro inter Heinricum et Saxones bellum exortum et utrimque ad arma concursum est. Brevi autem Saxones, dubia fortuna belli perniciosi defessi, de pacis condicionibus cum rege agere coeperunt. Quae pax quod composita esset quamquam papa aegre tulit, animusque eius odio incendebatur in regem, eo quod legati in synodo (*11. *Febr.* 1079*) de iniuriis querebantur, quae amicis papae in Germania allatae essent, et quamquam tunc temporis voluntas ac studium eius ad Rudolfum regem inclinabat, tamen non destitit cum Heinrico agere de conventu in Germania habendo; nec dubium est, quin, si uterque rex decretis illius concilii se subiunxisset, papa totam Germaniam in duo regna divisurus fuerit. Cum autem etiam is conventus, quem in oppido Wirziburgo agi papa voluerat, ad irritum caderet, id quod legati papae alius vitio regis alius culpa Saxonum factum esse dicebant, papa intellexit, si ea via insidiosa et ancipiti pergeret, se omni auctoritate, quam apud Germanos usque tunc habuisset, destitutum fore. Itaque cum, rege Heinrico apud Flarchheim victo, Saxones papae eiusque doloso ancipitique modo agendi omnes miserias belli et discordiae tribuerent, ille coactus aut ad regis aut ad Saxonum causam se applicare, pro rerum statu partes Saxonum sequi decrevit. Quo facto, de integro Heinricum (*7. *Mart.* 1080*) anathematizavit, cuius anathematis initium spectat illud quod* 21. *Febr.* 1076. *dictum erat*[1]. *Iam anno* 1076. *papae permagni intererat, in instanti pugna non solum in Italia socios habere, sed studuit etiam Germaniae episcopos et principes sibi conciliare. Et contigit ei quod optaverat. Nam, cum Saxones audirent regem denuo anathematizatum esse, maxime permovebantur. Iam ad alios Gregorius ipse epistolas dedit, et a synodo nuntiis missis ad Udonem Treverensem, Theodericum Virdunensem, Herimannum Metensem, eos precatus est, ut redirent in ecclesiam*[2]. *Tunc Herimannus, quippe qui iam Wormatiae (*24. *Ian.* 1076*) anxie dubitasset ei decreto assentiri, quo Hildebrandus iussus erat pontificatu se abdicare*[3], *litteris acceptis, infestissimus regis adversarius exstitit. Aliis episcopis Germaniae diem vinculorum Petri (*1. *Aug.) constituit Gregorius, usque ad quam vellet illi sibi adiungerent. Sed cum non omnibus posset iniungere servitutem et oboedientiam, epistolam illam scripsit:* Audivimus quosdam[4]. *In numero fidelissimorum tunc erant Rudolfus, Welfus, Bertholdus duces et Gebehardus, Adalbero, Altmannus episcopi, qui inter se consenserant, omnibus modis regi repugnandum esse. Quibus iam illo tempore se adiunxerat Herimannus Metensis. Huc spectant duae epistolae aestate anni* 1076. *conscriptae, in quibus Gregorius dicit, se maxime gaudere, quod illi principes omnibus viribus contenderent, ut regem ad*

1) *Jaffé, Bibl. II, p.* 398. 222. 2) *Ibid. p.* 226. 3) *Ibid. p.* 453. 4) *Ibid. p.* 535.

oboedientiam perducerent, et in quibus concessit, ut ii absolverentur, quos, regis partibus relictis, vitae usque illuc actae poeniteret. Cum autem multi opinarentur regem ipsum, si poenitentiam ageret, absolvi posse a quolibet episcopo Germaniae, scripsit (25. Aug. 1076) papa ad Herimannum Metensem epistolam, qua ne id fieret prohibere studuit[1]. *Qua epistola papa neminem absolvere posse regem, nisi cui ipse ius ac potestatem dedisset, docuit iussitque sibi nuntiari, si poenitentia ac dolor regis apparerent, ut mittere posset cum quibus principes constituerent, quibus condicionibus fieri posset absolutio regis. Inde igitur apparet, iam illo tempore, cum rex a papa primum (Febr. 1076) anathematizatus esset, amicitiam quandam intercessisse inter papam et Herimannum Metensem, per quem omnes ceteros episcopos Germaniae ad se traducere et ad suam voluntatem perducere studuit. Nec mirum est, quod papa, cum rerum statu, quem supra exposui, coactus esset regem anathemate ligare (7. Mart. 1081), de integro epistolam ad Herimannum dedit, et ut 'corroboraret per hoc animos partium suarum, quatinus tuto relinquerent regem suum (De unitate eccl. cons. I, 2) et ut fidem labefactatam Herimanni confirmaret' (l. c. I, 4), qui tam diu in aula regis morabatur, quam inter Saxones et regem de condicionibus pacis agebatur et qui dubius fuisse videtur, num papa haberet ius regis imperio privandi. Nam etsi constat, ex omnibus maxime episcopos et Metensem et Passaviensem id egisse, ut animum Hildebrandi sibi conciliarent et ad causam Saxonum suscipiendam perducerent, tamen Herimannum sua sponte et ultro optasse, ut sententia sua dubia argumentis confirmaretur e verbis Gregorii ipsius colligi potest:* Quod autem postulasti, te quasi nostris scriptis iuvari ac praemuniri contra illorum insaniam *etc.*[2] *Itaque Gregorius praeclaram illam epistolam (15. Mart. 1081) scripsit, quae illi epistolae persimilis est nec quicquam aliud continet nisi accuratius et longius expositum argumentum superioris epistolae. Cuius refutatio primi libri est argumentum.*

2. *Altero libro Walramus epistolam monachi cuiusdam, cuius nomen ignoramus, refutat. Haec grandis (c. 6) epistola, quae contra Clementem papam (c. 2) et contra regiam potestatem (c. 37) pro defensione Gregorii (c. 6) scripta erat, venit ex schola monachorum de Hirsaugia (c. 37). Respondetur in hac epistola ad omnia, quae in Wigberti epistola inveniuntur,* sed quis sit, *ait,* ad quem scribat, textus scripturae non indicat, cum nec proprii nominis, nec eius ad quem scribitur epistola vocabuli mentionem aliquam scriptor fecerit *(III, 2). Epistola autem Clementis, ad quam ab illo anonymo respondetur, scripta est anno* 1089, *in qua agitur de synodo habita Romae*

1) *Jaffé II, p.* 238. 241. 2) *Ibid. p.* 453. 3) *Nam (c.* 22*) nobis occurrunt tres loci in illa epistola, ad quos ab anonymo apud Walramum respondetur. Scriptum enim legimus (Libelli de lite I, p.* 625*):* illam synagogam satanae ad reddendam impietatis suae rationem litteris et nuntiis ad synodum convocavimus; *et apud Walramum (II,* 2*) verba anonymi:* Sed non praetermittendum, quod Wigbertus se servum servorum Dei nominat mentiendo, sanctam vero matrem ecclesiam . . . satanae synagogam appellat. *Item in epistola Clementis legimus ibid. p.* 623*:* Dicunt enim *(adversarii),* sacramentum corporis et sanguinis domini nostri Iesu Christi, consecrationes chrismatis, immo quaecumque ad episcopale et sacerdotale officium pertinent, ab iis qui sectae eorum non communicant celebrata, nulla prorsus esse sacramenta et nihil aliud suscipientibus nisi damnationem conferre; *et infra:* . . . quibus manifestissime declaratur, non solum apud nos, verum etiam apud scismaticos et hereticos haec omnia esse rata nec ulla umquam ratione iteranda; *et infra (p.* 625*) affert Clemens verba Augustini:* ita ergo nec foris sicut nec intus quisquam, qui ex parte diaboli est, potest vel in se vel in quoquam maculare sacramentum, quod Christi est. *Huc spectat quod apud Walramum (II,* 4*) scriptum invenimus:* Sciendum autem, quod Wigbertus arguit catholicos asserere, illa quae fiunt extra ecclesiam sacramenta non esse nec aliquam damnationem cuiquam conferre . . . . assumitque in testimonium assertionis suae Augustini sententiam. *Denique affert adversarius Clementis*

1089. *Exstat tomo I, p.* 621—626[3]. *[Epistolam, quam auctor Libelli refutare studet, e fragmentis M. Sdralek l. l. p.* 164—172 *restituere conatus, in hoc graviter errat, quod eam ab Altmanno episcopo Passaviensi (p.* 67—82*), cui inanibus nisus argumentis etiam Librum canonum (Libelli de lite I, p.* 471—516*) vindicat, compositum esse arbitratur*[1]. *Recte autem cognovit, auctorem epistolae opusculo illo Bernhardi saepius ita usum esse, ut quasdam partes ad verbum exscriberet, auctoritates non semel inde sumeret. Quos locos ex Libro canonum sumptos ubique adnotavi. S.].*

Inde a capite 16. *libri II, relicta re proposita, quippe ad quam disputatio solis capitibus* 22. 24. 25. *redeat, Walramus non tam epistolam impugnat, quam enarrat omnes res ab iis in Saxonia gestas, qui causam Gregorii non solum defendendam susceperant, sed etiam principes eius partium exstiterant. Quibus omnibus rebus describendis quamquam id solum agit Walramus, ut demonstret, suam atque suorum causam iustam esse, adversariorum iniustam, tamen omnes res, quae intra annos* 1080—1090. *gerebantur, tam accurate et tam incorrupto iudicio memoriae tradit, ut omnibus eius verbis fidem habere possimus, nec facile inveniamus, unde melius de illis annis doceamur. Longum et non necessarium est, hoc loco exponere, quae de singulis locis dicenda sunt, nam singula in suo quaeque loco commemoravi et in annotationibus dixi. Satis sit hic dicere, Walramum maxima fide scribere, nisi quod de Hartvigo archiepiscopo Magdeburgensi, nimio odio incensus et eius morum sinceritate parum confisus, nonnulla tradit, quae et secum ipsa et cum omnibus aliis scriptoribus illius aetatis pugnant. Quod autem in hac re mali inest, id compensatur eo quod Walramus summa probabilitate etiam de iis rebus scribit, de quibus aliunde nihil certi audivimus.*

Sed historicum genus scribendi non amplius pertinet quam usque ad medium caput 37. *Ab hoc loco pugnat Walramus contra monachos Hirsaugienses. Haec refutatio non tantum continet, quantum hominem, qui, quantis malis aetas premeretur, bene intellexerit, scripturum esse putares.*

3. *Tertio libro, cuius finis aut perditus aut numquam perfectus est, Walramus de vi sacramentorum disputans, inprimis Augustini sententiis nixus, umquam sacramenta vim suam amittere negat.* *W. SCHWENKENBECHER.*

In hac editione nova curanda praecipue testimonia patrum ab auctore allata secundum usum collectionis nostrae redegi nonnullasque notas, quas uncis inclusi, subiunxi. *E. SACKUR.*

DE UNITATE ECCLESIAE CONSERVANDA[a].

LIBER I.

Ioh. 8, 13. 1. *Nemo ascendit in caelum, nisi qui descendit de caelo, filius hominis, qui est in caelo.* Per haec sancti euangelii verba commendat Dominus unitatem ecclesiae, quae per caritatem concordans membrorum unitate colligit se in caelum in ipso redemptore, qui est caput ecclesiae. Sic enim ipse orat ad patrem pro fidelibus suis, quos praeIoh. 17, 21. 26. destinavit concordes fore in vinculo caritatis et pacis: *Rogo,* inquiens, *ut omnes unum sint, sicut tu pater in me et ego in te, ut et ipsi in nobis unum sint, et dilectio, qua dilexisti me, in ipsis sit et ego in eis.* Unde sanctus Augustinus in ipsius euangelii

a) et schismate, quod fuit inter Henricum quartum, imp. Ro. et Gregorium sept. pont. max. cuiusdam eius temporis theologi liber, ab Hutteno inventus *add.* 1.

apud Walramum (II, 12*) verba Wigberti:* tam in Italico quam Theutonico regno fieri rapinas, incendia, destructiones ecclesiarum, gemitus et suspiria orphanorum et viduarum. *Eadem verba nobis occurrunt in epistola Clementis (p.* 625*).* 1) *Cf. etiam F. Thaner in 'Neues Archiv' XVI, p.* 536. 537.

expositione[1]: *In uno,* inquit, *estote, unum estote, unus estote.* Et: *Vae illis, qui oderunt unitatem ecclesiae, presumentes in hominibus partes facere.* Utinam voluerint hoc attendere, qui partes in hominibus fecerunt, ut faciunt scindentes unitatem ecclesiae, quale flagitium scismatis constat gravius esse quam scelus idolatriae[a], quoniam legitur in veteri testamento idolatria gladio punita esse, scisma autem hiatu terrae. Quapropter Num. 16, 30—33. necessarium duximus scribere aliqua de statu huius temporis ecclesiae, quia, quisquis senserit se esse intra materna viscera ipsius ecclesiae, non poterit ei, quando doluerit, non condolere. Diu enim est, quod in regno Romani imperii bella ubique et seditiones aguntur, quod filii a matris ecclesiae gremio distrahuntur; et cum superet in *plurimis *p. 2. discordia, vix in paucis remansit concordia, per quam unitur et consistit Christi ecclesia, quoniam inde dicuntur scismata, quod divisa sunt corda, cum scriptum sit, quod multi- Act. 4, 32. tudinis credentium fuerit cor unum et anima una. Sed huius discordiae fomes et nutrimentum fuisse Gregorius papa, qui et Hildibrant, videtur aliquibus, quod nos nec affirmamus nec renuimus, sed huius rei secretum divino iudicio relinquimus, quia nunc ibi constitutus est post corporis huius depositionem, ubi sub iudice Deo recepit iuxta meriti sui qualitatem. Tamen dicturi sumus pauca de scriptis illius, ut, his ea qua oportet diligentia perspectis, teneatur modus defensionis partium ipsius, quoniam, sicut scribit[2] sanctus Cyprianus episcopus, *Unitatem qui non tenet, non tenet Patris et Filii fidem, vitam non tenet et salutem.*

2. Igitur Romana ecclesia mater est omnium ecclesiarum, quae faciunt unam catholicam ecclesiam, et dignitas Romani nominis caput vel domina dicitur populorum, qui pertinent ad ipsam Romam, quae cum sit libera, facit etiam, ut sint liberi quotquot sunt sub civilitate sua. Hinc sanctus Gregorius scribens ad Phocam imperatorem[3]: *Reformetur,* inquit, *iam singulis sub iugo pii imperii libertas sua, quoniam hoc inter reges gentium et rei publicae*[b] *distat, quod reges gentium domini servorum sunt, imperatores vero rei publicae domini liberorum.* Sed Constantinopolis, quae nova Roma dicitur, tunc erat sedes imperatoriae dignitatis, hoc ita ordinante industria et religione Constantini imperatoris, ut vetus Roma optineret primatum apostolici honoris et nova retineret principatum regiae maiestatis, ut sic mater et filia concordarent in unitatem christianae fidei et religionis. Postquam autem degeneraverunt novae illius Romae imperatores, facti vel heretici vel hereticorum defensores sive etiam catholicae ecclesiae persecutores, tunc mater quasi scribere coepit filiae libellum repudii, et alios filios nobilitate simul et virtute praestantiores adquisivit sibi, ut Galliae et Germaniae populi sint et filii et cives sui, atque reges earum imperatores sint rei publicae et Romanae ecclesiae patricii[c]. Unde legitur[4] Stephanum papam venisse ad regem Pippinum et postulasse patrocinium eius contra Haistulfum regem Longobardorum ac ipsius patrocinii gratia decrevisse, quemlibet deinceps regem Francorum patricium esse Romanorum, sicut verbi causa legitur in chirographis de Carolo scriptum: *Carolus gratia Dei *rex *p. 3. Francorum et Longobardorum ac patricius Romanorum*[5]. Hic est Carolus, qui primus ex Francorum regibus imperator est ordinatus, quod ut fieret, per illius temporis pontificem Romanum invitus est adductus; cuius etiam pater Pippinus, de quo supra dictum est, cum esset maior domus in regno Francorum, hoc est praefectus palatii, et ad eum spectaret summa regiae potestatis et officii, electus est primus ex praefectis palatii in regem atque ordinatus est per beati Bonifacii Moguntini archiepiscopi benedictionem[6],

a) idolol. *passim* 1. b) imperatores *add. Greg.* c) patrit. *passim* 1.

1) *Augustini in Iohannis evang. c.* 3, *tractat. XII,* § 9, *Opp. ed. Bened., Venet.* 1729, *III,* 2, *col.* 387. 2) *De cathol. eccl. unitate* § 6, *Opp. ed. Hartel, Vind.* 1868, *p.* 215. 3) *Greg. ep. XIII,* 31, *Opp. II, col.* 1239; *Jaffé nr.* 1899. 4) *Cf. Ann. Einh. a.* 801. 5) *Cf. Bonizonis liber ad amicum V, Libelli de lite I, p.* 586. 6) *Cf. Ann. Einh. a.* 750.

prius super hoc experto Zachariae papae iudicio, quia consensus et auctoritas Romani pontificis necessaria huic videbatur negotio. Missus est enim ad eum venerabilis vitae Burchardus Wirziburgensis ecclesiae episcopus cum aliis ad hanc legationem idoneis nuntiis, qui ex mandatis principum interrogarent eius sententiae oraculum et acciperent responsum, quomodo possent reformare regnum Francorum in pristinae dignitatis statum, quod multo iam tempore non haberet regii honoris privilegium, illum vero, qui rex diceretur, nihil amplius habere nisi quoddam vani nominis simulacrum, cum nec opes nec potentia nec aliqua dispositio regni apud illum esset, sed apud maiorem domus, quicumque palatio praeesset; proinde iustum et idoneum sibi videri, ut ab Hilderico totius regiae dignitatis et potentiae iam ex hereditaria successione privato transferretur regium nomen ad Pippinum, tunc temporis praefectum palatii, qui pro nobilitate sua atque virtute dignus fuisset, quatinus ipse, qui domi et militiae regni gubernacula fortiter procuraret, cum labore pariter et officio nomen regis convenienter susciperet. Quorum postulationem cum aequam atque utilem Zacharias papa iudicasset, ad ea quae postulabant consensit, atque eiusdem consensus sententiam postea Stephanus papa confirmavit, et Pippinus factus est rex communi suffragio principum[1], atque Hildericus ex vano nomine regis promeruit tonsuratus coronam monasticae religionis et habitum[2]. Quod si ita est, immo quia ita est, videtur supradictus papa Gregorius, qui et Hildibrant, immerito hanc notam imposuisse vel Zachariae vel Stephano, religiosis pontificibus Romanae ecclesiae, ut ipsi sola auctoritate sua Hildericum a regno deponerent et absolverent omnes Francigenas a iuramento fidelitatis, quam illi fecissent, cum fortasse ei, qui huiusmodi erat iuxta quod supra dictum est, principes regni aliquod iuramentum dare indignum duxissent. *Sic enim scripsit[3] inter alia plurima ad Herimannum Metensem episcopum, ut corroboraret per hoc animos partium suarum, quatinus tuto relinquerent regem suum, quasi ipse hoc exemplo potestatem haberet deponere eum. *Quidam*, inquit, *Romanus pontifex regem Francorum non tam pro suis iniquitatibus quam pro eo, quod tantae potestati non erat utilis, a regno deposuit et Pippinum, Caroli Magni imperatoris patrem, in eius loco substituit, omnes Francigenas a iuramento fidelitatis, quam illi fecerant, absolvit.* Et longe supra[4]: *Ut de multis*, inquit, *pauca dicamus, quis ignorat vocem domini ac salvatoris nostri Iesu Christi in euangelio dicentis: 'Tu es Petrus, et super hanc petram aedificabo ecclesiam meam, et portae inferi non praevalebunt adversus eam, et tibi dabo claves regni caelorum, et quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum et in caelis, et quodcumque solveris super terram, et in caelis erit solutum? Nunquid hic reges excepti sunt? aut non sunt de ovibus, quas filius Dei beato Petro commisit?'*

*p. 4. Matth. 16, 18—19.

3. Haec verba si caritas quae aedificat temperaret, discessio illorum, per quos regendus est mundus, iam facta non fuisset, quoniam, sicut scribit[5] sanctus Leo papa: *Omnes res tutae esse non possunt, nisi quae ad divinam confessionem pertinent et regia et sacerdotalis defenderet*[a] *auctoritas.* Unde et Gelasius papa[6]: *Christus*, inquit, *memor fragilitatis humanae, quod suorum saluti congrueret, dispensatione magnifica temperaret*[b]*; sic actionibus propriis dignitatibusque distinctis officia potestatis utriusque discrevit, ut et christiani imperatores pro aeterna vita pontificibus indigerent et pontifices pro temporalium cursu rerum imperialibus dispositionibus uterentur ac sic modestia*

1. Cor. 8, 1.

a) defendat *Leo.* b) quoniam . . . . temperavit *Gelas.*

1) *Cf. Ann. Einh. a.* 749. *et Ann. Fuld. a.* 751. *et* 752. 2) *Cf. Ann. Fuld. a.* 752. 3) *Scil. in illa epistola, quam Idibus Martiis anni* 1081. *ad Herimannum misit (Registrum VIII,* 21*; Jaffé II, p.* 458, *Reg. nr.* 5201*).* 4) *L. c. p.* 454. 5) *Epist.* 60. *ad Pulcheriam augustam, Opp. ed. Ballerinii I, col.* 983, *Jaffé nr.* 448. 6) *Gelas. Tract. IV,* § 11, *Epistolae Romanorum pontificum genuinae ed. Andr. Thiel, Brunsbergae* 1868, *I, p.* 568.

utriusque ordinis curaretur, ne utroque suffultus extolleretur. Quae cum ita Deus disposuerit et haec duo, quibus principaliter hic mundus regatur, regalem scilicet potestatem et sacratam pontificum[a] auctoritatem [1] ordinaverit, quis contra haec ire temptabit, nisi qui Dei ordinationi resistit? Eo enim modo beatus apostolus Paulus ecclesiam Dei ordinat, ut nihil adversus principes et potestates saeculi gerens per quietem et tranquillitatem vitae opus iustitiae et pietatis exerceat. *Omnis,* inquit, *anima potestatibus sublimioribus subdita sit, ut quietam et tranquillam vitam agamus in omni pietate et castitate, quod bonum et acceptum est coram salvatore nostro Deo. Qui autem resistit potestati, Dei,* inquit, *ordinationi resistit.* Non hic de illis potestatibus *dicit, quae persecutiones inferunt fidei, quia ibi dicendum est: *Deo obtemperare oportet magis quam hominibus,* sed de istis communibus dicit, quae non sunt timori boni operis, sed mali, quibus utique qui resistit ipse sibi damnationem pro gestorum qualitate conquirit. *Vis autem,* ait, *non timere potestatem? Bene fac et habebis laudem ex illa; Dei enim minister tibi in bonum; si autem male feceris, time; non enim sine causa gladium portat; Dei enim minister est, vindex in iram ei qui malum agit.* Ex his certe apostoli verbis apparet ordinasse Deum non per antistites et ecclesiarum principes omnia crimina vindicari[2], sed ea, quae excedunt districtionem ecclesiasticae lenitatis, vindicari per iudicem mundi. Sacerdotale[3] enim iudicium non habet nisi gladium spiritus, quod est verbum Dei, atque ideo, cum per ecclesiasticas regulas non potuerit hereticos coercere ecclesia Dei, adiuvatur, sicut ait beatus Leo papa[4], severis constitutionibus christianorum principum, quando ad spiritale nonnunquam recurrunt remedium qui timent corporale iudicium. Saepe autem contigit, reges aliquos vel imperatores fuisse hereticorum fautores atque defensores; sed quanto crudelior hostis ad nocendum, tanto perspicacior cura erat episcoporum pro expetenda pace ecclesiarum, quoniam iuxta Anastasii papae testimonium ille pro Christo fungitur legatione, qui pro pace precatur ecclesiae[5]. Quapropter idem Anastasius scribit ad Anastasium imperatorem hereticum et defensorem hereticorum[6]: *Gloriosissimo et clementissimo filio Anastasio augusto Anastasius episcopus. Exordium pontificatus mei primitus oblata populis pace pronuntio; consequenter pro fide catholica humilis pietati tuae precator occurro, in quorum primo divinum favorem propinquasse confido, quod consonantia in me augustissimi nominis non dubium praestat auxilium, ut sicut vocabulum pietatis tuae per universas gentes toto orbe praefulget, ita per ministerium meae humilitatis, sicut semper est, sedes beatissimi Petri in universali ecclesia assignatum a domino Deo teneat principatum.* Et Gelasius papa scribens permulta ad eundem Anastasium imperatorem pro pace ecclesiastica sic ait inter caetera[7]: *Fili clementissime, rogo te pure, sincere, ut me in hac vita audias potius deprecantem, quam, quod absit, in divino iudicio sentias accusantem.* Sic certe, sic solebant Deo digni pontifices Romani suppliciter deprecari pro ecclesiastica pace, non quaerentes, immo numquam concipientes animo, *aliquos de regibus sive imperatoribus deponere; et ideo pacem quaerentibus atque pacem offerentibus aderat Deus, remunerans humilitatem, patientiam et mansuetudinem eorum et vindicans se super hostibus ipsorum. Nam postquam ille etiam Anastasius imperator hereticus praesules ecclesiarum supplicantes audire contempsit, divino iudicio adustus fulmine interiit. Quaerit autem nunc aliquis pontificum deponere principem populorum, quod est excitare quasi incendium ad destructionem ecclesiarum. Si enim ponamus verbi gratia, credentes Christo potestatibus saeculi subiectos non esse, non tradere tributa nec vectigalia pensitare, nulli eorum

Rom. 13, 1. 1 Tim. 2, 2—3. *p. 5. Rom. 13, 2. Act. 5, 29. Rom. 13, 3. 4. *p. 6.

a) pontificum 1, *quod Schardius emendavit.*

1) *Epist.* 12, § 2, *ed. Thiel I, p.* 351; *cf. Epist. ad Herim. l. l. p.* 457. 2) *Cf. Bruno de bello Sax. c.* 67; *et infra I,* 11. *et II,* 1. 3) *Cf. Cod. Udalrici nr.* 49, *ed. Jaffé V, p.* 107. 108. 4) *Epist.* 15. *ad Turrib. Asturic., Opp. ed. Baller. I, col.* 696; *Jaffé nr.* 412. 5) *Thiel I, p.* 616. 6) *Epist. I, l. l. p.* 615. 616. 7) *Ed. Thiel I, p.* 352, *c.* 4.

timorem vel honorem deferre, nonne per hoc rectorum et principum merito in semet ipsos arma converterent et persecutores quidem suos excusabiles, semet ipsos vero culpabiles facerent? Non enim iam fidei, sed contumatiae causa impugnari viderentur, et esset iis causa quidem mortis digna, meritum vero mortis indignum. Hoc ergo pro-
Rom.13,7.8. videns dicit apostolus, immo per apostolum sic ordinat Christus: *Reddite omnibus debitum: cui tributum, tributum; cui vectigal, vectigal; cui timorem, timorem; cui honorem, honorem; nemini quicquam debeatis, nisi ut invicem diligatis.* Et ipse rex regum et dominus dominantium Iesus Christus, dignatus secundum carnis dispensationem describi
Matth.22,21. civis Romanus, regulam quam constituit super his, dicens: *Reddite quae sunt caesaris caesari et quae sunt Dei Deo:* hanc, inquam, suae constitutionis regulam proprio con-
ib. 17, 27. firmavit exemplo. Dixit enim ad Petrum, postquam ostenderat se a tributo liberum, utpote regis filium, et secundum carnem et secundum spiritum: *Ut autem,* inquit, *non scandalizemus eos,* id est ne nos caesari contradicentes tumultuandi eis occasionem praebeamus, *vade ad mare et mitte hamum, et eum piscem qui primus ascenderit tolle et aperto ore eius invenies statherem: illum sumens, da eis pro me et te.* Quae cum ita sint a Deo disposita et scriptis atque exemplis comprobata, nonne Dei ordinationi resistit,
Gal. 1, 8. qui potestatibus resistit? quali nec obaudiendum apostolus praecipit, *etiamsi angelus de caelo aliter quam euangelizatum est praedicaverit.* — *Quidam,* inquit[1], *Romanus pontifex regem Francorum non tam pro suis iniquitatibus, quam pro eo, quod tantae potestati non erat utilis, a regno deposuit.* Superius quidem dictum est, et vere iuxta
*p. 7. fidem historiarum dictum est, Zachariam papam communi principum de regno *Francorum legationi consensum praebuisse, qui decreverant, pro Hilderico, apud quem nulla vel regia potestas vel regia dignitas, sed solum regium nomen erat, dignam in regno personam constituere et, ut omnis exhinc occasio tumultus abesset, monasterio eum mancipare[2], pro eo quod videbatur fuisse dignior coronari tonsura monachi quam regio diademate. Sed nostri temporis rex et imperator, natus et nutritus in regno, quantum spectat ad humanum iudicium, dignus quidem videtur imperio, cum ex propria virtute tum ex maiorum suorum merito et dignitate. Conferte nunc, si placet, illum exheredatum totius regiae dignitatis ac regiae potestatis Hildericum cum hoc tali viro, cui, ut salva dixerim fide, non invenitur in toto Francorum regno aptior persona Romano imperio, quem per totum tempus imminentis belli, quod iam per XVII annos[3] gestum
cf. II, 16. est, Deus mirabiliter custodivit, quem et in omnibus praeliis, quibus sexies[4] cum hostibus conflixit, ineffabili modo protexit et eripuit. Hostes quippe eius erant, qui iuxta regium morem sacramento ei fidem aliquando promiserant, qui pro eo ad confirmandas supradicti papae Hildebrandi partes duos potius invasores regni quam reges, unum post unum, super se constituerant, quorum unus[5] in praelio cecidit, alter[6] in expugnatione unius castelli[7] miserabiliter occubuit. Sic ille Romanus pontifex pacem confirmavit,
Ioh. 14, 27. quam Christus dedit fidelibus atque reliquit. *Pacem meam,* inquit, *do vobis, pacem*
Matth. 5, 9. *relinquo vobis.* Et: *Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur.*

4. Ecce autem erat inter haec Herimanno Metensi episcopo non modica cura[8] vel de obedientiae sententia vel de fidei suae observatione; noverat enim, se obedientiam debere Romano pontifici propter primatum sedis apostolicae, noverat etiam, se fidei, quam iuramento promiserat regi, debitorem fuisse, quorum alterutrum violare magni

1) *Jaffé, Bibl. t. II, p.* 458. 2) *Cf. Ann. Einh. a.* 750. *et Ann. Fuld. a.* 752. 3) *Cum bellum anno* 1073. *initum sit, haec verba anno* 1090. *scripta esse apparet.* 4) *Animo auctoris illa pericula observantia esse videntur, quibus rex defunctus est apud Homburg a.* 1075; *apud Mellrichstadt a.* 1078; *apud Flarcheim a.* 1080; *apud Hohenmölsen a.* 1080; *apud Pleichfeld a.* 1086; *apud Gleichen a.* 1088. *Eundem numerum atque ordinem proeliorum habent Annales S. Disibodi et Ottenburani.* 5) *Rudolfus.* 6) *Herimannus.* 7) *Cochem ad Mosellam.* 8) *Quae verba quam vera sint, apparet ex initio epistolae illius (Jaffé l. l. p.* 458).

est periculi, et ideo reus esse videtur grandis piaculi, per quem facta est haec discessio inter rectores mundi. Sed ille Gregorius, qui et Hildibrant, securum quodammodo fecit praedictum episcopum et reliquos fautores partium suarum super iuratae fidei praevaricatione, scribens[1], ut supra dictum est, quendam pontificem Romanum omnes Francigenas a iuramento fidelitatis, quam Hilderico inutili, ut ipse etiam dicit, ad regni gubernacula regi promiserant, absolvisse, ut intelligatur, se quoque tali exemplo posse quos voluerit a sacramento debitae fidei absolvere; *propter quod et hoc intulit, quod dominus beato Petro dicit: *Tu es Petrus, et super hanc petram aedificabo ecclesiam meam, et portae inferi non praevalebunt adversus eam, et tibi dabo claves regni caelorum, et quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum et in caelis, et quodcumque solveris super terram, erit solutum et in caelis.* Verum etiam certum est, quod dominus beato Petro et in ipso sanctae ecclesiae dederit ius ligandi atque solvendi, sed vincula peccatorum, non ut solveret sacramenta divinarum scripturarum, neque ut ligaret Dei verbum, quoniam, sicut ait apostolus, *verbum Dei non est alligatum.* Ergo praecipit Dominus per Moysen filiis Israel, immo filiis ecclesiae, ad quos magis pertinet repromissio Israel: *Non assumes nomen Dei tui in vanum; nec enim habebit insontem Dominus eum, qui assumpserit nomen domini Dei sui in frustra.* Quis poterit solvere istam Domini sententiam, sive illam, qua loquitur per Ezechielem[a] prophetam: *Qui solvit pactum, nunquid effugiet? Vivo ego, dicit Dominus, quoniam iuramentum, quod sprevit, et pactum, quod praevaricatus est, ponam in caput eius.* Unde et in euangelio ipse Dominus et salvator ait, quod certe beatus Petrus sicut praedicavit sic a Domino accepit: *Amen dico vobis: donec transeat caelum et terra, iota unum aut unus apex non praeteribit a lege, donec omnia fiant. Qui autem unum de mandatis istis minimis solverit et docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno caelorum.* Hinc sanctus Augustinus in libro de sermone Domini in monte[2]: *Mandata,* inquit, *minima significantur per unum iota et per unum apicem. Qui ergo solverit et docuerit sic, id est secundum hoc quod solvit, non secundum hoc quod invenit et legitur, minimus vocabitur in regno caelorum, et fortasse ideo,* ait, *non erit in regno caelorum, ubi nisi magni esse non possunt.* Ergo cum talis sit qui solverit unum de mandatis Domini minimis, qualis erit qui solverit unum de magnis sive de maximis Domini mandatis? Cum enim prohibuerit Dominus in euangelio iurare sive per terram sive per caelum aut per aliquid huiusmodi, nonne magnum, immo maximum peccatum est ei, si quis in vanum assumpserit nomen domini Dei sui? *Audistis,* inquit, *quia dictum est antiquis, non peierabis, reddes autem Domino iusiurandum tuum. Ego autem dico vobis: non iurabis omnino neque per caelum, quia thronus Dei est, neque per terram, quia scabellum est pedum eius* et caetera. *Sit autem,* ait, *sermo vester: est, est, non, non; quod autem *his abundantius est, a malo est.* Euangelica quidem perfectio iuramentum non recipit, sed omnis sermo christiani ita verus ac fidelis erit, quasi iuramentum quis dederit, et propterea, sicut exponit sanctus Augustinus[3], intelligitur praecepisse Dominum, ne iuretur, ne quisquam sicut bonum appetat iusiurandum et assiduitate iurandi per consuetudinem delabatur ad periurium. Proinde etiam sanctus Iacobus apostolus confirmans sententiam Domini de ipso sacramento: *Ante omnia,* inquit, *fratres mei, nolite iurare neque per caelum, neque per terram, neque aliud quodcumque iuramentum; sit autem sermo vester: est, est, non, non, ut non sub iudicio decidatis.* Cum autem aliquis iuraverit, considerandum est, non solum cui, sed per quem iuraverit, constrictus perinde divini attestatione nominis; atque ideo qui iuramentum contempserit, illum procul dubio despicit, per quem iuravit, illique iniuriam facit, cuius nomini credidit adversarius, immo non iam adversarius, sed amicus. Unde per supradictum prophetam Ezechielem[a] comprobans

*p. 8.

Matth. 16, 18. 19.

2. Tim. 2, 9.

Exod. 20, 7.

Ezech. 17, 15, 19.

Matth. 5, 18. 19.

Matth. 5, 33. 35. 37.

*p. 9.

Iac. 5, 12.

a) Ezecielem 1.

1) *Jaffé p.* 458. 2) *De sermone Domini in monte sec. Matth. I,* § 20, *Opp. III,* 2, *col.* 173 *D.* 3) *Cf. quae Mirbt (Die Stellung Augustins p.* 47*) ad hunc locum adnotavit.*

Ezech. 17, 20. Dominus iuramentum, quod fecerat Sedechias regi Babylonis et irritum fecerat, suum magis, quam alterius fuisse: *Morietur,* inquit, *in praevaricatione, qua despexit me.* cf. 1. Cor. 6, 9. 10. Periuri quippe *regnum Dei non possidebunt,* sicut dicit apostolus, immo per apostolum Dominus, qui plane beato Petro et in ipso sanctae ecclesiae dedit ius ligandi atque solvendi, sed vincula peccatorum, non ut solveret sacramenta divinarum scripturarum. Quod ipse etiam confirmasse legitur sanctus Petrus in libro de ordinatione sancti Clementis, ubi commendat haec diligenter observanda omnibus christianis: *Verumtamen illud,* inquiens[1], *est quod prae caeteris [ab] omnibus vobis cupio in commune servari, ut concordiam teneatis, per quod solum potestis portum quietis intrare et civitatem regis summi, quae pax nominatur. Clementem*[2] *autem hunc episcopum vobis ordino et datam mihi a Domino potestatem ligandi et solvendi trado, ut de omnibus quaecunque decreverit in terris, hoc decretum sit et in caelis. Ligabit enim quod oportet ligari, et solvet quod expedit solvi*[3]*, tanquam qui ad liquidum ecclesiae regulam noverit.* Ecce, qualem sanctus Petrus a Domino potestatem accepit ligandi atque solvendi, talem et ipse tradidit eius successori, scilicet in his, quae oportet ligari et quae expedit solvi, non ut 2.Tim. 2, 19. solvat aliquis scripturam Domini, quae non potest ulla virtute convelli, quoniam *firmum* *p. 10. *fundamentum Dei stat,* sicut apostolus *affirmat. Et propterea ipse sanctus Petrus de talibus instruens beatum Clementem et per eum omnes successores suos, repetit et dicit: *Tu,* inquiens, *ut dixi, quae oportet ligabis, et quae expedit solves.* Ex his certe omnibus manifestum est supradictum papam Hildebrandum iniuste pariter et indigne imposuisse hanc notam vel Zachariae vel Stephano, religiosis utique pontificibus Romanae ecclesiae, ut alicuius horum exemplo vel ullius sacrae scripturae testimonio posset absolvere a iuramento, quo fidem iuraverant regi suo, vel principes vel milites rei publicae. Ezech. 17, 15. 19. *Qui enim solvit pactum, nunquid effugiet? Vivo ego, dicit Dominus, quoniam iuramentum, quod sprevit, et pactum, quod praevaricatus est, ponam in caput eius.*

5. Sequitur in supradicta Hildebrandi papae scriptura eiusmodi testimonium, quod legitur in libro de ordinatione sancti Clementis beatum Petrum dixisse[4] ad populum, ut, si pontifex Romanus alicui offensus fuerit pro delictis suis, caeteri non debeant ei esse amici vel eum alloqui, alioqui unum esse ex illis, qui exterminare volunt ecclesiam Christi, quisquis amicus fuerit ei qui est huiusmodi. Certe non dixit hoc beatus Petrus de quolibet rege vel imperatore, sed per haec facit quemlibet de turba populi citius redire ad satisfactionem poenitentiae, quando viderit se destitutum esse amicorum suorum societate, colloquio et amore. Nam, ut quemlibet christianum regem praetermit- 1.Petr 2,17. tamus, ecce quid pro impiissimo etiam Nerone scribit ipse sanctus Petrus: *Deum timete, regem honorificate,* scilicet ut in hoc timor Dei comprobetur, si quilibet rex honorificetur. 1. Petr. 2, 13—17. *Carissimi,* inquit, *subiecti estote omni humanae creaturae propter Deum, sive regi, quasi praecellenti, sive ducibus, tanquam ab eo missis ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum, quia sic voluntas Dei est, ut benefacientes obmutescere faciatis imprudentium hominum ignorantiam, quasi liberi, et non quasi velamen habentes malitiae libertatem, sed sicut servi Dei. Omnes honorate, fraternitatem diligite, Deum timete,* 1. Tim. 2, 1—4. *regem honorificate.* Et beatus quidem apostolus Paulus: *Obsecro,* inquit, *primo omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro regibus et omnibus qui in sublimitate sunt, ut quietam et tranquillam vitam agamus* *p. 11. *in omni pietate et *castitate; hoc enim bonum et acceptum est coram salvatore nostro* Rom. 13, 1. *Deo, qui omnes homines vult salvos fieri et ad agnitionem veritatis venire. Non* 1.Petr. 2, 14. *enim potestas nisi a Deo; quae autem sunt, ordinata sunt a Deo, ad vindictam quidem malorum, laudem vero bonorum.* Et caetera quae dicta sunt supra. Sed alia nunc

1) *Epist. Clementis ad Iacobum c.* 13, *ed. Hinschius p.* 34. 2) *C.* 2, *p.* 31. 3) *Graece:* δήσει γὰρ ὃ δεῖ δεθῆναι, καὶ λύσει ὃ δεῖ λυθῆναι. 4) *Epist. Clementis ad Iacobum, l. l. p.* 36.

inscripta sunt decreta contra regem, immo contra Dei ordinationem, ut, si pontifex Romanus regi offensus fuerit pro delictis suis, caeteri non debeant ei esse amici vel eum alloqui; alioqui unum esse ex illis, qui exterminare volunt ecclesiam Christi, quisquis amicus fuerit ei qui est huiusmodi. Haec[a] est inscriptio[1], quae similitudinem quandam videtur operata esse in agro dominico, iuxta quod dicit Dominus in euangelio, quoniam in divini medio seminis zizania superseminavit inimicus homo. Notum est enim his, Matth.13,25. qui experti sunt, praecipue autem his, qui divisionem ecclesiae doluerunt, qualiter multi non solum laicorum, sed episcoporum atque clericorum sive monachorum, habentes quidem zelum Dei, sed non secundum scientiam, sicut ait apostolus, suspenderunt se Rom. 10, 2. ac segregaverunt a communione totius orbis ecclesiarum, quotquot communicant nostri temporis regi Francorum et imperatori Romanorum, ipsique exientes[b. 2] a nobis, non nos ab ipsis, verentur nobis communicare vel in colloquio vel in pacis osculo vel in orationis studio. Proinde cum superior sermo satis demonstraverit, nimis esse contrarium divinae ordinationi pariterque ecclesiasticae paci, potestatibus non subiacere sublimioribus, de caetero quaeramus, si iusta fuerit illa offensio papae adversus regem, qualis certe divisit ecclesiae unitatem, pro cuius scilicet unitatis amore totum agimus, quicquid horum locuti fuerimus, non pro defensione partis alterius, quandoquidem partes in ecclesia nolit esse Deus, quoniam totum ecclesiae corpus, cuius caput est Christus, redemit ipse Christus, ideoque, ubi non est totum, quod dicitur catholica, hoc est universalis ecclesia, ibi non est Christi, sed malignantium ecclesia, quae divisa est in parte aliqua.

6. Ecce enim idem, de quo agitur, papa Hildebrant suscepit aliquando in accusatione regis scripta hostium suorum, et proinde excommunicavit eum, quandoquidem sacri canones constituant, non posse aliquos, qui ante hesternum diem aut nudiustertius inimici fuerunt, vel accusatores vel testes fieri, nec debere per scripta ullius accusationem suscipi, nec accusatorem absente adversario audiri. *Sed rex profectus est in Italiam *p. 12. satisfacturus Romano pontifici pro culpis, quibus se excommunicaverat et quasi privatum regno iam effecerat, depositoque cultu regio et habitu supplicem se per omnia ac poenitentem obtulit[3], nec prius omni officio humilitatis impenso destitit, donec in gratiam cum papa rediit et ad comprobandum ecclesiasticae reconciliationis testimonium sacram communionem corporis et sanguinis Domini de manu pontificis accepit, mensam cum eo adiit, ac deinde dimissus est in pace, qualem scilicet pacem Iudas simulavit, non qualem Christus reliquit. Aderat enim et legatio hostium suorum quaerentium omnibus modis interrumpere initum hoc reconciliationis pactum, quibus papa rescripsit talibus verbis: *Ne solliciti,* inquiens, *sitis, quoniam culpabiliorem eum reddo vobis*[4].

a) Nec 1. b) exigentes 1.

1) *Cf. verba c.* 8, *p.* 195: quare hoc scripserit, et quare in agro dominico hoc seminaverit. 2) *Cf. c.* 7, *p.* 193: quotquot communicant regi Francorum et imperatori Romanorum, ita ut exeuntes a nobis, non nos ab ipsis *etc.* 3) *Cf. c.* 15, *libri II; Ann. Lamberti, SS. V, p.* 259. 260; *Ann. Bertholdi, SS. V, p.* 290; *Bonizonis lib. ad am. VIII, l. l. p.* 610; *Donizonis Vita Mathildis, SS. XII, p.* 382; *Epist. Gregorii (epist. collectae nr.* 17, *Jaffé II, p.* 543, *et Registrum IV,* 12); *Ranke, 'Zur Kritik fränkisch-deutscher Reichsannalisten' p.* 436—458. 4) *Fides horum verborum, quippe quae cum verbis aliorum scriptorum pugnent, a multis in dubium vocatur. [Quod Walramus in hac re depingenda a verbis, quibus Lambertus eam describit, aliquantulum recedit, inde colligit P. Ewald p.* 56—58. *Walramo Annales Lamberti omnino incognitos fuisse. Quod vix credibile est. Nam quo casu fortunae factum esse putemus, ut Walramus eidem coenobio fere eisdem annis adscriptus nihil de Lamberti studiis audiverit? Hoc non statuendum est, etiamsi de eadem re verba alterius ab altero recedunt. Nam fieri poterat, ut de illa coena Domini Walramus alia audivisset atque ille; fieri poterat, ut quae gravissimi scriptores illius aetatis diversa*

Certe culpabiliorem facere aliquem, praecipue autem regem, quem praecipit Petrus apostolus honorificare, hoc non est oves Christi pascere. Culpabiliorem, inquam, facere praecipue eum, quem poeniteat culpabilem existere, hoc non est sacerdotem Domini
Luc. 15, 7. esse, cum ipse in euangelio Dominus dicat, gaudium fieri in caelo super uno peccatore poenitentiam agente, quam super nonaginta novem iustis, qui non indigent poenitentia. Nunquid terribile[a] et illud sacramentum corporis Domini contemnitur, quo rex ad altare in testimonium ecclesiasticae reconciliationis communicatur? quod certe sacramentum pietatis signum quoque est unitatis et vinculum caritatis. Sed: *Ne solliciti,* inquit, *sitis, quia culpabiliorem eum reddo vobis.* Et si rex, qui per se ipsum culpabilis exstitit, per papam culpabilior redditur, quis eorum maioris culpae reus tenetur? Hoc, quaeso, considerate et tenete! Ecce autem proprie sunt regum quaedam ornamenta, sicut corona et purpura atque alia regni insignia, a quibus regem abstinere ad arbitrii sui tempus decrevit papa, huius scilicet intentionis gratia, ut sic aut contemptibilior esset ipsius regis in regno persona, donec roboraretur regnum, quod iam parabatur in electione alterius regis, dum fuerat ipse legitimus rex in Italia, aut si non permissus a se regalia resumeret ornamenta, certiorem perinde haberet exercendae circa eum causam excommunicationis, quod videtur non esse officium pietatis nec signum concordiae et unitatis[1]. Unde sanctus papa Gregorius scribit ita in homiliis et ita docet[2], *ut ipsa hac ligandi et solvendi potestate se privet, qui hanc pro suis voluntatibus et non pro*
*p. 13. *subiectorum moribus exercet.* *Rex autem reversus de Italia invenit novum regem et hostes multiplicatos ex absentia sua, ex quorum manu abstulit cornu principatus sui, divina auxiliante gratia pariterque annitente pronissimo in se principum favore, quorum Deus tetigerat corda. Iam quidem exhibuerat Romano pontifici iuxta primatum Romanae ecclesiae debitum honorem et obedientiam perferendo humiliter excommunicationis sententiam, ut deinde satisfaciendo consequenter posset promereri reconciliationis gratiam. Sed cum ipse hoc ageret et totus in eo esset, ut eiusdem Romani pontificis adiutorio, qui ad hoc ordinatus est, ut sit princeps pacis, regnum pacificaret pariterque ecclesiam Christi in unitatem redigeret et ea quae dispersa sunt in unum congregaret, ecce, in quem totam spem posuerat, adversarium sentiebat, utpote qui non sibi vel suo regno, sed hostibus contra se consulebat opemque ferebat, ut eum aut expellerent aut
Rom. 10, 15. omnino perderent, quale officium non est eorum, de quibus a Domino dicit propheta:
Nah. 1, 15. *Quam speciosi,* inquiens, *pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona.* Igitur
Ies. 52, 7. Christus pax est et hereditas ecclesiae pax est, quoniam Hierusalem, quae sursum est et est mater omnium nostrum, visio pacis interpretatur[3], unde et nihil aliud patria nostra nisi pax vocatur. Qui autem contra pacem facit, adversus Christum et ecclesiam facit.
Luc. 11, 23. *Qui enim,* inquit, *mecum non est, adversum me est, et qui mecum non colligit, dis-*

a) *fortasse legendum est:* Nonne terribile quod . . .; *Schardius emendavit:* Nunquid terribile, quod . . .

de illa re referebant, ea Walramus exaequare studeret. Si enim rem accuratius consideramus, concedamus necesse est, proprie verba Walrami secum pugnare. Nam Bonizo et Donizo tradunt regem corpus dominicum sumpsisse, Lamb. et Berth., regem veritum esse id, sive 'residuam partem dominici corporis' sumere, atque inde collegisse papam, regem sibi culpae conscium esse. Walramus res, quae secum pugnant, coniungit, et regem communionem corporis et sanguinis Domini de manu pontificis accepisse, et papam ex ea re testimonium culpae regis concepisse. Walramum autem, quod secum pugnat in re et verbis, ad ingenium papae revocare, non est quod miremur].

1) *Has res auctor magis ita tradit, quomodo eas Germani arbitrabantur factas esse, quam quomodo re vera gestae sunt. Cf. Ann. Bertholdi, SS. V, p.* 286; *Ann. Lamberti, SS. V, p.* 254. *et* 258; *Registr. IV,* 12a. 2) *In evang. l. II, hom. XXVI,* § 5, *Opp. ed. Bened., Paris.* 1705, *I, col.* 1555. 3) *Isid. Etymol. l. VIII,* 1, 6, *Opp. ed. Arevalus t. III, p.* 347.

pergit, hoc est unitatem ecclesiae scindit, quoniam quidem nemo nisi intra unitatem ecclesiae salvari poterit[1]. Praeterea contra Christum quoque et ecclesiam facit, quicunque terminos patrum suorum transgressus fuerit, hoc est constitutiones canonum excesserit, qui constituunt et constituendo describunt, ut nemo rebus suis aut honore spoliatus possit accusari, vocari, iudicari sive damnari[2]. Quae cum ita sint et nec inter catholicos reputandi sunt, qui sanctorum patrum canones spiritu Dei conditos et totius mundi reverentia consecratos transgressi fuerint, quomodo poterit rex iuxta minas supradicti papae Hildebrant iudicari vel damnari? cum nec inferior aliquis possit accusari vel vocari, quamdiu spoliatus est rebus suis vel aliqua parte honoris sui. Proinde magnum fit scandalum viris saecularibus, quando viderint despici sacros canones ab ecclesiasticis dignitatibus, ideoque videtur hoc contigisse, ut congruus honor ac reverentia non exhibeatur episcopis, qui superintendentes dicuntur ex Graeca locutione. *Deum,* *inquit apostolus, *timete, regem honorificate.* Alioqui puta etiam de ipso principe sacerdotum eo modo sensisse regem, quo legimus scite locutum fuisse Domitium[3] oratorem. *Cur ego,* inquit, *te habeam ut principem, cum tu me non habeas ut senatorem?* Et Dominus in euangelio: *Omnia, quae vultis,* inquit, *ut faciant vobis homines, eadem et vos facite eis; haec enim,* ait, *lex et prophetae.* Sed saepe dictus ac saepe dicendus papa Hildebrant regem, quem beatus Petrus apostolus praecipit honorificare, hunc ille quaerit ita inhonorare, ut velit omnes, si fieri possit, avertere ab eius communione. Huius rei gratia scripsit illud quoque capitulum ad confirmandos animos partium suarum, vel ad multiplicandos homines earundem partium, ut, si pontifex Romanus alicui offensus fuerit pro delictis suis, caeteri non debeant ei esse amici vel eum alloqui[4].

*p. 14. 1.Petr.2,17.

7. Hinc ducta est quaestio, de qua hucusque tractavimus, scilicet si iusta fuerit haec offensio circa regem vel digna Romano pontifici, vicario sancti Petri, qui dicitur a petra, quae est Christus, cum id actum sit ex inscriptione capituli illius, ut plurimi episcoporum, clericorum, monachorum et laicorum suspenderunt se ac segregaverunt a communione totius orbis ecclesiarum, quotquot communicant regi Francorum et imperatori Romanorum, ita ut exeuntes a nobis, non nos ab ipsis, vereantur nobis sociari vel in colloquio vel in pacis osculo vel in orationis studio. Sed pro eiusmodi scribit[5] sanctus papa Gregorius in libro de pastorali cura: *Cum rector,* inquiens, *se ad loquendum praeparat, sub quanto cautelae studio loquatur, attendat, ne, si inordinate ad loquendum rapitur, erroris vulnere audientium corda feriantur, et cum fortasse sapiens videri desiderat, unitatis compagem insipienter abscindat.* Ecce autem nostri temporis Gregorius papa, qui et Hildebrant, cum aliquando os suum aperuit, ecclesiam divisit et praeter ea, quae dicta sunt supra, propheticam ollam ab aquilone in tantum accendit, ut per hos XVII aut eo amplius annos[6] ubique sint in regno Romani imperii bella et seditiones, ecclesiarum et monasteriorum incendia et destructiones, et ut sit episcopus adversus episcopum, clerus adversus clerum, populus adversus populum, immo filius adversus patrem et pater adversus filium et frater adversus fratrem[7]. Hinc sanctus Cyprianus episcopus et martyr loquitur inter alia plurima de unitate ecclesiae: *Quam sibi,* inquiens[8], *pacem *promittunt inimici fratrum? Quae sacrificia celebrare se credunt aemuli sacerdotum? Secum esse Christum, cum collecti fuerint, opinantur, qui extra ecclesiam colliguntur? Qui*[9] *enim pacem Christi et concordiam rumpit, adversus*

Matth. 7,12.

cf. Ez. 1, 4.

*p. 15.

1) *Cf. Cypriani illud:* Habere non potest Deum patrem, qui ecclesiam non habet matrem, *sive illud:* extra ecclesiam nulla spes salutis; *cf. supra c.* 1, *p.* 185. 2) *Decreta Iulii papae c.* 12, *ed. Hinschius p.* 468. 3) *Revera L. Licinius Crassus. Sed haec ex Hieronymi epist.* 52, 7; *Opp. I, col.* 260. *desumta sunt, ubi iam idem error.* 4) *Hinschius l. l. p.* 36. 5) *Reg. past. c.* 4; *Gregorii opera II, col.* 17. 6) *Haec verba a.* 1090. *scripta sint necesse est, cum bella et seditiones a.* 1073. *moveri coepta sint.* 7) *[Cf. Wenrici epist., Libelli I, p.* 287*].* 8) *Cyprianus, De unitate eccles.,* § 13, *Opp. III,* 1, *p.* 222. 9) § 6, *p.* 215.

Christum facit. Qui alibi praeter ecclesiam colligit, Christi ecclesiam spargit. Occidi[1] *talis potest, coronari non potest, quia talibus, si etiam animas posuerint, non erit illa fidei corona, sed perfidiae poena. Unitatem enim,* inquit, *qui non tenet, non tenet legem, non tenet Patris et Filii fidem, vitam non tenet et salutem*[2]. Inter haec vide studium et affectum istius boni pastoris, et quantum explicuerit iste sanctus Cyprianus intimae dilectionis circa miseriam eorum, quos videt iacere in periculis, quos cernit lapsos esse in peccatis, quos intelligit decidisse a stabilitate fidei et christianae religionis, qui sic loquitur[3] in libro de lapsis: *Quid faciam, dilectissimi fratres, fluctuans vario mentis aestu? Quid, aut quomodo dicam? lacrimis magis quam verbis opus est ad exprimendum dolorem, quo corporis nostri deflenda est plaga, quo populi aliquando numerosi multiplex lamentanda est iactura. Quis enim sic durus ac ferreus, quis sic fraternae caritatis oblitus, qui inter suorum multiformes ruinas et lugubres ac multo squalore deformes reliquias constitutus siccos oculos tenere praevaleat, nec erumpente statim fletu prius gemitus suos lacrimis quam voce promat? Doleo, fratres, doleo vobiscum, nec mihi ad leniendos dolores meos integritas propria et sanitas privata blanditur, quando plus pastor in gregis sui vulnere vulneratur. Cum singulis pectus meum copulo, moeroris et funeris pondera luctuosa participo. Cum plangentibus plango, cum deflentibus defleo, cum iacentibus iacere me credo, iaculis illius grassantis inimici mea simul membra percussa sunt, saevientes gladii per mea viscera transierunt. Immunis ac liber fuisse a persecutionis incursu non potest animus in prostratis fratribus, et me prostravit affectus.*

8. Haec beatus Cyprianus martyr loquitur, qui nimio pietatis affectu miseriis aliorum compatitur, qui super diversis ecclesiae periculis dolet ac tristatur, iuxta quod illius mulieris commota sunt viscera super filio suo, quem voluit ficta mater[4], sicut
1. Reg. 3, 16 —18. legitur in libro Regum, dividi Salomonis[a] gladio, ne vel sibi viveret vel propriae matri,
*p. 16. quod scilicet exemplum verus pacificus *noster dominus Iesus Christus voluit contingere in figuram nostri, ut ex hoc discernantur filii alieni gladio spiritus, quod est verbum Dei. Sic enim sanctus Ambrosius docuisse legitur, ut, quando incerta sunt iudicia de falsis ecclesiae filiis, per spiritum discernantur[b], quem scilicet sanctum Ambrosium inducit praedictus papa Hildebrant in scriptura sua[5] dicens eum excommunicasse Theodosium imperatorem pro culpa sua quadam, ut sic quoque statuat et confirmet partium suarum scismata. Sed ipse quoque sanctus Ambrosius ecclesiam non divisit, sed ea quae caesaris sunt caesari et quae Dei Deo reddenda esse docuit, qui Theodosium quidem imperatorem compulsum tumultu quorundam, qui ei cohaerebant, vindicare Thessalonicensium scelus gravissimum, ecclesiastica coercuit disciplina; quem inter alia eruditionis verba alloquitur ita, sicut in ecclesiastica legitur[c] historia quae dicitur Tripertita[6]: *Coaequalium hominum et conservorum princeps es, o imperator, unus autem omnium est Dominus, rex omnium et creator, cuius nunc suscipe vinculum pro caede populi, non praecedente iudicio perpetrata, quoniam medicina haec est sanitatis maxima. At imperator inquit: 'Tuum opus est et docere et medicamina temperare, meum vero oblata suscipere'. Tunc Ambrosius admonuit legem eum sancire in posterum, ut sententiae principum super animadversione differrentur ab executoribus in diem trigesimum, quo locus misericordiae vel, si res tulisset, poenitentiae non periret. Paruit imperator Theodosius et vinculum eius solvit Ambrosius. Qui etiam locorum differentiam*

a) Solomonis *passim* 1. b) discernatur 1. c) loquitur 1.

1) *Cf. ibid.* § 14, *p.* 223. 2) *Cf. c.* 1. 3) *De lapsis* § 4, *p.* 239. 240. 4) *[Cf. Sigeberti epist. ad Paschalem; Jaffé, Bibl. V, p.* 203*].* 5) *In epist. ad Herimannum missa; Jaffé, Bibl. II, p.* 458. 6) *Historia tripertita IX,* 30, *Cassiodori Opera, Venet.* 1729, *I, p.* 319. 320, *cuius narrationem breviorem reddidit.*

in ecclesia tunc docuit, quando eidem imperatori post oblatum munus ad altare, iuxta quod in Constantinopolitana ecclesia solitus erat agere, sustinenti, intra cancellos sacrorum perceptionem mysteriorum remandavit per archidiaconum: 'O imperator, interiora loca tantum sacerdotibus sunt collata, quae caeteri nec ingredi nec contingere permittuntur; purpura namque imperatores facit, non sacerdotes'. Et in hoc quoque mox egressus imperator paruit ipsamque communem cum caeteris expectationem deinceps servavit admodum laetus, utpote enutritus divinis eruditionibus; quod vix tandem, sicut ipse ait, discere ei contigerit, quae differentia sit imperatoris et sacerdotis, et quod vix iam invenerit magistrum veritatis. Ecce illa excommunicatio, quam utilis erat ecclesiae pariter atque ipsi imperatori Theodosio, quae nunc in ea, de qua agitur, scriptura prodendi scismatis *ponitur exemplo, quo separentur principes vel milites rei publicae ab imperatoris sui consortio simul et obsequio. Neque enim tale aliquid temptaverat ille murus et turris validissima ecclesiae, Ambrosius, quando etiam pulsabatur pro studio hereticorum Valentiniani imperatoris et matris eius Iustinae minis atque verberibus. Unde et inter alia virtutum suarum insignia loquitur de eo digna memoriae scriptura[1]: *Venerandus,* inquiens, *Ambrosius pro catholicae fidei unitate, non cum caeteris, sed pro caeteris mori elegit; non enim cum pereuntibus perire voluit, sed ut salvarentur alii, ipse se periculo saepissime dedit. Et cum mandaretur ei ab imperatore tradi basilicam, respondit: 'Nec mihi', inquiens, 'fas est tradere, nec tibi accipere, imperator, expedit, igitur noli gravari, ut putes te in ea*[a]*, quae divina sunt, imperiale aliquod ius habere, noli te extollere, sed, si vis diutius imperare, esto subditus Deo, quoniam scriptum est: Quae Deo, Deo, quae caesari, caesari. Ad imperatorem, inquit, palatia pertinent, ad sacerdotem ecclesiae'.* Satis indicant haec vel pauca de plurimis sancti Ambrosii dicta vel facta, qualis et quanta in ecclesiasticis rebus ac disciplinis debeat esse discretionis observantia, ne per negligentiam ipsius discretionis, matris omnium virtutum, aliqua oriantur scandala. Verumtamen: *Vae,* inquit, *homini illi, per quem scandalum venit.* Magna quidem sunt scandala, hereses atque scismata, quae ostendit apostolus aut eadem esse aut aequalia. *Convenientibus,* inquit, *vobis in unum in ecclesia audio scissuras esse, et ex parte credo. Nam oportet hereses esse, ut et qui probati sunt manifesti fiant in vobis.* Hinc et beatus Gregorius in XVIII. libro Moralium[2]: *Alii,* inquit, *prava de Deo sentiunt, alii recta de auctoritate*[b] *tenent, sed unitatem cum fratribus non tenent; illi errore fidei, isti vero scismatis perpetratione divisi sunt.* Unde et in ipsa prima parte decalogi utrarumque partium culpae exprimuntur, cum divina voce dicitur: *Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo et ex tota anima tua et ex tota mente tua,* atque mox subditur: *Diliges proximum tuum sicut te ipsum;* qui enim de Deo perversa sentit, liquet profecto, quia Deum non diligit. Qui vero de Deo recta sentiens a sanctae ecclesiae unitate divisus est, constat profecto, quia proximum non amat, quem habere socium recusat. *Et si quis dixerit, quoniam: Diligo Deum, et fratrem suum oderit, mendax est,* sicut sanctus Iohannes apostolus ait. Igitur magna sunt scandala, *hereses et scismata, de quibus et dicitur in euangelio, quoniam: *Mittet filius hominis angelos suos, et colligent de regno eius omnia scandala.* Regnum Dei hoc est ecclesia Dei, angeli Dei hi sunt annuntiatores verbi Dei, quales fuerunt Ambrosius atque Innocentius, sacerdotes Dei, quorum unum introducit in scriptura sua saepe dictus papa Hildebrant excommunicasse Theodosium imperatorem, alterum vero Arcadium imperatorem. Quare hoc scripserit et quare in agro dominico hoc seminaverit, bene quidem intelligunt, quibus adhuc cum caeteris Christi

*p. 17.

Matth. 22, 21.

Matth. 18, 7.

1. Cor. 11, 18. 19.

Matth. 22, 37. et 39.

1. Ioh. 4, 20.

*p. 18

Matth. 13, 41.

a) te mea 1. b) auctore *Greg.*

1) *Quae sit nescimus; sed hanc rem ipse Ambrosius eisdem fere verbis narrat, ep.* 20, § 16, *Opp. ed. Bened. II, col.* 857. 2) *Moral. l. XVIII,* § 41, *Opp. I, col.* 574; *cf. Lib. de lite I, p.* 547.

fidelibus integra manet christiana fraternitas, quibus circa unitatem ecclesiae est sincera
Rom. 12, 4–5. caritas, qua scilicet caritate concordat membrorum unitas. *Sicut enim in uno corpore,* ait apostolus, *multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent, ita multi unum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra.* Ergo nostri non est propositi singulas illius papae sententias per totum describere, sed tantum[a] ea commemorare, quae videntur praecipue quidem posse simplices fratrum animos ad studium scismatis confirmare, quae etiam possunt nos ipsos inde scribentes aut alios legentes in bonum aedificare, qui, dum convertimus studium nostrum ad cognitionem ecclesiasticae disciplinae, intelligimus sane per unctionem sancti Spiritus, qui docet nos de omnibus, quomodo oporteat nos conversari in domo Dei, quae est ecclesia Dei viventis, columna et firmamentum veritatis.

9. Scriptum est enim[1], quod Innocentius papa Arcadium imperatorem excommunicaverit, eo quod in depositione sancti Iohannis episcopi consenserit; sed unde hoc assumptum sit, nos quidem adhuc incertum tenemus, sed hoc pro certo novimus, quod nec in Gestis Romanorum pontificum invenitur, ubi gesta pariter eiusdem Innocentii describuntur[2], nec in libro decretorum eius reperitur, nec in Tripertita historia, ubi plus quam alibi legimus de illius depositionis sententia. Verumtamen episcopi, qui ipsum Iohannem deposuerant, catholici erant; unde Gelasius[3] papa in libro contra fautores Agathi, ubi scribit, quod apostolica sedes more maiorum, etiam sine ulla synodo praecedente, exolvendi quos synodus iniqua damnaverat, et damnandi, nulla existente synodo, quos oportuit, haberet facultatem. *Sanctae,* inquit, *Romanae memoriae Iohannem Constantinopolitanum synodus etiam catholicorum praesulum certe damnaverat, quem sedes*
*p. 19. *apostolica etiam sola, *quia non consensit, absolvit.* Dicitur autem Arcadius imperator excommunicatus fuisse, eo quod consenserit in beati Iohannis episcopi depositionem.
Rom. 1, 32. Sed quamvis pari sententia constringat apostolus eos, qui faciunt et qui consentiunt facientibus, tamen iuxta humanam rationem levioris quodammodo culpae est qui consenserit, quam qui facit. Et cum illi praesules, qui deposuerunt praedictum pontificem, sint plane catholici iuxta sententiam sancti papae Gelasii, qualiter Arcadius imperator consentiens facientibus ipse meruit specialiter excommunicari vel damnari? Certe multa sunt Arcadii imperatoris privilegia quae recipit ecclesia, utpote sibi valde necessaria, sicut testatur liber christianorum imperatorum de fide catholica, ideoque non repellit eum a communione sua. Constituit namque cum fratre suo Honorio, supplicante ecclesia, ut, *quaecunque*[4] *a parentibus suis imperatoribus christianis statuta sunt diversis temporibus circa sacrosanctas ecclesias, maneant inviolata atque incorrupta, nihilque a privilegiis immutetur, sed omnibus qui ecclesiis deserviunt tuitio deputetur. Si quis autem,* inquit, *in hoc genus sacrilegii proruperit, ut in ecclesias catholicas irruens sacerdotibus et ministris vel ipsi divino cultui locoque aliquid importet iniuriae, si non poterit per procuratorem provinciae comprehendi, dignus videlicet talis capitali sententia puniri, sit cunctis non solum liberum, sed et laudabile, factam atrociter sacerdotibus aut ministris iniuriam veluti publicum crimen persequi.* Constituit[5] quoque, ecclesia teste, iuxta edictum priorum imperatorum, omnes, *quos clementiae* suae *regeret temperamentum, in tali religione versari, quam divum Petrum apostolum tradidisse Romanis religio usque* adhuc *ab ipso insinuata declarat, ut* scilicet *secundum*

a) totum 1, *quod iam Schard. emendavit.*

1) *Spuria epistola Innocentii I. ap. Nicephorum Callistum, Hist. eccl. XIII, 34; [cf. Liber canonum contra Heinricum IV. c. 25, Libelli I, p. 495; Bonizo l. VII, ib. p. 608].* 2) *Epist. Gelasii papae ad episcopos Dardaniae, Thiel l. l. I, p. 392. et 400; ed. Hinschius p. 643.* 3) *[Anselmi Coll. can. IV, c. 16; Grat. C. XXV. qu. 2, c. 20].* 4) *[Lib. pontif. ed. Duchesne I, p. 226 sqq.].* 5) *Cod. Theod. lib. XVI, tit. I, l. 2. et 3.*

apostolicam disciplinam euangelicamque doctrinam Patris et Filii et Spiritus sancti unam deitatem sub pari maiestate et sub pia Trinitate credamus, nihil dissonum profana divisione facientes, sed Trinitatis ordinem personarum assertione ac divinitatis unitatem catholica religione venerantes, reliquos autem, *qui ab eorum, quos commemoratio specialis expressit fidei, communione dissentiunt, ut manifestos hereticos ab ecclesiis expelli, neque his penitus post haec optinendarum ecclesiarum pontificumque facultatem*[a] *permitti, ut verae ac nitidae*[b] *fidei sacerdotia casta permaneant; nec post evidentem,* inquit, *praecepti nostri formam malignae locus detur astutiae.* Et iterum[1]: *Qui divinae,* ait, *legis sanctionem aut nesciendo confundunt aut negligendo violant et offendunt, sacrilegium committunt.* *Constituit[2] etiam Arcadius cum fratre suo Honorio, *p. 20.
ecclesia teste, ut, *si quis sacerdotum contra quietem publicam aliquid moliri fuerit deprehensus, secundum legem divae*[c] *memoriae Gratiani vitam agat centum milibus ab eorum coetibus separatus, a quorum est societate discretus.* Et post plurima ecclesiasticae disciplinae statuta: *Edictum,* inquit[3], *quod de unitate per Africanas regiones clementia nostra direxit, per diversa etiam loca proponi volumus, ut omnibus innotescat, Dei omnipotentis unam et veram fidem catholicam, quam recta credulitas confitetur, esse retinendam. Omnes autem,* inquit[4], *hereticos atque scismaticos et caeteros catholicae ecclesiae adversarios exterminari praecipimus, primo ab aspectu Romanae urbis, deinde ab omnibus ecclesiis, ut eis nihil ex moribus, nihil ex legibus sit commune cum catholicis, quoniam quod in religione divina prave committitur ad iniuriam omnium refertur. Neque vero hereticorum,* inquit[5], *dementia sive scismaticorum pertinacia conetur*[d] *ulterius perpetrare quae repperit, neque eis illicita habere concilia sive profana usquam docere aut discere praecepta licitum sit, neque antistites eorundem audeant fidem, quam non habent, insinuare*[e] *nec ministros, cum ipsi non sint ministri Dei, creare. Quotiens autem,* inquit[6], *de religione agitur, episcopos convenit iudicare, in caeteris vero causis, quae ad usum publici iuris pertinent, legibus oportet optemperare.* Constituit[7] etiam idem Arcadius imperator cum fratre suo Honorio, aeque catholico imperatore, ecclesia supplicante, ut, *quicquid a divis principibus constitutum est, vel si quae singuli quique antistites pro causis ecclesiasticis impetrarant, sub poena sacrilegii aeternaliter conserventur.* Quorum unus antistes Romanus, scilicet Bonifacius, scripsit[8] inter caetera ad eundem Honorium verbis supplicibus: *Ipsa,* inquiens, *ecclesia devotionem tuam, christianissime imperator, meo quidem sermone, sed suo venerabili appellat affectu, quam Christus deus noster, vestri fidus rector et gubernator imperii, uni desponsatam sibi et intactam virginem servat, ne in eam aliquos patiamini insidiantium procellarum fluctus illidi, et quietam faciem tempestatis insolitae tumore turbari, gloriosissime et tranquillissime imperator auguste,* et caetera, quibus idem papa precatur, ut a principe hoc quoque constituatur, quatinus in urbe Roma nunquam per ambitum antistes ordinetur[f]; cui inter *alia rescripsit[9] imperator Honorius: *Illud,* inquiens, *pietati nostrae satis* *p. 21
placuisse cognosce, quod sanctimonia vestra sollicita est de ecclesiarum aut populi perturbatione. Proinde volumus id ad cunctorum clericorum notitiam pervenire, ut sciant omnes ab ambitionibus esse cessandum; ac si duo contra fas temeritate concertantes[g] *fuerint ordinati, nullum ex his futurum penitus sacerdotem, sed illum solum*

a) pontificium facultatemque *cod. Theod.* b) Nicenae *cod. Theod.* c) divinae m. gratam 1; *emendavit Goldastus.* d) continetur 1; *emend. G.* e) minuere 1; *emend. Struvius.* f) ordinet 1, *quod iam G. emendavit.* g) *ita Hinsch.;* concertantium 1.

1) *Cod. Theod. lib. XVI, tit. II, l.* 25. 2) *Ibid. l.* 35. 3) *Ibid. tit. XI, l.* 2. 4) *Ibid. tit. V, l.* 6. 62. 64. 5) *Ibid. l.* 24. 6) *Ibid. tit. XI, l.* 1. 7) *Ibid. t. II, l.* 47. *Haec lex a Valentiniano et Theodosio lata est.* 8) *Epist. decretorum Bonifacii ad Honorium ed. Schoenemann (nr.* 7*) p.* 730, *Hinschius l. l. p.* 554. 9) *Schoenemann (§* 8*) p.* 732.

in sede apostolica permansurum, quem ex numero clericorum nova ordinatione divinum iudicium et universitatis consensus elegerit. Unde id observandum est, ut omnes tranquillam mentem et pacificos animos ex serenitatis nostrae admonitione custodiant, nec aliquid seditiosis conspirationibus temptare conentur, cum certum sit nulli partium sua studia profutura.

10. Haec pauca de plurimis constitutionibus ecclesiasticis sive Honorii sive Arcadii imperatorum exempli gratia descripsimus, ut pariter recognoscamus, qualis et quam utilis fuerit ecclesiae Arcadius, qui nunc pro condendi scismatis studio inducitur fuisse excommunicatus sive damnatus, quandoquidem certis manifestum sit indiciis beatum papam Innocentium, qui dicitur eum excommunicasse, ecclesiasticas iuxta disciplinam sacerdotum nosse pariter et observasse regulas, quarum una vel praecipua est de concordia regum atque sacerdotum; quia *omnes res,* inquit sanctus Leo papa[1], *tutae esse non possunt, nisi quae ad divinam confessionem pertinent et regia et sacerdotalis defendit auctoritas.* Ipse enim Innocentius scribit in XXIII. capitulo decretorum suorum de rei publicae etiam administratoribus: *Quaesitum est,* inquiens[2], *super his, qui post baptismum administraverunt et aut tormenta sola exercuerunt aut etiam capitalem sententiam protulerunt. De his,* inquit, *nihil legimus a maioribus definitum; meminerant enim a Deo potestates has fuisse concessas, et propter vindictam noxiorum gladium fuisse permissum, et Dei ministrum esse datum in huiusmodi vindicem. Quomodo igitur reprehenderent factum, quod auctore Deo viderent esse concessum? De his ergo ita, ut hactenus servatum est, sic habemus, ne aut disciplinam evertere*[a] *aut contra auctoritatem Domini venire videamur. Ipsis autem in rationem reddendam gesta sua omnia servabuntur.* Notate autem diligentius haec beati Innocentii verba, quae vel sola videntur sufficere contra illius papae Hildebrandi scripta, quae ipse non praevidebat
*p. 22. posse destrui per ipsa sanctorum patrum exempla, *quibus contendebat firmare partium suarum studia. Dum enim docuit regi Francorum contradicendum et non communicandum esse, cui potestas a Deo concessa est hereditaria successione, videtur Dei ordinationi restitisse, qui etiam ipsum Dei ministrum, cui gladius est permissus ad vindictam noxiorum, dum studuit gladio adversariorum deicere, non solum duplicavit
Ezech. 21, 14. gladium, iuxta quod in Ezechiele[b] legitur, vel triplicavit, sed et multiplicavit, et non solum divisit populum christianum, sed et sacerdotia, ut multi sint episcopi in parte ista, plurimi autem in parte altera. Unde et supradictus papa Innocentius: *Si instituta,* inquit[3], *ecclesiastica, fratres, plena fuerint vigilantia ab omnibus Dei sacerdotibus observata, cessabit ambitio, conquiescet dissensio, hereses et scismata non emergent, locum non accipiet diabolus saeviendi, manebit unanimitas, iniquitas superata calcabitur, veritas spiritali fervore flagrabit, pax praedicata labiis cum voluntate animi*
Rom. 15, 5. *concordabit, implebitur et dictum apostoli: Ut unanimes unum sentientes permaneamus*
Phil. 2, 2–4. *in Christo, nihil per contentionem nobis neque per inanem gloriam vindicantes, non*
1. Tim. 1, 17. *hominibus, sed Deo nostro salvatori placentes, cui honor est et gloria in saecula saeculorum. Amen.*

11. Atque iterum idem Innocentius papa: *Sit*[c] *certe in exemplum,* ait[4], *sollicitudo et tristitia fratrum, quam saepe pertulimus imperatore praesente, cum pro pace ecclesiarum saepe rogaremus, cupientes eos in nostra recipere viscera, qui requisiverunt sanitatem, ne diu membra ab unitate corporis haberentur aliena.* Qui etiam, ut supra

a) avertere *Hinsch.* b) Ezeciele 1. c) *ita Innoc.;* Sic 1.

1) *V. supra c.* 3, *p.* 186. 2) *Decreta Innocentii papae ad Exsuperium Tolosanum episc. c.* 3, *Schoenemann (§ 7) p.* 543, *Hinschius p.* 532; *cf. Lib. de lite I, p.* 377. 3) *Epist. ad Victoricum Rotomag. episc., Schoenemann (§ 17) p.* 511, *Hinschius p.* 531. 4) *Ibid. § 14 (c.* 11), *Schoenemann I, p.* 509.

dictum est, loquens de ministeriis potestatum: *Quomodo maiores,* inquit[1], *nostri reprehenderent factum, quod auctore Deo videretur esse concessum? De his ergo potestatibus, ut hactenus servatum est, sic habemus, ne aut disciplinam evertere aut contra auctoritatem Domini venire videamur, quibus certe in rationem reddendam gesta sua omnia servabuntur. Nullatenus enim,* inquit, *condemnari potest humano examine, quem Deus suo iudicio reservavit.* Ecce, quomodo talis ille apostolicus aliorumque simul apostolicorum virorum consensus errorem eorum, quotquot reprehendunt potestates a Deo ordinatas, destruxit: *Et si iterum quae destruxi,* inquit[2], *reaedifico, praevaricatorem me constituo.* Gal. 2, 18. Proinde lectoris prudentia pariter et diligentia attendat, si cum scriptura sancti huius Innocentii sermo Hildebrandi papae conveniat, qui eum dicit Arcadium imperatorem quasi iudicatum excommunicasse vel damnasse, qui etiam hoc addidit, scribens[3] pro regis Francorum *deiectione, quod beatus Gregorius ita per scripturae suae *p. 23. decretum constituerit[4], ut, si quis regum, sacerdotum, iudicum atque saecularium personarum constitutionis suae paginam agnoscens contra eam venire temptaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat. De quibus tandem regibus vult ut hoc intelligamus? cum nihil tale in scriptis illius eximii doctoris Gregorii adhuc legerimus, qui deferebat honorem cui debebat honorem, sicut docet apostolus, qui non resistebat nec resistendum docebat potestatibus, cum resistens aliquis resistat Dei ordinationi, qui praecipit reddere quae sunt caesaris caesari. De quibus, inquam, regibus vult, ut propositum illud capitulum intelligamus? nunquid de regibus Francorum sive de imperatoribus Romanorum? Certe sanctissimus ille papa Gregorius appellat Romanos imperatores dominos suos et se servum eorum, reges autem Francorum filios suos ac se patrem eorum. Nam cum comperisset simoniacam et neophytorum hereses longe lateque prorsus excrevisse, scripsit inter cetera regibus Francorum, sicut legitur[5] in tertio libro de vita ipsius Gregorii papae: *Paterno vos salutantes affectu petimus, praecellentissimi filii, ut detestabile hoc malum simoniacae heresis ac neophytorum de regni vestri finibus studeatis prohibere*[a] *et nulla apud vos excusatio, nulla contra animam vestram suggestio locum inveniat, quia facientis procul dubio culpam habet, qui quod potest corrigere negligit emendare*[b]. Et in quarto libro legitur ita scripsisse inter alia Sabiniano suo Constantinopolitano diacono, ut hoc loquatur imperatori Mauritio: *Unum est,* inquit[6], *quod breviter suggeras serenissimis dominis nostris, quia, si ego servus eorum vellem me in alicuius mortem miscere, Longobardorum gens nec regem nec duces nec comites haberet atque in summa confusione divisa esset. Sed quia Deum,* ait, *timeo, in mortem cuiuslibet hominis me miscere formido.* Igitur Longobardi tunc temporis pagani erant et invasores Italiae ac persecutores ecclesiae, et tamen ille sanctissimus papa Gregorius noluit pro Dei timore quicquam horum facere, quae supradicta sunt posse efficere, scilicet ut Longobardorum gens nec regem nec duces nec comites haberet atque in summa confusione divisa esset, quamvis vel ipse vel ecclesia sustinuerint talia ab eis illata incommoda, qualia scribit[7] in XVIII. super Ezechielem[c] prophetam homilia: *Quid est, iam rogo, quod libeat in hoc mundo? undique luctus aspicimus, undique gemitus audimus, destructae urbes, eversa sunt castra, depopulati sunt agri, in solitudinem terra redacta est, nullus in agris incola, pene nullus in urbibus habitator remansit, et ipsae parvae generis humani reliquiae adhuc cotidie et sine cessatione feriuntur, et finem non habent flagella caelestis iustitiae, *quia nec inter flagella directae*[d] *sunt actiones culpae. Alios* *p. 24.

a) prohiberi 1; *emend. Gold.* b) emandare 1; *emend. Schard.* c) Ezecielem 1. d) correctae *Greg.*

1) *Cf. supra p.* 198, *n.* 2. 2) *Ep.* 162, *Opp. I, col.* 1340, *Hinschius p.* 578; *Jaffé nr.* 539. 3) *Jaffé, Bibl. II, p.* 458. 4) *Greg. epp. XIII,* 11. 12; *cf. Lib. de lite I, p.* 495, *n.* 8. 5) *L. IV, c.* 64, *Opp. ed. Bened. IV, p.* 82 *(Greg. epp. IX,* 214*).* 6) *L. III, c.* 2, *l. l. col.* 162 *(epp. V,* 6, *ed. Ewald I, p.* 286*). [Cf. Sigeberti epist. ad Paschalem; Jaffé, Bibl. V, p.* 220*].* 7) § 22, *Opp. I, col.* 1374. 1375.

in captivitatem duci, alios detruncari, alios interfici videmus. Quid est ergo, quod in hac vita libeat, fratres mei? Si et talem adhuc mundum diligimus, non iam gaudia, sed vulnera amamus. Ipsa autem, quae aliquando mundi domina esse videbatur, qualis remanserit Roma, conspicitis, immensis doloribus multipliciter attrita, desolatione civium, impressione hostium, frequentia ruinarum. Ubi iam senatus? ubi populus? Omnis saecularium dignitatum ordo extinctus est in ea, et iam vacua ardet Roma. Haec passa est a Longobardis ecclesia, haec passa est et Roma, haec passus quoque est sanctus Gregorius papa, qui, cum[a] facere posset, ut Longobardorum gens nec regem nec comites haberet atque in summa confusione divisa esset, nihil horum facere voluit, quia vir rectus ac timens Deum fuit. *Quia enim,* inquit, *Deum timeo, in mortem cuiuslibet hominis me miscere formido.*

(c. XIII). 12. Sed ut magis ac magis convalescebat civilis, immo plus quam civilis discordia, per quam nostro quoque tempore facta sunt prope similia, qualia superior sermo demonstrat per Longobardos acta esse in Romana re publica, ut tam miserabilis, inquam, confusio rerum convalescat facta nunc per christianos in ecclesia, describit[1] ille saepe dictus papa Hildebrant regem Francorum tunc etiam, nunc imperatorem Romanorum, christianae legis esse contemptorem, ecclesiarum videlicet atque imperii destructorem atque hereticorum auctorem et consentaneum, ac propterea a se eum fuisse excommunicatum. Nos autem confidimus meliora de eo et speramus in Deo, ut potius sit christianae legis amator, ecclesiarum et imperii defensor et hereticorum atque scismaticorum destructor, si pro contentionis suae et erroris perseverantia eorum non potuerit fieri corrector. *Omne enim, quod irreprehensibile est, catholica defendit ecclesia,* sicut scribit[2] Marcellinus papa. Ergo potestas a Deo concessa reprehensione est plane indigna, de qua apostolus, immo per apostolum Dominus hanc regulam constituit:

1.Petr.2,17. Ps. 98, 4. *Deum,* inquiens, *timete, regem honorificate,* quoniam *et honor regis iudicium diligit.* Sed ille Hildebrant econtra inhonoravit regem Francorum et accusavit eum crimine pessimo apud Herimannum Metensem episcopum, intendens ipsum crimen, quo testificatur esse eum christianae legis contemptorem et ecclesiarum atque imperii destruc-

*p. 25. torem simul et hereticorum auctorem *et consentaneum, pervenire ad notitiam cunctarum ecclesiarum. Quin[b] potius audiat omnis ecclesia, quam magna sit iniustitia canonum sacrosancta transgredi statuta, de quibus ad Iohannem Larissaeum episcopum ita scribit[3] beatissimus papa Gregorius: *Haec,* inquiens, *consona sanctis patribus diffinitione sancimus, ut, qui sacris nescit aut contemnit obedire canonibus, nec sacris administrare altaribus nec communionem capere sit dignus*[4]. Ecce enim sacrosancta Romana ecclesia fas habet iudicandi de omni ecclesia. Sed Fabianus papa scribit[5] omnibus episcopis: *Nullus,* inquiens, *praesumat unquam accusator esse simul et iudex et testis, quoniam in omni iudicio quattuor personas necesse est semper adesse, id est iudices electos, accusatores idoneos*[c], *defensores congruos*[c] *atque legitimos*[c] *testes*[6]. Iudices autem agent in aequitate, testes in veritate, accusatores intentione ad amplificandam causam, defensores extenuatione ad minuendam causam. Quae cum observari soleant in saecularibus quoque iudiciis, nonne multo magis debent observari in dispositionibus ecclesiasticis? Unde idem, qui supra, Fabianus papa: *Si in rebus,* inquit[7], *saecularibus suum cuique ius et proprius ordo servandus est, quanto magis in ecclesiasticis dispositionibus nulla debet induci confusio! Quod hac observatione servabitur, si nihil pote-*

a) quicunque 1; *emend. Schard.* b) Quid 1; *emend. Schard.* c) *deest apud Fabianum.*

1) *Jaffé, Bibl. II, p.* 458. 2) *Marcellini epist. II, c.* 3, *Hinschius p.* 222. 3) *Ioh. Diac. V. Greg. l. IV, c.* 26, *p.* 139; *Greg. epp. III,* 7, *ed. Ewald I, p.* 168; *Jaffé nr.* 1211. 4) *Cf. Petrum Crassum c.* 5, *Libell. de lite I, p.* 442. 5) *Fabiani Epist. II, c.* 22, *Hinschius p.* 165, *Petrus Crassus c.* 7, *p.* 447. 6) *Cf. Widonem Ferrar., Libelli I, p.* 560. 7) *Epist.* 2, *c.* 15, *Hinschius p.* 162.

stati, sed totum aequitati tribuitur. Hoc Fabianus papa scripsit et docuit, et hoc Romana ecclesia quasi divini Petri voce firmatum tenuit, donec ille papa Hildebrant omnia conturbavit[1], qui regiam potestatem, quam utpote a Deo concessam defendit catholica ecclesia, multum per omnem modum inhonoravit. Regem enim, quem honorificari apostolus praecipit, ipse de pessimo crimine accusavit, quod non probavit[2]. Ipse etiam huius accusationis testis extitit, quia alios testes non adhibuit, ipse etiam iudex extitit, quia regem se excommunicasse perhibuit; scripsit etiam, sicut supra iam diximus, quod ipse regi fuerit offensus. Sed eiusmodi vel accusatores vel testes catholica ecclesia non recipit, quoniam Anacletus papa sic scripsit et sic docuit[3]: *Inoffensus,* inquiens, *accusatorum et testium affectus quaerendus est, non suspectus.* Et Callistus papa[4]: *Nec*[5] *accusatores,* inquit, *nec testes suspecti recipiantur, neque absente eo, quem accusare voluerit, quicunque accusator credatur. Similiter testes,* ait, *per quamcunque scripturam testimonium non*[a] *proferant*[b]*, sed praesentes ex his quae viderunt et noverunt testimonium dicant.* Igitur, sicut Damasus quoque papa scribit[6]: **Accusatores et iudices* *p. 26. *iidem non debent esse, sed per se iudices, per se accusatores, per se testes, per se accusati, unusquisque in suo ordinabiliter ordine.* De quibus etiam inquit: *Omnibus vera semper fiat aequitas, quatinus accusationis et iudicii ac testimonii mercedem per veritatem gestorum consequi valeant.* Quis autem iudicem iudicabit, qui Dei minister est, vindex in iram ei qui malum agit, quem non sine causa portare gladium apostolus[c] dicit? *Carissimi,* inquit, *subiecti estote omni humanae creaturae propter Deum, sive* 1. Petr. 2, 13 —17. *regi, quasi praecellenti, sive ducibus, tanquam ab eo missis ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum, quoniam sic voluntas Dei est, ut benefaciatis et obmutescere faciatis inprudentium hominum ignorantiam, quasi liberi, et non quasi velamen habentes malitiae libertatem, sed sicut servi Dei. Omnes honorificate, fraternitatem diligite, Deum timete, regem honorificate!* Haec quidem potestas, quae a Deo ordinata est, et quae iubetur honorificari, ubi tandem debet iudicari? Utrum in ecclesia, an in curia? Si in ecclesia, fortasse ecclesia fit curia, quae a cruore dicitur, sicut Silvester papa attestatur[7]: *Nemo,* inquiens, *clericus vel diaconus vel presbyter propter quamlibet causam intret in curiam, nec ante iudicem cinctum causam dicere praesumat, quoniam omnis,* ait, *curia a cruore dicitur.* Et cum ecclesiastica prohibeant decreta sub anathematis etiam interpositione, ut inferior quilibet gradus non praesumat superiorem accusare, quis accusabit regem quasi praecellentem, cui, sicut Innocentius papa ait[8], *servabuntur sua gesta omnia ad reddendam Deo rationem?* Fabianus papa[9]: *Omnis,* inquit, *qui crimen obicit, scribat se probaturum re vera; ibi semper causa*[d] *agatur, ubi crimen admittitur; et qui non probaverit quod obiecit, poenam,* inquit, *quam intulerit patiatur.* Probet nunc ille Hildebrant aut aliquis de parte eius, regem, quem nos adhuc aestimamus ut catholicum, probet, inquam, eum esse hereticorum auctorem et consentaneum, atque hoc per idoneos faciat testes, quoniam ecclesiastica iudicia non recipiunt personas quae dicuntur infames, sicut sunt incestuosi, periuri, homicidae, et qui auferunt iniuste facultates ecclesiae, et qui fratres calumniantur aut accusant et non probant, vel qui contra innocentes principum animos ad iracundiam provocant, et qui apostolorum vel patrum statuta violant et caetera, de quibus plura scribit Stephanus papa. Contra haec

a) *deest* 1. b) perferant 1; *recepi verba Callisti.* c) apostolis 1. d) *deest* 1; *recepi ex ep. Fab.*

1) *Cf. Gregorii epist. collect.; Jaffé p.* 539. 2) *Cf. Benonis Gesta et Vita Hildebr. ed. Orth. Gratius p.* 41. 3) *Epist. Anacleti III, c.* 35, *Hinschius p.* 84. 4) *Epist. II. ad omnes Gall. urbium episc. c.* 17, *Hinschius p.* 141. 5) *Cf. epist. Gebehardi Salisb. c.* 20 *(Libelli I, p.* 271*).* 6) *Decreta Damasi papae c.* 16, *Hinschius p.* 504. 7) *Excerpta quaedam ex synodalibus gestis S. Silvestri papae c.* 5, *Hinschius p.* 449. 8) *Decreta ad Exsuperium c.* 3; *cf. supra p.* 198, *n.* 2. 9) *Epist. III, c.* 28, *Hinschius p.* 168.

*p. 27. atque alia sacrosancta canonum statuta aliud aliquid eligere, hoc est certe heresim *statuere, quoniam heresis dicitur ab electione[1]. Ecce autem verbi gratia Theodoricum regem noverat Romana ecclesia fuisse hereticum, utpote Arrianum, nec tamen iudicavit eum, sed magis quaesivit interea sibi eum fore pacificum. Qui enim huiusmodi est, iam iudicatus est, quoniam iuxta sancti papae Gelasii[2] sententiam *error, qui semel cum suo auctore damnatus est, in participe quolibet pravae communionis effecto et execrationem sui gestat et poenam.* Ecce, inquam, in Arriano quoque rege potestatem a Deo ordinatam ecclesia honoravit, cui, sicut legitur[3] in decretis Symmachi papae, supplicem magis quam iudicem ipsa se obtulit: *Sancta,* inquiens, *synodus apud urbem Romam ex praecepto gloriosissimi regis Theodorici ex diversis regionibus congregata curavit dissidentes cum humilitate propositi sui ad concordiam hortari, Deo in hoc parens et sanctae principis voluntati, ut non sub occasione dissensionis contingat membra dispergi, sed magis per mansuetudinem sustineri, sicut boni nos operis Paulus magister in-*
2. Tim. 4, 2. *struxerat, dicens sanandos esse plurimos per patientiam atque doctrinam.* Similiter et Anastasius papa non iudicavit Anastasium imperatorem hereticum utique et defensorem hereticorum, sed, sicut Gelasius quoque fecerat, suppliciter pro pace ecclesiastica alloquitur eum: *Fili,* inquiens[4], *clementissime, nos supplicantes controversiam nolumus remanere in ecclesia, cum magis vitanda sit contentio, quoniam, sicut in Proverbiis*
Prov. 10, 12. *dicitur, odium suscitat contentio, omnis*[a] *autem qui non contendit protegit amicitiam* et caetera, quae plurima loquitur pro pace ecclesiastica, quoniam: *Ille,* inquit[5], *pro Christo fungitur legatione, qui pro pace precatur ecclesiae.* Christus enim est pax nostra, et ipsa est pax nostra quoque patria, ad quam suspiramus, et ad quam tendimus, si tamen pacifici sumus, quoniam caelestis Hierusalem, quae est mater nostra, visio pacis inter-
Ps. 121, 3. pretatur[6], cuius terminos posuit Dominus pacem, sicut per psalmistam dicitur: *cuius participatio eius in id ipsum,* ut scilicet ecclesia Dei, quae et civitas Dei, unum corpus sit cum Christo, qui id ipsum est, quod aeternaliter est, de quo Moysi dictum est: *Ego*
Exod. 3, 14. *sum qui sum.* Sed Hierusalem, quae aedificatur ut civitas, cuius participatio eius in id ipsum, continet in fundamento lapidem summum angularem, electum, pretiosum,
1. Petr. 2, 5. hoc est Christum, ut *et ipsi tanquam lapides vivi superaedificemini domus spiritales*
ib. 9. *in sacerdotium sanctum,* sicut dicitur per beatum Petrum, quoniam: *Vos,* inquit, *genus*
*p. 28. *electum, regale sacerdotium.* *O quanta conditoris nostri gratia, ut id ipsum quod ipse est in ipsa quoque sit ecclesia, qui, cum sit rex et sacerdos, immo rex regum et sacerdos sacerdotum, statuit ecclesiae domesticis huius donativi privilegium, ut sint regale sacerdotium. Hoc tantum merentur pacifici, qui sunt unanimes in ecclesia Christi, in civitate Dei, cum absque omni contradictione[b] pertineant discordes ad civitatem diaboli, nec resipiscant a laqueis diaboli, a quo tenentur captivi. De ordine autem pacis, quae est ordinata concordia hominum, plurima scribit sanctus Augustinus in XVIIII. libro de civitate Dei, unde haec pauca, quae sequuntur, excerpsimus pro utilitate praesentis opusculi[7]:

Omnis igitur usus rerum temporalium refertur ad fructum pacis terrenae in terrena civitate, in caelesti autem civitate refertur ad fructum pacis aeternae. Quamdiu[8] *enim permistae sunt ambae civitates, utimur et nos pace Babylonis, ex qua ita*
1. Tim. 2, 1. 2. *per fidem populus Dei liberatur, ut apud hanc interim peregrinetur; propter quod et apostolus admonuit ecclesiam, ut oraret pro regibus eius atque sublimibus, addens et*
Ierem. 27, 7. 8, 17. *dicens, ut quietam et tranquillam agamus vitam cum omni pietate et caritate. Et propheta Hieremias, cum populo Dei veteri praenuntiaret captivitatem et divinitus impe-*

a) omnes a. q. n. contendunt p. amicitia *Anast.* b) confractione 1; *emend. Schard.*

1) *Isid. Etymol. VIII,* 3, 1, *ed. Arevalus III, p.* 349. 2) *Epist.* 26, § 4, *ad episc. Dard., Thiel l. l. p.* 399. 3) *Thiel I, p.* 658. 663. 664, *c.* 1. 9. 4) *Thiel l. l. p.* 618. 5) *Thiel p.* 615. 6) *Cf. supra p.* 192. 7) *C.* 14, *Opp. VII, col.* 558. 8) *C.* 26, *ibid. col.* 571.

raret, ut obedienter irent in Babyloniam Deo suo etiam ista patientia servientes, monuit et ipse, ut oraretur pro illa, dicens, quia: In eius pace est pax vestra, utique interim Ierem. 29, 7. *temporalis, quae bonis malisque conveniens*[a] *est. Pax*[1] *autem nostra patria, et hic est cum Deo per fidem, et in aeternum erit cum illo per speciem. Igitur terrena*[2] *civitas, quae non vivit ex fide, terrenam pacem appetit, qua defigit imperandi obediendique concordiam civium, ut sit eis de rebus ad mortalem vitam pertinentibus humanarum quaedam compositio voluntatum. Civitas autem caelestis, quae in hac mortalitate peregrinatur et vivit ex fide, etiam ista pace necesse est utatur, donec ipsa, cui talis pax necessaria est, mortalitas transeat. Ac per hoc dum apud terrenam civitatem velut captiva vitam suae peregrinationis agit, iam promissione redemptionis et dono spiritali tanquam pignore accepto, legibus terrenae civitatis, quibus haec administrantur, quae sustentandae mortali vitae accommodata sunt, obtemperare non dubitat, ut, quoniam communis est ipsa mortalitas, servetur in rebus ad eam pertinentibus inter utramque civitatem concordia.*

Et longe supra in libro quarto de civitate Dei idem Augustinus scribit[3], commemorans, qualiter Deus terrenae *quoque civitatis regnum disponit. *Deus,* inquit, *ille* *p. 29. *felicitatis auctor et dator, quia solus est verus Deus, ipse dat regna terrena et bonis et malis, neque hoc temere et quasi fortuito, quia Deus est, non fortuna, sed pro rerum et temporum ordine occulto nobis, notissimo sibi, cui tamen ordini temporum non subditus servit, sed eum ipse tanquam dominus regit moderatorque disponit. Felicitatem vero non dat nisi bonis; hanc enim possunt et non habere et habere servientes, possunt et non habere et regnare*[b] *regnantes, quae tamen plena in ea vita erit, ubi nemo iam serviet ulli. Et ideo regna terrena et bonis ab illo dantur et malis, ne eius cultores adhuc parvuli in provectu animi haec ab eo munera quasi magnum aliquid concupiscant. Et hoc est sacramentum veteris testamenti, ubi occultum erat novum, quod illic promissa et dona terrena sunt intelligentibus et tunc spiritalibus, quamvis nondum in manifestatione praedicantibus, et quae illis temporalibus rebus significaretur aeternitas, in quibus Dei donis esset vera felicitas. Quae cum ita sint, non tribuamus,* inquit[4], *dandi regni atque imperii potestatem nisi*[c] *Deo vero, qui dat felicitatem in regno caelorum solis piis, regnum vero terrenum et piis et impiis, sicut ei placet, cui nihil iniuste placet. Ille enim unus verus Deus, qui nec iudicio nec adiutorio deserit genus humanum, quando voluit et quantum voluit, Romanis regnum dedit, qui etiam dedit Persis et Assyriis. Sic quoque Deus regnum dedit hominibus, qui Mario ipse*[d] *et Caio Caesari, qui Augusto ipse*[d] *et Neroni, qui Vespasianis et patri et filio, suavissimis imperatoribus, ipse*[d] *et Domitiano crudelissimo, et ne per singulos ire necesse sit, qui Constantino christiano ipse*[d] *apostatae Iuliano.* Et post aliqua[5]: *Neque vero nos,* inquit, *christianos quosdam imperatores ideo felices dicimus, quia vel*[e] *diutius imperarunt*[f] *vel*[e] *imperantes filios morte placida reliquerunt vel*[e] *hostes rei publicae domuerunt vel*[e] *inimicos cives adversus se insurgentes et cavere et opprimere potuerunt, sed felices eos dicimus, si iuste imperant, si inter linguas sublimiter honorantium et obsequia nimis humiliter salutantium non extolluntur*[g], *sed se homines esse meminerunt*[h], *si suam potestatem ad Dei cultum maxime dilatandum maiestati eius famulam faciunt, si Deum timent, si diligunt, colunt, si plus amant illud regnum, ubi non timent habere consortes, si tardius vindicant, facile ignoscunt, si eandem vindictam pro necessitate regendae tuendaeque rei publicae, non pro saturandis inimicitiarum *odiis exercent,* *p. 30.

a) communis *Aug.* b) et regnare *des. Aug.* c) non 1. d) ipsi 1. e) et 1. f) *ita Aug.*; imperarent 1. g) extollantur 1. h) meminerint 1.

1) *C.* 27, *col.* 571. 2) *C.* 17, *l. l. col.* 561. 3) *C.* 33, *l. l. VII, col.* 112. 113. 4) *L. V, c.* 21, *l. l. VII, col.* 138. 5) *C.* 24, *ibid. col.* 141.

si eandem veniam non ad impunitatem iniquitatis, sed ad spem correctionis indulgent, si, quod[a] *aspere coguntur plerumque decernere, misericordiae*[b] *lenitate et beneficiorum largitate compensant, si luxuria tanto eis est castigatior, quanto possit esse liberior, si malunt cupiditatibus pravis quam quibuslibet gentibus imperare, et si haec omnia faciunt, non propter ardorem inanis gloriae, sed propter caritatem felicitatis eternae, si pro suis peccatis sacrificium humilitatis, miserationis et orationis Deo suo vero immolare non negligunt: tales christianos imperatores dicimus esse felices interim spe,*
1. Ioh. 2, 3. *postea re ipsa futuros, cum id quod expectamus advenerit.*

(XIV) 13. Haec et alia huiusmodi scribit et docet sanctus Augustinus episcopus, ut cognoscamus, quomodo per pacem terrenam ad caelestem pervenire debeamus, quomodo etiam dispositor sit moderatorque regnorum Deus, et unde vera felicitas contingat christianis regibus, quos non recte agentes, iuxta quod supra dicitur, ita Deus in libro
Sap. 6, 2—10. et 12. Sapientiae alloquitur: *Audite, reges, et intelligite, discite, iudices finium terrae, praebete aures vos, qui continetis multitudines, et placetis vobis in turbis nationum, quoniam data est a Domino potestas vobis et virtus ab altissimo, qui interrogabit opera vestra et cogitationes scrutabitur, quoniam, cum essetis ministri regni illius, non recte iudicastis, neque custodistis legem iustitiae, neque secundum voluntatem Dei ambulastis, horrende et cito apparebit vobis, quoniam iudicium durissimum in his qui praesunt fiet; exiguo enim conceditur misericordia, potentes autem potenter tormenta patientur; non enim subtrahet personam cuiusquam Dominus, nec reverebitur magnitudinem cuiusquam Deus, quoniam pusillum et magnum fecit ipse, et aequaliter cura est illi de omnibus, fortioribus autem fortior instat cruciatio. Ad vos ergo, reges, sunt hi sermones mei, ut discatis sapientiam, et non excidatis. Concupiscite ergo sermones meos, diligite illos et habebitis disciplinam.* Inter haec, quae per Salomonem[c] dicuntur
Rom. 13, 1. a Domino, considerandum est, quod hic quoque dicitur regibus potestas data esse a Domino, sicut et praedicatur ab apostolo, quoniam: *Omnis,* inquit, *potestas a Deo,* ideoque *quod irreprehensibile est, catholica defendit ecclesia,* sicut scribit Marcellinus papa[1]. Omne enim bonum aut Deus aut ex Deo est; potestas autem, quoniam ex Deo
Rom. 13, 2. est, utique bona est, unde et *qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit,* sicut apo-
*p. 31. stolus ait. Non hic *certe agitur de talibus, de quibus per prophetam dicit Dominus:
Hosea 8, 4. *Ipsi regnaverunt, et non ex me; iudices extiterunt, et non cognovi. Non cognovi,* inquit, quasi diceret: reprobavi; Dei enim nescire hoc est reprobare. Verumtamen non regnaverunt ex Deo, qui regnum arripuerunt superstite adhuc rege suo, qui pro patribus suis successit in regnum iure hereditario, quod fieri non posset nisi a Deo. Duo enim reges[2], unus post unum, substituti sunt nostris temporibus a parte principum et partem regni tenuerunt, et non totum; quod scilicet 'totum' habet magnum pietatis
Act. 5, 38—39. mysterium in unitate fidelium. Sed quia hoc consilium et hoc opus ex hominibus erat, dissolutum est, quod ex Deo non erat, quoniam post breve temporis spatium ipsam quoque partem regni utrique amiserunt, et unus in praelio, alter in expugnatione unius castelli miserabiliter perierunt, superstite eo cui potestas data est a Deo, quam scilicet potestatem nec principes nec populus partis illius dissolvere potuerunt ullo modo, quandoquidem ipsi quoque regi possint iam donante Deo filii succedere in regnum, sicut ipse patribus suis successit in regnum. 'Ergo[3] omnis potestas, quae a Deo est, utique bona est, quam tribuit Deus bonis et malis, *ut ipsi placet, cui nihil iniuste placet*'[4]. Certe Nabuchodonosor dicitur in libro Danielis prophetae rex iniustus et ultra omnem terram impius, et tamen hic talis Nabuchodonosor, de cuius etiam interitu multa

a) quid 1. b) *ita Aug.;* minime 1. c) Solomonem 1.

1) *Epist. II, c.* 3, *Hinschius p.* 222. 2) *Cf. supra c.* 3, *p.* 188. 3) *Cf. c.* 12, *p.* 201. 4) *De civit. dei l. V, c.* 21, *Augustini Opp. VII, col.* 138.

horrenda vaticinantur per prophetas Domini, hic, inquam[a], dicitur a Domino servus Dei non sicut prophetae et omnes sancti, qui vere serviunt Domino, sed quod in eversione Hierusalem Domini servierit voluntati, de quo sic legitur in Hieremia propheta ex sermone Domini: *Ego,* inquit, *dedi omnes terras istas in manu Nabuchodonosor regis* Ier.27,6–8. *Babylonis, servi mei, insuper et bestias agri dedi ei, ut serviant illi, et servient ei omnes gentes et filio eius et filio filii eius; gens autem et regnum, quod non servierit Nabuchodonosor regi Babylonis, et quicunque non curvaverit collum suum sub iugo regis Babylonis, in gladio et fame et siti et peste visitabo super gentem illam, ait Dominus, donec consumam eos in manu eius.* Quod si tanto Deus zelatus est zelo regiam potestatem in rege iniusto et ultra omnem terram pessimo, quid facturus est pro rege christiano et catholico? Ipsi etiam regi Nabuchodonosor iuraverat Sedechias rex Iuda, cuius scilicet periurium ita insecuta est ultio divina: **Vivo ego, dicit Dominus, quoniam iuramentum quod sprevit et pactum quod praevaricatus est, ponam in caput eius, et morietur in praevaricatione, qua despexit me.* Ergo iusiurandum hos habet comites, veritatem, iudicium et iustitiam, ut, si ista desierint, nequaquam sit iuramentum, sed periurium. Unde et Dominus loquitur in Hieremia propheta: *Iurabis,* inquiens, *'vivit Dominus, in veritate et in iudicio et in iustitia'.* Quod dicitur: *vivit Dominus,* in testamento veteri iusiurandum est ad condemnationem mortuorum, per quos iuraverunt cultores idolorum. In novo autem testamento prohibet Dominus non iurare omnino: *Ne decidatis,* inquit, *sub iudicio,* si non secutae fuerint veritas et iustitia, quae pariter iuxta sententiam ipsius Domini comites sunt iuramento. Ezech. 17, 19. *p. 32. Ier. 4, 2. Iac. 5, 12.

14. Pro magno quidem salutis nostrae mysterio iurare nos Dominus per se ipsum pariter et per apostolum suum Iacobum prohibuit, quoniam videtur solvere Iesum, quisquis iuramentum solverit. Unde et sanctus Iohannes apostolus et euangelista: *Omnis,* inquit, *spiritus, qui solvit Iesum, ex Deo non est, et hic est Antichristus, de quo audistis, quoniam venit et nunc iam in mundo est. Qui enim solvit pactum, nunquid effugiet? Vivo ego, dicit Dominus, quoniam iuramentum quod sprevit et pactum quod praevaricatus est ponam in caput eius, et morietur in praevaricatione, qua despexit me.* Ergo, sicut testatur Dominus per prophetam, iusiurandum habet comites veritatem, iudicium et iustitiam. Veritas autem Christus est, simul et iustitia Christus est. *Ego sum,* inquit, *via, veritas et vita.* Sed psalmista ait, quoniam: *Iustitia et pax osculatae sunt se,* quando *veritas de terra orta est,* Christus scilicet natus de Maria virgine. *Factus est* enim *nobis Iesus Christus sapientia a Deo et iustitia et sanctificatio et redemptio,* sicut dictum est ab apostolo. Igitur veritas est Christus, iustitia est Christus, pax est Christus, immo quicquid bonum est aut Christus aut a Christo est, quoniam Christus Deus est. Sed omnes virtutum species uno iustitiae continentur nomine, beato quoque Hieronymo attestante[1], qui, exponens illud psalmistae: *Beati, qui custodiunt iudicium et faciunt iustitiam in omni tempore, cum Dominus,* inquit, *et salvator noster sit Dei iustitia, felix est et beatus qui facit iustitiam in omni tempore, id est Christum, quoniam, si iuste agimus, concipitur in nobis iustitia*[b] *et paritur ex nobis iustitia, et sumus mater iustitiae. Omnis* autem *spiritus, qui solvit Iesum, ex Deo non est, *et hic est Antichristus, de quo audistis, quoniam venit et nunc iam in mundo est;* sicut dicit sanctus Iohannes apostolus: *Ideoque probate spiritus, si ex Deo sunt.* Scripsit enim Hildebrant papa, secundum quod supra dictum est[2], Herimanno Metensi episcopo, quod ipse exemplo alicuius Romani pontificis potestatem habuerit solvere a sacramento principes regni, immo solvere in eis sacramentum, quo fidem vel pactum promiserant regi suo. Miseremini, o principes regni caelestis, populus (XV) Ioh. 14, 6. Ps. 84, 11. 12. 1. Cor. 1, 30. Ps. 105, 3. 1. Ioh. 4, 3. *p. 33. 1. Ioh. 4, 1.

a) inquit 1. b) aut tristitia 1; *emend. Freherus.*

1) *Breviarium in psalt. (ps. CV), Opp. ed. Vallarsius VII, 2, col.* 282. 2) *Cf. c. 4, p.* 189.

Dei, si tamen estis pacifici, et si estis in unitate ecclesiae Dei, vos, inquam, miseremini, immo indignemini, quod aestimavit vos talis momenti, ut putaret vos posse in hanc sententiam adduci, ut id quod non potest fieri credatis posse fieri. Nam sacramentum dicitur quoque iusiurandum, et sacramentum dictum est ab eo, quod sit sacrum signum,
Ier. 4, 2. ut, dum visibiliter iusiurandum agitur, invisibilis rei sacrum signum intelligatur. *Iurabis enim*, inquit Dominus, *in veritate, in iudicio et in iustitia.* Quis enim potest haec solvere, quae, sicut psalmista ait, sunt opera manuum tuarum, Domine? *Opera manuum*
Ps. 110, 7. 8. *eius*, inquit psalmista, *veritas, iudicium; fidelia omnia mandata eius confirmavit in saeculum saeculi, facta in veritate et aequitate.* Opera quippe virtutis Dei sunt veritas, iudicium et iustitia, et fidelia omnia mandata eius sunt, quae non variantur neque mutantur, quoniam confirmata in saeculum saeculi per humana verba nullo modo solvuntur, quae verbo Dei confirmantur, facta in veritate et aequitate. Veritas enim est, qua dicta complentur, aequitas, qua iuste proferuntur, iudicium vero est, quo vel iustus vel iniustus utrique pro meritis suis remunerantur. Sive iudicium dicitur, iuxta quod
Iob 34, 17. in libro beati Iob legitur: *Nunquid qui non amat iudicium sanari potest?* Unde sanctus papa Gregorius: *Amat iudicium*, inquit[1], *quisquis vias suas subtiliter discutit, et secretarium cordis ingressus, quid Dominus ipsi tribuat, quid ipse Domino debeat,*
Ier. 4, 2. *pensat. Tale iudicium qui non amat, nunquid sanari potest? Iurabis enim*, ait Dominus, *in veritate et in iudicio et iustitia.* De quibus si aliquis solutus fuerit et nihil horum habuerit vel amaverit, quid tunc erit? Profecto mendax et iniustus. Veritas
Ioh. 8, 44. quippe loquitur in euangelio de diabolo: *Ille*, inquiens, *homicida erat ab initio et in veritate non stetit, quia veritas non est in eo. Cum loquitur mendacium, ex propriis*
*p. 34. *loquitur, quia mendax est*, ait, *et pater eius*, id est ipsius mendacii. Mendacium *suum ipse genuit, a nemine audivit. 'Quomodo Deus pater genuit filium veritatem, sic diabolus lapsus genuit quasi filium mendacium. Ergo veritas est Dei, sed mendacium est diaboli, et quisquis in veritate non steterit, ex ipso est, qui mendacium primus genuit,
1. Ioh. 3, 7. 8. quoniam omne mendacium ex veritate non est, sicut sanctus Iohannes ait. *Filioli*, inquit, *nemo vos seducat. Qui facit iustitiam, iustus est, sicut et Deus iustus est. Qui facit peccatum, ex diabolo est, quoniam ab initio diabolus peccat. In hoc autem*, inquit, *apparuit filius Dei, ut dissolvat opera diaboli.* Quae opera? Peccata. Ecce quae et
Matth. 5, 17—19. cuius opera filius Dei venit dissolvere: *Nolite*, inquiens, *putare, quia veni solvere legem aut prophetas; non veni solvere, sed adimplere. Amen quippe dico vobis, donec transeat caelum et terra, iota unum aut unus apex non praeteribit a lege, donec omnia fiant. Qui ergo solverit unum de mandatis istis minimis et docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno caelorum; qui autem fecerit et docuerit, hic magnus vocabitur in regno caelorum.* Hoc verbum Dei loquitur ipse, qui est verbum Dei, filius Dei: *Ego*,
Ioh. 12, 49. inquiens, *ex me ipso non sum locutus, sed qui misit me Pater, ipse mihi mandatum dedit, quid dicam et quid loquar, qui non veni, legem aut prophetas solvere, sed ad-*
Matth. 5, 17. *implere. Qui autem solverit et docuerit sic, id est secundum quod solvit, non secundum*
Matth. 5, 19. *id quod invenit et legit, minimus vocabitur in regno caelorum, et fortasse ideo*, sicut ait Augustinus[2], *non erit in regno caelorum, ubi nisi magni esse non possunt.* Dominus enim Iesus Christus ipse est, quod praedicat verbum Dei, ideoque corpus Christi intelligitur etiam euangelium Dei, doctrina Dei, scriptura Dei. Unde Hieronymus[3] in expositione CXLVII. psalmi: *Licet corpus*, inquit, *Iesu Christi in mysterio possit accipi, si quando tamen sermonem Dei audimus, et caro Christi et sanguis eius funditur nostris auribus.* Proinde qui scripturam Dei solvit, Iesum solvit, qui scilicet filius Dei
1. Ioh. 3, 8. verbum Dei apparuit, ut solvat opera diaboli; et ut eadem opera diaboli solvant sacer-

1) *Moral. l. XXIV, c.* 24, § 51, *Opp. I, col.* 785. 2) *De serm. Domini in monte l. I, c.* 8, § 20, *Opp. III,* 2, *col.* 173 *E; cf. supra c.* 4, *p.* 189. 3) *Hieronymus l. l. Psalm.* 147 *(col.* 385*).*

dotes in verbo Dei, in virtute Dei, concessit Christus, filius Dei vivi, qui dixit beato Petro et in ipso sanctae ecclesiae, utpote supra petram fundatae: *Quaecunque ligaveris super terram, erunt ligata et in caelis, et quaecunque solveris super terram, erunt soluta et in caelis.* Matth.16,19. *Verbum enim Dei est non alligatum,* sicut testatur apostolus Dei, 2. Tim. 2, 9. nec solvi poterit ullo modo scriptura Dei, opus Dei, verbum Dei. *Nam caelum,* inquit, Matth.24,35. *et terra transibunt, verba autem mea non transibunt.* Igitur opera diaboli sunt peccata hominum, iuxta quod dicitur per Iohannem apostolum: **Qui facit peccatum, ex diabolo est,* 1. Ioh. 3, 8. *p. 35. non carnis originem ducendo ex diabolo, sed imitationem vel suggestionem peccandi sumendo ab illo. *Quoniam ab initio,* inquit, *diabolus peccat,* de archangelo scilicet ib. versus in diabolum, iuxta quod loquitur Dominus per Ezechielem prophetam suum: *Tu,* inquiens, *cherub extentus et protegens, et posui te in monte sancto Dei, in medio lapidum ignitorum, ambulasti perfectus in viis tuis a die conditionis tuae, donec inventa est iniquitas in te.* Ezech. 28, 14. 15. Omnis autem qui facit iniquitatem et peccatum facit, sicut idem qui supra sanctus Iohannes apostolus ait: *Et scitis,* inquit, *quoniam apparuit filius Dei,* 1. Ioh. 3, 8. *ut dissolvat opera diaboli; omnis autem spiritus, qui solvit Iesum, ex Deo non est; et* 1. Ioh. 4, 3. *hic est Antichristus, de quo audistis, quoniam venit et iam in mundo est.* Ergo verbum, anima et caro unus est Christus in una persona Dei et hominis. Sed ille solvit Iesum, qui vel divinitatem eius vel animam vel carnem[a] negat. Solvit et ille Iesum, qui mandata et verba Iesu vel perverse vivendo vel perversius interpretando corrumpit. Sed et ille solvit Iesum, qui scindit unitatem ecclesiae. Unus enim homo Christus, caput et corpus; nam corpus eius est ecclesia eius. Igitur ex Deo non sunt, qui Dei opera vel verba vel sacramenta rescindunt; nam: *Filius Dei,* verbum Dei, *in hoc apparuit,* 1. Ioh. 3, 8. *ut solvat opera diaboli;* et ut ipsius diaboli opera solvant sacerdotes in verbo Dei, in virtute Dei, concessit Christus, filius Dei. Sed Hildebrant papa sic scripsit et sic praedicavit[1]: *Quidam,* inquiens, *Romanus pontifex regem Francorum non tam pro suis iniquitatibus, quam pro eo quod tantae potestati non erat utilis, a regno deposuit, et Pippinum, Caroli Magni imperatoris patrem, in eius loco substituit, omnes Francigenas a iuramento fidelitatis, quam illi fecerunt, absolvit.*

15. Mira quidem videntur nobis quae astruit[2]: ut scilicet religiosus aliquis Roma- (XVI) nus pontifex sacramentum fidei in aliquo absolvere temptaverit, quia fides Dei magis quam alicuius aestimatur, quae alicui in eius nomine datur atque promittitur, quae et ad invocationem sanctorum Dei roboratur, ut ipsi quoque sint testes sive iudices pactae fidei in nomine Domini. Quando autem a fide aliquis solutus fuerit et fidem non habuerit, praecipue eam, quam iuramento firmaverit, procul dubio mendax est, insuper et periurus, qualis *regnum Dei non possidebit,* sicut apostolus ait. Ergo fides si titu- 1. Cor. 6, 10. baverit, *caritas etiam ipsa languescit,* sicut Augustinus in libro de doctrina christiana scribit[3]: *Dum fides,* inquit, *titubat, divinarum scripturarum auctoritas vacillat.* Opus autem fidei dilectio est, sicut apostolus testatur: *Fides,* inquiens, *quae per dilectionem* Gal. 5, 6. *operatur.* *Unde et sanctus Iohannes apostolus: *Omnis,* inquit, *spiritus, qui confitetur* 1. Ioh. 4, 2. *p. 36. *Iesum Christum in carne venisse, ex Deo est.* Confessionem hoc loco non solum catholicae fidei, sed et operationis bonae, quae fit per caritatem, requirit; alioqui nonnulli heretici, multi scismatici, sed et multi falsi christiani confitentur Iesum Christum in carne venisse, sed confessionem suam factis negant, non habendo caritatem. Caritas quippe Dei filium adduxit ad carnem, et ideo negat illum in carne venisse, quisquis non habet caritatem. Igitur opus fidei dilectio est, sed Deus dilectio est, quam dicit Rom. 5, 5. apostolus habitare in cordibus fidelium; fides enim tua de Christo, Christus est in corde

a) *ita emendavi;* caritatem 1.

1) *Cf. c.* 2, *p.* 186. 2) *Cf. ibid.* 3) *Lib. de doctr. christ. l. I, c.* 37, § 41, *Opp. III,* 1, *col.* 18 *C.*

tuo. Si fides in nobis, Christus in nobis; quem, scilicet Iesum, solvit, quisquis fidem
Matth. 5, 33. 34. absolvit. *Sed audistis,* inquit, *quia dictum est antiquis: 'Non peierabis, reddes autem Domino iusiurandum tuum'; ego autem dico vobis non iurare omnino.* His atque aliis Dei mandatis credere hoc est fidem tenere, hoc est Christum in cordibus credentium habitare, cuius verba non possunt aliter fieri, quam iuxta verbum Dei, quod est filius Dei. Proposuit enim ei istud legis mandatum, qui nondum ascendit ad culmen
ib. euangelicum: *Reddes,* inquiens, *Domino iuramentum tuum; vobis autem,* inquit, *dico,* qui non estis sub lege, sed sub euangelica perfectione, *non iurare omnino.* Iustitia
Matth. 5, 20. autem pharisaeorum est, non occidere, non peierare. *Sed vere dico vobis,* inquit, *nisi abundaverit iustitia vestra plus quam scribarum et pharisaeorum, non intrabitis in*
Eccl. 5, 3. 4. *regnum caelorum. Quodcunque autem voveris,* sicut per Salomonem[a] dicitur, *redde, multoque melius est, non vovere, quam post votum promissa non reddere.* Displicet
Eccl. 23, 14. enim Deo infidelis et stulta promissio, et *si in vacuum aliquis iuraverit, non iustifica-*
Matth. 5, 33. *bitur,* sicut sapientia Dei loquitur in libro Ecclesiastico. *Audistis,* inquit, *quia dictum est antiquis: 'Non peierabis, reddes autem Domino iuramentum tuum',* qui nondum ascendisti ad culmen euangelicum, ubi prohibetur omnino iuramentum. Denique non implentibus ea, quae antiquis in lege iubentur, maledictum etiam proponitur: *Maledictus,*
Deut. 27, 26. inquit, *qui non permanserit in omnibus quae scripta sunt in libro legis, ut faciat ea, et contestor vobis per caelum et terram, quod, si non custodieritis mandata domini Dei vestri, peribitis a facie terrae.* Quod si iubentur, qui sub mandato legis sunt quasi sub paedagogo, interposita maledictione Domino iuramentum suum reddere, quod, ut
c. 14. *p. 37. supra dictum est, datur sub sacramento *veritatis, iudicii et iustitiae, quid fiet de his qui constringuntur sub maiori sacramento christianae religionis? ubi, quanto sublimior in-
cf. Matth. 5, 19. stitutio atque doctrina, tanto gravior exactio atque vindicta, si quis solverit vel unum de minimis Domini mandatis, quae scripta sunt in lege, quae nec filius Dei venit sol-
cf. 1. Ioh. 3, 8. vere, sed adimplere, apparens certe opera diaboli solvere, quae etiam concessit sacerdotes in verbo Dei, in virtute Dei solvere. Haec obsecro considerate, et si angelus etiam de caelo aliter, quam euangelizatum est a Deo, euangelizaverit vobis, non attendite,
cf. Gal. 1, 8. quia talis iuxta apostolicam beati Pauli auctoritatem, per quem loquitur Christus, perpetuo maledictus est anathemate.

16. Ecce enim, ut saepe dictum est[1], omne quod irreprehensibile est catholica ecclesia defendit[2], ideoque vel Zachariam vel Stephanum Romanos pontifices pro merito suae religionis et virtutum defendit, quorum neuter, ut certo scimus, Francigenas a iuramento fidelitatis suae, quam alicui promisissent regi, absolvit, sicut Hildebrant papa scripsit et praedicavit, ut tali exemplo deciperentur principes regni, quasi ipse posset absolvere eos a sacramento fidei, quam iuraverant regi suo in nomine Domini, inten-
(XVII) dens eum perinde a regno privari atque deponi. Quod cum per hos XIV aut eo amplius annos frequenter temptatum sit, ad effectum tamen pervenire non potuit, quo-
Proverb. 21, 30. niam, ut Salomon[a] ait: *Non est sapientia, non est fortitudo, non est consilium contra Dominum.* Ergo Hilderichus non re, sed nomine tantum regnabat, quoniam apud maiores domus tota dispositio regni et tota potestas regni erat, quod ita fieri divina dispensatio longe ante ordinaverat. Nam Lodovicus sive Clodoveus, gloriosi regis Dagoberti filius, disco operiens corpus beati Dionysii martyris, brachium eius fregit, statim stupefactus in amentiam incidit et non post multum temporis vitam cum regno finivit[3]. Cuius praesumptio, qua in sanctum Dei peccaverat, in posteros quoque redundavit, quoniam, sicut legitur in Gestis Francorum[4], exinde diversis atque pestiferis casibus regnum Fran-

a) Solomon. 1.

1) *Cf. c.* 13, *p.* 204. 2) *V. supra c.* 12, *p.* 200. 3) *Gesta Dagoberti regis c.* 52, *SS. rer. Merovingic. II, p.* 425. 4) *Liber historiae Francorum c.* 44, *SS. rer. Meroving. II, p.* 316.

corum concidit. Postquam enim duo filii eius regni successores, Clotarius scilicet atque Hilderichus, in primaeva aetate perierunt, unus communi omnium morte defunctus, alter propter morum insolentiam occisus, Theodoricus tertius frater multis adversitatibus et ante regnum et in regno est afflictus; cuius maior domus, id est provisor palatii, immo violator palatii, extitit quidam Ebroinus[a] *apostata, qui inter alia tyrannidis suae et cru- *p. 38.
delitatis facinora sanctum Leodegarium episcopum et fratrem eius Gerinum diversis poenis et cruciatibus interfecit[1] multosque alios mactavit et oppressit. Quo tandem occiso, Pippinus dux Austriae[b] maior domus efficitur, qui iuxta nobilitatem pariter et religionem progenitorum suorum opus atque negotium piissimi rectoris et religiosissimi principis exequitur. Dominus enim Arnolfus, ex filia regis Clotarii natus, cum esset primum maior domus, in regno edidit nobiles et virtute praestantes filios palatio; qui postea, ex meritorum consideratione factus Metensis ecclesiae episcopus, genuit Deo spiritales filios in sacerdotio. Cuius certe filius erat Anchisus, qui de nomine Troiani Anchisae dicitur appellatus[2]; cuius item filius erat iste, de quo supra dictum est[3], Pippinus, pater scilicet senioris Caroli et avus regis Pippini, de quo sic inter caetera legitur in Gestis Francorum, quod, una cum consilio et consensu omnium Francorum missa relatione ad sedem apostolicam et auctoritate percepta, praecelsus Pippinus electione totius gentis sublimatus sit in sedem regni cum consecratione episcoporum et subiectione principum. Et longe supra scriptor historiae ostendens, quando et a quo inchoaret ille principatus, qui dicitur maior domus: *Tempore*, inquit[4], *Clotarii, patris Dagoberti, regnum Francorum regi coeptum est et administrari ab his, qui provisores aulae regiae vel maiores domus esse videbantur, divina hoc dispensante providentia, ut ad horum progeniem Francorum transferretur regnum; fuitque eo tempore maior domus in palatio Clotarii regis Arnolfus, vir, ut postmodum claruit, Deo amabilis; qui post saeculi gloriam Christi se servitio subdens, mirabilis in episcopatu extitit.* Considerate hunc[c] ordinem rerum gestarum et perspicite, si iuxta scripturam Hildebrandi papae aliquis Romanorum pontificum deposuerit a regno regem Francorum et Francigenas a iuramento fidelitatis, quam ei fecissent, absolverit; quod scilicet fidei sacramentum, sicut supra[5] probatum est ex testimonio sacrae scripturae, nemo unquam solvere poterit, nisi forte quemlibet inde solutum facere velit mendacem simul atque periurum ac ideo condemnatum. Quandoquidem ille Hilderichus, de quo agitur, nihil omnino regiae potestatis vel dignitatis habuisse describatur[6]; atque ideo comprobatur, quod non fuerit dominus aliquorum sive rector, quoniam rex a regendo dicitur[7]. Ut enim quemlibet regem christianum praetermittamus, ecce, quomodo *in Nabuchodonosor, rege iniusto et ultra omnem *p. 39.
terram pessimo, ecce, inquam, quomodo regiam potestatem in eo zelatus est dominus Deus: *Gens vero,* inquiens, *et regnum, quod non servierit Nabuchodonosor regi Babylonis, et quicunque non curvaverit collum suum sub iugo regis Babylonis, in gladio et fame et siti et peste visitabo super gentem illam, ait Dominus, donec consumam eos in manu eius.* Ipsi etiam regi Nabuchodonosor iuraverat Sedechias rex Iuda, cuius scilicet periurium ita insecuta est ultio divina[8]: *Vivo ego, dicit Dominus, quoniam iuramentum, quod sprevit, et pactum, quod praevaricatus est, ponam in caput eius, et morietur in praevaricatione, qua despexit me. Qui enim solvit pactum, nunquid effugiet? dicit Dominus.* Ier. 27, 8. Ezech. 17, 15. 19. 20.

17. Certum est, quia verum est, quod Hildebrant papa temptaverit solvere scriptu- (XVIII)
ram Domini et mandata Domini, quae sunt de unitate ecclesiae Christi, quae sunt etiam de sacramento fidei. *Sed firmum fundamentum Dei stat,* et dilectio, quae valida est 2. Tim. 2, 19. cf. Cant. 8, 6.

a) Ebronius 1. b) Astriae 1. c) *sic puto scribendum esse;* nunc 1.

1) *Gesta regum Francorum l. l.* 2) *Paulus, Hist. Langob. VI,* 23. 3) *Cf. c.* 2, *p.* 185. 4) *Paulus VI,* 16, *cuius verba auxit et mutavit.* 5) *Cf. c.* 15, *p.* 207. 6) *Cf. c.* 3, *p.* 188. 7) *Isid. Etym. VII,* 12, 17, *Opp. ed. Arevalus III, p.* 341. 8) *Cf. supra p.* 205.

sicut mors, in electis Dei integra perseverat, quoniam caput et corpus, quod est Christus et ecclesia, ab invicem non discordat. Poterit sane aliquis solvere in his qui foris
cf. Matth. 5, 18. sunt caritatem, quae nunquam certe in electis cadit; de caetero velit, nolit, caelum et terra prius transibunt, quam vel iota unum vel unus apex praetereat de lege Domini, de scriptura Domini. *Quaecunque autem scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, ut per patientiam et consolationem scripturarum spem habeamus,* sicut docet
Rom. 15, 4. apostolus. Ecce enim postquam praedixerat Dominus, gentem, quae non servierit regi
Ier. 27, 8. Babylonis, se visitaturum esse in gladio et fame et peste — per quod scilicet testimonium sicut et per apostolum docet potestatibus obediendum esse —, postquam etiam
Ezech. 17, 15. 19. 20. praedixerat Sedechiam regem pro iuramento, quod solverat, moriturum esse in praevaricatione, qua despexerit se, quoniam iuramentum Domini est, in cuius nomine iura-
Ier. 4, 2. tur, ubi iustitia, iudicium et veritas comites esse dicuntur: post haec, inquam, dicit Dominus per Hieremiam prophetam de prophetis, immo de falsis prophetis, hoc est de
Ier. 27, 14. 15. falsis doctoribus: *Nolite,* inquit, *audire verba prophetarum dicentium vobis: 'Nolite servire regi Babylonis', quia mendacium ipsi loquuntur vobis; quia non misi eos, ait Dominus, et ipsi prophetant in nomine meo mendaciter, ut eiciant vos, et pereatis tam*
*p. 40. *vos, quam prophetae, qui vaticinantur vobis.* *Certe omnes, quotquot potestati, immo Dei ordinationi resistunt, a regno Dei eiecti peribunt, et periuri regnum Dei non possidebunt. De duabus quippe civitatibus pauca diximus supra, iuxta quod scribit sanctus Augustinus in libro XVIIII. de civitate Dei[1], de qua dicta sunt gloriosa; ubi inter alia plurima, quae sunt eiusmodi, loquitur ista: *Quamdiu permistae sunt ambae civitates, utimur et nos pace Babylonis, ex qua ita per fidem populus Dei liberatur, ut apud*
1. Tim. 2, 1. 2. *hanc interim peregrinemur; propter quod et apostolus admonuit ecclesiam, ut oraret pro regibus eius atque sublimibus; addens et dicens, ut quietam et tranquillam agamus*
Ier. 27, 7. 8. 17. *vitam cum omni pietate et caritate. Et propheta Hieremias, cum populo Dei veteri praenuntiaret captivitatem et divinitus imperaret, ut obedienter irent in Babyloniam Deo suo etiam ista patientia servientes, monuit et ipse, ut oraretur pro illa, dicens,*
Ier. 29, 7. *quia 'in eius pace est pax vestra'. Beatus* autem *populus, cuius dominus Deus eius,*
Ps. 143, 15. et miser populus ab isto Deo alienatus, qualis etiam non est dignus, ut vel terrenae vel caelestis rei publicae sit populus. Res publica enim dicitur, quod sit res populi, sicut scribit sanctus Augustinus in ipso XVIIII. libro de civitate Dei[2]; sed populum esse definit coetum multitudinis iuris consensu vel utilitatis communione sociatum. Quid autem dicat iuris consensum, disputando explicat, per hoc ostendens geri sine iustitia non posse rem publicam. *Ubi ergo,* inquit, *iustitia vera non est, nec ius potest esse; quod enim iure fit, profecto iuste fit, quod autem fit iniuste, nec iure fieri potest; non enim iura dicenda sunt vel putanda quaelibet*[a] *iniqua hominum constituta. Quocirca ubi non est vera iustitia, iuris consensu sociatus coetus hominum non potest esse, et ideo nec populus; et si non populus, nec res populi, sed qualiscunque multitudinis, quae populi nomine digna non est. Ac per hoc, si res publica res est populi, et populus non est, qui consensu iuris sociatus non est, non est autem ius, ubi nulla iustitia est, procul dubio colligitur, ubi iustitia non est, non esse rem publicam. Iustitia porro est ea virtus, quae sua cuique distribuit.* Et longe supra idem Augustinus in libro II. de civitate Dei[3] introducens sententiam vel Scipionis vel Tullii de re publica: *Sicut in fidibus,* inquit, *ac tibiis atque cantu ipso ac vocibus concentus est quidam tenendus ex distinctis sonis, quem immutatum atque discrepantem aures eruditae ferre non pos-*
*p. 41. *sunt, isque concentus ex dissimillimarum vocum moderatione concors tamen *efficitur et congruus, sic ex*[b] *summis et infimis et mediis interiectis ordinibus, ut sonis, mode-*

a) *deest Aug.* b) et 1. *Aug.*

1) *C.* 26, *Opp. VII, col.* 571, *cf. supra p.* 202. 2) *C.* 21, *l. l. col.* 564. 3) *C.* 21, § 1. 2, *col.* 48. 49.

rata ratione civitatem consensu dissimillimorum dicunt concinere; et quae harmonia a musicis dicitur in cantu, eam esse in civitate concordiam, artissimum atque optimum omni in re publica vinculum incolumitatis, eamque sine iustitia nullo pacto esse posse. Populum autem non omnem coetum multitudinis, sed coetum iuris consensu et utilitatis communione sociatum esse determinant, et dicunt, tunc esse rem publicam, id est rem populi, cum bene ac iuste geritur, sive ab uno rege, sive a paucis optimatibus, sive ab universo populo. Cum vero iniustus est rex, quem tyrannum more Graeco appellant, aut iniusti optimates, quorum consensum dicunt esse factionem, aut iniustus ipse populus, cui nomen usitatum non reperiunt, nisi etiam ipsum tyrannum vocent, non iam dicunt vitiosam, sicut prius fuerat disputatum, sed sicut ratio ex illis definitionibus connexa docuisset omnino nullam esse rem publicam, quoniam non esset res populi, cum tyrannus eam factione capesseret, nec ipse populus iam populus esset, si esset iniustus, quoniam non esset multitudo iuris consensu et utilitatis communione sociata, sicut populus fuerat definitus. Igitur duae civitates in sacra scriptura commendantur, una Dei, altera diaboli; illa per Hierusalem significatur, metropolin populi Dei, haec per Babylonem, metropolin gentium populi Dei semper adversariam; atque ideo, quoniam Hierusalem visio pacis interpretatur[1], pax per cives atque domesticos Babylonis confunditur, quoniam Babylon confusio interpretatur[2]. *Pacem,* inquit Dominus, *relinquo* Ioh. 14, 27. *vobis, pacem meam do vobis;* unde, si quando filii ecclesiae coguntur belligerare, non hoc agunt ex doctrina Christi et traditione ecclesiae, sed ex necessitate et contagio quodam Babylonis civitatis terrenae, apud quam tempore mortalitatis suae peregrinantur filii Hierosolymae. Hinc iterum Augustinus in supradicto libro de civitate Dei: *Christianae,* inquit[3], *religionis praecepta de iustis probisque moribus si simul audirent atque curarent reges terrae et omnes populi principes et omnes iudices terrae, iuvenes et virgines, senes cum iunioribus, aetas omnis capax et uterque sexus et, quos baptista* Ps. 148, 11. 12. *Iohannes alloquitur, exactores ipsi atque milites, tunc et terras vitae praesentis ornaret sua felicitate res publica et vitae aeternae culmen beatissimae regnatura conscenderet. Sed quia iste audit, ille contemnit, pluresque vitiis male blandientibus* *quam utili vir- *p. 42 *tutum asperitati sunt amiciores, tolerare,* inquit, *Christi famuli iubentur, sive sint reges, sive principes, sive iudices, sive milites, sive provinciales, sive divites, sive pauperes, sive liberi, sive servi, utriuslibet*[a] *sexus, etiam pessimam, si ita necesse est, flagitiosissimamque rem publicam, et in illa angelorum quadam sanctissima atque augustissima curia caelestique re publica, ubi Dei voluntas lex est, clarissimum sibi locum etiam ista tolerantia comparare.* Quod ipse praestare dignetur qui vivit et regnat Deus per omnia saecula saeculorum! Amen.

LIBER II.

1. *Nolite plures magistri fieri fratres mei, scientes, quoniam maius iudicium* Iac. 3, 1. *sumitis,* sicut dicit Iacobus apostolus ex doctrina domini et salvatoris nostri: *Vos,* inquit, Matth. 23, 10. *nolite vocari rabbi, unus est enim magister vester.* Unde Augustinus in libro, qui praetitulatur de magistro[4], disputans, quaerens et inveniens magistrum non esse, qui docet hominem scientiam, nisi Deum: *Magistros,* inquit, *plures tunc fieri existimo, cum diversa atque inter se adversa sentiunt, cum vero*[b] *id ipsum dicunt omnes et verum dicunt, ab unius veri magistri magisterio non recedunt. Qui enim,* inquit Christus, *maior est* ib. 23, 11. 12. *vestrum, erit minister vester. Qui enim se exaltaverit, humiliabitur, et qui se humiliat, exaltabitur.* Sed cum ipse unus magister Christus idemque Deus mutet tempora et trans-

a) *ita Aug.;* utriusquelibet 1. b) verum 1.

1) *Cf. supra p.* 192. 202. 2) *Isid. Etym. XV,* 1, 4, *Opp. IV, p.* 194. 3) *L. II, c.* 19, *l. l. col.* 47. 4) *Haec verba in toto illo de magistro dialogo (Opera I, col.* 541*) non inveniuntur, sed in Retractation. Prologo* § 2 *(Opp. I, col.* 2*).*

cf. Prov. 21, 1. ferat regna, tenens corda regum in dextera sua, legimus docuisse Hildebrandum papam, quod potestatem ipse habuerit super reges et super regna, et posse id facere, quod per Ps. 74, 8. Deum fieri tantum dicit psalmista: *Hunc humiliat et hunc exaltat. Nam reddite,* in- Matth. 22, 21. quit, *quae sunt caesaris caesari, et quae sunt Dei Deo;* quam certe regulam proprio ib. 17, 27. confirmavit exemplo, dicens Petro apostolo: *Ut non scandalizemus eos,* id est ne nos caesari contradicentes tumultuandi eis occasionem praebeamus, *vade ad mare et mitte hamum, et eum piscem, qui primus ascenderit, tolle, et aperto ore eius invenies staterem; illum sumens, da eis pro me et te, et discite a me, quia mitis sum et humilis* ib. 11, 29. *corde.* Qui etiam docuit apostolos ecclesiam, non regnum disponere vel ordinare; quod nec ipse legitur affectasse, qui fugit in montem solus orare, cum turbae venissent rapere Phil. 2, 6. 7. eum et regem constituere, quoniam *cum in forma Dei esset, formam servi accipiens,* Matth. 20, 28. *venit non ministrari, sed ministrare.* Iuxta[a] quod etiam Paulus apostolus, cum liber esset 1. Cor. 9, 19. ex omnibus, omnium se servum fecit, ut plures lucrifaceret. Unde et Gregorius papa, *p. 43. cum esset summus pontifex et virtutum artifex, in tantum se infra *omnes humiliavit, ut primus ipse in epistolis suis servum servorum Dei se appellaverit et hoc humilitatis nomen ad posteros quoque transmiserit[1]. Qui in libro pastoralis curae proposuit de bonis subditis et malis rectoribus exemplum Saulis et David, qui certe, dum eum posset eundemque[b] persecutorem suum occidere, noluit occidere, eo quod esset christus Domini, insuper et viros suos, ne consurgerent in eum, legitur sermonibus confregisse et, quia vel oram chlamydis suae ipse praecidisset, poenituisse. *Si quando,* inquit[2], *contra rectores vel in minimis lingua labatur, per afflictionem poenitentiae cor prematur, et cum praepositae potestati*[c] *aliquis detraxerit, eius iudicium, a quo sibi praelata est, perhorrescat; quia, cum in praepositos,* ait, *delinquimus, eius ordinationi, qui eos nobis praetulit, obviamus.* Et ut hoc exemplo probaret quod scripto edidit, ne in ethnicorum quidem morte ipse dilectus Deo Gregorius sese miscere voluit, sed cum effi- cere potuerit, sicut ipse scribit[3], quod gens Longobardorum nec regem nec duces nec comites haberet, nihil horum facere voluit, quia Deum timere se dicit.

2. At Hildebrant papa miscuit se plurimorum mortibus christianorum, succendens ubique incendia bellorum per totum pene Romanum imperium, ut non teneret Henrichus rex regnum a Deo sibi collatum per successiones patrum suorum. Qui etiam in 2. Tim. 2, 4. usum belli conduxit milites rei publicae[4], cum militantes Deo implicare se non debeant negotiis saecularibus iuxta disciplinam ecclesiae, et propter supplementa stipendiariorum sive mercedis, pro qua mercede eius militaverant contra regem eundemque patricium Romanorum, spoliavit Romanam ecclesiam oblationibus fidelium, quibus hactenus solebat alere indigentiam pauperum, qui, sicut ait Laurentius martyr[5] ad Decium, sunt thesauri aeterni, qui nusquam minuuntur et crescunt, qui in singulis asperguntur et in omnibus[d] inveniuntur, in quibus scilicet ecclesiae thesauris vere Christus est, in quibus Christi fides est. Segregavit etiam sibi ab ecclesia plerosque episcopos atque abbates, de re publica autem plerosque duces atque comites, ut iam non sint unum corpus vel cf. Act. 4, 32. ecclesiae vel rei publicae, et ut non sit multitudinis credentium cor unum et anima una secundum disciplinam ecclesiae, sed sint secundum comicum quot homines tot sententiae[6]. Pro his et huiusmodi meruit talis Hildebrant dominus apostolicus Gregorius appellari atque in doctrina et conversatione catholicus inscribi, et apud ipsum atque epi- *p. 44. scopos ipsius esse ecclesiam Dei et iustitiam Dei. *Sic enim inter multa alia scriptum tenetur in epistola contra Clementem papam, quam reperimus scripsisse quandam in-

a) iusta 1. b) eundem 1. c) potestatae 1. d) *ita Ad.;* montibus 1.

1) *Ioh. Diac. V. Gregorii l. II, c.* 1, *Opp. IV, col.* 45. 2) *Regula pastor. l. III, c.* 4, *Opp. II, col.* 39. 3) *Cf. supra p.* 199. 200. 4) *Cf. Widon. Ferrar. (Libelli I, p.* 534*).* 5) *Cf. Adonis Martyrolog., Acta SS. August. II, p.* 518. 519. 6) *Terentius, Phormio II,* 4, 14.

famem personam[1]. *Igitur,* inquit, *quoniam, sicut apostolus dicit, corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem, et nos credimus, propter quod et loquimur, dominum apostolicum Gregorium in doctrina et conversatione catholicum.* Et iterum: *Sed*[2] *non praetermittendum,* inquit, *quod Wigberdus se servum servorum Dei nominat mentiendo, sanctam vero matrem ecclesiam, id est filios Dei, qui spiritu Dei aguntur, quorum conversatio in caelis est, satanae synagogam appellat*[3]. Ecce enim episcopi Hildebrandi papae, cum sint procul dubio corporum pariter et animarum homicidae, corporum quidem, quoniam ipsi, utpote viri sanguinum et dolosi, usi sunt manibus sibi obsequentium ad necem plurimorum, animarum autem, quoniam occiderunt quotquot separaverunt ab unitate catholicae ecclesiae, quoniam *filii hominum, dentes eorum arma et sagittae, et lingua eorum gladius acutus,* qualis merito dicuntur synagoga satanae: ecce, inquam, cum tales sint episcopi Hildebrandi papae, scribitur in sua suorumque parte sancta mater ecclesia esse, cum catholica, hoc est universalis, ecclesia non sit in aliquarum partium scismate, sed in universitate fidelium per spiritum pacis et caritatis ad invicem concordantium. Describuntur etiam esse filii Dei, cum specialiter in euangelio dicantur filii Dei, qui sunt pacifici. Describuntur quoque spiritales esse, quod est agi spiritu Dei, idemque in caelis conversari, cum profecto caelis, qui enarrant gloriam Dei, dicat in euangelio Dominus: *Vos,* inquiens, *cum feceritis omnia, quae praecepta sunt vobis, dicite: 'Servi inutiles sumus, quod debuimus facere fecimus'.* Sed ut decipiant incautos ministri satanae, qui transfigurat se in angelum lucis, transfigurantur et ipsi, sicut apostolus ait, velut ministri iustitiae, in quibus ipse, qui dicitur rex super omnes filios superbiae, operatur iam mysterium illius arrogantiae: *In caelum,* inquiens, *conscendam, supra astra Dei exaltabo solium meum, sedebo in monte testamenti, in lateribus aquilonis,* unde *refrigescit caritas multorum, sedebo super altitudinem nubium caelestium,* scilicet praedicatorum, *et ero,* inquit, *similis Altissimo.* Unde, inquam[a], quidam nomine tantum christianae professionis inflatus, vere autem carens christianae religionis fructibus, cum oportuerit eum humiliter se agere, arrogantia elatus, assumpsit sibi aliquid auctoritatis apostolicae et scribit ad omnes ecclesias epistolam, in qua *docere conatur eos, qui multo rectius quam ipse credebant, et cohortatur omnes ad novas institutionum sectas accommodare aurem suam: *Huic,* inquit, *nullam epistolae salutationem volui praefigere, in qua illius, cui nec ave dicendum est*[4]*, scriptis respondebo. Qui habet aures audiendi, audiat.* Et post aliqua, quibus furem esse atque latronem describit, qui ascenderit aliunde secundum euangelica Domini dicta. *Caveto*[5] *igitur,* inquit, *tu christiane, ne Wigberdo corde vel ore dixeris unquam ave.* Ecce, magnificus ille laudator Hildebrandi papae probatur instituisse scolam contentionis, qui noluit esse annuntiator salutis, indicans in principio epistolae suae salutationem, quae a salute dicitur[6], se nolle nobis praescribere, cum praecipiat Paulus apostolus fratres salutare se invicem in osculo sancto; *quod signum,* inquit, *salutationis in omni epistola ita scribo. Unde rogamus,* inquit, *vos fratres per adventum domini nostri Iesu Christi et nostrae congregationis in ipsum, ut non cito moveamini a vestro sensu, neque terreamini neque per spiritum neque per sermonem neque per epistolam tanquam per nos missam. Omnibus autem, qui invocant nomen Domini nostri in omni loco ipsorum et nostro, gratia et pax a Deo patre nostro et domino Iesu Christo.* Hoc signum salutis, quae ab apo-

Rom. 10, 10. 2. Cor. 4, 13. cf. Ps. 5, 7. Ps. 56, 5. Matth. 5, 8. Ps. 18, 2. Luc. 17, 10. 2. Cor. 11, 14, 15. Is. 14, 13. 14. cf. Matth 24. 12. *p. 45. Ioh. 10, 1. 2. Thess. 3, 17. 2. Thess. 2, 1. 2. 1. Cor. 1, 2. 3.

a) inquit 1.

1) *Cf. l. III, c.* 2. 2) *[Idem locus infra c.* 42*].* 3) *Cf. Decretum Clementis, Libell. de lite I, p.* 622. 625. *[Hac epistola Clementis monachum Hirsaugiensem ad pugnam provocatum, verba papae refutare conari optimo iure statuitur. Cf. Ewald l. l. p.* 42*; Sdralek l. l. p.* 75*].* 4) *De non dicendo ave peccatoribus cf. Mai, Spicilegium Romanum VI,* 396. 5) *[Idem locus iteratur infra c.* 41*].* 6) *Cf. infra p.* 214, *n.* 1.

stolo nobis optatur et a Deo promittitur, ab auctore propositae epistolae nobis subtrahitur, gratia scilicet, qua nobis peccata donentur, pax, qua Deo reconciliemur[a]. Unde et ipse venit absque doctrina Christi, qui praecipit pacem primo auditoribus proponi, quoniam, sicut per Hesaiam prophetam dicitur, opus iustitiae est pax et fructus labiorum Dei pax et hereditas ecclesiae est pax. Sed contra Christum et ecclesiam facit, quisquis contra pacem facit, de quorum numero esse ostenditur, qui, utpote fur et latro aliunde intrans ad doctrinae studium, quam per Christum, qui est ostium, quo ad salutem intratur, negat in ipso limine scripturae suae, quod velit suis auditoribus salutationem, quae iuxta testimonium beati Augustini[1] a salute dicitur, annuntiare; qui adhuc contentiosius agere probatur, quando ad confirmandas scismaticorum pariter atque hereticorum partes testimonia sacrae scripturae hinc inde contrahendo furatur, ut in insidiis et quasi per latrocinia quaedam incauti decipiantur. *Gregorius,* inquit, *Innocentius et sequaces eorum omnes fortiter improbant quodlibet sacerdotale officium ab ecclesia separatorum.*

cf. Is. 32, 17. et 57, 19.

*p. 46. 3. Ecce, quomodo ille minister diaboli, ecce quomodo insanit, *quomodo nos secum in foveam perditionis mittere quaerit, qui apud XIII tantum aut paulo plures episcopos Hildebrandi papae scribit sancta Dei esse sacerdotia, caeterorum autem, qui sunt per orbem terrarum, sacerdotia ab ecclesia Dei esse separata, cum certe non solum Gregorii atque Innocentii testimonium, sed omnium sanctorum patrum iudicium concordat cum sententia beati Cypriani episcopi, qua testatur in libro de unitate ecclesiae, quod alienus sit, profanus sit, hostis sit, quod Deum patrem habere non poterit, qui non tenet unitatem ecclesiae, quam consequenter etiam describit unum sacerdotium habere. *Nam ut unitatem,* inquit[2], *manifestaret Dominus, unitatis eius originem ab uno incipientem sua auctoritate disposuit, et quia erant utique et caeteri apostoli quod fuit Petrus, pari consortio praediti et honoris et potestatis, exordium ab unitate proficiscitur, ut ecclesia una monstretur, quam scilicet unitatem tenere firmiter et vindicare debemus maxime nos,* inquit, *episcopi, qui in ecclesia praesidemus, ut episcopatum quoque unum atque indivisum probemus.* Sed Hildebrant papa sic divisit etiam sacerdotia, quemadmodum ecclesiam Dei atque rem publicam imperii, quoniam partes inde segregavit sibi. Inter ipsum namque et inter regem Henrichum graves ortae sunt atque inexorabiles discordiae, papa plurimum annitente, ut rex deponeretur a regia potestate pariter et dignitate, rege vero contra nitente, ut defenderet se ab hostium suorum circumventione, qui pro parte eiusdem papae certantes quaerebant eum opprimere. Exinde divisa est ecclesia et divisa sunt ecclesiae sacerdotia, atque omnia scandalorum orta sunt genera; exinde crevit grave et diuturnum bellum, et non solum civile bellum, sed etiam plus quam civile bellum, et factae sunt absque divino pariter et humano respectu vastationes ecclesiarum et caedes hominum; exinde etiam corruptae sunt divinae pariter et humanae leges, sine quibus non subsistit vel Dei ecclesia vel imperii res publica; et exinde violata est fides et publica et catholica; exinde etiam crevit illa iniustitia, ut pro veritate falsa testimonia et pro fide catholica abundent periuria, ut, postquam leges bello siluere coactae[3], impleatur iam ista Domini sententia per Osee prophetam: *Non est,* inquit, *veritas et non est misericordia et non est scientia Dei in terra. Maledictum et mendacium et homicidium et furtum et adulterium inundaverunt, et sanguis sanguinem tetigit.* Haec nunc abundare et superabundare propter doctrinam Hildebrandi papae, qua divisit corpus vel ecclesiae vel rei publicae, nunquid hoc est apostolicum *esse? et Gregorium, id est bene vigilantem[4], esse? et in doctrina et in conversatione catholicum esse secundum sententiam scriptoris propositae epistolae? atque cum tali Hildebrando partes habere et

Luc. Ph. I, 1.

Osee 4, 1. 2.

*p. 47.

a) *sic puto scribendum esse;* reconcilientur 1.

1) *Sermo CXVI, Opp. V, col.* 577: Nam et ipsa salutatio a salute nomen accepit. 2) § 4, *p.* 212. 3) *Cf. Cicero pro Milone* 4, 10: Leges silent inter arma, *cf. infra c.* 13, *p.* 224. 4) *Ioh. Diac. V. Gregorii l. I, c.* 2, *Opp. IV, col.* 23.

eiusmodi, qualia supradicta sunt, flagitia nutrire, fovere vel defendere, nunquid hoc est filios Dei esse et spiritales atque caelestes esse iuxta sententiam scriptoris eiusdem epistolae? Absit hoc, absit, inquam, quoniam, attestante apostolo, Christus exhibuit sibi gloriosam ecclesiam non habentem maculam nec per duplicitatem rugam, quia et per iustitiam est munda et per simplicem intentionem tensa. Unde et in Cantico canticorum Spiritus sanctus ex persona Domini designat et dicit: *Una est columba mea, perfecta mea, una est matris suae electa, genetricis suae.* Sed adversarii nostri, quamvis ipsi exierint a nobis, non nos ab ipsis, tamen sic solent se commendare dictis et scriptis: *Nos catholici sumus, nos in unitate ecclesiae sumus.* Unde scriptor illius epistolae appellat eos, qui sunt in parte sui Gregorii, catholicos, nos autem, qui fidem sanctorum patrum tenemus, qui bonis omnibus consentientes sumus, qui pacem amamus et fraternitatem diligimus, qui impendimus honorem, cui debemus honorem, qui iuxta praeceptum Petri apostoli subiecti sumus omni creaturae propter Deum, sive regi tanquam praecellenti, sive ducibus tanquam ab eo missis, et non tantum bonis et modestis, sed etiam dyscolis, id est indisciplinatis, qui confitemur iuxta doctrinam Pauli apostoli, bonum esse et acceptum coram salvatore Deo nostro, qui omnes homines vult salvos fieri et ad agnitionem veritatis venire, ut primum omnium fiant obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro regibus et omnibus qui in sublimitate sunt, ut quietam et tranquillam vitam agamus in omni pietate et castitate, nos vero, qui optamus etiam cum propheta dari capiti nostro aquam et oculis nostris fontem lacrimarum, ut ploremus die ac nocte interfectos filiae populi nostri, nos, inquam, praeiudicat ille scriptor, dicens, nos esse scismaticos et hereticos et excommunicatos, quia regiae potestati non resistimus et quia Clementi papae communicamus.

Eph. 5, 27. Cant. 6, 8. 1. Petr. 2, 13, 14. 1. Tim. 2, 1—4. Ier. 9, 1.

4. *Quid inviolabile,* inquit[1], *baptismi sacramentum apud scismaticos et hereticos et excommunicatos valeat, Isidorus in allegoriarum libro super Genesin declarat*[2]*: Quod praeter arcam, ait, omnis caro, quam terra sustentabat, diluvio consumpta est, significat, quia praeter ecclesiae societatem aqua baptismi, cum eadem sit vis, non solum non valet ad salutem, sed valet potius ad perniciem.* **Sciendum*[3] *autem, quod Wigberdus arguit*[4] *catholicos asserere, illa quae fiunt extra ecclesiam sacramenta non esse nec aliud quam damnationem cuiquam conferre, astruens tam*[a] *extra quam intra catholicam ecclesiam haec omnia rata et vera existere, assumitque*[5] *in testimonium assertionis suae Augustini sententiam in quodam tractatu in euangelium Iohannis contra rebaptizatos editam. 'Ita ergo', inquit Augustinus*[6]*, 'nec foris sicut nec intus quisquam, qui ex parte diaboli est, potest vel in se vel in quoquam maculare sacramentum quod Christi est'. Quam et nos sententiam fideliter amplectentes respondemus hoc Augustinum de solo, unde tunc agebatur, baptismi dixisse sacramento.* Et in fine ipsius epistolae: *Intuendum*[7] *etiam,* inquit, *quod qui Wigberdo vel Henricho favent, aut temporalis commodi respectu vel humanae gloriae faciunt hoc intuitu, nos*[8] *autem, qui iustam partem Gregorii iam a Deo assumpti, sicut iustum est, defendimus, per hoc non homini, sed soli Deo placere contendimus.* *p. 48.

5. Hinc iam apparebit, qui sint scismatici et heretici atque excommunicati, cum iste scribendo testetur se suosque defendere partem sui Gregorii. Sed tunica Christi

a) iam 1; *Freherus emendavit.*

1) *Sc. adversarius; cf. praefationem p.* 183. 2) *Quaest. in vetus testam., in Genesim c.* 7, § 15, *Opp. ed. Arevalus V, p.* 288. 3) *[Abhinc iterantur verba anonymi III, c.* 3*].* 4) *In illa epistola, Libell. de lite I, p.* 623. 5) *[Scil. in Decreto Clementis papae, Libelli I, p.* 625*; cf. Sdralek p.* 168*].* 6) *Cf. De baptismo contra Donatistas l. IV, c.* 5, *Opp. IX, col.* 124. 7) *[Hic locus iterum affertur c.* 15, *p.* 225*].* 8) *[V. supra c.* 6. 13. 14*].*

per totum textilis[a] atque cohaerens[1] reservatur nobis integra et inconcissa a carnificibus Pilati, utpote melioribus, quam qui dividunt unitatem ecclesiae, quandoquidem ipsi
Ioh. 19, 24. interfectores Christi dicant in euangelio de integritate illius tunicae: *Non scindamus illam, sed sortiamur de ea, cuius sit.* Unitatis enim sacramentum et concordiae vinculum illa Christi tunica praetendebat, quae ab accipiente ac possidente scindi omnino non poterat, sed totam simul et solidam firmitatem inseparabiliter optinebat. Unde sanctus Cyprianus episcopus in libro de unitate ecclesiae: *Quis ergo,* inquit[2], *sic sceleratus, quis sic discordiae furore vesanus, ut aut credat scindi posse, aut audeat scindere unitatem Dei, vestem Domini, ecclesiam Christi?* Sed quidam exeuntes a nobis dicunt et scribunt se defendere partem sui Gregorii, non id quod totum est Christi, quod est catholica ecclesia Christi. Unde Isidorus episcopus in VIII. libro Etymologiarum: *Catholica,* inquit[3], *hoc est universalis ecclesia dicitur, quoniam non secundum conventicula hereticorum in aliquibus regionum partibus coartatur, sed per totum orbem dilatata diffunditur;* ideoque fidem non habent catholicam, qui sunt non in toto, quod
*p. 49. redemit Christus et quod regnabit cum Christo, sed in parte aliqua, maioris inde *consequentes damnationis sententiam, quotquot confitentur in symbolo se credere sanctam ecclesiam catholicam, et per aliquas partium sectas divisi non tenent unitatem ecclesiae,
cf. Act. 4, 32. quae scilicet unitas iuxta quod legitur, multitudinis credentium esse cor unum et ani-
Ps. 120, 6. mam unam, proprie convenit catholicae ecclesiae. *Sed per diem,* inquit, *sol non uret te neque luna per noctem.* Mystice dictus sol in Deo intelligitur, et in ecclesia praefigurate dicta luna intelligitur. Sed tanquam a sole uritur, qui in Christo scandalizatur, credens aliquid minus in Filio quam in Patre et Spiritu sancto, quoniam Pater et Filius et Spiritus sanctus unus est Deus consubstantialis et coaeternus. Uritur autem tanquam a luna, qui scandalizatur in ecclesia, credens eam esse in parte una, iuxta quod et
cf. Matth. 24, 23. Dominus per pseudoprophetas et falsos doctores fieri praedixit, qui dicunt: *Ecce hic est Christus, ecce illic,* cum ille totum orbem emerit, qui tantum sanguinis sui pretium de-
cf. Matth. 22, 40. dit. De his duobus timenda sunt scandala, quoniam et duo sunt praecepta, in quibus
Ps. 118, 165. tota lex pendet et prophetae, dilectio scilicet Dei et dilectio proximi. *Pax multa diligentibus legem tuam, Domine, et non est illis scandalum.* Sed scribit contra nos noster adversarius: *Nos,* inquiens, *iustam partem Gregorii iam a Deo assumpti, sicut iustum est, defendimus.* Unde Augustinus scribens in tractatu psalmi cap. XII. de talibus: *Eo plus,* inquit[4], *abundat nequitia, quo sibi videtur abundare iustitia,* et quia iustitia est in corde ipsorum, sed falsa, ideo ait[5]: *Non perveniunt ad veram, quia repleti sunt falsa.*

6. Ecce enim vos, ut ita dicam, particulares Hildebrandi, per hos XIIII[b] aut eo amplius annos praelia et seditiones agitis[6], et ne adhuc quidem paci vel concordiae
Iac. 4, 2. acquiescitis, sed, sicut vere ait Iacobus apostolus, *occiditis et zelatis, belligeratis et litiIac. 3, 14—18. et 4, 1. gatis. Quodsi zelum amarum habetis et contentiones in cordibus vestris, nolite,* inquit, *gloriari et mendaces esse adversus veritatem. Non est ista sapientia desursum descendens a patre luminum, sed terrena, animalis, diabolica. Ubi enim zelus et contentio, ibi inconstantia et omne opus pravum. Quae autem desursum est sapientia, primum quidem pudica est, deinde pacifica, modesta, suasibilis, bonis consentiens, plena misericordia et fructibus bonis, iudicans sine simulatione, fructus autem iustitiae in pace seminatur facientibus pacem. Unde,* inquit, *bella et lites in vobis? Nonne hinc?* sci-

a) texilis 1. b) XIIII — agitis *errore manifesto in fine c.* 5. *ponit* 1. *G. W.*

1) *Cf. Cypriani, De unit. eccl.* § 7, *p.* 216: At vero quia Christi populus non potest scindi, tunica eius per totum textilis et cohaerens divisa a possidentibus non est. 2) *Opp. p.* 216. 3) *Etymol. l. VIII, c.* 1, § 1, *Opp. ed. Arevalus III, p.* 346. 4) *Enarrat. in ps. CXXII,* § 10. 12, *Opp. IV,* 2, *col.* 1401. 5) *L. l. col.* 1402. 6) *Cf. supra c.* 7, *p.* 193.

licet ex zelo amaro et contentionibus, quae sunt in cordibus vestris? Propterea quidam ex *parte Hildebrandi, scribens grandem epistolam pro defensione eiusdem sui *p. 50.
Gregorii, testatur in exordio locutionis suae nolle auditores suos salutare, ostendens per hoc fraternitatem se non diligere, quod est unitatem non amare; qui certe scribens ubique contra sacramenta Christi et ecclesiae, terminavit scripturam suam eo scilicet condendi scismatis errore, quo coepit; et nesciens aut contemnens, quod fructus iusti- cf. Iac. 3,18.
tiae in pace seminatur facientibus pacem, ait: *Nos*[1], *sicut iustum est, defendimus iustam partem Gregorii a Deo assumpti. Sic quippe sacra scriptura Genesis de Enoch dicit,* Gen. 5, 24.
quod illum Deus tulerit, quoniam non apparuit. Sed catholica ecclesia comprobat hoc et dicit, quod in libro de unitate ecclesiae Cyprianus episcopus scribit: *Unitatem,* inquit[2], *qui non tenet, non tenet Patris et Filii fidem, vitam non tenet et salutem.* Proinde, quomodo ille Hildebrant catholicus extitit, qui non ecclesiae, sed parti[a] praefuit, sicut etiam defensor ipsius scribit, qui etsi apostolicam sedem sibi usurpaverit, nunquam tamen Romana ecclesia illius sponsa fuit, quam pro legitima donatione spiritalis dotis collatis ante beneficiis spoliavit, proscidit ac dilaniavit, iuxta quod in secundo huius libri capitulo dictum est et vere dictum est. Atque ideo ipsa, quae vere erat et est Romana ecclesia, cum sit mater omnium ecclesiarum, quae aliquo pravo dogmate nec aliquando fefellit nec aliqua heresi unquam falli potuit, talis, inquam, sancta mater Romana ecclesia, cum non posset non misereri filiis viscerum suorum, qui per dissensionem regis Henrichi et Hildebranti papae trahebantur, et utinam adhuc non traherentur ad interitum, elegit summa necessitate Wigberdum Ravennatis ecclesiae episcopum ad pastoralem curam Romani pontificatus, consentiente pariter et agente rege Henricho eodemque patricio Romanae ecclesiae. Necessitas autem non habet legem. Unde Innocentius papa: *Quod necessitas,* inquit[3], *pro remedio reperit, cessante necessitate debet utique cessare, quod urgebat, quia alius est ordo legitimus, alia usurpatio, quam ad praesens fieri tempus impellit.* Igitur factum non est hereticae pravitatis errore, quod consensit Wigberdus viventi adhuc Hildebrando subrogari, summa scilicet necessitate, quoniam constat eum vixisse ad interitum ecclesiae pariter et rei publicae. *Nam si Wigberdus,* inquit, *fur et hereticus non fuisset, viventi adhuc Gregorio nullatenus subrogari consensisset.* Iste magis fur est et hereticus, qui furtim collectis undique sanctorum patrum testimoniis ad confirmandas *scismaticorum pariter et hereticorum partes *p. 51.
introivit ad scribendum et exivit aliunde quam per ostium, quod est Christus, docens etiam absque doctrina Christi et loquens absque veritate, quae est Christus, qualis certe dicitur Antichristus, quoniam: *Qui mecum,* inquit, *non est, contra me est.* Quodsi Cle- Matth 12,30.
mens papa vere pius atque pacificus videtur his, qui sunt ex contentione, vel in hoc culpabilis esse, quod, antea episcopus alterius ecclesiae, nunc factus est pontifex Romanae ecclesiae, sciant hoc licitum esse ex canonum constitutione, praecipue autem ex decretis Antheros papae[4], si non fuerit ambitus causa, sed aut necessitate aut utilitate, iuxta quod Petrus sanctus et princeps apostolorum de Antiochia utilitatis causa translatus est Romam, ut ibidem potius proficere posset. Quoniam *alia est,* inquit[5], *causa utilitatis et necessitatis, et alia avaritiae et praesumptionis atque propriae voluntatis.*

7. Utrum autem sit pastor an mercennarius, cognosci veraciter non potest, si occasio necessitatis deest. Unde et inter caetera quae sunt eiusmodi scribit sanctus Gregorius in homiliis: *Lupus,* inquiens[6], *superveniens indicat, quo quisque animo super gregis custodiam stabat.* Ecce enim Henrichus rex, non ut dispergeret oves Christi,

a) patri 1.

1) *[V. supra c. 5, p. 216, infra c. 13. 14].* 2) *Cf. c. 1, p. 185.* 3) *Epist. (17) ad episc. Macedon. c. 5, § 9, Schoenemann p. 586, Hinschius p. 550; cf. Bonizo l. V, l. l. p. 586.* 4) *Epist. Anteri papae § 2, Hinschius p. 152.* 5) *§ 4, p. 153.* 6) *Lib. I, hom. 14, § 2, Opp. I, col. 1485.*

sed ut congregaret eas in unum, profectus est Romam [1], praecipue studens aut cum Hildebranto redire in gratiam [2], aut, si id fieri non posset, substituere alium papam, qui amaret pacem et euangelizaret pacem, cum iam per plures annos bellum undique vastaverit Romanum orbem; sed [3] ille noluit regem recipere, immo respuit eum alloqui vel videre, nisi offerret sibi regale sceptrum et redderet in manus suas regiam potestatem et honorem et regnum, quale scilicet mysterium iniquitatis dicitur a Domino super prin-
Ezech. 28,2. cipem Tyri, quoniam elevatum est cor eius, et dixit: *Deus ego sum et in cathedra Dei*
cf. Rom. 13, 1. *sedi. Non est enim potestas nisi a Deo,* ideoque vel Petrus princeps apostolorum non
1. Petr. 2,13. usurpavit sibi ordinare aliquid de regno; sed: *Subiecti,* inquit, *estote omni creaturae propter Deum, sive regi quasi praecellenti, sive ducibus tanquam ab eo missis ad vindictam malefactorum, ad laudem vero bonorum.* Ergo rex, cum obstinatum papae animum non posset inclinare ad studium pacis alia pactionis conditione, nisi cederet regno, quod Deo ordinante obvenerat sibi avita pariter et paterna successione, tunc demum usus est belli necessitate, cum etiam idem Hildebrant introitum Romanae civitatis sibi obstruxisset et Romanos ad repugnandum animasset [4], qui deinde conversi ad studium
*p. 52. pacis, *vel quod bello undique urgerentur, vel quod contra patricium suum repugnare impium fore arbitrarentur, legationem miserunt [5], rogantes ea quae pacis sunt, persistente Hildebrando papa in obstinatae mentis intentione, qua regem Henrichum iudicaverat dignum esse odio omnium, utpote excommunicatum a se, ideoque indignum eum esse aliquorum qui rite colerent Deum visu, allocutione. Unde cum vellet potius oves Christi dispergi vel occidi, quam cum rege pacificari, cui certe dictum est a Domino cum Petro
Ioh. 12, 16. apostolo: *Si diligis me, pasce oves meas,* id est fac pro fratribus, quod pro te feci, qui omnes sanguine meo redemi; ergo cum misereretur Christus ovibus suis, quibus noluit Hildebrant misereri, relictis eis, fugit in Traianium, quae scilicet munitio hactenus in-
1084. Mart. 22. expugnabilis dicta est vulgo domus Theodorici [6]. Tum quidem Romana ecclesia elegit Wigberdum successorem illi fugitivo, cum certe principes non sint timori boni operis,
Rom. 13, 3. sed mali, sicut dicitur a Paulo apostolo. Tum etiam rex ordinatus est imperator ab
Mart. 31. eodem papa Clemente, ex qua amborum ordinatione praecipue insignis est annus, qui tunc erat ab incarnatione Domini MLXXXIIII. Sed post aliquantum temporis fugiens quoque Hildebrant ex illa qua se occultaverat munitione, Salernum petiit ibique vitam finivit [7]. Igitur utrum sit pastor an mercennarius, cognosci veraciter non potest, si occasio necessitatis deest. Unde sanctus Leo papa scribens per Rusticum Narbonensem episcopum caeteris pastoribus ecclesiae Christi, ostendens scriptis pariter et exemplis non debere sacerdotes Dei ullis tribulationibus vel scandalis infirmari, quo discedant a cura pastorali; nam ipse dignus plane vicarius Petri apostoli et verus imitator essen-
tialiter boni pastoris non timuit occurrere vel Geisirico regi Wandalorum vel Attalae regi Hunnorum, infestissimis scilicet hostibus ecclesiae simul et rei publicae; ac perinde scribit idem Leo inter caetera pastoribus ecclesiae: *Dicente vero,* inquit [8], *Domino:*
Matth. 10,22. *'Beatus, qui perseveraverit usque in finem', unde erit*[a] *beata perseverantia, nisi de vir-*
2. Tim. 3,12. *tute patientiae? Nam secundum apostolicam praedicationem omnes, qui voluerint in Christo pie vivere, persecutionem patientur. Quae non in eo tantum computanda est, quod contra christianam pietatem aut ferro aut ignibus agitur aut quibuscunque suppliciis; cum persecutorum saevitiam suppleant et dissimilitudines*[b] *morum et contumacia*

a) erat 1. b) sed et dissimilitudinem . . . . . telis 1; *sed haec cum sententia loci pugnant.*

1) *A.* 1081, *Mart.; cf. initium c.* 17, *p.* 232. 2) *Auctor regem placabiliorem, quam re vera erat, hoc loco depingit (cf. Decretum synodi Brixiniensis; Jaffé V, p.* 64). *Sed ne Gregorium quidem ad pacem propensum fuisse, elucet ex epistolis eius (Reg. VII,* 14a; *VIII,* 20a. 34). 3) *Cf. l. I,* 6, *p.* 191. 4) *Reg. VIII,* 34. 27. 5) *Cf. Bernoldi Chron. (SS. V, p.* 437); *Ekkehardi Chron. (SS. VI, p.* 205). *Ab his non mentio fit legationis.* 6) *Cf. ad hunc locum Müllenhoff ('Haupt's Zs. für Deutsches Altert.' XII, p.* 319—322). 7) *A.* 1085, 25. *Mai.* 8) *Epist.* 167. *ad Rust. Narb., praef., Opp. I, col.* 1417—1419; *Jaffé nr.* 544.

inobedientium et malignarum tela[a] *linguarum, cum huiusmodi* *conflictationibus omnia *p.53.
semper membra ecclesiae pulsentur et nulla piorum portio a conflictatione sit libera. Permanendum est ergo in opere credito et in labore suscepto; constanter tenenda est iustitia et benigne praestanda clementia. Odio habeantur peccata, non homines; corripiantur tumidi, tolerentur infirmi, et quod in peccantibus severius castigari necesse est, non saevientis plectatur animo, sed medentis; ac si vehementior tribulatio incubuerit, non ita expavescamus, quasi illi adversitati propriis viribus resistendo, cum et consilium nostrum et fortitudo sit Christus, ac sine quo nihil possumus, per ipsum cuncta possimus, qui confirmans praedicatores euangelii et sacramentorum ministros: 'Ecce ego', inquit, 'vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi'. Matth.28,20.
Et iterum: 'Haec', inquit, locutus sum vobis, ut in me pacem habeatis; in hoc autem Ioh. 16, 33.
mundo tribulationem habebitis, sed confidite, quia ego vici mundum'. Quae pollicitationes quia sine dubio manifestae sunt, nullis debemus scandalis infirmari, ne electioni Dei videamur ingrati, cuius tam potentia sunt adiutoria, quam vera sunt promissa.
Haec et eiusmodi dicta pariter et facta beati Leonis papae si quis diligenter attendit, conferens etiam in corde suo, quae dominus Iesus in euangelio fecerit et docuerit, perspiciet plane ecclesiam Dei nunc quoque temptari multiplicibus heresium erroribus, quoniam: *Oportet hereses esse, ut et probati manifesti fiant in vobis,* dicit Paulus apostolus. 1.Cor.11,19.

8. Ergo Hildebrant dictus papa Romanae ecclesiae discessit, immo fugit ab ecclesia ea praecipue causa, ut non videret vel alloqueretur regem Henrichum, quod et fecerunt partis eius episcopi, quotquot non potuerunt episcopatus suos per vim et per bellum optinere contra eundem regem Henrichum, blasphemantes in eo non solum hominem, creaturam Dei, sed etiam ordinationem Dei, quoniam omissa singuli sive per contentionem retenta sua pastorali cura refugerunt videre in memorato rege hominem, creaturam Dei, et noluerunt subiecti esse eidem regi quasi praecellenti iuxta mandatum atque doctrinam Petri apostoli, resistentes Dei ordinationi, quoniam restiterunt 1.Petr.2,13.
ei, quae a Deo est, potestati. Inde, divinis humanisque legibus posthabitis, coepit apud Rom. 13, 2.
eiusmodi episcopos esse palatium atque curia; et a facie eorum egressa est tam crudelis sententia, ut dicant malum bonum et bonum malum, praedicantes beatos esse, qui pro cf. Is. 7, 20.
parte Hildebrandi faciant praelia, seditiones et homicidia. *Populo meus, qui beatum* *p.54. Is. 3, 12.
te dicunt, ipsi te decipiunt, dicit Dominus. *Beati* enim *pacifici, quoniam vocabuntur* Matth. 5, 9.
filii Dei, reddentes nunc interim ea quae sunt caesaris caesari, donec veniat perfecta beatitudo, quando: *Pacem meam,* inquit, *do vobis, quam modo hic relinquo vobis.* Ecce ib. 22, 21.
iuxta euangelium vel Matthei vel Lucae, quorum unus regiam generationem, alter sacer- Ioh. 14, 27.
dotalem Christi progeniem describit pro magni mysterii ratione, iuxta horum, inquam, euangelium credimus Adam primum et Adam novissimum esse eiusdem naturae; ideoque, postquam dominus et salvator noster terram nostrae carnis assumpsit, ne angelica quidem celsitudo deinde infirmitatem nostram despexit, quoniam, cum vel Loth vel Iosue adorantes prius angelos non prohiberentur adorare, angelus Iohannem in Apocalypsi se adorare volentem compescuit, dicens: *Vide, ne feceris; conservus tuus* Apoc.19,10.
sum et fratrum tuorum. Proinde considerandum est, utrum perversiores sint isti, qui despiciunt in rege hominem, creaturam Dei, ex talibus scilicet factis negantes eam bonam esse, an illi, qui dicunt naturam diaboli malam esse, quod affirmant Priscillianistae heretici, de quorum fetidissima heresi sic scribit Leo papa vere dignus successor Petri apostoli: *Nihil est,* inquit[1], *sordium in quorumcunque sensibus impiorum, quod non in hoc dogma confluxerit, quoniam de omni terrenarum opinionum luto multiplicem faeculentiam miscuerunt, ut soli totum biberent, quicquid alii ex parte gustassent;* qui dicunt inter caetera, quod diabolus nunquam fuerit bonus, et quod non sit officium Dei natura

a) *cf. p.* 218, *n.* b.

1) *Epist. ad Turribium Astur. episc., praef., Opp. I, col.* 695, *Hinschius p.* 592; *Jaffé nr.* 412.

eius. Sed Hildebrant et episcopi eius factis quidem negant creaturam Dei hominem bonam esse, quem scilicet hominem in tantum despiciunt in rege, ut episcopatus suos relinquentes et curam animarum sibi creditarum negligentes fugiant eum videre, cum vera fides, quae est catholica, omnium creaturarum, sive spiritalium sive corporalium, bonam confiteatur substantiam et mali nullam esse naturam; ex vitio quippe voluntatis pravae vitiatum est bonum sive in angelo sive in homine. Hinc supradictus Leo papa: *Odio,* inquit[1], *habeantur peccata, non homines, et quod in peccantibus severius castigari necesse est, non saevientis plectatur animo, sed medentis;* ubi enim benevolentia, ibi amicitia. Sed cum diabolo amicitia non est habenda, cui semel renuntiando bellum indiximus, cui si nunquam consensissemus, nunquam in
*p. 55. Rom. 12, 18. istas miserias incidissemus. Cum omnibus autem hominibus iubemur, *quantum in nobis est, pacem habere, cuius pietatis studium praecipimur usque ad inimicos etiam diligendos transfundere. Inter haec enim, quae valde bona describuntur, praecipue est
cf. Gen. 1, 26. bona creatura Dei homo, quoniam ad imaginem et similitudinem Dei factus est homo, qui, etsi male usus sit libero arbitrio, declinans a bono ad malum, non perdidit tamen mentis intellectum, ubi ad similitudinem Dei factus est homo. Dicitur autem homo totius collectio multitudinis, quae est sub specie hominis, qui scilicet homo diligendus est, non errores ipsius, non peccata ipsius. Nam dicens in euangelio Dominus: *Dili-*
Matth. 5, 44. *gite inimicos vestros, orate pro eis, qui vos persequuntur, benefacite eis, qui vos*[a] *ode-*
Ib. 5, 45. *runt,* hortatur nos ad similitudinem Dei, ideoque adiunxit: *Sitis,* inquiens, *filii patris vestri, qui in caelis est, qui solem suum oriri facit super bonos et malos et pluit super iustos et iniustos.* Unde Augustinus in tractatu psalmi LXX: *Qui ergo,* inquit[2], *bene vult inimico suo, Deo similis est, nec ista superbia, sed obedientia est, quoniam ad*
Gen. 1, 26. *imaginem Dei facti sumus. Faciamus, inquit, hominem ad imaginem et similitudinem nostram.*

9. Hanc utique imaginem Hildebrant et episcopi eius in rege Henricho et oderunt et persecuti sunt, et potestatem, quae a Deo est, qua et ipse adhuc regnat atque imperat, et oderunt et persecuti sunt, ideoque, assumptis sibi quibusdam scissuris regni, constituerunt contra ordinationem Dei alium regem, Rudolfum scilicet ducem Suevorum, sub quo praeliarentur bellum suum, quo quaerebant omnibus modis mortificare regem Henrichum, cupientes corpore et anima perire eum[3]. Igitur anno ab incarna-
1077. tione Domini MLXXVII. convenerunt mense Martio episcopi et principes, qui erant ex parte Hildebranti papae, et elegerunt regem contra regem, circa tertiam scilicet hebdomadam quadragesimae, quibus scilicet sacrosanctis diebus iubetur christiana religio aliorum temporum negligentias diluere et sicut rerum ita quoque offerre Deo decimas dierum, quando etiam praecipit Dominus per praedicatores suos insonare non signum belli, sed tubam praedicationis ad convocandum in ecclesia populum propter
Ioel 2, 15. 16. poenitentiae studium. *Canite,* inquit, *tuba in Sion, sanctificate ieiunium, vocate coetum, congregate populum, sanctificate ecclesiam, coadunate senes, congregate par-*
Is. 58, 1. *vulos et sugentes ubera.* Et iterum: *Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem*
*p. 56. *tuam, et annuntia populo meo scelera eorum et domui Iacob peccata *eorum,* dicit dominus Deus. Legitur quoque in libro Romani ordinis[4], quia ordo scrutiniorum quarta feria tertiae in quadragesima hebdomadae propter novae scilicet regenerationis candidatum initiatur et in sabbato sancto pascae finitur, ut secundum formam VII donorum Spiritus sancti VII scrutinia et totidem oblationes, quas patrini vel matrinae pro electis iubentur offerre, compleantur. Sed contra aliud nunc instituitur iter, quam ad baptis-

a) nos 1; *Schardius emend.*

1) *Epist.* 167. *ad Rusticum Narbon. ep.; cf. supra p.* 219. 2) *Sermo* 2, § 6, *Opp. IV, col.* 737. 3) *Cf. Petrus Crassus c.* 7, *Libelli I, p.* 448: Taceamne, quod idem monachus R[udolfum] ducem cum sequacibus suis in anima et corpore mortificavit? *S.* 4) *Ordo Romanus VII, Mabillon Mus. Italic. t. II, p.* 82.

mum; nam circa hanc tertiam quadragesimae hebdomadam canitur per supradictos episcopos quasi bellicum quoddam signum, ut congregent populum constituere sibi regem novum. Qui certe Rudolfus, cum media quadragesima, die scilicet dominica, Mart. 19.
per Sigifridum Moguntinae ecclesiae archiepiscopum ordinaretur, sanguine multorum hominum initiatur, quoniam Moguntiae plebis multitudo conclamans atque concurrens ad eiusmodi seditionis portentum repellitur, fugatur atque occiditur, et ecclesia, in qua facta est haec ordinatio, sanguine etiam violatur[1]. Proinde vos, qui tremitis ad iudicium Domini, attendite obsecro iudicium Domini. Postquam vero ille Rudolfus rex quarto ordinationis suae anno in praelio occisus est, proximo dehinc anno uterque 1081.
locus, qui erat particeps et electionis et ordinationis eius, ex Dei iudicio per ignem consumptus est. Nam opus illud speciosum Henrichi regis secundi et imperatoris primi, scilicet Babenberg, in cuius episcopio ille electus est, ignis consumpsit in sabbato sancto pascae[2], caput autem Galliae atque Germaniae Moguntiam similiter ignis Apr. 3.
consumpsit infra pentecosten eodem anno, qui tunc erat MLXXXI.[a] incarnationis domi- Mai. 23.
nicae[3]. *Ubi nunc est, Israel, rex tuus?* dicit Dominus, *et ubi sunt iudices tui? quae* 1. Sam. 8, 5.
dixisti: Da mihi regem et principes. Ipsi quippe regnaverunt, et non ex me principes Osee 8, 4.
extiterunt, et non cognovi, dicit Dominus exercituum.

10. Peracta vero, sicut dictum est, Rudolfi regis electione pariter et ordinatione per episcopos, de qualibet dicit per prophetam Dominus: *Manus vestrae pollutae sunt* Is. 59, 3.
sanguine et digiti vestri inquinati: peracta, inquam, electione simul et sanguinea illius ordinatione, quibus interfuerant legati quoque Hildebrandi papae, non multo post reversus est Henrichus rex de partibus Italiae, quo perrexerat ad satisfactionem vel ad 1078.
supplicandum eidem Romano pontifici pro pace vel ecclesiae vel rei publicae. In cuius adventu in Germaniam dispersi sunt inimici eius et fugerunt a facie eius, *abie- *p. 57.
runtque quidam de episcopis in Saxoniam cum rege suo Rudolfo, quidam autem ad montana et civitates munitas, dicente apostolo, quia: *Principes non sunt timori boni operis, sed mali.* Recolite nunc montanorum sectam, immodicam fidei et patientiae Rom. 13, 4.
observantiam, quia, cum tempore persecutionis fugissent quidam in montana et latuissent in montibus, divisi per hoc de corpore ecclesiae, dicti sunt montani heretici, sicut in VIII. libro Etymologiarum scribit Isidorus episcopus[4]. Sed Hildebrant et suae partis episcopi, quibus a rege Henricho saepe pax oblata est et minime recepta, diviserunt se sponte sua ab unitate catholicae ecclesiae, fugientesque in munitiones atque montana reliquerunt ecclesias suas absque speculatore et oves absque pastore, eligentes potius fugere ad montem magnum, quem promittit Dominus per prophetam Zachariam Zach. 4, 7.
coram Zorobabel duce Iuda in planum deduci, quam ascendere ad montem Domini, de quo factum est ad Hesaiam verbum Domini: *Et erit,* inquiens, *in novissimis diebus* Is. 2, 2.
praeparatus mons domus Domini in vertice montium, quales *suscipiunt montes pacem* Ps. 71, 3.
populo et colles iustitiam. Ubi enim pax, ibi et iustitia, quoniam *iustitia et pax* ib. 84, 11.
osculatae sunt se; sicut dicit psalmista. Unde ipse, qui est pax nostra, Christus dicit post salutarem doctrinam institutionis euangelicae, cui iustum est obedire: *Haec locutus* Ioh. 16, 33.
sum vobis, ut in me pacem habeatis. Propter quod enim, sicut attestatur Augustinus[5], *totum agitur, quod christiani sumus, scilicet ut in Christo pacem habeamus, et simus in unitate corporis eius. Haec enim pax non habet finem temporis, et ipsa erit omnis piae nostrae intentionis actionisque finis; propter hanc sacramentis eius imbuimur,*

a) MLXXI. 1.

1) *Cf. Bruno de bello Sax. (SS. V, p.* 365. 366*); Paul Bernried. (Watterich, Vit. pontif. I, p.* 531*).* 2) *Cf. Ekkehardi Chronic. a.* 1081, *Notae Babenberg. (SS. VI, p.* 204*; XVII, p.* 636*).* 3) *Cf. Mariani Scotti Chronic. (SS. V, p.* 562*; XIII, p.* 79*).* 4) *L. VIII, c.* 5, § 35, *Opp. ed. Arevalus III, p.* 355*; cf. infra c.* 29. 5) *In evang. Iohannis (c.* 17*) tract. CIV,* § 1, *Opp. III,* 2, *col.* 758.

propter hanc mirabilibus eius operibus et sermonibus erudimur, propter hanc spiritus eius pignus accepimus, propter hanc in eum credimus et speramus et eius amore, quantum donat, accendimur. Hac pace in pressuris omnibus consolamur, hac pressuris omnibus liberamur, propter hanc omnem tribulationem fortiter sustinemus, ut in hac feliciter sine ulla tribulatione regnemus. Patria enim nostra pax est, et hereditas nostra pax est. Per hanc, inquit[1] idem Augustinus episcopus, *vos salutamus, hanc vobis annuntiamus. Sed oderunt Hierusalem, qui oderunt pacem, qui conscindunt unitatem, quibus falso pacem pronuntiantibus populo respondetur, cum dixerint 'pax vobiscum', 'et cum spiritu tuo'; falsum enim,* inquit, *dicunt et falsum audiunt. Quibus*
*p. 58. *dicunt 'pax vobiscum', quos separant a pace orbis terrarum et quibus *dicuntur[a] 'et cum spiritu tuo'[b]. Si in spiritu eorum esset pax, nonne unitatem diligerent et dissensionem derelinquerent? Neque[2] vero pax esse potest vera, ubi non est vera concordia, quia disiuncta sunt corda. Quomodo enim,* inquit, *consors dicitur, qui sortem iungit, ita ille concors dicendus est, qui corda iungit.*

11. Sed iam facta divisione imperii simul et sacerdotii surrexit rex adversus regem, gens adversus gentem, episcopus contra episcopum, populus contra populum. Exinde vero quantae caedes factae sint hominum, quantae destructiones ecclesiarum, quanta etiam rerum confusio exinde facta sit in omni ecclesia, indigere videtur tragoedia magis quam historia. Magno se iudice quisque tuetur, dum uterque rex iuste arma se induisse arbitratur, Henrichus scilicet, quod natus et nutritus in regno successisset progenitoribus suis in regnum ex Dei ordinatione, ac perinde accepisset iuxta
Rom. 13, 4. doctrinam apostoli vindicem gladium in impios atque iustos vel ecclesiae vel rei publicae, Rudolfus autem, quod obediens esse deberet pontifici sedis apostolicae, qui per episcopos partis suae praedicasset eum non teneri obnoxium periurii vel perfidiae, si contra eum arma tulisset, qui, utpote excommunicatus, rex iam esse non posset; cum hoc sit, inquiunt, fidei atque fidelium in ecclesia, occidere scilicet ac persequi eos, quicunque communicantes vel faventes excommunicato regi Henricho noluerunt declinare post partium suarum studia. Nova et inaudita est praedicatio eiusmodi, cum ecclesia non habeat sibi concessum gladium nisi spiritus, quod est verbum Dei[3]. Iustitia quippe pharisaeorum est, non occidere, non peierare. *Sed vere dico vobis,* ait in euangelio
Matth. 5, 6. Dominus, *quia nisi abundaverit iustitia vestra plus quam scribarum et pharisaeorum, non intrabitis in regnum caelorum.* Cum enim dictum sit his, qui sunt sub lege,
Matth. 5, 33. 34. 39. Domino iuramenta sua reddere: *Ego autem,* inquit, *vobis dico,* qui estis sub euangelica perfectione, *non iurare omnino et non resistere malo; sed, si quis te percusserit in dexteram maxillam, praebe illi et alteram.* Ergo cum gravius sit gladio cogere ad supradictarum partium conspirationem quam verberibus exigere fidem, ecce sanctus Gregorius scribit de eiusmodi ad Iohannem Constantinopolitanum episcopum: *Nova,* inquiens[4], *atque inaudita est ista praedicatio, quae verberibus exigit fidem. Pastores etenim,* ait, *facti sumus et non persecutores.* Huius autem persecutionis rabiem, quae iam non verberibus agitur, sed gladiis simul atque rapinis et destructionibus ecclesia-
*p. 59. rum sive civitatum et incendiis villarum multo *tempore auctoribus episcopis exercetur, huius, inquam, persecutionis rabiem comprobat scriptor illius epistolae, qua suscepit

a) dicitur *Aug.* b) *Ap. Aug. legimus ita:* Quibus dicunt: Pax vobiscum? Quos separant a pace orbis terrarum. Et quibus dicitur: Et cum spiritu tuo? Qui dissensionem amplectuntur et odiunt pacem.

1) *Enarratio in psalmum CXXIV,* § 10, *Opp. IV,* 2, *col.* 1417. 1418. 2) *In evang. Iohannis (c.* 14*) tract. LXXVIII,* § 5, *Opp. III,* 2, *col.* 698. 3) *Cf. l. I,* 12*:* ille pro Christo fungitur legatione, qui pro pace precatur ecclesiae *et II, c.* 13*:* Ergo Petrus nondum intelligens quae Dei sunt, portat gladium. 4) *Ep. III,* 52, *ed. Ewald I, p.* 209. 210*; Jaffé nr.* 1257.

partem sui Gregorii defendere et intendit eam sanctorum patrum scriptis hinc inde fraudulenter collectis affirmare, ut gladius linguae acerbius affligat ecclesiam, quam gladius occisionis hactenus afflixerit eam; quoniam iuxta sententiam[1] quoque Augustini gravius illi cor feriunt, qui gladio linguae feriunt, *et acerbius,* inquit, *sanguinem fundunt, qui Christum, quantum in ipsis est, in homine occidunt.* Scribit enim post multa et inter multa, quibus calumniatur vel Henrichus imperator vel Clemens papa: *Verum qui hactenus,* inquit, *tacebat, huic responsurus calumniae papa Damasus*[2] *procedat: 'Qui potest obviare et perturbare perversos et non facit, nihil est aliud quam favere eorum impietati; nec enim caret scrupulo societatis occultae, qui manifesto facinori desinit obviare'. Leo papa*[3]*: 'Negligere, cum possis deturbare, perversos, nihil aliud est quam illis favere; error*[a.4] *enim, cui non resistitur, approbatur, et veritas, quae minime defensatur, opprimitur'. Gregorius*[5] *in suis Moralibus: 'Plerumque quieti atque inconcussi relinquimur, si obviare pravis pro iustitia non curamus, sed cum ad aeternae vitae desiderium animus exarserit, si iam*[b] *lumen intrinsecus respicit, si in se flammam ignis sancti fervoris accendit, in quantum locus admittit, in quantum causa exigit, debemus pro defensione iustitiae nosmet ipsos obicere et perversis ad iniusta erumpentibus, etiam cum ab eis non quaerimur, obviare. Nam cum iustitiam, quam nos amamus, in aliis feriunt, nos nihilo minus sua percussione confodiunt, etiamsi venerari videantur'.*

12. Haec sanctorum patrum documenta, quae convertit ille perversus ad confirmanda bellorum studia, nos teneamus pro defensione pacis et verae iustitiae, quoniam *iustitia et pax osculatae sunt se,* neque alia sentiamus de supradictis caeterisque sanctis patribus, *nisi quaecunque sunt vera, quaecunque iusta, quaecunque sancta, quaecunque amabilia, quae et didicistis et audistis.* Sed videte, obsecro, et attendite ea qua oportet diligentia, quare intulerit ille suprascripta sanctorum patrum testimonia, scilicet quoniam Clemens papa super his malis, quae fiunt in ecclesia, dolet et tristatur, quae et nos patimur, quoniam, *si patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra, et si gloriatur unum membrum, congaudent omnia membra.* *Ergo cum sit facta divisio in ecclesia, illis exeuntibus a nobis, non nobis ab illis[6], inscribimur tamen et blasphemamur scismatici esse, qui sumus in toto, non in aliquorum parte, et praedicantur illi ac beneficiantur[c] catholici esse, quorum unus audacior caeteris audet etiam scriptis partem sui Gregorii defendere et sic inter caetera respondet ad dicta Clementis papae: *Asserit*[7] *etiam,* inquit, *praedictus calumniator ex occasione praedicationis catholicorum, 'non enim possumus aliquid adversus veritatem, sed pro veritate' cum apostolo dicentium, tam in Italico quam Theutonico regno fieri rapinas, incendia, destructiones ecclesiarum, gemitus et suspiria orphanorum et viduarum. Huic quiddam simile conclamabant et Iudaei in redemptoris nostri occisione: 'Commovit populum, docens per universam Iudaeam et incipiens a Galilaea usque huc'.*

Ps. 84, 11. Phil. 4, 8. 9. 1. Cor. 12, 26. *p. 60. 2. Cor. 13, 8. Luc. 23, 5.

13. Nostis vero qui euangelium legistis, quae dominus Iesus fecit et docuerit, quomodo sanitates corporum et curationes animarum operatus sit; ideoque scribae et pharisaei, de falsa iustitia praesumentes, beneficiis eius et virtutibus invidebant, et quae negare nequiverant sinistra interpretatione pervertere laborabant, et propter multa eius bona opera usque ad mortem persecuti sunt eum, acclamantes eum commovisse populum, quoniam populus in his, quae gloriose fiebant, admirabatur et glorificabat Deum.

a) ergo 1. b) verum *add. Greg.* c) beneficantur 1.

1) *In Iohannis evang. (c. 1) tract. V,* § 12, *Opp. III,* 2, *col.* 325. 2) *Decreta Damasi papae c.* 23, *Hinschius p.* 508. 3) *Ep. Felicis II, c.* 8, *ed. Thiel I, p.* 237, *Jaffé nr.* 592; *cf. Libell. I, p.* 544. 4) *[Ibid. c.* 5, *l. l. p.* 236; *cf. Sdralek p.* 170, *n.* 4*].* 5) *Moralia l. XXXI, c.* 28, § 56, *Opp. I, col.* 1023. 6) *Cf. Cypriani* § 12, *p.* 220: Non enim nos ab illis, sed illi a nobis recesserunt. 7) *[Decretum Clementis l. I, p.* 625*].*

Pharisaei quippe interpretantur divisi[1], quales dicit apostolus habere zelum Dei, sed non
Rom. 10, 2. 3. secundum scientiam; quoniam: *Ignorantes,* inquit, *Dei iustitiam et suam quaerentes statuere, iustitiae Dei non sunt subiecti.* Quod si zelum amarum habetis et contentiones in cordibus vestris, nolite gloriari et mendaces esse adversus veritatem. Ecce enim adversarii redemptoris nostri calumniabantur eum esse seductorem, iuxta quod et nostri temporis scribae et pharisaei appellant Clementem papam calumniatorem, quia quaerit salutem omnium, dolens fieri in Italico pariter et Theutonico regno ex praedicatione adversantium episcoporum rapinas et incendia atque destructiones eccle-
1. Ioh. 4, 6. siarum, gemitus et suspiria orphanorum et viduarum. *Ex hoc enim,* inquit apostolus Iohannes, *cognoscimus spiritum veritatis et spiritum erroris, quia, qui audit nos, spiritum habet veritatis, et qui nos non audit, spiritum habet erroris.* Videamus, quid
ib. 4, 7. moniturus est, in quo audire illum debeamus: *Dilectissimi,* inquit, *diligamus invicem.*
ib. 4, 6. Hoc docet praecipue et hoc ipsum monet assidue, quia dilectio ex Deo est. *Et ideo*
*p. 61. *qui novit Deum,* *inquit, *audit nos, qui autem non est ex Deo, non audit nos.* Sed vere commoverunt populum, qui recedentes ab unitate dilectionis, qua iubemur nos invicem diligere, diviserunt vel ecclesiae vel rei publicae populum, ut sit populus contra populum. Nam isti iuxta dominicum pariter et apostolicum praeceptum subiecti sunt
Rom. 13, 4. legitimo regi Henricho, utpote Dei ministro, quem dicit apostolus non sine causa portare gladium, scilicet ad vindictam impiorum. Illi autem contra Dei ordinationem constituerunt super se in regem adversarium, qui sub rege Henricho erat dux Suevorum; quod certe factum est in defensionem malefactorum, quoniam leges silere solent per tempus bellorum[2]. Ergo Petrus nondum intelligens quae Dei sunt, portat gladium, qui ultor dominicae irae positus est in eum, qui male operatur. Sed: *Converte eum,* inquit, *in locum*
Matth. 26, 52. *suum, quoniam, si rogavero patrem meum, exhibebit mihi modo in auxilium plus quam*
ib. 26, 53. 52. *XII milia angelorum. Omnis enim,* ait, *qui gladium acceperit, gladio peribit,* vel illo[a]
Is. 34, 5. gladio, quem dicit Dominus inebriatum esse in caelo, quanto magis in terra, vel gladio spiritus, qui in Dei scribitur armatura, quem etiam habet ecclesia Dei, unde et debellantur eius inimici, eodemque gladio spiritus praecipiuntur filii ecclesiae per suprascriptos patres, Damasum scilicet atque Leonem et Gregorium, totius erroris falsitatem abscindere et perversos perturbare; quod, inquiunt, qui negligit facere, convincitur impietati eorum favere[3]. Attestante enim eodem patre Gregorio[4], ecclesia ab adversariis suis persecutionem patitur duobus modis, scilicet aut verbis aut gladiis. *Sed cum verbis,* inquit, *persecutionem sustinet, exercetur eius sapientia, cum vero gladiis, exercetur eius patientia.* Ecce inpugnamur non solum periculis bellorum vel pugnis verborum, sed etiam scriptis adversariorum, et quod gravissimum nobis est, introducuntur contra nos testimonia sanctarum scripturarum; ut ea, quibus coronavit Dominus ecclesiam suam per sanctos patres quasi scuto quodam protectionis, nunc ex parte sint hostium quasi pro quibusdam telis, quibus tanto gravius vulneretur ecclesia, quanto perniciosius solent familiares inimici in corde et corde loqui per labia dolosa. Unde iam imminere videtur illa magna tribulatio, qualem dicit in euangelio Dominus non fuisse ab initio mundi usque
Matth. 24, 23—25. modo. *Tunc si quis,* inquit, *vobis dixerit: 'Ecce hic est Christus, aut illic', nolite*
*p. 62. *credere. Surgent pseudochristi et pseudoprophetae et dabunt signa magna *et pro-*
Matth. 18, 7. *digia, ita ut in errorem inducantur, si fieri potest, etiam electi. Ecce,* inquit, *praedixi vobis, sed vae homini,* ait, *per quem scandalum venit.* Graviter quidem scandalizamur, quod sanctis quoque patribus, qui apud nos vivere debent in suis constitutionibus, haec calumnia imponitur, ut per eorum doctrinam, qua loquitur nobis Christus, qui est pax nostra, confirmentur nunc partium sive bellorum studia. Unde noster adversarius,

a) ideo 1; *emend. Freher.*

1) *Isid. Etym. VII,* 6, 40, *ed. Arevalus III, p.* 321. 2) *Cicero pro Milone* 4, 10; *cf. supra p.* 214. 3) *Cf. c.* 11 *ex., p.* 223. 4) *Moral. l. XVIIII, c.* 9, § 16, *Opp. I, col.* 611.

apud quem non est veritas nec pax neque iustitia, scribit post multiplicem testimoniorum congeriem, quibus contendit nihil valere apud nos Christi ecclesiae sacramenta, et quod suspensi simus ab ecclesiastica communione secundum canonum praecepta: *Sufficiant,* inquit, *haec pauca caritati vestrae, qui catholici vultis esse, quatinus has sanctorum patrum sententias in promptu habeatis, quibus et vos defendere et veritatem inpugnantes refellere valeatis.* Et post haec in fine ipsius epistolae ex propriis verbis condemnans se suosque, ostendit nihil ipsis cum catholica hac universali ecclesia commune esse, et ideo catholicos non esse, cum suscepissent partem sui Gregorii defendere. *'Nos*[1], inquit, *qui iustam partem Gregorii iam a Deo assumpti defendimus, per hoc non homini, sed soli Deo placere contendimus'. Fructus vero iustitiae in pace seminatur facientibus pacem,* sicut Iacobus apostolus testatur; sed dum heretici Deum defendere nituntur, offendunt; quanto magis qui partem alicuius hominis defendunt. *Intuendum*[1] *etiam,* inquit, *quod homines, qui Wigberto vel Henricho favent, aut temporalis commodi respectu vel humanae gloriae faciunt hoc intuitu.* cf. 1. Thess. 2, 4. Iac. 3, 18.

14. Erubescimus sane, quod facti sumus obprobrium nimis inimicis nostris, quod et dici non debet sine lacrimis, quia ipsi ferventiores sunt ad defendendam pariter et augendam partem sui Gregorii, quam nostri ad probandam et confirmandam unitatem catholicae ecclesiae Christi. Nam iuxta quod dicitur in euangelio moris esse scribarum et pharisaeorum et hypocritarum, circumeunt mare et aridam, ut non tantum faciant unum proselytum, sed ut totus mundus vadat post eos, non post Christum; unde et pharisaei, qui dicuntur divisi[2], invidebant Christo, sicut legitur in euangelio, quod turba, quae praecedebat et quae sequebatur euntem Hierosolymam, ad visionem scilicet pacis[3], laudes acclamaverit ei: *Osanna, benedictus, qui venit in nomine Domini,* et dicebant: *Videtis, quia nihil proficimus, ecce mundus totus post eum abiit.* *Et ille: *Cum exaltatus,* inquit, *fuero, omnia traham ad me.* Et gratias agens Deo patri, quod mitibus atque mansuetis revelaverit sacramenta adventus sui, quae nescierunt scribae et pharisaei: *Confiteor,* inquit, *tibi pater, domine caeli et terrae, quia abscondisti haec a sapientibus et prudentibus et revelasti ea parvulis. Ita pater, quoniam sic fuit placitum ante te. Omnia mihi tradita sunt a patre meo.* Ecce, cum exaltatus fuerit Christus, dicitur ad se omnia trahere, et sibi omnia a patre tradita esse. Sed ille, qui non est in hac universitate[a], hoc est in catholica ecclesia, scribit talia: *Nos,* inquit, *qui iustam partem Gregorii iam a Deo assumpti, sicut iustum est, defendimus, per hoc non homini, sed soli Deo placere contendimus.* Ergo, sicut dictum est ex auctoritate sanctorum patrum, heretici, dum defendere Deum nituntur, offendunt; quanto magis qui partem alicuius hominis defendunt! Unum itaque signum est electionis: soliditas caritatis. Unde ne vel miraculis quidem reproborum seducamur, quae non fiunt ex caritate, sed per elationem. *In hoc,* inquit Dominus, *cognoscent omnes, quia mei estis discipuli, si dilectionem habueritis ad invicem.* Igitur ubi non est caritas, unde unitur ecclesia, ibi non est iustitia, et ubi non est iustitia, ibi nec virtus aliqua, quoniam omnes virtutum species continentur uno iustitiae nomine, cum et iustitia sit lex divina et vinculum societatis humanae. (XIII) Matth. 23, 15. ib. 21, 9. Ioh. 12, 19. ib. 12, 32. *p. 63. Matth. 11, 25—27. Ioh. 13, 35.

15. *Intuendum*[4] *etiam,* inquit, *quod omnes*[b], *qui Wigberto vel Henricho favent, aut temporalis commodi respectu vel humanae gloriae faciunt hoc intuitu.* Sicut scribit Gelasius papa[5], *duo sunt, quibus principaliter mundus hic regitur, auctoritas sacrata pontificum et regalis potestas. Christus*[6] *enim, memor fragilitatis humanae, quod suorum saluti congrueret dispensatione magnifica temperavit, sic actionibus propriis* (XIV)

a) universitatae 1. b) [*an* homines *legendum? v. supra c.* 13].

1) *[V. supra c.* 5. 6; *infra c.* 14*].* 2) *Cf. supra p.* 224, *n.* 1. 3) *Cf. supra p.* 192. 202. 211. 4) *[Cf. supra c.* 4, *p.* 215*].* 5) *Epist.* 12, *c.* 2, *ad Anast. ed. Thiel I, p.* 350. 351; *cf. Libell. I, p.* 492. 6) *Tract. IV,* § 11, *p.* 568; *cf. supra p.* 186.

dignitatibusque distinctis officia potestatis utriusque discrevit, suos volens medicinali humilitate salvari, non humana superbia intercipi, ut et christiani imperatores pro aeterna vita pontificibus indigerent et pontifices pro temporalium cursu rerum imperialibus dispositionibus uterentur, quatinus spiritalis actio a temporalibus distaret incursibus et Deo militans minime se negotiis saecularibus implicaret, et vicissim non ille rebus divinis praesidere videretur, qui esset negotiis saecularibus implicatus, ut *p. 64. *et modestia utriusque ordinis* *curaretur, ne extolleretur utroque suffultus, et competens qualitatibus actionum specialiter professio aptaretur.* Hanc Dei dispensationem quisquis diligenter considerat iuxta divinam utriusque potestatis ordinationem, perspiciet sane in hoc quoque per Hildebrantum et episcopos eius magnam operatam esse iniquitatem, qui, cum pro pontificali dignitate non deberent vel negotiis saecularibus sese implicare, usurpaverunt sibi ordinationem regiae dignitatis contra Dei ordinationem et contra usum atque disciplinam ecclesiae; et quia ipsi noluerunt Henrichum regem regnare, idcirco noluit etiam scriptor propositae epistolae regem eum appellare, sed 1. Petr. 2, 17. miro modo eum inhonoravit, quem Deus per apostolum suum Petrum honorificare Ps. 98, 4. praecipit, quoniam *et honor regis iudicium diligit.* Et quia nos instituti doctrina apo- Iud. 8. stoli Iudae non praesumimus dominationem spernere vel maiestatem blasphemare, iudi- Hebr. 12, 2. camur extranei esse ab ecclesiastica communione, cum *aspicientes in auctorem fidei et consummatorem Iesum*, reddamus potestati a Deo nobis praelatae debiti honoris suf- Ib. 12, 1. fragium, magnam *habentes impositam nubem testium*, per quorum patientiam simul et doctrinam curramus ad propositi certaminis bravium. Sanctus enim Gregorius in libro de pastorali cura proponit nobis exemplum Saulis atque David, quomodo boni etiam atque eminentes in ecclesia viri debeant malis quoque rectoribus subditi esse, iuxta quod David Saulem pertulit, quem videlicet infestissimum persecutorem suum cum posset occidere, noluit occidere[1]; insuper et viros suos, ne consurgerent in eum, sermonibus confregit et, quod vel oram chlamydis suae abscidisset, poenituit. Quod vero hic summus pontifex et virtutum artifex legitur proposuisse et docuisse, credas omnes sanctos patres pariter et fecisse et docuisse. *Boni*, inquit[2], *subditi, si quando pro infirmitate se abstinere vix possunt, ut extrema quaedam atque exteriora praepositorum mala, sed tamen humiliter loquantur, quasi oram chlamydis silenter incidunt, quia videlicet, dum praelatae dignitati saltem innoxie*[a] *et latenter derogant, quasi regis superpositi vestem foedant, sed tamen ad semet ipsos redeunt seque vehementissime* 1. Sam. 24, 6. *reprehendunt. Unde et bene illic scriptum est, quia post haec David percussit cor suum, eo quod abscidisset oram chlamydis Saul. Facta quippe praepositorum oris gladio ferienda non sunt, etiam cum recte reprehendenda iudicantur. Si quando vero* *p. 65. *contra eos vel in minimis lingua labitur,* *necesse est, ut per afflictionem poenitentiae cor prematur, quatinus ad semet ipsum redeat, et, cum praepositae potestati detraxerit, eius contra se iudicium, a quo sibi praelata est, perhorrescat. Nam cum in praepositos delinquimus, eius,* inquit, *ordinationi, qui eos nobis praetulit, obviamus.* Unde etiam cum longe lateque excrevissent simoniacae et neophytorum hereses, idem Gregorius super hac re valde sollicitus non minaciter, sed suppliciter inde egit apud Francorum reges. *Paterno,* inquit[3], *vos salutantes affectu petimus, praecellentissimi filii, ut detestabile hoc malum simoniacae heresis ac neophytorum de regni vestri finibus studeatis prohiberi, et nulla apud vos excusatio, nulla contra animam vestram suggestio locum inveniat, quia facientis procul dubio culpam habet, qui quod potest corrigere negligit emendare.* Haec legimus sanctum Gregorium scripsisse et docuisse, et, ut multos lucrificaret, se servum omnium, praecipue autem regum atque imperatorum fecisse; ideoque videtur nobis hoc consequens non esse, ut constituerit reges aliquos

a) innoxiae 1.

1) *Cf. II, c.* 1, *supra p.* 212. 2) *Regula pastor. l. III, c.* 4, *Opp. II, col.* 39. 3) *Ioh. Diac. V. Gregorii III, c.* 2, *Opp. IV, col.* 82; *Jaffé nr.* 1744.

de regno suo deiciendos esse, sicut ei adscribit propositae scriptor epistolae. *Gregorius*[1], inquit, *huius nominis primus: 'Decernimus, reges a suis dignitatibus cadere et participatione corporis et sanguinis Domini carere, qui temerario ausu praesumpserint contra sedis apostolicae iussa venire'.* Certe qui eiusmodi est, iam iudicatus est, iuxta quod et Saul a Domino reprobatus est, et tamen, postquam abiecerat eum Dominus, ne regnaret super Israel, legitur multos annos vixisse pariter et regnasse, ut scilicet electorum Dei patientia exerceretur aut probaretur sub crudelissimo rege, quem etiam ipse David, electus a Deo in regem, patientissime tulit et pro eo, quod esset christus Domini, timuit occidere, cum posset eum utpote persecutorem suum occidere, qui in hoc etiam poenituit, quod vel summitatem chlamydis eius abscindere praesumpserit. Saul vero LXXXV sacerdotes Domini una die occidit, et tamen eum, qui eius- 1. Sam. 22. 18
modi erat, patientia sanctorum sustinuit. Sed Henrichus rex, nihil horum faciens, sed episcopis liberam disponendarum ecclesiarum potestatem permittens, quia noluit in manus Hildebranti papae pro voluntate hostium suorum tradere regiam potestatem et honorem et regnum suum, ideo scribitur merito pro inobedientia sua damnatus esse, quasi per hoc voluerit ius sacerdotale sibi substernere. *Respondendum*[2] *est etiam his,* inquit, *qui spiritalibus saecularia, *divinis humana praeferentes et ius sacerdotale laicis* *p. 66.
substernere volentes, conqueruntur Henrichum a Gregorio sine exemplo damnatum. Sed ut querimoniae, inquit, *huic silentium imponant, inclinent aures historiis, quam saepe praesules non solum apostolici, sed etiam provinciales in defensione iuris canonici regali sive imperatorio non pepercerunt nomini.* Ecce, cum quanto agit studio pertinaciae, ut moveat nos a soliditate fidei nostrae, quatinus introducti vel testimoniis scripturarum vel historiis rerum declinemus ad partem sui Gregorii papae, cum is certe utrisque abutatur, vertendo falsa interpretatione, non vera ratione. Sed nulli horum credimus mediante Deo, quales antichristos dixit Iohannes apostolus multos nunc esse 1. Ioh. 2, 18.
in mundo, quia Paulus apostolus, per quem loquitur Christus, dicit et id secundo repetit: *Licet nos aut angelus de caelo euangelizet vobis praeterquam quod euangelizavimus vobis, anathema sit.* Ex huius certe anathematis vinculo nemo liber existit, nisi quem nullus error involvit, ac perinde sicut sanctus Leo papa scribit[3]: *Si omnes sacerdotes et mundus assentiatur damnatis, damnatio consentientes involvit, non praevaricationem consensus absolvit.* Sub damnationis quidem sententia sunt, quotquot euangelio non obediunt, quotquot Dei ordinationi resistunt, quotquot in unitate ecclesiae non sunt, quoniam: *Una est,* inquit Dominus, *columba mea, perfecta mea,* una est fides Cant. 6, 8.
christiana, quae est catholica. Catholica autem veraciter est illa, quae ab omnium perfidorum atque ab eorum successoribus[a] consortibus sincera, pura, immaculata communione est divisa. Sed ille qui scribit et testificatur, se in parte sui Gregorii esse et partem ipsius defendere, ille, inquam, talis, cum sit extra catholicam, hoc est universalem, ecclesiam, scribit, apud nos, qui nolumus participes esse partium suarum, nihil valere nihilque nobis proficere sacramenta Christi et ecclesiae, quae sunt baptisma et chrisma atque corporis et sanguinis Domini mysteria, et ad augendum nobis terrorem introducit contra nos testimonium sancti Augustini, quod nos, qui credimus et confitemur sanctam ecclesiam catholicam, sanctorum communionem, remissionem peccatorum, retorquemus e diverso in eos, qui amplectuntur esse in parte sui Gregorii. Augustinus[4] in sermone de blasphemia Spiritus sancti: *Si quemquam,* ait, *extra eccle-*

a) *an* successorum consortio?

1) *[Lib. can. c. 25, p. 495; cf. quae de Gregorii verbis a Sdralek p. 127, n. 2, et a F. Thaner, 'N. Archiv' XVI, p. 537. adnotata sunt].* 2) *[Liber can. c. 25, p. 495].* 3) *Locum hunc non inveni.* 4) *Sermo LXXI, c. 17, § 28, Opp. V, col. 398. [Lib. can. c. 18, p. 490].*

siam suorum poeniteat peccatorum et huius tanti peccati, quod[a] *alienus est ab ecclesia*
*p. 67. *Dei, cor impoenitens habeat, quid ei prodest illa poenitentia, *cum isto solo verbo*[b] *dicat contra Spiritum sanctum, quod*[a] *extraneus est ab ecclesia, quae accepit hoc donum, ut in ea in Spiritu sancto fiat remissio peccatorum.* Et iterum[1]: *Cor impoenitens caveatur, nec aliter poenitentia prodesse credatur, nisi ut teneatur ecclesia, ubi*
(XV) *remissio peccatorum datur et societas spiritus in pacis vinculo custoditur.* Haec scribit sanctus Augustinus de catholica ecclesia, ubi concordat membrorum unitas per caritatis et pacis studia. Unde: *In uno*, inquit[2], *estote, unum estote, unus estote*, et: *Vae illis, qui oderunt unitatem ecclesiae, praesumentes in hominibus partes facere.* Ergo, sicut idem Augustinus ait[3], *Faustinus parti praeerat, non ecclesiae;* iuxta quod et Hildebrant parti suae praeerat, non ecclesiae, qualem scilicet partem scribit quidam de participibus suis defendere coepisse. Sed Gelasius papa[4]: *Quae privilegio*, inquit, *universalis ecclesiae contraria probantur, nulla ratione subsistunt;* pars autem longe distat a toto, quod est universale, ideoque inferior potest quidem errori cuilibet involvere aliquem, non absolvere. Igitur, sive sit ille Gregorius, sive Hildebrant, vel alius quisquam, qui praeest parti, non ecclesiae, non potuit Henrichum regem damnare, qui certe hoc studet, hoc optat et maxime laborat, ut fiat unum corpus ecclesiae, quatinus perinde etiam possit fieri unum corpus rei publicae; fuerit sane errans, qualem describit Gelasius[5] papa non posse sine poena esse. *Sit igitur*, inquit, *erranti dicta poena fore perpetua, sit erranti dicta nunquam esse solvenda; qui*[c] *si errans esse destiterit, poena, quae erranti est praefixa perpetua, non erranti, id est aliter*[d] *effecto quam cui praefixa est, non solum non potest esse perpetua, sed nec esse iam poena. Non est enim ipse, cui praefixa est; erranti enim praefixa est, non non*[e] *erranti. Quae enim*, inquit, *erranti praefixa perpetua est et perpetuo constringit errantem, non errantem non potest iam tenere.* Contra haec sanctorum patrum testimonia si quid adversarius noster respondere habeat, dicat, qui se iactat posse nobis per introductas rerum historias silentium imponere, qui tanto plus nos exercet sua locutione, quanto plus ille videtur errare; quod etiam unum esse beneficium divinae providentiae attestatur sanctus Augustinus[6], *ut qui foris sunt, plurimum prosint fidelibus, non verum quod nesciunt docendo, sed ad verum quaerendum et ad verum aperiendum catholicos excitando, ne imperitiae nostrae tenebris delectati*
*p. 68. *dormire magis velimus, quam lucem veritatis intueri. Sed ut huic*, *inquit, *querimoniae silentium imponant, inclinent aures*[f] *historiis, quam saepe praesules non solum apostolici, sed et provinciales in defensionem iuris canonici regali sive imperatorio non pepercerunt nomini.* Et subiungit[7], quod Innocentius papa Arcadium imperatorem sub anathematis vinculo a fidelium consortio separaverit, quod quam verum sit, ex his, quae in superiori libro[8] scripsimus vel de Arcadio vel de Innocentio, quisque diligens facile pervidebit. Cum certe Innocentius papa observantissime custodierit cum omnibus sanctis
Matth. 22, 21. patribus euangelicam hanc regulam Domini, ut redderent ea quae sunt caesaris caesari, cum rite non possent aliter reddere Deo quae sunt Dei, ideoque iuxta quod supra dictum est[9] ex verbis Gelasii papae, ordinata est a Deo sicut sacrata pontificum auctoritas, ita et regalis potestas, ut christiani imperatores pro aeterna vita indigerent pontificibus et pontifices pro temporalium cursu rerum imperialibus uterentur dispositionibus. Post haec scribit, quod Constantinus papa Philippum anathematizaverit, quod

a) quo *Aug.* b) verbum *Aug.* c) qua 1. d) alteri *Gelas.* e) *deest* 1, *sed iam Freh. addidit.* f) autem 1.

1) *Sermo LXXI, c.* 24, § 37, *col.* 403. 404. *[Lib. can. c.* 18, *p.* 490*].* 2) *In Ioh. evang. c.* 3, *Tract.* 12, § 9, *Opp. III,* 2, *col.* 387. 3) *Ibid. c.* 1, *Tract.* 6, § 25, *col.* 340. 4) *Tract. IV,* § 1. *ed. Thiel I, p.* 559. 5) *Tract. IV,* § 3. *ed. Thiel I, p.* 560. 561. 6) *De vera religione c.* 8, § 15; *Opp. I, col.* 753. 7) *[Sequentia ad Lib. can. c.* 25. *spectant; cf. Sdralek p.* 168*].* 8) *C.* 9, *p.* 196. 9) *Cf. c.* 15, *p.* 225.

nec in Gestis pontificalibus nec in historiis invenitur, ubi tantum legitur [1], quod Philippus [a] supradicto papae literas pravi dogmatis direxerit, quas ille cum apostolicae sedis concilio respuit. Philippus [a] quippe praeter id, quod contra Iustinianum imperatorem regnum adeptus est, hereticus esse probatus est; qualis iam iudicatus est, iuxta quod etiam Gelasius papa scribit: *Nostri,* inquiens [2], *maiores auctore cuiuslibet insaniae ac pariter errore damnato sufficere iudicarunt, ut quisquis* [b] *aliquando huius erroris communicator existeret, principali sententia damnationis eius esset obstrictus.* Post haec introducit historiam de rege Hilderichо [c], de quo satis dictum est in superiori libro [3], apud quem nec regia potestas nec imperialis auctoritas esse probatur, ideoque huius exempli controversia a nobis reprobatur. Sequitur autem, quod Adriano papa iubente Carolus Desiderium [d] regem cum filio eius Adalgiso Italiae regno privaverit et solus Italiam cum Francia optinuerit. Certe Deus Romanorum praeparavit regnum, ut ibi et ecclesia et imperium haberet principatum; huic divinae ordinationi qui resistit, Deo resistit. Ergo Desiderius [d] contra Romanam rem publicam simul et contra Romanam ecclesiam pugnavit, ideoque rex ipse Longobardorum per tyrannidem contra Deum surrexit. Huius rei gratia Adrianus papa vocavit Carolum in auxilium et defensionem ecclesiae pariter et rei publicae, cum *pater quoque ipsius Pippinus rex iam accepisset *p. 69.
patriciatum eiusdem Romanae rei publicae. Sed Carolus cum magna difficultate vel itineris vel belli Desiderium [d] subegit et perpetuo exilio damnavit filiumque eius Adalgisum, in quem spes paternae tyrannidis inclinata videbatur, de Italia expulit, et Romanis atque Adriano Romanae ecclesiae rectori res suas restituit, quas hostilis incursio abstulerat, sicut liber de gestis ipsius Caroli indicat [4]. Post haec etiam sequitur et dicit, quod Lotharium Nicolaus papa ad obediendum canonicae legi coegerit, et invicta temeritate Adrianus damnaverit. Certe non damnavit Lotharium regem Adrianus, sed post primam et secundam correptionem pro crimine adulterii, quo publice regnum maculaverat, persistens adhuc in sordibus deliquit ipse iuxta sententiam apostoli proprio iudicio cf. 1.Cor.11,29.
condemnatus, quoniam, cum de manu ipsius pontificis ad comprobationem innocentiae suae corpus et sanguinem Domini reus accipere non timuisset, iudicium sibi manducavit et bibit ideoque Roma egressus paulo post in civitate Placentia obiit [5]. Eo etiam modo Heriberdus rex, frater Sigiberdi regis Francorum, Dei iudicio percussus est, postquam a sancto Germano Parrhisiensis ecclesiae episcopo propter duas sorores, puellas scilicet derelictae reginae, quas pro legitimo coniugio acceperat in uxores, excommunicatus est [6]. Hae sunt historiae, per quas aestimat nos [e] induci posse, ut credamus, Henrichum iure a Gregorio damnatum esse et exhinc indignum eum esse regio nomine et regia potestate, cum non legeremus quenquam de sanctis patribus sibi aliquid de regni negotiis usurpare. *Non est igitur,* inquit, *novum vel ecclesiasticae legi indebitum reges apostolico obedire, non obedientes anathemati subiacere.* Certe obediens erat rex Henrichus apostolicae auctoritati, quando promiserat ad omnia, quae iusta essent, consensum praebere Romano pontifici, quando etiam deposito cultu regio et habitu supplicem per omnia ac poenitentem proiectis culpis sese Hildebrando optulit nec prius omni officio humilitatis impenso destitit, donec in gratiam cum papa rediit et ad comprobandum ecclesiasticae reconciliationis testimonium sacram communionem corporis et sanguinis Domini de manu eius accepit [7], mensam cum ipso papa adiit ac deinde dimissus est in pace, qualem scilicet pacem Iudas simulavit, non qualem Christus reliquit.

a) Philippicus *L. pont.* b) quisque 1. c) hylder. 1. d) desyder. 1. e) *ita scripsi*: aestimamus 1.

1) *Liber pontif. ed. Duchesne I, p.* 391. 2) *Ep.* 26, *c.* 2, *Thiel I, p.* 394. 3) *C.* 2. 3. 4) *Einhardi Vita Caroli c.* 6. 5) *Cf. Regin. a.* 869, *SS. I, p.* 581. 6) *Cf. Gregor. Turon. l. IV, c.* 26. *[Hoc exemplum in Libro canonum non iam legitur; cf. autem quae adnotata sunt ad Manegoldi c.* 29, *Libelli I, p.* 363, *n.* 4*].* 7) *[Cf. Ewald, 'Walram' p.* 56*].*

Nam tunc aderat et legatio Saxonum, hostium scilicet regis et Gregorianae partis fauto-
*p. 70. rum, et rescripsit eis *quaerentibus interrumpere omnibus modis initium reconciliationis pactum: *Ne solliciti,* inquit, *sitis, quoniam culpabiliorem eum reddo vobis.* Regalia siquidem ornamenta interdixerat regi, ut[a], si postea uteretur eis absque licentia sui, iam esset iusta occasio damnandi pariter et deponendi eum, quando transgressus fuisset impositae legis suae mandatum. Tum vero electus fuerat et ordinatus in regem Rudolfus iuxta quod dictum est supra[1], et cum haec facta sint ex ipsius Hildebrandi sententia, proinde regi Henricho aut resumenda erant ea, quae proprie regum sunt regalia ornamenta, aut certe amittenda erat regia potestas, quam acceperat ex ordinatione
Matth. 7, 12. divina. 'Quod tibi non vis fieri[b], alii ne feceris', in quo scilicet mandato Domini pendet lex fraternae dilectionis. Nam Gelasius papa scribit[2]: *Postquam,* inquiens, *ad verum ventum est eundem regem atque pontificem, ultra sibi nec imperator pontificis nomen imposuit, nec pontifex regulae regiae[c] fastigium vendicavit.* Sic enim scribit ad Anastasium imperatorem hereticum et defensorem hereticorum, qui etsi talis fuerit, tamen nec ipse Gelasius nec aliorum quisquam sanctorum patrum vel partem chlamydis suae abscindere praesumpsit, quoniam in his etiam, qui eiusmodi sunt, ordinationem Dei et potestatem, quae a Deo est, quisque sanctus honorificavit. *Quantum vero,* inquit[3], *ad ordinem publicae pertinet disciplinae cognoscentes, gloriose fili, imperium tibi superna dispositione collatum legibus tuis ipsi quoque parent religiosi antistites, ne vel in rebus mundanis exclusae videantur obviare sententiae.* Exclusa est quippe haec sententia, ut aliquis militans Deo saecularia procuret negotia. *Sic[4] enim discrevit Christus utriusque potestatis officia,* regum scilicet atque pontificum, *quatinus spiritalis actio a temporalibus distaret incursibus et Deo militans minime se negotiis implicaret saecularibus, ac vicissim non ille rebus divinis praesidere videretur, qui esset implicatus negotiis saecularibus. Fuerint haec,* inquit[5], *ante adventum Christi, ut quidam figuraliter adhuc tamen in carnalibus actionibus constituti pariter reges existerent*
Gen. 14, 18. *pariter sacerdotes, quod sanctum Melchisedech fuisse sacra prodit historia; quod in suis quoque diabolus imitatus, utpote qui semper quae divino cultui convenirent sibimet tyrannico spiritu vendicare contendit, ut pagani imperatores idem et maximi pontifices dicerentur; sed cum ad verum ventum est eundem regem atque pontificem, ultra*
*p. 71. *sibi nec imperator *pontificis nomen imposuit, nec pontifex regulae regiae[c] fastigium vendicavit, quamvis membra ipsius, id est veri regis[d] atque pontificis, secundum par-*
cf. 1. Petr. 2, 9. *ticipationem naturae magnificae[e] utrumque in sacra generositate sumpsisse[f] dicantur, ut simul regale genus et sacerdotale subsistant.* Haec quidem scribit Gelasius, sed Hildebrant et episcopi eius vendicaverunt sibi absque dubio fastigium regiae regulae, immo usurpaverunt sibi officia potestatis utriusque, quoniam apud illos plane est regnum aut ubi ipsi volunt, perversiores inde effecti prae nimia ambitus usurpatione, ut ad neutrum horum sive ad sacerdotium sive ad regnum possint idonei existere, cum unum ex his pro sui magnitudine diligenter quis non possit implere. Verumtamen christianus non est, catholicus non est, quisquis euangelio contradicit, quisquis doctrinam apo-
Matth. 22, 21. stolicam spernit. *Reddite,* inquit, *quae sunt caesaris caesari, et quae sunt Dei Deo.*
2. Tim. 2, 4. 1. Petri 2, 17. *Nemo militans Deo implicat se negotiis saecularibus. Deum timete, regem honorificate,*
1 Petri 2, 13. 14. et: *Subiecti,* inquit, *estote omni creaturae propter Deum, sive regi quasi praecellenti,*

a) *ita scripsi;* et 1 *(cf. lib. I, c. 6, p. 192).* b) fieri *deest* 1; *sed iam Freherus addidit.* c) *Thiel secundum optimos codices pro* regulae regiae *vocem* regale *recepit.* d) regis est atque pontificis 1; *emendavit Freher.* e) magnifice 1. f) summisse 1.

1) *Cf. lib. I, c. 6, p. 191, ubi hae omnes res iisdem fere verbis traduntur.* 2) *Tract. IV,* § 11, *l. l. p.* 567. 3) *Epist.* 12. *ad Anastasium c.* 2, *p.* 351. 4) *Tract. IV,* § 11, *p.* 568. 5) *Ibid. p.* 567.

sive ducibus tanquam ab eo missis ad vindictam malefactorum, ad laudem vero bonorum. Igitur cum utraque dignitas, regalis scilicet atque pontificalis, sic ordinata sit a Deo, quatinus spiritalis actio a temporalibus distet incursibus et Deo militans minime se negotiis implicet saecularibus, et cum non possint omnes res tutae esse, nisi quae ad divinam confessionem pertinent et regia et sacerdotalis defendit auctoritas, attendite, obsecro, et videte, quomodo Hildebrant et episcopi eius inter alias innumerabiles, quae inde emerserunt, hereses quaesierint, resistentes miro modo Dei ordinationi, haec duo principalia, quibus regitur mundus, extirpare et ad nihilum ducere; cupientes etiam alios omnes episcopos tales esse, sicut sunt ipsi, qui vere non sunt episcopi, et reges eiusmodi habere, quibus ipsi regia licentia possint imperare. Ecce enim Herimannus rex, successor Rudolfi regis ipsorum, talis certe fuit et talis extitit, ut de eo vere secundum literam interpretari possimus, quod in Daniele legimus, quia: *Stabit in loco eius despectus et non tribuetur ei honor regius.* Dan. 11, 20.

16. Nam ut praetermittamus, quot modis ab episcopis vel a principibus Saxoniae contemptui est habitus, qui omnes in variis voluntatibus volebant semper regnare, iuxta quod per prophetam dicit Dominus, eiusmodi principes simul reges esse. *Ipsi* enim, inquit, *regnaverunt et non ex me, *principes extiterunt, et non cognovi;* ut haec, inquam, praetereamus, ecce nos aliquando eundem Herimannum vidimus in castris Saxonum non regis sive principis loco militare, quem ne ad colloquia quidem principum perspeximus venire; et cum suppliciter eum interpellaremus[a] pro imminentis periculi necessitate, quo iam iamque minabatur nobis vastitas atque contritio ecclesiae nostrae, respondit se non posse vel sibi vel nobis prodesse. Primi vero de principibus erant in eisdem castris Egberdus marchio et filii duo Ottonis Bavariae quondam ducis, quales dicit Dominus per Hesaiam prophetam praevalere propter peccata populorum: *Dabo,* inquiens, *pueros principes eorum.* Caeterum curia sive palatium erat apud Hartvigum dictum Magadaburgensis ecclesiae episcopum, sive apud Burcardum Halberstatensem episcopum, ut, dum episcopi transferunt studium atque disciplinam ecclesiae ad curiam, quae dicitur à cruore[1], praedicantes bonum et iustum esse praelia et seditiones fieri pro sua parte, non vereantur laici et ipsi crudelia agere. Nam, iuncto Saxonum et Thuringorum atque Suevorum agmine, pugnatum est tunc in orientali Francia contra imperatorem Henrichum quinta iam vice[2]; de qua scilicet pugna in sequentibus dicere decrevimus, quando de Alberone Wirziburgensis[b] ecclesiae episcopo quae ad ipsum quoque pertinent enarrabimus, cuius praecipue causa tunc effusus est sanguis multorum in circuitu illius civitatis, qui scilicet sanguis occisorum clamat quodammodo ad Dominum pro vindicta tanti sceleris. Superiore etiam tempore temptaverat idem Adalbero expugnare episcopatum suum, quem sub rege suo Rudolfo recipere cupiebat contra regem Henrichum, ideoque[3] secundum iam praelium atrox nimis et crudele pugnaverunt Saxones contra eundem regem Henrichum in orientali Francia[4], anno scilicet MLXXVIII. ab incarnatione Domini, VII. mensis Augusti, ubi Rudolfus rex fugatus est et Sigefridus Moguntinae ecclesiae archiepiscopus in fuga captus et vix de suspendio liberatus atque dimissus est. Wezelinus quoque Parthenopolitanae, hoc est Magadaburgensis, ecclesiae archiepiscopus in fuga occisus est, et Werinherus Merseburgensis ecclesiae episcopus mortem vix eva- Osee 8, 4. *p. 72. 1086. cf. Gen. 4, 10. 1078.

a) interpellaremur 1; *Freherus emendavit.* b) Wirtziburg. 1.

1) *Cf. supra p.* 201. 2) *Apud Pleichfeld a.* 1086; *cf. lib. I, c.* 3, *p.* 188, *ubi dicitur, Henricum sex proeliis cum hostibus conflixisse; cf. lib. II, c.* 28. 3) *Haec non est vera causa proelii, sed illa, quam et Bertholdus et Bruno afferunt. Namque (Bertholdus, SS. V, p.* 312*) duces praedicti (scil. Bertholdus et Welfo) cum Alemannica militia regi Rudolfo de Saxonia egredienti occurrere deliberabant. Sed hoc omnino rex Henricus cum maximo exercitu interveniens, ne fieri posset, impediebat. Eandem causam affert Bruno (SS. V, p.* 367. 368*).* 4) *Apud Mellrichstadt a.* 1078.

dens nudus omnino dimissus est, et Adalberdus Wormaciensis ecclesiae episcopus captus est et regi Henricho oblatus, simul et Herimannus Magni ducis patruus, unus scilicet
*p. 73. de principibus, in quibus non est salus[1]. Igitur: *Pactum meum*, dicit *Dominus, *fuit*
Mal. 2, 5. *cum Levi vitae et pacis;* sed *vae prophetis, qui prophetabant de cordibus suis, ut inter-*
Ezech. 13, 3. 17. 19. *ficerent animas, quae non*[a] *moriuntur, et vivificarent animas, quae non vivunt, men-*
Malach. 2, 9. *tientes populo meo credenti mandatis; propter quod,* ait Dominus, o sacerdotes, *et ego*
1080. *dedi vos contemptibiles et humiles omnibus populis.* Tertium deinde praelium factum est in Thuringia MLXXX. anno ab incarnatione Domini, VI. Idus[b] Februarii[2]; quod scilicet praelium alterutris regibus parum prospere cessit, quoniam unus victoria, alter Saxonia caruit[3]; sed eodem anno reversus est Henrichus expugnaturus Saxonum duritiam et quartam iam contra eos instituit pugnam, quae facta est IIII. Idus Octobris[4], quando et Ruodolfus rex ibi occisus est quarto anno suae ordinationis. Sic ille provectae aetatis vir amisit vitam cum regno Saxoniae, cuius praecipue opera ante aliquot annos victi sunt Saxones, cum primum coepissent contra regem Henrichum rebellare, licet maiorem exercitus iacturam acceperint victores quam victi[5]; quod scilicet primum
1075. regis Henrichi praelium contra Saxones gestum est in Thuringia[6] anno MLXXV. ab incarnatione Domini, V. Idus Iunii. Tum quidem erat Ruodolfus dux Suevorum, cui etiam dederat Hagna imperatrix cum regno Burgundiae filiam suam in coniugium, ut regi Henricho, filio suo, esset tanto fidelior, quanto affinitate simul et beneficiis coniunctior[7]. Sed qui prius fuerat defensor imperii atque hostis Saxonum, postea factus est invasor imperii atque rex Saxonum, ut praevalerent praelia et seditiones eorum.

17. Perempto siquidem Ruodolfo rege Saxonum, paravit Henrichus rex secundam
1081. profectionem in Italiam, si quo pacto posset flectere ad misericordiam Hildebrandum papam, ut pacem aliquando diligens misereretur vel ecclesiae vel rei publicae, quae iam dudum fuerant in magna defectione pro imminente bellorum tempestate. Tunc quidem gesta sunt, quae superius[8] dicta sunt vel de rebellione ac fuga Hildebrandi papae vel
1084. de consecratione Wigberdi in pontificem sedis apostolicae vel de ordinatione Henrichi regis, quando factus est imperator atque augustus iuxta dispositionem Romanae dignitatis. Ex illo tempore nunc est annus octavus[9], et ne adhuc quidem cessant participes Hildebranti studere modis omnibus, ut non habeat Romana ecclesia Clementem papam neque res publica catholicum imperatorem, nisi Herimanno regi despectissimo succedat
*p. 74. alius rex despectior illo, et nisi succedat *etiam catholico papae Clementi aliquis hereticus, sicut fuisse monstratur ille Cassiniensis abbas Sergius[10], qui post discessionem imperatoris ex Italia subintroductus est, et per studia partium Hildebranti ordinatus, cuius
1087. scilicet honoris rapinam non diu impunitus tenuit, quoniam in ipso ordinationis suae ingressu dysenteriae morbo solutus deficere coepit, ac paulo post periculosa morte in-

a) *deest* 1. b) Kalendas *legendum videtur; cf. Stenzel, 'Gesch. Deutschlands unter den fränk. Kaisern' II, p.* 275.

1) *Hos omnes episcopos, quos commemorat Walramus fugisse, ne Bruno (l. l.) quidem negat. Sed omnes alii scriptores praeter nostrum de hac re inter se consentiunt Henricum illo proelio victum esse. E verbis Walrami nihil aliud colligi potest, nisi Henricum claram victoriam ab hostibus reportasse. Itaque quae Henrico bene processerunt commemorat Walramus, quae gravia acciderunt silentio praeterit.* 2) *Apud Flarchheim a.* 1080. 3) *Post proelium multi principes Saxoniae a Rudolfo desciverunt.* 4) *Apud Hohenmölsen a.* 1080; *cf. Brunonem (SS. V, p.* 381): Factum est autem hoc proelium quartum anno ab incarnatione Domini 1080, Idibus Octobris feria 5; *cf. Grandidier, 'Histoire d'Alsace. Preuves' II, p.* 181. *et Bernoldum (SS. V, p.* 436): et postea uno die superstes, omnibus suis rite ordinatis, ad Dominum migrasse non dubitatur Idibus Octobris. 5) *Lamb. Ann.* 1075: maius victores quam victos tulisse dispendium. 6) *Apud Homburg.* 7) *Cf. Lamberti Ann. a.* 1058: ut regi in dubiis tunc rebus ex affinitate devinctior fideliorque in rem publicam foret. 8) *C.* 7. 8 *in.* 9) *A.* 1092. 10) *Immo Desiderius.*

teriit, ex quo scilicet divino iudicio manifestum est, qualis etiam ipse fuerit, qui adhuc procul dubio subintroductus est, ut incendia Hildebranti iam defuncti resuscitaret et hereses atque scismata illius ex tanti pontificatus auctoritate confirmaret[1]. Saepe quidem satanas expetivit Petrum, *ut cribraret sicut triticum. Sed ego,* dixit Iesus, *rogavi pro te, ut non deficiat fides tua, Petre.* Petrus quippe ministerio est ecclesiae super petram, qui Christus est, fundatae, et idcirco *portae inferi non praevalebunt adversus eam,* quoniam ipse Christus super semet ipsum aedificavit eam, atque ideo *nemo potest aliud fundamentum ponere* praeterquam quod positum esse dicit sapiens ille architectus Paulus apostolus, *qui est Christus Iesus,* cum ecclesia huius capitis sit corpus, ex cuius unitatis societate quisquis discesserit, hunc alienum, profanum et hostem esse consonans iudicium sanctorum patrum diffinit. Ecce quidam episcopi secesserunt in partem Hildebranti, habentes eam pluris pretii quam universitatem catholicae ecclesiae Dei. Ex quo factum est, seminante inimico homine in agro dominico multorum scandalorum zizania, ut in episcopiis eorum fierent non iam baptisteria, sed homicidia, non sacri chrismatis consecratio, sed humani sanguinis effusio, non alia quaelibet Christi et ecclesiae sacramenta, quae solent fieri per episcopos Dei, sed execramenta, quae solent fieri per ministros diaboli, qui, sicut sanctus Cyprianus[2] episcopus scribit, *videns idola derelicta et per nimium credentium populum sedes suas ac templa deserta, excogitavit novam fraudem, ut sub ipso christiani nominis titulo fallat incautos, heresesque invenit et scismata, quibus subverteret fidem, corrumperet veritatem, scinderet unitatem.* Unde et supradicti sacerdotes Hildebranti, aestimantes suo more ecclesiam Dei aut immitem esse aut non posse ea quae ligata sunt absolvere, discesserunt ab universali ecclesia et reliquerunt proprias quoque ecclesias absque pastorali *cura, ne ex occasione suae in ecclesia perseverantiae contingeret se videre vel alloqui imperatorem Henrichum, quem iam audissent perpetuo a suo papa Hildebranto esse damnatum, quasi tam sacrosancti anathematis vinculum ecclesia Dei deinceps non posset solvere, cum quilibet, etiamsi iuste fuerit damnatus et resipiscens postea correxerit errorem suum, consequenter possit absolvi, talem a Deo acceptam potestatem ecclesia habente. *Est*[3] *quidem peccatum ad mortem, non dico ut oretur pro eo,* ait Iohannes apostolus, *et est peccatum non ad mortem, dico ut oretur pro eo.* Est peccatum ad mortem in eodem peccato manentibus, est peccatum non ad mortem ab eodem peccato recedentibus. Sed attestante Gelasio[4] papa: *Nullum est peccatum, pro quo aut non oret ecclesia remittendum, aut quod, data sibi divinitus potestate, desistentibus ab eodem non possit absolvere vel poenitentibus relaxare, cui dicitur: 'Quaecunque dimiseritis super terram, dimissa erunt et in caelis, et quaecunque solveritis super terram, soluta erunt et in caelis'.* Igitur ad remittenda peccata accipit ecclesia Spiritum sanctum, quo ipsa congregatur in unum; atque ideo, sicut ait Augustinus[5], *ne sit irremissibilis spiritus blasphemia, cor impoenitens caveatur, nec aliter prodesse poenitentia credatur, nisi ut teneatur ecclesia, ubi peccatorum remissio datur et societas spiritus in pacis vinculo custoditur.* Et supra idem Augustinus[6] in sermone de blasphemia Spiritus sancti: *Quisquis igitur,* inquit, *reus fuerit impoenitentiae contra spiritum, in quo unitas et societas communionis congregatur ecclesiae, nunquam illi remittetur, quia hoc sibi clausit, ubi remittitur et merito damnabitur cum spiritu, qui in se ipso*[a] *divisus est, divisus et ipse contra Spiritum sanctum, qui in se ipso*[a] *divisus non est.*

1087, Sept. 16.

Luc. 22, 31. 32.

Matth. 16, 18.

1. Cor. 3, 11.

*p. 75.

cf. 1. Ioh. 5, 16.

Matth. 18, 18.

a) ipsum *Aug.*

1) *Re vera Desiderius non tanto studio aut ardore partes Hildebranti sequebatur. Cf. Jaffé, Epist. coll.* 29. 30; *et Amatum IV, c.* 52. *Cf. Hirsch, 'Forschungen z. Deutsch. Gesch.' VII, p.* 91 *sqq.* 2) *De cath. eccl. unit. c.* 3, *Opp. p.* 211. 3) *Etiam Iohannis verba suo more auctor mutavit.* 4) *Tract. IV,* § 5, *Thiel I, p.* 562. 5) *Sermo LXXI,* § 37, *Augustini Opera V, p.* 403. 404. 6) *Ibid.* § 34, *p.* 401.

18. Hac de causa et Clemens papa, cui more apostolico praeter illa quae extrinsecus sunt instantia cottidiana est sollicitudo omnium ecclesiarum, decrevit desertis ecclesiis pastores constituere, si ipsi desertores episcopi vel admoniti nollent redire ad societatem unitatis ecclesiae. De seditiosorum quoque episcoporum causa et damnatione
1085. praecepit Germaniae episcopis in generali synodo[1] agere, qui proprio, ut ait apostolus,
Rom. 2, 1. iudicio condemnati essent, utpote exercentes praelia et seditiones et dominationem sper-
*p. 76. nentes, *maiestatem autem blasphemantes; qui extulissent se super altitudinem regiae potestatis et restitissent ordinationi divinae dispositionis, transferentes regna et negligentes sacerdotia; qui etiam pessimo suo exemplo, quo essent periuri, docuissent obedientes sibi infideles esse atque fallaces; qui etiam, utpote transgressores divinarum humanarumque legum, instituissent suos quoque sectatores divinis humanisque legibus esse inobedientes; qui etiam, utpote violatores ecclesiasticorum privilegiorum, permisissent fautores partium suarum rapere et diripere bona et res ecclesiarum, ut eiusmodi homines essent sibi promptiores ad omne nefas audendum, quibus ex consuetudine iam quasi in naturam versa est dulcedo coniurationum, rapinarum atque homicidiorum; quales scilicet episcopi non essent pastores ecclesiarum, sed ductores bellorum, non custodes dominicarum ovium, sed ut graves lupi persecutores earum, interfectores animarum pariter et corporum, cum ipsi ad tuendas partes suas diu multumque usi fuissent manibus impio-
(XIX) rum ad occisionem multorum hominum. Sed cum tales certe fuerint episcopi Saxoniae et defensores Hildebranti, sui scilicet papae, praesumebant tamen frequentibus conciliis se suosque sectatores iustificare et Henrichum regem, quem ipsi potissimum de regno Saxoniae expulerant, damnare eiusdemque damnationis notam imponere episcopis atque principibus et omnibus qui communicarent ei et qui subiecti essent ei. Ideoque tandem aliquando constitutum est, consentientibus utrinque episcopis, ut causa longae concertationis, quae non possit confici gladiis, terminaretur libris, laetantibus admodum laicis, quorum sanguis effusus est tot praeliis, quod ad hoc perventum sit, ut per ipsos auctores belli contra regem Henrichum decerni debeat, quod ibi iustitia sit, unde victoria fuerit, cum tale iudicium veritatis, quod facillime ex libris agnoscitur, non possit vel falli vel fallere. Fit conventus in loco qui dicitur Gerstungun XIII. Kal. Februarii,
1085. anno scilicet MLXXXV. ab incarnatione Domini[2]. Tum primo Chuonradus Traiectensis ecclesiae episcopus: 'Ecce', inquit, 'venimus, ut probemus ex testimonio sanctorum canonum non damnatum esse vel excommunicatum regem nostrum Henrichum, cui, si non poterunt prodesse apud vos ea quae legitime ordinata sunt a Deo circa honorem regium, saltem hoc concedite, ut eo utatur iure, quo ex regulis ecclesiasticis concessum est uti
*p. 77. vel infimae in ecclesia personae'. Et dixit *ad Wezelinum Moguntinae ecclesiae episcopum, ut surgeret et legeret capitulum quoddam[a] ex decretis Romanorum pontificum. At ille surrexit et legit, quomodo[3] rebus suis aliquis expoliatus aut a sede propria vi aut terrore pulsus non potest accusari, vocari, iudicari aut damnari, antequam omnia sibi ablata ex integro restituantur et cum omni privilegio suo ius proprium reformetur, et ipse pacifice diu suis fruatur honoribus, propriae sedi regulariter restitutus. Quod et Nicaenum constituit concilium, ut nemo pontificum praesumat aliquem suis expoliatum rebus excommunicare aut iudicare[4]. Ad haec cum obmutuisset Gebehardus Salzburgensis[b] ecclesiae archiepiscopus, qui causam adversae partis erat acturus, utpote apud suos maxime vel ipsa senectute sua vel scientia scripturarum sive eloquentia reveren-

a) quidem 1; *emendavit Goldast.* b) Saltzburg. 1.

1) *Haec synodus primis diebus Maii a.* 1085. *Moguntiaci acta est. Cuius decreta quod proximis deinceps annis non satis severe observata sint, et quod poenae contra adversarios Henrici constitutae non sumptae sint de illis, multis locis hic liber queritur.* 2) *Ann. Yburgenses tradunt duos conventus in villa Gerstungun actos esse, alterum a.* 1084, *alterum a.* 1085 *(cf. SS. XVI, p.* 438*).* 3) *Pseudois. Praef.* § 6, *p.* 18; *Liber can. c.* 13, *p.* 486. 4) *Pseudois. p.* 468.

dus, tum quidem intulit Werinherus Merseburgensis ecclesiae episcopus, ubi in canonibus scriptum esset aliquid eiusmodi de mulieribus?[1] Et Wezelinus archiepiscopus porrigens eis librum: 'Ecce', inquit, 'ipsi legite consequens huius rei testimonium, quomodo huic quoque sexui oporteat iustum iudicium fieri, et quomodo ne mulier quidem debeat obiectis respondere, donec permittatur ei rem familiarem libere diutius ordinare'[2]. Tum omnes adversae partis episcopi ita sunt confusi et ita devicti, ut non haberent, quid ad haec respondere possent, manente apud ecclesiam Dei victoria, quoniam obstructum est os loquentium iniqua. Sed hinc resonabant laudes Deo, illinc autem erat murmur multus in turba de sermone illo. Quidam enim dicebant, quia: Bonus est, alii autem dicebant: Non, sed seducit turbas. Unde facta dissensione inter ipsos etiam principes adversae partis, occisus est ibi Thiederichus comes, habens in coniugio sororem Egberthi marchionis[3]; quem cum alter Thiederichus, suus scilicet cognatus, coepisset defendere, occisus est et ipse. Et certe, nisi fuga eripuisset Udonem Hildinisheimensis ecclesiae episcopum et fratrem eius Chuonradum comitem, ipsi pariter occubuissent per manus operantium iniquitatem, qui ambo multa post haec passi sunt adversa per provinciales patriae suae, scilicet Saxoniae, quia noluerunt reverti ad partes factionis suae[4]. Ad extremum vero occisus est Chuonradus comes in publico praelio, dum ageret ibi strenuissimi militis officium pro imperatore Henricho. At frater eius Udo episcopus captus et vinculatus ab Egberdo marchione sustinuit multos et diuturnos cruciatus *sub tyrannica illius crudelitate, donec promisisset Hildinisheim civitatem episcopatus sui, quam per multos dies idem marchio oppugnaverat, se traditurum esse; quod tamen non fecit, licet ille tyrannus uni de datis obsidibus caput amputari praeceperit.

cf. Ps. 62, 12. Ioh. 7, 12. 1085. *p. 78.

19. Celebrato, sicut dictum est, conventu episcoporum atque principum, citius abierunt catholici a concilio malignantium, ne forte inciderent in manus inimicorum suorum; quibus enim parcerent, qui de suorum caede quidem sociorum sese non abstinuissent? Sed his ita gestis, deinde indicta est synodus apud Moguntiam secunda hebdomada[5] post pascha secundum constitutionem sedis apostolicae, ubi convenerunt cum imperatore legati ipsius sacrosanctae sedis apostolicae, Petrus scilicet episcopus Portuensis ecclesiae et duo cardinales Romanae ecclesiae. Aderat etiam omnium episcoporum consensus sive de Italia[6] sive de Gallia, in quorum alternis cordibus vivit spiritalis amor et gratia, de qualibus scribit sanctus Cyprianus episcopus[7]: *Unitatem,* in- (XX)

1) *Haec quaestio a Walramo post eventum ficta videtur esse. Magis probandum est, quod Ann. Magdeb. habent:* Capitolum hoc nec universaliter verum *(SS. XVI, p. 176). [Fusius de hac re egit M. Sdralek l. l. p. 4 sqq.].* 2) *Cf. Pseudoisid. Praef., ed. Hinschius p. 18. [Lib. can. c. 13].* 3) *Gertrudem; cf. Annal. Sax. a. 1056, SS. VI, p. 691.* 4) *Auctor noster solus ex omnibus scriptoribus illorum temporum res in illo conventu gestas ad sententiam imperatoris narrat, eiusque verbis maxima fides habenda est propterea, quod ipse conventui interfuisse videtur, et quod eius unius verba non pugnant cum rebus quae conventum sequebantur. Nam eos, qui ab imperatore stabant, non tam cladem accepisse quam victoriam in illo conventu reportasse apparet vel inde, quod nec Udo eiusque frater nec uterque Thiedericus ad partes factionis suae reverti voluerunt. Praeter Walramum de hac re cf. Ann. Magdeb. (SS. XVI, p. 176. 177), Ann. Sax. (SS. VI, p. 721. 722), Ekkeh. Chr. (SS. VI, p. 206). Cf. Hefele, 'Conciliengesch.' (ed. 2) V, p. 178. et 'Rundschreiben des päpstlichen Legaten Otto v. Ostia Febr. 1085' apud Giesebrecht, 'Gesch. der deutsch. Kaiserzeit' III, p. 1248.* 5) *Cf. de hac synodo Ekkeh. Chr. (SS. VI, p. 205), Bernoldi Chr. (SS. V, p. 443), Sigeberti Chr. (SS. VI, p. 365).* 6) *Cf. Ekkeh. l. l.:* Synodus Mogontiae habetur, cui interfuit imperator, ubi praesentibus legatis Romanorum omnes episcopi rebelles imperatori deponendi iudicantur, ceteri vero anathemate, ut videbatur, condempnantur. Ibi etiam communi consensu atque consilio constituta est pax Dei. *Eius pacis (LL. II, p. 55) Walramus nusquam mentionem facit.* 7) *De cathol. eccl. unitate* § 4, *Opp. p. 213.*

1085. quiens, *tenere firmiter et vindicare debemus maxime nos episcopi, qui in ecclesia praesidemus, ut episcopatum quoque unum atque indivisum probemus.* Praesidebant quoque huic synodo Wezelinus Moguntinae ecclesiae archiepiscopus et Eilberdus Trevirensis archiepiscopus atque Sigevinus Coloniensis archiepiscopus. Liemarus autem Premensis archiepiscopus, quia non poterat adesse, miserat illuc legatos suos, sua vice promittens se ad omnia consensurum, quae pertineant ad fidem catholicam et ad pacem atque unitatem ecclesiae. Reliqui vero episcopi, qui illic tum fuerunt, hi sunt, quorum nomina subscripta sunt: Thiederichus Viridunensis[a] ecclesiae episcopus, Henrichus episcopus Leodiae, Chuonradus episcopus Traiectensis ecclesiae, Udalricus Eihstadensis[b] ecclesiae episcopus, Meginwardus Frisingensis ecclesiae episcopus, Otto episcopus Ratisponae, Ruobberdus episcopus Babenbergensis[c] ecclesiae, Huozmannus[d] Spirensis ecclesiae episcopus, Otto Constantiensis ecclesiae episcopus, Burcardus episcopus de Losanna, Sigefridus episcopus ex Augusta, Gebehardus episcopus Behemensis de Praga, Udo Hildinisheimensis ecclesiae episcopus, Henrichus Poderbrunnensis episcopus, Erph episcopus Monasterii, Folcmar Mindensis ecclesiae episcopus; Bibo Tullensis ecclesiae episcopus, quia per se ipsum adesse non potuit, per legatos suos, qui vice sua intererant, huic synodo consensit et subscripsit; Burcardus quoque Basiliensis ecclesiae episcopus et
*p 79. Otto Strazburgensis ecclesiae episcopus per *legatos suos consenserunt et subscripserunt, qui propter hostes ecclesiis suis crudeliter nimis imminentes domum dimissi sunt. Et multi simul presbyteri atque diacones interfuerant huic synodo congregatae[e] in civitate Moguntia, ubi et omnium, sicut dictum est, episcoporum aderat consensus, sive de Italia sive Gallia, immo de omni catholica ecclesia, in quorum alternis cordibus vivit spiritalis amor et gratia, ut, sicut[1] unitatem tenere firmiter et vindicare debent maxime episcopi, qui in ecclesia praesident, ita episcopatum quoque unum atque indivisum probent. Multae siquidem ecclesiae faciunt unam catholicam ecclesiam, et licet plures facti sint sacerdotes, unus tamen est episcopatus propter unam eandemque ecclesiam catholicam. Quam scilicet unitatem qui non tenet, alienus est, profanus est et hostis est, sicut ex communi sanctorum patrum iudicio diffinitum est. Sed aliqui episcoporum exierunt ab illorum communione, quorum conventus est sive consensus ibi fuerat pro recuperanda pace vel ecclesiae vel rei publicae, qui etiam ex multo tempore noluerunt usque adhuc communicare sedi apostolicae, sine cuius auctoritate nec ipsi quidem possunt alicuius episcopalis officii ministerium habere; ideoque ipsorum hereses et scismata ab omnibus catholicis reprobata sunt atque damnata cum ipsis auctoribus pariter et consortibus externae communionis atque perfidiae. Hi autem sunt, qui aut fugiendo episcopatus suos dimiserunt, aut eos per bella maxima sibi vindicando usurpaverunt, ne communicarent eis qui communicant catholico imperatori vel sedi apostolicae: Gebehardus Salzburgensis[f] ecclesiae archiepiscopus, Hartvigus Magadaburgensis ecclesiae archiepiscopus, Adalbero Wirziburgensis[g] ecclesiae episcopus, Altman Pataviensis ecclesiae episcopus, Adalberdus Wormaciensis ecclesiae episcopus, Burcardus Halberstatensis ecclesiae episcopus, Werinherus Merseburgensis ecclesiae episcopus, Guntherus Citicensis ecclesiae episcopus, Benno Misinensis ecclesiae episcopus, Hartvigus[h] Wirdunensis ecclesiae episcopus, Herimannus Metensis ecclesiae episcopus, Reginhardus alter Mindensis ecclesiae episcopus, per studia partium subintroductus, Wigolt alter Augustae episcopus, per studia partium subintroductus, Gebehardus alter Constantiensis ecclesiae episcopus, per studia partium subintroductus, Henrichus alter Poderbrunnensis episcopus, per studia partium subintroductus, sed ne adhuc quidem initiatus.

(XXI) 20. Isti XV praeferentes nomen sacerdotii saepe antea ammoniti, nunc autem regulariter vocati, quia noluerunt ad pacem Christi et ecclesiae reverti, ex auctoritate

a) Viridumensis 1. b) Einstat. 1. c) Babenburg. 1. d) Huorm. 1. e) congregata 1; *Schard. emendavit.* f) Saltzburg. 1. g) Wirtzib. 1. h) Hartuingus 1.

1) *Cf. ad sequentia Cyprian. de cath. eccl. unit.* § 5. 6, *p.* 213. 214.

sedis apostolicae sunt deiecti atque damnati[1]; *quod, sicut scribit Gelasius[2] papa, *non* *p. 80.
solum praesuli apostolico facere licet, sed cuicunque pontifici licet, quemlibet locum hereseos secundum regulam ante damnatae a catholica communione discernere. Magna quidem heresis est Dei resistere ordinationi, cuius solius est potestas dandi imperii, *qui dat felicitatem in regno caelorum solis piis, regnum vero terrenum et piis et impiis, sicut ei placet, cui nihil iniuste placet. Qui enim,* inquit Augustinus[3], *regnum dedit Mario, ipse et Caio Caesari, qui Augusto, ipse et Neroni, qui Vespasianis vel patri vel filio, suavissimis imperatoribus, ipse et Domitiano crudelissimo, et ne per singulos ire necesse sit, qui Constantino christiano, ipse apostatae Iuliano.* Magna, inquam, heresis est Dei ordinationi resistere, quod constat suprascriptos XV pseudoepiscopos fecisse, dum destruere nitebantur regnum Henrichi regis a Deo sibi collatum, resistendo ei atque repugnando usque ad effusionem sanguinis multorum hominum. Ex hac crudelissima heresi multae hereses et scismata emerserunt, ut nec divinae nec humanae leges quicquam nunc valeant apud illos vel contra illos, qui inique agunt, qui, dum nusquam non errasse monstrantur, sacrosancti esse apud suos decribuntur, apud quos nihil sancti vel sacri inviolatum tenetur. Praevaluit etiam apud eos, qui eiusmodi sunt, periurium atque perfidia, ut, hereticorum simul catholicorumque confessione permista, cuncta verae et sincerae religionis sint turbata, catholicaque et apostolica puritas confusa. Periuri quippe patricidis et matricidis caeterisque, qui non possidebunt regnum Dei, ab apostolo comparantur, quam scilicet sententiam nullus hominum posse solvere 1. Tim. 1, 10.
probatur, ideoque maiori damnationis sententia episcopi involvuntur, qua periuri esse declarentur[a], qui praecipue ex mandato Domini per euangelium simul et ex constituto canonum iurare prohibentur. Iuraverant quippe Henricho regi omnes suprascripti episcopi absque his, qui ex occasione belli Saxonici furtive sunt introducti; quorum perfidiam et hereses atque scismata si quis diligenter attendit et discutit per singula, perspiciet sane nunquam ab initio nascentis ecclesiae tot et tanta sicut nunc sunt fuisse scandalorum genera, quorum cum supra dixerimus aliqua, plura adhuc dicemus, quae per singulos illos pseudoepiscopos in ecclesia sint gesta, cum ea, quae gesserint in re publica, sint omnibus manifesta. Sicut enim per unum scribentem eorum omnium vulgata transgressio est, qui in eandem scismatis atque perfidiae *reciderant actionem am- *p. 81.
plectendo magis atque defendendo sui Gregorii partem quam catholicae ecclesiae universitatem, sic in uno eodemque, qui pro omnibus scripserat vel scribendo omnium voluntates prodiderat, cuncta, quae ad notitiam rerum satis abunde iudicamus sufficere, studemus fideliter exponere.

21. Primo quidem dicendum est, quod sine lacrimis dici non oportet, quia mater (XXII)
nostra, sancta scilicet Romana ecclesia, in tantam despectionem apud adversae partis episcopos venit, ut, sicut in Romana re publica non potest rex aut imperator esse, nisi quem iidem ipsi velint, qui, sicut Gelasius[4] quoque conqueritur, *sedi apostolicae potestatem primatus sui conantur eripere et sibimet eam contra canones contendunt usurpare.* Unde etiam quidam infamis personae, qui scribit se suosque partem sui Gregorii defendere, praesumit contra sancta sanctorum loqui et magnificari adversum nomen catho-

a) declinarunt 1; *bene emend. Schard.*

1) *Qui episcopi in locus damnatorum iussu imperatoris successerint, hic non commemoratur. Sed secundum Gesta abb. Trudon. (SS. X, p. 240) Gualo quidam Herimanno Mettensi successit, in locum Werinheri Merseb. venit Eppo (Chr. epp. Merseb., SS. X, p. 184), in locum Altmanni Patav. venit Herimannus, frater ducis Liutoldi (V. Altmanni c. 15, SS. XII, p. 234). Nomina aliorum in Ann. Wirzeb. et in V. Gebehardi et succ. c. 8. invenimus.* 2) *Epist.* 10, *ad Faustum* § 4, *ed. Thiel I, p.* 343. 3) *Cf. De civit. Dei l. V, c.* 21, *Augustini Opera VII, col.* 138, *supra p.* 203. 4) *Epist.* 10, § 6, *ed. Thiel I, p.* 346.

licae ecclesiae Dei, praedicans eam esse in parte sui Gregorii, apud supradictos quoque pseudoepiscopos esse sancta sacerdotia Dei, ipsosque esse spirituales atque in caelestibus conversari et esse filios Dei, caeteros autem excommunicatos et hereticos atque scismaticos esse, quicunque subiecti sunt vel communicant ei qui non est in parte alicuius, sed in toto, scilicet imperatori Henricho sive Wigberdo eidemque pontifici Romano, apud eos denique nihil nisi ad condemnationem valere Christi et ecclesiae sacramenta, quae sunt baptisma[a] et chrisma et corporis ac sanguinis Domini mysteria. Ergo quibus ex causis et qua necessitate Wigberdus papa sit electus, supra iam diximus, qui certe per eius, quae vere est Romana ecclesia, consensum et per suffragium Henrichi regis eiusdemque Romani patricii est ordinatus[1]. Sed Silverius papa, sicut legitur in Gestis pontificalibus[2], olim per vim levatus [est[b]]; et ut sacerdotes ordinationi eius iuxta antiquum morem vel decretum subscriberent, compulit tyrannus quidam Theodorus[c]. Quod cum optinere non posset, licet causam hanc gladiis ageret, tamen post ordinationem ipsius Silverii subscripserunt ei omnes communi consensu, propter adunationem videlicet religionis et pacis, ne forte sustineret ecclesia aliquod scandalum scismatis. Nunc autem Romana ecclesia et patricius Romanorum consenserunt in Wigberti electione, et tamen nec post septimum annum[3], quo defunctus est Hildebrant papa, licet Romanam ecclesiam talem pontificem habere, qualis catholicum corpus eccle-
*p. 82. siae non dividit, sed integrare illud et unire intendit, *cum in Chalcedonensi concilio statutum sit[4], ut intra tres menses debeant episcoporum ordinationes fieri, nisi forte necessitas excusabilis coegerit dilationis tempus protrahi. Ecce, ad quid pervenit mater omnium ecclesiarum, ut subiacere videatur iudicio perversorum, quae ius habet de omni ecclesia iudicandi neque cuiquam de eius licet iudicare iudicio, sicut constituunt decreta canonum! Ecce Wigberdus, qui et Clemens papa, cuius doctrina certe est apostolica et cuius scripta vere sunt catholica, sicut didicimus ex illa, quam tractare suscepimus, epistola[5], quae scriptor illius pervertere molitur interpretatione falsissima, sicut probabimus in sequenti libro, ille, inquam, Clemens papa inscribitur falso fur atque hereticus ab homine iniquo et doloso. Verumtamen supradictus papa Silverius, iam beatissimus, sicut legitur[6], factus, postquam revocare noluit Antimum patriarcham, hominem hereticum, a beato Agapeto decessore suo depositum pro nequitia illius, propter hoc per iussionem[d] augustae est depositus; cui Vigilius archidiaconus eius successit, qui praecipue depositionis ipsius causa extitit, qui etiam eundem papam suum deportari in exilium fecit, ubi eum fame tribulationis et aqua angustiae, sicut legitur[7], usque ad mortem sustentavit. Haec quamvis[e] Vigilius fecerit, nemo tamen in hanc praesumptionis audatiam prorupit, ut ipsum Romanae ecclesiae pontificem vel hereticum vel furem descripserit. De quo certe Vigilio, postea perpesso multa pericula pro ecclesia, quam ipse magna regebat industria, de illo, inquam, scribit Arator subdiaconus in opere suo[8], quod de actibus apostolorum composuit heroico metro:

Publica libertas, Vigili sanctissime papa,
Advenis incluso solvere vincla gregi.
De gladiis rapiuntur oves pastore ministro
Inque humeris ferimur, te revocante, piis.
Hoc tibi, magne pater, cum defero munus amoris,
Respice, quod meritis debita solvo tuis.

a) baptismatis 1. b) *deest* 1. c) Theodatus *Lib. pont.* d) *ita G. p.*; visionem 1. e) quanvis 1.

1) *[De electione Wiberti v. Koehncke, Wibert v. Ravenna p.* 39 *sq.].* 3) *Liber pontif. ed. Duchesne I, p.* 290. 3) *Inde efficitur haec verba exeunte anno* 1092. *scripta esse.* 4) *C.* 25, *Mansi Coll. conc. VII, col.* 380. 5) *Cf. l. III, c.* 2. 6) *Liber pontif., l. l. p.* 292. 7) *Ibid. p.* 293. 8) *Arator de actibus apostolorum ed. Arntzen, Zutphan.* 1769, *p.* 19—21. *epist. ad Vigilium v.* 3—6. *et* 27—28.

22. Igitur Clemens papa cupiens gregem Domini et oves Christi ex rapina ac devoratione bestiarum agri eripere, et quod perierat quaerere, quod infirmum consolidare, et quod aegrotum erat sanare, quod fractum alligare, et quod abiectum[a] erat reducere, constituit apostolica auctoritate supradictam synodum fieri in regno Theutonico apud metropolin civitatem Moguntiae, ut ageretur ibi de fide catholica et pace ecclesiarum atque *concordia; ideoque aderat ibi omnium consensus episcoporum de omni catholica ecclesia, in quorum alternis cordibus vivit spiritalis amor et gratia, ut, sicut unitatem tenere firmiter et vindicare debent maxime episcopi, qui in ecclesia praesident, ita episcopatum quoque unum atque indivisum probent. Aderat etiam imperator Henrichus, praecipue auctor huius synodi, quia nihil tutum neque firmum poterit esse in his quae sunt eiusmodi, nisi defendat et probet ea regalis auctoritas pro maiestate imperii. Sed adversae partis episcopi, cupientes hanc indictam synodum praeoccupare aut praevertere, convenerunt infra hebdomadam pascae in castello quodam Saxoniae Quidilingeburg nomine, ubi locus est congregationis feminarum Deo servientium sub canonica institutione. Et ut conspiratio eorum plus valeret et deciperet columbae simplicitatem, quam serpentis astutia non temerasset, adduxerant quendam sub specie legati sedis apostolicae, qui dictus est Otto episcopus Ostiensis ecclesiae, cum iam Clemens papa praesideret Romanae ecclesiae. Intererat etiam huic conventui rex Saxonum Herimannus, cui ne apud suos quidem tribuebatur honor regius, a quo tunc et illius synodi coepit tractatus. Nam memoratus Otto episcopus: 'Audiens ego', inquit, 'quod rex vester legitimum non habeat coniugium, sed ex consanguinitate sociatum, iudico inter eum et uxorem eius fieri divortium'. Huius iudicii sententiam cum non approbassent assidentes episcopi, dicentes agendae huius rei tempus tunc non esse, secundo intulit se iudicare bonum et iustum esse, ut res ecclesiarum, quas Saxones atque Thuringi usurpassent, in proprios usus restituerentur spoliatis ecclesiis atque monasteriis, quibus fuissent oblatae ac Deo consecratae. Haec quoque sententia cum non placuisset episcopis[1], utpote timentibus offendere praesentiam noxiorum, qui pariter convenerant ad roborandas partes coniurationis suae, tunc rogabant ipsi, rogabant et alii principes Saxoniae, ut, his atque huiusmodi omissis, consentiret cum eis ad ea quae coepissent agere; se quidem convenisse, ut tractarent, quomodo defendere possent partes ac studia sui Gregorii papae eiusque anathema circa regem Henrichum renovare ac populo indicare[2], quod excommunicatus sit omnis et salvus esse non possit, quisquis Henricho regi in aliquo communicaverit. *Tum ille Otto flexus est ad voluntatem eorum et consensit, quia vento agitata harundo extitit. Damnaverunt iterum omnes qui aderant episcopi Henrichum regem et iustificaverunt multis modis sui Gregorii partem, agentes ipsi omnia contra regulas et instituta ecclesiae, qui non convenissent ad synodum in loco celebri, in civitate scilicet episcopali, qui convenissent in festis diebus pascae, in diebus scilicet gaudii et laetitiae, ut miserias miserorum augerent, ut seditiones ac praelia renovarent, ut etiam fidem destruerent. Unde audiant ipsi iustificatores sui Gregorii et damnatores imperatoris Henrichi, cum ipsi magis sint damnati, utpote destructores fidei, audiant, inquam, de huiusmodi sententiam sancti papae Gelasii: *Non tam propter religionis,* inquit[3], *causam student dispositionibus publicis obviare, sed potius per occasionem regiae alligationis*[b] *catholicam fidem moliuntur evertere et tali commertio*[c] *sperata praestare, cum ego et decessor meus non solum minime in hac*

(XXIII) cf. Ezech. 34, 4. 5. 16.

*p. 83.

1085. April. 20.

cf. Matth. 10, 16.

*p. 84.

cf. Luc. 7, 24.

a) abiectam 1; *emend. Schard.* b) legationis *Gel.* c) commento *Gel.*

1) *Discidium quoddam inter adversarios Henrici exortum erat. Cf. epist. illam, quam Willelmus abbas Hirsaugiensis ad Herimannum regem misit (Sudendorf, Registr. I, p. 50. 52). Mirum est, quod Walramus eius epistolae mentionem non facit.* 2) *Cf. Bernoldi Ann. (SS. V, p. 442. 443).* 3) *Epist.* 10. *ad Faustum* § 12, *Thiel I, p.* 341. 342, *Hinschius p.* 637.

parte damnationis nomen imperatoris attigerimus, sed insuper, postquam adeptus est regiam potestatem, honorificis eum literis salutare curavimus. Sacerdotes autem, qui praevaricatoribus se communicasse propria voce confessi sunt, a communione apostolica submoverunt decessores mei, quibus scilicet damnatis si ipsi placet misceri, non potest nobis, inquit, *imputari, a quibus si velit imperator abscedere, tanto magis a nobis non potest esse damnatus, sed potius ad gratiam sincerae communionis admissus.* Et idem Gelasius[1] ostendens non licere cum perfidis vel cum sociis perfidorum habere
Ps. 25, 4. conventum, iuxta quod dicitur in psalmo: *Non sedi in concilio vanitatis et cum iniqua gerentibus non introibo: Nec ecclesiastici,* inquit, *moris est cum his qui pollutam habent communionem permixtamque cum perfidis miscere concilium,* quoniam qui voluntarie sectantur contagia perfidorum *separati*[2] *sunt certe ab apostolica sede;* ideoque, ait, *cum talibus et apud tales, etiamsi esset necesse fieri, nulla posset*[a] *synodus provenire.*

23. Ergo Pius atque Urbanus, Lucius etiam atque Symmachus et Gregorius Romani pontifices constituerunt sub anathematis interpositione, ut praedia divinis usibus tradita et caelestibus secretis dicata nemo praesumat humanis usibus applicare, quia sive alienator sive venditor alicuius ecclesiastici praedii, magni vel exigui, cum acci-
cf. Matth. 25, 46. piente pariter iudicantur esse sacrilegi. Et cum ituri sint certe iuxta divinam sententiam in supplicium aeternum, qui ex propriis facultatibus
*p. 85. *non sublevant necessitates pauperum, quid dignum aestimari poterit iudicio ac damnatione eorum, qui diripiunt aliena, praecipue autem quae sunt Dei ecclesiarum? Ecce in supradicto conventu aderant, qui multarum ecclesiarum possessiones et praedia invaserant pariter et possederant, et hoc ita fieri sacerdotes Saxoniae consenserant. Qui enim his quae sunt huiusmodi non restitit suggestione qua potuit, consensit, cum ex auctoritate divina dicat
Rom. 1, 32. apostolus, non solum qui faciunt prava reos esse, sed et qui consentiunt facientibus. Primum quidem locum tenuit in illa malignantium ecclesia supradictus Otto Hostiensis episcopus, qui nunc a Saxonibus eorumque consortibus dicitur papa Urbanus, super qualium certe ambitu et promotione supplicat imperatori Gelasius[3] papa, immo per Gelasium catholica ecclesia: *Desinant, quaeso, te temporibus tuis quidam per occasionem perturbationis ecclesiasticae praecipitanter ambire quae non licent, ne et illa quae male appetunt nullatenus apprehendant et modum suum apud Deum hominesque non teneant.* Atque iterum[4] super eiusmodi alloquens etiam senatum Romanum: *Ad senatum,* inquit, *pertinet Romanum, ut memor fidei, quam a parentibus suscepisse se meminit, contagia vitet communionis externae, ne a communione sedis apostolicae, quod absit, reddatur externus.* Cum enim in ordinatione successoris sui Clementis dicat Petrus apostolus[5]: *Haec meae praedicationis et doctrinae cathedra eum, qui cupit eam et audacter expetit, non requirit, sed ornatum moribus et in verbis eruditum.* Ille
1088. autem saepe dictus Otto praecipitanter ambivit et invasit sedem apostolicam, usus manu et auxilio pessimorum, apud quos nec divinarum nec humanarum valet aliquid constitutio legum. Symmachus[6] papa, generali praesidens synodo, dixit: *Si quis, papa superstite*[b] *et eo inconsulto, aut subscriptionem pro Romano pontificatu commodare aut pro alio*[c] *promittere aut sacramentum praebere temptaverit aut aliquod certe suffragium polliceri vel de hac causa privatis conventiculis factis deliberare aliquid aut*[d]

a) omnino *add. Gel.* b) incolumi *Gel.* c) pittacio *Gel.* d) delib. atque decern. *Gel.*

1) *Epist.* 26, § 9, *ed. Thiel I, p.* 418. 2) *Epist.* 27. *ad episc. Orient.* § 1, *p.* 423. 3) *Epist.* 12. *ad Anast.* § 3, *p.* 352. 4) *Epist.* 10. *ad Faustum* § 2, *p.* 342. 5) *Epist. Clementis ad Iacobum c.* 2, *Hinschius p.* 31. 6) *Decretum synodale Symmachi papae c. III,* § 4, *Thiel I, p.* 646, *ed. Hinschius p.* 658.

decernere praesumpserit[a], *loci sui dignitate vel communione privetur.* Ecce autem in privatis conventiculis agitur de pontificatu sedis apostolicae, quae sub Hildebranto certe videtur privilegia primatus sui amisisse, cum ipse voluerit non apud eam, quae mater est omnium ecclesiarum, sed in parte suorum esse ius potestatemque iudicandi non solum de unaquaque ecclesia, sed de ipsa quoque *Romana ecclesia. Ideoque, sicut *p. 86.
Leo[1] papa scribit et catholica ecclesia consentit: *Privilegium meretur omnino amittere, qui permissa sibi abutitur potestate.*

24. Ecce enim idem Hildebrant Coloniensem ecclesiam suis quoque privilegiis spoliavit, qui Hartvigo Magadaburgensis ecclesiae episcopo hoc concessit et hoc iussit, ut terminos patrum transgrediendo[b] invaderet parochiam alterius metropolitani episcopi et ordinaret episcopum quendam Reginhardum in Mindensi ecclesia[2] ad contemptum et ad iniuriam Sigiwini Coloniensis archiepiscopi. Hoc etiam exemplo memoratus Otto episcopus Ostiae Moguntinam ecclesiam suis quoque privilegiis spoliavit atque ipse transgrediendo simul terminos patrum parochiam metropolitani episcopi invasit et ad contemptum atque ad iniuriam Wezelini archiepiscopi Gebehardum quendam in Constantiensi ecclesia episcopum ordinavit[3], cum adhuc etiam vixisset Otto episcopus ipsius Constantiensis ecclesiae; sed iam pridem ab ea expulsus est iniuriose, quia noluit in parte Hildebranti esse et esse communionis externae. Sic vero sanctorum canonum regulae custodiuntur et observari mandantur vel ab Hildebranto vel ab Ottone, pro quibus vos, qui habetis zelum amarum, occiditis et zelatis, litigatis et belligeratis, ne sit alius pontifex sedis apostolicae, nisi per quem disciplina ecclesiae evertatur et qui contra auctoritatem Domini venire videatur, ut iam omnibus hereticis aditus ianuaque pandatur. Dicitur enim per beatum Iob, gerentem scilicet typum vel Christi vel ecclesiae: *Alii terminos transtulerunt, diripuerunt greges et paverunt eos.* Unde sanctus pater Gregorius in XVI. Moralium: *Quos,* inquit[4], *aliorum nomine nisi hereticos designat, qui a sanctae ecclesiae gremio extranei existunt? Ipsi enim terminos transferunt, quia constitutiones patrum praevaricando transcendunt. De quibus nimirum constitutionibus scriptum est: 'Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt patres tui'. Qui greges,* inquit, *diripiunt et pascunt, quia imperitos quosque perversis ad se persuasionibus trahunt et doctrinis pestiferis ad interficiendum nutriunt.* Atque idem Gregorius[5] in epistola ad Eulogium, patriarcham Alexandrinum: *Meus,* inquit, *honor est solidus vigor fratrum meorum et tunc ego honoratus sum, cum singulis quibusque honor debitus non negatur.* Hinc etiam et Gelasius papa[6]: *Absit hoc,* inquit, *absit a fidelibus hoc sibi velle quempiam arripere, unde videatur honorem fratrum suorum imminuere ex quantulacunque parte.* Sed, sicut supra dictum est, alii terminos transtulerunt et ad contemptum atque ad iniuriam metropolitanorum quoque episcoporum in parochiis Moguntiae simul et Coloniae ordinationes sibi usurpaverunt. Unde Callistus[7] urbis Romae episcopus universis episcopis: *Si quis metropolitanus episcopus, nisi quod ad suam solummodo pertinet parochiam propriam, sine consilio et voluntate omnium comprovincialium episcoporum extra aliquid agere temptaverit, gradus sui periculo subiacebit, et quod egerit irritum habeatur et vacuum.* Et iterum de eadem re Callistus: *Nullus primas, nullus metropolitanus nullusque reliquorum episcoporum alterius adeat civitatem aut ad possessionem accedat, quae ad eum non pertinet et alterius episcopi est*[c] *parochia, super cuiusquam dispositione, nisi vocatus ab eo, cuius iuris esse dinoscitur, ut quiddam ibi disponat vel ordinet aut iudicet, si*

1084. Dec. 22. Iob 24, 2. Prov. 22, 28. *p. 87.

a) *deest Gel.* b) patrum *add.* 1. c) *ita Hinsch.;* etiam 1.

1) *Immo Simplicius ep.* 14, *Thiel I, p.* 201; *cf. Libell. I, p.* 362. 553. 2) *Cf. Ann. Yburg. a.* 1080, *SS. XVI, p.* 437. 3) *Cf. supra p.* 111. 4) *C.* 44, § 56, *Opp. I, col.* 522. 5) *Epist. VIII,* 30, *ibid. col.* 919; *Jaffé nr.* 1518. 6) *Hunc locum non inveni.* 7) *Epist. II,* § 13, *Hinschius p.* 139.

sui gradus honore potiri voluerit; sin aliter praesumpserit, damnabitur, et non solum ille, sed cooperantes eique consentientes, quia, sicut ordinatio, ita eis[a] *et iudicatio et aliarum rerum dispositio prohibetur.* Et ut metropolitanis sua iura serventur, sic etiam Leo[1] papa, inter caetera scribens, loquitur: *Secundum sanctorum patrum canones spiritu Dei conditos et totius mundi reverentia consecratos metropolitanos singularum provinciarum episcopos ius traditae sibi antiquitus dignitatis intemeratum habere decernimus, ita ut a regularibus praestitutis nulla aut negligentia aut praesumptione discedant.* Quae cum ita sint et alii qui dicuntur heretici terminos transtulerint, ecce apud ipsos, qui sunt eiusmodi, scribuntur esse sancta Dei sacerdotia, et apud eosdem solummodo rite celebrari Christi et ecclesiae sacramenta, ut ipsi imperitos quosque, qui sub nomine gregum per beatum Iob designantur, perversis ad se persuasionibus
Cant. 1, 7. trahant et doctrinis pestiferis ad interitum nutriant. Sed: *Nisi cognoveris te, o pulchra inter mulieres, egredere,* inquit Dominus, *et abi post vestigia gregum;* id est: nisi honorem tuum, quo ad similitudinem Dei es condita, bene vivendo cognoveris, a conspectu meae contemplationis egredere et imperitorum vitam imitare populorum, et cultores perversorum dogmatum, quasi hoedos[b] tuos pasce in tabernaculis pastorum, hoc est in
*p. 88. conventiculis hereticorum. *Ecce[2] enim defensor partium Hildebrandi scribit contra sedem apostolicam simul et contra universalem ecclesiam, dicens eam amisisse honorem sacerdotii. Ut facilius possit decipere eos, qui credunt illius perversissimo errori, introducit testimonia sanctorum patrum, Innocentii, Caelestini, Gregorii, Augustini. Innocentius[3] papa: *Qui honorem,* inquit, *amisit, honorem dare non posse, nec ullum aliquid ab eo accepisse adquiescimus, quia nihil in dante erat, quod alius ab eo posset accipere. Et verum est certe, quia quod non habuit dare non potuit. Damnationem utique quam habuit per pravam manus impositionem dedit, et qui particeps factus est damnati quomodo debeat honorem accipere, invenire non possum.* Haec certe scribit Innocentius contra eos, qui sunt eiusmodi, qualis est supra memoratus Otto vel Hartvigus[c], qui terminos antiquos transgressi sunt per usurpatae ordinationis excessus. De quibus et Callistus[4] papa scribit: *Quodsi quis, etiam metropolitanus episcopus, nisi quod ad suam solummodo pertinet parochiam propriam, sine consilio et voluntate omnium comprovincialium episcoporum extra aliquid agere temptaverit, gradus sui periculo subiacebit, et quod egerit irritum habebitur et vacuum.* Iuxta consequens etiam Caelestini[5] papae testimonium: *Si quae factae sunt,* inquit, *ordinationes illicitae, removeantur, quoniam stare non possunt.* Et cum iuxta consonam sanctorum patrum diffinitionem dignus non sit vel sacris altaribus administrare vel communionem capere, qui
(XXIV) nescit sacris canonibus obedire, consequenter etiam et introducit propositae scriptor epistolae contra se suosque, qui non sunt in communione universalis ecclesiae, sed in parte sui Gregorii, illud nostri patris Gregorii[6] testimonium, quo scribit ad Maximum: *Nos,* ait, *consecrationem dicere nullo modo possumus, quae ab excommunicatis hominibus est celebrata. Quia vero sine ullius exempli forma violasti tantam sacerdotii dignitatem, praecipimus, ut tu ordinatoresque tui nullatenus attrectare quicquam praesumatis sacerdotalis officii, nec usque ad rescriptum nostrum ad cultum vos sacri altaris accedere. Quodsi contra haec agere praesumpseritis, anathema vobis sit a Deo*

a) eius 1. b) oedos 1. c) Hartvingus 1.

1) *Epist.* 14. *ad Anastasium episc. Thessalon. c.* 2, *Opp. I, col.* 687, *Hinschius p.* 619. 2) *Cf. Sdralek p.* 165. 3) *Decreta Innocentii I. ad episc. Maced. c.* 3, § 7, *Schoenemann p.* 585, *Hinschius p.* 550. *[Lib. can. c.* 30, *p.* 500*].* 4) *Epist. Calixti II,* § 13, *Hinschius p.* 139. 5) *Epist.* 4. *ad episc. prov. Vienn. et Narbon. c.* 8, *ed. Schoenemann p.* 766. *[Lib. can. c.* 33, *p.* 502*].* 6) *Epist. IV,* 20, *ed. Ewald I, p.* 255, *Jaffé nr.* 1292. *[Lib. can. c.* 30, *p.* 500*].*

et beato Petro, apostolorum principe, ut contemplatione iudicii vestri caeteris quoque catholicis ecclesiis ultionis vestrae praebeatur exemplum. Haec certe scribit pater noster Gregorius contra praevaricatores ecclesiasticae disciplinae, quae defensor ille partium sui Gregorii introducit ad destruendum *sacerdotium universalis ecclesiae, quae commu- *p. 89.
nicat sedi apostolicae. Ideoque interpositis quibusdam scriptis, quibus conatur ostendere nihil nisi ad condemnationem apud nos valere Christi et ecclesiae sacramenta, quae sunt baptisma et chrisma atque corporis et sanguinis Domini mysteria, post haec subiungit adhuc de ordinatione testimonium beati Augustini[1], quae scilicet ordinatio solet per manus impositionem fieri. *Corporalia,* inquit, *sacramenta, quae portant et celebrant etiam segregati ab unitate corporis Christi, formam possunt exhibere pietatis, virtus vero pietatis invisibilis et spiritalis ita in eis non potest esse, quemadmodum sensus non sequitur hominis membrum, quando amputatur a corpore. Ergo*[2] *quod in omnibus membris unius corporis agit anima, hoc agit Spiritus sanctus in tota ecclesia. Unum quippe corpus et unus spiritus, sicut dicit apostolus. Praeter hoc corpus potest* Eph. 4, 4.
quidem aliquis habere vel fidei vel baptismatis formam, sed non habet vitam. Nisi enim spiritu intus vegeteris, frustra foris de forma gloriaris. Si quod membrum in humano corpore praeciditur, numquid praecisum anima sequitur? Sic homo christianus vivit in corpore Christi, quousque catholicus est, praecisus autem hereticus factus est. Sed ille adversarius noster scribit nos praecisos esse, se vero suosque participes permansisse in unitate universalis ecclesiae. Absit autem a nobis, ut nos exissemus ab ipsis, sed ipsi exierunt a nobis[3]. Sicut enim scribit sanctus pater Augustinus in libro de vera religione[4]: *Posset scismaticos area dominica usque ad tempus ultionis ventilatione*[a] *velut paleas sustinere, nisi vento superbiae nimia*[b] *levitate cessissent et sese a nobis ultro separassent.* Nam quod praecisi sint de unitate ecclesiastici corporis, testatur ipse, qui in fine epistolae suae, ad quem cuncta quae dicuntur solent referri, profitetur se partem sui Gregorii defendere. Unde iterum[5] Augustinus in libro de vera religione: *Sed quia,* inquit, *in hac dominica area pro voluntate quisque vel palea vel frumentum est, tam diu sustinetur peccatum aut error cuiuslibet, donec aut accusatorem inveniat aut pravam opinionem pertinaci animositate defendat. Tenenda est autem nobis,* ait[6], *christiana religio et eius ecclesiae communicatio, quae catholica est et catholica nominatur non solum a suis, verum etiam ab omnibus inimicis, velint nolint. Nam ipsi quoque heretici et scismatum alumni quando non cum suis, sed cum extraneis loquuntur, catholicum nihil aliud quam catholicam vocant. Non *enim pos- *p. 90.
sunt intelligi, nisi hoc eam nomine discernant, quo ab universo orbe nuncupatur. Sed apud eos, inquit[7], *solos quaerenda est vera religio, qui christiani, catholici vel orthodoxi nominantur, id est integritatis custodes et recta sectantes. Haec enim ecclesia catholica per totum orbem valide lateque diffusa utitur ad profectus suos omnibus errantibus*[c]*, unctione Spiritus sancti docente de omnibus.* Praeter hanc ecclesiam quicunque est, Spiritum sanctum utique non habet, ideoque per pravam manus impositionem damnatio ei offertur, qui absque dono Spiritus sancti ordinatur. Quod in supra memoratorum quoque episcoporum, ut non dicam consecrationibus, sed execrationibus factum esse probatur, qui contra sacros canones spiritu Dei conditos in alienis parochiis ordinationes celebraverunt, qui etiam contra consensum simul et contra disciplinam

a) tempus ultimae ventilationis *Aug.* b) *ita Aug.;* immo l. c) *ita Aug.;* orantibus l.

1) *Sermo LXXI. de blasphemia spiritus sancti* § 32, *Opp. V, col.* 400. *[Lib. can. c.* 5, *p.* 479*].* 2) *Ex sermone CCLXVII,* § 7, *l. l. col.* 1091. 1092. *Augustini verba valde contraxit.* 3) *Cf. De cath. eccl. un.* § 12, *Cypriani opp. p.* 220. 4) *C.* 5, § 9, *Augustini Opera I, col.* 751 *C.* 5) *Ibid. c.* 6, § 10, *col.* 751 *F.* 6) *Ibid. c.* 7, § 12, *col.* 752 *D.* 7) *Ibid. c.* 5. 6, § 9. 10, *col.* 751 *E.*

catholicae ecclesiae privata sibi conventicula constituerunt, qualium certe conventicula sive ordinationes damnavit semper atque damnabit omnis ecclesia sanctorum, ne praevaleat adversus eam pars iniquorum. Unde etiam Gelasius[1]: *Quod incessabiliter,* inquit, *repetendum est, sicut firmum esse nullus ambigit christianus, omnes complices, sectatores, communicatores damnatae semel pravitatis pari sorte censeri, ita consors erit et poenae quisquis communicaverit alicui ecclesiasticarum regularum transgressori.* Nullus enim primas, nullus enim metropolitanus nullusque reliquorum episcoporum alterius episcopi adeat parochiam, ut ibi disponat vel ordinet aut iudicet quicquam; sin aliter praesumpserit, damnabitur, sicut Callistus papa scribit[2] et omnis ecclesia sanctorum consentit. Quod et factum est de Hartvigo Magadaburgensi episcopo, quia Sigiwinus Coloniensis episcopus damnavit eum, consentiente in id ipsum comprovincialium episcoporum iudicio, postquam nullo modo potuit adduci, ut satisfacere vellet ecclesiae pro iniusta ordinatione cuiusdam Reginhardi in episcopatu Mindensi[3]. Praetendebat autem ille Hartvigus potestatem sui Gregorii papae, qua talem sibi posset concedere ordinationem iuxta auctoritatem sedis apostolicae, ideoque sibi curae non esse super aliquorum vel vocatione vel damnatione. Ecce apponit peccatum super peccatum et iustae damnationi addit pariter ecclesiasticae vocationis et regularis disciplinae contemptum. Igitur praeter illam damnationem damnatus est etiam idem Hartvigus cum caeteris suprascriptis episcopis in Moguntiacensi synodo, iubente id fieri apostolica sede,
*p. 91. *cum nollent reverti ad pacem et concordiam catholicae ecclesiae.

(XXV) 25. Sed ex his omnibus episcopis, qui vel damnati fuerant vel depositi, unus tantum, scilicet Benno Misinensis episcopus, venit ad sedem apostolicam pro errore suo petiturus veniam, quam et promeruit accipere, iuxta quod ipsa mater omnium ecclesiarum Romana ecclesia soleat sese appellantibus quicquid pietatis est semper offerre, quia: *Sicut in contumacia persistentibus convenit nos esse severos,* ait sanctus papa Gregorius[4], *sic iterum humiliatis et poenitentibus negare locum veniae non debemus.* Ergo Clemens papa poenitentem benigne suscepit et confessum pro errore suo honorifice tractavit abeuntemque cum literis apostolicae sedis ad Henrichum imperatorem misit, quem et ipse libenter accipiens correctum dimisit libere abire in episcopatum suum. Sed illa satisfactio utinam fuerit pura, sincera atque catholica, quoniam, sicut scribit Leo[5] papa: *Saluberrimum est et spiritalis medicinae utilitate plenum, ut, quicunque se correctos videri volunt, errorem suum et ipsos erroris auctores damnari a se fateantur sine ambiguitate, ut nullum ecclesiae membrum peremptis sensibus pravae intentionis possit violari talium societate.* Nam certum est eundem episcopum Bennonem nihil deinceps viriliter egisse cum comprovincialibus pseudoepiscopis vel cum principibus Saxoniae pro conventione et studio pacis ecclesiasticae, quales dicuntur a
Is. 56, 10. Domino per Hesaiam prophetam *speculatores caeci, canes muti, non valentes latrare;* quoniam, sicut Gelasius[6] papa scribit, praevaricatoribus utique consentit, quisquis suggestione qua potest non resistit, *et qui alios ab errore non revocat, se ipsum,* inquit[7], *errare demonstrat.* Caeterum praevaricatores ecclesiasticae legis episcopi, qui in supradicta synodo sunt depositi et omni ecclesiastica dignitate privati, sententiam depositionis suae a sede apostolica prolatam parvipendunt, et superbiae spiritu inflati, non solum

1) *Epist.* 27. *ad episc. Orient.* § 3, *p.* 424. 2) *Epist. II,* § 13, *supra p.* 241. 242. 3) *Cf. c.* 24, *p.* 241. *Cum Minda provinciae Coloniensi adscripta esset, Hartvigo non licuit, in episcopatu Mindensi quicquam constituere, nisi contra legem Decret. Pseudois.:* ut nullus alterius terminos usurpet nec parrochiam iudicet aut excommunicet *agere voluit.* 4) *Hunc locum non inveni.* 5) *Epist.* 18. *ad Ianuar. ep., Opp. I, col.* 731. 6) *Epist.* 26. *ad episc. Dard.* § 12, *Thiel p.* 410. 7) *Locum non inveni, cf. Libelli de lite I, p.* 527. 545, *ubi haec verba Leoni papae tribuuntur.*

vetitum sibi officium ausu temerario usurpant, sed etiam secundum canones concessam sedi apostolicae potestatem conantur eripere et sibimet eam contra canones contendunt usurpare; ideoque frequentibus conventiculis pariter et scriptis firmaverunt sibi hunc sermonem nequam, ut non possit Romana ecclesia alium habere papam, nisi sit ex parte sui Gregorii, qui velit resistere Henricho regi, immo divinae ordinationi, qui etiam velit sedem apostolicam invadere contra Wigbertum pontificem ipsius Romanae ecclesiae. Sed velint nolint partes adversariorum, ecce sacri canones constituerunt totius ecclesiae appellationes deferri ad examen sedis apostolicae, *ab ipsa vero nusquam prorsus appellari debere sanxerunt; ac per hoc illam de tota ecclesia iudicare, ipsam vero ad nullius iudicium commeare nec de eius iudicio iudicari praeceperunt, neque sententiam illius oportere dissolvi constituerunt, cuius potius sequenda decreta mandarunt. Quod si ita est, immo quia ita est, debuerunt procul dubio adversariae partis episcopi aut consentire cum sede apostolica pro pace et unitate ecclesiae aut merito condemnari utpote transgressores iudicii sedis apostolicae. In hoc enim utrique consenserunt et Wigbertus et rex Henrichus atque totius ecclesiae assensus, ut, quisquis resistat paci vel ecclesiae vel rei publicae, sit eis *sicut ethnicus et publicanus. Beati*, inquit, *pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur.* Sed discordes episcopi, quales dicuntur filii diaboli, qui alios docent, quare semet ipsos non docent, dicentes iuxta auctoritatem patrum debere nos timere ligari vel iniuste et excommunicatis non communicare? Unde sicut Gelasius[1] papa scribit: *Prorsus in quamlibet se partem causationemque convertunt, manifeste*[a] *veritatis ita laqueis suffocantur, ut suis ipsi verbis possint actionibusque*[b] *concludi, nec nisi solam perniciem obstinatae perfidiae residuam ventilare.* Ecce enim quorum vulgata transgressio est, per unum scribentem proponunt nobis sanctorum patrum testimonia, quae sunt circa eos, qui iungunt se excommunicatis communione aliqua.

*p. 92.

cf. Matth. 18, 17. Matth. 5, 9.

Quod autem, inquit, excommunicatis non sit communicandum, audiamus sanctum Callistum[2] papam: *Excommunicatos a sacerdotibus nullus recipiat ante utriusque partis examinationem iustam, nec eis in oratione aut cibo vel potu aut osculo communicet, nec ave eis dicat.* Urbanus papa[3]: *Valde timenda est sententia episcopi*[c], *licet iniuste aliquem liget, quod tamen summopere praevidere debet.* Gregorius[4] in homiliis: *Utrum iuste an iniuste obliget pastor, pastoris tamen sententia gregi timenda est, ne is qui subest, et cum iniuste forsitan ligatur, ipsam obligationis suae sententiam ex alia culpa mereatur. Pastor ergo vel absolvere indiscrete timeat vel ligare. Is autem, qui sub manu pastoris est, ligari timeat vel iniuste nec pastoris iudicium temere reprehendat, ne, etsi iniuste*[d] *ligatus est, ex ipsa tumidae reprehensionis superbia culpa, quae non erat, fiat.* Idem Gregorius[5] presbyteris, diaconis, nobilibus et populo Iaderae: *Pervenit ad me quosdam vestrorum ignorantia vel necessitate deceptos his, qui ab apostolica sede, culpa sicut nostis exigente, communione privati sunt, *communicasse, quosdam vero se*[e] *salubri discretione, protegente Domino, suspendisse; et quantum de constantibus gaudeo, tantum de deviantibus ingemisco, quoniam sacrae communionis mysteria, quae ad solutionem nobis divina pietate concessa sunt, in detrimentum animae suae magis receperunt. Et quia, sicut vobis omnipotens Deus innotescat, vehementer caritati vestrae et medullitus ex toto compatior paterno affectu, obtestor atque suadeo, ut*

*p. 93.

a) manifestae *Gel.* b) actibusque *Gel.* c) *ita Urb.*; Christi 1. d) iuste 1. e) *deest* 1; *recepi ex Greg.*

1) *Epist.* 27. *ad episc. Or.* § 1, *p.* 423. 2) *Epist. II*, § 10, *Hinschius p.* 138. *[Hic et sequentes duo loci v. in Lib. can. c. XI, Libelli I, p.* 484. *S.J.* 3) *Epist. I*, § 8, *ibid. p.* 145. 4) *In evang. II, hom.* 26, § 6, *Opp. I, col.* 1556. 5) *Epist. VI*, 27, *Jaffé nr.* 1428, *ed. Ewald I, p.* 421. *[Lib. can. c.* 3, *l. l. p.* 478. *S.J.*

ab illicita se quisque communione suspendat et, quos apostolica sedes in consortio communionis suae non recipit, omnino refugiat, ne inde reus ante conspectum aeterni iudicis, unde poterat salvari, consistat. Idem[1] Ianuario episcopo Sardiniae: *Eis vero, qui ab ecclesiastica communione sunt suspensi, nullus religiosus secundum canonum praecepta iungatur, sed nec illis communicandum est, qui communicant excommunicatis.* Gelasius[2] contra fautores Acatii: *Nihil nobis commune cum hominibus communionis externae, nec*[3] *praetendat quisquam, quod alicui forsitan evidentiori non communicasset vel communicare videatur heretico. Quid enim iuvat, si illi non*[a] *communicet, et his tamen communione iungatur, qui ab illius non sunt communione diversi? Quid profuit, quod videri volebat illi palam non communicare, cui per suos complices nectebatur?* Haec quidem sanctorum patrum testimonia amplectimur ea qua dignum est veneratione, sed nimium nimiumque non expavescimus ea pro huius temporis confusione, quando hereticorum simul catholicorumque confessione permista cuncta verae et sincerae religionis turbantur catholicaque et apostolica puritas confunditur. Ecce enim Hartvigus Magadaburgensis episcopus, qui semel ac secundo damnatus est, sicut vere supra diximus, ipse videns diutius non posse contra imperatorem episcopatum suum repugnando sibi vindicare, simulabat cum eo pactum pacis facere et supplicem se ac
1088. devotum ei offerre[4]; qui etiam, ut facilius promereri posset episcopatum ab imperatore, promittebat cunctos principes, qui adhuc essent cum eo discordes, in gratiam eius reducere. At imperator, prae nimio amore pacis non considerans, quia lupos in ovile ovium intromittere, hoc non sit consuluisse ecclesiae vel rei publicae, acceptis iuramentis super promissae fidei firmitate, reddidit ei iniuste episcopatum absque synodali conventione et absque consensu sedis apostolicae, quod factum est quarto anno postquam
*p. 94. iuste depositus est synodali iudicio. Tum vero ille *Hartvigus nactus occasionem, qua posset habere liberum hinc inde introitum simul et exitum, coepit redire ad consuetae factionis exercitum et traducere episcopos et principes totius regni ad partem sui papae Gregorii, et, ut auctius resuscitaret ac nutriret[5] ipsius incendia Hildebranti iam diu defuncti[6], primo quidem per clandestina colloquia, deinde per contracta, undecunque poterat, conventicula sermonem intulit de excommunicatione imperatoris, de iniusta, ut ipse dicebat, successione Wigberti ad pontificatum apostolicae sedis; valde autem periculosum fore cum eiusmodi hominibus communionem aliquam habere; imperatori vero promissam fidem et promissum servitium libenter conservare, si velit publice confiteri se vinculo anathematis ligatum esse et inde solvi per participes sui Gregorii papae, si etiam velit Wigbertum deponere; alioquin se poenitere, quod vel viderit hominem excommunicatum, cui nunquam debeat commmunicare aliquis fidelium. Haec saepius memorando sollicitabat animos plurimorum, cum iam posset fieri pax ecclesiarum, nisi ipse Hartvig iuxta nomen suum durum eis renovasset bellum. Ergo plurimi etiam episcoporum, qui damnaverant in synodo eundem Hartvigum et in damnatione eius subscripserant iuxta apostolicae sedis decretum, ipsi non solum in communionem eum

a) *deest* 1; *recepi ex Gel.*

1) *Gregorii Epistolae IV*, 24, *ed. Ewald I, p.* 259; *Jaffé nr.* 1296. 2) *Epist.* 27, § 3, *p.* 425. 3) *Ibid.* § 11, *p.* 434. *[Iid. loci extant Lib. can. c. IIII, l. l. p.* 478: Gelasius contra fautores Acatii. *S.]*. 4) *Num Hartvigus simulaverit se cum imperatore pacem facere, dubium est. Nam cum alii scriptores illius aetatis de perfidia Hartvigi nihil afferant et cum Walramus sub finem eiusdem capitis narret Hartvigum Moguntiae celebri conventu et imperatore praesente festo nativitatis Domini solitas benedictiones fecisse, id quod non solum cum verbis omnium aliorum scriptorum, sed etiam ipsius Walrami pugnat, etiam hac in re eius verbis fidem habere dubito. Cf. epistolas ab Urbano II. papa et ab Heinrico rege ad Hartwicum datas (Jaffé, Biblioth. t. V, p.* 154. 155). 5) *Ne de hac quidem re alii scriptores quicquam tradunt.* 6) *Obiit a.* 1085, *Mai.* 25.

absque synodali conventione receperunt, sed etiam aliqui eorum contra imperatorem simul et contra sedem apostolicam cum eo conspiraverunt, ut iam ex multitudine praevaricationis illorum, qui eiusmodi sunt, episcoporum iustificata quodammodo videatur levitas Graecorum, *apud quos,* sicut Gelasius papa scribit[1], *facilis et inculpabilis putatur esse permistio, quod apud eos nulla sit veri falsique discretio, et cum velint omnibus reprobis esse communes, in nulla monstrentur probitate consistere*[a]. Hinc hereticorum simul catholicorumque confessione permista cuncta verae et sincerae religionis turbantur, catholicaque et apostolica puritas confunditur. Gelasius[2]: *Aut catholici,* inquit, *aut heretici erant, de quibus illa passim latrocinia detestanda saeviebant. Si heretici, prodi, discuti et legitime convinci modis omnibus debuerant, vel suis confessionibus vel aliorum vocibus confutari.* Sed mirentur alii, quod de illo quoque Hartvigo vere secundum literam possit intelligi haec per Hesaiam prophetam sententia Domini: *Numquid iste est vir, qui conturbavit terram, qui concussit regna, qui posuit orbem desertum et urbes eius destruxit? Tu enim,* inquit, *terram tuam disperdidisti, tu *populum tuum occidisti.* Haec, inquam, mirentur alii in hoc, de quo nunc agitur, viro, nos autem miramur in illo, quod tam stultus pastor potuit tot sacerdotes et tantum populum post se in perniciem trahere, utpote qui nullius fere est literatoriae eruditionis vel scientiae, nisi quod iam mysterium istius stulti pastoris, hoc est antichristi, operatur in illo, de quo ad Zachariam prophetam dicitur a Domino: *Adhuc,* inquit, *sume tibi vasa pastoris stulti, quia ecce ego suscitabo pastorem in terra, qui derelicta non visitabit, dispersum non requiret et contritum non sanabit et id quod stat non enutriet et carnes pinguium comedet,* hoc est virtutes sanctorum et in suae corpus malitiae traiciet. Ecce enim contigit in diebus illis imperatorem celebrare apud Moguntiam nativitatem Domini, ubi aderant cum eo aliquot episcopi et quidam de principibus regni. Aderat etiam ibi ille Hartvigus[3], cui tunc non solum communicavit quisque praesens episcopus, clerus et populus, sed etiam Ruothardus[b], qui ante aliquot menses post obitum Wezelini ordinatus est Moguntinae ecclesiae archiepiscopus, cessit ei in ordine et officio suo et consensit indigno modo, ut ad initia nocturnalium lectionum solitas benedictiones faceret in tam celebri conventu et in tam celebri nocte nativitatis Domini. Sic vero, sic nunc promulgatrix est aut executrix sanctorum canonum Moguntina quoque ecclesia, non attendens sive parvipendens, quid gestum sit in ea, et quid gesserit ipsa, quomodo ille Hartvigus iudicatus et damnatus sit in ea. Pro huiusmodi scribit Gelasius[4] papa contra fautores Acatii: *Haec est,* inquiens, *illa mistura, haec est illa confusio, qua per totum hoc regnum inter catholicam hereticamque communionem nulla est discretio, ideoque sicut quisquis,* ait, *ab hac colluvione cunctorum separatus est sincerae communionis et ideo catholicus comprobatur, ita quisquis illius detestandi*

Is. 14, 16. 17. 20.

*p 95.

Zach. 11, 15. 16.

a) constare *Gel.* b) Ruochardus 1.

1) *Epist.* 27, § 12, *Thiel p.* 435. 2) *Ibid.* § 9, *Thiel p.* 431. 3) *Hanc totam rem Walramum odio Hartvigi adductum finxisse contenderim. Nam neque anni* 1088. *neque* 1089. *die natali Christi hanc rem accidisse facile demonstrari potest. Walramum anni* 1088. *nativitatem Domini in mente habuisse elucet e verbis:* Ruothardus, qui ante aliquot menses post obitum Wezelini ordinatus est. *Nam ordinatus est* 5. *Kal. Octob. anni* 1088; *et e verbis capitis insequentis:* Post illos autem dies, quibus haec quae diximus facta sunt Moguntiae, concelebrata est *etc. Medio enim anno* 1089. *imperatorem Praxedem in matrimonium duxisse inter omnes constat (Stumpf, Reg.* 2899; *Ekkeh. Chr. a.* 1089; *Ann. August. a.* 1089). *Inde efficitur, ut quae Walramus Moguntiae natali Domini facta esse contendit a.* 1088. *non facta esse statui non possit. At hoc anno imperatorem apud Glicham fuisse Walramus ipse (c.* 35) *dicit, et alii tradunt (Bernoldi Chr.; Ann. Hildesh.; Ann. August.). Anni autem* 1089. *diem natalem Domini imperatorem Ratisponae celebrasse Ann. Saxo narrat.* 4) *Epist.* 37, § 11, *Thiel I, p.* 454.

commercii particeps invenitur, quantum a sincera communione, tantum a catholica atque apostolica remotus est confessione.

26. Ecce proponunt nobis adversarii pro suae partis confirmatione, ut debeamus timere ligari vel iniuste; sed qui alios docent, semet ipsos non docent. Igitur convincit veritas, iustitia et iudicium, quia iuste damnatus est ille Hartvigus iuxta meritum suum. Unde et Dominus dicit ei per Malachiam prophetam et caeteris, qui irritum fecerunt
Mal. 2, 2. pactum Levi, pactum scilicet vitae et pacis: *Maledicam,* inquiens, *benedictionibus vestris et maledicam eis, quoniam legem meam super cor non posuistis.* Post illos autem dies, quibus haec quae diximus facta sunt Moguntiae, concelebrata est etiam Coloniae per eundem Hartvigum ordinatio Adalheidae reginae[1]. Sed etsi Herimannus Coloniensis
*p. 96. episcopus pro affectu consanguinitatis, qua proxime *attingebat[a] eum, non est recordatus damnationis, qua decessor eius Sigiwinus damnaverat eum, tamen Coloniensis ecclesia, quae in utraque damnatione eius consenserat, communionem eius vitare debuerat, quoniam nihil interest, utrum ei aliquis communicet, qui eiusmodi est, sive illi iungatur communione, qui diversus non est ab illius heretici communione. *Sic,* inquit Gelasius[2], *sic passim omnia licite fieri a quocunque videntur et nullum discrimen rerum, nulla examinatio ecclesiae postulatur, sed ubique heretici intromittuntur[b] et nemo resultat, sed velut muta pecora in captionem ducta subditis voluntatibus perfidiam sectantur.* Iam vero apparet, quantam perniciem generet, quod sacri canones negliguntur, quod imperiti, indigni, symoniaci, neophyti ecclesiis praeficiuntur, quales, cum non possint scientia et doctrina atque aliis operibus bonis innotescere, praesumunt sceleribus ostendere sese aliquid esse vel posse, et inter caetera extollunt se contra regiam potestatem,
cf. 2. Tim. 2, 3. 4. immo contra Dei ordinationem, et qui utpote militantes Deo non debuerant se vel negotiis saecularibus implicare, usurpant sibi regnum ordinare et regere, qui debuerant ecclesiarum rectores esse et sese exemplum humilitatis omnibus praemonstrare. Sic enim discrevit Christus utriusque potestatis officia, regum scilicet atque pontificum, *quatinus[3] spiritalis actio a temporalibus distaret incursibus et Deo militans minime se negotiis implicaret saecularibus, ac vicissim non ille rebus divinis praesidere videretur, qui esset implicatus negotiis saecularibus[4].* Unde idem, qui haec scripsit, Gelasius consequenter discernit quoque iudicia ecclesiae a regiis dispositionibus. *Quo,* inquit[5], *more, quo ritu aliquis damnatorum[c] praetenditur absolutus, cum nec a pontificibus legitime ecclesiasticis legibus fuerit expeditus, nec a saeculari potestate potuerit praeter ecclesiae tramitem prorsus absolvi. Quantum[6] enim ad religionem pertinet, non nisi apostolicae sedi iuxta canones debetur totius summa iudicii, quantum autem ad saeculi potestatem, illa[d] a pontificibus et praecipue a beati Petri vicario debet cognoscere quae divina sunt, non eadem iudicare, nec sibi hoc quisquam potentissimus saeculi, qui tamen christianus est, vendicare praesumit.* Et idem Gelasius[7] contra Acatium, immo contra omnem episcopum, qui aliquid eiusmodi usurpat sibi contra sedis apostolicae decretum: *Cum constet semper sedis apostolicae iudicio huiusmodi perso-*
*p. 97. *nas aut discussas esse vel purgatas aut sic ab aliis quibus *competebat episcopis absolutas, ut tamen absolutio earum ex sedis apostolicae consensione penderet, ubi utrumque defuerit, nec discussionem legitimam nec purgationem firmam ac per hoc receptionem constat fuisse indebitam. Ecce interim in his,* inquit[8], *causa vestra nutat et*

a) actingebat 1; *emend. Schard.* b) intromittantur 1. c) Alexandrinus Petrus *Gel.* d) *ita Gel.;* ille 1.

1) *Vide quae p.* 247. *de hac re dicta sunt.* 2) *Cf. epist.* 27, § 2, *Thiel p.* 423. 3) *Cf. tract.* § 11, *p.* 568. 4) *Hoc non sine quadam acerbitate contra imperatorem dictum est.* 5) *Ibid.* § 12, *p.* 569. 6) *Epist.* 10, § 9, *p.* 347. 7) *Epist.* 27, § 4, *p.* 427. 8) *Ibid.* § 5, *p.* 428.

labitur, et si haec sola sit, prorsus tota subruitur. Nobis autem ausi sunt canonum facere mentionem, contra quos semper ambitionibus, semper illicitis effecisse excessibus monstrantur, immo, si causa eadem latius inquiratur, tantae illic tragoediae, tanti reperiuntur errores, ut, si ipsi sint iudices qui eadem perpetrarunt, cum evidenter fuerint confutati, a sui damnatione non temperent.

27. Igitur non licet alicui christiano occidere quemquam, immo nec odisse, quoniam iustitia pharisaeorum est non occidere, non peierare, sed: *Amen dico vobis,* ait Dominus, *quia, nisi abundaverit iustitia vestra plus quam scribarum et pharisaeorum, non intrabitis in regnum caelorum.* Et ad Noe atque ad filios eius: *Qui effuderit,* inquit, *sanguinem hominis, pro sanguine eius effundetur sanguis illius.* Anima quippe omnis carnis est in sanguine. Ideoque etiam quisquis per scandalum sive perversitate doctrinae effuderit illud vitale, quo homo vegetatur, vivit et sustentatur, in die iudicii effundetur ab eo; hoc est, quod sibi videbatur habere vitale, cogetur amittere. Ergo per totum fere hoc tempus memoriae nostrae effunditur sanguis hominum per viros sanguinum, quod fit praecipue ex instinctu episcoporum adversae partis, ut iam manifestentur *opera carnis, quae sunt inimicitiae, contentiones, aemulationes, irae, rixae, dissensiones, sectae, hereses, invidiae, homicidia et his similia, quae praedico vobis,* ait apostolus, *sicut praedixi, quoniam qui talia agunt regnum Dei non consequentur.* Propter haec comprimenda sacerdotale iudicium, quod cruentas refugit ultiones, severis christianorum principum constitutionibus adiuvari debet[1], sicut Leo[2] papa docet, quia timentes corporale iudicium nonnunquam ad spiritale recurrunt remedium. Sed ut passim omnia licito fiant, ipsi adversae partis episcopi regiam potestatem, immo divinam ordinationem evertere parant, cum de his quoque, qui post baptismum aut tormenta sola exercuerunt aut etiam capitalem sententiam protulerunt, sic scribit sanctus papa Innocentius[3], quod de ipsis nihil definitum sit a maioribus. *Meminerant enim,* inquit, *a Deo potestates has fuisse concessas et propter vindictam noxiorum gladium fuisse permissum et Dei ministrum esse datum in huiusmodi vindicem. Quomodo ergo reprehenderent factum,* *p. 98. *quod auctore Deo viderent esse concessum? De his ergo,* inquit, *ut hactenus servatum est, sic habemus, ne aut disciplinam evertere aut contra auctoritatem Domini venire videamur, quia ipsis in rationem reddendam gesta sua omnia servabuntur.*

cf. Matth. 5, 18. 20.

Gen. 9, 6.

cf. Deut. 12, 23.

Gal. 5, 19—21.

28. At memoratus ille Hartvig, ut everteret regiam potestatem, immo divinam ordinationem, militavit cum suis consortibus episcopis per multas expeditiones contra Henrichum regem, quarum nulla magis ad vivum nos tetigit, quam illa, quando ad locum Herosfeldiae posuit castra[4]. Specialiter enim ipse prae caeteris Saxonibus odio habebat eundem locum Herosfeldiae, ideoque civitatem et sancta nostra[5] quaerebat omnibus modis destruere; nam abbas eiusdem loci, dictus quoque et ipse Hartvigus, successerat illi damnato et deposito in episcopatum Magadaburgensis ecclesiae, imperatore et caeteris principibus regni plurimum annitentibus super electione eius et ordinatione, quoniam praeter id, quod adprime instructus et eruditus est tam moralibus disciplinis quam sacris scripturis, in hoc quoque ipse placuerat eis, quia id, quod imperator non potuit efficere totis viribus regni, hoc ipse perfecit ex industria sapientis ingenii[6], scilicet ut

1) *His verbis nimiam indulgentiam et lenitatem imperatoris erga eos episcopos, qui synodo Moguntina damnati erant, reprehendit.* 2) *Cf. verba Leonis:* Omnes res tutae esse non possunt *etc. l. I, c.* 3, *p.* 186. 3) *Epist.* 6. *ad Exsuper. c.* 3, § 8, *Schoenemann, p.* 543. 4) *Mense Augusto a.* 1086*:* Quando perrexerunt in orientalem Franciam ad patrandum illud circa Wirziburg magnae occisionis scelus *(c.* 31*).* 5) *V. praef. p.* 177. 6) *Post synodum Moguntiacensem et post conventum in loco Gerstungen actum (cf. c.* 19*) magna commutatio voluntatum apud Saxones facta est, quae non solum per abbatem Hersfeldiae, sed etiam per Udonem Hildinisheimensem episcopum, de quo supra c.* 18, *p.* 235, *effecta est; cf. Ann. Magdeb. SS. XVI, p.* 177*:* Videres tunc temporis faciem Saxoniae irrevocabiliter alteratam; *Bernoldi Chr. (SS. V, p.* 444*); Ekkeh. Chr. (SS. VI, p.* 205*).*

divideretur unitas perversorum, cum non posset per disciplinam rei militaris emolliri duritia Saxonum vel rescindi societas Thuringorum. Sicut enim esse noxium solet, si unitas desit bonis, ita perniciosum est, si non desit malis. Perversos quippe unitas corroborat, dum concordat, et tanto magis incorrigibiles, quanto unanimes facit. Unde
cf. Act. 23, 6—10. etiam Paulus conspiciens perniciosam sibi esse unitatem reproborum, dividere curat turbam saducaeorum et pharisaeorum, cumque[a] in duas partes tumultuantium multitudo dividitur, ei via ereptionis aperitur, quia, quem turba persequentium unita constrinxerat, divisa laxabat. Eripiuntur etenim iusti, dum dividuntur iniusti, et electorum vota ad perfectum perveniunt, dum reproborum agmina per discordiam confunduntur. Igitur facta divisione adversariorum, qui per multos iam annos repugnaverant contra ecclesiam pariter et contra rem publicam, illi vero, qui declinaverant post imperatorem, pepererunt ei incruentam de hostibus victoriam, quoniam, cum timerent hinc a comprovincialibus urgeri, illinc ab imperatore, qui iam circa Kalend. Iulii cum exercitu aderat, im-
1085. *p. 99. pugnari, deditionem* fecerunt omnes et Saxones et Thuringi praeter paucissimos, qui, audito adventu imperatoris, fugerant ultra flumen Albiam cum suo rege Herimanno, qui etiam, utpote reus maiestatis atque hostis ecclesiasticae pacis, damnatus est in supradicta Moguntiacensi synodo. Cuius fugae vel auctores vel comites erant episcopi adversae partis, ideoque imperator tanto iustius decrevit substitui catholicos episcopos destitutis ecclesiis, quanto evidentius appareret ipsos desertores ecclesiarum locum etiam tenere mercennariorum, qui veri fuissent heretici iidemque magistri multorum scelerum. Sicut enim sanctus Gregorius[1] docet, mercennarius est, *qui stare in periculo ovium non potest, qui in eo, quod ovibus praeest, non oves diligit, sed lucrum terrenum quaerit.* Igitur fugitivo illi et heretico Hartvigo[b] successit catholicus Hartvigus in episcopatum Magadaburgensis ecclesiae; quem post electionem cleri et populi ipsius ecclesiae ordinavit suffraganeus eius Diedo episcopus[2] anno MLXXXV. ab incarnatione Domini, III. Idus Iulii. Ad cuius ordinationem praesens erat imperator Henrichus, ibique et praesens erat Wezelinus Moguntinae ecclesiae archiepiscopus et Sigiwinus[c] Coloniensis archiepiscopus atque alii plures episcopi, quos enumerare longum duximus studentes brevitati[3]. Sed postquam imperator dimisit exercitum, paulo post Saxones atque Thuringi ad solitae[d] infidelitatis redierunt[e] ingenium, atque post duos fere menses promissae fidei et pacis per interpositionem iuramentorum[4] immemores[f] compulerunt impe-
Sept. ratorem per vim bellici tumultus[5] discedere ex Saxonia[6] cum catholicis episcopis, aperientes iterum hereticis aditum introeundi ad ovile ovium, ut pro pastoribus lupi
1086. dominarentur eis. Post haec anno altero, cum iam simili modo, sicut frequenter factum est, elusus fuisset imperator per Saxonum atque Thuringorum perfidiam[7], qui usque ad Botam fluvium cum exercitu suo tunc peragraverat utrorumque provinciam, composita pace iuxta conditiones, quas principes utrimque aequas et utiles iudicassent, discessit inde propter instantem quadragesimam[8]. Sed amatores contentionis ac discordiae pseudoepiscopi Saxoniae quaerebant solito pacis conditiones interrumpere, cupientes magis perfidia et periurio secum omnes teneri, quam pacem fieri; ideoque non iam, sicut antea, volebant eventum belli expectare intra provincias vel Saxoniae vel Thurin-

a) cunque 1, *et similiter* n *pro* m *saepius.* b) Hartuingo 1. c) Siuuiginus 1. d) molitae 1; *Goldast. emendavit.* e) *deest* 1. f) *deest* 1; *Freher. addidit.*

1) *In evang. l. I, hom.* 14, § 3, *Opp. I, col.* 1486. 2) *Brandenburgensis.* 3) *Cf. Ann. Saxon. p.* 723. *et Ann. Magdeb., qui eadem tradunt.* 4) *Cf. Ann. August. (SS. III, p.* 131*).* 5) *Hanc seditionem Egbertum maxime movisse Ann. Magdeb. et Sigeb. (SS. VI, p.* 365*) tradunt; hic dicit:* Saxones iterum rebellant incentore prae cunctis Egberto comite. 6) *Cf. Bernoldi Chr. (SS. V, p.* 444*).* 7) *Stumpf, Reg.* 2879. 2880. 2893*; cf. quod Walramus ipse de Egberti perfidia (c.* 33*) dicit.* 8) *A.* 1086. *quadragesima incepit Febr.* 16.

giae*, sed audebant illud extra fines suos in ulteriora regni transferre, ubi possent communicata cum Suevis scelera[1] adversus ecclesiam pariter et adversus rem publicam committere, iuxta quod factum est in episcopatu Wirziburgensis ecclesiae, ubi pugnatum est contra imperatorem Henrichum quinta iam vice, anno scilicet MLXXXVI. ab incarnatione Domini, III. Idus Augusti. Huius pugnae causa extitit, quia[a] ipsam civitatem Wirziburg ex obsidione hostium imperator liberare voluit[2], sed dolus magis quam virtus victoriam hostibus peperit. Verumtamen non magis cum hostibus quam cum proditione ac perfidia sociorum[3] dimicatum est, quae dimicatio maior atque periculosior est. Nam acies Coloniensis atque Traiectensis militiae ex composito avertit se et fugit, ut erat inter principia contra hostes ordinata; quae sociorum defectio fregit animos caeterorum in re tam trepida tamque inopinata, ac perinde subtractis undique per fugam equitum subsidiis versum est in pedites totum pondus praelii[4]; quibus deinde nec pugna constare nec fuga sine magna caede potuit explicari. Tum forte captus est ibi quidam clericus Wezelini Moguntini archiepiscopi nomine Reginherus, quem adversarius ille Christi et ecclesiae Hartvig corripuit, quod, qui sub priore episcopo Sigefrido sui partem papae Gregorii constantissime defenderit regemque Henrichum omnesque fautores eius pronissime abominatus sit, nunc quasi per fugam quidem ad iniustitiam reversus sit; ac deinde eum circa occisorum corpora circumduxit atque gloriando dixit: 'Ecce modo apparet, ecce modo apparet, ubi iustitia sit, cum apud nos', inquit, 'victoria sit!' Sed *iustitia et pax osculatae sunt se,* quoniam neutra potest absque altera esse. Studium autem et gloria est eorum, qui pertinent ad terrenam civitatem, effundere humanum sanguinem, cum filii pacis hi sint filii Dei. At illius sanguineae crudelitatis episcopi: 1086. *p. 100. cf. Ps. 84, 11.

Nulla loci facies revocat feralibus arvis
Haerentes oculos, celsos cumulis aequantia colles
Corpora sidentesque in tabem spectat acervos[5].

Certe talis vir sanguinum alienus est, hostis est, quem sensus doloris non tetigit in prostratis fratribus, iuxta quod in libro de lapsis scribit sanctus Cyprianus episcopus[6]: *Quid faciam,* inquit, *dilectissimi fratres, fluctuans vario mentis aestu? Quid aut quomodo dicam? Lacrimis magis quam verbis opus est ad exprimendum dolorem, quo corporis nostri deflenda est plaga, quo populi aliquando numerosi multiplex lamentanda *est iactura. Quis enim sic durus ac ferreus, quis sic fraternae caritatis oblitus, *p. 101. qui inter suorum multiformes ruinas et lugubres ac multo squalore deformes reliquias*

a) qua 1; *Goldast. emendavit.*

1) *Cf. Bernoldi Chr. p.* 444; *Stumpf, Reg.* 2885; *Ann. August.; Contin. II. Mariani; Sigeb.; Ekkeh. Chr. Ex his omnibus apparet Saxones studuisse Alberonem in episcopatum restituere eiusque rei causa sua sponte extra fines provinciae imperatori bellum intulisse et cum Suevis se coniunxisse.* 2) *Huc omnia spectant, quae Walramus (c.* 16, *p.* 231*) de Herimanno et de pugna in circuitu civitatis Wirziburgensis dixerat.* 3) *Hac in re dilucide cognosci potest, quis scriptorum illius aetatis imperatoris partis sequatur, quis ab adversariis eius stet. Nam acerrimi vindices causae Gregorianae, ut Bernoldus et Chr. Petershus., silentio non solum perfidiam sociorum praetereunt, sed etiam paulo post recuperatam urbem Wirziburg; Ekkehardus illud non tradit, sed receptam esse urbem commemorat; Ann. August. dicunt:* exercitus autem sui pars maxima statim, utrum consilio an ignavia, turpiter terga vertit; *V. Heinrici (c.* 4*:* ubi tamen fraude magis quam virtute pugnatum est*) narrat nonnullos equites regiae partis subito mercede conductos arma in regem ipsum vertisse.* 4) *V. Heinr. c.* 4*:* solis peditibus miserabile fatum incubuit.

5) *Lucan. VII, v.* 788—791*:*

Haerentes oculos; cernit propulsa cruore
Flumina et excelsos cumulis aequantia colles
Corpora, sidentes in tabem spectat acervos.

6) *De lapsis* § 4, *Opp. p.* 239.

constitutus siccos oculos tenere praevaleat, nec erumpente statim fletu prius gemitus suos lacrimis quam voce depromat? Doleo, fratres, doleo vobiscum, nec mihi ad leniendos dolores meos integritas propria et sanitas privata blanditur, quando plus pastor in gregis sui vulnere vulneratur. Cum singulis pectus meum copulo, moeroris et funeris pondera luctuosa participo, cum plangentibus plango, cum deflentibus defleo cum iacentibus iacere me credo. Iaculis illis grassantibus inimici mea simul membra percussa sunt, saevientes gladii per mea viscera transierunt. Inmunis ac liber fuisse a persecutionis incursu non potest animus in prostratis fratribus, et me prostravit affectus. Et unde eiusmodi cladis tempestas emerserit, statim subiungendo ostendit. *Habenda tamen est,* inquit[1], *fratres dilectissimi, ratio veritatis, nec sic mentem debet et sensum persecutionis infestae tenebrosa caligo caecasse, ut nihil remanserit lucis ac luminis, unde divina praecepta perspici possint. Si cladis causa cognoscitur, et medela vulneris invenitur. Dominus probari familiam suam voluit, et quoniam traditam nobis divinitus disciplinam pax longa corruperat, iacentem fidem et prope dixerim dormientem censura caelestis erexit, cumque*[a] *nos peccatis nostris amplius mereremur, clementissimus Dominus sic cuncta moderatus est, ut hoc omne quod gestum est exploratio potius quam persecutio videretur. Studebant*[2] *augendo patrimonio singuli et obliti quid credentes aut sub apostolis ante fecissent aut semper facere deberent, insatiabili cupiditatis ardore ampliandis facultatibus incumbebant. Non in sacerdotibus est religio devota, non in ministris fides integra, non in operibus misericordia, non in moribus disciplina, corrupta est in viris barba, in feminis forma fucata, adulterati post Dei manus oculi, capilli mendacio colorati. Ad decipienda corda simplicium callidae fraudes, circumveniendis fratribus subdolae voluntates, non iurare tantum temere, sed adhuc etiam peierare, praepositos superbo tumore contemnere, venenato sibi ore maledicere, odiis pertinacibus invicem dissidere. Episcopi,* inquit, *plurimi, quos et hortamento esse oportet caeteris et exemplo, divina procuratione contempta,*
*p. 102. *procuratores rerum saecularium eligunt fieri, et derelicta cathedra, plebe deserta, *per alienas provincias oberrantes, negotiationis quaestuosae*[b] *nundinas aucupari, esurientibus in ecclesia fratribus habere argentum largiter, vel fundos insidiosis fraudibus capere, usuris multiplicantibus foenus augere. Quid non perpeti tales pro peccatis*
Ps. 88, 31–33. *eiusmodi meremur, cum iam pridem praemonuerit ac dixerit censura divina: 'Si dereliquerint legem meam et in iudiciis meis non ambulaverint, si iustificationes meas profanaverint et praecepta mea non observaverint, visitabo in virga facinora eorum et in flagellis delicta eorum'. Praenuntiata*[3] *sunt ista nobis et ante praedicta, sed nos datae legis et observationis immemores id egimus per nostra peccata, ut, dum Domini mandata contemnimus, ad correptionem delicti et probationem fidei remediis saevioribus veniremus. Nec saltem sero conversi ad Domini timorem sumus, ut hanc correptionem nostram probationemque divinam patienter et fortiter subiremus.* Et in libro de unitate ecclesiae idem Cyprianus[4] episcopus: *Unitatem,* inquit, *simul et dilectionem magisterio suo Christus docuit, prophetas omnes et legem praeceptis duobus,* Dei videlicet dilectione et proximi, *inclusit. Quam vero unitatem servat, quam dilectionem custodit aut cogitat, qui discordiae furore vesanus ecclesiam scindit, fidem destruit, pacem turbat, caritatem dissipat, sacramentum profanat? Malum hoc*[5]*, fidelissimi fratres, iam pridem coeperat, sed nunc crevit eiusdem mali infesta clades, exurgere ac pululare plus coepit hereticae pravitatis et scismatum venenata pernicies.*

a) cunque 1. b) *ita emendavit Schard.*; negotiationes quaestuose 1.

1) *De lapsis* § 5, *Opp. p.* 240. 2) § 6. 3) § 7, *p.* 241. 4) *De cath. eccl. unit.* § 15, *p.* 224. 5) § 16. *ibid.*

29. Haec memorat sanctus Cyprianus episcopus, veraciter describens quae fiunt nostris quoque temporibus. Non solum enim ecclesia per hereses et scismata dividitur, et pax undique turbatur, sed etiam adversae partis episcopi gaudent et laetantur super effusione humani sanguinis, quia non habent viscera fraternae dilectionis. Quisquis autem creaturam Dei hominem non diligit, odit; neque enim odio dignum aestimat, nisi quod malum esse iudicat. Heresis quidem Manichaeorum putat humanae naturae originem esse a principe tenebrarum, assumens in testimonium sui erroris quod dicit in euangelio Dominus: *Vos ex patre diabolo estis.* Bona est quippe omnis natura, sed Ioh. 8, 44. per voluntatem malam vitiata est hominis natura. Sed unde dixerit Dominus ad Iudaeos, qui iam quaerebant eum occidere: *Vos ex diabolo estis,* unde hoc, inquam, dixerit, ostendendo subiungit: *Et desideria patris vestri vultis* **facere.* Quae sunt illius desi- *p. 103. deria? *Ille,* inquit, *homicida erat ab initio.* Imitantur autem eum qui sunt ex parte illius, ac perinde dicuntur filii eius, quia sunt imitatores homicidii illius, qui non gladio armatus, non ferro accinctus ad primum hominem venit verbumque malum seminavit et occidit. Similiter et occidit eum qui persuadet alicui mala, secundum quod dicit psalmista: *Filii hominum, dentes eorum arma et sagittae, et lingua eorum gladius* Ps. 56, 5. *acutus.* Ecce enim ille Hartvig, dictus quondam Magadaburgensis metropolitanae civitatis episcopus, persuasit plurimis certe effundere sanguinem hominum, qui et fecit caedem plurimorum per manus sibi obsequentium, cum quibus et post victoriam, de qua supra diximus, introduxit Adelberonem in Wirziburg, civitatem quondam sui episcopatus, quam amiserat primo quidem proprio iudicio damnatus, deinde ecclesiae etiam iudicio condemnatus atque depositus, postquam posuit partem suam cum hypocritis atque infidelibus, quoniam, sicut Cyprianus[1] episcopus scribit, quisquis *unitatis concordiam scindit, fidem primam perfidia*[a] *posteriore mutavit.* Hic sane Adelbero praeclarior erat caeteris suae partis episcopis et nobilitate pariter et scientia ac religione simul et aetate, utpote qui iam obiit circa quadragesimum annum ordinationis suae. Hic ergo cum 1090. fuisset etiam particeps electionis pariter et ordinationis Ruodolfi regis contra legitimum regem Henrichum, ne eum se contingeret videre vel alloqui, sponte dimisit episcopatum suum et fugit ad altitudines montium, oblitus sane, quomodo solet ecclesia cum psalmista dicere contra altitudinem doctrinae hereticorum: *In Domino confido; quomodo* Ps. 10, 1. *dicitis animae meae, transmigra in montem sicut passer?* id est sicut prudens. Latuit enim hic Adelbero in altissima quadam munitione, quae dicitur Latine Mons-vini[2], et licet saepius offerretur ei legatio Henrichi imperatoris et supplicatio commissi gregis, ut reverteretur ad custodiam episcopatus sui, noluit tamen reverti. Ecce scribit Isidorus episcopus[3] in VIII. libro Etymologiarum: *Montani,* inquiens, *heretici dicta sunt, quod tempore persecutionis in montibus latuerunt et ea occasione se a catholicae ecclesiae corpore diviserunt.* Quod si tales fuerunt heretici fugientes persecutionem, quid illi, qui oderunt pacem et sponte dimiserunt ecclesiae unitatem? Quis vero custodiet oves a luporum insidiis, quando deserit eas cura pastoris? **Qua conscientia,* inquit *p. 104. Leo papa[4], *honorem sibi sacerdotii praestitum vindicant, qui pro animabus sibi creditis non laborant? Considerent,* ait, *milites Christi, idcirco se cotidie calicem Christi sanguinis bibere, ut possint et ipsi propter Christum sanguinem fundere.* Hoc est enim velle cum Christo inveniri, id quod Christus et docuit et fecit imitari, secundum Iohannem apostolum dicentem: *Qui dicit se in Christo manere, debet quomodo ille* 1. Ioh. 2, 6. *ambulavit et ipse ambulare.* Ergo Christus daturus sanguinem suum pro salute totius mundi intravit Hierusalem cum turbis, quae praecedebant et quae sequebantur claman-

a) perfidiam 1.

1) *De cath. eccl. unit.* § 21; *cf. Cypriani Opera p.* 229. 2) *Lambach in Austria superiore, ubi coenobium condiderat; cf. Bernoldi Chr. p.* 450. 3) *L. VIII, c.* 4, 35; *cf. supra p.* 221. 4) *Epist. Leonis ad Turribium, c.* 16, *Opp. I, col.* 708; *cf. infra c.* 43.

tes Osanna, quae et sternebant ei in via vestimenta sua, humilitatis et iustitiae insignia, simul et ramos palmarum, praetendentes pietatis opera. Sed Adelbero introivit cum viris sanguinum in civitatem Wirziburg[a], fugato inde Meginhardo episcopo, successore suo, atque imperatoris praesidio. Tum quidem decimus erat annus, postquam idem Adelbero fugerat de Wirziburgensi ecclesia, immo de catholica ecclesia, et quamvis saepe ab ecclesia, saepe ab imperatore ad pristinum dignitatis suae locum sit reinvitatus, reverti tamen noluit, nisi fortasse eo, quo dictum et factum est, modo episcopatum suum sanguine multorum hominum redimere contigerit. Ecce de[b] eiusmodi scribit Cyprianus episcopus de unitate catholicae ecclesiae[1]: *Aversandus est,* inquiens, *talis atque fugiendus, quisquis fuerit ab ecclesia separatus; perversus est huiusmodi et peccat et est a semet ipso damnatus. An sibi aliquid esse cum Christo videtur, qui adversus sacerdotes Christi facit et qui se a clero eius et plebis societate secernit? Arma ille contra ecclesiam portat, contra Dei dispositionem repugnat, hostis altaris, adversus sacrificium Christi rebellis, pro fide perfidus, pro religione sacrilegus, inobsequens servus, filius impius, frater inimicus, contemptis episcopis et Dei sacerdotibus derelictis, constituere audet aliud altare, precem alteram illicitis vocibus facere, dominicae hostiae veritatem per falsa sacrificia profanare, nescire*[c]*, quoniam, qui contra ordinationem Dei innititur, ob temeritatis audaciam divina animadversione punitur.* Haec et alia, quae plurima scribit sanctus Cyprianus episcopus in libro de unitate catholicae ecclesiae, haec, inquam, valde necessaria sunt contra eos, qui non solum voce, sed et scriptura profitentur se defendere partem sui Gregorii papae. Reliquit ergo ecclesiam
2. Cor. 11, 2. *p. 105. Adelbero, qualem scilicet ecclesiam despondit Paulus apostolus *uni viro virginem** *castam exhibere Christo,* et secessit inde ad supradictam munitionem, quae dicitur Mons-vini, ubi et celebravit sacrificium et orationem praeter altare et communionem ecclesiae catholicae Dei. Si enim hereditas ecclesiae est pax et patria eius est pax, igitur et regnum
Ioh. 14, 27. illud Dei patris, quod cotidie rogat ecclesia ut adveniat, est pax. *Pacem,* inquit, *relinquo vobis, pacem meam do vobis.* Unde constat precem alteram illicitis vocibus fecisse et dominicae hostiae veritatem per falsa sacrificia eum profanasse, qui non precatur pro pace ecclesiae. Quam scilicet pacem noluit illi Adelbero vel tunc recipere, quando intra civitatem Wirziburg obsessus potuit capi quidem vel occidi, sed nullo modo flecti, ut vellet imperatorem videre vel alloqui, per quod destrui quoque cernitur gratia Dei, qua creati sumus, quam et cum impiis quoque communem[d] habemus, cum quibus homines sumus, atque ideo, quisquis priorem contemnit gratiam, qua creati sumus, in-
Eph. 2, 5. gratus quoque existit secundae gratiae, qua recreati sumus atque salvati, *cum essemus mortui peccatis,* sicut dicit apostolus. Ex hoc enim, quod adversae partis episcopi iuxta sectam Manichaeorum despiciunt in rege Henricho hominem, creaturam Dei, refugientes eum videre vel alloqui, per illam scilicet [excusationis[e]] occasionem, qua dicunt eum esse excommunicatum, ex hoc, inquam, totum est illud scandalum, quod reliquerunt ecclesias suas et curam dominicarum ovium, et quod per parochias suas multo iam tempore multa fiunt homicidia, rapinae et incendia pro his quae sunt episcoporum solemnia, sive in celebrando baptismate, sive in consecrando chrismate, sive in docenda christiana plebe. Sed ex gestae rei consideratione pensari poterit causa vel imperatoris vel illius episcopi Adelberonis vel caeterorum, qui sunt in parte eius contentionis.
Matth. 5, 9. Nam: *Beati pacifici, quoniam ipsi vocabuntur filii Dei.* Ergo obsessus erat ille Adelbero in Wirziburg civitate ab imperatore, et non poterat ulla ratione adduci ad pacis conditionem sive per episcopos sive per principes regni, qui erant cum imperatore, dicens, se quidem posse mori, non autem flecti, ut vellet unquam sponte sua regem

a) Wirtzib. 1 *nonnumquam.* b) ex 1. c) nec scire *Cypr.* d) *ita scripsi;* communionem 1. e) *deest* 1; *cf. c.* 30 *in. p.* 256.

1) *De cath. eccl. unit.* § 17, *Cypriani Opera p.* 225. 226.

Henrichum videre vel alloqui. At imperator, leviter ferens contemptum suum, cum haberet utpote minister Dei vindicem in impios gladium, noluit occidere quemquam noxiorum; sed cum capienda esset civitas, non[a] solum dimisit impunitos hostes ecclesiae et desertores militiae suae, verum etiam ipsum Adalberonem, et quod* cum eo erat *p. 106.
praesidium hostium, milites scilicet rei publicae, permisit, comitante suo quoque ducatu, securos abire[1]. Modo fuerit imperator errans, qualis non potest esse sine poena ecclesiasticae excommunicationis, cum iuxta sententiam sancti papae Gelasii[2] moliantur fidem catholicam evertere per occasionem regiae alligationis, qui student obviare dispositionibus publicis. Sed: *Caritas cooperit multitudinem peccatorum,* sicut dicit Domi- 1. Petr. 4, 8.
nus per apostolum suum, caritatem autem imperator hostibus quoque suis exhibuit, quando in pace eos abire permisit. Sicut enim scribit sanctus Cyprianus episcopus in libro de patientia[3]: *Caritas fraternitatis vinculum est, fundamentum pacis, tenacitas ac firmitas unitatis, quae et spe et fide maior est, quae et opera ac martyria praecedit, quae nobiscum semper aeterna in caelestibus regnis permanebit.* Et post aliqua: *De ira quid dicam,* inquit[4], *et de discordia et de simulatione*[b], *quae in christiano esse non debent?* Inexpiabilis et gravis culpa discordiae nec passione purgatur et, si discordes etiam occisi fuerint, macula ista nec sanguine abluitur. *Nos vero,* inquit[5], *meminisse debemus, quo vocabulo plebem suam Christus appellet, quo titulo gregem suum nuncupet. Oves nominat, ut innocentia christiana ovibus aequetur, agnos vocat, ut agnorum naturam simplicem simplicitas mentis imitetur. Quid sub vestitu ovium lupus latitat, quid gregem Christi qui se christianum mentitur infamat? Christi nomen induere et non per Christi viam pergere, quid aliud est, quam praevaricatio divini nominis, quam desertio itineris salutaris? quando ipse moneat et dicat eum esse sapientem, qui verba Dei audierit et fecerit.* Atque in libro de unitate catholicae ecclesiae idem Cyprianus episcopus[6]: *Opto equidem,* inquit, *dilectissimi fratres, et consulo pariter et suadeo, ut, si fieri potest, nemo de fratribus pereat, et consentientis populi corpus unum gremio suo gaudens mater includat. Si tamen quosdam scismatum duces et dissensionis auctores in caeca et obstinata dementia permanentes non potuerit ad salutis viam consilium salubre revocare, caeteri tamen vel simplicitate capti vel errore inducti vel aliqua fallentis astutiae calliditate decepti a fallaciae vos laqueis solvite, vagantes*[c] *gressus ab erroribus liberate, iter rectum viae caelestis agnoscite. Contestantis apostoli vox est:* *'*Praecipimus vobis'*, inquit, 'in nomine domini Iesu* 2. Thess. 3, 6. *p. 107.
Christi, ut recedatis ab omnibus fratribus ambulantibus inordinate et non secundum traditionem, quam accepistis a nobis'. Et iterum dicit: 'Nemo decipiat vos inanibus verbis, propterea enim venit ira Dei in filios contumaciae, nolite ergo esse participes cf. Eph. 5, 6. 7.
eorum'. Recedendum est a delinquentibus, vel immo fugiendum, ne, dum quis male ambulantibus iungitur et per itinera erroris et criminis trahitur, a via veri itineris exerrans pari crimine et ipse teneatur. Unus Deus est et unus Christus et una ecclesia eius et fides una, et plebs in solidam corporis unitatem concordiae glutine copulata. Scindi unitas non potest, nec unum corpus discidio[d] *compaginis separari, divulsis laceratione visceribus in frusta discerpi. Quicquid ab unitate discesserit, seorsum vivere et spirare non poterit, substantiam salutis amittit.* Haec beati Cypriani verba fidelissima sunt et vera, quae constringunt certe[e] declinantes in aliquarum partium scismata; atque ideo erga se insolubilem esse sententiam faciunt, qui tales permanere dili-

a) sed 1; *bene emendavit Schard.* b) simultate *Cypr.* c) vagantem 1; *Schard. emendavit.* d) dissidio 1. e) certa 1.

1) *Cf. Mariani Cont. II, l. c. p.* 564; *Ekkeh. Chr. l. c. p.* 207. 2) *Cf. Thiel p.* 341, *supra p.* 239. 3) *De bono patientiae* § 15, *p.* 407. 4) § 16, *p.* 408. 409. 5) *De zelo et livore* § 12, *p.* 427. 6) *De cath. eccl. unit.* § 23, *ibid. p.* 230.

gunt, quales veraciter absolvi non poterunt. Igitur supradictus Adelbero, accepta abeundi licentia de civitate Wirziburg, cum ad pacis conditionem flecti non potuisset, in
1090. dilectum sibi Montem-vini secessit ibique anno ab incarnatione Domini MLXXXX. obiit, qualem deinceps ecclesia in communionem non recepit, iuxta quod sanctus Leo papa[1] scribit: *Nos,* inquiens, *quibus viventibus non communicamus, mortuis communicare non possumus.*

Mai. 4. 30. Eodem etiam anno obiit Herimannus, dictus quondam Mettensis ecclesiae episcopus, qui et ipse, cum recessisset fugiens ab ecclesia sua, damnatus est in supradicta synodo atque depositus, quoniam saepe vocatus per imperatorem, saepe etiam vocatus per oves pascuae eius, noluit reverti ad pastoralem curam eccclesiae suae, non aliam praetendens excusationis occasionem, nisi quod nollet videre vel alloqui excommunicatum imperatorem. Si noluit videre vel alloqui christianum imperatorem, quid Neronem? quid Dioclitianum? quid Maximianum? Isti quidem imperatores erant impiissimi et saevissimi ecclesiae persecutores, quorum certe conspectum praecipit Domi-
cf. Marc. 13, 9. nus discipulos suos non fugere; sed: *Cum steteritis,* inquit, *ante reges et praesides,*
1. Petr. 2, 13. *nolite timere, Deum autem timete et regem honorificate.* *O quid facerent, si illi deser-
*p. 108. tores ecclesiarum episcopi sub persecutione praedictorum imperatorum fuissent? quod exemplum reliquissent fidelibus pro fide Christi certantibus? Apostolus quippe volens
1. Tim. 3, 1. exponere, quid sit episcopatus, quia nomen est operis, non honoris: *Qui episcopatum,* inquit, *desiderat, bonum opus desiderat.* Unde Augustinus episcopus in XVIIII. libro de civitate Dei[2]: *Graecum est,* inquit, *atque inde ductum vocabulum, quod ille qui praeficitur eis quibus praeficitur superintendit, curam scilicet eorum gerens. Scopos quidem intentio est; ergo episcopin,* inquit, *si velimus*[a], *Latine superintendere possumus dicere, ut intelligat se non esse episcopum, si praeesse desiderat, non prodesse.* Proinde etiam dicitur in ordinatione episcopi, ut memor sic sit semper sponsionis et desponsationis ecclesiasticae et dilectionis Dei, et non obliviscatur illius diei, quo assecutus est hunc honorem pontificii, ne ovile Domini praedo violentus irrumpat et dispersas absque pastore oves fur nocturnus invadat. Ecce enim quidam Brun in desertum
Ioh. 10, 1. ovile ovium non per ostium, sed aliunde ascendit et, sicut ait Dominus moris esse furi atque latroni, ad hoc venit, ut furtum faceret, mactaret et perderet. Nam cum non esset ecclesiastico more electus et populo Mettensis ecclesiae fuisset[b] ignotus, utpote filius cuiusdam Adalberti comitis de provincia Alamanniae, tum ille non episcopus, sed tyrannus in multitudine gravi conductorum militum ad urbem Mettensem accessit, caedes hominum fecit, per circuitum sanctificationis sanguinem sibi repugnantium effudit, ipsam quoque domum sanctificationis contaminavit, bona etiam et res ipsius ecclesiae distribuendo militaribus viris dissipavit ovesque dispersit Christi; qui post aliquantum tempus conceptae tyrannidis ipsum quoque nomen episcopi amisit[3], quia imperator potestatem ei episcopatus abstulit, postquam tanta ibi per eum fieri scandala intellexit, quae nemo digne deplorare poterit. Sicut enim scribit sanctus Leo papa[4]: *Principatus, quem aut seditio extorsit aut ambitus occupavit, etiamsi moribus atque actibus non offendit, ipso tamen initii sui*[c] *est perniciosus exemplo, et difficile est, ut bono peragantur exitu, quae malo sunt inchoata principio. Neque vero,* ait[5], *ulla sinit ratio, ut inter episcopos habeantur, qui nec a clericis sunt electi nec a plebibus expetiti nec a provincialibus episcopis cum metropolitani iudicio consecrati.* Ecce in ipsa quoque
p. 109. Mettensi ecclesia per decem aut eo amplius annos praetermissa sunt consueta episcopo-

a) ἐπί quippe super, σκοπός vero intentio est, ergo ἐπισκοπεῖν, si velimus, *Aug.* b) e. utpote qui f. i. et fil. l. c) initus vie *Hinsch.*

1) *Epist.* 167. *ad Rustic. Narbon. Inq.* 8, *Opp. I, col.* 1423. 2) *C.* 19, *Augustini Opera VII, col.* 563. 3) *Cf. Bernoldi Chr. l. l. p.* 447. 448; *cf. Hugo Flavin.* 4) *Epist. spur. ad Afric. episc., Hinschius l. l. p.* 622. 5) *Epist. ad Rustic. Narb. Inq.* 1, *l. l. col.* 1420.

rum officia, et nec chrismatis nec aliorum sacramentorum, quae proprie ad episcopos pertinent, ministeria sunt ibi celebrata, sine quibus non potest esse ecclesia Dei. In tantum valuit sermo Hildebranti papae, qui illum Herimannum docuit et exemplo et scriptura de ecclesia sibi commissa fugere, ut iuxta quod dicitur per Malachiam prophetam: *Disperdat Dominus virum, qui fecerit hoc, et magistrum et discipulum de tabernaculis Iacob*, ubi est congregratio sanctorum, quoniam *maiorem nemo habet caritatem, quam ut animam suam quis ponat pro amicis suis* iuxta exemplum illius, qui essentialiter bonus est pastor et episcopus animarum nostrarum. Mal. 2, 12. Ioh. 15, 13. cf. 1. Petr. 2, 25.

31. Quid de Burcardo dicimus, quem rex Henrichus de infimo loco exaltatum fecit quondam, ut esset Halberstatensis episcopus ecclesiae, cui pro mercede suscitavit diuturnum et grave bellum Saxonum, Thuringorum atque Suevorum? Qui cum praecipue et ante omnes in hoc esset studio, ut regem deponeret a regno, qui eum sublimavit episcopali fastigio, occisus est tandem Goslariae a suis popularibus in quadam contentione, quae inter ipsos hostes vel ecclesiae vel rei publicae facta est non sine plurimorum sanguine, in diebus scilicet passionis dominicae, quando iterum contra ecclesiam vel contra rem publicam celebrabant conventicula sua, quae solent etiam adhuc per singulos fere menses facere, cum non oporteat nisi publicum fieri concilium propter unitatem vel ecclesiae vel rei publicae; quoniam *omne regnum in se ipso divisum desolabitur*, sicut in euangelio a salvatore nostro dicitur. Et[1] iterum de ecclesia sua loquitur et ad eos qui sunt in ecclesia loquitur, ut, si ipsi concordes fuerint, si secundum quod mandavit et docuit duo aut tres collecti unanimiter oraverint, impetrare possint de Dei maiestate quod postulant, duo aut tres licet sint: *Si duobus,* inquit, *ex vobis convenerit in terra de omni re, quamcunque petieritis, continget vobis a patre meo, qui in caelis est. Ubicunque enim fuerint duo aut tres collecti in nomine meo, ego cum eis sum.* Ecce unanimitatem prius posuit, concordiam pacis ante praemisit, ut conveniat nobis, fideliter et firmiter docuit. Unde et Cyprianus episcopus in libro de unitate catholicae ecclesiae[2]: *Quomodo autem,* inquit, *potest ei cum aliquo convenire, cui cum corpore ipsius ecclesiae et cum universa fraternitate non convenit? Quomodo possunt duo aut tres in nomine Christi colligi, quos constet a Christo *et ab eius euangelio separari? Non enim nos ab illis, sed illi a nobis recesserunt, et cum hereses et scismata postmodum nata sint, dum conventicula,* inquit, *sibi diversa constituunt, veritatis caput atque originem reliquerunt. Igitur*[3] *cum Deo manere non possunt, qui esse in ecclesia Dei unanimes noluerunt. Ardeant licet flammis et ignibus traditi vel obiecti bestiis animas suas ponant, non erit illa fidei corona, sed poena perfidiae, nec religiosae virtutis exitus gloriosus, sed desperationis interitus. Occidi,* inquit, *talis potest, coronari non potest.* Ergo post tredecim expeditiones, quibus contra regem eundemque imperatorem Henrichum supradictus militaverat Burcardus, quem nos ipsi quoque vidimus cum illo Magadaburgensi Hartvigo in castris, quae posuerant Saxones atque Thuringi ad locum Herosfeldiae, sicut supra iam diximus, quando perrexerunt in orientalem Franciam ad patrandum illud circa Wirziburg magnae occisionis scelus, post haec, inquam, occisus est[4] in seditione quadam popularium suorum[a] Nonis 1059. 1088. cf. Matth. 18, 19. 20. *p. 110.

a) suarum 1; *Schard. emendavit.*

1) *De eccl. unit.* § 12, *Opp. p.* 220. *Inde etiam Matthaei qui sequitur locus, a Vulgatae verbis haud parum discrepans, depromtus est.* 2) *Ibid.* 3) *Ibid.* § 14, *p.* 223. 4) *Hoc loco non commemoratur Egbertum hanc seditionem movisse, quamquam c.* 35, *p.* 261. *dicitur:* quia tunc occisus est ille Burcardus Halberstatensis episcopus a suis popularibus, non id agente marchione, sed tamen hoc factum ipso approbante; *cf. Ann. Sax. l. l. p.* 724—726, *vel potius Herrandi Passionem Burcardi in Winnigstadii Chron. Halberst. (Abel, 'Sammlung alter Chroniken' p.* 289—294*), quae in Ann. Sax. translata est.*

1088. Aprilis, in quarta feria dominicae passionis, anno scilicet MLXXXVII.[1] a tempore dominicae nativitatis.

32. Vidimus etiam ibi Gebehardum, dictum quondam Salzburgensis[a] ecclesiae archiepiscopum, qui post multa ecclesiae stipendia coepit iam quasi puer centum annorum militare in castris Saxonum, ac paulo post recepturus dignam factorum suorum
Iun. 16. remunerationem obiit[2], postquam a viris sanguinum, suis scilicet participibus, effusus
Ps. 78, 3. est sanguis multorum in circuitu Wirziburgensis[a] ecclesiae velut[3] *in circuitu Hierusalem.* Ecce enim Salzburgensis[b] ecclesia condimento pastorali cibi multo iam tempore caruit, ex quo eius pastor Gebehartus fugit, quia pacificus non extitit; qualem silicet non pastorem, sed mercennarium in euangelio appellat Dominus, quoniam lupo occasionem saeviendi permisit, subtracta pastorali cura ipsius. Unde idem Deus scientiarum dominus,
Marc. 9, 49. qui et pastor bonus, dicit ecclesiae doctoribus: *Habete in vobis salem et pacem habete inter vos; bonum est,* inquit, *sal.* Per sal quippe sapientia verbi designatur, quo arcana cordis condiuntur. Sed, sicut ait sanctus Gregorius[4]: *Sal sine pace non virtutis est*
1. Cor. 8, 1. *donum, sed damnationis argumentum, quoniam scientia inflat, caritas vero aedificat.*
*p. 111. *Unde Dominus* subiungit atque dicit: 'Quod si sal infatuatum fuerit, in quo salietur?'*
Marc. 9, 49. *In quo scilicet errans doctor corrigitur, qui ad auferendum constituitur? Ideoque ait:*
Matth. 5, 13. *'Ad nihilum valet ultra, nisi ut mittatur foras et conculcetur ab hominibus'.* Iuxta quod mandatum Domini missus est etiam extra ecclesiam infatuatus ille doctor Gebehardus, quando in supradicta synodo Moguntiacensi condemnatus est atque depositus, cum ipse prius, utpote recedens ab unitate catholicae ecclesiae, proprio sit iudicio condemnatus.

33. Apud illos siquidem episcopos euntes ad expugnandum Wirziburgensis[a] ecclesiae episcopatum, quando factum est hoc de quo iam diximus praelium, apud illos, inquam, episcopos tunc erat curia, quae dicitur a crudelitate[5], quoniam apud eos, sicut nos ipsi prospeximus, convenerunt principes Saxoniae, tractantes de suscepti belli crudelitate; ubi primus erat de principibus Egbertus marchio, filius Egberti senioris[6], qui fuit patruelis[7] istius, qui adhuc regnat, Henrichi imperatoris; quem scilicet Henrichum adhuc valde puerum[8] ille senior Egbertus et alii quidam[9] de principibus regni sub-
1062. traxerunt immature a tutela piae memoriae[10] matris suae imperatricis Hagnae, cum
Apr. Oct. 5. iam ante annos sex obiisset religiosus pater eius Henrichus, anno scilicet MLVI. a dominica incarnatione, quando sextus erat annus istius iunioris Henrichi a nativitate, tertius
1054. Iul. 17. autem ab eius ordinatione in regem, quae facta est Aquisgrani per Herimanni Coloniensis archiepiscopi unctionem[11]. Sed postquam puerilis regni custodia venit a matre ad principes regni, tum vero iura vel ecclesiae vel rei publicae coeperunt pro levi momento haberi, cum siquidem nulla re praeterquam legibus poterit multitudo coalescere in cor-

a) Vuirtzib. 1. b) Saltzb. 1.

1) *A.* 1088. *emendandum est, ut Ann. Sax., quia a.* 1087, *Non. April. dies octavus post pascha, nec tamen quarta feria dominicae passionis sunt. Item apud Ann. Sax. verba* die 7. Iduum Aprilium *emendanda sunt in:* die 8, *quia quinta feria illius hebdomadis dies* 8. *Id. Apr. erat. Ergo Burcardus secundum Walramum die* 5. *Apr., feria* 4, *secundum Ann. Sax. die* 6. *Apr., feria* 5. *obiit; v. Delius, in v. Ledebur, 'Archiv' V, p.* 45 *sqq.* 2) *Cf. Bern. p.* 448. 3) *Haec quattuor verba posterioribus temporibus adiecta esse censet Berger; at e psalmo* 78, 3. *desumpta sunt.* 4) *Regula past. l. III, c.* 22, *Opp. II, col.* 68. 5) *Cf. supra p.* 201. 231. 6) *Cf. Floto, 'Heinrich IV.' I, p.* 191. 7) *Scil. frater patruelis. Liudolfus, ortus ex coniugio Giselae cum comite Brun, frater eadem matre natus Henrici III. fuit.* 8) *Natus est die* 11. *Nov. a.* 1050 *(Lamb. SS. V, p.* 155. *falso* 1051. *scribit).* 9) *Anno archiep. Colon. et Otto de Northeim; cf. Giesebrecht, 'Gesch. der D. Kaiserzeit' III, p.* 1093. 10) *Mortua est Agnes die* 14. *Dec.* 1077. 11) *Cf. Lamb. (SS. V, p.* 156).

pus unius populi. Et re vera 'quod tunc confotum est, erupit iam in regulum', quoniam ea, quae tunc latebant, genimina viperarum pepererunt iam fetorem teterrimum et principem omnium serpentum diabolum, iuxta quod ipse diabolus videtur nunc de carcere suo solutus esse, postquam, sicut scriptum est in Apocalypsi, exivit nationes seducere et in bellum trahere, quas antea modis quibus poterat per mala multa et varia seducebat. Ecce enim, ut praetermittamus, quae tunc gesta sunt ambitione principum vel avaritia, *quae est idolorum servitus,* *et quomodo earundem rerum, unde destruitur ecclesia pariter et res publica, plerosque etiam episcopos atque abbates immoderatus invaserat appetitus, quaerentes puerile regis ingenium suis potius instituere moribus quam bonis artibus: ut haec, inquam, praetereamus, ecce contentio facta est inter Hezelinum[a] Hildinisheimensem episcopum et Wideradum Fuldensem abbatem super altitudine sessionis suae, cum de diabolo scriptum sit, quia: *Omne sublime videt et est rex super omnes filios superbiae.* Igitur rex puer II. anno, postquam distractus est a custodia matris suae, celebravit natalem Domini Goslariae, ubi inter cubicularios episcopi et abbatis certatum est pugnis atque scamellis pro herilis sedis positione, cum illi vindicare voluissent episcopo suo principem locum iuxta Moguntinae ecclesiae episcopum in conventu regiae sessionis in ecclesia propter privilegium parochiae suae[1], isti autem contra tendere propter primatum Fuldensis abbatiae[2]. Et tunc quidem in tam sacrata festivitate nativitatis Domini certatum est, sicut diximus, pugnis atque scamellis, deinde vero in pentecoste res gerebatur gladiis[3], cum utrique[4] et episcopus et abbas summo studio se praeparassent ad tuendum sessionis suae locum, contractis undique multis militaribus viris. Erat enim ex parte episcopi senior ille Egbertus, de quo supra diximus; qui praeoccupaverat ecclesiam maiorem Goslariae cum suis pariter et episcopi militibus, et inter pulsandum ad vesperam in vigilia pentecostes consonabant pariter tumultuariae seditiones. Perrumpentibus[5] enim intra ecclesiam Fuldensibus ad auxilium sociorum, quibus iam imminebat mortis periculum, pro nefas! multi hinc inde occisi foedavere caede sua templum Dei et altare Dei[6]. Eiusmodi vero impietatis simul et crudelitatis testamentum hereditavit ille senior Egbertus super iuniorem Egbertum, filium suum; cui enim iste parceret, qui cognato suo regi Henricho non pepercit, quem vita pariter et regno privare voluit? Saepe quidem iste iunior Egbertus contra regem coniuravit, saepe etiam sese a coniuratorum societate ad regem convertit et nunc harum nunc illarum partium fuit. Ecce enim post praelium, quod gestum esse diximus in episcopio Wirziburgensis ecclesiae, ubi idem Egbertus primus erat de principibus Saxoniae, post hoc vero imperator Henrichus intravit cum exercitu per Thuringiam in Saxoniam[7], ubi, cum non auderent Saxones atque Thuringi offerre ei occasionem pugnandi, tum quidem *Egbertus marchio, utpote princeps huius quoque belli, iureiurando promisit imperatori, ut, si vellet inde exercitum reducere, sese deditionem facturum esset[b], in loco scilicet Herosfeldiae. Factum est ita, et adhuc testis est Herosfeldia, quod ibi Egbertus marchio supplicem se imperatori obtulit[8], quod ei fidem iuramento promisit, quod mar-

cf. Is. 59, 5. cf. Matth. 23, 33. cf. Apoc. 20, 7. Eph. 5, 5. *p. 112. Iob 41, 25. 1064. 1065. Iuni 8. *p. 113.

a) Wezelinum 1. b) esse 1.

1) *Constitutum erat, ut cuius deinceps in parrochia rex esset, is non solum tutelam regis, sed omnia susciperet negotia, quae ad imperium pertinerent.* 2) *Dignitas primatus omnium abbatum Fuldensibus anno* 968. *ab Iohanne XIII. papa tradita est; cf. 'Mittheil. für österreich. Geschichtsforsch.' II, p.* 40. 3) *Lamberti Ann.* 1063*:* rem non iam fustibus, sed gladiis gerunt. 4) *Lambertus Hezelinum solum consulto arma ad pugnam parasse tradit. P. Ewald l. l. p.* 53—56. *eo quod Walramus paulo aliter ac Lambertus de hoc certamine et proelio tradit, demonstrare conatur libros annales Lamberti Walramo incognitos fuisse.* 5) *Cf. Lambertum l. l.:* Fuldenses . . . ecclesiam irrumpunt. *S.* 6) *Cf. quae Lambertus de illo certamine l. l. p.* 163. 164. *scribit.* 7) *A.* 1087. 8) *[Cf. Annal. Saxo a.* 1087, *SS. VI, p.* 724*].*

cham suam et comitatus suos ab imperatore recepit, quod in pace dimissus abiit, quod postera die legatos suos ad imperatorem remisit, qui dicerent fidem, quam prius promisisset, comprovincialibus suis Saxonibus se non posse solvere, caeterum de his quae pepigisset cum imperatore nihil se acturum esse. Iam quidem dimiserat imperator exercitum suum ideoque non poterat tunc persequi tantae impietatis simul et infidelitatis virum. Nam Hartvigus atque Burcardus illi pseudoepiscopi haud longe tunc aberant a loco Herosfeldiae cum suis plurimis, qui, cum fuissent inimici pacis, non utique filii pacis, averterunt animum marchionis, ne servaret pacis pactum, ab eis in spem regni adductus, quoniam, ut rex eorum futurus esset, interposita sua fide promiserunt ei[1].

Zach. 8, 16. 17. Ecce per Zachariam prophetam dicit Dominus: *Haec sunt ergo verba, quae facietis. Loquimini unusquisque veritatem cum proximo suo, veritatem et iudicium pacis iudicate in portis vestris, et unusquisque malum contra amicum suum ne cogitetis in cordibus vestris et iuramentum mendax ne diligatis. Omnia enim haec sunt quae odi, dicit Dominus.* Contra haec docet Hildebrant per se, docet et per[a] episcopos suos mendacium pro veritate; et pro eo quod praecepit Dominus his, qui sub euangelica sunt perfectione, non omnino iurare, docent ipsi sectatores suos iuramentum mendax diligere, iuxta quod factum est in illius marchionis transgressione; cum eiusmodi sint infideles atque periuri, quotquot sunt ex illorum pseudoapostolorum parte, qui dicunt se missos esse, ut solvant auditores suos a iuramentis, per quae fidem dedissent dominis suis, cum certe periuri dicantur a Paulo apostolo simili subiacere damnationi, qua iudicantur patricidae et matricidae et caeteri, qui non possidebunt regnum Dei.

cf. Matth. 5, 34.

1. Tim. 1, 9. 10.

34. Unde etiam praepositae scriptor epistolae, qui profitetur se defendere partem sui Gregorii, cuius certe participes sunt periuri atque heretici, raptores atque homicidae, quales nemo iuste poterit defendere, sed aut corrigere aut reprobare, pro his, inquam, scribit ille, ut periuria atque homicidia, rapinas atque incendia statuat atque confirmet solito more. *Sciendum est etiam,* *inquit, *quia*[2] *quicunque fidelitatem iurant dominis, non iurant nisi quam ex catholica lege debent dominis. Fidelitatis autem huius modum determinat apostolus scribens Ephesiis, ut servi obediant dominis carnalibus sicut Christo. Quod exponens Hieronymus*[3] *in tractatu eiusdem epistolae: 'Pulchre', ait, 'imperans servis, ut obediant dominis, adiecit quasi Christo. Et iterum: Ut servi Christi facientes voluntatem Dei, ut scilicet non audiat servus carnalem dominum, si contraria Dei praeceptis voluerit imperare, ut et servos*[b] *non videatur contra dominos concitare et rursum nequaquam dominos doceat audiendos, si vitiosa et nefanda praecipiant'. Ex hoc praecepto apostoli et explanantis eum Hieronymi patet evidentius, quia, cum non debeant servi obedire dominis nisi sicut Christo, id est nisi in his, quae*

*p. 114.

Eph. 6, 5.

ib. 6.

a) *ita scripsi;* per *deest* 1. b) servitia *Hier.*

1) *Cum Bernoldus (l. l. p.* 447*) tradat Egbertum, invidentem gloriae regis Herimanni, animo concepisse dominum suum regno privare; et cum Ann. August. dicant hostes (scil. imperatoris), depulso Herimanno, Egbertum regnare disposuisse, veri simile est Hartvigum et Burcardum iam tunc, cum Heinricus in Saxoniam intraret, in Egberto spem imperii excitasse. Neque enim animos horum episcoporum a perfidia contra Herimannum abhorruisse, vel inde apparet, quod iam die* 1. *Aug.* 1087. *in conventu Spirae acto Heinrico adiutorium suum ad obtinendum regnum, si de excommunicatione exire vellet (cf. Bernoldi Chr. l. l. p.* 446*), promiserant. Illa autem spes, ad quam Egbertus ab episcopis inducta erat, non refringi non potuit, si huic non contingeret, ut imperatorem e finibus Saxoniae depelleret. Quam rem cum non satis certo speraret bene processuram esse, Egbertus ad perfidiam se convertit et simulavit se dedere se imperatori. Hac ratione et comitatum marchiamque recepit et Heinricum ab intrando in Saxoniam avertit.* 2) *[Sequentia usque* periurus *(p.* 261, *l.* 2*) ad verbum leguntur in Libro canonum c.* 37, *l. l. p.* 507. *S.].* 3) *Hieron. Comm. in epist. ad Eph. lib. III, c.* 6, *Opp. ed. Vallarsius VII,* 1, *col.* 668.

facienda praecepit Christus, quicunque obsequitur eis in his, quae sunt contra Christum, fidelitate in infidelitatem alterata erit periurus. Ex decretis Soteris papae[1]*: 'Si aliquid forte nos incautius iurasse contigerit, quod observatum peiorem vergat in exitum, illud consilio salubriori mutandum noverimus, ac magis, instante necessitate, periurandum nobis est, quam perfecto iuramento in aliud crimen maius est divertendum'. Ambrosius in libro officiorum*[2]*: 'Est', ait, 'contra officium nonnunquam promissum solvere, sacramentum custodire, ut Herodes, qui iuravit, quoniam quicquid petitus esset daret filiae Herodiadis, et necem Iohannis praestitit, ne promissum negaret'. Haec de iuramentis,* inquit, *ideo intulimus, quoniam nos periuriorum hortatores autumat*[3] *Wigbertus. 'Iuravit*[4] *etiam David per Dominum occidere Nabal virum* 1. Reg. 25. *stultum et impium atque omnia, quae ad illum pertinerent, demoliri, sed ad primam intercessionem Abigahil feminae prudentis mox remisit minas, revocavit ensem in vaginam suam nec aliquid culpae se tali periurio contraxisse doluit.* Per haec quippe verba nihil aliud agitur, nisi ut fides destruatur, et ut seducantur, si fieri potest, etiam Matth. 24, 24. electi, ut sint periuri; iuxta quod etiam sunt heretici atque scismatici, quicunque declinant post eos, qui sunt eiusmodi, quales susceperunt defendere sui partem Gregorii. Unde et salvator, qui hoc in euangelio orat et hoc fieri desiderat, ut, quomodo unum sunt Pater et Filius, sic et nos in ipsa unitate maneamus. Ille, inquam, nostra respiciens tempora, loquitur inter caetera: *Filius,* inquiens, *hominis cum venerit, putas inveniet fidem in terra?* Verbi gratia: ecce iuravit imperatori Egbertus marchio, ut fidelis ei *esset, iuxta quod admonet apostolus servos Christi obedire dominis carnalibus sicut Christo. Quod scilicet iuramentum si sit observatum, quomodo iuxta sententiam illius scriptoris in peiorem vergit exitum? Fortasse nobilissimus ille adolescens[a] adhuc viveret et occisus non esset, si iuxta id, quod iuraverat imperatori, fidelis esset et pacificus extitisset; et si eidem imperatori iuramenta sua servassent principes regni, certe non fuisset facta divisio regni, et non essent intestina haec bella, unde admodum destructa est ecclesia pariter et res publica. Sed propter transgressionem iuramentorum facta sunt haec omnia, et ille marchio occisus est infidelitatis suae causa, et iam non poterit ei prodesse vel suus Gregorius vel aliquis illius partis episcopus, quoniam, iuxta quod in libro de dominica oratione scribit sanctus Cyprianus episcopus*[5]*: Discordans et dissidens et pacem cum fratribus non habens, nec si pro Domini nomine occisus fuerit, crimen dissensionis fraternae poterit evadere, quia, sicut scriptum est, qui fra-* 1. Ioh. 3, 15. *trem suum odit homicida est, nec ad regnum caelorum pervenit aut cum Deo vivit homicida. Non potest esse,* inquit, *cum Christo, qui imitator Iudae maluit esse quam Christi.* Ioh. 17, 21. Luc. 18, 8. *p. 115.

35. Igitur postquam Egbertus marchio decepit imperatorem, sicut diximus, deinde et ipse pariter deceptus est, quoniam episcopi eum fefellerunt[6], non ei donantes regnum quod promiserunt; quapropter secessit a parte eorum et societate et iterum datis obsidibus atque iuramentis confirmavit pactum pacis et fidei cum imperatore. Interea contigit hoc quod supra diximus, quia tunc occisus est ille Burcardus Halberstatensis episcopus a suis popularibus, non id agente marchione, sed tamen hoc factum ipso approbante. Tum etiam ille Hartvigus Magadaburgensis pseudoepiscopus, cum non posset solus cum paucis complicibus suis vim sustinere vel marchionis vel imperatoris,

a) adulescens 1.

1) *Ubi haec non inveniuntur; cf. Libell. de lite I, p.* 397, *n.* 2. *[Sumpta sunt ex Bedae homilia* 29 *(Lib. II, hom.* 20*), Opp. ed. Giles t. V, p.* 213*; cf. Liber can. c.* 38, *l. l. p.* 508*].* 2) *Lib. I, c.* 50, § 264, *Opp. ed. Bened. t. II, col.* 68. *[Lib. can. c.* 38, *l. l. p.* 508*].* 3) *[Decr. Clementis l. l. p.* 622*].* 4) *[Haec iterum ex Bedae homilia* 29 *l. l.].* 5) *De dom. oratione* § 24, *Opp. p.* 285. 6) *Opinor episcopos ideo fidem Egberto datam non praestitisse, quod imperium infirmum Herimanni, cuius voluntatem regere poterant quocumque volebant, tolerare quam se imperio severiori Egberti subicere maluerunt.*

venit in gratiam imperatoris, iuxta quod supra dictum est a nobis[1]. Et certe utrisque alteri contra alterum iam iuraverat, qui et inter imperatorem simul et marchionem ita medius versabatur, ut, si fieri posset, alterum perdere per alterum voluisset. Unde cum infidelis adhuc infideliter egisset et iterum[2] marchio, reus toties violatae fidei et pacis, secessione[a] occultisque colloquiis bellum renovasset, tum vero ille Hartvig non deerat vel imperatori contra marchionem militando vel marchioni contra imperatorem consulendo. Nam, ut de multis dicamus pauca, ecce imperator obsederat munitionem quan-
*p. 116. dam marchionis in Thuringia. *Tum et ipse vicissim, ferro et igne devastans circumquaque omnia, coepit obsidere castellum Quittilingeburg in Saxonia, ubi erat intrinsecus soror imperatoris[3] simul et eius sponsa, de qua diximus supra, ad quarum ereptionem imperator cum misisset saepe dictum Hartvigum data sibi parte copiarum, ille militaris episcopus dicitur mandasse per nuntium suum marchioni, ut non tardaret venire, si cum imperatore vellet pugnare[4], quod tuto tunc facere posset, cum iam ab eo militum multitudo subtracta fuisset. Et ut nihil verius credatur quam compositus utrimque dolus, ecce flexit viam Hartvigus[5], ne marchioni fieret obvius, cum diversis itineribus ipse tenderet in Saxoniam, ille autem in Thuringiam, ubi tunc dimicatum est in ipsa nativitatis Domini vigilia, quae tunc obvenerat die dominica, quando terminum accepit annus ab incarnatione Domini MLXXXVIII. Ecce quid faciunt hereses et scismata, ut dicat in corde suo cognatio eorum simul: *Quiescere faciamus omnes dies festos*
cf. Ps. 73, 8. *Dei a terra! 'Num tenebrae dies Domini et non lux et caligo et non splendor in ea?'*
Amos. 5, 20. sicut[b] dicit Amos propheta. Ecce quando angelus Domini cum magna luce apparuit et gaudium illud magnum nativitatis Domini et salvatoris euangelizavit, quando etiam
Luc. 2, 14. concinuit multitudo militiae caelestis: *Gloria in excelsis Deo et in terra pax hominibus bonae voluntatis,* ea quippe tam festiva solemnitate angelorum atque hominum factus est luctus ingens, moeror atque tristitia et effusio humani sanguinis. Primo quidem impetu fugatus est marchio[6], sed restaurato deinde praelio, victor victus est imperator divino quodam iudicio. Nam episcopos Saxoniae, qui iudice ecclesia sunt damnati, non solum in communionem receperat, sed et episcopatus suos, unde fuerant depositi, singulis absque iudicio ecclesiae reddiderat; ideoque, quoniam hostes Christi, qui est pax ecclesiae, permiserat imperator de ecclesia triumphare[7], concessit vicissim Christus victoriam hostibus rei publicae, et hoc pro disciplina magis electorum suorum quam pro gloria eorum, qui ad cumulum perditionis suae polluerunt tam crudelibus factis diem pariter dominicum atque nativitatis dominicae sacramentum[8]. Neque enim diu

a) *ita scripsi;* successione 1. b) sic 1.

1) *C.* 25, *p.* 246. 2) *Marchio iterum ab imperatore defecisse videtur, quod Bohemi etiamtum marcham occupatam tenebant vel quod post decessum Herimanni e Saxonia in Egberto de integro cupiditas regnandi excitabatur.* 3) *Adalheida abbatissa.* 4) *Nullus alius scriptor de perfidia Hartvigi quicquam tradit, nisi quod nimis obscuris verbis dicit Bernoldus (a.* 1089*):* Eggebertus marchio Heinricum et omnem eius exercitum cum paucis militibus a quibusdam religiosis confortatus viriliter invasit. *Cum autem Hartvigus a.* 1089. *apud imperatorem summa auctoritate esset (Jaffé, Bibl. t. V, nr.* 75*) et tantam iniisset gratiam, ut Coloniae ordinationem Adelheidae reginae celebraret (c.* 26*), atque cum imperator optime iudicare posset, utrum in illo bello cum Egberto gesto Hartvigus officio suo defuisset necne, statuendum est Walramum nimio odio incensum Hartvigum in suspicionem perfidiae vocavisse. Nec mirum. Nam ut Heinricum severis verbis carpit, quod sibi non constiterit, ita sibi persuadere non potest Hartvigum, quippe qui antea imperatori inimicissimus fuerit, subito sincero animo et incorrupta fide ei addictum esse.* 5) *Cf. c.* 25*:* Hartvigus nactus occasionem *etc.* 6) *Ekkeh. et Ann. August. hoc ita factum esse concedunt.* 7) *Cf. verba c.* 25*:* At imperator prae nimio pacis amore. 8) *De hac pugna imperatoris cum marchione cf. Bernoldi Chron.; Ann. August.; Ekkeh. Chron. a.* 1089*; Ann. Disibod.; Ann. S. Alban.*

circa Egbertum marchionem ultio divina cessavit, quoniam, cum ipse Henricho alteri Saxonum marchioni arma intuliset, plurimis suorum amissis victus de praelio aufugit, ac deinde cum fuissent manus omnium principum Saxoniae contra eum et manus *eius contra omnes, postremo miserabiliter occisus est, proditus in quodam tugurio, ut non dicam id quod verius est, in molendino[1]; sicque regiae nobilitatis adolescens bellum consummavit, quo regnum sibi expugnare quaesivit. Gen. 16, 12. *p. 117.

36. Annus tunc erat ab incarnatione Domini MLXXXX, quando occisus est supradictus marchio Egbertus. Eodem etiam anno defunctus est Liudolfus[a] dux Carentinorum, cum et ipse appeteret regnum[2] contra imperatorem Henrichum, atque Bertolt, filius Rudolfi regis quondam Saxonum, in ipso iuventutis suae flore defunctus est, et Hug potentissimus comes Alsaciae[3] post multa crudelia, quae fecerat vel in ecclesia vel in re publica, occisus est. De talibus dicitur a Domino per Zachariam prophetam ad Zorobabel ducem Iuda: *Non in exercitu nec in robore superabis adversarios, sed in spiritu meo,* hoc est in observatione legis Dei, *dicit Dominus exercituum.* Fuit enim imperator tunc in Italia, quando haec circa adversarios suos sunt gesta; quam scilicet tertiam illuc profectionem fecerat praecipue contra Mathildam, fautricem Hildebranti papae; cuius scilicet secretis sermonibus assuefacta, ne adhuc quidem potest compesci, muliebribus furiis instincta, ut pacem quam bellum malit et ut rebus suis iam usque ad ultimum pene exterminium dissipatis consulere velit, cum hactenus ipsa fuerit praepotens divitiis, utpote filia Bonifacii marchionis. Neque vero Petrus sive Paulus doctrinam contentionis dictaverunt cum mulieribus, sed unus praecepit infirmum vas muliebre castam suam conversationem in timore considerare, alter vero docet mulieres se ornare cum verecundia et sobrietate, et quod decet mulieres pietatem per bona opera promittere. Nunc autem aliter Mathild illa instituta post octavum quoque annum, quo defunctus est Hildebrant familiaris eius[4], defendit pronissime contra sedem apostolicam et contra imperatorem partem ipsius, qui propter frequens cum ea et familiare colloquium generavit plurimis scaevae[5] suspicionis scandalum, dum non observavit attentius divinum illud Lucii papae[6] mandatum: *Duo presbyteri,* inquit, *et tres diaconi in omni loco non deserant episcopum propter testimonium scilicet ecclesiasticum.* Posuit autem Hildebrant partem[b] suam cum illa muliere rixosa, ut per hunc quoque sexum oppugnetur vel ecclesia vel res publica. Sed dicitur ei a Domino per Hieremiam prophetam, quia: *Si in via Dei ambulasses, habitasses utique in pace super terram.* Et iterum *de participibus eiusdem Hildebranti, inter quos etiam sunt Nortmanni, homines crudelissimi: *Fuerunt,* inquit, *nominati illi scientes bellum, ideoque non hos elegit Dominus, neque viam disciplinae invenerunt; propterea,* ait, *perierunt.* Sicut enim supra dictum est, nominati illi principes regni, immo destructores regni perierunt anno MLXXXX. ab incarnatione Domini. Hic annus insignis quoque est morte Adelberonis atque Herimanni episcoporum, de quibus dictum est supra[7], de quibus etiam scribit sanctus Leo papa[8]: *Nos,* inquiens, *quibus viventibus non communicavimus, etiam mortuis communicare non possumus.* Ipsi quidem exierunt ex nobis, non nos ex illis, sed non erant ex nobis, quia *si fuissent ex nobis, permansissent utique nobiscum,* sicut dicitur per Iohannem apostolum. Unde et Cyprianus

Mai. 18. Sept. 4. Zach. 4, 6. 1. Petr. 3, 7. 1. Tim. 2, 9. 10. Bar. 3, 13. *p. 118. Bar. 3, 26—28. 1. Ioh. 2, 19.

a) Luid. 1. b) p. cum illa suam 1.

1) *De caede Egberti cf. Ann. Hildesh.; Ekkeh. Chr.; Ann. Ottenbur.; Chr. Sampetr.; Chr. epp. Hildesh.; V. Heinrici IV, c.* 5: in molendino peremptus. 2) *Walramus hoc solus de eius cupiditate regnandi scribit.* 3) *Comes de Eginisheim.* 4) *Ex his verbis colligi potest haec a.* 1093. *scripta esse.* 5) *I. e. 'Nachtheil bringend', non 'thöricht' ut Schöber in disputatione 'Vorwürfe und Anklagen gegen Gregor VII. aus den Schriften seiner Zeitgenossen', Nordhus.* 1873, *p.* 4. *vult.* 6) *Hinschius l. l. p.* 175. 7) *C.* 29. 30. 8) *Cf. supra p.* 256, *n.* 1.

episcopus[1] in libro de mortalitate: *Talem,* inquit, *te iudicat Dominus, qualem te invenit, cum vocat. Unitatem enim,* ait[2], *qui non tenet, non Patris et Filii tenet fidem, vitam non tenet et salutem.* Superiori etiam anno defunctus erat Wigoltus Augustae alter episcopus[3], qui Sigefrido eiusdem civitatis episcopo adhuc vivente, per partium studia est subintroductus, qui furtive ad ordinationem ingressus, per Sigefridum Moguntinae
1078. ecclesiae archiepiscopum ordinatus est Goslariae in Saxonia[4], cum Augusta civitas iuxta Alpes sit in Rhetia. Qui certe non iuxta solemnem episcoporum morem intravit cum cleri et populi suffragiis, sed cum hostibus eiusdem civitatis, quae primo quidem per proditionem capta[5] et per imperatorem liberata[6], deinde etiam capta est similiter per proditionem[7] et ad solum usque destructa. Tum vero ingens praeda facta est ibi ex rebus atque bonis tam cleri quam populi, quibus apud hostes prodesse non potuit templum Dei et ecclesia sanctae Mariae semper virginis, ubi haec recondita sunt propter metum hostilis incursionis. O quam bonus pastor et quam prudens familiae Dei dispensator ille Wigoltus, qui utpote fur ipse intravit in civitatem cum furibus et homicidis atque raptoribus, ut raperet, mactaret et perderet! Quod cum factum sit feria IIII. ante coenam Domini, postera die accessit ad altare Domini et manibus sanguine plenis et iniquitate praesumpsit sacri chrismatis consecrationem sibi usurpare, ac mox post completum officium infirmari coepit et post aliquot dies cum magno tormento vitam finivit. Capta autem civitate, captus est et Sigefridus episcopus iuxta altare Dei, quem Welf[a] dux quondam Bavariae, persecutor ecclesiae, fecit in sua custodia teneri, donec sese redemisset[8] tanti aestimatione thesauri, quanta suppleret avaritiam hostis iniqui.
*p. 119. Honeste *quidem ecclesia et religiose captivos redemit, ut, cum ipsi ab ea redimuntur, dicatur: hos Christus redemit; aurum enim ecclesia habet, non ut servet, sed ut eroget et subveniat in necessitatibus, quia redemptio captivorum est sacramentorum ornatus. Unde et sanctus Ambrosius episcopus in libris de officiis[9]: *Vere illa,* inquit, *sunt vasa preciosa, quae redimunt animas a morte, et ille verus est thesaurus Domini, qui operatur quod sanguis eius operatus est, et tunc vas dominici sanguinis agnoscitur, cum in utroque viderit redemptionem, ut calix ab hoste redimat, quos sanguis a peccato redemit.* Ergo post duos tandem annos solutus est Sigefridus episcopus ex hostili custodia, super qualium miseria sic per Hieremiam prophetam conqueritur ecclesia: *Ego,* inquiens,
Bar. 4, 19—21. *derelicta sum sola, exui me stola pacis, indui me autem sacco obsecrationis et clamabo ad Altissimum in diebus meis. Animaequiores estote filii, clamate,* inquit, *ad Dominum, et eripiet vos de manu principum iniquorum.*

37. De his scilicet inimicis principibus cum plura haberemus dicere, nobis videntur haec pauca sufficere, de quibus et participes eorum poterunt cognosci, quos et similis error involvit et constringit par poena peccati. Superest tantum referre de Adelberto Wormaciensis ecclesiae quondam episcopo, qui damnatus est etiam atque depositus in supradicta Moguntiacensi synodo. Hic vero Adalbertus, sicut supra[10] quoque diximus, captus est fugiens de praelio Saxonum, cum esset in parte eorum contra regem Henrichum; unde et custodiae traditur; sed post aliquantum temporis, intervenientibus pro eo ad regem amicis eius, solvi iubetur, et omne debitum ei remittitur, quod commisisset vel in coniuratione facta contra statum rei publicae vel in alterius regis elec-

a) Welff 1.

1) *De mortalitate* § 17, *Opp. p.* 308. 2) *De unit.* § 6, *ibid. p.* 215. 3) *A.* 1089, *secundum Ekkeh. Chron. p.* 207. *et Ann. August. p.* 133. *a.* 1088. *mortuus est.* 4) *V. Bertholdi Ann.* 1078, *SS. V, p.* 309. 310. 5) *Secundum Bernoldi Chron. l. l. p.* 439. *a.* 1084; *secundum Ekkeh. Chron. a.* 1083. 6) *Mense Aug. a.* 1084. 7) *Secundum Ann. August. pridie Id. Apr. a.* 1088, *sive, ut Walramus dicit, feria* 4. *ante coenam Domini.* 8) *Cf. Ann. August. a.* 1090. 9) *L. II, c.* 28, § 138, *Opp. II, col.* 103. 10) *C.* 16, *p.* 232; *cf. Brunon. de bello Saxon. c.* 96.

tione. At ille persistens in sententia scismatis sui et in hac perversa atque hactenus inaudita heresi, qua refugiunt qui sunt eiusmodi regem hominem videre vel alloqui, quasi homo mala sit creatura Dei, non potuit ulla ratione inflecti, ut vellet ad ecclesiam et episcopatum suum reverti, dicens quaeque etiam extrema prius experiri velle quam videre vel alloqui regem sua sponte. Ecce captivus ille tenetur in custodia, *pascitur pane arto*[a] *et aqua brevi,* iuxta quod dicit propheta; et hoc patitur non propter fidei meritum, sed ut redire velit ad unicae matris ecclesiae gremium. Qui cum honeste potuerit reverti ad ecclesiam et episcopatum suum, neglexit cum propriam salutem tum curam ovium sibi creditarum, atque elusis regularibus custodiis, turpiter fugit rediens ad sectas et scismata partium suarum. Hinc Augustinus[1]: *Fratres mei,* inquit, *si Christi unica ecclesia est et*[b] *una est, quicquid inde praeciditur quis tollit nisi leo ille rugiens et circuiens quaerendo, quem devoret? *Vae his qui praeciduntur! nam illa,* ait, *integra permanebit.* An non praecisus a catholica est ecclesia, qui pro aliquarum partium studio exiit ab illa, propria quoque episcopatus sui sponsa repudiata? Et si ille Adelbertus reliquit Wormaciensem ecclesiam, nunquid ideo repellit Dominus plebem suam? *Dixit Sion* — congregatio enim sanctorum, qui in pace Domini et in virtutum specula sunt constituti, appellantur Sion —: *dereliquit me Dominus et Dominus oblitus est mei;* cui per Hesaiam prophetam respondet Dominus: *Nunquid oblivisci potest mulier infantem suum, ut non misereatur filio uteri sui? et si illa oblita fuerit, ego tamen non oblviscar tui, dicit Dominus. Nemo enim unquam carnem suam odio habuit, sed nutrit et fovet eam, sicut et Christus ecclesiam. Erunt,* inquit, *duo in carne una,* quoniam redemptor noster cum sancta ecclesia, quam redemit, secundum carnem una substantia est et una persona.

Sall. Cat. c. 26. Is. 30, 20. *p. 120. Is. 49, 14 15. Eph. 5, 29. ib. 31.

38. Ecce nos, qui unum ecclesiae catholicum corpus veneramur atque diligimus, nos, inquam, descripsimus, quanta brevitate potuimus, quales sint aut fuerint primi de participibus Hildebranti, ut iam, si possit, praepositae scriptor epistolae defendat partem sui ipsius Gregorii, iuxta quod promittit ille, praesumens plurimum de sua iustitia, quam et quaerit statuere, ignorans certe, sicut apostolus ait, quae sit Dei iustitia. Quisquis enim in semet ipsum descendit et beati Iacobi apostoli verba attendit, quibus dicit: *In multis offendimus omnes,* non facile dividit se aut separat a consortio aliquorum pro eo, quod sint peccatores: quia: *Si dixerimus,* inquit Iohannes apostolus, *quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, et veritas in nobis non est. Quod si confiteamur peccata nostra, fidelis et iustus est Deus, ut remittat nobis peccata nostra et emundet nos ab omni iniquitate. Si dixerimus, quoniam non peccavimus, mendacem eum facimus, et verbum eius non est in nobis.* Ex his beati Iohannis apostoli verbis colligitur, quod, si nemo se iustum profitetur, sed omnis se peccatorem recognoscit et confitetur: ex his, inquam, colligitur, quod membra sibi invicem compatiantur, et faciant omnes quod praecepit et docet apostolus, *flere cum flentibus, gaudere cum gaudentibus, sustinentes invicem in dilectione, satis agentes servare unitatem spiritus in coniunctione pacis.* Unde et Cyprianus episcopus in libro de patientiae bono[2]: *Ecce*[c], inquit, *ecce*[c], *probavit apostolus *nec unitatem servari posse nec pacem, nisi se invicem fratres mutua tolerantia foveant et concordiae vinculum patientia interveniente*[d] *custodiant.* Iuxta quod iterum dicit apostolus: *Non sitis alta sapientes, sed humilibus consentientes;* humiles quippe sunt unanimes et pacifici, qui non faciunt scismata, sed superbi faciunt ea, quales dicuntur pharisaei, quia per falsam iustitiam sunt a caeteris divisi. Sicut enim scribit Isidorus episcopus[3] in libris Etymologiarum, *scisma ab animorum scissura*

(XXXVII) cf. Rom. 10, 3. Iac. 3, 2. 1. Ioh. 1, 8—10. Rom. 12, 15. Eph. 4, 2. 3 *p. 121. Rom. 12, 16

a) atro 1. b) ut *Gold.* c) *deest Cypr.* d) intercedente *Cypr.*

1) *In Ioh. evang. c.* 2, *Tract. X,* § 8, *Opp. III,* 2, *col.* 371. 2) *De bono patient.* § 15, *Opp. p.* 408. 3) *L. VIII, c.* 3, 5, *Opp. III, p.* 349.

vocatur, cuius sectae aemulatores diffiniuntur, quod *eodem cultu, eodem ritu credant ut caeteri, sed solo congregationis discidio*[a] *delectentur. Fit autem*, inquit, *scisma, cum dicunt homines: Nos iusti sumus, nos sanctificamus immundos, et caetera horum similia.* Sed scisma gravius esse scelus quam idolatriam didicimus ex testimonio sacrae scripturae, quoniam legitur in veteri testamento idolatriam gladio punitam esse, scisma autem hiatu terrae. Igitur aemulatores sive auctores scismatum, quae dudum facta sunt in ecclesia pariter et in re publica, extant praecipue quidam, qui dicuntur monachi de Hirsaugia, ex quorum scola[b] pervenit ad nos haec, de qua tractamus, epistola, quae contra apostolicam sedem et contra regiam potestatem est descripta; et intestinum illud bellum, quo in plures sectas iam diu scissus est singularis ille ordo monachorum, ecce pervenit ad publicum malum. Qui enim debuerant se continere intra solitudines monasteriorum, egressi sunt ultra terminos et constitutiones patrum, usurpantes sibi contra divinam ordinationem disponere, immo destruere regnum et sacerdotium; qui mittunt circumquaque angelos verbi sui praedicantes, apud se suosque sectatores esse tantum ecclesiam Dei et iustitiam Dei et sancta sacerdotia Dei; qui hoc etiam addunt, sicut ipsorum indicant scripta, quod sint caelestes et spiritales ac filii Dei[1]. Ergo monachus interpretatur singularis sive solitarius[2]. De monachis quidem hoc constitutum legitur in Chalcedonensi synodo[3], capitulo IIII: *Qui re vera et manifeste solitariam vitam sectantur, honore competenti fungantur. Verum quoniam quidam*[c] *sub praetextu habitus monachalis ecclesias et conventus et res communes disturbant, civitates indiscrete circumeuntes et monasteria construere studentes, placuit nullum usquam aedificare posse neque monasterium construere neque oratorium absque civitatis episcopi voluntate; monachos vero, qui sunt per singulas civitates et provincias, episcopis subditos esse* *p. 122. *et quietem diligere, ieiuniis et orationibus contentos esse et in illis locis perseverare, in quibus saeculo videntur renuntiasse, nequaquam autem ecclesiasticis vel saecularibus rebus communicare nec importunitatem inferre, propriis monasteriis desertis, nisi forte quaesiti fuerint propter causam necessariam a civitatis episcopo. Non esse suscipiendum servum faciendum monachum praeter proprii domini voluntatem. Qui vero hoc constitutum nostrum excesserit, eum a communione suspendi decrevimus, ne nomen Dei blasphemetur.* Haec est Chalcedonensis constitutio synodi, de qua sanctus papa Gregorius[4] sic scribit inter caetera Secundino servo Dei incluso: *Libenter accipiens dilectionis tuae scripta, quibus rogasti me libellum exoratorium tibi scribere, desidero te certum esse, quia omnes ecclesiae orientales uno sensu, una doctrina sanctam Chalcedonensem synodum ita nobiscum custodiunt atque venerantur, ut nullus reperiatur, qui eiusdem synodi defensor sectatorque non fuerit. Unde necesse est*, inquit, *ut dulcissima dilectio tua ad id, quod praecipue in bonis moribus vivit, quod se per abstinentiam affligit, quod doctrinae Dei vehementius insistit, hoc studiosius cogitet, ne errorem scismaticorum sequens a sancta universali ecclesia possit divisa inveniri. Et quid tot labores proderunt, si in unitate fidei non fuerint inventi, quae ante omnipotentis Dei oculos bonis operibus animam praecipue custodit? Hinc enim dicitur: 'Una est columba mea, perfecta mea'.* Contra haec atque alia sanctorum canonum statuta aliud aliquid agere hoc est heresim

Num. 16, 30—33.

Cant. 6, 8.

a) dissidio 1. b) scobla 1. c) *ita Hinschius;* quidem 1.

1) *Cf. verba carminis Laureshamensium monachorum expulsorum ad Heinricum V. contra Hirsaugienses (SS. XXI, p. 431):*

v. 44. Attamen hii tales simulant se spirituales,
Cum tantum visi mox inclamentur iniqui.

2) *Isid. Etymol. l. VII, c.* 13, 1, *Opp. III, p.* 344. 3) *Mansi VI, col.* 1226; *Hinschius l. l. p.* 285; *quorum textus sententiis omnino, verbis vix semel cum hoc congruit.* 4) *Gregorii Epistolae IX,* 52, *Opp. II, col.* 966; *cuius verba noster valde immutavit.*

eligere, cuius auctor simul et communicator principali sententia damnationis est utique obstrictus, iuxta quod scribit sanctus papa Gelasius[1]: *Hic,* inquit, *si examinatio quaeritur, si auctoritatis pondus inquiritur Chalcedonensis synodi, tenore illius diffinitionis executio reperitur, quo damnati illic erroris communicator effectus praefixae nihilominus particeps damnationis existit*[a], *quoniam idem ipse error, qui semel est cum suo auctore damnatus, in participe quolibet pravae communionis effecto et execrationem sui gestat et poenam. Quibus*[2] *convenienter ex paterna traditione perpensis, quid*[3] *ambagibus,* inquit, *et nebulis ista praetexunt, ut impudentiam suam mentemque vesanam inanibus potius fabulis celare letaliter quam prodendo medicinaliter sanare contendant? Sicut enim,* inquiunt, *sanctus*[4] *pater Benedictus audivit a diabolo 'maledicte' et non 'benedicte' nec illi nocuit, ita et his Wigberti non nocebit* **maledictio.* Veritas quippe loquitur in euangelio de diabolo: *Ille,* inquiens, *homicida erat ab initio et in veritate non stetit, quia veritas non est in eo.* Qui[5] scilicet *videns idola derelicta et per nimium credentium populum sedes suas ac templa deserta, excogitavit novam fraudem, ut sub ipso christiani nominis titulo fallat incautos; heresesque invenit et scismata, quibus subverteret*[b] *fidem, corrumperet veritatem, scinderet unitatem. Quos detinere non potest in viae veteris caecitate, circumscribit novi itineris errore. Rapit de ipsa ecclesia homines; et dum sibi appropinquasse iam lumini atque evasisse saeculi noctem videntur, alias nescientibus tenebras infundit, ut cum euangelio et*[c] *observatione eius et lege non stantes christianos se vocent et ambulantes in tenebris habere se lumen existiment blandiente adversario atque fallente, qui secundum apostoli vocem transfigurat se velut angelum lucis et ministros subornat suos velut ministros iustitiae, asserentes noctem pro die, interitum pro salute, desperationem sub obtentu spei, perfidiam sub praetextu fidei, Antichristum sub vocabulo Christi, ut, dum verisimilia mentiuntur, veritatem subtilitate frustrentur.*

Ioh. 8, 44. *p. 123.

2. Cor. 11, 14. 15.

39. *Sicut,* inquiunt, *enim sanctus pater Benedictus audivit a diabolo 'maledicte',* (XXXVIII) *et non 'benedicte' nec illi nocuit, ita et his Wigberti maledictio non nocebit.* Quid ergo? non nocebit eiusmodi monachis, quod transgressi sunt per omnem modum constitutiones praedictae synodi Chalcedonensis? Constitutum est[6] siquidem inter caetera monachos per singulas civitates et provincias episcopis subditos esse et quietem diligere, nequaquam autem ecclesiasticis vel saecularibus rebus communicare, alioqui alienos esse ab ecclesiastica communione. Certe firmamentum Dei stat, et quod auctoritate constitutionis ecclesiasticae praefixum est, nulla ratione convelli potest, iuxta quod et sanctus papa Gregorius de eiusmodi scribens ad Iohannem Larissaeum episcopum indicat[7]: *Consona,* inquiens, *sanctis patribus diffinitione sancimus, ut*[d], *qui sacris nescit obedire canonibus, nec sacris administrare altaribus vel communionem capere sit dignus.* Et videte amplius atque intelligite attentius! Illi enim monachi, de quorum epistola tractamus, non solum per scripturam suam, sed per omnem operam suam defendunt ea flagitiorum scelera, quae per occasionem belli solent fieri, iuxta quod dictum est supra. Et sicut ipsi furantur de sacris scripturis testimonia, quatinus condant et statuant hereses et scismata sua, sic etiam defendunt fures, homicidas atque periuros, *sicut supra invenitur in ipsorum scriptura. Sed ostenditur Zachariae prophetae volumen volans, hoc est iudicium Dei ab occulto prodiens, cui et dicitur: *Haec est maledictio, quae egredietur super faciem omnis terrae, quia omnis fur, sicut ibi scriptum est, iudicabitur, et omnis iurans ex hoc similiter iudicabitur. Educam illud, dicit Dominus*

2. Tim. 2, 19.

*p. 124.

Zach. 5, 3. 4.

a) existeret *Gel.* b) subverterteret 1. c) cum *add. Cypr.* d) *ita Greg.;* et 1.

1) *Epist.* 26, § 4, *ed. Thiel, p.* 398. 399. 2) *Epist.* 26, § 3, *p.* 395. 3) *Epist.* 27, § 3, *p.* 425. 4) *Lib. can. c.* 42, *p.* 512. 5) *In sequentibus auctor Cyprianum, De unit.* § 3, *Opp. p.* 211. 212, *sequitur.* 6) *Cf. supra p.* 266, *n.* 3. 7) *Gregorii Epistolae III,* 7, *ed. Ewald I, p.* 168; *cf. supra p.* 200, *n.* 3.

exercituum, et veniet ad domum furis et ad domum iurantis in nomine meo mendaciter, et commorabitur in medio domus eius et consumet eum, animam scilicet cum
(XXXIX) *corpore. — Sicut enim,* inquiunt, *sanctus pater Benedictus audivit a diabolo 'maledicte' et non 'benedicte' nec illi nocuit, ita et his Wigberti maledictio non nocebit, immo*
Ps. 108, 28. *magis proderit ad Dominum dicentibus cum sancto David: 'Maledicent illi et tu benedices'.* Ecce! qui docuerunt linguam suam mentiri et maledicere, dicunt se maledicentibus benedicere, qui Christum et ecclesiam non cessant blasphemare, quales tradidit
1. Cor. 6, 10. apostolus satanae, ut discant non blasphemare. Ecce enim, cum iuxta canonum decreta non liceat alicui iudicare de iudicio Romanae ecclesiae, illi quidem blasphemant Wigbertum eundemque Clementem episcopum Romanae ecclesiae, scribentes eum furem et hereticum atque mendacem esse, insimulantes eum, quod dici nefas est, diabolo vel simulacro idoli similem esse, ideoque anathema ipsius sibi non nocere, praesumentes etiam regem Henrichum, quem Deus praecepit honorificare, multis modis similiter blas-
Dan. 3, 1. phemare. — *Conatur etiam,* inquiunt, *statua*[1], *quam erexit Nabuchodonosor, se non adorantes catholicos astruere scismaticos. At nos,* aiunt, *favente clementia Dei, cer-*
Num. 16. *tissima ratione probabimus hoc errore non teneri, sed eos potius, qui exemplo Dathan et Abiron insurrexerunt in Gregorium, sicut illi in summum sacerdotem Aaron, qui convenientes in unum adversus Dominum et adversus christum eius sedentesque in concilio vanitatis Gregorio, cui orbis terrarum communicavit, obedientiam contumaciter renuntiaverunt et se ab unitate corporis Christi, quod est ecclesia per orbem terrarum diffusa, separantes, Wigbertum, a sede apostolica in synodis Romae septennio celebratis excommunicatum, sibi papam elegerunt, quasi dicentes Domino: 'Recede a nobis, scientiam viarum tuarum nolumus'.*

Eccl. 10, 20. 40. Cum per Salomonem[a] loquatur sapientia Dei: *Ne in cogitatione quidem de-*
ib. 8, 2. *trahas regi, quia ego,* inquit, *os regis observo et praecepta iuramenti Dei, et scito,*
ib. 11, 9. *quia pro his adducet te Deus in iudicium.* *Cum haec, inquam, ita sint, animadvertendum est, quomodo adversus Dominum et adversus christum eius convenerint, qui ordinationi Dei, a quo potestas est, resistunt, qui etiam christum Domini, regem Henrichum scilicet, blasphemantes, nomen ei atque impietatem Nabuchodonosor imponunt, cum idem rex atque imperator videri se velit atque appellari catholicum, utpote consentientem omnibus bonis, qui sunt solliciti servare unitatem in vinculo pacis. Sed dicit Dominus
Ier. 27, 6—8. per Hieremiam prophetam: *Ego,* inquiens, *dedi omnes terras istas in manu Nabuchodonosor regis Babylonis servi mei, insuper et bestias agri dedi ei, ut serviant illi, et servient ei omnes gentes et filio eius et filio filii eius; gens autem et regnum, quod non servierit Nabuchodonosor regi Babylonis et quicunque non incurvaverit collum suum sub iugo regis, in gladio et fame et peste visitabo super gentem illam, ait Dominus, donec consumam eos in manu eius. Et vivo ego, dicit*
Ezech. 17, 19. *Dominus, quoniam iuramentum,* quod dederat ei rex Sedechias et sprevit, *ponam in caput eius et morietur in praevaricatione, qua despexit me.* Deinde sequitur, et dicit Dominus de falsis doctoribus: *Nolite audire verba prophetarum dicentium vobis: 'Non*
Ier. 27, 14. 15. 17. *servietis regi Babylonis', quia mendacium ipsi loquuntur vobis, quia non misi eos, ait Dominus, et ipsi prophetant in nomine meo mendaciter, ut eiciant vos, et pereatis tam vos quam prophetae, qui mentiuntur vobis. Nolite ergo audire eos,* ait Dominus, *et ser-*
cf. Dan. 3, 32. *vite regi Babylonis.* Hoc est mandatum Domini super rege ethnico et pessimo[b] ultra omnem terram, quanto magis super rege christiano et catholico. *Sed licet nos,* inquit
Gal. 1, 8. apostolus, *aut angelus de caelo euangelizet vobis praeterquam quod euangelizatum est vobis, anathema sit.* Ex huius anathematis vinculo nullus certe liber existit, quisquis
cf. Matth. 5, 33. regiae potestati resistit vel detrahit, et quisquis iuramentum solvit, quod domino suo

a) Solomonem 1. b) *om.* 1; *e vulgata addidi*; *post* terram *inseruit* impio *Goldast.*

1) *[Cf. Liber can. c.* 29, *p.* 500*].*

reddendum Salvator in euangelio praecipit; ac perinde, sicut sanctus Leo[1] papa scribit: *Si omnes et sacerdotes et mundus assentiatur damnatis, damnatio consentientes involvit, non praevaricationem consensus absolvit. Gregorio,* inquiunt, *cui orbis terrarum communicavit, obedientiam contumaciter renuntiaverunt.* Sed: *Oves meae,* ait Dominus, Ioh. 10, 4. 5.
vocem meam audient, alienum autem[a] *non sequuntur, quia non noverunt vocem alienorum. — Et se ab unitate,* inquiunt, *corporis Christi, quod est ecclesia per orbem terrarum diffusa, separaverunt.* Ecce, quomodo **mentita est iniquitas sibi,* quae pro- Ps. 26, 12. *p. 126.
fitetur in scriptis suis defendere sui partem Gregorii, qui certe non praefuit ecclesiae, sed parti suae, quoniam, qui es benedictus Deus in saecula, te per orbem terrarum sancta confitetur ecclesia. Illi quippe exierunt a nobis, non nos ex ipsis. — *Et Wigbertum, a sede apostolica in synodis Romae septennio celebratis excommunicatum, sibi papam elegerunt*[2]. Loquentes quidem blasphemias, barbarismum fecerunt, qui septennio vitiose dixerunt, qui a caritate, quae fit de corde puro et conscientia bona et fide non cf. 1. Tim. 1, 5.
ficta, aberrantes, conversi sunt in vaniloquium, volentes esse legis doctores, non intelligentes neque quae loquuntur neque de quibus affirmant. Sicut enim saepe dictum est, non licet alicui iudicare de iudicio sedis apostolicae, quae habet facultatem sine ulla synodo praecedente exolvendi quos synodus iniqua damnaverat, et damnandi quos oportuit, nulla synodo existente. Gregorius quippe, qui et Hildebrant, non praefuit ecclesiae, sed parti suae. Ideoque, sicut ait Gelasius papa[3], *quae privilegio*[b] *universalis ecclesiae contraria probantur, nulla ratione subsistunt. — Et eligentes,* inquiunt, *sibi papam Wigbertum quasi dixerunt*[4]*: 'Recede a nobis, scientiam viarum tuarum nolumus'.* Ergo qui viam pacis nescierunt et in viam suam declinaverunt, ipsi utique pastores ignoraverunt intelligentiam, sicut dicit Dominus per Hesaiam prophetam: *Aperite,* Is. 26, 2. 3. 12. 13.
inquit, *portas, et ingrediatur gens iusta custodiens veritatem. Vetus error abiit, servabis pacem, quia in te speravimus. Domine, dabis pacem nobis, omnia enim opera nostra operatus es in nobis. Domine Deus noster, possederunt*[c] *nos domini absque te, tantum in te recordemur nominis tui. Ego enim sum,* ait Dominus, *via, veritas et* Ioh. 14, 6.
vita. Sed Moyses sequester ac medius inter Deum et populum Israel dixit ad Aaron sacerdotem Domini, quando orta est seditio atque tumultus in ecclesia Dei, ut stans inter vivos et mortuos oraret pro populo, ut cessaret plaga ab eo, cuius causa interitus erat scisma pro sacerdotio. Unde locutus est ad Chore et ad omnem multitudinem: *Mane,* inquit, *notum faciet Dominus, qui ad se pertineant, et sanctos applicabit sibi,* Num. 16, 5.
et quos elegerit appropinquabunt ei. Et ait Dominus ad Moysen: 'Praecipe universo Num. 16, 23—26.
*populo, ut separetur a tabernaculis Chore et Dathan et Abiron'. Surrexitque Moyses et abiit ad Dathan et Abiron et, sequentibus eum senioribus Israel, dixit ad turbam: 'Recedite a tabernaculis hominum impiorum et nolite tangere quae ad eos pertinent, ne involvamini *in peccatis eorum'*; et caetera de eorundem scismaticorum suppliciis, *p. 127.
quae omnia in figura contingebant illis; *scripta sunt autem ad correctionem nostram,* 1. Cor. 10, 11.
in quos fines saeculorum devenerunt, sicut dicit apostolus. Unde considerandum est, quem ex his elegerit Dominus, utrum Wigbertum an Hiltebrantum vel sui scismatis successorem Sergium[5] sive illum Ottonem sacrilegum, qui, sicut dictum est supra, furatus est ecclesiarum privilegia, ordinationes faciens in alienis parochiis contra sanctorum canonum decreta, ut eiusmodi sacrilegii exemplo aditus ianuaque pandatur omnibus hereticis, si talis fuerit non pastor, sed invasor apostolicae sedis, qualis certe fur et Hildebrant fuit, quoniam constat eum oves Christi non in unum congregasse, sed

a) n. s. a. 1. b) privilegiis *Gel.* c) possiderunt 1.

1) *Cf. supra p.* 227, *n.* 3. 2) *Lib. can. c.* 42: qui continuato in canonica excommunicatione septennio excommunicatoris sui inauditi sedem . . rapuit. 3) *Tract. IV,* § 1, *Thiel I, p.* 559. 4) *Cf. Lib. can. c.* 34, *p.* 503. 5) *Desiderium Cassinensem (Victorem III) intellegit, cf. p.* 232.

unum ovile Christi dissipasse, qui et praecipiens aut consentiens illicitas atque furtivas ordinationes fieri in metropolitanorum episcoporum parochiis, spoliavit ecclesias suis
Mal. 2, 12. privilegiis, ideoque, iuxta quod per Malachiam prophetam dicitur a Domino: *Disperdidit Dominus virum qui fecit hoc, magistrum et discipulum de tabernaculis Iacob*, ubi est sanctorum congregatio; quoniam unus paulo post, quo venerat profugus, ad Salernam defunctus est in externis mansionibus, et alter nunc usque vagatur in incertis sedibus. Tales certe vel heretici vel scismatici insurrexerunt ad exemplum Dathan et Abiron contra sacerdotium Domini, qualis etiam fuit tertius illorum socius ille Sergius, qui insurrexit contra Clementem papam per partium studia subintroductus, atque statim in ipso ordinationis suae ingressu profluvio ventris solutus, paulo post interiit, divino iudicio percussus[1]. Sic quippe legitur in ecclesiastica historia[2] Arrium ad ecclesiam pergentem, episcoporum et populorum frequentia constipatum, humanae necessitatis causa ad secretum locum declinasse, ubi cum sedisset, intestina eius atque omnia viscera in secessus cuniculum defluxisse et ita dignam mortem blasphemiae et foetidae mentis exolvisse. Unde constat eos magis quam Wigbertum consortes esse Arrii, quos constringit similis poena vel exilii vel supplicii. *Quod enim*, inquiunt, *ipse Wigbertus se transfigurans in angelum lucis quasi ad docendum testimonia colligit de scripturis, mirum non est, quia et Arrius hoc fecisse legitur, de quo Filius minor Patre asseritur.*
cf. Ps. 149, 9. Sic vero, sic oportet fieri per doctores ecclesiarum, ut iuxta psalmistae testimonium
*p. 128. faciant iudicium conscriptum, iungentes testimonio *testimonium, quo scilicet iudicio conscripto nihil firmius est contra insidiosos errores adversariorum, quo etiam nihil tutius est ad exhortationem et doctrinam fidelium. Certe Arrius non utebatur divinae scripturae testimoniis, sed abutebatur, iuxta quod et isti faciunt pseudographi, de qualibus per
Ier. 8, 8. Hieremiam prophetam dicitur: *Quomodo dicitis: 'Sapientes nos sumus et lex Dei nobiscum est?' Vere mendacium*, inquit, *operatus est stilus mendax scribarum. Omnis*
Matth. 12, 33. *enim arbor ex fructu suo cognoscitur*, sicut dicit Dominus. Ergo Wigbertus, qui et
Gal. 5, 22. Clemens papa, profert cum apostolo et docet ea, *quae sunt fructus spiritus, sicut est caritas, gaudium, pax, longanimitas, bonitas, benignitas, fides, mansuetudo et caetera*
Phil. 4, 8. *quaecunque pudica, quaecunque amabilia. Nunquid colligunt de spinis uvas aut de*
Matth. 7, 16. *tribulis ficus?* dicit Dominus. Hi sunt fructus, a quibus spiritus maligni, qui in pseudoprophetis loquuntur, valent dinosci, spinae videlicet scismatum et horridi heresium tribuli, quibus eos, qui sibi incaute appropiant, foede lacerando contaminant; sicut econtra per fragrantiam uvarum ficorumque dulcedinem apte figurantur fructus bonorum, qui
Num. 16, 5. pertinent ad Deum, qui *sanctos applicabit sibi, et quos elegerit appropinquabunt ei.* Sed, sicut scribit sanctus Gregorius ad supradictum Secundinum servum Dei inclusum[3]: *Perversi homines, qui ecclesiasticam disciplinam fugiunt, de suis actibus reprehendi pertimescunt et nos quasi de fide reprehendunt, quam ipsi nesciunt, et dum neque in fide recti neque in bonis operibus intenti sunt, cotidie deteriores fiunt, dum in eis culpa grossescit, quae quasi de zelo fervoris fidei fieri etiam laudabilis appetit. — Sicut enim*, inquiunt, *sanctus pater Benedictus audivit a diabolo 'maledicte' et non 'benedicte' nec illi nocuit, ita et his Wigberti maledictio non nocebit.*

41. Velint nolint, iam iudicati sunt quicunque contra canones faciunt et qui contra pacem, quam Christus reliquit nobis, faciunt et qui unitatem ecclesiae dividunt. Sed illi exierunt a nobis, non nos ab ipsis; *nam si fuissent ex nobis, permansissent*
1. Ioh. 2, 19. *utique nobiscum*, sicut dicit Iohannes apostolus. Ubi[4] enim est caritas ibi pax et ubi humilitas ibi caritas. Humilitas quippe pertinet ad confessionem, qua[a] confitemur nos

a) *ita Aug.;* quia 1.

1) *Victor III. obiit a.* 1087. 2) *Rufin. hist. eccl. I,* 13, *Opp. ed. Vallarsius col.* 239. 3) *Gregorii Epistol. IX,* 52, *Opp. II, col.* 967; *Jaffé nr.* 1673. 4) *Cf. verba Augustini sub finem huius capitis p.* 273.

peccatores esse, *caritas autem cooperit multitudinem peccatorum,* sicut dicit Iacobus apostolus. Sed monachi, de quorum scismatibus atque scripturis tractamus, longe degeneraverunt ab illa, quam professi sunt, beati Benedicti paternitate, qui *docent regiae potestati, immo divinae ordinationi resistendum esse, et exaltant se contra pontificatum sedis apostolicae, qui etiam se iustos et regulares monachos esse profitentur et caelestes se ac spiritales esse gloriantur, sicut scripta ipsorum attestantur. Certe sanctus Benedictus[1] docet nihil utilius esse monacho quam humilitatem, ostendens ex sacrae scripturae testimonio genus esse superbiae omnem exaltationem. *Omni,* inquit, *vilitate vel extremitate contentus sit monachus, et non solum sua lingua pronuntiet, sed etiam intimo cordis credat affectu se inferiorem et viliorem omnibus.* Sed illi nunc monachi, qualibus certe pharisaeis dicit in euangelio Dominus: *Vos estis qui iustificatis vos coram hominibus, Dominus autem novit corda vestra, quia, quod hominibus altum est, abominabile est apud Deum:* illi, inquam, sic docent in synagogis suis et sic scribunt contra pontificem apostolicae sedis: *Caveto*[2], inquiunt, *tu, o christiane, ne Wigberto corde vel ore dixeris unquam 'Ave'.* Quin immo cave tu, o christiane, ne unquam ei dixeris 'Ave', qui ad te venerit et doctrinam Christi non attulerit, quoniam *qui ei 'Ave' dixerit, communicat operibus illius malignis,* sicut Iohannes apostolus ait. Credite experto et qui veritatem dicit, Dei testimonium ascite, quia, cum eiusmodi genus monachorum in nostra provincia aut solum sit aut primum, eis certe est grave ad audiendum iustitiae verbum, cum uno iustitiae nomine contineantur omnes species virtutum. Sed plus quam euangelium Christi et mandatum Dei valent in monasteriis suis consuetudines eorum, quae sunt mandata hominum. Hinc etiam Cyprianus episcopus in libro de unitate catholicae ecclesiae[3]: *Filii,* inquit, *Aaron, qui imposuerunt altari ignem alienum, quem non praeceperat Deus, in conspectu statim Domini vindicantis extincti sunt. Quos imitantur scilicet atque sectantur, qui, Dei traditione contempta, alienas doctrinas appetunt et magisteria humanae institutionis inducunt. Quos increpat Dominus et obiurgat in euangelio suo, dicens: 'Reicitis mandatum Dei, ut traditionem vestram statuatis'. Peius,* inquit, *hoc crimen est, quam quod admisisse lapsi videntur, qui tamen in poenitentia criminis constituti Dominum plenis satisfactionibus deprecantur. Hic ecclesia quaeritur et rogatur, illic ecclesia impugnatur*[a]. *Hic potest necessitas fuisse, illic voluntas tenetur in scelere. Hic qui lapsus est sibi tantum nocuit, illic qui hereses et scismata facere conatus est multos *secum trahendo decepit. Hic animae unius est damnum, illic periculum plurimorum. Certe peccans*[b] *hic et intelligit et lamentatur et plangit, ille tumens in peccato suo et in ipsis sibi delictis placens a matre filios segregat, oves a pastore sollicitat, Dei sacramenta disturbat, et cum lapsus semel peccaverit, ille cotidie peccat.* Haec sunt verba beati Cypriani de cultoribus humanae traditionis, quorum consuetudines diversae quidem sunt in diversis locis, sed quicquid diversum est, hoc utique verum non est; est enim Deus verax, omnis autem homo mendax. Igitur utilis est scriptura, cum absque Patre non profertur, cum absque Christo non dicitur, cum sine Spiritu sancto non assumatur; alioqui, sicut Hieronymus ait[4], diabolus est, qui de scripturis loquitur. *Cum enim immundus spiritus exierat ab homine,* scilicet tempore baptismatis, *ambulat per loca inaquosa,* explorans ipse callidus insidiator, si quos suae malitiae gressus figere possit in cordibus fidelium, quae iam expurgata sunt a mollitie fluxae cogitationis. Sed *quaerens requiem et non inveniens* in mentibus fidelium munitis undique ex mandatis Domini, *'revertar', ait*[c], *'in domum meam unde exivi'. Et cum venerit, invenit eam scopis mundatam,* gratia scilicet

Iac. 5, 20. *p 129. Luc. 16, 15. 2. Ioh. 11. Marc. 7, 8. 13. *p. 130. Luc. 11, 24. ib. 25.

a) repugnatur *Cypr.* b) peccasse se *Cypr.* c) *deest* 1; *Schard. addidit.*

1) *S. Benedicti regula c.* 7, *grad.* 6. 7; *Migne Patrolog. LXVI, col.* 374. 2) *Cf. supra c.* 2, *p.* 213. 3) *De unit.* § 18. 19, *Opp. p.* 227. 4) *Hieron. Dial. adv. Luciferianos; Opera II, col.* 202.

baptismatis a peccatorum labe castigatam, sed nulla boni operis industria cumulatam, quia, ubi non est iustitia, ibi non est virtus aliqua. Quam domum etiam vacantem in-
Luc. 11, 25. 26. venit, a bonis scilicet actibus per negligentiam, *ornatam* autem simulatis virtutibus per hypocrisin, et *tunc vadit et assumit septem alios spiritus nequiores se, et ingressi habitant ibi.* Per septem malos spiritus universa vitia designantur, ideoque recte nequiores tunc eum ingressi spiritus dicuntur, quia non solum illa septem vitia, quae septem spiritualibus virtutibus sunt contraria, habebit, sed et per hypocrisin ipsas se virtutes
Luc. 11, 26. habere simulabit. *Et fiunt,* inquit Dominus, *novissima hominis illius peiora prioribus.* Ecce enim ipsi se iustos et regulares esse monachos profitentur, qui etiam simulacra perversorum dogmatum colunt et venerantur, quae conflavit diabolus in officina et domo illa, quae vacat a septem spiritualibus virtutibus et divinis sacramentis, de quibus dicit
Ps. 11, 7. psalmista, quoniam: *Eloquia Domini eloquia casta, septuplo sunt purgata,* per timorem scilicet Domini, per pietatem, per scientiam, per fortitudinem, per consilium, per intellectum, per sapientiam; ut exinde constet uni et septiformi ecclesiae non alia reci-
*p. 131. pienda esse eloquia, nisi septempliciter purgata *atque probata. Unde et sanctus Benedictus[1]: *Constituenda est,* inquit, *nobis dominici scola servitii, in qua institutione nihil asperum, nihil grave constituturos speramus; sed et si quid paululum districtius, dictante aequitatis ratione, propter emendationem vitiorum vel conversationem caritatis processerit, non ilico pavore perterritus refugias viam salutis, quae non est nisi angusto initio incipienda; processu vero conversationis et fidei dilatato corde, inenarrabili dilectionis dulcedine curritur via mandatorum Dei, ut ab ipsius nunquam magisterio discedentes, in eius doctrina usque ad mortem in monasterio perseverantes, passionibus Christi per patientiam participemur*[a], *ut regni eius mereamur esse consortes.* Ex his vel paucis verbis poterit considerari, quam spiritualis sit institutio atque doctrina beatissimi Benedicti, qui docet inter caetera alumnos suos passionibus Christi per
Phil. 2, 6. 8. patientiam participari, *qui, cum in forma Dei esset, humiliavit semet ipsum factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis,* cuius scilicet mortificationis exemplum vel indicium est renuntiare mundo et actibus eius ac desideriis, quia ipse dicit Domi-
Matth. 10, 38. nus: *Qui non accipit,* inquiens, *crucem et sequitur me, non est me dignus.* Et quod docet ipse pater Benedictus conversantes[b] in scola servitii divini non debere unquam
Iac. 3, 1. discedere a magisterio Christi, hoc est quod dicit Iacobus apostolus: *Nolite,* inquiens,
1. Cor. 1, 10. *plures magistri fieri, fratres mei, quoniam maius iudicium sumitis,* nisi[2] *dicatis id ipsum omnes, et non sint in vobis scismata, sitis autem perfecti in eodem sensu et in eadem sententia.* Sed in monasteriis, ubi ad conversionem veniunt, usque ad mortem perseverare monachos et regula eiusdem patris Benedicti instituit et Chalcedonensis synodus sub anathematis interpositione decrevit, nisi forte fuerint quaesiti a civitatis episcopo propter causam necessariam ecclesiae, iuxta quod constitutum esse videtur in decretis Siritii papae[3]. *Monachos,* inquit, *quos tamen morum gravitas et vitae ac fidei institutio sancta commendat, clericorum officiis aggregari et optamus et volumus, ita ut, qui intra trigesimum aetatis annum sunt, in minoribus per gradus singulos crescente tempore provehantur ordinibus et sic ad diaconatus vel presbyterii insignia maturae aetatis consecratione perveniant, nec statim*[c] *saltu ascendant, nisi in his quae*
*p. 132. *singulis dignitatibus praefixa sunt tempora fuerint custodita.* *At nunc omnia recta perverturtur et monachi quoque terminos patrum transgrediuntur et absque licentia proprii episcopi ingrediuntur, immo invadunt parochias alterius episcopi, quales dicuntur

a) participemus *Bened.* b) conservantes 1; *Schard. emendavit.* c) ad episcopatus culmen *add. Sir.*

1) *Bened. Reg., prol.; Migne Patrol. LXVI, col.* 218. 2) *Mire hic duae diversorum auctorum sententiae in unam conflantur.* 3) *Decreta Siricii papae c.* 13, § 17, *ed. Schoenemann p.* 414.

circumcelliones iuxta sententiam beati Augustini[1], ubi exponit verba psalterii: *Ecce quam bonum et quam iucundum habitare fratres in unum,* quem scilicet dulcem sonum et dulcem caritatem et dulcem melodiam dicit monasteria peperisse, et inde monachos appellatos fuisse. *Qui enim,* inquit[2], *sic vivunt in unum, ut*[a] *unum hominem faciant et sit in*[b] *illis, quomodo scriptum est, anima una et cor unum, multa quidem corpora, sed non multa corda, recte dicitur monos, id est unus, solus,* quod interpretatur monachus. Et idem Augustinus[3] in tractatu euangelii de fure et latrone, qui non intrat per ostium in ovile ovium, sed ascendit aliunde: *Sunt,* inquit, *quidam homines, qui in suis gloriantur moribus et alios post se trahere quaerunt, non de Christi praeceptis instruentes suos sectatores, sed suis exemplis vivere eos suadentes, de quibus alio loco ipsa veritas ait: Docentes doctrinas hominum et mandata Dei contemnentes; qui per aliam partem ascendere quaerunt, rapere et occidere, non ut pastor salvare et conservare.* Hinc et per Hieremiam prophetam Dominus ait: *Grex,* inquiens, *perditus factus est populus meus, pastores eos seduxerunt feceruntque vagari in montibus. Omnes qui invenerunt comederunt eos, et hostes eorum dixerunt: 'Non peccavimus; pro eo, quod peccaverunt Domino, haec*[c] *passi sunt et haec fecimus'.* Hoc ipsum certe opprobrium, quod hostes Hierusalem et cives Babyloniae aliquando dixerunt, hoc etiam in se transtulerunt, qui nunc iuxta eiusdem prophetae vaticinium assumptiones falsas et eiectiones viderunt. *Non peccavimus,* inquiunt, *pro eo quod peccaverunt Domino, haec passi sunt.* Sed: *Si dixerimus,* ait Iohannes apostolus, *quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, et veritas in nobis non est.* Unde Augustinus episcopus[4]: *Ubi est,* inquit, *caritas, ibi pax, et ubi humilitas, ibi caritas. Humilitas quippe pertinet ad confessionem, quia*[d] *confitemur nos peccatores esse, caritas autem cooperit multitudinem peccatorum.* Et iterum[5]: *Signent se omnes signo crucis Christi, respondeant omnes amen, cantent omnes alleluia, baptizentur omnes, intrent ecclesiam, faciant parietes basilicarum; non discernuntur filii Dei et filii diaboli nisi caritate.* Hic est enim character ille, quo signati sumus in diem redemptionis *nostrae, *quia Dei diffusa est caritas in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis; quo,* scilicet Spiritu promissionis sancto, sicut ait apostolus, *signati estis.* Sed: *Qui acceperant characterem bestiae et adorant imaginem eius, missi sunt in stagnum ignis et sulphuris, ubi est bestia et pseudoprophetae, et cruciabuntur die ac nocte in saecula saeculorum,* sicut dicitur in Apocalypsi per Iohannem apostolum. Igitur filii Dei et filii diaboli discernuntur caritate, ex qua contingit membrorum unitatem concordare, *et*[e], *si patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra, et si gloriatur unum membrum, congaudent omnia membra.* Sed qui assumptiones falsas et eiectiones viderunt: *Non peccavimus,* inquiunt, *quia pro eo, quod peccaverunt Domino, haec passi sunt.* Haec sunt verba eorum, qui pertinent ad Babylonem, ad terrenam scilicet civitatem, qui sunt adversarii et hostes Hierusalem, quae interpretatur visio pacis[6], cuius adversarius est quoque atque hostis rex Babylonis, qui utpote gerens mysterium diaboli, principis huius mundi, erexit sibi statuam contra Deum caeli, ut adorent eum omnes, qui non pertinent ad civitatem Dei, quales etiam sunt cultores perversorum dogmatum, quae sunt doctrinae et mandata hominum, quibus utpote venientibus contra doctrinam Christi non est 'ave' dicendum, ne communicetur malignis operibus eorum.

Ps. 132, 1. Act. 4, 32. Ier. 50, 6. 7. Thren. 2, 14. 1. Ioh. 1, 8. 1. Petr. 5, 8. *p. 133. Rom. 5, 5. Eph. 4, 30. Apoc. 19, 20. 20, 10. 1. Cor. 12, 26. Thren. 2, 14. cf. Dan. 2. 2. Ioh. 10, 11.

a) *ita Aug.;* et 1. b) *deest Aug.* c) haec — fecimus *des. Vulg.* d) qua *August.* e) ut 1.

1) *Enarrat. in ps. CXXXII,* § 2. 3, *Opp. IV,* 2, *col.* 1484. 2) *Ibid.* § 6, *col.* 1487. 3) *In Ioh. evang. c.* 10, *Tract.* 45, § 3; *cf. ibid. III,* 2, *col.* 595. 4) *August. Prol. et tract.* 1, § 6, *in Ioh.. epist. ad Parthos, Opera III,* 2, *col.* 826. 830. 5) *Ibid. tract.* 5, § 7, *col.* 860. 6) *Cf. supra p.* 192. 202. 211. 225.

42. *Sed*[1] *neque hoc praetereundum,* inquiunt, *quod Wigbertus se servum servorum Dei nominat mentiendo, sanctam vero matrem ecclesiam, id est filios Dei, qui spiritu Dei aguntur, quorum conversatio in caelis est, synagogam satanae appellat.* Ergo
Matth. 5, 9. qui sunt pacifici hi dicuntur a Domino filii Dei, et qui caritatem habent, hi spiritum
Rom. 5, 5. Dei habent. Nam in exordio nascentis ecclesiae venit Spiritus sanctus super credentes, et loquebantur linguis; nunc autem, quia exterioribus signis sancta ecclesia non indiget, quicunque credens in nomine Iesu Christi fraternam habuerit caritatem, Spiritui sancto
1. Ioh. 4, 13. in se manenti testimonium perhibet, iuxta quod Iohannes apostolus docet: *In hoc,* inquiens, *scimus, quoniam Deus manet in nobis, in Spiritu quem dedit nobis.* Hoc enim agit
Rom. 5, 5. Spiritus in homine, ut in illo sit caritas, *quoniam caritas,* inquit Paulus, *diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis.* Verum quoniam multi caritatem non habentes et unitatem ecclesiae perverso dogmate scindentes nihilominus Spiritum sanctum in se [esse[a]] contendunt, recte super his sequentia sancti Iohannis
*p. 134. 1. Ioh. 4, 1. *verba nos instruunt: *Carissimi,* inquit, *nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus, si ex Deo sunt*[b], *quoniam multi pseudoprophetae exierunt in mundum. A fructibus*
Matth. 7, 16. *eorum cognoscetis eos,* dicit Dominus. Ecce enim summus pontifex sedis apostolicae arguitur mendacii, quia humilians se in omnibus appellat se servum servorum Dei, quod legitur beatus papa Gregorius primus omnium in principio epistolarum suarum scribendo satis humiliter definisse, cunctisque suis successoribus documentum hoc suae humilitatis dereliquisse[2]. Sic vero, sic sancti omnes per humilitatem ascenderunt ad exaltationem illam caelestem, de qua cecidit ille apostata angelus per superbiam, qui dixit in corde
Is. 14, 13. 14. suo: *In caelum conscendam, super astra Dei exaltabo solium meum in monte testamenti, in lateribus aquilonis, ascendam super altitudinem nubium, similis ero Altissimo.* Quam scilicet satanae altitudinem imitantur hi, qui sunt ex parte illius, quorum finis interitus,
Ps. 72, 18. de quibus et psalmista loquitur: *Deiecisti eos* inquiens, *dum extollerentur.* Postquam enim moti sunt homines ab oriente et recesserunt a vero lumine, tunc adversus Deum impietatis suae turrim aedificavere, tunc dogmatum superbias confinxerunt, curiositate volentes non licita in ipsius caeli alta penetrare; et vocatus est locus ille Babel, id est
cf. 2. Thess. 2, 7. confusio[3]. Quale mysterium iniquitatis nunc operatur per quosdam, qui dicuntur monachi, confundentes ecclesiam pariter et rem publicam perverso dogmate suo, qui adversantur et extollunt se adversus regiam potestatem et adversus apostolicam sedem, putantes legitimum non esse regnum, nisi quod per scelus fuerit quaesitum, nec idoneum esse Romanae ecclesiae episcopum, nisi per quem pandatur omnibus hereticis ianua et introitus in ovile dominicum. Novimus quidem domesticam institutionem eiusmodi mona-
Luc. 15, 16. chorum, quam vere possumus assimilare siliquis porcorum, de quibus non potuit ille saturari, quem dicit in euangelio Dominus adhaesisse uni de principibus huius saeculi, postquam dissipavit portionem paternae substantiae, tradens naturale ingenium luxui atque desidiae, cum ad imaginem Dei factus sit homo, in intellectu scilicet, in mente, in interiore homine, in eo quod intelligit veritatem, diiudicat iustitiam et iniustitiam,
*p 135. novit a quo factus est, potest intelligere creatorem suum, laudare *creatorem suum, quam scilicet intelligentiam habet qui prudentiam habet; alioqui pater mendacii diabolus aufert a cordibus hominum Dei veritatem, aufert Dei imaginem et imprimit apostasiae suae et mendatii imaginem. Cum enim a caeteris animantibus per hoc maxime differamus, quod rationale animal sumus et loqui possumus, ratio autem omnis et sermo divinis libris continetur, per quos et Deum discimus et quare creati sumus non ignoramus, mirandum est valde, quod nolunt aliqui, praecipue autem monachi, quae praeclara sunt discere, qui ne pueros quidem vel adolescentes[c] permittunt in monasteriis habere studium

a) *deest* 1. b) sint *Vulg.* c) adulescentes 1.

1) *[Idem locus supra c. 2, p. 213].* 2) *Cf. lib. I, c. 11, p. 199.* 3) *Cf. supra p. 211, n. 2.*

salutaris scientiae, ut scilicet rude ingenium nutriatur siliquis daemoniorum [1], quae sunt consuetudines humanarum traditionum; ut eiusmodi spurcitiis assuefacti non possunt gustare, *quam suavis est Dominus,* qui dicit in euangelio de talibus: *Vae vobis, scribae* Ps. 33, 9. *et pharisaei, hypocritae, qui tulistis clavem scientiae! vos enim,* inquit, *non intratis* Matth. 23, 13. Luc. 11, 52. *nec sinitis introeuntes intrare.* Igitur ignoratio divinarum scripturarum ignoratio est Christi, qui dicitur virtus Dei et sapientia Dei. Unde et per Hesaiam prophetam dicit Dominus: *Eo quod appropinquat populus iste ore suo et labiis suis glorificat me, cor* Is. 29, 13. 14. *autem eius longe est a me, et timuerunt mandato hominum me et doctrinis, ideo ego ecce addam, ut admirationem faciam populo huic miraculo grandi et stupendo; peribit enim,* inquit, *sapientia a sapientibus eius et intellectus prudentium eius abscondetur.* Ecce enim quod pro exercitio et industria naturalis ingenii apud paganos olim iniustum et turpe videbatur, hoc nunc apud monachos pro iustitia et sanctitate tenetur et colitur, sicut sunt descriptae apud eos consuetudines et laxae vestes. Unde et Quintilianus [2] in primo libro de institutione artium: *Consuetudo,* inquit, *si ex eo quod plures faciunt, nomen accipiat, periculosissimum dabit praeceptum, non orationi modo, sed, quod maius est, vitae. Ut ergo transeam,* inquit, *quaemadmodum vulgo imperiti loquuntur, consuetudinem sermonis vocabo consensum eruditorum, sicut vivendi consensum bonorum.* Hinc et Tullius [3] in rhetoricis: *Consuetudo,* ait, *ius est absque lege, hoc est absque scripto, quia lex dicitur a legendo.* *Moyses vero primus divinas leges sacris literis *p 136. explicuit [4] et populo Dei conservandas tradidit [a]; nam omne ius legibus constat et moribus. Sed, sicut Isidorus episcopus [5] scribit in libris Etymologiarum: *Lex est constitutio scripta, et mos est vetustate probata consuetudo non conscripta.* Plenitudo autem legis est caritas, quia per sacram scripturam cognoscit homo, quid sit et unde sit et quomodo sit et ad quid vel quo perventurus sit. Cognoscit etiam per sacrae scripturae scientiam beneficia Dei, gratiam Dei, dona Dei, ut perinde possit debitas gratiarum actiones referre suo creatori, suo redemptori atque salvatori. Unde et ipsa Dei sapientia loquitur per Salomonem [b]: *Sapientiam,* inquiens, *et disciplinam qui* Sap. 3, 11. *abicit, infelix est, et vacua est spes illorum in perpetuum, et labores eorum sine fructu, et inhabilia [c] sunt opera illorum.* Sicut enim scribit sanctus Augustinus [6], Deus mundum propter exercitium fecit et omnibus copiis honestavit, duas proponens causas, praesentem et futuram, caelestem et terrenam, ut ad probationem essent hominum, ut, qui spreta futura vita praesentem eligeret, carni deputaretur, qui vero praesenti futuram anteponeret, spiritalibus dignus haberetur. Sed carnales delicias spiritualibus praeferunt, qui naturale ingenium otio et desidia torpescere sinunt, qui etiam euangelio Dei propter suas traditiones non obaudiunt. *Attendite,* inquit, *a fermento pharisaeorum, quod est* Matth. 23, 5. Luc. 12, 1. *hypocrisis, qui dilatant phylacteria sua et magnificant fimbrias;* et: *Ne induamini* cf. Matth. 10, 10. *duabus tunicis,* quia *vir duplex animo inconstans est in omnibus viis suis.* Christus Iac. 1, 8 vero simplicitatem columbae nos habere docuit, qui gloriosam ecclesiam non habentem Matth. 10, 96. maculam aut rugam sibi exhibuit, id est, quae per peccatum non habeat maculam vel Eph. 5, 27. per duplicitatem rugam. Unde et Cyprianus episcopus ostendens in libro de unitate [7]

a) servandas contradidit 1. b) Solomonem 1. c) inutilia *Vulg.*

1) *Cf. verba carminis Laureshamensium monach. (SS. XXI, p. 431):*

v. 18. Factis silvestres, silvestria corda gerentes.

Cf. etiam Helmsdörfer, 'Wilhelm v. Hirschau' p. 85, n. 3, qui dubitat, an talia verba temporibus saeculi XI. congruere possint, quippe quibus dicatur scientiam scripturae sacrae unicam viam ad salutem esse. 2) *Quintil. I. 6, 44. 45.* 3) *Cicero, De inventione II, 22.* 4) *Etymol. l. V, c. 1, 1, Opp. III, p. 189.* 5) *Ibid. V, 3, 2, Opp. III, p. 192.* 6) *Ea dicere videtur, quae in Augustini Operibus III, 2, col. 839—841, in epist. Ioh. Tract. 2, § 8—12. leguntur.* 6) *Ibid. § 9, Opp. p. 217. 218.*

catholicae ecclesiae idcirco in columbae specie Spiritum sanctum venisse, ut debeamus in domo Dei, in ecclesia Christi unanimes habitare, concordes et simplices perseverare: *Haec est,* inquit, *in*[a] *ecclesia noscenda simplicitas et obtinenda, ut columbas dilectio imitetur fraternitatis, ut mansuetudo et lenitas aequetur ovibus et agnis. Quid facit in pectore christiano luporum feritas et canum rabies et venenum letale serpentium*[b] *et cruenta saevitia bestiarum? Gratulandum est,* inquit, *cum tales de ecclesia separantur, ne columbas, ne oves Christi saeva sua et venenata contagione praedentur.* *p. 137. *Cohaerere et coniungi non potest amaritudo cum dulcedine, *caligo cum lumine, pugna cum pace, tempestas cum tranquillitate. Nemo existimet bonos de ecclesia posse discedere, sed qui iactantur sicut inanes paleae tempestate, quorum*[1] *perversa mens non habet pacem, dum perfidia discordans non tenet unitatem.* Ergo longum est inter monachos certamen atque discordia de veste monachica, et apud eos, qui religiosiores[2] videntur, pro sua iactantia, apud eos, inquam, tam solemne est et celebre tamque sanctum et venerabile nomen quod est duplex vestis[3], ut reliqui per monasteria monachi nullius meriti vel momenti aestimentur ab eis, nisi induantur hac dyploide confusionis.

cf. Matth. 10, 10. Sed: *Duabus,* inquit Dominus, *tunicis ne induamini,* et: *Habentes victum et quibus*
cf. 1. Tim. 6, 8. *tegamini, his estote contenti.* Contra haec etiam divina mandata affectant laxas vestes,
cf. 2. Petr. 2, 10. qui sunt sibi in hoc quoque placentes, cum superbi secundum scripturas sanctas alio nomine appellentur sibi placentes. Sed per naturale ingenium, quo illi minus sapiunt, intellexit Lucanus[4] quidam gentilis poeta, quod laxae vestes praetendant teporem quendam et mollitiem eorum, qui desides ac pigri videntur ad virtutum exercitia:

Quicquid ad Eoos, inquit, *tractus mundique teporem*
Labitur, emollit gentes clementia caeli.
Illic et laxas vestes et fluxa virorum
Velamenta vides.

Sed sanctissimus pater Benedictus[5] describens quattuor genera monachorum: *Tertium,* inquit, *monachorum teterrimum genus est Sarabaitarum*[c], id est sibi viventium, *qui nulla regula approbati, experientia magistra, sicut aurum in fornace; sed in plumbi naturam molliti, adhuc operibus servantes saeculo fidem, mentiri Deo per tonsuram noscuntur, quibus pro lege est desideriorum voluptas, cum quicquid putaverint vel elegerint hoc dicunt sanctum, et quod noluerint hoc putant non licere*[6]. Unde et per
Eccl. 8, 14. Salomonem[d] dicitur: *Sunt impii, qui ita securi sunt, quasi iustorum facta habeant.*
Matth. 7, 13. *Sed vos, qui secuti estis me,* ait Dominus, *intrate per angustam portam, quia lata porta et spatiosa via est, quae ducit ad perditionem, et multi sunt, qui intrant per*
ib. 14. *eam. Quam angusta,* inquit, *porta et arcta via, quae ducit ad vitam! et pauci sunt, qui inveniunt eam.* Ad hanc vero quia difficilis est ascensus, ideo etiam sanctus Hieronymus[7] inter alia institutionis monita proponit monacho mysterium sui habitus: *Vis,*
*p. 138. inquiens, *scire, quales Dominus quaerat ornatus? Habeto prudentiam, iustitiam, *temperantiam, fortitudinem. His,* inquit, *caeli plagis includere, haec te quadriga in altum velut aurigam Christi ad metam concitum ferat.* Ergo sancti patres, qui vere erant

a) *ita Cypr.; deest* l. b) serpentum *Cypr.* c) Sarabattarum l. d) Solomonem l.

1) *Cyprian. de unit. eccl.* § 10, *p.* 218. 2) *Scilicet Cluniacenses sive potius Hirsaugienses; cf. Helmsdörfer, 'Wilhelm v. Hirschau' p.* 87 *sqq.; P. Giseke, 'Die Hirschauer während des Investiturstreites' p.* 28. 3) *Cf. Isid. Etym. XIX,* 24, 11, *Opp. IV, p.* 457. 4) *Phars. VIII,* 365—368. 5) *Bened. Reg. c.* 1, *Migne Patrol. LXVI, col.* 245. 246. 6) *Carm. Lauresh. (SS. XXI, p.* 432*):*

v. 69. Quod libet, id faciunt, hoc et licitum fore dicunt;
Quae nolunt, per se statuunt non illa licere.

7) *Hieronymi epist.* 52, § 13, *ad Nepotianum de vita clericorum et sacerdotum, Opera I,* 1, *col.* 265.

monachi, non verbis, sed factis, ita constituerunt et tenuerunt modum atque regulam monasticae vestis, ut esset ad aedificationem ea utentibus et ad venerationem foris eam aspicientibus. Unde, sicut egregius vir Cassianus[1] scribit in quarto libro de institutis monachorum, quidam de sanctis patribus ita instituit inter caetera quendam venientem ad conversionis studium: *Noveris,* inquit, *ab hodierno die huic mundo et actibus ac desideriis eius esse defunctum teque secundum apostolum mundo huic esse crucifixum tibique hunc mundum; considera ergo conditiones crucis, sub huius*[a] *te deinceps sacramento oportet in hac luce versari, quia iam tu non vives, sed vivet in te qui crucifixus est pro te. Eo ergo,* inquit, *habitu ac figura, qua pro nobis in patibulo fuit ille suspensus, nos quoque necesse est in hac vita degere, ut scilicet secundum David affligentes*[b] *de timore Domini carnes nostras, universas voluntates ac desideria non nostrae concupiscentiae servientia, sed mortificationi eius habeamus affixa.* Unde et monachorum pater Benedictus[2] docens, quomodo oporteat renuntiantes saeculo conversari in scola divini servitii: *Passionibus,* inquit, *Christi per patientiam participemur, ut regni eius consortes esse mereamur.* Igitur cuculla, quae minor cella interpretatur[3], — atque ideo sicut monachus est vocabulum quoddam mysterii, sic et cuculla est quaedam virtus sacramenti, super qualem scilicet spiritualem habitum legitur quidam de sanctis patribus vidisse eandem virtutem stare, quam vidit super baptismum stare — cuculla autem, id est minor cella, dicitur vestis cucullata propter cucullum, qui est capitis operimentum; de quo sic scribit quidam[4] de antiquis poetarum:

Tempora Santonico velas adoperta cucullo.

Igitur cuculla est tunica talaris et cucullata atque manicata habens speciem crucis per quattuor partes extensae, ut eum, qui crucifixus est mundo, haec quadriga ex omni parte concludat atque perducat ad caelestia, scilicet prudentia, iustitia, fortitudo atque temperantia, ita ut prudentia desursum copulata sit cum iustitia, quarum neutra potest esse sine altera, duae vero altrinsecus virtutes, id est fortitudo atque temperantia, sic sunt cognatae prioribus atque coniunctae, ut, dum dextera contendit imbecillitatem *infirmorum sustinere, sinistra contemperata sit et sollicita, ordinem, modum atque opportunitatem rebus singulis reservare. Haec iuxta sententiam beati Hieronymi[5] *et ornamento sunt et munimento*[c]*; quo scilicet monili nihil est,* inquit, *pretiosius, nihil ea gemmarum varietate distinctius, quando ex omni parte decoraris, cingeris atque protegeris.* Unde et docet liber Ecclesiasticus, quoniam: *Beatus vir, qui in sapientia morabitur, et qui in iustitia sua meditabitur et in sensu cogitabit circumspectionem Dei; statuit*[d] *casulam* sive cucullam *ad manus illius et statuit*[d] *simul filios suos sub tegmine illius, ut requiescant*[e] *bona per aevum in casula* sive in cuculla *eius.* Sicut enim scribit Isidorus episcopus[6] in libro XVIIII. Etymologiarum: *Casula est vestis cucullata, dicta per diminutionem a casa, eo quod totum hominem tegat quasi minor casa; inde et cuculla,* inquit, *quasi minor cella.* Scribit autem monachorum pater Benedictus[7]: *Sufficere,* inquiens, *credimus monachis per singulos cucullam et tunicam et scapulare propter opera.* Ecce primo facit generalem super veste monachi descriptionem, ac deinde infert numerum et qualitatem: *Sufficit enim,* inquit[8], *monacho duas cucullas habere et duas tunicas propter noctes et propter lavare*[f] *ipsas res.* Tunica quippe cum sit vestis diversarum formarum, sive fuerit linea, sive lanea, sive pellicea atque alia eiusmodi plurima, hic dicitur certe talis tunica, qualis est camisia, quarum duae a sancto Bene-

*p. 139.

Eccl. 14, 22. 25. 26.

a) cuius *Cass.* b) adfigentes *Cass.* c) tutamini *Hier.* d) statuet *Vulg.* e) et requiescent *Vulg.* f) et *add.* 1.

1) *De instit. coenob. IV, c.* 34, *ed. Petschenig I, p.* 72. 2) *Bened. Reg. Prol., Migne Patrol. LXVI, col.* 218. 3) *Cf. infra not.* 6. 4) *Iuvenal. VIII,* 145. 5) *Epist. ad Nepotianum* § 13. *l. l. col.* 266. 265. 6) *C.* 24, 17; *Opera IV, p.* 458. 7) *Bened. Regula c.* 55, *l. l. col.* 771. 8) *Ibid.*

dicto propterea unicuique monacho permittuntur, non ut simul portentur, sed ut vicissim induantur, ut, dum una lavatur, quod est 'lavare ipsas res', altera in usu habeatur; et idcirco contra praeceptum Domini vel aliorum sanctorum patrum ipse pater Benedictus nihil docuisse vel constituisse probatur. Quod autem constituit propter noctes etiam tales tunicas haberi, inde est, quod in alio regulae suae capitulo [1] praecipit, ut monachi dormiant vestiti et cingulis praecincti, quoniam camisia solet praecingi. *Cama* enim, unde dicitur camisia, *est brevis lectus*, sicut in XX. libro Etymologiarum scribit Isidorus episcopus [2]. Et supra in XVIIII. libro [3]: *Camisiae,* inquit, *vocantur, quia in his dormimus in camis, id est in stratis nostris.* Caeterum Basilius episcopus scribit in regula sua de institutione monachorum [4]: *Cum autem duas tunicas habere prohibeat sermo divinus, quomodo potest hoc suscipi? Nihil inde possumus dicere, cum manifesta diffinitione* *descriptum sit, *in qua dicitur: 'Qui habet duas tunicas, det non habenti'; ex quo sine dubio plurimas* [a] *habere illicitum est. Quibus ergo habere duas tunicas non licet, his quomodo aliquid de diversitate indumentorum praecipi potest? Quae autem,* inquit, *postmodum introducta sunt humanae vitae artificiis, luxuriae ingenio sunt conquisita.* Legitur enim in ecclesiastica historia, quod Montanus [5] quidam hereticus duplicis vestimenti auctor extiterit, et quod sectatores eius initium sumpserint ex imperitia, et cum praeceperit Dominus duas tunicas non portari nec vestiri ambitione pharisaica, eos omnia agere contraria et ea simul acquirere et congregare, quae Dominus etiam habentes iubet abicere. Proinde etiam ait in euangelio Dominus: *Qui non baiulat,* inquiens, *crucem suam et venit, non potest meus esse discipulus.* Crux quippe Domini non illa tantum dicitur, quae passionis tempore ligni affixione construitur, sed illa, quae totius vitae curriculo cunctarum disciplinarum virtutibus coaptatur. Unde et in signo crucis describitur non solum tota monachi vita et institutio, sed omnis christiana actio, bene operari in Christo et ei perseveranter inhaerere, caelestia sperare, sacramenta non profanare, ut, sicut ait apostolus, *in caritate radicati et fundati possimus comprehendere cum omnibus sanctis, quae sit latitudo et longitudo et sublimitas et profundum,* id est crucem Domini, cuius latitudo dicitur in transverso ligno, quo extenduntur manus, longitudo a terra usque ad latitudinem ipsam, quo a manibus et infra totum corpus affigitur, altitudo de latitudine sursum usque ad summum, quo adhaeret caput, profundum vero, quo terrae infixum absconditur. Ergo, sicut dictum est, cuculla est tunica talaris et cucullata atque manicata, ubi quasi per quendam paedagogum docentur superius comprehensa sanctae crucis mysteria, ut in latitudine sit caritas bene operandi, in longitudine perseverantia firmiter inhaerendi, in altitudine contemplatio caelestis vitae, inscrutabilia in profundo Dei iudicia, unde ista in homines venit gratia. Sicut enim monachus est vocabulum quoddam mysterii, sic et cuculla est quaedam virtus sacramenti, quale scilicet vestimentum sic metitur in regula sua sanctus Basilius episcopus [6] iuxta doctrinam et praeceptum apostoli, ut nec brevius sit nec grandius, quam ad staturam monachi. Quam certe sententiam confirmat sanctus pater Benedictus [7]: **Abbas,* inquiens, *provideat de mensura, ut non sint curta ipsa vestimenta utentibus ea* [b]*, sed mensurata.* Nam sanctus Augustinus episcopus scribit in libro de beata vita [8]: *Modus,* inquiens, *ubique servandus est, ubique amandus, si vobis cordi est ad Deum reditus. Modus enim animi est sapientia, quae et Dei est sapientia, id est*

*p. 140. Luc. 3, 11.

*p. 141.

Eph. 3, 17. 18.

Joh. 14, 27.

a) plurimos 1. b) eis *Bened.*

1) *Bened. Regula c.* 22, *l. l. col.* 344. 2) *L. XX, c.* 11, 2; *Opera IV, p.* 508. 3) *L. XIX, c.* 22, 29; *ibid. p.* 452. 4) *S. Basilii Reg., resp.* 23, *Opera ed. Bened.* 1722, *II, p.* 369. 5) *Eusebii hist. eccl. (sec. vers. Rufini) V, c.* 17: initium sumunt ex imperitia; *c.* 18: Cum enim Dominus *etc.*, isti in omnibus contraria gerunt adquirentes et congregantes ea, quae Dominus etiam habentes iussit abicere. 6) *Cf. Basilii Opera I,* 324. 471. 7) *Bened. Reg. c.* 55. *l. l. col.* 771. 8) § 36. 32. 34. 35, *Opp. I, col.* 311. 312.

Christus; qui etiam cum veritas sit, neque[a] *veritas*, inquit, *sine modo neque modus sine veritate unquam fuit, et ideo verum omne quod loquimur Dei esse probatur.* Unde et Dominus excitans in nobis intellectum, ubi homo ad imaginem Dei factus est: *Estote,* Matth. 5, 48. inquit, *perfecti, sicut Pater vester caelestis perfectus est.* Omnia enim in mensura et cf. Sap. 11, 21. numero et pondere creavit Deus. Optimus est autem in omni re modus et laudabilis ubique mensura; *sed in bonis quoque rebus quicquid modum excesserit vitium est,* sicut Hieronymus[1] ait. Per consuetudinem autem turpe coepit non videri, quod est turpe, quia recedit pudor blandiente consuetudine, ideoque pro virtutibus ducuntur ea quae sunt vitiosa, et pro honestate quae sunt inhonesta, quae omnia peccatores et apostatae angeli suis artibus prodiderunt, quando ad terrena contagia devoluti a caelesti iugo recesserunt. Ergo templum et altare et adorantes in eo mensurantur, sicut in libro Apocalypsis legitur; atrium autem, quod foris templum est, eici foras iubetur, ut non Apoc. 11, 1. 2. metiatur. Latitudo quippe praesentis vitae per atrium significatur, atque ideo metiendi non sunt qui foris templum sunt, qui per atrium designantur, quia angusta porta est, Matth. 7. 14. quae ducit ad vitam, et latitudo vitae pravorum non admittitur ad mensuras et regulas electorum. Unde etiam praecepit in euangelio Dominus constitutos in agro et opera- Matth. 24, 18. tione virtutum non reverti retro vel aliquid de domo pristinae conversationis tollere, et ne alteram quidem tunicam tollere, quam apostoli prohibentur habere. Sed quia ocio- ib. 10, 10. sitas inimica est animae, ideo propter opera tantum constituit sanctus Benedictus alteram cucullam, quae dicitur scapulare, eo quod eiusmodi vestis apta sit caput tantum et scapulas tegere. Sic enim scribit et docet beatus Basilius[2] in regula sua de institutione monachorum: *Re vera,* inquiens, *necessarium videtur eum, qui manuum opere uti in aliquo debet, expeditum esse et in omnibus praeparatum ac sine ullo impedimento inveniri ad omne boni operis ministerium.* Vidimus nos aliquando vestem cucullatam, parvam quidem, sed ita moderatam, ut desuper usque *ad renes tantum defluere et *p. 142. utrimque usque ad humerorum confinia pertingeret, qualis certe forma atque mensura proprie dicitur scapulare, quod monachis propter opera tantum assignatur ex mandato regulae, quia ibi exprimitur utrimque, ut et monachus singularitatis suae custodiam per vestem cucullatam attendat et per brevitatem eius simul et per brachiorum nuditatem magis explicitus et impiger ad opera fiat. Rara autem est nunc apud monachos et inusitata eiusmodi vestis, quia pauci aut omnino nulli istius temporis monachi student more patrum labori aut exercitio operis, cum apud antiquos patres fuerit usitatum, ut nullum susciperent in consortium suum, nisi probatus hoc meruerit per operis exercitium, quod orationum studia atque lectionum praecipue valent[b] contra impugnationes vitiorum. Unde et Sarabaitas[c], hoc est sibi viventes, appellat sanctus Benedictus[3] tertium genus monachorum: *Quoniam nulla,* inquit, *regula approbati experientia magistra sicut aurum in fornace; sed in plumbi naturam molliti adhuc operibus servantes saeculo fidem mentiri Deo per tonsuram noscuntur, quibus pro lege est desideriorum voluptas, cum quicquid putaverint vel elegerint hoc dicant sanctum, et quod noluerint hoc putant non licere.* Hinc beatus Hieronymus[4] scribit ad sacram virginem Eustochium: *Tria,* inquiens, *sunt genera monachorum, ex quibus tertium est deterrimum atque neglectum, et quod in nostra provincia aut solum est aut primum, apud quos,* inquit *affectata sunt omnia, laxae manicae, caligae follicantes, vestis grossior, crebra*

a) sicque 1; *Schardius emendavit.* b) valet 1. c) Sarabattas 1.

1) *Hieronymi Comment. in Isaiam l. IX, c. 30; Opp. IV, col.* 411. 2) *S. Basilii Reg., resp.* 23, *Opera II, p.* 368. 369; *cf. Helmsdörfer l. l. p.* 85—90. *De vestitu monachorum cf. Mabillon, AA. SS. saec. IV,* 2, *praef. p.* 71. *et saec. V, praef. p.* 30; *Gerbert, Historia Nigrae Silvae I, p.* 340; *Haeften, Benedictus illustratus, Antwerp.* 1644. 3) *Benedicti Reg. c.* 1, *cf. supra p.* 276, *n.* 5. 4) *Hieron. Epist.* 22. *ad Eustochium* § 34, *Opera I, col.* 116. 117.

suspiria, detractio clericorum, et si quando dies festus venerit, saturantur ad vomitum. Sed[1] *quia sciunt monachorum nomen*[a] *gloriosum, sub ovium pellibus lupos tegunt, Christum mentitur Antichristus, et turpitudinem*, inquit, *vitae falso nominis honore*
1. Tim. 6, 9. *convestiunt*, qui etiam, dum erubescunt pro Christo gloriosam cum apostolo suscipere nuditatem, incidunt in temptationem et laqueum diaboli et desideria multa et inutilia et noxia, quae mergunt homines in interitum et perditionem.

43. Consideranda sunt haec, quae sancti patres conscribunt super eo genere monachorum, quod nunc in nostra quoque provincia[2] aut primum est aut solum, quales etiam in publicum iam emerserunt exitium, concitantes regnum adversus regnum[3], qui
*p. 143. non ab apostolica sede quidem abstinuerunt, sed multa contra *eam gesserunt, scripserunt et docuerunt, ideoque etiam a catholica ecclesia apostataverunt, qui in cathedra pestilentiae sederunt, et supra altitudinem nubium sedem suam posuerunt; quale scilicet mysterium iniquitatis praetendunt in veste sua, utentes capitio tunicae pro cuculla, quae dicitur minor cella et habet speciem crucis, sicut dictum est supra. Unde et beatus Iob, qui interpretatur dolens[4] et tenet typum vel Christi vel ecclesiae, conqueritur se circumdari multitudine hereticorum, quales sunt fabricatores mendacii et cultores perversorum dogmatum: *In multitudine*, inquit, *eorum consumitur vestimentum meum, et quasi capitio tunicae sic cinxerunt me.* Tunicae vero capitium circumdat induentis collum, collum autem si stringitur, vocis usus et vitalis flatus necatur. Corpus ergo ecclesiae quasi capitio tunicae cingunt, qui constrictis doctrinae salutaris praedicatoribus velut eius collum prementes in ea claudere iter vocis volunt; quale scilicet mysterium iniquitatis praetendunt plures monachi in veste sua[5], per quos fiunt et facta sunt scismata atque hereses in ecclesia, qui etiam a matre filios segregant, oves a pastore sollicitant, Dei sacramenta disturbant, qui etiam, Dei traditione contempta, alienas doctrinas appetunt et magisteria humanae institutionis inducunt; qualem scilicet consuetudinem solent defendere ac roborare per sancti patris Benedicti[6] testimonium, quo dicit peregrinum quemque monachum consuetudine loci, quam invenerit, simpliciter fore contentum. Sed necesse est ex ipsius patris sententia discernere, quod voluerit peregrinum aliquem monachum, utpote adhuc incognitum et forte rudem atque indisciplinatum, tenere in consuetudinis propositione, cum idem pater adprime eruditus divina lege et satis exercitatus studio moralis scientiae videatur consentire cum caeteris doctoribus[7], qui dicunt morem esse consensum omnium simul habitantium, qui inveteratus consuetudinem facit, sicut est assurgere maioribus et vultum atque incessum et sermonem atque habitum ita moderari ac gerere, ut honestas naturae perpendatur ex morum probitate. Nam ipse pater Benedictus[8] testatur se regulam descripsisse, *ut hanc*, inquit,
cf. Ps. 1, 1; Is. 14, 14.
Iob. 30, 18.

a) virginale vocabulum *Hier.*

1) *Hier. ep.* 22. *ad Eustoch.* § 38, *Opp. I, col.* 121. 2) *[Cf. P. Giseke, 'Die Hirschauer während des Investiturstreites', Gotha* 1883, *p.* 106 *sqq.; Berger, 'Zur Kritik der Streitschrift de unitate ecclesiae conservanda' p.* 3*].* 3) *Cf. verba Carm. Lauresh. mon. (SS. XXI, p.* 433*):*

v. 117. Scismatis errorem totum spargendo per orbem.
Unde super regnum nunc constat surgere regnum
Et contra gentem bellis confligere gentem.

4) *Isid. Etymol. l. VII, c.* 6, 42, *Opp. III, p.* 321. 5) *Cf. Carm. Lauresh. (SS. XXI, p.* 432*):*

v. 76. Hii per tonsuras grandes grandesque cucullas
Audent mentiri Christo, plane pharisei.

6) *Bened. Reg. c.* 61. *l. l. col.* 853. 7) *Cf. Hieronymi Opera I, col.* 120. 268*; Basilii Opera II, p.* 576*; Sozomeni Hist. eccl. I,* 12*; Cassianus de inst. II,* 15. *IV,* 16, *ed. Petschenig I, p.* 30. 57. 8) *Reg. c.* 73, *col.* 929*; cf. Helmsdörfer l. l. p.* 85, *n.* 3*; Berger, 'Zur Kritik der Streitschrift de unit. eccl. cons.' p.* 31.

observantes, in monasteriis discant aliquatenus vel honestatem morum aut initium conversationis tenere; caeterum posse eos, qui ad perfectionem conversationis festinant, per doctrinas sanctorum patrum et per instituta eorum ad celsitudinem perfectionis venire, cum sermo divinus et auctoritas veteris ac novi testamenti rectissima sit norma vitae humanae; ideoque, ait[1], *nihil debet abbas extra praeceptum Domini, quod absit*[a], *aut docere aut constituere vel iubere, sed iussio eius vel doctrina fermentum divinae iustitiae in discipulorum mentibus conspergatur. Oportet autem,* inquit[2], *abbatem esse doctum lege divina, ut sit unde proferat nova et vetera.* Sicut enim dicit Dominus per Hieremiam prophetam: *Stultus est omnis homo a scientia, et opera eorum vana sunt et risui digna.* Ergo, licet Moyses sit, licet Petrus aut[b] Paulus sit, in nihilum deputabitur cuncta eorum absque Deo sapientia, a quo est omnis modus, omnis spes, omnis ordo, omnis species et omnis iustitia. Sed convalescente iniqua consuetudine, hic error tanquam lex apud eos est custoditus; de qualibus scribit Cassianus[3] ad Castorem episcopum in libris de regulis monachorum et institutionibus. *Multi,* inquit, *per diversas regiones pro arbitrio suo, habentes quidem, ut apostolus ait, zelum Dei, sed non secundum scientiam, diversos modos ac regulas sibimet constituerunt, et tot propemodum regulae sunt usurpatae, quot etiam monasteria cellaeque constructae sunt; ideoque constat has diversitates per provincias usurpatas esse, quia necdum seniorum institutionibus eruditi, nescientes quidem ordinem disciplinae, monasteriis praeesse festinant et abbates ante quam discipuli quod libitum fuerit observari decernunt, promptiores suorum inventorum exigere custodiam, quam examinatam maiorum servare doctrinam. Super*[4] *hac re,* inquit, *viri et vita nobiles et sermone scientiaque praeclari multa iam opuscula desudarunt, sanctum Basilium et Hieronymum dico aliosque nonnullos, quorum tenor*[c] *scisciantibus fratribus super diversis institutis vel quaestionibus non solum facundia, verum etiam divinarum scripturarum testimoniis copioso sermone respondet.* Unde et legitur in ecclesiastica historia[5] de priorum patrum temporibus, quomodo restiterunt lupis gregi dominico insidiantibus, qui nunc plus abundant istis novissimis diebus. *Igitur hereticis,* inquit, *per omnem locum zizaniorum modo pura verbi Dei semina maculantibus et areas apostolicae doctrinae adulterina admistione polluentibus, ex omni parte sacerdotes Domini, velut vigilantes agricolae, excutere et expurgare eorum mala semina nitebantur et tanquam solliciti pastores insidiantes lupos gregibus Christi clamoribus simul insectationibusque repellere, commonendo fratres, instruendo, scribendo etiam longe positis, ipsos, sicubi coram deprehendissent, in communi perurgendo et verborum luctamine ac disputationum certamine prosternendo, alii etiam posteris consulendo, quaestiones eorum et perversas obiectiones editis commentariis confutando.* Hinc etiam sanctus Leo papa[6]: *Non est,* inquit, *omnino ferendum, sed*[d] *profanis erroribus etiam quorundam sacerdotum corda consentiunt, vel, ut mitius dixerim, non resistunt. Qua conscientia honorem sibi sacerdotii praestitum vendicant, qui pro animabus sibi creditis non laborant? Bestiae irruunt, et ovium septa non claudunt. Fures insidiantur, et excubias non praetendunt. Morbi crebrescunt, et remedia nulla prospiciunt. Cum autem illud addunt, ut his, qui sollicitius agunt, consentire detrectent et impietatibus*[e] *olim toto orbe damnatis*[f] *subscriptionibus suis anathematizare dissimulent, quid de se intelligi volunt, nisi quod non*[g] *de numero fratrum, sed de parte sint hostium?* Et iterum idem[7] qui supra, scilicet Leo papa: *Non sit perversis,* inquit, *liberum simulare*

*p. 144.

cf. Matth. 13, 52.

Ier. 10, 14. 15.

Rom. 10, 2.

*p. 145.

a) *ita Bened.;* quod sit 1. b) ut 1. c) anterior *Cass.*. d) si *Leo.* e) impietates *Leo.* f) damnatas *Leo.* g) *ita Leo; deest* 1.

1) *Bened. Reg. c.* 2, *Migne Patrol. LXVI, col.* 263. 2) *Locum non inveni.* 3) *Cass. de Instit. coenob. lib. II. c.* 2. 3, *ed. Petschenig p.* 18. 20. 4) *Ibid. Instit. praef. p.* 5. 5) *Eusebii Hist. eccl. IV, c.* 24, *sec. vers. Rufini.* 6) *Ep.* 15 *ad Turribium, Opp. I, col.* 708. 709. 7) *L. l. col.* 707, *c.* 16, *cf. supra p.* 253, *n.* 4.

quod fingunt, ne sub velamine nominis christiani decretorum imperialium statuta declinent; quia ideo ad catholicam ecclesiam cum tanta cordis diversitate conveniunt, ut quos possint suos faciant et legum severitatem, dum se nostros mentiuntur, effugiant. Sicut enim ait sanctus Augustinus[1]: *Inimici Christi ita sentiunt nullum sibi esse pondus auctoritatis ad suadendum quod profertur*[a] *contra doctrinam Christi, dum*[b] *si non habent*[c] *nomen Christi.* De caetero *Deus patientiae et solatii det vobis, fratres, id*
Rom. 15, 5, 6. *ipsum sapere in alterutrum secundum Iesum Christum, ut unanimes uno ore honorifi-*
ib. 16, 27. *cetis Deum et patrem domini nostri Iesu Christi, cui est honor et gloria in saecula saeculorum. Amen.*

LIBER III.

1. *Deus itaque summus et verus cum verbo suo et Spiritu sancto, quae tria unum sunt, Deus unus, omnipotens et factor omnis animae atque omnis corporis, cuius sunt participatione felices*[d]*; qui fecit hominem rationale animal ex anima et corpore, qui eum peccantem nec impunitum esse permisit nec sine misericordia dereliquit, qui bonis et malis essentiam etiam cum lapidibus, vitam seminalem cum arboribus, vitam sensualem etiam cum pecoribus, vitam intellectualem cum solis angelis dedit, a quo est*
*p. 146. *omnis modus, omnis species, omnis ordo, a quo *est mensura, numerus, pondus, a quo est quicquid naturaliter est, cuiuscunque generis est, cuiuslibet aestimationis est, a quo sunt semina formarum, forma seminum, motus seminum atque formarum, qui dedit et carni originem, pulchritudinem, valetudinem, propagationis foecunditatem, membrorum dispositionem, salutem concordiae, qui et animae irrationabili memoriam dedit, sensum, appetitum, rationali autem insuper mentem, intelligentiam, voluntatem, qui non solum caelum et terram, nec solum angelum et hominem, sed nec exigui et contemptibilis animantis viscera, nec avis pennulam nec herbae flosculum nec arboris folium sine suarum partium convenientia et quadam veluti pace dereliquit: hic nullo modo est credendus regna hominum, eorum dominationes et servitutes a suae providentiae legibus alienas esse voluisse,* sicut scribit sanctus Augustinus in libro quinto de civitate Dei[2], asserens veritatem catholicae fidei; quam certe fidem catholicam cum nos teneamus et confiteamur, tamen heretici esse et scismatici ab hominibus externae communionis
1. Petr. 2, 13, 14. inscribimur, quoniam iuxta doctrinam atque mandatum beati Petri apostoli nos subditi sumus regi tanquam praecellenti sive ducibus tanquam ab eo missis, et quia etiam communicamus pontifici apostolicae sedis. Sed qui debeant aestimari vel catholici vel heretici, poterit ex studio alterutrorum colligi, iuxta quod in superiori libro[3] aliqua eorum gesta et mores descripsimus. Cum nostri denique adversarii exeuntes[e] a nobis, non nos ab illis, fecerunt scisma in ecclesiastico corpore, professi etiam in scriptis suis se defendere partem sui papae Gregorii, qualibus certe scribit apostolicus doctor Gelasius[4]: *Tollatur ergo,* inquit, *nomen e medio, quod ecclesiarum discretionem procul a catholica communione operatur, ut sincera pax fidei communionisque reparetur et unitas;* et tunc quis nostrum contra venerandam vel insurrexerit vel nitatur insurgere vetustatem, competenter et legitime perquiratur, et illic apparebit, quis modesto proposito custodiat formam traditionemque maiorum, quis supra haec inreverenter insiliens,
cf. Phil. 2, 6. quis rapina aequalem posse fieri arbitretur.

a) proferunt *Aug.* b) *deest Aug.* c) habeat *Aug.* d) *desunt verba Augustini:* quicumque sunt veritate, non vanitate felices. e) exigentes 1.

1) *August., De consensu euangel. lib. I, c.* 14, § 22, *Opera III,* 2, *col.* 10. 2) *C.* 11, *Augustini Opera VII, col.* 126. 3) *Ex his verbis apparet Walramum disputationem suam in tres libros divisisse, et ab hoc capite tertium librum incipere.* 4) *Ep.* 12. *ad Anast. imp. c.* 9, *ed. Thiel, p.* 356.

2. Haec hactenus; nunc vero, sicut supra promisimus[1], de scriptis Clementis papae disseremus, probantes ea fidei catholicae esse, quae vir quidam iniquus et dolosus quaerit pervertere *falsissima interpretatione, qui etiam plura praeter hanc, quam *p. 147.
adhuc in manu tenemus, epistolam profitetur se scripsisse contra eundem pontificem apostolicae sedis: *In libello,* inquiens, *quem fecimus tibi scribi, optime ad omnia respondetur his, quae in Wigberti epistola invenis.* Sed quis sit ad quem scribat, textus scripturae non indicat, cum nec proprii nominis nec eius, ad quem scribitur epistola, vocabuli mentionem aliquam scriptor fecerit, qui etiam in exordio ipsius epistolae dicit, quod salutationem ei praefigere nolit, cum praecipiat Paulus apostolus fratres salutare se invicem in osculo sancto: *quod signum,* inquit, *salutationis in omni epistola ita scribo;* 2. Thess. 3, 17.
atque ideo rogamus, ait, *vos fratres per adventum domini nostri Iesu Christi et nostrae congregationis in id ipsum, ut non cito moveamini a vestro sensu neque terreamini neque per* ib. 2, 2, 1. 2.
spiritum neque per sermonem neque per epistolam tanquam per nos missam, scientes, quomodo oporteat vos conversari in domo Dei, quae est ecclesia Dei vivi, columna et firmamen- 1. Tim. 3, 15.
tum veritatis et manifestae magnum sacramentum pietatis. Ecclesia quippe Dei dicitur columna in his esse, qui scilicet firmiores cum eodem apostolo Paulo solent imbecillitates infirmorum sustinere, in quibus est etiam firmamentum veritatis, quia veritatem ipsi euangelii confirmant verbis et miraculis. Sed magnum quidem sacramentum pietatis ipsa dicitur ecclesia, quoniam, attestante beato Iob, *pietas est sapientia, abstinere* Iob 28, 28.
autem a malis est scientia. Pietas quippe, quae est Dei cultus, Graece dicitur theosebia, quoniam ad colendum Deum soli ecclesiae competit religio sancta atque sincera. Sed sicut scribit Augustinus in libro de vera religione[2]: *Paria quidem sacramenta celebrant heretici, quamvis sententia dispares sint, qui, dum errores suos animosius defendere quam cautius corrigere malunt*[a], *exclusi a catholica communione et a participatione quamvis parium sacramentorum, propria vocabula propriosque conventus non in sermone tantum, sed etiam superstitione merentur, ut Photiniani*[b] *et Arriani,* et qui nostris temporibus emerserunt Paterini, de quibus postea sumus[c] dicturi. *Sunt*[3] *autem* (III)
sacramenta baptismus[d], *chrisma et corpus et sanguis, quae ob id sacramenta dicuntur, quia sub tegimento corporalium rerum virtus secretius salutem eorundem sacramentorum operatur. Unde et a secretis virtutibus vel a sacris *sacramenta dicuntur, quae ideo fructuose* *p. 148.
penes ecclesiam fiunt, quia sanctus in ea manens Spiritus eorundem sacramentorum effectum latenter operatur; atque ideo nec bonorum meritis dispensatorum haec dona amplificantur nec malorum attenuantur, quae vivificat Spiritus sanctus, quia neque qui plantat 1. Cor. 3, 7.
neque qui rigat aliquid est, sed qui incrementum dat Deus. Horum enim quodlibet sacramentum si verbis euangelicis in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti aliquis etiam hereticus consecraverit, illa sanctitas sacramenti verbis euangelicis consecrata vere integra manebit, quamvis fides illius, sub eisdem verbis aliud opinata quam catholica veritas docet, non sit integra, sed fabulosis falsitatibus inquinata. Unde Augustinus in libro cuius titulus est de unico baptismo[4]: *Non itaque,* ait, *ideo non sunt sacramenta Christi et ecclesiae, quia eis illicite utuntur non solum heretici, sed etiam omnes iniqui et impii; sed tamen illi,* inquit, *corrigendi et puniendi, illa vero agnoscenda et veneranda sunt; quia*[5] *nec ipsa creatura, quam Deus condidit, mala est nec verba euangelica in quibuslibet errantibus reprehendenda sunt, sed error ipsorum, in quibus et sacramenti integritas honoratur et mentis vanitas emendatur.*

a) maluit 1; *Schard. emendavit.* b) Photini 1. c) simus 1; *Gold. emend.* d) baptismus *om.* 1, *add. Gold.*

1) *Lib. II, c.* 21, *p.* 238, *ubi Walramus dixerat:* sicut probabimus in sequenti libro. 2) *C.* 5, § 9, *Augustini Opera I, col.* 751. 3) *Isid. Etym. l. VI,* 19, 39—42, *Opp. III, p.* 285. 286. 4) *C.* 7, § 11, *ibid. IX, col.* 531. 532. *Verba minime consentiunt.* 5) *Sequentia alio loco quaeras.*

3. Proinde Clemens papa arguit eos, qui aliter credunt de ipsis sacramentis Christi et ecclesiae, asserentes ea extra ecclesiam sacramenta non esse, qui etiam, cum fidem catholicam non habeant, sese catholicos appellant, caeteros autem, qui multo rectius quam ipsi credunt, hereticos atque scismaticos esse diiudicant. *Sciendum vero,* inquiunt, *quod Wigbertus*[1] *arguit catholicos asserere illa, quae fiunt extra ecclesiam, sacramenta non esse nec aliud quam*[a] *damnationem cuiquam conferre, astruens tam extra quam intra catholicam ecclesiam haec omnia rata et vera existere, assumitque in testimonium assertionis suae Augustini sententiam in quodam tractatu in euangelium Iohannis contra rebaptizatores editam*[2]. *'Ita ergo', inquit Augustinus, 'nec foris sicut nec intus quisquam, qui ex parte diaboli est, potest vel in se vel in quoquam maculare sacramentum, quod Christi est'. Quam et nos,* inquiunt, *sententiam fideliter amplectentes respondemus hoc Augustinum de solo, unde tunc agebatur, baptismi dixisse sacramento.*
*p. 149. Notate obsecro, notate utrorumque verba, *ut pariter proficiamus in fide catholica; quod nobis praestare dignetur qui sine fine vivit et regnat! Amen.[b]

a) aliquam 1; *sed cf. Libell. de lite I, p.* 623. b) Libri de unitate ecclesiae, paceque conservanda ab Hutteno equite Germano in bibliotheca Fuldensi nuper reperti finis. In aedibus Ioannis Scheffer Mo guntini mense Martio Anno MDXX. *addit* 1.

1) *Cf. lib. II, c.* 4, *p.* 215. 2) *De baptismo contra Donatist. l. IV, c.* 12, § 18, *Opp. t. IX, col.* 132; *cf. Libell. de lite I, p.* 625.

WALRAMI ET HERRANDI EPISTOLAE DE CAUSA HEINRICI REGIS CONSCRIPTAE.

RECOGNOVIT

ERNESTUS DÜMMLER.

Scriptor ignotus, qui anno 1147. *in monasterio S. Disibodi (Disibodenberg vel Disenberg) ad flumen Naham sito annales compilavit, ex auctore temporum Heinrici IV. regis aequali*[1], *partis pontificiae assecla, epistolas quoque duas integras recepit a Walramo et Herrando episcopis de causa regis scriptas mutuas, de quibus infra verba ipsius afferre liceat.*

De Walramo, quem annales S. Disibodi Waltramum vocant, supra (p. 180*) iam satis expositum est, Herrandus, adversarius eius vehementissimus, primo abbas Ilseneburgensis*[2], *tum anno* 1090. *episcopus Halberstadensis electus*[3], *ab Urbano II, qui et Stephani nomen ei imposuit*[4], *anno* 1094. *ineunte consecratus est*[5]. *Quamquam amici morum integritatem et scientiam literarum in eo multum laudant*[6], *episcopatu tamen vix potitus anno* 1102. *obiit*[7]. *Martyrium Burchardi Halberstadensis episcopi a.* 1088. *Goslariae interempti breviter descripsit*[8]. *Cum Ludowico Thuringiae comite, in cuius*

1) *Cf. de hoc auctore deperdito Wattenbach, 'Geschichtsquellen Deutschlands' II, p.* 76. 396; *Giesebrecht, 'Deutsche Kaiserzeit' III, p.* 1065. 2) *Annalista Saxo a.* 1070 *(SS. VI, p.* 698*):* Herrandus, quem Burchardus episcopus Ilseneburgensi cenobio ad informandam, que ibi tepuerat, monachicam religionem prefecerat; *Gesta episcop. Halberstad. (SS. XXIII, p.* 101*):* Herrandus Ilseneburgensis abbas, vir religiosus et pacificus. 3) *Annal. Saxo* 1090, *Ann. Rosenveld.* 1090 *(SS. VI, p.* 726; *XVI, p.* 101*):* Herrandus abbas qui et Stephanus Halberstadensis episcopus electus est. 4) *Cf. literas eius (Jaffé, Bibl. V, p.* 164*):* Herrandus, cui nos Stephani nomen inposuimus. 5) *Die* 29. *Ianuarii* 1094, *Jaffé, Reg. pontif. nr.* 5505—5507; *Schmidt, 'Urkundenb. d. Bist. Halberst.' I, p.* 77—80, *Jaffé, Bibl. V, p.* 163. 164, *Gesta episcop. Halberstad. l. l.* 6) *Gesta episc. Halberst., Ann. Reinhardsbrunn. a.* 1093 *(ed. Wegele p.* 18*):* Errandus . . . vir morum gravitate, librorum scientia omnique vite merito laudabilis; *Gesta archiepisc. Magdeburg. (SS. XIV, p.* 408*):* Herrandus vita et habitu vere monachus et sane partis electione Halverstadensis episcopus. 7) *Ann. Saxo* 1100 *(SS. VI, p.* 733*):* Herrandus . . ab hereticis expulsus est; *Ann. Rosenveld.* 1102 *(SS. XVI, p.* 102*):* Herrandus, qui et Stephanus, Halberstadensis episcopus et legatus domni apostolici plurimum persecucionis pro iusticia perpessus IX. Kal. Nov. presentem vitam finivit in Domino. 8) *Wattenbach, 'Deutschlands Geschichtsquellen' II, p.* 75, *cf. supra p.* 257, *n.* 4.

nomine Walramo respondet, eum artius coniunctum fuisse inde concludamus oportet, quod instinctu eius Ludowicus monasterium Reinhardesbrunnense condidisse dicitur[1].

De tempore, quo epistola utraque scripta sit, annalium auctorem, qui hanc controversiam anno 1090. *assignat, ducem sequi non licet, immo hoc definire opus est post mortem Ecberti marchionis et divortium Adalheidae reginae, annis igitur* 1094—1095, *id demum fieri potuisse*[2]. *Vir b. m. Knochenhauer in opere posthumo de Thuringiae historia composito*[3], *an epistolae nostrae genuinae essent, temere et sine iusta causa in dubium vocavit.*

Codex, cui annales S. Disibodi debemus, saeculo XIV. scriptus, nunc in bibliotheca publica Francofurtensi nr. 104. *signatus, mendis minime caret. Ex editione Waitziana (SS. XVII, p.* 9—14*) epistolas locis nonnullis emendatas ac testimoniis auctorum laudatorum auctas repetimus.* *E. DÜMMLER.*

p. 9. 1090. Waltramus autem Numburgensis[a] ecclesiae antistes, cum esset praecipue favens Henrico regi, missis litteris ad Luodewicum comitem, suggerens ei, ut se subdens saepe iam dicto regi tueretur partes eius. In quibus litteris, tamquam pro defensione ordinationis Dei, re autem vera favendo regi laborans, beatae memoriae Gregorio papae et piae recordationis Ruodolfo regi, et aliis principibus, qui iam in sompno pacis requieverant, obloquendo detraxerat; dicens eos, quasi non fuerint, sic perisse; affirmans eis malum principium fuisse, quos finem pessimum contigisset habuisse. Quarum litterarum modus iste est:

p. 10. 'Waltramus Dei gratia id quod est, Ludewico serenissimo principi, cum instantia orationum semet ipsum ad omnia devotissimum. Omni regno utilis est concordia, desiderabilis est iustitia. Haec enim virtus mater est probitatis et conservatrix totius honestatis. Qui autem intestina grassando dissensione ad humani sanguinis alios irritat
Ps. 5, 7. effusionem, profecto vir sanguinum est atque[b] illius particeps, qui nostrum sanguinem[c]
1. Petr. 5, 8. sitiens semper *circuit, quaerens quem devoret.* Tu igitur, gloriosissime princeps, attendens, quomodo Deus pacis est et non dissensionis, quod ex te est, cum omnibus pacem
Rom. 15, 33. 1. Ioh. 4, 16. habeas. *Deus caritas est,* diabolus odium. *Tota lex et prophetae,* in dilectione *pendent.*
Matth. 22, 40. 1. Ioh. 3, 15. Qui autem *odit fratrem suum, homicida est,* nec habet partem in regno Christi et Dei. Hoc ipsa veritas, hoc discipulus ille veritatis protestatur, qui de pectore dominico euangelii profundius potatus veritatem, fluminis impetu laetificat habundantius civitatem Dei.
Act. 9, 15. Sed ille, *vas electionis,* qui usque ad tertium caelum raptus, non secundum hominem, sed per revelationem Ihesu Christi, euangelium suum didicit: *Omnis,* inquit, *anima*
Rom. 13, 1. 2. *potestatibus sublimioribus subdita sit. Non est enim potestas nisi a Deo. Qui autem resistit potestati, Dei ordinationi*[d] *resistit.* Sicut amici nostri inter mulierculas et simplex vulgus sompniant, regiae potestati subdi non oporteat; falsum est ergo, quod omnem animam potestati subdi oporteat. Sed numquid veritas mendacii arguenda est?
1. Cor. 10, 22. An experimentum quaerant eius, qui in apostolo loquebatur Christus? *An aemulemur Dominum? Numquid fortiores illo sumus?* Fortiorem se confidit, qui Dei ordinationi
Isai. 41, 11. resistit, quoniam *non est potestas nisi a Deo.* Sed quid ait propheta? *Confundantur omnes, qui pugnant adversum te, Domine; et peribunt viri, qui resistunt tibi.* Ruo-

a) Megburgensis c.; Megdeburgensis *Pistorius;* Nuenburgensis *Boehmerus; cf. infra a.* 1094, *ubi Waltramus Numburgensis nominatur.* b) saguinum est adque c. c) sagwinem c. *constanter.* d) ordinatione c.

1) *Ann. Reinhardsbrunn.* 1084 *(ed. Wegele p.* 15*).* 2) *Annum* 1095. *conicit Wattenbach l. l.* 3) *Th. Knochenhauer, 'Geschichte Thüringens zur Zeit des ersten Landgrafenhauses' (Gotha* 1871*) p.* 59, *sed nec Menzelio quidem ei repugnanti concedere possum summam tantum harum epistolarum genuinam esse.*

dolfus, Hildebrandus, Eggebertus[1] et innumeri principes Dei ordinationi in Henrico imperatore restiterunt, et ecce, quasi non fuerint, perierunt; quia profecto necesse est malum fuisse principium, quorum finis pessimus subsecutus est. Nunc ergo, quoniam, qui ex adversa sunt, suis adversum nos eminus digladiantur ratiocinationibus, vestro[a] iudicio ubivis, vel etiam in vestro iudicia conseramus domicilio; tantum non suo usurario, sed Christi et antiquorum patrum utamur testimonio. Ac ne forte recusent, lex huius esto certaminis: vel me in ipsorum transire sententiam, vel ex nostro triumpho vos domino nostro imperatori lucrifaciam. Attendatur et illud: *Si quis aliter euangelizat, praeter quod euangelizatum est vobis, anathema sit.* Hoc anathema non de profanae novitatis usuario, sed de tertio intonuit caelo. De istis autem, qui *ignorantes Dei iustitiam et quaerentes suam statuere, iustitiae Dei non sunt subiecti,* fiducialiter dixerim: *Maledicent illi, et tu benedices; qui insurgunt in me, confundantur. Servus autem tuus laetabitur,* quoniam, ut ais, Domine, *sine me nichil potestis facere;* nec dampnas[b] iustum, cum iudicabitur illi: *Tu quis es, qui iudicas alienum servum? Suo domino stat, aut cadit'.*

Gal. 1, 9. Rom. 10, 3. Ps. 108, 28. Ioh. 15, 5. Rom. 14, 4.

Has sane litteras praedictus comes Ludewicus suscipiens, vocato ad se venerabili Stephano, qui et Herrandus, Halverstadensi episcopo[c], eas tradidit legendas, rogavitque eum, quatinus hiis diligenti examinatione perspectis, iuxta rationem veritatis congrua obviaret responsione, et linguam[d] blasphemantis, os quoque iniqua proferentis contra iustitiam, auctoritate sancti Spiritus et testimonio scripturarum obstrueret[e], ne amplius contra ecclesiam Dei latratus proferret insanos et fureret. Venerabilis autem episcopus, secundum petitionem comitis susceptis litteris ac diligenti examinatione perspectis, vocato praesentialiter notario, epistolam dictavit. In qua primum praescriptum W. episcopum hereticum, symoniacum redarguit, regem etiam Henricum hereticum et excommunicatum ideoque nec regem dicendum comprobavit, episcopatus pro pecunia, pro gladio, pro adulterio, pro sodomitica immundicia vendentem declaravit. Sed ipsius iam epistolae textus exponatur, ut illius venerabilis viri fervor in tenore iustitiae agnoscatur:

cf. Ps. 62, 12.

'Comes Ludewicus domino Waltramo quidquid tali vocabulo dignum est. *Sicut bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bonum, ita malus homo de malo thesauro profert malum.* Unde tibi tanta arrogantia, ut me ad indignationem tam iniuriosis iniuriis provocares? Etenim dominos et patres meos, qui me in via iustitiae confortant, viros sanguinum, similes sathanae oblique appellas, et monita salutis, quae suggerunt, inter mulierculas et simplex vulgus sompniare dicis. Numquid Deus indiget tuo iudicio, ut pro illo loquaris dolos? Docuit iniquitas os tuum, et imitaris linguam blasphemantium, ita ut recte de te dicat propheta: *Noluit intelligere, ut bene ageret, iniquitatem meditatus est in cubili suo.* Quamvis ergo, quantum perversus, tantum perversa locutus sis, nos tamen ori nostro custodiam ponere decrevimus et silere, cum *consisteret peccator adversum nos; sed excitat nos sermo divinus, dicens: *Responde stulto secundum stultitiam suam, ne sibi sapiens videatur.* Numquid enim fatuitas personabit et sapientia obmutescet? Numquid loquetur mendacium et veritas silebit? Numquid *tenebrae operient terram,* et *Dominus* non *orietur?* Immo *lux in tenebris lucet, et tenebrae eam non conprehenderunt.* Qua consideratione *concaluit cor* nostrum, *et in meditatione* nostra *exarsit ignis.* Loquimur igitur et clamamus, vulpesque parvulas, quae vineas Domini demoliuntur, quantum possumus, arcemus, timentes prophe-

Luc. 6, 45. Ps. 35, 4. 5. Ps. 38, 2. Prov. 26, 5. *p. 11. cf. Iob. 6, 30. Isai. 60, 2. Ioh. 1, 5. Ps. 38, 4. Cantic. 2, 15.

a) *ita levi medela textum restitui; sic enim legebatur:* vestro iudicio ubi ius, vel etiam in vestro iudicio conseramus, domicilio tantum non suo usurario *etc.* PERTZ. b) dapnas *c. const.* c) epi̅ *c.* d) ligwam *c. const.* e) obstructum *c.*

1) *Ecbertus, Heinrici regis patruelis, V. Non. Iul. a.* 1090. *interfectus est, cf. supra p.* 263, *n.* 2.

Ezech. 13,5. tiam illam exprobrantem: *Non ascendistis ex adverso, nec opposuistis murum pro domo Israel, ut staretis in praelio in die Domini.* Audiant, non tu, qui aures habes cf. Rom. 11,8. et non audis, qui oculos habes et non vides, qui lumen quod in te est tenebras fecisti; audiant, inquam, omnes cordati, qui aures audiendi habent, quam ad te aut non intelligas, aut intelligere dissimules, neque quod loquaris, neque de quibus affirmas. Ad subiectionem domini Henrici, quem imperatorem dicunt, nos invitas, et in quantum intelligere datur, ut per omnia subditi simus, quasi apostolico argumento necessitatem Rom 13,1.2. imponis, dicens: *Omnis anima potestatibus superioribus subdita sit; non est enim potestas nisi a Deo. Qui ergo potestati resistit, Dei ordinationi resistit.* Quam apostoli sententiam te male intelligere, peius interpretari dicimus. Si enim omnis potestas a Deo est, ut tu intelligis, quid est, quod de quibusdam dicit Dominus per prophetam: Osee 8,4. *Ipsi regnaverunt, et non ex me principes extiterunt, et non cognovi.* Si omnis potestas Matth. 18,9. a Deo est, ut[a] tu intelligis, quid est, quod ait Dominus: *Si oculus tuus scandalizat te, erue eum et proice abs te?* Quid enim est potestas nisi oculus? Certe Augustinus in expositione apostolicae sententiae[1]: *Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit: Quod si potestas,* inquit, *aliquid iubeat, quod contra Deum sit, hic contempne potesta-* Rom. 9, 14. Gal. 2, 17. *tem, timendo potestatem* alioquin. *Numquid iniquitas apud Deum? Numquid Christus peccati minister est? Absit. Quid ergo dicemus?* Numquid ab apostolo diversa sentiunt propheta, euangelium, Augustinus? Minime. Diversas tibias inflat spiritus unus. Itaque audiamus apostolum concordantem et se ipsum exponentem et inimicum ulto- Rom. 13, 1. remque suum destruentem: *Non est,* inquit, *potestas nisi a Deo.* Quid sequitur? Dic, quid sequitur? *Qui ergo,* inquis, *potestati resistit* et reliqua. Absit. Non hoc sequitur. Sed quid sequitur? *Quae autem a Deo ordinata sunt.* Nempe hic est quod quae- Ps. 119, 2. Prov. 6, 14. rimus. O lingua dolosa, o cor machinans malum, *spiritus vadens et non rediens!* Cur Ps. 77, 39. mentitus es Spiritui sancto? Arguat te conscientia tua. Ecce *fugit impius nemine* Prov. 28, 1. *persequente.* Cur, ut deciperes, subprimere veritatem voluisti? Cur medullam, cur animam huius sententiae furatus es? Nam si haec verba de medio sententiae apostolicae tollantur, cetera[b] sibi inconveniens et exanimis iacebit. Impletur sermo divinus: Ib. 26, 27. *Qui parat proximo suo foveam, incidet in eam.* Certe[c], nec culpam furti, nec poenam cf. Luc. 19, 15. evadere poteris. Quid, infelix, quid iudici venturo, cum a servis negotiatoribus lucrum[d] requiret, responsurus es, qui dominicae pecuniae fraudator in medium produceris? Quare non iudicium et laqueum proditoris timuisti, ne similem reatum similis vindicta sequeretur? Praevidens per Spiritum sanctum apostolus te tuique similes hereticos in Isai. 5, 20. ecclesia emersuros, qui *bonum malum, malum bonum* dicerent, qui *tenebras lucem et lucem tenebras* ponerent, qui de sententiis veritatis occasionem inducendi erroris capta- Rom. 13, 1. rent; cum praemisisset: *Non est potestas nisi a Deo,* ut coniecturam reprobi intellectus amputaret: *Quae autem sunt,* inquit, *a Deo ordinata sunt.* Da igitur potestatem ordinatam, et non resistimus, immo dabimus ilico manus. Miror autem, si in te vel gutta sanguinis est, quod non erubescis dominum Henricum regem dicere vel ordinem habere. An ordo tibi videtur ius dare sceleri, fas nefasque, divina et humana confundere? An ordo videtur tibi in corpus suum peccare, videlicet, proh pudor! proh nefas! uxorem propriam[2] scelere omnibus seculis mundi inaudito lupanar facere? An ordo tibi vide- Isai. 1, 17. tur, cum Dominus dicat: *Defendite viduam,* viduas iudicii aequitatem postulantes nefanda contaminatione prostituere? Haec qui ordinata, qui sana dixerit, hunc *insani capitis* esse *insanus iurat Orestes*[e,3]. Usque ad haec miserrima tempora natura secretum amavit, sed traditus in reprobum sensum rex vester naturae involucrum detexit,

a) et *c.* b) contra *c.* c) Certi *c.* d) locum *c.* e) orastes *c.*

1) *Augustini sermo LXII, c.* 8, § 13 *(Opp. t. V, col.* 362*).* 2) *Adalheidam sive Praxedem, cf. Ann. S. Disibodi* 1093, *August.* 1094. *(SS. III, p.* 134*).* 3) *Persii Sat. III, v.* 118.

qui omnem pudorem ponit in propatulo. Ut autem illa, quae sine numero sunt, taceamus, videlicet concremationes ecclesiarum, depraedationes, homicidia, incendia, truncationes, et hiis similia, quae ille facere[a] potest, nos enumerare non possumus: ea, quae maxime ecclesiam Dei gravant, loquamur. Audi ergo vera, non fucata! Audi fortia, non faceta! Omnis, qui dignitates spiritales vendit, hereticus est. Dominus autem Henricus, quem regem dicunt, episcopatus et abbatias vendit. Etenim Constantiensem, Babinbergensem, Maguntiacensem[1] et plures alias pro pecunia, Radisponensem, Augustensem, *Strazburgensem[2] pro gladio, abbatiam Fuldensem pro adulterio[3], Monasteriensem episcopatum[4] — quod dicere et audire nefas est — pro sodomitica immunditia vendidit. Quae si impudenter negare volueris, teste caelo, teste terra, omnes etiam a furno redeuntes scioli concludent: ergo dominus Henricus hereticus est. Pro quibus nefandis malis ab apostolica sede excommunicatus, nec regnum, nec potestatem aliquam super nos, quia katholici sumus, poterit optinere. Sane, quia fratrum nos odii fatigas, intellige nulli nos odium de inaffectione, sed de pietate intendere. Absit, ut dicamus: Henricus inter fratres aut christianos reputetur, qui tociens corripientem ecclesiam non audiens, sicut ethnicus et publicanus habetur. Cuius odium pro magno sacrificio Deo offerimus, dicentes cum psalmista: *Nonne, qui oderunt te, Domine, oderam; et super inimicos tuos tabescebam? Perfecto odio oderam illos; inimici facti sunt michi.* Cuius odii dignitatem veritas commendans ait: *Si quis non odit patrem et matrem et fratres et sorores, adhuc autem et animam suam, non potest meus esse discipulus.* Non ergo de odio iuste reprehendimur, qui animam nostram, cum a via Dei exhorbitamus, qui patrem et matrem et omnem affectum, qui nobis in via Dei obstat, odisse praecipimur. Inde est, quod omni studio, omni conatu laboramus, ut hostes ecclesiae nos quoque ut adversarios caveamus, et non quia nostri, sed quia Dei inimici sunt, odio habeamus. Porro quod de pace cum omnibus hominibus habenda persuades, meminisse debes, quia praemisit apostolus: *si fieri potest.* Fieri autem non potest, ut cum hiis, qui Deo contrarii sunt, pacem habeamus. Quis autem nesciat dominum Salvatorem non solum pacem commendare, cum dicit: *Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis;* sed etiam ipsam pacem existere, sicut ait apostolus: *Ipse est pax nostra, qui fecit utraque unum?* Quid ergo ait pax nostra commendans pacem? *Nolite,* inquit, *arbitrari, quia veni mittere pacem in terram; non veni pacem mittere, sed gladium.* Quid est hoc? Quare pax gladium, quare pax bellum indicit? Nimirum ut destruatur pax diaboli. Habet enim et diabolus pacem suam, de qua dominus dicit: *Cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt ea quae possidet.* O quam potenter per vos satellites suos atrium suum hoc tempore diabolus custodit, qui scuto falsitatis et galea perfidiae[b] protecti, nulla veritatis iacula, nulla fidei spicula admittitis! Potest tamen Dominus noster, utpote fortior armatus superveniens, fortem vestrum vincere, et arma, in quibus confidit, auferre. Non ergo recte culpamur, si pacem illam omni bello crudeliorem detestamur, quam ipsa veritas super Iherusalem flendo reprobat, dicens: *Equidem in hac die, quae ad pacem tibi,* et quam psalmista super iniquos zelat, pacem peccatorum videns. Quod vero dominum apostolicum Gregorium, regem Rudolfum, marchionem Eggebertum pessimi interitus dampnas[5], et dominum tuum, quia illis superstes est, beatificas, liquet profecto

*p 12.

Matth. 18, 17.
Ps. 138, 21. 22.
Luc. 14, 26.
Rom. 12, 18.
Ioh. 14, 27.
Eph. 2, 14.
Matth. 10, 34.
Luc. 11, 21.
ib. 19, 42.
Ps. 72, 3.

a) *deest c.* b) perfidei *c.*

1) *Karolus Constantiensis (1069—1071), Herimannus Babenbergensis (1065—1075), Wezel (Werinharius) Moguntiacensis (1084—1088) episcopi animo Herrandi obversari videntur.* 2) *Gebehardum IV. Ratisbonensem (1089—1106), Sigifridum II. Augustanum (1077—1096), Theobaldum Argentinensem (1079—1084) episcopos dicere videtur.* 3) *Ruozelinus monasterio Fuldensi a. 1075—1096. praefuit, de quo cf. Lambertum ad ann. 1075.* 4) *Ad Erphonem (1084—1097) haec spectant.* 5) *Cf. Ann. August. 1090 (SS. III, 133).*

cf. Gen. 1, 2. ab omni spirituali te consideratione inanem[a] et vacuum. Nonne beatius est bene mori,
Matth. 5, 20. quam male vivere? *Beati,* enim, *qui persecutionem patiuntur propter iustitiam.* Iam et Neronem, quia apostolis Petro et Paulo, iam et Herodem, quia Iacobo apostolo, iam et Pilatum, quia domino Ihesu Christo supervixerunt, beatos aestimas? Qua opinione quid insanius, quid infelicius dici potest? Quapropter et ab hac blasphemia linguam magniloquam conpesce; nisi forte in numero illorum te constituis, qui in fine iustorum videntes gloriam, seram et infructuosam agentes poenitentiam, prae angustia spiritus
Sap. 5, 3—6. 8. 9. gementes dicent: *Hii sunt, quos aliquando habuimus in derisum et in similitudinem improperii. Nos insensati vitam illorum aestimabamus insaniam et finem illorum sine honore. Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, et inter sanctos sors illorum est? Ergo erravimus a via veritatis, et sol iustitiae non luxit nobis. Quid nobis profuit superbia, et divitiarum iactantia quid contulit nobis? Transierunt omnia velud umbra.* Quae nos verba in memoria adamantina scribentes, omnem altitudinem, ex-
cf. Rom. 5, 3. tollentem se adversus veritatem Dei, contempnimus, et gloriantes in tribulationibus, calumpniari, proscribi, exterminari, denique occidi possumus, flecti vel vinci non possumus; et cum magno tripudio illud, quod tu puer adolescens, iuvenis frequentans, nondum corde senex concepisti, de patribus nostris exultamus, qui contempnentes iussa principum meruerunt praemia aeterna. Porro sententias tuas diligenti curiositate trutinantes, quasi spiritualia spiritualibus conparare volumus. Sed sicut qui fractam testam[b] glutinat, lusimus operam. Ita enim nil sibi congruit, nil par est, ut nec pes nec capud uni reddatur formae.

Amphora[1] *coepit*
Institui; currente rota cur urceus exit?

Rom. 14, 4. Nam quid ad rem pertinet, quod in calce subiunxisti: *Tu quis es, qui iudicas alienum servum? Suo domino stat aut cadit!* Numquid nos aliquem de intensione[c] aut
*p. 13. remissione ieiunii *aut de qualitate ciborum iudicamus? Non hoc intellexisse apostolum et illa sententia manifestat, quae praecedit, et illa, quae sequitur. Praecedit enim: *Qui*
ib. 14, 3. *manducat, non manducantem spernat; et qui non manducat, manducantem non iudicet.*
ib. 14, 4. Sequitur autem: *Tu quis es, qui iudicas alienum servum? suo domino stat aut cadit.* Potest enim quilibet manducans, non manducans, ieiunans, non ieiunans, stare aut cadere. In huiusmodi[d] temeritas et periculum iudicii est. In flagitiis autem nullus stare recte dicitur. Nam et in furto et in mendacio et his similibus cadere quivis potest, stare non potest. Ceterum si iudicii discretio tollenda est, quid est, quod ait
1 Cor. 2, 15. apostolus: *Spiritualis autem diiudicat omnia, et ipse a nemine iudicatur.* Et rursum:
ib. 5, 12. *Quid enim michi de his quae foris sunt iudicare? Nonne de his qui intus sunt vos iudicatis?* Nonne iudicandi qualitatem natura ipsa commendat, ut paulo minus tam
Rom. 2, 27. proprium sit homini iudicare, quam vivere? *Iudicabit,* inquit apostolus, *quod ex natura est praepucium legem consumans, te, qui per litteram et circumcisionem praevaricator legis es.* Ut autem de sapientibus et iustis taceamus, quis ydeota, quis paganus non recte iudicat? Nam quis fur furtum non reprehendit? Quis mendax mendacium lau-
ib. 2, 1. dat? Quis adulter in uxore sua adulterium non detestatur? *Inexcusabilis es,* inquit apostolus, *o homo omnis, qui iudicas! In quo enim alterum iudicas, te ipsum con-*
Ps. 118, 119. *dempnas.* Unde psalmista: *Praevaricatores,* inquit, *reputavi omnes peccatores terrae.* Unde nimirum est, quod etiam amicis suis vitium displicet, virtus etiam inimicis suis placet. Non ergo iudicamus aliquos, nisi quorum peccata manifesta sunt praecedentia ad iudicium; quorum vero subsequuntur et occulta[e] sunt, non iudicamus. Quomodo autem concordiam utilem asseris regno, quod nullum est? Regnum quippe quasi rectum dicitur. An regnum recte dicitur, ubi omnis innocentia laborat, ubi neque rationi,

a) mane' *c.* b) testem *c.* c) *ita c.* d) *vocabulum deesse videtur.* e) occulta *c.*

1) *Horat. A. Poet.* 22 *sq.*

neque iudicio, neque consilio locus est; sed quidquid libitum id licitum putatur? Tale regnum ecclesiam malignantium, concilium vanitatis, denique totius iniquitatis sentinam rectius appellaveris. Tali regno nos concordiam inutilem dicimus. Sicut enim inter bonos laudabilis, ita inter malos reprehensibilis concordia est. Quis enim concordiam latronum, quis furum, quis immundorum, nisi mente captus, approbat? O detestabilem, o Deo odibilem hereticorum hodie concordiam! de quibus propugnator sanctae ecclesiae beatissimus Athanasius ait[1]: *Dicentes se sapientes esse, stulti facti sunt, et immutaverunt gloriam ecclesiae katholicae in propriam novitatem.* Nonne vas electionis, concordiae doctor, phariseis et saduceis in necem eius concordantibus, quasi proposita quaestione, occasionem discordiae splendide immisit, ut turbata aqua salvaretur unus. Sed quia intima tua proiecisti, et nil nisi corticem mandere nosti, quae omnibus manifesta sunt, vide oculis, audi auribus, et quasi contrecta manibus! Nonne Roma, nonne Tuscania, nonne Longobardia, nonne Alamania, nonne Ungaria sedes regni imperatoris tui fuerunt? Eversae sunt. Quare? Nimirum quia Salvator templum suum ingressus vendentes et ementes eiecit et kathedras vendentium columbas evertit. Perpende, quia vix modicum testae fragmen in manu domini tui remansit, quod ad portandos carbones, unde ignis suscitetur, minime sit idoneum. Frustra igitur conamini illum constituere et fulcire, quem Dominus deponit. Sane non ab re est te ad te ipsum revocare, ut, in quantis malis sis, nisi te divina pietas penitus deseruit, consideres, illamque sancti Spiritus sententiam ex totis praecordiis pertimescas, quae ait: *Scio opera tua, quia neque frigidus es neque calidus; incipiam te evomere ex ore meo, quia dicis, quod dives sum et locupletatus, et nullius egeo; et nescis, quia tu es miser et miserabilis et pauper et caecus et nudus. Suadeo tibi emere a me aurum ignitum probatum, ut locuples fias.* Vade igitur ad scolas et disce! Disce autem scientiam, non quae inflat, non scientiam huius mundi, quae inimica est Deo, sed illam, de qua dicit apostolus: *Si quis inter vos sapiens vult esse, stultus fiat, ut sit sapiens.* Quodsi ad divina oracula ut aspis aurem obduras, saltem ille ethnicus[2] verecundiam tuam moveat, qui dicit: *Quid medicorum est, promunt medici; tractant fabrilia fabri.* Unde tanta praesumptio, ut caelestibus te adicis neophitus? num magister es[a], qui numquam scolam virtutum intrasti, qui in cubiculum regis aeterni introductus non es? Inde est, quod sub specie medici venena propinas; inde est, quod erroris magister existis, quia veritatis discipulus numquam fuisti. Certe symoniam nullo modo excusare poteris. Nam quia triplex pretii qualitas est, videlicet a manu, ab obsequio, a favore: profecto, etsi non pecunia, quod fortassis incertum est, obsequio episcopatum conparasti. *Quid* autem *prodest homini, si universum mundum lucretur,* se ipsum autem perdat et *detrimentum faciat animae suae? Aut quam dabit homo commutationem pro anima sua?* Depone ergo episcopatum. Ut quid multorum animas cum tua perdis? ut quid etiam sedem occupas. Aliquando audies a propheta: **Peccatori autem dixit Dominus: Tu vero odisti disciplinam. Si videbas furem, os tuum habundavit, sedens adversus fratrem tuum. Existimasti inique. Intelligite haec, qui obliviscimini Deum!* Haec et tu exprobras inter mulierculas, quae tamen ad sepulcrum Domini sedent, et inter simplex vulgus, quod tamen principibus sacerdotum, quomodo Ihesum Christum dolo tenerent et occiderent, consilium facientibus: *Osanna in excelsis Christo!* clamat. Amici nostri sompniant; verumtamen, si conviciis tuis expergefecisti[b], sapientiam inter perfectos loqui cogantur, talia et tanta contra te venient fulgura, quae aeternum tibi inponent silentium.'

Rom. 1, 22. Act. 9, 15. cf. Matth. 21, 12 Apoc. 3, 15. 16—18 cf. 1. Cor. 8, 1. ib. 3, 18 Matth. 16, 26. Ps. 49, 16. *p. 14. ib. 17. 18. 19. 20. ib. 21. 22. Marc. 11, 10.

a) mergeres *c., corr. Wattenbach.* b) *an* expergefacti?

1) *Epist. Athan. ad Liber. pap., Decretal. Pseudoisid. ed. Hinschius p.* 476. 2) *Horatius, Epist. II,* 1, *p.* 115 *sq.*

DEUSDEDIT PRESBYTERI CARDINALIS LIBELLUS CONTRA INVASORES ET SYMONIACOS ET RELIQUOS SCISMATICOS.

EDIDIT

ERNESTUS SACKUR.

Inter propugnatores acerrimos partium papalium in lite de investitura episcoporum exorta Deusdedit cardinalis cum dignitate tum operibus suis eminet. Quo magis de eius vita quod perpauca tantum ad nostram notitiam pervenerint dolemus[1]. *Monachum Tudensem cardinalemque in synodo a.* 1078, *mense Novembri Romae habita una cum Bonizone episcopo Sutirensi et Attone Mediolanensi aliis sententiae suae assensum praebuisse Berengarius Turonensis refert*[2]. *Gregorii quoque tempore legatione quadam in Germaniam missa eum functum esse ex eo conicias, quod in monasterio Luneburg in Saxonia sito quoddam documentum Collectioni canonum assumptum se reperisse ipse testatur*[3]. *Presbyterum denique tituli apostolorum in Eudoxia*[4] *in operibus Victore III. et Urbano II. pontificibus compositis se dicit. Inter annum* 1097, *quo Libellum contra invasores infra edendum confecit*[5], *et annum* 1100, *Apr.* 4[6], *quo*

1) *Laur. Cardella, 'Memorie storiche de' cardinali' I. (Romae* 1792*), p.* 174*:* di cui si crede communemente, che i natali sortisse nella Bassa Germania o vogliamo dirla Germania inferiore, *cuius rei antiquum testimonium deest. Adnotemus autem in recens. A Libelli contra invasores scribi:* Wicbertus, Engilramnus *more Teutonico.* 2) *Mansi, Coll. conc. t. XIX, col.* 762*:* mecum sentientibus in eis qui cum papa erant episcopo Portuensi, episcopo Sutirensi, episcopo Terracinensi, cardinalibus Attone Mediolanensi, monacho Tudensi Romanae ecclesiae cardinali nomine Deusdedit *etc.; cf. Giesebrecht in 'Münchener Histor. Jahrbuch'* 1866, *p.* 180. 3) *Collectio canonum IV, c.* 161, *ed. Martinucci* 1869, *p.* 501*:* Iuramentum futuri imperatoris. Hoc sacramentum invenit scriptor huius libri in Saxonia in monasterio, quod dicitur Luineburg. *Legationem in Hispaniam susceptam commemorant, auctore nullo indicato, Ciacconius, Vitae pontif. et cardin. I. (*1601*), p.* 336*; L. Cardella l. l. p.* 175*; cf. Martinucci l. l. p. XVII; E. Stevenson, 'Osservazioni sulla Collectio canonum di Deusdedit' in 'Archivio della società Romana' VIII, p.* 310, *n.* 3. 4) *In Coll. can.:* exiguus presbyter tituli apostolorum in Eudoxia. *In Libello contra invasores:* ultimus presbiter tituli apostolorum in Eudoxia. 5) *V. infra p.* 294. 6) *Migne, Patrol. lat. CLXIII, col.* 39*:* Ego Albericus Dei gratia humilis presbyter tituli apostolorum ad Vincula roborando subscripsi. *Jaffé, Regesta pont. Roman., ed. altera nr.* 5831. *In indice autem cardinalium subscribentium Albericus demum inde ab a.* 1100, *mense Octobri*

primo alius eiusdem tituli cardinalis chartae Paschalis II. subscribit, e vita eum migrasse oportet. Diem obitus, scilicet VI. Non. Martii Necrologium Casinense[1] *memoriae prodidit, si revera Deusdedit cardinalis et monachus hic inscriptus, quod equidem opinor, idem atque auctor noster haberi potest.*

Victori III, ut videtur, iam consecrato, anno igitur 1087. *inter menses Maium et Septembrem*[2]*, librum dedicavit, qua 'auctoritatis sedis apostolicae privilegium, quo omni christiano orbi preminet, ignorantibus patefacere' animo proposuerat*[3]*. Sed etiam cleri honorem dignitatemque ac libertatem ecclesiae eiusque facultatum defensurus ingentem molem canonum e iure Romano, legibus Francorum, actis conciliorum, operibus patrum, epistolis decretisque apostolicae sedis pontificum conscripserat. Complurium Romanorum antistitum registra evolvit*[4]*, tomos in archivis in Laterano et in turre iuxta Palladium conservatos*[5] *inspexit. Alia e Collectione canonum ab Anselmo episcopo Lucensi parata, quacum proxime convenit, hausisse videtur*[6].

Quibus excerptis in ordinandis id studuit, ut eorum contextum quantum posset servaret, ne, si more assueto locos discerptos et amputatos iuxta diversas condiciones rationesque collocaret, vel auctoritati eorum derogaret vel sibi ipsi nimium laborem imponeret[7]*. Qua de causa Deusdedit collectio canonum quadrifariam divisa quasi medium locum tenet inter eas collectiones, quae ut Britannica materiem tantum coacervant, et eas, quae ut Gratiani decretum ad rationem redactae sunt*[8].

Aliud opus, quod Deusdedit composuit, duabus recensionibus, altera breviore, quae in codicibus Anselmi epistolae ad Wibertum datae annexa est, ita ut et ipsa episcopi Lucensis haberetur, altera longiore existit, quam etiam posteriorem nuper probavimus[9].

Quem laborem aditurus eos impugnare auctor animo intenderat, qui 'regali potestati Christi ecclesiam subiacere' volebant[10]*. Itaque laicis in pontificibus eligendis nihil iuris concessum esse probare nititur. Deinde simoniacorum sacerdotium et sacri-*

adnotatus est; cf. Stevenson l. l. p. 311; *Martinucci p. XVI. Ecclesiam S. Petri ad Vincula eandem esse atque Apostolorum in Eudoxia probavit Monsacrati, De catenis S. Petri, Romae* 1750, *p. XIX sqq.* 1) VI. non. Martii obierunt Deusdedit cardinalis et monachus . . *apud Gattula, Hist. Casin. Accessiones II, p.* 852; *cf. Giesebrecht l. l. p.* 190. *Accuratius Iacobus Grimaldus in opere inedito sic inscripto:* Catalogus omnium archipresbyterorum sacrae Vaticanae basilicae principis apostolorum *eum illam ecclesiam quartum archipresbyterum annos duodecim et mensem unum rexisse annoque* 1098. *obiisse refert (cf. Martinucci p. XVI). Neque vero in Collect. can., neque in Libello archipresbyteri titulum sibi vindicat. Eum c. a.* 1099. *in Hispania mortuum esse, nescio quo fonte nisus, L. Cardella, 'Memorie storiche de' cardinali di S. R. Chiesa' I, p.* 174. *contendit.* 2) *Cf. Löwenfeld, 'Die Canonsammlung des Cardinals Deusdedit und das Register Gregors VII.' in 'Neues Archiv' X, p.* 311. 3) *Cf. praefationem ed. Martinucci p.* 2. 4) *Cf. Ewald, 'Die Papstbriefe der britischen Sammlung' in 'Neues Archiv' V, p.* 322. 349. 530 *sqq.* 565; *Stevenson l. l. p.* 345. 348; *Löwenfeld l. l. p.* 312 *sqq.* 5) *Stevenson p.* 344; *Löwenfeld p.* 312 *sqq.; Bresslau, 'Handbuch der Urkundenlehre für Deutschland und Italien' I, p.* 125; *Ballerinii, De antiquis collectionibus et collectoribus canonum IV, c.* 14, § 4, *in Opp. S. Leonis III, p. CCCIII.* 6) *Stevenson p.* 307, *n.* 2; *Sickel, 'Das Privilegium Ottos I. für die römische Kirche' p.* 58, *qui alterum ex alterius collectione invicem haurire potuisse monet. Deusdedit etiam alias collectiones exscripsisse ex ipsius verbis patet l. l. p.* 2: ex variis sanctorum patrum et christianorum principum auctoritatibus potioribus quibusque in unum congestis praesens defloravi opusculum. *(Cf. IV, c.* 132, *p.* 461: Item exempla cuiusdam ex sacris scripturis deflorata*).* 7) *Praef. l. l. p.* 3: Singulas autem defloraciones huic operi insertas iuxta ordinem capitulorum minime locavi, quia pene omnes aliae bina, aliae plura in se negotia continent. Et si secundum numerum negotiorum, de quibus agunt, acciperent sectionem, mihi laborem plurimum et auctoritati afferrent derogationem. *Cf. Sickel l. l. p.* 62. 8) *Cf. Ewald l. l. p.* 321. 9) *'Neues Archiv' XVI, p.* 349 *sqq.* 10) *Cf. praef. infra p.* 300.

ficium Spiritu sancto cooperante carere sententiis patrum decretisque apostolicis fultus contra Petrum Damiani[1] *ostendit. Denique eos refutare mente induxerat, qui facultates ecclesiae 'sub regia ditione manere' contendebant*[2]*: opus tamen ad tempus imperfectum mansit neque Deusdedit, quae voluerat, ad effectum perduxit.*

Quod fragmentum quo tempore compositum sit, accuratius enucleari nequit. Attamen Collectione canonum iam confecta, qua aperte nititur[3]*, ortum esse crediderim. Utique circa annum* 1100[4]*, cum Hugo Flaviniacensis*[5] *res a.* 1074. *gestas in Chronici libro secundo depingeret, iam iterum excerpta fuisse videtur, cum et hic et Gerhoh Reicherspergensis*[6] *eadem fere exhibeant, quae nonnisi e priore Deusdedit recensione derivanda sint.*

Anno 1097, *cum Heinrici IV. viribus opibusque in Italia confractis Wibertus in Argentam castellum super Padum flumen positum se recepisset Urbanique amici de victoria plenissima gloriari iam possent*[7]*, Deusdedit denuo opus relictum aggressus est. Non autem modo librum interruptum ad finem perduxit, sed etiam partem iam compositam retractans novas rationes sibi proposuit. Cum enim primo ad eos omnino spectasset, qui regi in episcopis ordinandis aliquam potestatem attribuebant, simoniacosque subsicivo quasi studio impugnasset, nunc adversarios accuratius invasores et simoniacos et reliquos schismaticos definivit*[8]*. Itaque in altera recensione, ubicunque antea simoniacos tantum nominaverat, nunc etiam schismaticos offendit, schismaticisque simoniacos vel invasores adiunxit. Quare indicare voluit canones contra hos vel illos edictos promiscue in omnes adhibendos esse. Quae primo continenter de episcoporum electione et de simoniacis conscripserat, nunc duobus capitulis divisit, praecipue altero novis neque exiguis additamentis ampliato. Neque enim modo multos canones adiecit, sed etiam interdum longius de sacramentis haereticorum et schismaticorum tractandis digressus est*[9]*. Nonnullis locis ordinem mutavit*[10]*. Sed etiam textum modo secundum Collectionem canonum restituit*[11]*, modo ultro immutavit aut interpolavit*[12]*.*

1) *Cap. II,* § 4. 2) *Cf. finem cap. II, recens. A.* 3) *Cf. 'Neues Archiv' l. l. p.* 358 *sq.* 4) *SS. VIII, p.* 407*:* Retulit humilitati nostrae ante quinquennium, cum necdum gustassemus quanti sit laboris et tedii aliena curare, venerabilis abbas sanctae Trinitatis de monte Rotomagensi, Hugo nomine, qui nunc usque superest *etc. Unde sequitur Hugonem hunc locum scripsisse, cum non plus quinque annis abbatiam Flaviniacensem, cuius regimen a.* 1096. *suscepit, regeret; p.* 406. *obitum Rudolfi abbatis a.* 1099. *mortui iam commemorat. (Cf. Köpke, 'Die Quellen der Chronik des Hugo von Flavigny', Archiv IX, p.* 285 *sqq.).* 5) *Hugonem p.* 412. *auctorem nostrum exscripsisse primus W. Giesebrecht, 'Münchener hist. Jahrbuch',* 1866, *p.* 186—188. *cognovit. Eum autem breviore recensione usum esse virum doctissimum effugerat. Assumpti sunt c c. I,* § 6. *canones Gregorii VII,* § 7. *Synodi VII, Synodi VIII,* § 6. *Conc. Niceni,* § 7. *Conc. Antiocheni iisdem lectionibus, quas rec. A praebet. Adnoto: A H:* eiusdem sententiae vinculo; *B:* eiusdem sanctorum patrum sententiae; *A H:* ecclesiam per ipsos; *B:* ecclesias per ipsas; *A H:* decreto episcoporum; *B:* decreto clericorum et populorum; *A H:* vel; *B:* et; *A H:* licet; *B:* liceat; *A H:* secularium principum; *B:* secularium potestatum principum; *A H:* Nicolao primo; *B:* primo Nicolao; *A H:* Antiocheno cap. . *(numerus deest); B:* Ant. cap. XXII. 6) *Expositio in psalmum LXIV. apud Baluze, Miscellanea, ed. Mansi II, p.* 202. *Exscribuntur c. I,* § 7. *Canones Synodi VII, Antiochenae, Symmachi papae, Synodi VIII. Lectiones et hic propius ad recens. A accedunt. Cum canon synodi Symmachi apud Hugonem non legatur, Gerhoh ex illo hausisse nequit.* 7) *Cf. cap. II,* § 12*; Giesebrecht l. l. p.* 186. 8) *Cf. 'Neues Archiv' XVI, p.* 356. 9) *Cap. II,* § 4—13. 18—20. *Prologus quoque prima sententia excepta recens additus est.* 10) *Cap. II,* § 2. 3. 15, 11) *Cf. 'N. Archiv' XVI, p.* 362. 12) *Ad lectiones varias lecturos revoco.*

His duobus capitulis auctor duo alia subiunxit, quorum primo sacerdotes a laicis honore et reverentia colendos, altero res ecclesiasticas laicali potestati minime subiacere auctoritate patrum, conciliorum, pontificum Romanorum nisus demonstravit. Hoc quinque, illo sex divisionibus seu sectionibus partito, tertio totius operis capitulo de decimis dandis[1]*, sacerdotibus honorandis*[2] *et audiendis*[3]*, de detractoribus et persecutoribus puniendis, de clericorum iudicio et auctoritate canonum de ea re allatorum*[4] *permulta decreta afferebat, quarto laicalem potestatem ex ecclesiarum regimine ita excludere studebat*[5]*, ut sacerdotes a laicis neque removendos*[6] *neque peccantes clericos ab iis defendendos*[7] *statueret. Deinde res ecclesiarum ut a dominio laicorum omnino liberae essent neque in ius eorum transferrentur, postulavit*[8]*. Omnia autem haec maximam partem ita expressa erant, ut sententiis paucis verbis expositis canones, ex quibus elucerent, annecterentur.*

Neque vero hic Deusdedit opusculum finivit: quatuor enim illis capitulis quaedam de sanctorum canonum auctoritate, quos collegerat, addenda sibi esse existimavit[9]*. Sed primi tantum loci allati ad hoc propositum spectant: ceteri continuo sequentes respiciunt accusatores episcoporum et sacerdotum, clericos contra episcopum proprium rebellantes, presbyteros ex ecclesia catholica discedentes, deinde revertentes, communionem excommunicatorum sacramentaque schismaticorum. Quae cum omnia fere in superioribus capitulis iam tractata essent, auctorem in hac appendice canones postea collectos adiecisse conicias. Nonnulli tamen iam antea, licet aliam ob causam interdum, allati sunt. Hoc autem auctori saepe contigit*[10]*, ut in posterioribus partibus canones repeteret, quos in prioribus citaverat, praesertim si ad diversas res probandas idonei erant. Eodem etiam incommodo in Collectione canonum Deusdedit commotus est, ne locos exscriptos longiores discerperet iuxtaque multiplicem eorum sensum ordinaret.*

Canonum in Libello laudatorum maiorem partem auctor ex Collectione sua sumsisse videtur, id quod ex mendis lectionibusque atque inscriptionibus titulisque communibus coniciendum sit[11]*. Vel etiam saepissime eodem ordine, quo in opere antecedenti exstant, decreta illa afferebat, unde scribentem paginas libri illius percurrisse eluceat*[12]*. Alia autem e schedulis suis denuo inspectis hausisse possit, cum nonnullarum constitutionum in Libello partes praebeat, quae in Collectione canonum non leguntur. Deinde ad alia subsidia praecipue quorundam patrum opera, quae antea in usum non verterat, recens procul dubio recurrit. Nonnulla etiam dicta patrum ex epistolis pontificum Romanorum vel aliis auctoribus*[13] *mutuatus est.*

Ut in Collectione canonum, ita in Libello registris[14] *pontificum Romanorum utebatur, ex quibus etiam quaedam afferebat, quae in priore opere non exstant. Sed cum Gregorii I*[15]*,*

1) *Cap. III, divisio* 1. 2) *Div.* 2. 3) *Div.* 3. 4) *Div.* 4—6; *div.* 5. 6. *separatae non sunt.* 5) *Cap. IV, sectio* 1. 6) *Sect.* 2. 7) *Sect.* 3. 8) *Sectiones* 4. 5. 9) § 9—11. 10) *Quindecim canones bis, unus ter afferuntur.* 11) *Cf.* 'Neues Archiv' *XVI, p.* 361. 12) *Ibid. p.* 363. 13) *I,* § 12: Gregorius in registro: Imperiali constitutione *et loci sequentes e iure Romano sumpti* = *Coll. can. IV, c.* 103, *p.* 417: Iohannes episcopus Hludovico imperatori inter cetera; *II,* § 15: Pelagius in suo registro introducit Augustinum ita definientem scisma in epistola ad Valerianum patricium: Videte utrum; *II,* § 16: Scismaticus vero iuxta Antiochenum concilium si permanserit; *ibid.:* Multa namque, ut ait Augustinus = *Coll. can. I, c.* 145, *p.* 105, *omnia ex epistola Pelagii ad Valerianum; II,* § 8: sequitur haec sententia, quam nomine Iohannis Chrisostomi titulatam reperi; *cf. finem opusculi.* 14) *Stevenson l. l. p.* 345 *sq.* 15) *Registrum Gregorii exscribitur I,* § 6 *(IX,* 87*); II,* § 2 *(IX,* 106*); ibid. (IX,* 11*); ibid. (?)* = *Coll. can. IV,* 86, § 9 *(XII,* 67*);* § 17 *(?); ibid. (X,* 42*)* = *Coll. can. IV,* 156*;* § 19 *(IX,* 11*); III,* § 4 = *Coll. can. IV, c.* 158 *(V,* 401*);* § 6 *(III,* 7 = *Coll. can. IV,* 156*);* § 13 *(XI,* 45*)* = *Coll. can. IV, c.* 87*; IV,* § 3 *(III,* 56*); ibid. (V,* 24*); ibid. (?)* = *IV, c.* 62*; ibid. (XI,* 18*);* § 4 *(IX,* 65 = *II, c.* 61*).*

Pelagii[1], *Gelasii*[2], *Leonis IV*[3], *Nicolai I*[4], *Alexandri II.*[5] *registrorum etiam in illo mentionem faciat, nescio utrum Libellum componens ea iterum rimatus sit an in iis laudandis acquieverit, quae iam dudum fortasse inde elegerat. Urbani II.*[6] *autem registrum certe nunc demum perscrutabatur, quippe cum Collectio canonum hoc papa nondum creato in lucem prodiisset*[7].

Praeterea horum paparum epistolas decretaque allegat: Anacleti, Clementis I, Evaristi, Alexandri I, Pii I, Eleutherii, Calixti I, Urbani I, Fabiani, Cornelii, Lucii I, Stephani I, Marcellini, Marcelli, Eusebii, Iulii, Felicis II, Damasi, Siricii, Innocentii I, Coelestini I, Leonis I, Hilari, Gelasii I, Hormisdae, Iohannis I. ex collectione Pseudo-Isidori. Leonis I. nomine falso epistolam Leonis episcopi Bituricensis exhibet[8] *litterasque Widonis monachi exscriptas perperam, ut omnes fere aequales, Paschali papae assignat*[9].

Haec autem sunt sanctorum patrum opera, quae in Libello citantur: Gregorii Moralia in Iob, Dialogi, comment. in evangelia; Augustini epistolae, Liber retractationum, de baptismo contra Donatistas, de civitate Dei, in Iohannis evang., de utilitate credendi, de fide et operibus, de fide ad Petrum, Sermones de blasphemia, de oboedientia et humilitate, de temporibus; Hieronymi epistolae, commentaria in Amos, Aggaeum, Osee, in epistolam ad Titum, in Matthaei evangelium, breviarium in psalterium; Cypriani epistolae; Isidori Etymologiae; Ambrosii commentarium in Lucae evangelium. Iohannis Chrysostomi et Gregorii Nazianzeni dicta Deusdedit neque visu cognita habebat neque quae affert in operibus patrum illorum inveniuntur.

Conciliis veteribus ex Pseudoisidoriana collectione his usus est: Canonibus apostolorum, conciliis Niceno, Agathensi, Gangrensi, Vasensi, Carthaginiensi; ex vetusta interpretatione concilio Chalcedonensi a. 451; *ex ea, quam Dionysius Exiguus fecit, conciliis Antiocheno et Laodicensi. Ex Anastasii bibliothecarii versione concilia Nicenum II. (VII. Universale) et Constantinopolitanum (VIII. Universale) exscripsit. Praeterea sequentes synodos in Libello subsidio habuit: Africanam, Hilari papae, Symmachi, Stephani III, Silvestri I, VI. concilium universale a.* 680, *Maguntinum a.* 813, *Leonis IV. a.* 853, *Nicolai I. a.* 863, *Nicolai II. a.* 1059. *Apr., Gregorii VII. a.* 1078. *Nov., cui Deusdedit ipse interfuit, et a.* 1080.

Neque vero solum iuris canonici, sed etiam Romani et omnino saecularis peritissimum se praestat[10]. *Convertit enim in rem suam Iuliani Novellarum epito-*

1) *I*, § 12. *Pel. Armentario* = *Coll. can. III, c.* 106; *II*, § 2. *Iohanni patricio* = *Coll. can. I, c.* 142; *II*, § 3 *et IV*, § 11. *Viatori et Pancratio* = *Coll. can. I, c.* 143; *II*, § 15 *et IV*, § 9. *Valeriano* (in suo registro) = *Coll. can. I, c.* 145; *II*, § 15. *Viatori et Pancratio* = *Coll. can. I, c.* 142; *II*, § 16. *Narsi patricio; ibid. Carello magistro mil.; ibid. Valeriano* = *Coll. can. IV, c.* 48. *Epistolae igitur ad Narsem et Carellum datae Collectioni can. assumptae non sunt.* 2) *I*, § 12. *Gel. Cresconio, Iohanni etc.* = *Coll. can. II, c.* 92; *I*, § 17. *ad episc. Orient.* = *Coll. can. IV, c.* 43; *II*, § 3. *ad episc. Dardaniae; III*, § 9*(?)* = *Coll. can. IV, c.* 156; *IV*, § 5. *Senecioni* = *Coll. can. III, c.* 94. *Locus ex epistola ad episc. Dardan. exscriptus in Coll. can. desideratur. IV*, § 8. *ad Rufinum* (in registro) *ex epist. Iohannis VIII. Coll. can. IV, c.* 103. 3) *II*, § 13. *episcopis Brit.* (in registro suo); *III*, § 2. *episc. Brit.* = *Coll. can. III, c.* 58; *IV*, § 3. *Carolo regi* (in registro suo). 4) *III*, § 6. *Lothario regi* (in registro suo) = *Coll. can. IV, c.* 101; *ibid. Ludovico imp.* 5) *II*, § 19. *ad Lucenses* (in registro suo) = *Coll. can. IV, c.* 53; *III*, § 2. *Sigfrido episc.* = *Coll. can. III, c.* 58; *ibid. ad Cosentinum episc.* 6) *II*, § 19 (in registro suo). 7) *Praeterea citantur III*, § 9: Hadrianus in registro, *quo loco Capit. Angilramni afferuntur; III*, § 4: Ambrosius in registro suo, *ubi Sermo de informat. episcoporum in usum vertitur.* 8) *III*, § 9. 9) *II*, § 2. 10) *Cf. Merkel in Savigny 'Gesch. des römischen Rechts im Mittelalter' VII, p.* 75 *sq.; Filling,*

men[1], *Authenticum Novellarum*[2], *Novellam Valentiniani III*[3], *Constitutiones quae dicuntur Sirmondi III.*[4] *et XX*[5], *Codicem Iustiniani*[6], *Institutiones*[7]. *Nequaquam autem Codex Theodosianus, quod H. Fitting sibi persuaserat*[8], *ei in manibus fuit. Ex recentiorum imperatorum legibus capitularia Karoli Magni et Ludovici Pii privilegiaque ab Ottone I. et Heinrico II. curiae Romanae concessa adhibuit.*

Libri Diurni, quem 'pontificum Romanorum' dicit, exemplo utitur, quod ad codicem Claromontanum propius accedebat[9] *neque Librum pontificalem, 'Romanum pontificale' ab eo significatum, in Libello praetermisit. E quibus libris in opusculo nostro nulla affert, quae in Collectione canonum non inveniantur. Inter ecclesiasticae historiae scriptores Anastasium bibliothecarium, Rufinum, Theodoretum, Cassiodorum adiit. Praeterea Iohannis Vitam S. Gregorii, Paulini S. Ambrosii evolvit.*

Notae historicae etsi in Libello contra invasores haud abundant, eo pluris tamen aestimandae sunt, quo maiore auctor et doctrina et dignitate inter alios excellebat. Praecipue iis, quae de decreto Nicolai II. a. 1059. *in synodo constituto profert, viros doctos dudum commoveri oportebat. Neque mirum, quia ut cardinali et registrorum pontificalium studiosissimo investigatori vix difficile fuisse crederes quid decretum ipsum continuerit, eruere*[10]. *Quodsi laicali investiturae inimicissimus a Nicolao statutum fuisse concedit, ut ante consecrationem regi electus nuntiaretur, quin aut in decreto ius regium in pontifice eligendo ita definitum, aut, si non diserte terminatum, certe ita intellegendum fuerit, vix quisquam dubitabit*[11]. *Auctoritatem vero decreti illius ita infirmare atque imminuere conatur, ut papae contra statuta tot patrum talia promulgare minime licuisse neque igitur decretum alicuius momenti esse ostendat. Ceteroquin Wibertinos, quos acerrimo odio persequitur, Nicolai decretum sua sponte interpolasse atque corrupisse contendit, unde nulla aut pauca exempla consonantia invenirentur neque principalia quidem, quae ibi determinarentur, pro certo haberi possent. Qua ratione de toto decreto sane dubitandum esse legentibus persuadere studet.*

Deusdedit cardinalis opera in medio aevo satis divulgata fuerunt. Petrus Pisanus nihil de Victore III. refert, nisi quod Deusdedit ei librum canonum dedicaverit[12]. *In collectiones suas eiusdem opusculi maiores partes Albinus et Cencius camerarius receperunt*[13]. *Breviorem Libelli recensionem vel excerpta quaedam Hugoni Flaviniacensi et Gerhoho Reichersbergensi praesto fuisse supra diximus*[14]: *haec ipsa Alpes*

'Über die Stellen des römischen Rechts in einer Streitschrift des Cardinals Deusdedit' in 'Savigny-Zeitschrift', Roman. Abtheil. IX, p. 376—381. 1) *II,* § 20 = *Coll. can. IV, c.* 151. 152; *III,* § 10. *duo loci, quorum alter = Coll. can. III, c.* 138; *cf. III,* § 12. 2) *IV,* § 1 = *Coll. can. III, c.* 145. 3) *III,* § 6 = *Coll. can. I, c.* 236. 4) *III,* § 10 = *Coll. can. IV, c.* 144. 5) *III,* § 4 *et* 11, *quae constitutio in Coll. can. deest.* 6) *III,* § 10 = *Coll. can. IV, c.* 150; § 11 = *Coll. can. III, c.* 139; § 13 = *Coll. can. I, c.* 241; *IV,* § 2 *(non legitur in Coll. can.); IV,* § 7 = *Coll. can. III, c.* 143; *ib. = Coll. can. IV, c.* 148. 7) *IV,* § 7 = *Coll. can. IV, c.* 147. 8) *'Savigny-Zeitschrift, Roman. Abth.' IX, p.* 380 *(cf. p.* 374, *n.* 1*). Loci enim c. I,* § 12, *quos H. Fitting e Codice Theodosiano sumptos esse demonstravit, omnes ex epistola Iohannis VIII. papae (Coll. can. IV, c.* 103*) hausti sunt. Neque Anselmus Lucensis huius codicis usum fecit, quippe cum, iam Hüffero, 'Beiträge zur Geschichte der Quellen des Kirchenrechts und des römischen Rechts im Mittelalter'* 1862, *p.* 104. *probante, loci ab eodem inde allati e litteris Hincmari quibusdam emanassent.* 9) *Cf. Liber diurnus ed. Sickel (Vindobonae* 1889*) p. LII. LV.* 10) *Cf. Dicta cuiusdam de discordia papae et regis rec. I, Libelli I, p.* 459: Quas equidem qui videre voluerit in palacio imperatoris vel in archivo Romano invenire poterit; *cf. Widonem Ferrar. II, ib. p.* 552. 11) *Cf. Scheffer-Boichorst, 'Die Neuordnung der Papstwahl' p.* 49. 12) *Watterich, Vitae pontif. I, p.* 550, *n.* 1: Ad hunc Deusdedit presbyter tituli apostolorum in Eudoxia composuit et ordinavit librum canonum. 13) *Stevenson l. l. p.* 354 *sqq.; cf. Ballerini l. l. p. CCCIII.* 14) *Supra p.* 294.

transgressa est, cum vestigia eius etiam Ratisbonae et Admunti inveniantur. Tertius codex Mediolani hodie exstat: sed et hic cum ceteris communem et teutonicam habuit originem[1]. *Num autem Anonymus Mellicensis, qui c.* 113. *Libri de scriptoribus ecclesiasticis*[2] *scribit:* Deusdedit cardinalis eisdem temporibus scripsit contra Guibertinos *eandem recensionem cognoverit, dubitari potest, quia illa in codicibus notis et adhuc asservatis eiusdem auctoris nomine inscripta non habetur. Longiorem vero recensionem Petrus Casinensis in Chronico monasterii sui*[3] *satis inepte exscripsit*[4]. *Neque alia auctor disputationis a. W. Schum editae*[5] *usus esse videtur. Eandem Correctores Romani in notis suis ad Gratianum ita citaverunt, ut capitulum, quo quisque canon legeretur, indicarent*[6]. *Utrum vero Tractatus de simoniacis vel de simonia, quem aliquoties commemorant, idem sit atque Libellus infra edendus necne, in dubium vocandum est, quia illae notae ipsae cum opusculo nostro haud bene conveniunt*[7]. *Attamen alius libri de eadem re a Deusdedit confecti vestigia certa non reperi*[8].

Restat ut de editionibus codicibusque, quorum subsidio Libellum contra invasores denuo recensemus, paucis disseramus.

In A classe, qua priorem brevioremque recensionem comprehendimus, hi codices ducendi sunt:

A 1) *Codex Admuntensis*[9] *nr.* 162, *fol., saec. XII/XIII. Continet fol.* 2′—139. Vetus canonum collectio. *Fol.* 160—163′. Bernoldus de sacramentis excommunicatorum iuxta assertionem sanctorum patrum. *Fol.* 164′—166. Agobardus de divina psalmodia seu de correctione antiphonarii: *huius operis tantum prologum. Fol.* 166—167′. Petri Damiani epistola ad Alexandrum papam contra simoniacos. *Sequuntur fol.* 167′—197′. *fragmenta homiletica et exegetica e Chrysostomo, Augustino, Hieronymo. Fol.* 197′. Incipit liber Anshelmi Luugdunensis episcopi contra Wicbertum et sequaces eius. *Fol.* 200′. *sine ulla inscriptione:* Opitulante domini *etc., id est Deusdedit nostri fragmentum usque ad fol.* 206′. *In calce codicis manu saec. XII. exaratum est:* Iste liber pertinet ad sanctum Blasium Admunt. *Semper* e *scriptum est. Contulit v. cl. F. Thaner*[10].

A 2) *Codex Ambrosianus Mediolan. nr.* 17, *S*^{te} *S*^{e}. *saec. XV. ex.*[11] *Continet* 1) Tractatus de martyrio incerti auctoris clerici anno 1438. compositus Constantinopoli.

1) *In omnibus enim scribitur:* Wicbertus, Engilramnus, *cf. supra p.* 292 *n.* 1. 2) *Ed. Pez in Bibliotheca Benedictino-Mauriana,* 1716, *p.* 490. 3) *SS. VII, p.* 750. 4) *Scilicet quae de Wiberto et Heinrico IV. cap. II,* § 11 *et* 12. *referuntur.* 5) *'Die Politik Papst Paschalis II. gegen Kaiser Heinrich V.' p.* 72 *sq. Eosdem fere canones quoque Hugo Flav. et Gerhoh exscripserunt.* 6) *Cf. quae exposui 'Neues Archiv' XVI, p.* 363. 7) *Ibid. p.* 369. 8) *Tertium opus A. Mai in praefatione ad editionem Deusdedit ascribit, quod dicit: 'De privilegiis Romanae ecclesiae', Victori III. dedicatum. Sed et Giesebrecht, 'Münchener Hist. Jahrbuch',* 1866, *p.* 182, *n.* 124. *et Stevenson l. l. p.* 320 *sqq. eum Baronium male intellexisse monuerunt, qui Collectionem canonum etiam hoc titulo comprehendit; cf. Ann. eccles. ad a.* 1080 *(ed. Theiner XVII, p.* 472*) ubi, ne ulla dubitatio remaneat, verba ex prologo Collectionis afferuntur. Vix hic quoque locus ex eadem praefatione exscriptus ad aliud opusculum referendus est:* Porro de modo ducendi subditos pauca hic inserta sunt, quoniam et laboriosum et alterius operis arbitratus sum ad hoc sacram deflorare scripturam, *cum ignoretur, utrum Deusdedit talem librum scripserit necne. Neque certius de alio loco iudicare licet, quem in praefatione Libelli legimus:* Et quoniam predictorum impudentium contumaciam nullatenus nudae rationi acquiescere iamdudum probavimus, id quod scribimus, tam sanctorum patrum quam et christianorum principum constitutionibus, domino Deo nostro premonstrante firmare proponimus, *quia vox* probavimus *non* demonstravimus, *sed* experti sumus *significare videtur.* 9) *'Archiv' X, p.* 635*; Libelli de lite I, p.* 519*; II, p.* 4. 10) *Descriptionem benignissime misit v. doct. P. I. Wichner, tabulario et bibliothecae Admunt. praefectus.* 11) *Cf. 'Archiv' XII, p.* 610.

2) De quatuor gemitibus turturis. 3) D. Bernardi Soliloquium. 4) Eiusdem Scala claustralium. 5) Cassiodori senatoris Chronica. 6) Honorii Scholastici versus ad Iordanum episcopum. 7) D. Anselmi episcopi Lucensis contra Guibertum antipapam. 8) Quaedam ad medicinam spectantia seu de confectione medicamentorum. *Recentiori manu in codice haec leguntur:* Hic codex, qui fuit metrop. ecclesiae Mediol. ei ab archiepiscopo Piccolpallo legatus iussu Ill^{m} card. Federici Borromaei Ambrosianae bibliothecae fundatoris a V^{m} eiusdem ecclesiae capitulo emptus fuit anno 1601 — Antonio Olgiaco eiusdem bibliothecae, quam primus omnium tractavit, praefecto. *Hic quoque Deusdedit opusculum epistolae Anselmi adiunctum est, et ita ut* Incipit liber secundus *inscriberetur. Rationem scribendi saec. XV. usitatam scriba sequitur. Legitur semper* e, ci, *praevalet* y *in* dyaconibus, ydola, ymmo, dyocesis, hystoria, Nycolaus, ydoneus, epyscopus *etc., semper* ch *est in* nichil, michi, proch *etc. Contulit b. m. Ioh. Heller.*

A3) Codex Ratisbonensis adhuc non recuperatus, qui Canisio praesto fuit, cum editionem in Antiquis lectionibus VI, p. 212—234. *praepararet*[1]. *In hoc quoque codice fragmentum nostrum Anselmi epistolam ut liber secundus sequebatur, qua de causa Deusdedit verba semper Anselmo attribui solebant, donec W. de Giesebrecht in 'Münchener Historisches Jahrbuch',* 1866, *p.* 183. *presbytero cardinali sua restituit. Cum autem dubium esse potuisset, an Deusdedit a.* 1097. *alieni scriptoris, videlicet Anselmi fragmento nisus sit, necesse erat, ut revera ipsius esse probaremus: quod in 'Neues Archiv' XVI, p.* 349 *sqq. fecimus.*

B classis codicibus his usi sumus:

B1) Codex Ottobonianus[2] *nr.* 765, *saec. XVI, fol.* 275—318. *Duabus manibus ita scriptus est, ut altera, quae prima exarata erant, corrigeret atque emendaret. Codex mendis abundat, quarum magna pars manu* 2, *quae viri docti fuisse videtur, certe secundum antiquius exemplar delebatur. Multa tamen, quae neglegentiam vel ignorantiam prioris scribae praestant, manserunt. Attamen codex, cum ad primarium textum propius accedat, inter ceteros primum locum obtinet. Contulit v. cl. A. Mau.*

B2a) Codex Vallicellanus[3] *C.* 19, *saec. XVI. Contulerunt vv. cll. G. Waitz, H. Simonsfeld, Car. Wenck.*

B2b) Codex Ottobonianus[4] *nr.* 3139, *saec. XVII—XVIII, continet collectanea cardinalis quondam Passionei. Contulit v. cl. A. Mau.*

Uterque codex procul dubio ex eodem vetustiore exemplari descriptus est, etsi E. Stevensonio assentiri nequeo, qui unum ex altero emanasse arbitratur. Huius recensionis editionem curavit A. Mai, codice Ottoboniano nr. 3139. *nisus*[5] *in 'Nova bibliotheca patrum' VII (*1854*), parte III, p.* 77—114, *— postquam Baronius nonnulla Annalibus ecclesiasticis inseruit*[6], *— ita ut saepius textum ultro corrigeret. Ad iuris autem canonici vel Romani locos illustrandos et declarandos vix quidquam afferebat*[7].

Editionem novam ita instituimus, ut recensione longiore pro fundamento sumpta prioris discrepantes lectiones graviores aut asterisco apposito in inferiore paginae parte aut typis per columnas dispositis adnotaremus. Quae in alterutra abundant, uncis inclusimus.

1) *Editionem alteram curavit Basnage III, p.* 377—388. 2) *Cf. 'Archiv' XII, p.* 363. 3) *Cf. 'Archiv' XII, p.* 423; *Stevenson l. l. p.* 322. 4) *Stevenson l. l. p.* 322. 5) *Stevenson l. l. p.* 322; *Mai praef. p. VIII:* agnovimus feliciter inter codices Vatic. Ottobonianos. *Diu creditum est editorem vetustiore codice usum fuisse; cf. Giesebrecht l. l. p.* 184; *Waitz, 'N. Archiv' II, p.* 329. 6) *Ed. Theiner XVII, p.* 149. 473; *cf. p.* 549. *A.* 1880. *Amati, Bibliografia Romana I, p. CLIII sqq. e codice Vallicell. C.* 19. *prologum et partes ad Wibertum et Heinricum IV. spectantes iterum publici iuris fecit.* 7) *Collectionem canonum v. cl. E. Dümmler rimatus locos qui in utroque opere inveniuntur benignissime mecum communicavit.*

Scribendi rationem in Collectione canonum usitatam, quae codice saec. XII. ineunte asservatur[1], *maximam partem secuti sumus.*

Dabam Berolini a. 1890, *mense Iulio.* *E. SACKUR.*

INCIPIT[a] LIBELLUS CONTRA INVASORES ET SYMONIACOS ET RELIQUOS SCISMATICOS.

PROLOGUS.

Venerabilibus in Christo fratribus sanctae Romanae ecclesiae clericis Deusdedit ultimus presbiter tituli apostolorum in Eudoxia.

Opitulante[b] domini Dei nostri clementia, qui nos et sermones nostros suo mirabili nutu regit atque disponit, accingimur respondere symoniacis* et scismaticis[c], qui dicunt regali potestati Christi ecclesiam subiacere, ut ei pro suo libitu[d] vel prece vel precio vel gratis liceat pastores inponere, eiusque possessiones vel[e] in sua vel in cuius libuerit iura transferre. [Quattuor[f] itaque sunt, de quibus Deo auctore scribere proponimus. Primum, quod regi non liceat sacrosanctis ecclesiis episcopos constituere. Secundum de symoniacis et scismaticis, et eorum sacerdotio et sacrificio. Symoniacos autem dicimus eos hereticos, qui Dei ecclesiam et eius officia precio mercantur vel vendunt; scismaticos vero, quantum ad hoc attinet opus, eos qui haec eadem non secundum sacros canones, sed licet gratis, a regali tamen et laicali accipiunt potestate. Tertium, quod clerus a saecularibus[g] pasci debet atque honorari, non infamari vel iudicari aut persequi. Quartum, quod saeculari potestati non liceat in ecclesiam clericos introducere vel expellere, nec res ecclesiasticas regere vel in sua iura transferre. Nemo autem putet nos honori regio derogare in hoc quod scribimus, quod eidem talia non liceat usurpare: aliud quippe sacerdotum, aliud est officium regum. Regis[h] enim officium est paci regni providere et sacerdotem[i] ad predicta omnia adiuvare, eique[k] resistentes opprimere, ut eum rex terreat vel puniat ferro, qui sacerdotis non corrigitur verbo. Pugnet sacerdos iuxta apostolum gladio verbi, *in promptu*[l] *habens* iuxta eundem discere *ulcisci omnem inobedientiam.* Pugnet rex gladio materiali, quoniam Domini[m] minister est[n] et vindex in iram his qui male agunt. Cum itaque uterque alterius officio indigeat valde, neuter[o] alterius officium presumat, ne quod ab alter oaedificatur ab altero destruatur. Et quoniam predictorum impudentium contumaciam nullatenus nudae rationi acquiescere iamdudum[2] probavimus, id quod[p] scribimus tam sanctorum patrum quam et[q] christianorum principum constitutionibus, domino Deo nostro premonstrante, firmare proponimus.]

cf. Apoc. 2, 16. 2. Cor. 10, 6.

CAPITULUM I.

Coll. can. praef.

1. Ne** autem ulterius exordium protelemus, in primis dicendum videtur, quoniam[r] certum est, quod beatissimus apostolus[s] Petrus, primus ecclesiae pontifex, prius patriarchalibus sedibus Orientis, postmodum vero primos ordinavit[t] pontifices in civitatibus[u] Occidentis. Ipsi enim haec ordinatio maxime competebat, cui principaliter Christus Dei filius caelestis regni cla-

*) his qui dicunt *A*.

**) Et ne diutius exordium protrahamus *A*.

a) *Lemmata des. A.* Incipit liber secundus *A* 2. 3. b) opitulanti *A* 2. c) schismat. *et sic semper B* 2*a*. d) libito *B* 2*a*. *A* 3. e) ut *B* 1. 2*a*. f) *reliqua pars prologi deest A.* g) sacerdotibus *B* 1. 2*b*. h) sacerdotis *B* 1. i) sacerdotes *B* 2. k) eisque *B* 2; *ita primo B* 1; *deinde* s *del.* l) promptum *B* 1. 2*a*. m) Dei *B* 2. n) *deest B* 1. o) neuter cavere debet ne alterius *B* 2; neuter alterius *supra lin. m.* 2. *B* 1; *in linea* valde ne ut alii. p) qđ *ex* q̄ *m.* 2. *B.* 1. q) etiam *B* 2. r) quomodo *A* 2. 3. s) Petrus apost. *A*; Petrus *deest B* 2*b*. t) misit *A*. u) inciv. *B* 2; in *om. A* 3.

1) *Adhibuimus tabulas in edit. Pii Martinucci atque apud E. Monacci, Archeol. paleogr.*

2) *Nescio ubi; cf. praef. p.* 298. *n.* 8.

vibus traditis suas oves pascere iusserat, et pro cuius fide, ne deficeret, specialiter oraverat, cuique[a] fratres suos in eadem fide confirmare preceperat. Sed et reliquos apostolos, quos reliquis[b] mundi partibus novimus predicasse, singulis urbibus illarum partium, quibus quisque verbum Dei predicavit, itidem pastores non dubitamus misisse. Et quoniam[c] sancto[d] Spiritu docente cognoverunt saeculi principes ad fidem venturos et succedentibus temporibus stimulante avaricia quosdam eorum Dei[e] ecclesiam suae ditioni[f] velle subicere suaque auctoritate et libitu[g] pastores eidem[h] subrogare, inter reliquos canones, quos pro religionis cautela et ecclesiastica disciplina statuerunt, eorum[i] pravis conatibus hac[k] constitutione obviaverunt[l], quod[m] ita se habet[n. 1]: *Si quis episcopus saecularibus potestatibus usus ecclesiam per ipsos*[o] *obtineat, deponatur; et segregentur*[p] *omnes*[q]*, qui illi communicant.* Hanc autem constitutionem[r], quae eorum scribitur, si quis autenticam non esse contendat[s], sanctae septimae[t] universalis synodi[u] CCCL patrum[2] nec non et Antiochenae[v] synodi[3], quibus autentica esse docetur, eversor ac[w] per hoc hereticus iudicabitur[4]. Nam et Calistus[x. 5] et Gregorius[y. 6], et quidam alii Romani pontifices, ut curioso lectori notum est, eorundem[z] apostolicorum canonum auctoritate suas constitutiones[a] firmaverunt. Stephanus vero quartus et Iohannes octavus[b], ut ait[7] Anastasius in prologo septimae synodi, quinquaginta capitula eorundem canonum in plenissimum auctoritatis robur recipi censuerunt. Porro [eisdem[c]] apostolis docentibus[d] ecclesiae ubique terrarum consuetudinem ab iis[e] traditam inviolabiliter servaverunt: ut decedente cuiuslibet ecclesiae pontifice clerus et populus eiusdem communi deliberatione de suo vel alterius ecclesiae clero[f] sibi pastorem preficerent.

cf. Ioh. 21, 17. Luc. 22, 32.

2. Et haec tam sancta tamque Deo grata[g] consuetudo tamdiu integra illibataque[h] permansit, quousque fidelium multitudo Dei ecclesias amplissimis possessionibus ditare coepit[8]. Tunc enim ambitionis spiritu interveniente, alii suarum, alii etiam aliarum ecclesiarum ceperunt episcopatus ambire et nefandi Symonis commertio suis fautoribus etiam quam non habebant pecuniam promittere. Quod videntes Deo dignissimi Romani pontifices, qui sacerdotii primatum in toto orbe tenebant, scilicet Bonifatius[9], Celestinus[10],

a) eiusque *B* 1. b) reliqui *A* 3. c) quomodo *A* 2. 3. d) spiritu sancto *A* 2. 3. e) Domini *B* 1. 2*a*. f) ditionis *B* 2*a*. g) libito *B* 2. h) eisdem *B*. i) hunc quoque eorum *B* 2. k) ac structione *B* 1. 2*a*. l) obviam ituri condiderunt *B* 2. m) qui *B* 2; quae *A* 3. n) habent *B* 1. 2*a*. o) *ita Can. apost. A;* ipsas *B*. p) *ita Can. apost. B* 2; segregetur *A. B* 1. q) omnesque *A*. r) *ita A; corr.* cstitutionem *ex* instit. *m.* 2. *B* 1; institutionem *B* 2. s) contendet *A*. t) prime *m.* 1. *B* 1; *m.* 2 *punctis del. et* VII *superscr.* u) *deest B* 2*b*. v) anthioc. *A* 1. w) et *B* 2. x) Calixtus *B* 1. 2*a*. y) omnes *A* 2. z) eorunque *A* 1; eorum *B*. a) structiones *B* 1. 2*a*. b) septimus *A*. c) *deest B*. d) decedentibus *A*; dicentibus *B* 1. e) eis *A*. f) clerico *B* 1; *m.* 2 ic *expunct.*; gremio *B* 2. g) *corr. m.* 2 ex gratia *B* 1. h) inibataque *A* 1; illibitaque *A* 3.

1) *Canones apost. c.* 31, *Hinschius, Decretales Pseudo Isidorianae p.* 29; *Deusdedit Coll. can. IV, c.* 17, *ed. Martinucci p.* 354. — *Grat. C. XVI, qu.* 7, *c.* 14. 2) *C.* 3. *ex interpret. Anastasii, Mansi XIII, col.* 419; *Migne, Patrol. lat. CXXIX, col.* 480; *cf. infra p.* 305. 3) *Cf. p.* 306. 4) *Similiter Deusdedit in praef. Coll. can. l. l. p.* 4. *scribit:* Sed et de auctoritate canonum apostolorum — quorum etiam auctoritate VII. universalis synodus patrum CCCL et idem Gregorius in suo registro uti videtur. 5) *Cf. Calixti I. epist. II, c.* 10, *ed. Hinschius p.* 138. 6) *Nescio ubi.* 7) *Mansi XII, col.* 982; *Migne l. l. col.* 196; *cf. praef. Coll. can., ubi Deusdedit eundem locum affert.* 8) *Cf. Humberti cardinalis adversus simoniacos l. II, c.* 35, *Libell. I, p.* 183. 9) *Cf. Epist.* 7. *Bonifatii I. ad Honorium, ed. Schoenemann p.* 730. 10) *Cf. Coelestini I. ep.* 21, *ad episc. Galliae c.* 3. 5. 6, *Schoenemann p.* 864—866; *eiusdem* 5. *ad episc. Apuliae et Calabriae c.* 2, *Schoenemann p.* 767.

Leo [1], Gelasius [2], Simachus[a.3], Hormisda[4], Gregorius[5]: alii symoniacam heresim, prius a Petro dampnatam, ex tunc et in aeternum dampnaverunt; alii priscam consuetudinem[b] decretalibus constitutionibus ita firmaverunt, ut statuerent[6] nullum ex alia ecclesia alii ecclesiae preponi, nisi forte qui suae digne preficeretur ecclesiae in eadem — quod [ipsi[c]] vix posse contingere crediderunt[d] — nullatenus posset inveniri. Hanc itaque quam predixi consuetudinem ab apostolis traditam nullatenus violare presumpserunt christianissimi imperatores[7] Constantinus, Constans, Valentinianus, Theodosius, Archadius, Honorius, Carolus[e], Ludovicus[f] et his imperio et religione consimiles, qui vel a se vel ab aliis aedificatas ecclesias amplissimis donis ditaverunt, et in clero et in rebus ecclesiarum nullum sibi iudicium[g] vel dominium vendicare voluerunt: immo ne quis sibi vendicaret, quidam eorum, ut in sequentibus docebimus, legibus vetuerunt. At contra Zenon[8] et Anastasius, imperatores Eutichianistae[h], [hi[i]] leguntur[9] prius[k] sanctam Dei ecclesiam sibi subdidisse, ita ut catholicos episcopos in[l] exilio relegarent[m] et apostolica traditione postposita sibi consentaneos in eorum sedibus undelibet[n] subrogarent. Nam ante horum tempora[o] leguntur quidem[p] heretici imperatores catholicos episcopos multis modis vexasse; electioni vero aut[q] promotioni cuiuslibet pontificis nusquam leguntur se miscuisse[r], siquidem sub eisdem Eutichianistis[s] et Constantinopoli et in reliquis urbibus legitur innumerabilis fidelium multitudo, cleri scilicet et populi, extitisse qui[t] pseudoepiscopos eorundem nullatenus[u] voluerunt suscipere: ut ex hoc aperte clareat eundem clerum et populum idcirco eosdem pseudoepiscopos respuisse[v], quia constabat eosdem[w] absque sui electione in Dei contemptum et erroris[x] augmentum[y] a profanis[z] principibus promotos fuisse.

3. Et ut exemplo quod dicimus astruamus, Anastasius sanctae Romanae[a] ecclesiae bibliothecarius in chronica, quam de Graeco in Latinum sermonem transtulit, quamque[b] ex vetustissimis chronicis Graecorum compilaverunt quidam Graeci Dei cultores, Theophanes scilicet et Georgius, quos idem in eiusdem libri prefatione miris laudibus attollit, in eadem, inquam, chronica de imperio Anastasii sic[c] ait inter cetera[d]: *Vicesimo*[e.10] *imperii Anastasii anno, Iohanne Niceote*[f] *Alexandrino antistite heretico mortuo, Dioscorus iunior prelatus est episcopus Alexandriae. Cum autem venisset Constantinopolim pro Alexandrinis apud imperatorem intercessurus propter occisionem filii Calliopii*[g] *augustalis, ab orthodoxis publice convitiis appetebatur, cum*

a) symmachus *A* 1. 3 *B* 2 *semper.* b) constitutionem *B* 2. c) *deest B.* d) credideF *m.* 1, credidere *m.* 2. *B* 1. e) karolus *A* 1. 2. f) Luduvicus *A* 1; Ludoicus *A* 3. g) dom. vel iud. *A;* dominum *A* 2. h) Eutych.? *B* 2. i) *ita A Hugo Flav.; deest B.* k) prius sibi sanctam catholicam eccl. *H.* l) in *deest H.* m) religarent *A* 1. 2. *H.* n) videlicet *A* 2. 3; *deest H.* o) tempus *H.* p) *ita B* 1. *H;* quidam *A. B* 2. q) et *A* 2. 3. r) immiscuisse *A* 3. s) Eutych. *A* 3. *B* 2; imperatoribus *add. H.* t) quod *A.* u) nullatenus — eundem *in marg. B* 1. v) recepisse *A* 2. w) eo *A* 2; eos *H.* x) sui erroris *H.* y) augumentum *B* 1. 2*a.* z) p r e f a t i s *A. H.* a) eccl. Rom. *B* 3. b) quam qu'a; qu'a *linea del. B* 1; quam *B* 2. c) s i c i n t e r c e t e r a s c r i b i t *A.* d) loquens vices. inquid B 2. e) viges. *B.* f) *om. A* 3. g) Calli opii *A* 2; Caliopii *B* 1.

1) *Cf. infra p.* 304. 2) *Gelasii Decr. gener. c.* 26, *Thiel, Epistolae Rom. pont. genuinae I, p.* 724. 725; *Hinschius p.* 653. 3) *Cf. Symmachi epist.* 15. *ad Cesarium c.* 3. 5; *Thiel I, p.* 791; *Hinschius p.* 657. 4) *Epist.* 25. *ad universos episc. Hispaniae c.* 2, *Thiel I, p.* 789. 5) *Cf. epist. IX,* 11. *ad Brunechildam reginam infra p.* 319. 6) *Cf. Coelestini Decr. ad episc. Galliae c.* 5. *l. l.; cf. p.* 304. 7) *Cf. infra p.* 316. 8) *Sequentia usque ad finem* § 4. *exscripsit nonnullis omissis atque mutatis Hugo Flav., SS. VIII, p.* 319 *sq.* 9) *Cf. etiam Bonithonis l. ad amicum II, Libell. de lite I, p.* 575. 10) *Historia eccl. ed. Fabrotus, Paris* 1649, *p.* 55; *Verba* Cum idem Dioscorus — inthronizaverunt eum *in Coll. can. IV, c.* 136, *p.* 466: Ex eadem (*i. e.* Ex ystoria Anastasii bibliothecarii Romanae ecclesiae).

procederet, estimantibus[a] *eum*[b] *contra recta dogmata advenisse. Ergo cum ob homicidium intercessisset, cum festinatione discessit. Causa vero caedis ista fuit. Cum idem Dioscorus manus impositionem accepisset, recesserunt multitudines rusticorum dicentes, quia, nisi secundum quod*[c] *sanctorum apostolorum canones continent*[d]*, fiat episcopus, non recipietur: principes enim*[e] *inthronizaverunt*[f] *eum. Dioscorus autem*[e] *venit*[g] *ad sanctum Marcum*[h]*, et venientes clerici induerunt [eum*[i]*] secundo et iterum consecraverunt. Et ita veniens*[k] *ad sanctum Iohannem perfecit*[l] *collectam. Cum autem esset*[m] *illic Theodosius*[n]*, filius Calliopii*[o] *augustalis, et Achatius*[p] *magister militum, turbae turbatae ceperunt iniuriis afficere*[q] *filium augustalis, eo quod*[r] *laudaret imperatorem Anastasium. Cum vero iurgium motum fuisset, insilientes*[s] *quidam a sede posuerunt*[t] *filium augustalis et interemerunt*[u] *eum. At vero Achatius*[v] *magister militum quotquot capere potuit interfecit; quod audiens imperator iratus est adversus eos. Porro Dioscorus interveniens mitigavit eum.* Ecce qui primum apostolicam traditionem de pontificali promotione ausi sunt violare! Ecce quibus primis auctoribus seculi principes suos pontifices nituntur Dei ecclesiae promovere!

4. Et ut cepta prosequamur[v*], secuti sunt haec[w] hereticorum[x] exempla quidam Graecorum imperatores regni sui urbibus suos episcopos imponentes. Romanae vero urbi, Deo prestante meritis[y] apostolorum, qui in ea vivunt et president, in hoc pepercerunt; decretum tamen electionis futuri pontificis a clero et senatu subscriptum[z], priusquam idem consecraretur, sibi[a] mitti statuerunt. Quod cum legatur[1] eisdem imperatoribus saepe directum fuisse, nusquam tamen legitur eosdem Romanorum electionem mutasse. Hoc autem quia Domino[b] contrarium erat, ut ecclesia pontifice careret[c], usque dum qui[d] decretum ferebat[e] iret et rediret, penitus respuerunt sequentes imperatores pietate religioneque prestantes. Sic enim legitur in Romano pontificali[2]: *Benedictus secundus*[f] *natione Romanus suscepit iussiones clementissimi principis Constantini ad venerabilem clerum et populum Romanae*[g] *civitatis, per quas concessit, ut qui electus fuerit pontifex e vestigio consecretur*[h] *absque tarditate.* Itaque qui advertit alios Graecorum imperatores ante consecrationem decretum sibi mitti voluisse, adtendat[i] etiam eosdem Romanam electionem nunquam reprobasse; adtendat[i] et[k] posteros eorundem, quia hoc Deo[l] contrarium erat, penitus respuisse.

5. Itaque percurramus sanctorum patrum decreta, quae de pontificum promotione statuerunt, ut sciamus quid iuris imperatoribus suorum vel quorumlibet[m] temporum[n] in eisdem servaverunt[o]. Primus[p] Leo doctor eximius, Romanae ecclesiae pontifex, Anastasio[q] Thessalonicensium archiepiscopo, qui vices Romani pontificis super

a) existim. *B* 2. b) *deest B* 1. c) *deest B* 2. d) *deest B;* nisi sicut — continent *Hugo.* e) vero *A* 3. f) intronizarunt *A* 2; intronizavere, instronizavere *B;* inthronizaverant *Anast.* g) veniens *B* 1. 2*a*. h) Marchum *B* 1. i) *deest B.* k) perveniens *A* 2. l) et perf. *A* 1. m) illic esset *A* 1. n) Rodosius *B.* o) Caliopii *B* 1. p) Achacius *A* 2; Acacius *B.* q) afficere Augustalium, filium August. *Anast.* r) primo qȝ *B* 1. s) insilentes *corr. m.* 2 *ex* insulentes *B* 1. t) percusserunt *B* 2; deposuerunt *Anast.;* depulerunt *H.* u) interemere *corr. ex* intemere *m.* 2. *B* 1. v) Achacius *A* 2; Acasius *B* 1; Acacius *B* 2. v*) persequamur *A* 3. w) horum *A.* x) exempla haer. *A* 3. y) et mer. *B* 2. z) susceptum *B.* a) mitti sibi *A* 2. b) Deo *A.* c) careat *B.* d) *deest B;* quae *A* 3. e) ferebatur *B;* quod fer. *B* 2*b*. f) enim *A.* g) *ex* romae *m.* 1 *corr. B* 1. h) *ita A. Coll. can.;* consecraretur *B.* i) attend. *A* 2. 3. *B.* k) etiam *A.* l) contr. Deo *A* 2. 3. m) eorumlibet *B* 1. n) *in marg. B* 1, *in textu* episcoporum. o) inseruer *m.* 1; inseruere *m.* 2. *B* 1; inseruerint *B* 2. p) Leo doctor eximius et primus ecclesie Romane pontifex *A.* q) *ex* Anastasius *m.* 2. *B* 1.

1) *Cf. H. Cohn, 'Die Stellung der byzantin. Statthalter in Ober- und Mittelitalien, Berlin. Dissert.' 1889, p. 75 sqq.* 2) *Liber pontificalis c. LXXXIII. ed. Duchesne I, p.* 363: Bonifacius — Romanus. Hic suscepit *etc. Ultima verba paulisper mutata sunt. Eandem formam, quam libellus noster, Coll. can. I, c.* 203, *p.* 134 (Ex Romano pontificali) *praebet.*

quadraginta episcopos Illirici[a] et Graeciae habebat, sic[b] inter cetera scribit[1]: *De persona consecrandi episcopi et de cleri et*[c] *plebis consensu metropolitanus fraternitati tuae referat, [ut*[d] *ordinationem tua quoque firmet auctoritas, et quod in provincia bene placuit scire te faciat.]* Et paulo post[2]: *Metropolitano vero defuncto cum in loco eius alius fuerit*[e] *subrogandus, provinciales*[f] *episcopi ad civitatem metropolim conveniant, ut omnium clericorum atque omnium civium voluntate discussa ex presbyteris eiusdem ecclesiae vel ex*[g] *diaconibus obtimus eligatur*[h]. *Cum*[3] *ergo de summi sacerdotis electione tractabitur, ille omnibus preponatur, quem cleri plebisque consensus concorditer postulaverit; ita ut si in aliam forte personam partium se vota diviserint, metropolitani iudicio is alteri preponatur, qui maioribus et studiis iuvatur et meritis tantum, ut nullus invitis et non petentibus ordinetur, ne civitas episcopum non obtatum aut contempnat aut oderit, cui non licuerit habere, quem voluit.* Item idem[4]: *Nulla*[i] *ratio sinit, ut inter episcopos habeantur, qui nec a clericis sint*[k] *electi, nec a plebibus*[l] *expetiti, nec a provincialibus*[m] *cum metropolitani iudicio consecrati.*

6. Celestinus[5]: *Nec*[n] *emeritis in suis ecclesiis peregrini et extranei et qui ante ignorati sunt*[o] *ad exclusionem eorum, qui bene suorum*[p] *civium merentur testimonium, preponantur*[q]*!* Item idem[6]: *Nullus invitis detur episcopus: cleri, [et*[r]*] plebis, et ordinis consensus et desiderium requiratur. Tunc alter de altera ecclesia*[s] *eligatur, si de civitatis illius*[t] *clericis, cui est episcopus ordinandus, nullus, quod evenire non credimus, poterit*[t*] *inveniri*[u]. *Prius*[v] *enim illi reprobandi sunt*[w], *ut aliqui de alienis ecclesiis merito preferantur. Habeat unusquisque fructum militiae [suae*[x]*] in ecclesia, in qua suam per omnia [officia*[y]*] transegit aetatem: in aliena*[z] *stipendia minime alter obrepat, [nec*[a] *alii debitam alter sibi audeat vendicare mercedem.] Sit facultas clericis*[b] *renitendi*[c], *si se viderint pregravari et quos sibi ingeri ex transverso cognoverint, non timeant refutare: quod*[d] *si non debitum premium vel*[e] *liberum de eo, qui eos est recturus, debent habere iudicium.* Gregorius Gaudioso episcopo inter cetera[7]: *Et ideo fraternitas tua ad predictam ecclesiam ire properabit et*[f] *clerum plebemque admonere festinet, ut*[g] *remoto studio*[h] *uno eodemque consensu talem preficiendum*[i] *sibi expetant sacerdotem, qui a venerandis canonibus nullatenus respuatur: qui dum*

a) Ilirici *B* 1; Illyrici *A* 3. *B* 2; Hillirici *A* 2. b) *deest A* 3. c) plebisque *A. Leo.* d) *uncis inclusa des. A.* e) inerit *A* 1. 2. *Leo*; fuit *A* 3. f) comprovinciales *A.* g) *deest B* 2; e dyac. *A* 2. h) deligatur *A* 2. 3. i) nullaque *B* 1. k) sunt *A Leo Coll. can.* l) plebe *A* 3. m) comprovincialibus *A.* n) Hec *B* 1. o) sint *Cael.*; sunt *Coll. can.* p) de suorum civ. mer. testimonio *Cael.*; suorum mer. civ. *A* 1. 3. q) praeponatur *B.* r) *deest A Cael.* s) elig. eccl. *Cael.*; de eccl. elig. altera *A.* t) ipsius *A. Cael.* t*) potuerit *A* 3. u) reperiri *Cael.* v) Primum *A. Cael.* w) qui dicunt *add. A* 1; qui ibi sunt *A* 2. 3. x) *deest B*; suae fructum mil. *Cael.* y) *ita Cael. A; deest B.* z) *ita A. Cael.*; diena *B* 1; dicta *B* 2. a) *uncis inclusa des. A.* b) cleris *A.* c) *ex* retinendi *m.* 2. *B* 1; resistendi *Cael.* d) qui *Cael.* e) premium lib. tamen de eo *B* 2. f) *ita Greg. A*; ut *B.* g) et *A* 2. h) dissidio *A* 3. i) *ita A. Greg.*; sibi prefic. *B.*

1) *Epist.* 14, *c.* 6, *Opp. ed. Ballerini I, col.* 688; *Migne LIV, col.* 673; *Hinschius p.* 619. — *Grat. Dist. LXV, c.* 4; *Manegoldi L. ad Gebehardum c. LI, supra p.* 402. 2) *Ibidem*; *Coll. can. I, c.* 96, *p.* 82: Metropolitano — eligatur. Et post pauca. Cum — voluit. *Grat. Dist. LXIII, c.* 19. 3) *Eadem epist. c.* 5, *Manegold. l. l. p.* 400. 4) *Epist.* 167 *inquis. I. ad Rusticum episc. Narbon., Opp. ed. Ballerini I, col.* 1420; *Migne l. l. col.* 1203; *Hinschius p.* 616; *Coll. can. I, c.* 97, *p.* 83; *Jaffé* 544. — *Grat. Dist. LXII, c.* 1. *De hoc loco cf. Scheffer-Boichorst, 'Die Neuordnung der Papstwahl unter Nicolaus II.' p.* 88. 5) *Epist.* 4, *c.* 4, *Mansi IV, col.* 464; *Hinschius p.* 560; *Coll. can. I, c.* 92, *p.* 80; *Jaffé* 369. — *Grat. Dist. LXI, c.* 12. 6) *Ibid. c.* 5 *l. l.*; *Coll. can. I, c.* 93, *p.* 80. — *Grat. Dist. LXI, c.* 13; *cf. Manegold. c.* 41, *p.* 401. 7) *Epist. IX,* 87, *Opp. ed. Bened. II, col.* 995 *C*; *Jaffé* 1712. — *Grat. Dist. LXII, c.* 16; *cf. Manegold. p.* 414.

fuerit[a] *postulatus cum solemnitate electus*[b], *omnium*[c] *subscriptionibus roboratus*[b] *et dilectionis tuae testimonio litterarum ad nos sacrandus*[d] *occurrat; commonentes*[e] *etiam, ut nullum de*[f] *altera eligi permittatis*[g] *ecclesia, nisi forte inter clericos ipsius civitatis nullus ad episcopatum dignus, quod evenire non credimus, poterit inveniri: provisurus ante omnia, ne ad cuiuslibet conversationis*[h] *meritum laicae*[h*] *personae adspirare presumant, et tu periculum ordinis tui, quod absit, incurras.* Ex concilio Niceno patrum CCC[torum] XVIII, cap. VI[1]: *Per omnia autem manifestum est, quia si quis praeter voluntatem et scientiam*[i] *metropolitani episcopi fuerit ordinatus, hunc concilium magnum et sanctum censuit*[k] *non debere esse*[l] *episcopum. Sane si communi omnium consensu*[m] *rationabiliter probato secundum ecclesiasticam*[n] *regulam duo*[o] *vel tres animositate ducti per contentionem contradicunt, optineat plurimorum sententia*[p] *sacerdotum.*

7. Ex VII. synodo[q] universali habita a quinque patriarchis cum CCCL patribus sub primo[r] Adriano pontifice Romano [cap. III[s. 2]]: *Omnis electio episcopi*[t] *vel presbyteri aut diaconi a principibus facta irrita maneat secundum regulam, quae dicit: 'Si quis episcopus saecularibus potestatibus usus ecclesiam*[u] *per ipsas*[v] *obtineat, deponatur et segregetur*[w] *omnesque qui illi communicant.'* Ex VIII. synodo[x] item universali habita [item[y]] a quinque patriarchis cum patribus CCXL sub primo[z] Nicolao pontifice cap. [XXII[a. 3]]: *Promotiones et consecrationes episcoporum concordans prioribus conciliis electione ac decreto episcoporum*[b] *fieri haec sancta et universalis synodus diffinivit et statuit atque iure promulgavit neminem laicorum principum vel potentum semet inserere electioni vel*[c] *promotioni patriarchae vel*[d] *metropolitae aut cuiuslibet episcopi, ne videlicet inordinata hinc et incongrua fiat confusio vel*[c] *contentio, presertim cum nullam in talibus potestatem quemquam*[e] *laicorum*[f] *potestativorum habere conveniat; sed potius silere et attendere sibi, usque quo*[g] *regulariter a collegio ecclesiae suscipiat finem electio futuri*[h] *pontificis. Si quis vero laicorum ad concertandum et cooperandum invitatur ab ecclesia, licet*[i] *huiusmodi cum reverentia, si forte voluerit obtemperare*[k] *se asciscentibus. Taliter*[l] *enim dignum pastorem sibi regulariter ad suam salutem ecclesia promovet. Quisquis autem saecularium [potestatum*[m]*], principum et*[n] *potentum vel*[o] *alterius dignitatis laicus adversus communem ac*[p] *consonantem atque canonicam electionem ecclesiastici ordinis agere temptaverit, ana-*

a) fuit *B* 2. b) decreti — roborati *B*. c) hominum *B* 2. d) consecrandus *in marg. A* 1. e) commonemus *A*. f) null. eligi permitt. de alt. eccl. *A*; ex aliena *B* 2. g) permittas *Greg.* h) consecrationis *B*. h*) lascivae *A* 3. i) conscientiam *A. Hugo Flav.* k) statuit *H.* l) *om. B* 1; episc. esse *B* 2. m) consensui *B* 2. n) ecclesiae *A*. o) secundo et tertio *B* 1. 2*b*; sec. vel tert. *B* 2*a*. p) sac. sent. *A*. q) synodi *B* 1. r) *ita B. Disput.*; Adr. pr. *A*; primo *deest H. Gerh.* s) *ita A. H. Gerh.*; c. III *des. B. Disput.* t) episc. presb. vel diac. *H.* u) *ita A. Syn. VII. Coll. can. H. Gerh. Disp.*; ecclesias *B*. v) *ita B. Disput.*; *ceteri* ipsos. w) segregentur omnes *B* 2. *Syn. VII.* x) *corr. ex* synodi *B* 1. y) *deest A. H. Disp.*; *Gerhoh hic multo brevior.* z) *ita B. Disput.*; Nic. pr. *A. H.* a) *deest A. H*; cap. XXII. *om. Disp.*; cap. XI. *Gerhoh.* b) clericorum et populorum *B*; *ut videtur postea interpol., cum Disputatio quoque* episcoporum *exhibeat.* c) et *B*. d) *deest B*. e) quenqúa *B* 1; quemqúa *B* 2. f) pot. laic. *A* 3. *H.* g) quousque *A*. h) *ita A. H. Gerh. Disput.*; summi *B*. i) liceat *B*. k) se obtemp. *A*. l) Taliter — promovet *om. H.* m) *deest A. H. Gerh. Syn. VII. Coll. can.* n) aut *A* 1. 3. o) aut *A* 3. p) et *B* 2*b*. *H.*

1) *Hinschius p.* 258; *Coll. can. I, c.* 4, *p.* 3: Ex eodem cap. VI. — *Grat. Dist. LXIV, c.* 8. *alia versio. Hunc et sequentes locos auctor Disputationis ed. Schum exscripsit. V. infra.* 2) *A.* 787. *Ex interpret. Anastasii biblioth. ap. Mansi XIII, col.* 419; *Migne CXXIX, col.* 480; *Coll. can. IV, c.* 11, *p.* 351: Ex eadem synodo cap. III. — *Grat. Dist. LXIII, c.* 7. *Idem locus denuo infra affertur. Hunc et sequentes canones Hugo Flav. II, SS. VIII, p.* 412. *exscripsit.* 3) *Ex interpret. Anastasii biblioth. ap. Mansi XVI, col.* 174; *Migne CXXIX, col.* 160; *Coll. can. IV, c.* 16, *p.* 353: In eadem in XII. actione. — *Grat. Dist. LXIII, c.* 1.

thema sit, donec obediat et consentiat, quod[a] *ecclesia de electione ac*[b] *ordinatione proprii presulis se velle monstraverit.* Item ex concilio Antiocheno[c] cap. XII[d.1]: *Si quis presbyter vel diaconus per saecularem dignitatem ecclesiam Domini obtinuerit, deiciatur; et ipse et*[e] *ordinator eius*[f] *a communione modis omnibus abscindantur*[g] *et*[h] *sub anathemate sint sicut Symon*[i] *magus a Petro.* Ex synodo Simachi[k] papae[l] cum CC[tis] X et VIII episcopis[2]: *Non placuit laicum*[m] *ad*[n] *aliquid statuendum in ecclesia habere*[o] *potestatem, cui subsequendi manet*[p] *necessitas, non auctoritas imperandi.* Ex[q] eadem[r.3]: *Defuncto pontifice, si in unum inclinaverit totius*[s] *ecclesiastici ordinis electio, consecretur*[t] *episcopus. Si vero, ut fieri solet, studia ceperint esse*[u] *diversa, convincat sententia plurimorum.*

8. Ex Romano pontificali[4]: *Bonifacius*[v] *III. natione Romanus fecit constitutum in ecclesia beati Petri apostoli, in quo sederunt episcopi LXXII, presbyteri Romani XXXIII, presente [omni*[w]*] clero, sub anathemate, ut nullus pontifice Romano vivente aut episcopo civitatis suae presumat loqui aut partes*[x] *sibi facere, nisi tertio die depositionis eius adunato clero et filiis ecclesiae et tunc electio fiat.* Item[y] in eodem[5]: *Stephanus [iunior*[z] *III.*[w]*], natione Siculus, congregatis episcopis totius Tusciae atque Campaniae, considentibus pariter XII episcopis Francorum et Romanis presbyteris in presentia Romani*[a] *cleri et populi, concilium fecit in basilica*[b] *Constantiniana, in quo dampnavit Constantinum neophitum invasorem sedis apostolicae: et allatis sacris canonibus eisque liquido perscrutatis*[c] *prolata*[d] *est*[e] *sententia ab eodem concilio sub anathematis interdictu*[f]*, ut nullus umquam laicorum neque ex alio ordine presumat, nisi per distinctos gradus ascendens diaconus aut presbyter factus fuerit cardinalis, ad sanctum*[g] *honorem pontificatus promoveri.* [Item[h] in concilio eiusdem Stephani actione[i] III[6]: *Oportebat, ut haec sacrosancta domina nostra Romana ecclesia, iuxta quod a beato Petro et eius successoribus institutum est, rite ordinaretur, et in*

a) quod — monstraverit *om. H.* b) *et B 2b;* atque *A 3.* c) Anthioc. *A 1. B 1.* d) *numerus deest H;* Ant. CXXII. *A 3.* e) *deest A 1.* f) *deest A 2. 3.* g) *ita A 1. 2. B 1. Disput.;* abscindatur *Can. apost. A 3. B 2;* abscidatur *H.* h) et — sint *des. Can. apost.;* sit *B 2b.* i) Symo *B 1.* k) Symm. *semper B 2.* l) PP. *B 1;* RP.(?) *B 2;* pontificis *A 2. 3.* m) *ita B. Coll. can. Disput.;* laicos *A. Gerh.* n) *deest Coll. can.;* id *superscr. m. 2. B 1;* laicum statuendi *Disput.;* laico statuendi *Syn.* o) haberi *B 1;* aliquam *add. A 3.* p) *ita A Col. can. Gerh. Disp.;* maneat *B.* q) In eadem *A.* r) eodem *B.* s) *ita B;* tot. inclin. *A. Coll. can.* t) consacretur *B 1. 2b.* u) *deest B 1.* v) Benedictus *A.* w) *deest A.* x) sibi partes *A.* y) Ex eodem *A.* z) nuntius *B 1;* *deest A. Lib. pont. Coll. can.* a) totius *A.* b) ecclesia *A 3.* c) praeservatis *B 2.* d) perlata *B 1.* e) et *B.* f) interdicto *A 2. 3. B 2.* g) sacrum pontificatus honorem promoveri *A. Lib. pont. Coll. can.* h) *uncis inclusa des. A.* i) *deest B 2.*

1) *Can. apost. c. 30, Hinschius p. 29; Coll. can. IV, c. 20, p. 355:* Ex eodem cap. XII. *Idem locus infra.* 2) *Syn. Rom. a. 502. c. 3, ap. Mansi VIII, col. 267; Thiel, Epist. Rom. pont. I, p. 688; Coll. can. IV, c. 46, p. 368:* Ex synodo pape Simachi episcoporum CCXVIII. — *Eundem locum Gregorius VII. Annoni archiepiscopo opposuit; cf. Bonizonis l. ad amicum VI, Libelli I, p. 596.* — *Iterum affertur infra.* 3) *Initium paulisper mutatum est. Coll. can. I, c. 107, p. 86.* 4) *Liber pontif. c. LXVIII. ed. Duchesne I, p. 316:* Bonifacius . . . Hic fecit *etc.; Coll. can, I, c. 201, p. 134:* Ex eodem (*i. e.* Romanorum pontificali) *eadem discrepantia, quam L. pont. exhibet.* — *Grat. Dist. LXXIX, c. 7.* 5) *Liber pontif. c. XCVI. ed. Duchesne I, p. 468:* Stephanus natione Siculus *etc.; p. 474:* adgregans diversos episcopos Tusciae atque Campaniae . . . Quibus omnibus congregatis *etc. Ad verbum demum inde a verbis* allatis sacris; *Coll. can. I, c. 206, p. 135. eadem forma qua in libello.* — *Grat. Dist. LXXIX, c. 4.* 6) *Conc. Lateran. a. 769, act. III, Mansi XII, col. 719; Coll. can. II, c. 131, p. 240:* Ex sinodi secundi Stephani papae in actione III. — *Grat. Dist. LXXIX, c. 3.*

apostolatus culmen unus de cardinalibus presbyteris aut diaconibus consecraretur. In actione quarta[1]: *Si quis ex episcopis vel presbyteris vel monachis vel laicis contra canonum et sanctorum patrum statuta prorumpens in gradum filiorum sanctae Romanae ecclesiae, id est presbyterorum cardinalium et diaconorum, ire presumpserit et hanc apostolicam sedem invadere quilibet ex supradictis temptaverit et ad summum pontificalem honorem ascendere voluerit, ipsi et sibi faventibus fiat perpetuum anathema.* Item infra[2]: *Si quis resistere presumpserit sacerdotibus atque primatibus ecclesiae vel cuncto clero ad eligendum sibi Romanum pontificem secundum hanc canonicam traditionem, anathema sit.]* Ex[a] concilio Leonis quarti[b] episcoporum L[c] cap. V.[d.3]: *Si quis sacerdotibus[e] seu[f] primatibus nobilibus seu cuncto[g] clero huius sanctae Romanae ecclesiae electionem Romani pontificis contradicere presumpserit, sicut in concilio beatissimi[h] Stephani[i] papae legitur statutum, anathema sit.* Item quod electio pontificis non pertineat laicis tantum, ex concilio[k] Laodicensi[l] cap. XIII[m.4]: *Non est permittendum turbae electiones[n] eorum facere qui sunt ad sacerdotium promovendi[o].* Item ex decreto papae Celestini[5]: *Docendus est populus, non[p] sequendus; nosque, si nesciunt, eos quid[q] liceat quidve non liceat commonere, non his[r] consensum prebere debemus.*

9. Decursis itaque tot sanctorum patrum auctoritatibus Latinorum scilicet et[s] Graecorum, patet nihil iuris imperatoriae potestati in pontificum electione seu promotione ab eisdem adtributum esse; immo ne qua laicalis potestas sibi quicquam[t] in his vendicet, a quibusdam eorum sub anathemate, id[u] est a[v] Deo separatione, inhibitum fuisse. Et certe sub prefatis Romanis pontificibus leguntur extitisse potentissimi imperatores, non solum Orienti[w] verum[x] etiam Occidenti[y] imperantes[z], scilicet Valentinianus[6] et Theodosius iuniores, Martianus, Mauritius et Phocas. Et cum prefatae[a] universales synodi, id est prima et septima, a tot patribus agerentur Niceae[b], christianissimi imperatores[c], Constantinus Magnus[7], et item Constantinus[8] et Hirene, mater eius, leguntur[d] adfuisse. Sed et Basilio magno imperatore petente et presente legitur[9] octava synodus item universalis[e] Constantinopoli celebrata fuisse. Itaque cum prima[10] earum censeret[f] non habendum quemquam episcopum sine consilio[g] metropolitani, septima vero trium[11] sacrorum ordinum electionem a principibus prohiberet[h] fieri,

a) *verba* Ex — anathema sit *om. B* 2. b) IIII *A*. c) *deest A* 2. d) VI^to^ *A* 1. e) *ita Nic. Coll. can. A;* ex sac. *B* 1. f) vel *A* 2. g) caetero *A* 3. h) beati *A* 2. 3. i) Bonifatii et Steph. *B* 1; papae *om. A* 3. k) consilio *A*. l) Leodiceno *B* 2. m) cap. IIII. *B*; cap. XII. *A*; *est* cap. XIII, *e quo numero* IIII *corruptum esse videtur.* n) eleccionesque facere *A* 2. o) provehendi *A Conc. Laod.* p) et non *A* 3. q) quid lic. *des. B* 1. r) *deest A.* s) *deest B* 1. t) quitquid *A* 2; quidquam *A* 3. u) hoc *A* 3. v) separatione a Deo *A.* w) Orientis *B* 2. x) sed *A* 3. y) Occidentis *B* 2. z) *deest B* 2. a) univ. pref. *A* 2. b) Nyceae *B* 1. c) *deest A* 2. d) aff. leg. *A* 3. e) universalem *B* 2*a*. f) *ita A;* censeriat; ri *del. B* 1; censeat *B* 2. g) sive cons. *A* 2; concilio *A* 3. *B.* h) prohibuerit *B* 2.

1) *Mansi l. l. col.* 720; *Coll. can. II, c.* 131, *p.* 241. — *Grat. Dist. LXXIX, c.* 5. 2) *Mansi l. l. col.* 721; *Coll. can. l. l.:* Item. Si quis *etc.* 3) *Immo ex conc. Nicolai I. a.* 863 *c.* 11, *Mansi XV, col.* 659; *Coll. can. I, c.* 123, *p.* 94: Leo quartus et secundus Eugenius; *Coll. Brit. Var.* 2. *nr.* 30 (*'Neues Archiv' V, p.* 586): Ex concilio Leonis quarti episcoporum LXXI, cap. II. — *Grat. Dist. LXXIX, c.* 6: Item ex concilio Leonis papae. *Cf. Ewald, 'N. Arch.' V, p.* 397. 4) *Conc. Laodic. c.* 13. *ex interpret. Dionysii Exig., Mansi II, col.* 578; *Coll. can. IV, c.* 18, *p.* 354: Ex concilio Laodiceno cap. XIII. — *Grat. Dist. LXIII, c.* 6. *Idem locus infra iterum affertur.* 5) *Ep.* 5. *ad episc. Apuliae et Calabriae c.* 3, *Mansi IV, col.* 469; *Schoenemann p.* 768; *Jaffé* 371; *Coll. can. IV, c.* 37, *p.* 361: Ex decreto papae Coelestini. — *Grat. Dist. LXIII, c.* 2. 6) *III.* 7) *Scil. in synodo I. Niceae celebrata.* 8) *VI. in syn. Nic. II.* 9) *Syn. VIII.* 10) *Cf. p.* 305. 11) *Scil. episcopi, presbyteri, diaconi; cf. p.* 305.

octava[1] vero[a] sub anathemate interdiceret[b] pontificum electionem laicali potestati, numquid qui presentes aderant imperatores questi sunt hoc ad sui contemptum fieri, quod[c] nihil de pontificum electione eorundem[d] referretur potestati? Immo potius leguntur sanctorum patrum constitutiones amplexati[e] fuisse, easque quidam eorum post quinque patriarcharum subscriptiones suis quoque subscriptionibus roborasse. Item cum contingeret[f] prefatos Romanorum[g] pontifices de pontificum electione decernere, contigit suorum temporum imperatores hoc ad sui imperii iniuriam fieri questos[h] fuisse? Non equidem.

10. Sunt autem quidam eorum, contra quos scribimus, qui putant se[i] quiddam magni in sui defensionem adinvenisse, cum introducunt Gregorium[2] et Ambrosium a saeculi principibus ad pontificatum promotos fuisse: quod quam[k] frivolum quamque[l] falsum sit, evidenti indicio[m] apparebit[n], collatis eorum electionibus cum capitulo octavae[o] synodi, quod supra scripsimus. Nam quamvis multorum annorum interstitio[p] a se distent, tamen[q] ita sibi [invicem[r]] concordare videntur, ut et synodus et eorum electio et[s] promotio uno eodemque Dei spiritu acta fuisse probentur. Sic enim in gestis eorumdem[t] scriptum habetur[3]: *Gregorium licet totis viribus renitentem clerus senatusque et populus Romanus sibi concorditer pontificem delegerunt. At ubi*[u] *decretum generalitatis evadere nequivit*[v]*, consensurum se [tandem*[i]*] aliquando simulavit, et imperatori Mauricio, cuius filium ex lavacro sancto susceperat, latenter litteras destinavit adiurans, ne unquam assensum populis*[w] *preberet, ut se huius honoris gloria sublimarent. Sed prefectus urbis, Germanus nomine, eius nuncium anticipavit, comprehensumque ac diruptis*[x] *epistolis, consensum quem populus fecerat, imperatori direxit. At ille gratias agens Deo pro amicitia diaconi*[y]*, eo quod locum deferendi ei honoris ut cupierat repperisset, ipsum ordinari precepit*[z]. Item in gestis Ambrosii[4]: *Cum populus magis magisque acclamaret**[.a] *Ambrosium*[b] *episcopum, cumque ille videret nihil*[c] *suam intentionem posse proficere, fugam paravit; egressusque medio*[d] *noctis civitatem, cum Ticinum se pergere putaret, mane ad portam civitatis Mediolanensis, quae dicitur Romana, invenitur. Cumque inventus custodiretur a populo, missa relatione ad imperatorem clementissimum Valentinianum, qui hoc summo gaudio accepit, quod*[e] *iudices a*[f] *se directi ad sacerdotium peterentur.* Ecce ex his et prefato capitulo[g] [octavae[h] synodi] patentissime colligitur, iuxta priscam consuetudinem prefatos pontifices electos fuisse. Sed quia nullatenus promoveri patiebantur, cum in alterius electione prefectus vice Romanorum Mauricii, in alterius vero populus Valentiniani legitur

*) Peccatum tuum super nos cumque *perg. A. V. Ambr.*

a) autem *B* 2. b) interdixerit *B* 2. c) ut *A*. d) eorum quidem *A*. e) amplexatos *B* 2. f) contingerit *B* 1; . . et *corr. m.* 2; contigerit *B* 2. g) Romanos *B* 2. h) questo *A* 2. i) *deest B*. k) quia *A*. l) quiaque *A*. m) iudicio? *A*. *B* 2*b*. n) clarebit *A*. o) VIII[ae] *A*. p) institutione; ne *add. m.* 2. *B* 1. q) tantum *B* 1. 2*a*. r) *deest A* 3. *B*. s) vel *A* 3. t) eorum describitur (scribitur *A* 2) vel scriptum habetur *A*. u) ille cum *A*. v) nequit *B* 1; nequiit *B* 2*b*; nequiret *Coll. can.* w) populo *B* 2*b*. x) disruptis *A* 1. *B* 2. y) *ita V. Greg. Coll. can. codd.*; *Mai igitur nullo iure emendat* Germani. z) praecipit *B* 2. a) clamaret *A*. *b*) *ita B Coll. can.* c) suam int. nihil *A* 3. d) noctis medio *A*. *V. Ambr. Coll. can.* e) *ex* qui *m.* 2. *B* 1. f) ad *A* 3. g) capite *A* 3. h) *des. A*.

1) *Cf. p.* 305. 2) *Hoc argumentum ab adversariis multum versatum fuisse confirmant Petri Damiani Disceptatio synodalis, Libelli I, p.* 79*; Manegoldi ad Gebehardum liber c.* 58, *ibid. p.* 410*; Dicta cuiusdam, ibid. p.* 460. 3) *Vita Gregorii auct. Iohanne Diacono I, c.* 39. 40, *Opp. ed. Bened. IV, col.* 36 *C. D; Coll. can. I, c.* 180, *p.* 123. 4) *Vita S. Ambrosii a. Paulino c.* 7. 8, *Ambrosii Opp. VI. (Mediolani* 1883*), col.* 888. *Nonnulla mutata sunt. Coll. can. I, c.* 219, *p.* 153: Ex libro vitae S. Ambrosii.

auxilium expetisse, patet profecto iuxta capitulum octavae[a] synodi, ecclesiam saeculares potestates in sui adiutorium invitasse[b]; easque non imperio, sed obedientia tunc usas fuisse: quoniam[c] quidem non videtur nobis fieri non licere, si contingat dignum quemlibet consensum in sui promotione[d] non prebere, regalem vero potestatem contingat in eadem diocesi adesse, ut Valentinianus tunc in Mediolanensi legitur affuisse. Ut autem quaeratur [imperator[e]] extra diocesim, cum longo interstitio possit abesse, absurdissimum est; cum sanctorum[f] patrum legibus statutum sit[i] intra[g] tres menses viduatam ecclesiam pontificem accipere debere. Quod vero legitur[h] in hystoria tripartita[i] Valentinianus[k] dixisse Ambrosio[2]: *Deus tibi commisit animas, ego corpora*, quam pessime cohereat precedentibus, qui legit intellegat. Valde enim contrarium videtur, et hoc eum dixisse, et ut a se pontifex eligeretur, quod ibidem premissum[l] est, nullatenus consensisse. Hoc vero[m] nobis nihil adversatur, cum beatus Gregorius[3] eandem hystoriam mendosam et a Romana ecclesia repudiatam affirmet.

11. Sunt item qui obiciunt[4] Nicolaum iuniorem decreto synodico[n.5] statuisse[o], ut obeunte apostolico pontifice successor eligeretur et electio eius regi notificaretur; facta vero electione et, ut predictum est, regi notificata, ita demum pontifex consecraretur[6]. Quod si admittendum est, ut ratione factum dicatur, obicimus ad hoc confutandum prefatum regem et optimates eius se ea constitutione indignos fecisse: primum, quia[p] postea prefatum[q] Nicholaum Coloniensem[7] archiepiscopum pro suis excessibus corripuisse[r] graviter tulerunt eumque[s] huius rei gratia, quantum in se erat, a papatu deposuerunt, nomenque[t] eiusdem in canone consecrationis[8] nominari vetuerunt[u]; ideoque decretum eiusdem[v] iure irritum esse debebit[9], quia[w] cum a toto orbe papa haberetur, iuxta eorun-

a) VIII[e] *A*. b) mutasse *A* 2. c) quod *A*. d) promotionem *A* 2. 3. e) *deest A*. f) sanctissimorum *A* 2. 3. g) ne intra tres menses viduatam relinquant ecclesiam a pontifice *A* 3. h) in historia tripartita legitur Valentinianus *A*. i) tripertita; t *superscr. m.* 2. *B* 1. k) Valentinianum *B* 2. l) *corr. ex* prom. *m.* 2. *B* 1. m) Hoc autem nihil nobis *A*. n) synodi *A*. o) constituisse *A* 3. p) quod *B* 1. 2*a*. q) praefatus Nicolaus *B* 2. r) corripuisset *B*. s) cumque *A* 2. t) et nomen *A*. u) vetuere *corr. m.* 2 *ex* vetuer' *B* 1. v) eius de *A* 3. w) qui *B*.

1) *Conc. Chalced. c.* 25; *cf. Hefele, 'Conciliengeschichte' II, p.* 526. 2) *L. VII, c.* 8, *Opp. ed. Garetius p.* 305; *Migne LXIX, col.* 173: Gratias, inquit, ago tibi, Domine omnipotens et salvator noster, quoniam huic viro ego quidem commisi corpora, tu autem animas. 3) *V. supra p.* 10. 12. 23. 4) *Eosdem aggreditur procul dubio auctor in praefatione Coll. can. p.* 4, *cum dicit*: Nam quidam olim in Dei et sanctorum patrum sanctionibus contemptum, ad sui scilicet ostentationem et ad scribendam sibi ventosam auctoritatem, quae nullis canonibus legibus stare potest, scripserunt sibi novam ordinationem eiusdem Romani pontificis. In qua quam nefanda, quam Dei inimica statuerunt, horreo scribere; qui legit intelligat. *Cf. E. Stevenson, 'Osservazioni sulla Collectio canonum di Deusdedit, Archivio della R. società Romana' VIII, (*1885*), p.* 313. *Notandum est Deusdedit cardinalem hic decretum illud prorsus refutare, cum in libello nostro regi ius pontificis confirmandi eo concessum esse minime neget.* 5) *A.* 1059, *Apr.* 6) *Cf. Petri Damiani Epist.* 20. *a.* 1061. *ad Cadalum, Opp. ed. Caietani I, col.* 40; *Discept. synod. l. l. p.* 78. *De loco illo cf. praecipue Giesebrecht, 'Die Gesetzgebung der röm. Kirche', 'Münchener Hist. Jahrbuch',* 1866, *p.* 164; *Scheffer-Boichorst, 'Neuordnung der Papstwahl' p.* 93. 102. 7) *Annonem; cf. Benzonem Alb., SS. XI, p.* 672; *Petri Damiani Discept. syn. p.* 87; *Scheffer-Boichorst l. l., qui fusius de hac controversia disserit, quam a.* 1060. *exortam esse verisimile reddit.* 8) *De more nominum sacramentariis ipsis adscribendorum cf. Ebner, 'Die klösterlichen Gebetsverbrüderungen bis zum Ausgange des Karolingischen Zeitalters' p.* 106 *sqq.* 9) *Petri Dam. Discept. syn. l. l.*: In quo nimirum, non dicam iudicio, sed preiudicio id ipsum privilegium, quod regi predictus papa contulerat, si dicere liceat, evacuastis.

dem sententiam eisdem[a] papa non fuit, quasi non ex Dei[b], sed ex[c] eorum tantum penderet voluntate, quempiam quodlibet[d] esse vel non esse. Romanus enim pontifex, ut sapientes norunt, non modo deponi[e], sed etiam christiano[f] iure a quolibet non potest iudicari. Deinde quia, cum in[g] eodem decreto cautum[h] esset, ut Romani[i] pontificis electio a Romano clero et populo ageretur[l] et postea regi[l] notificaretur, ipsi prefatum violantes[k] decretum[l] elegerunt, quod eis[m] non licebat, prius Cadalaum[n] Parmensem[2], postea Guibertum[o] Ravenatem[p.3], induentes eos apostolicis insignibus; vocantes apostolicos apostatas Antichristi[q] precursores[r]. Preterea autem prefatus Guibertus[s] aut sui, ut suae parti[t] favorem ascriberent, quaedam in eodem decreto addendo, quaedam mutando, ita illud reddiderunt a se dissidens, ut aut pauca aut nulla exemplaria sibi concordantia valeant inveniri[4]. Quale autem decretum est, quod a se ita discrepare videtur[u], ut quid in eo potissimum credi debeat, ignoretur? Sed ut tandem invincibili[v] gladio feriamus, prefatus Nicolaus, unus scilicet patriarcha, cum quolibet episcoporum concilio non potuit abrumpere[5], immo nec mutare non obviantia fidei prefata[w] decreta sanctorum quinque patriarcharum, scilicet Romani, Alexandrini, Anthioceni, Hierosolimitani, Constantinopolitani, ut ex numero prefatis[x] synodis adposito colligi potest sanctorum [patrum[y]] MCCL et eo amplius[z]: tot quippe[a] leguntur prefatas constitutiones suis temporibus statuisse, in quibus non inveniuntur quidquam regiae potestati in pontificum electione seu promotione concessisse; immo, ut predictum est, considentibus cum eis christianissimis imperatoribus et non contradicentibus, leguntur sub perpetuo anathemate vetuisse. Quod si hoc vendicandum[b] est, ex[c] Graecorum imperatorum consuetudine vel[d] ex Ambrosiana vel ex Gregoriana electione constat, ut premissum est, eosdem imperatores[e] hoc veluti[f] Deo adversum respuisse, eorundem vero pontificum electionem et[g] promotionem octavae[h] synodo[i] quamvis prepostere concordasse.

12. Et quamvis decretum, de quo agimus[k], a prefatis ecclesiae legibus penitus enervetur, videamus tamen adhuc quid de eo iterum ecclesiae et saeculi leges censeant, ut penitus evacuetur. Ex synodo papae Hilari[l] cap. IIII[6]: *Illud quod quisque epi-*

a) *corr. in marg. ex* eiusdem *A* 1. b) est *add. B* 1. c) *deest A* 3. d) quemlibet *A*. e) non potest *add. B* 2. f) nullo christiano iure a quolibet potest iudicari *A*. g) *deest A* 1. h) tantum *A* 2. i) Romae *A. Baron.* k) decretum violantes *A*. l) *deest B* 2*a*. *Baron.* m) *deest A* 2. n) Cadolum *B* 2. o) Wicbertum *A*. p) Rauennatem *A* 3; *corr. m.* 2 *ex* rauenatum *B* 1. q) et antichristi *B* 2. r) precessores *A*. s) Wicbertus *A*. t) patri faverent adscriberent *B* 1. u) videretur *B*. v) eos invic. *B* 2. w) praedicta *B* 2. x) praedictis *B* 2; praefatis — M *des. A* 3. y) *deest B*; anno *add. A* 2; numero *add. A* 3. z) episcoporum *add. B* 2. a) quidem *A* 3. b) vindic. *B*. c) et *B* 1. 2*b*. d) ut vel *B* 2. e) ipsos *A*. f) velut *B* 2. g) et prom. *in marg. A* 1. h) VIII[e] *A*. i) synodi *B* 1. k) agitur *B* 2; *corr. ex* agimus *B* 2*a*. l) Hylari *A* 2; Hilarrii *A* 1; Hilarii *A* 3.

1) *Decr. Nicolai II,* § 1, *Scheffer-Boichorst p.* 15. 2) *A.* 1061, *Oct. Basileae; cf. Giesebrecht, 'D. Kaiserzeit' III, p.* 74. 3) *A.* 1080, *Iun.* 25; *cf. Koehncke, 'Wibert von Ravenna' p.* 39. 4) *Hunc locum multum disputaverunt, ut graviores tantum et recentiores enumerem auctores, G. Waitz in 'Forsch. z. D. Gesch.' IV, p.* 117; *Giesebrecht, 'Hist. Jahrbuch',* 1866, *p.* 174; *Scheffer-Boichorst l. l. p.* 114; *Martens, 'Die Besetzung des päpstlichen Stuhles unter Heinrich III. u. IV', 'Zeitschr. f. Kirchenrecht' XXI (*1886*), p.* 292; *Panzer, 'Das Wahldecr. Papst Nicolaus II. und sein Rundschreiben Vigilantia universalis', 'Zeitschr. f. Kirchenrecht' XXII, (*1889*), p.* 430. *Wibertinos fuisse falsarios unicus, quam videam, Scheffer-Boichorst negat nescio an iniuria, quippe cum Deusdedit nostri verba ad recensionem illam imperialem referat, qua electionem Wiberti nequaquam defendi contendit. Quid vero impedit, ne Deusdedit alia exemplaria hodie perdita in mente habuisse credamus?* 5) *Similiter Desiderius abbas Casinensis in Petri Chron. Cas. III, c.* 50, *SS. VII, p.* 740. 6) *Synod. a.* 465, *c.* 4, *Thiel I, p.* 161; *Hinschius p.* 630; *Coll. can. III, c.* 36, *p.* 254: Ex synodo Hylarii papae cap. III. — *Grat. C. XXXV, qu.* 9, *c.* 3.

scopus[a] *commisit illicite*[b] *aut a decessoribus invenit*[c] *admissum, si proprium vult vitare periculum, dampnabit: nam*[1] *in se quicquid in alio non resecaverit*[d] *inveniet.* Gelasius Cresconio, Iohanni et Messalae episcopis inter cetera[1]: *Decessorum*[e] *statuta sicut legitima et iusta*[f] *successorem custodire convenit, ita debet*[h] *etiam male facta corrigere.* Pelagius Armentario magistro militum inter cetera[2]: *Postquam*[i] *ecclesiae iura documentorum quoque intercedentium fuerunt auctoritate firmata, nullatenus ab his discedendi liberam pontifex, vel si velit, permittatur habere licentiam*[k]. Adrianus Agilramno[l.3]: *Constitutiones contra sancta*[m] *decreta Romanorum presulum nullius sint momenti.* Gregorius in registro[n.4]: *Imperiali constitutione aperte sancitum*[o] *est, ut ea quae contra leges fiunt, non solum inutilia, sed etiam pro infectis habenda sint.* Ex Romanis legibus[5]: *Id tantum de sacra responsione substantiam*[p] *mutuetur, quod legum auxilia prosecuntur.* [Ex[q] constitutionibus[6]] Item: *Generale preceptum beneficio speciali anteferendum est*[r]. Et item[7]: *Contra ius rescripta non valeant*[s], *quocumque modo fuerint impetrata. Quod enim*[t] *publica iura prescribunt, magis sequi iudices debent.* Et infra: *Personalia rescripta, quae cum iure concordant, valeant more veterum; et negocii, de quo loquitur*[u] *nostra rescriptio, fines nostrae*[v] *sententiae terminis*[w] *censeatur. Speciale autem, si quid legibus ac iuri importat iniuriam, abolitum extirpetur.* Item: *Illa sacra uniuscuiusque supplicantis desiderio*[x] *concessa prevaleant et effectui mancipentur, quae cum iuris et legum ratione concordant. Ea vero, quae subreptitie*[y] *vel falsis precibus forsitan impetrantur*[z], *nullum supplicanti*[a] *ferant remedium.*

13. His itaque[b] decursis, patet prefatum decretum nullius momenti esse nec umquam aliquid virium[c] habuisse. Et haec dicens non preiudico[d] beatae memoriae

a) commisit episcopus *A*; episc. *deest Hil.* b) inlicite *A* 1. c) invenitur *B* 2. d) resecabit *A*. e) Sicut decessorum statuta si sint *B* 2. f) iuxta *B* 1. g) successores *B* 2. h) debent *B* 2. i) Posteaquam — fuerint *A. Coll. can. Grat.* k) *deest B* 1; potestatem *B* 2. l) *ita Coll. can.*; Agiramo *B* 1; Argiramo *B* 2; Engelrammo *A*. m) sanctorum *A* 1. n) regesto *A*. o) sanctum *A* 2. p) substantiae *B*. q) Ex const. *des. A. Coll. can.; in marg. m.* 2. *add. B* 1. r) non est *B* 1. s) valent *Coll. can. A* 1; valenant *A* 2. t) etiam *B* 2. u) loquetur *B* 1. 2*a*. v) latae *A. Coll. can.* w) terminus *B* 1. x) de desiderio *B* 1. y) surreptione *A*. z) impetrant *B* 1. a) supplicantibus *A* 3. b) ita *B* 2*a*. c) iurium *A* 2. 3. *B* 2. d) praeiuditio *B* 1. 2*b*.

1) *Coll. Britt. Gel. epist.* 42, *Löwenfeld, Epist. pontif. p.* 10; *Coll. can. III, c.* 92, *p.* 285; *Grat. C. XXV, qu.* 2, *c.* 19; *Jaffé* 717. *Ex Deusdedit Coll. can. iteravit Thiel I, p.* 499, *fragm.* 25 *et praef.* 65; *cf. Martinucci in editione Coll. can. p.* XI; *Theiner, Disquit. critic. app. II, p.* 55. 2) *Coll. Brit. Pelagii epist.* 42 (*'N. Arch.' V, p.* 551); *Coll. can. III, c.* 106, *p.* 290: Pelagius Armentario magistro militum inter cetera; *Grat. C. XXV, qu.* 2, *c.* 21; *Jaffé* 1014; *cf. Theiner l. l. p.* 108. 3) *Capitula Angilrami c.* 36, *Hinschius p.* 764; *Coll. can. I, c.* 121, *p.* 93: Adrianus Agilramno episcopo. — *Grat. Dist. X, c.* 4. *Idem locus affertur bis infra; cf. Theiner l. l. p.* 51. 4) *Greg. epist. IX,* 7. *ad Ianuarium episc. Caralitanum, Opp. II, col.* 932 *C; Coll. can. IV, c.* 103, *p.* 418: Gregorius Ianuario episcopo Caralitano. — *Grat. C. XXV, qu.* 2, *c.* 13; *Jaffé* 1724; *Stevenson l. l. p.* 323. *Hic vero canon ex epistola Iohannis VIII. (Jaffé* 3011*) ut sequentia sumptus est. Idem locus iteratur infra.* 5) *Loci sequentes e iure antiquo Romano sumpti ex eadem epistola Iohannis VIII. ad Ludovicum imp. data mutuati sunt, de quibus cf. praef. p.* 297. *Epistolae illius non nisi fragmenta exstant in Coll. can. IV, c.* 103, *p.* 417. 418 *(cf. Coll. Brit. Iohan. VIII. epist.* 49, *'N. Arch.' V, p.* 313. 322*)*: cum in Romanis legibus cautum sit, ut id tantum *etc.* Et iterum: Generale preceptum — est. Et illud: Contra ius — debent. Et infra: Personalia rescripta *etc. Verba:* Item: Illa sacra *etc. non iam in Coll. can. exhibentur; procul dubio autem legebantur in epistola ipsa adhuc ignota.* 6) *L.* 4. *Th. C. de const. princ.* 1, 1. 7) *L.* 2. *Th. C. de div. rescr.* 1, 2.

papae Nicolao[a] nec quicquam eiusdem[b] honori derogo, patrum sententias Dei spiritu conditas sequendo. Homo quippe fuit eique, ut contra fas ageret, surripi potuit[c]. Nec mirum hoc eidem contigisse, cum quidam ipsius decessor inveniatur quiddam[d] decrevisse et meliori usus consilio[e] postea inmutasse. Siquidem secundus Bonifacius[d*] legitur[1] ex decreto constituisse Vigilium diaconum sibi in pontificatu[f] succedere; quod quia Romano clero visum[g] est canonibus adversari, presente clero ab eodem subpositum est igni ante confessionem beati Petri apostoli. Et certe prefatus Nicolaus divino metu concussus hoc idem fecisset[h. 2], si tunc[i] tot patrum sententias in[k] unum collectas vidisset easque suo decreto tam concorditer adversari perpendisset. Beatus quoque Augustinus librum retractationum composuit in correctionem eorum quae prius incaute descripsit; et ut i[ti]dem[l] quisque sapiens faciat, his verbis commonefacit. Ait enim in prohemio eiusdem libri[3]: *Neque enim*[m] *quisquam nisi imprudens*[n], *ideo quia*[o] *mea errata reprehendo, me*[p] *reprehendere audebit. Sed si*[q] *dicit non ea*[r] *debuisse a me dici quae postea mihi*[s] *etiam displicerent, verum dicit et mecum facit; eorum quippe reprehensor est, quorum et ego sum. Sed ut*[t] *volet quisque accipiat hoc quod facio: me tantum*[u] *apostolicam sententiam etiam*[v] *in hac re oportet intueri, qua*[w] *dicit: 'Si*
1.Cor.11,31. *nos ipsos iudicaremus, a Domino non iudicaremur'.* Excommunicatio autem, quae in prefato decreto terribiliter profertur, a Guiberto[x] aut [a[y]] suis fautoribus indita creditur, quoniam in antiquioribus eiusdem decreti exemplaribus longe aliter habetur[4]. Et haec quidem super[z] eos veniet, qui eam[a] in sui favorem ibidem indiderunt, et[b] super eos, qui eam timendam esse[c] dicere presumunt. Super illos quidem, ut incidant in foveam, quam foderunt[d], et ut adprehendat eos captio, quam occultaverunt. Super hos[e] autem, quoniam[f] illic trepidaverunt timore, ubi non erat[g] timor, quoniam Domi-
Ps. 13, 6. nus in generatione iusta[h] est. Nam si in generatione iusta[h] est, in[i] prefatis[k] patribus fuit et per eos locutus est, ideoque illorum maledictio sicut Dei pavenda est. De maledictione vero illorum, qui eorundem patrum decretis non obediunt, dicit idem Dominus[l]
Ps. 108, 28. per prophetam: *Benedicam maledictionibus vestris.* Et item: *Maledicent illi, et tu*

a) nicolai *B* 2. b) eius *A* 3. c) potuerit *B* 1. d) quoddam *B* 2*a*. d*) Bon. sec. *A* 3. e) concilio *B* 1. f) pontificatum *B* 1. g) vissum *B* 1. h) non fecisset *B* 2. i) si tot patrum sententias tunc *A* 3. k) sentencia si in unum *A* 2. l) idem *A*. m) tantum *B* 2*a*. n) *ita Aug. B* 2; impudens *A*. *B* 2. o) ideoque *A* 2. 3. p) reprehendendo me *A* 3; repreh. me *B* 2*a*; et repreh. *B* 2*b*. q) et sicut dic. *A* 1; qui sic dic. *A* 2; sed et si dic. *A* 3. r) non debuisse ea *A*. s) et. mihi *A* 1. t) etsi *A* 1. 2; sicut *A* 3. u) tamen *A*. v) *om. B; verba* me tantum — quae *manu alia in marg. suppl., postquam post* iudicaremur *primo scripta, deinde deleta sunt B* 1. w) quae *A* 3; ubi ait *Aug.* x) Wicberto *A*. y) *ita A. Bar.; deest B.* z) veniet super eos *A*. a) eam ibidem in sui favorem indiderunt *A*. b) et — occultavere *in marg. B* 1. c) *deest B* 1. 2*a*. d) fodere *corr. ex* fovere *m.* 2. *B* 1; fecerunt *A* 1. e) eos *B*. f) qui *B* 1. g) esset *A* 3. h) *corr. m.* 2 *ex* iuxta *B* 1. i) *deest B* 1. k) praedictis *B* 2. l) Deus *A* 1.

1) *Liber pontif. c. LVII. ed. Duchesne I, p.* 281. 2) *Cf. Scheffer-Boichorst p.* 49; *Panzer l. l. p.* 426. 3) *Retract. Prol.* § 1. 2, *Opp. ed. Bened. (*1679*) I, p.* 1 *A. B.* 4) *Differunt revera inter se formulae excommunicationis in utraque recensione decreti conservata, cum in ea, quae papalis dicitur, verba:* non papa sed sathanas, non apostolicus sed apostaticus ab omnibus habeatur et teneatur *omissa sint. Certe vero hic non Wilhelmo Martens, 'Zeitschr. f. Kirchenrecht' XXI, p.* 296. *et Konrado Panzer ibid. XXII, p.* 431, *qui hoc niituntur, sed Paulo Scheffer-Boichorst assentiendum est, qui Deusdedit, si de eadem cogitasset discrepantia, nequaquam dicturum fuisse recte monuit, in antiquioribus exemplaribus* longe aliter *haberi excommunicationem. Minime autem exemplaria illa antiquiora cum eo ad excerpta illa decreti retulerim, quae in Encyclica et decreto contra simoniam emisso assumpta sunt. Quod si esset, non intellego, curne ad eadem de iure regali lectores revocaverit, quippe quae de hoc nihil contineant. Ceteroquin idem procul dubio anathema Petri Dam. Discept. synod. p.* 85. 87. 92. *dicit.*

benedices. Et Salemon[a]: *Sicut avis in*[b] *contrarium volans et passer quolibet vadens,* Prov. 26, 2. *sic maledictum frustra prolatum*[c] *super*[d] *eum veniet, qui misit*[e] *illud.* Haec[f] tantum contra decretum, cuius se Guibertus[g] auctoritate defendit[h], ut doceat se esse quod non est nec unquam esse poterit.

14. De numero vero annorum, quibus haec dampnabilis consuetudo[i] permansisse dicitur, ut saeculi potestas pro suo libito[i] pontifices promoveat, iure causari non[k] potest. Nam de diversis[l] consuetudinibus illa potissimum sequenda est, quae, cum originem sumeret, catholicos patres suorum priorum[m] patrum vestigia sectantes auctores habuit, sicut patres VII.[n] et VIII. synodi secuti sunt statuta patrum[o] sanctorum pontificum Romanorum, et illi[p] consuetudinem ab apostolorum temporibus per omnes ecclesias observatam. Ea vero perversitas, quae a saeculi principibus superinducta est, non preiudicat eidem sanctae consuetudini, quantalibet obtinuerit[q] temporum curricula. Alioquin dominus Deus noster[r] culpandus est[s], qui filios Israel longissima consuetudine sub servitute detentos, cum[t] sub Pharaone tum[u] sub Cyro vel Dario liberavit, et humanum genus sub diaboli servitute longa consuetudine detentum post quinque[v] milium annorum curricula propria morte redemit. Preterea cum veteris et novi testamenti legibus adulterium sit[w] inhibitum, si qui reges adulterium commiserint, numquid eorundem[w*] auctoritate posteri reges adulterari sibi licitum putabunt? Absit. Et quidem certum est regum contra leges commissa nullatenus sequenda esse; leges vero ab eisdem calcatas in suo statu manere debere. Hinc est, quod sancti Dei martyres et Romani pontifices in suis statutis* inseruerunt dicentes: *Non licet imperatori vel cuiquam pietatem custodienti aliquid contra divinitatis mandata presumere, [nec*[x] *quicquam quod euangelicis propheticisque ac apostolicis regulis obviat agere]. Iniustum enim iudicium et definitio iniusta*[y]*, regis metu vel iussu a iudicibus ordinata, non valeant*[z]*. Nec quicquam*[a] *quod contra euangelicae vel propheticae aut doctrinae*[b] *apostolicae constitutionem sive sanctorum patrum*[c] *actum fuerit stabit, et quod ab infidelibus aut*[d] *hereticis factum fuerit omnino cassabitur.* Item Adrianus ad Agilramnum[e] episcopum cap. XLVIII[2]: *Item generali decreto constituimus, ut execrandum anathema fiat et velut*[f] *prevaricator catholicae fidei semper apud Deum reus existat, quicumque regum*

*) scilicet Calixtus[3] et Marcellinus[4] uno ore sanxerunt et Simachus[5] et Adrianus[6], item Romani pontifices in suis statutis *add. B* 1.

a) *ita A* 1. 2; Salomon A 3. *B* 2; Solomon *B* 1. b) ad alia *Vulg.* c) perlatum *A* 2. d) in quempiam superveniet *Vulg.* e) missit *B* 1. f) Hoc contra decretum *A.* g) Wicbertus *A.* h) *deest A* 2. i) libitu *A.* k) *superscr. m.* 2. *B* 1. l) adversis *B.* m) patrum piorum *B* 1; piorum *in marg. B* 2*a*; patr. prior. *B* 2*b*. n) septime et octave *A.* o) sanctorum patrum Romanorum pontificum *A.* p) illa *B* 2*a.* q) temporum obtinuerit *A*; obtinuerint *B* 2*a.* r) *deest B* 2. s) ē *B* 1; esset *B* 2. t) tum *A*; tam *B* 2. u) quam *B* 2. v) V̄M *A.* w) habitum (inhibitum *A* 3) sit *A.* w*) eorum *A* 3. x) Haec *m.* 1. *B* 1; nec — agere *des. A. Cal.* y) *deest A* 3. z) valent *A* 2; valeat *Cal. Marc. Sym.* a) Nec quicquid contra *A.* b) apostolicae doctrinae *A.* c) scripta *add. B* 2. d) *A* 2. 3. e) Gilfamu *B* 1; Argiramum *B* 2; Engilrammum *A*; *emendavi ex Coll. can. I, c.* 121; *IV, c.* 50; *Libellus c. IV.* f) veluti *A* 3. *B* 2.

1) *Scilicet regum eligendi pontifices.* 2) *Capit. Angilr. c.* 20, *p.* 769; *Coll. can. IV, c.* 50, *p.* 376: Ex decreto pape Adriani ad Agilramnum episc. XLVIII. — *Grat. C. XXV, qu.* 1, *c.* 11. *Idem locus infra bis all.* 3) *Cf. Coll. can. IV, c.* 33, *p.* 360: Et Calixti et Simachi papae et Adriani decretum est istud. — Marcellinus episcopus. — *Calixti I. epist. I, c.* 6, *Hinschius p.* 137; *Mansi I, col.* 737; *Jaffé* 485. 4) *Epist. II, c.* 4, *Hinschius p.* 222; *Jaffé* 159. 5) *Regulae VI. Synodi, Hinschius p.* 683. — *Grat. Dist. X, c.* 2. 6) *Hadriani auctoritatem proferunt Burchardi Coll. XV,* 8; *Coll. tr. part. III,* 29, *c.* 1; *Ivonis Decr. XVI, c.* 9; *Theiner, Disquis. crit. app. II, p.* 94.

vel potentum deinceps canonum censuram[a] *in quocumque crediderit vel permiserit violandam*[a]. Item [idem[b]] ad eundem[1]: *Constitutiones contra sancta decreta Romanorum [pontificum*[c] *et] presulum nullius sint momenti.* Si autem omnis plantatio, quam pater caelestis non plantavit, eradicabitur et si[d], ut predictum est, quod ab infidelibus et hereticis actum fuerit omnino cassabitur, numquid haec impietas Eutichianistarum imperatorum cassari et eradicari non debet? Certe quisquis ecclesiasticus pro suo officio vehementer non accenditur[e], ut tanta pravitas a Dei domo radicitus evellatur, zelus[f] domus Dei non comedit eum, et apud Deum canis mutus latrare non valens reputatur.

cf. Matth. 15, 13.

cf. Ps. 68, 10.

Is. 56, 10.

15. Quis enim [sanum[g] sapiens] non advertat hanc pestem seminarium esse symoniacae *h*ereseos[g*] et totius christianae religionis lamentabilem destructionem? Nempe cum dignitas episcopalis a principe adipisci posse speratur, contemptis suis episcopis a[h] clericis ecclesia Dei deseritur; et ab aliis quidem ingens pecunia [non[i] solum regalibus, sed etiam] aulicorum marsupiis infunditur, ut[k] eorundem suffragia ad tam nefariam promotionem mereantur[l]; ab aliis infinitae pecuniae dispendio plus decennio in saeculari curia deservitur, aestus, pluviae, frigora et cetera incommoda patientissime tolerantur; ab aliis autem vel[m] sui pastoris vel cuius honorem ambiunt mors incessanter optatur; ab alio alii vehementer[n] invidetur[o], dum quod[p] sibi sperat, ab eo surripi posse putatur. Immo proh dolor! in tantam Dei iniuriam interdum prosilitur, ut et servis et fornicariis dignitas ista prestetur. Tales quippe cum adepti fuerint quod taliter expetierunt[q], peccantes saeculi potestates nullatenus redarguere[r] presumunt, quoniam ab[s] illis se promotos esse[t] meminerunt, immo[u], ne[v] redarguere presumerent, promoti fuerunt. Et hi quidem[w] lac et lanam [ab[x] ovibus] accipiunt, sed perditissime viventes ovium[y] salutem neglegunt[z]: sicque[z*] impletur quod scriptum est: *Ruina populi sacerdotes mali*[2]. Et ite[ru]m[a]: *Et erit sicut populus, ita et sacerdos.* Sacerdotes quippe a populo non videntur distare, cum[b] certatim se popularibus actionibus student implicare. Nam cum nemo militans[c] Deo implicet se negotiis[d] saecularibus, quidam eorum non canonum, sed canum et accipitrum studia et reliquos mundi luxus exercent. Quidam autem, quasi Deus laudet in sacerdote quod reprehendit in divite, amiciuntur peregrinorum [murium[e]] pellibus[3], et relictis suis cathedralibus ecclesiis assistunt imperatoribus; cum canones spiritu Dei conditi prohibeant pontificibus[e*] palacia regis adire; sed si qua suggerenda sunt, per suos diacones[f] potius intimare. Cumque idem sacri canones sub[g] interminatione prohibeant quemque pontificem a sua cathedrali ecclesia tribus dominicis diebus abesse, alios quidem eorum vix ter aut quater in anno, alios[h] vix anno integro contingit[i] easdem revisere[k]: et ut soli non peccent, sed fiant, ut scriptum est, *laqueus iuvenum,* dant exemplum clericis suas itidem ecclesias deserere, et sub spe episcopandi regum curiae militare. Sed obicitur clericos, ut divina officia principibus exhibeant, eorundem curiam[l] inhabitare oportere; quasi non sit iustius apud Deum et[m] apud homines convenientius, [ut[n] nobis videtur,] quemque episcopum,

Os. 4, 2. Is. 24, 2.

cf. Is. 42, 22.

a) *ita Coll. can. A, et infra c. III et IV; qua de causa et hic correxi;* censuras — violandas *B*; violandum *A* 1. b) *deest B.* c) *des. Coll. can. A; cf. supra c. I, infra c. III.* d) sicut *B.* e) asserit *B* 1. f) zelo eiusdem domus Dei non comeditur *A*; *deest B* 2*b*. g) san. sap. *des. A.* g*) hereticos *A* 2. h) episc. ecclesiasticis *B* 1. 2*a*; episc. ac clericis *A* 3. *B* 2*b*. i) non — etiam *des. A.* k) et *B.* l) mercantur *B* 2. m) in *B* 2*a*. n) *deest A* 1. o) invidentur *B* 2a. p) quae *B* 2. q) expecierint *A* 2; expetivere *B.* r) pres. redarg. *A* 2. 3. s) se ab illis *B* 1. 2*b*. t) fuisse *A.* u) immo — fuerunt *des. ed.* v) nec *B* 2*b*. w) lac quidem *A.* x) ab ov. *des. A.* y) omnium *A.* z) neglig. *A* 2. 3. z*) sic quippe *A* 3. a) item *A.* b) cum quisque certatim se popularibus actionibus studet implicare *A.* c) Deo mil. *A* 3; militans seculo *A* 2. d) secul. neg. *A* 3. e) *deest A.* e*) pontifices *A* 3. f) diaconos *B* 2. g) prohibeant sub interminatione *A.* h) et hos *A* 3. i) contigit *B.* k) revissere *B* 1. l) inh. cur. *A* 3. m) et ap. *des. B* 1. n) ut n. vid. *des. A.*

1) *Cf. p.* 311. *et infra.* 2) *Talem sententiam in scriptura sacra non invenio; cf. autem Gregorii I. epist. IX,* 106 *(Opp. II, col.* 1009*):* ne fiant causa ruinae populi sacerdotes mali. 3) *Cf. Adam. Gesta Hammaburg. eccl. pontif. l. IV, c.* 18, *SS. V, p.* 374.

in cuius diocesi contingit[a] principem adesse, eidem idoneos[b] et religiosos clericos ad divina mysteria celebranda dirigere, et pro temporis[c] diuturnitate, qua idem ibidem moratur[d], alios aliis[e] iubere succedere.

16. His tantis cladibus, quae contingunt ex prefatis[f] promotionibus, Gregorius VII.[g] obviare cupiens [in[h]] Romana[i] synodo L[i] episcoporum, considente presbyterorum et abbatum multitudine, per omnia sanctis prefatis[f] patribus consonantia decreta statuit dicens[2]: *Si quis deinceps episcopatum vel abbatiam de manu alicuius laicae personae susceperit, nullatenus inter episcopos [vel[k] abbates] habeatur, nec ulla ei ut episcopo seu[l] abbati audientia concedatur. Insuper ei gratiam beati Petri et introitum ecclesiae interdicimus, quousque[m] locum, quem sub crimine tam ambitionis, quam inobedientiae, quod est scelus idolatriae, cepit, resipiscendo non deserit. Similiter etiam de inferioribus ecclesiasticis dignitatibus constituimus.* Item: *Si quis imperatorum, regum[n], ducum, marchionum, comitum, vel quilibet saecularium potestatum aut personarum investituram episcopatuum vel alicuius ecclesiasticae dignitatis dare presumpserit, eiusdem [sanctorum[o] patrum] sententiae vinculo se astrictum[p] esse[q] sciat.* Et quoniam sanctorum patrum[h] auctoritate monstratum est pontificum electionem saeculari potestati non[r] subiacere, libet adhuc christian[nissim]orum[s] imperatorum, quas hac[t] de causa sanxerunt constitutiones ad medium deducere, ut pateat nobis, si quid sibi[u] iuris in eadem causa voluerunt vendicare. Hoc[v] enim Carolus[w] et Ludowicus[x] gloriosi imperatores in primo libro capitulorum suorum statuerunt[3]: *Sacrorum[y] canonum non[u] ignari, ut in Dei nomine sancta ecclesia suo liberius potiatur honore, assensum ordini ecclesiastico prebemus, ut scilicet episcopi per electionem cleri et populi secundum[z] statuta canonum de propria diocesi, remota personarum et munerum acceptione, ob vitae meritum et sapientiae donum eligantur, ut[a] verbo et exemplo sibi subiectis prodesse valeant.* Certe* constitutio haec ita consonantissima sanctorum patrum constitutionibus esse perpenditur, quasi vel a Nicena vel a qualibet universalium synodorum promulgaretur. Haec[b] quippe docet hunc esse honorem, hanc esse libertatem sanctae ecclesiae: clerum

*) Certe constitutio haec tam consonantissima sanctorum patrum constitutionibus esse perpenditur[c], ut, si vel a Nicena[d] vel a[e] qualibet[f] universalium synodorum promulgaretur[g], non minus spiritu Dei per istorum ora quam per eandem prolata crederetur *A*.

a) contigit *B* 1; continget *B* 2. b) idoneŭs *B* 1. c) ipsis *B* 1. d) *m.* 2 *corr.* exmoratus *B* 1. e) *deest B* 1. 2*a*. f) praedictis *B* 2. g) septimus *A*. h) *deest A*. i) quinquaginta *A*. k) *des. A; leguntur ap. Hug. Flav.* l) aut *A* 3; vel *H*. m) quoadusque *H*. n) *deest H*. o) s. patr. *des. Greg. Coll. can. A. H.* p) obstrictum *Greg.* q) sciat esse *A* 1. 2. r) *deest A* 2. s) christianorum *B*. t) haec *B* 1. u) *deest A* 3. v) Haec *A*. w) Karolus *A* 1; Charolus *B* 1. x) Ludovicus *A* 3. *B* 2; Lodovicus *B* 1. y) *ita Coll. can. A;* sanctorum *B*. z) scil. *A* 1. a) et *B* 2. b) Hoc *A*. c) deprehenditur *A* 3. d) Niecia *A* 2. e) *deest A* 3. f) qualibet etiam *A* 3. g) promulgantur *A* 3.

1) *Quem locum ante oculos habuisse Hugonem Flav. II, SS. VIII, p.* 412. *docet W. Giesebrecht, 'Münchener Hist. Jahrb.', 1866, p.* 99. *Hugo enim eosdem canones ita praefatus exhibet:* in Romana synodo 50 episcoporum, considente presbiterorum et abbatum multitudine, iuxta decreta pontificalia et institutiones canonicas, ne hoc amplius a quoquam praesumeretur, prohibuit sub interminatione anathematis, decretum faciens in hec verba *etc. Falso autem ad a.* 1074. *refert.* 2) *Conc. a.* 1080, *Jaffé, Bibl. rer. Germ. II, p.* 398; *Coll. can. IV, c.* 54, *p.* 379: Ex concilio Gregorii VII. papae L episcoporum cap. I; *Grat. C. XVI, qu.* 7, *c.* 12; *cf. Giesebrecht, 'Kaiserzeit' III, p.* 1152. 3) *Ludovici Pii Capit. Eccl. a.* 818. 819, *c.* 2, *Capit. regum Franc. I, p.* 276; *Ansegisi Capit. l. I, c.* 78, *ibid. p.* 405; *Coll. can. IV, c.* 146, *p.* 471: Ex I. libro cap. Karoli et Ludovici (*falso* unici) imperatoris. — *Grat. Dist. LXIII, c.* 34. *Eundem locum exhibet Bonizo L. ad amicum II, Libelli I, p.* 578.

scilicet eiusdem[a] populumque sibimet pontificem eligere[b]. Haec[c] in electione canonum statuta servanda esse commemorat, haec[c] symoniacam heresim prohibendo inpugnat, haec[c] vitae meritum et sapientiam in[d] pastoris electione quaerenda[e] demonstrat: et, quod mirum est, brevissime videtur tangere, quod beatus Gregorius scribit[1] de pontifice, scilicet ut quisque[f] perpendere debeat, qualiter ad pontificatum veniat; et rite veniens, qualiter doceat; et recte docens, qualiter vivat. [Item[g.2] ex constitutionibus imperatorum Ludovici[h], Ottonis[i] et Henrici: *In electione Romanorum pontificum nemo illis Romanis, quos ad hanc electionem per constitutionem sanctorum patrum antiqua admisit*[k] *consuetudo, aliquod faciat impedimentum. Quod si quis presumpserit, exilio tradatur*].

17. Patet itaque sanctorum Romanorum pontificum[l] auctoritate et patrum sanctarum universalium synodorum [primae[m]], septimae atque octavae, pontificum electionem cleri et populi cuiusque ecclesiae[m*] esse debere. Patet quoque christianissimos imperatores Constantinum[3], Constantem, Valentinianum, Theodosium, Archadium[n], Honorium, Carolum[o], [et[m]] Ludowicum[p] ceterosque pietate[q] et religione prestantes eandem consuetudinem ab apostolorum temporibus observatam minime violasse. Patet etiam [item[r]] christianissimos imperatores Constantinum Magnum, et item Constantinum et Hyrenem[s], et Basilium, Carolum[o] quoque et Ludowicum[p] prefatam electionem saeculari potestati legibus abstulisse. Quamquam si etiam eorundem sanctionibus hoc non prohiberetur, patriarchalium sedium sanctionibus[t] non minus obaudiretur. Pontificibus enim
Luc. 10, 16. legitur Deus[u] dixisse, non imperatoribus: *[Qui*[w] *vos audit, me audit: et qui vos spernit,*
Matth. 16, 19. *me spernit* et[x] cetera. Et iterum:] *Quaecunque ligaveritis*[y] *super terram, erunt ligata*
Ioh. 21, 17. *et in caelis* et[x] cetera. Item primo pontifici: *Pasce oves meas.* Item apostolis omnibus: *Euntes docete omnes gentes.* Patriarcharum enim tanta est auctoritas, ut omnimodis[z] hereticus comprobetur quisquis eorundem synodicis constitutionibus obviare nititur. Quaecunque enim communiter statuerunt[a] sequenda, ab omni ecclesia sequentur[b]: quaecunque [vero[m]] statuerunt[c] respuenda, respuentur[d] nec unquam a quolibet, nisi [si] forte ab eisdem eorundem commune iudicium retractabitur. Firmamentum enim fidei[e] christianae in eorum sedibus per beatum Petrum sessorem[f] earundem[g] ita Deus locavit, ut, [cum[h] de causa fidei concilium agitur,] si unus ex tribus principalibus patriarchis ceciderit, duo stent; quod si duo ceciderint, cum pro fide Petri ne deficiat a Christo oratum sit, unius scilicet Romani patriarchae fides, in qua fratres suos confirmet,

a) eidem et populum sibimet pontificem eligere debere *A*. b) diligere *B* 1; debere eligere *B* 2*b*. c) Hoc *A*. d) *deest A* 2. 3. e) quaerendam *B* 2. f) quisquis *A*. g) *uncis incl. des. A*. h) Lugdoici *B* 1. i) Othonis *B* 2. k) admissit *B* 1. l) presulum *A*. m) *deest A*. m*) *om. A* 3. n) Arcadium *A* 3. *B* 2. o) Karolum *A* 1. 2. p) Lodovicum *B* 1; Ludovicum *A* 3. *B* 2. q) fide *A*. r) *deest B*. s) Hyrenen *A* 2; Eirenen *A* 3; hierenem *B* 1; Irenem *B* 2. t) auctoritati *A*. u) Pontificibus enim non imperatoribus legitur Deus dixisse *A*. v) Deum *B* 2. w) Qui — iterum *des. A*. x) et cet. *des. B* 2. y) alligaveritis *A*. z) o̅i̅o̅modis; mo *m.* 2. *B* 1; omnimode *B* 2*b*. a) statuerint *A*. b) sequantur *A* 1. 2; seruentur *A* 3. c) docuerint *A*. d) respuantur *A* 1. 3. e) christianae fidei *A*. f) successorem *corr.* precessorem *B* 2*a*; successorem *B* 2*b*. g) eorumdem *B*. h) cum — agitur *des. A*.

1) *Nescio quo loco.* 2) *Privil. Ottonis I. a.* 962. *ed. Sickel, 'Das Privilegium Ottos I. für die römische Kirche' p.* 181; *cf. Hlotharii Const. Romana a.* 824. *c.* 3, *Capit. regum Franc. I, p.* 323; *Pactum Hludovici Pii cum Paschali pont., ibid. p.* 354. — *Coll. can. I, c.* 244, *p.* 169; *III, c.* 150, *p.* 337; *c.* 154, *p.* 338. — *Grat. Dist. LXIII, c.* 32. *Cf. Cod. Vat. lat.* 1984. *apud Sickel l. l. p.* 61, *f.* 196: Pactum constitutionis imperatorum primi Ludouyci et primi Ottonis et primi Heinrici cum Romanis pontificibus; *Coll. Ans. VI, c.* 31 *(cf. Sickel p.* 60*)*: Ex constitutionibus imperatorum primi Ottonis et primi Heinrici; *cf. Theiner, Disquis. crit. app. II, p.* 77.
3) *Cf. Gerhohi Reicherspergensis expos. in ps. LXIV, Baluze, Miscellanea ed. Mansi II, p.* 201.

nunquam deficiet[a]. Quod utique Christus deus noster iam ostendere dignatus est in[b] universalibus synodis, iam ab ipsius ascensione [pro[c] tuenda fide] octies universaliter celebratis. Nam uno vel duobus a fide corruentibus Romanus in eiusdem fidei fundamento, licet pulsatus, licet concussus, tamen stetit inmobilis. Caelum enim et terra cf. Luc. 21, 33. transibunt, verba autem eius non transibunt qui dixit: *Tu es Petrus, et super hanc* Matth. 16, 18. *petram aedificabo*[d] *ecclesiam meam, et portae inferi non prevalebunt adversus eam* et[d*] cetera. Caveant itaque saeculi potestates sequi quod Eutichianistae[e] imperatores adinvenerunt [et[f] Dei ecclesiis nec[g] pretio, nec gratis, nec etiam precibus episcopos constituant], ne, quod absit, cum eis pariter puniantur, quorum tam pravas actiones imitari maluerunt[h]. Permittant sanctae Dei ecclesiae uti[i] suo iure et honore, scilicet secundum[k] sanctorum patrum sanctiones pontifices sibi deligere et promovere. [Non[l] mutent[m] traditionem ecclesiae a Deo institutam, quoniam, ut Gelasius scribit[1], 'non a legibus publicis, non a potestatibus saeculi, sed[n] a pontificibus et a[o] sacerdotibus omnipotens Deus christianae religionis clericos et sacerdotes voluit ordinari et discuti. Imperatores christiani subdere debent executiones suas ecclesiarum[p] presulibus, non preferre; *nunquam de pontificibus, nisi ecclesiam iudicare; obsequi solere principes christianos decretis ecclesiae, non suam preponere*[q] *potestatem*'.]

CAPITULUM II.

1. Et quoniam supra diximus[2] hanc pestem symoniacae hereseos seminarium esse, operae pretium est adversus eiusdem heresis sacerdotes insurgere et de [scismaticorum[r] et] eorum[dem[r]] sacerdotio et sacrificio patrum sententias in medium deducere[s]. In epistola septimae synodi universalis Adriano papae directa sic inter cetera legitur[3]: *Eos qui per pecunias*[t] *manus imposuerunt vel imponunt, Petrus divinus apostolus, cuius cathedram sortita est sanctitas vestra, tanquam Symonem magum deponit. Tolerabilior enim est Macedonii et eorum, qui circa ipsum sunt, sancti Spiritus impugnatorum impia heresis: illi enim creaturam et servum Dei patris et filii Spiritum sanctum delirando fatentur; isti suum*[u] *eundem*[v] *Spiritum [sanctum*[w]*] efficiunt servum: omnis enim dominus*[x] *quod*[y] *habet, si vult, vendit sive servum sive aliquid*[z] *eorum quae possidet. Similiter et qui emit, dominus volens esse eius quod emerit, per pretium pecuniae illud acquirit. Ita et qui hanc iniquam actionem operantur, detrahunt Spiritui sancto, aequaliter peccantes his qui blasphemaverunt dicentes, in Beelzebub*[a] *eicere daemonia*[b] *Christum; atque, ut verius dicamus, Iudae comparantur proditori, qui Iudaeis Dei*[c] *occisoribus*[d] *Christum vendidit. Cum ergo*[e] *Spiritus sanctus consubstantialis sit Christo, eius[dem*[r]*] ipsi*[f] *portionis*[g] *erunt; et procul dubio non est in eis gratia Spiritus sancti, id est*[h] *sacerdotii sanctitas. Nam*[i] *quod*[k] *non acceperunt non habent. Ait enim Petrus Symoni: 'Non est tibi pars neque sors in sermone isto,* Act. 8, 21.

a) deficiat *A* 3. b) *deest B* 1. 2*a*. c) pro — fide *des. A*. d) aedificabis *B* 1. d*) et cet. *des. B* 2*b*. e) Euticianistae *A* 2. *B* 1; Eutych. *A* 3. *B* 2. f) *verba uncis incl. des. A*; et *deest B* 2. g) non *B* 2. h) voluerunt *B* 2. i) in *B* 1. 2*a*. k) *deest A* 1. l) *reliqua pars usque ad finem capitis deest A*. m) immutent *corr. m.* 2. *B* 1. n) *supersor. m.* 2. *B* 1. o) *deest B* 2. p) ecclesiis *B* 1. q) proponere *m.* 1. *B* 1. r) *uncis incl. des. A*. s) adducere *A* 3. t) pecuniam *A*. u) *deest A* 2; *lac. rel.* v) *om. A* 3. w) *deest B*. x) dn̄s *ex* ds *m.* 2. *B* 1. y) qui *A* 3. z) aliquod *B* 2. a) Behelzebub *B*. b) Chr. daem. *A* 2. 3. c) Deum *B* 2. d) occidentibus *B*. e) cumque sanctus *A*. f) ipse *A* 2. g) proditores *A* 3. h) idem *B* 1; *m.* 2 *corr. in marg.* id est. i) Illam *A* 2. k) qui *A* 3.

1) *Epist.* 27, *Thiel I, p.* 430; *Coll. can. IV, c.* 43, *p.* 366. *Ad verbum ea tantum exscribuntur, quae obliquis typis expressa sunt.* 2) *Supra p.* 314. 3) *Synodus VII. generalis, II. Nic. ex interpret. Anastasii, act. VIII: Tarasius Adriano ap. Mansi XIII, col.* 464; *Migne CXXIX, col.* 500; *Coll. can. IV, c.* 13, *p.* 351: Ex eadem (*scil.* synodo). — *Grat. C. I, qu.* 1, *c.* 21.

quia[a] *existimasti donum Dei pecunia possideri'.* Nam[1] et XXVIIII.[b.2] c[a]on[c] sanctorum[d] apostolorum, et actus eorundem, et tertius et quartus liber regnorum[e], alienum omnino a sacerdotio pronunciant eum, qui aliquando[f] dederit vel acceperit pecuniam in[g] aliquo tempore, sive ante manus impositionem, [sive[h] in manus impositione] sive[i] post [manus[k] impositionem]: *Accipere enim est, quandocunque accipere.* Item ex epistola[l] ultima eiusdem synodi[3]: *Omnis ergo episcopus vel presbyter aut diaconus convictus, quod*[m] *per pecunias manus impositionem dederit*[n] *vel acceperit, a sacerdotio*[o] *vel*[p] *gradu decidit. Fortassis autem dicunt aliqui, quia paenitentiam agimus pro peccato, et Dominus*[q] *ignoscit*[r] *illud. Ita est*[s], *quia omnes agentes paenitent.*[s m] *Deus suscipit, et indulget per paenitentiam peccata, quae*[t] *iam patrata*[u] *sunt.* Et infra[l]: *Sed quia secundum apostolum sacerdos*[v] *inreprehensibilis debet esse, qui per pecunias quemquam consecravit*[w] *vel consecratus est, alienus est a sacerdotio, sicut omnes*[x] *ecclesiae scimus*[y] *alumni ex canonicis disciplinis eruditi.*

2. Item ex epistola Paschalis papae Mediolanensibus missa[z]: *Si quis [autem*[a]*] obiecerit, non consecrationem*[b], *sed res ipsas, quae ex consecratione proveniunt, vendi, videtur*[c] *quidem aliquid dicere, nihil autem penitus sapere: nam cum corporalis*[d] *ecclesiae episcopus vel abbas sine rebus corporalibus exterioribus in*[e] *nullo proficiat, sicut nec anima sine corpore temporaliter vivit, quisquis*[f] *eorum alterum vendit, sine quo alterum habere*[g] *non provenit*[h], *neutrum non venditum derelinquit. Quam tamen obiectionem sacer Chalcedonensis canon penitus exterminat, cum procuratorem vel defensorem ecclesiae vel quemquam regulae*[i] *subiectum, adeo*[k] *per pecunias ordinari prohibet*[l], *ut interventores quoque tanti sceleris anathematis mucrone succidat. Quid plura? si anathematizati et excommunicati, et*[n] *ut vere heretici, symoniaci et neophyti ab ecclesia sunt separati, quis non videat, quod huiusmodi sacerdotum missae et orationes Deum ad iracundiam super populum provocent, quem talibus placari credebamus? Scriptum enim est*[5]*: 'Veri sacrificii locus extra ecclesiam catholicam non est'*[o]. [Omnes[p] autem vendentes et ementes trecentum et decem et octo patres in Niceno concilio congregati ense execrandae maledictionis iugulaverunt dicentes: *Qui dat et recipit, anathema sit;* quas[q] excommunicationes seu maledictiones sub specie eorum, qui simili crimine temporibus Ieroboam[r] implebant manus suas et fiebant sacerdotes

a) *ita Coll. can. B;* quoniam *Vulg. A. Verba* quia — possideri *des. Syn. VII.* b) vigesimus et octavus *A.* c) canones *B* 1. d) *deest A* 2. 3. e) regum *A* 3. f) aliquam *A.* g) *deest B* 2*b;* mali quo temp. *A* 2. h) *uncis incl. des. B.* i) s. p. *des. B* 1. k) manus *deest A* 1. 2. *Coll. can.* l) ultima epistola *A.* m) *deest B.* n) dedisse — accepisse *B* 2. o) sacerdotio et gradu decidat *A.* p) vel gr. *des. Syn.;* et *A* 3. q) Deus *Syn. Coll. can. A* 1. 2. r) ignoscet *A* 3. s) Ita et ego dico *Syn.;* m. 1 esse *B* 1. t) q*ꝫ B* 1. u) *deest A* 2. v) inreprehensibilis debet sacerdos esse *A.* w) consecrat *A.* x) omnis *A* 1. y) sumus *B;* sicut omnes eccl. scimus *etc. Coll. can.;* sicut omnes novimus quicunque ecclesie alumni sumus *Syn. VII.* z) scripta *B* 2. a) *deest A.* b) *ita Coll. can. B;* consecrationes *Wido A.* c) videntur *B.* d) spiritualis corporalis *B* 2*b.* e) *deest B;* nullo modo *B* 2. f) quis *B* 1. g) *ita Wido Coll. can. A;* haberi *B.* h) potest *B* 2. i) ecclesiae *A* 3. k) a Domino *B.* l) prohibeat *Wido A.* m) *ita etiam Coll. can.* n) ut et *A* 2. 3. o) esse *B.* p) *sequentia des. Wido Coll. can. A.* q) quae *B* 2. r) Hieroboam *B* 1. 2*b.*

1) *Sequentia contracta sunt etiam in Coll. can., Grat.* 2) *Immo c.* 30. 3) *Tarasius Iohanni, Mansi l. l. col.* 476. 477; *Migne l. l. col.* 506. 507; *Coll. can. IV, c.* 14, *p.* 352. — *Grat. C. I, qu.* 7, *c.* 2. *ex alia interpret.* 4) *Epistola Widonis Aretini ad Heribertum archiep. est, quam ed. Thaner, Libelli I, p.* 1—7; *Coll. can. IV, c.* 53, *p.* 378: Ex epistola papae Paschalis missa Mediolanensibus *(cf. 'Archivio della soc. Rom. VIII', p.* 397*); cf. Jaffé, Add. corr. II, p.* 714. *ad nr.* 6613. — *Grat. C. I, qu.* 3, *c.* 7. 5) *Prosperi l. sententiarum ex Augustino, Prosperi Opp. (Paris* 1711*) col.* 545. *Idem locus infra p.* 323. *et in fine libelli affertur.*

idolorum, Dominus anathematizans[a] dicit[b]: *Maledicam benedictionibus vestris.*] *Et item: 'Hereticum hominem post primam et secundam correptionem devita'. Quando*[c] *ergo tales episcopos vel abbates vel reliquos clericos non devitamus, si*[d] *eorum missas audimus vel cum eis oramus, cum illis excommunicationem subimus. Quos quidem sacerdotes esse saltem*[e] *credere omnino errare*[f] *est, cum Petrus Symoni*[g] *dicat: 'Pecunia tua tecum sit in perditione, quia existimasti donum Dei pecunia*[h] *possideri'. Ubi cum 'existimasti' dicitur, non pro eo, quod fecerit, sed quia se posse*[i] *facere credidit, condempnatur*[k], *cum minus sit existimare*[l] *quam credere. In*[m] *hoc vero*[n] *quod*[o] *subiungitur*[p]*: 'Non est tibi pars neque sors in sermone isto', patenter ostenditur, quia nihil sacrae ordinationis in hac promotione percipitur.* Item ex registro[q] [beati[r]] Gregorii ad Siagrium[s] [episcopum[t]], inter cetera[1]: *Cur non perpenditur*[u], *cur non advertitur*[u], *quia benedictio illi*[v] *in maledictionem vertitur, qui*[w] *ad hoc, ut hereticus fiat, promovetur?* Item idem in eodem[2]: *Grave omnino et ultra quam dici potest facinus est Spiritum*[x] *sanctum, qui omnia redemit*[y], *venundari.* [Item[z] in eodem[3]: *Qui sacros ordines vendunt vel emunt sacerdotes esse non possunt, sed sunt Pseudo-Christi et pseudo-prophetae.*] Item Ambrosius in pastorali[4]: *Nempe hoc est, quod nimis doleo, quia archiepiscopus cum per pecuniam aliquem episcopum ordinaret, specialiter*[a] *leprosum*[b] *ordinavit.* Item ibidem[5]: *Quod accepit pecunia fuit; quod dedit lepra fuit.* Item ibidem[6]: *Aurum dans perdidisti [et*[c]*] sanctam gratiam non acquisisti*[d].

Mal. 2, 2. Tit. 3, 10

Act. 8, 20.

ib. 8, 21.

A.

Hactenus de symoniacorum sacerdotio, nunc de eorum sacrificio patrum sententias perscrutemur.

Cyprianus in epistola ad Cornelium: *Existimat aliquis summa et magna, aut non sciente aut non permittente Deo, in ecclesia Dei fieri*[e], *et sacerdotes, id*[f] *est Dei dispensatores*[g], *non erunt de eius sententia ordinati? Hoc est fidem non habere, qua vivimus, hoc est Deo honorem non dare. Sed de eius sententia non ordinan-*

B.

Cyprianus in epistola ad Cornelium[7]: *Existimat aliquis summa et magna, aut non sciente aut non permittente Deo, in ecclesia Dei fieri, aut sacerdotes, id est Dei dispensatores*[g] *non de eius sententia erunt*[h] *ordinati? Hoc est fidem non habere, qua vivimus; hoc est Deo honorem non dare. Sed*[i] *de eius sententia non ordinan-*

a) autorizatis *B* 1. b) dixit *B* 2. c) Quomodo *Wido;* Quoniam *A.* d) sed *B* 2*b*. e) saltim *B* 1. f) error *B* 2. g) Simon *B* 2*b*. h) *superscr. m.* 2. *B* 1. i) *deest B;* quod facere se posse cred. *Wido.* k) *corr.* condemnatur *ex* commendatur *m.* 2. *B* 1. l) existimasti *Coll. can.* m) *verba* In — percipitur *des. in epist. Wid.; leguntur autem in Coll. can.* n) ergo *A.* o) quid *B* 1. p) *ita Coll. can. A;* subiungit *B.* q) regesto *A.* r) *deest B.* s) Syagrium *B* 2; Sigium *A* 1. 3; Figium *A* 2. t) *deest A.* u) *ita Greg. A. B* 2*b;* perpendit . . . advertit *B* 1. 2*a*. v) illa *B* 2*a;* *corr. ex* illa? (*vel* illae?) *B* 1. w) quia *B* 1. 2*a*. x) sanctum spiritum *A. Greg.* y) redimit *B* 1. z) *uncis incl. des A.* a) spiritualiter *Ambr.* b) ordinavit leprosum *A.* c) *deest B.* d) acquisivisti *A* 3. *B* 2*b*. e) fieri *post* dispens. *A* 1. f) idem *A* 2. g) disp. eius *Cypr.* h) sententia ordinari (erunt *des.*) *B* 2; ordinati *Cypr.* i) cuius nutu et arbitrio regi et gubernari omnia scimus et credimus. Plane episcopi non de voluntate Dei fiunt, sed qui extra ecclesiam fiunt, sed qui contra dispositionem et traditionem evangelii fiunt *etc. Cypr.*

1) *Epist. IX,* 106. *ad Syagrium, Aetherium, Vigilium et Desiderium episcopos, Opp. II, col.* 1008*:* Cur non cavetur, cur non perpenditur *etc. — Grat. C. I, qu.* 1, *c.* 13*; Jaffé* 1747. 2) *Epist. IX,* 11. *ad Brunechildam reginam, Opp. II, col.* 937*; Jaffé* 1491*; cf. autem epist. IX,* 106 *l. l. col.* 1007. 3) *Non inveni; Coll. can. IV, c.* 86, *p.* 403*:* Idem in eodem. — *Grat. C. I, qu.* 1, *c.* 12. 4) *Ambrosii sermo de informatione episcoporum perperam Silvestro II. adscriptus, Mabillon, Vetera Analecta II, p.* 230. *Non pauca mutata sunt.* 5) *Ibid. p.* 232. — *Grat. C. I, qu.* 1, *c.* 14. 6) *C. XII, qu.* 2, *c.* 70. 7) *Epist.* 59, *c.* 5. *ad Cornelium ed. Hartel p.* 672.

A.

tur sacerdotes, qui extra ecclesiam fiunt[a], *qui contra dispositionem et traditionem euangelii fiunt, sicut ipse Dominus in duodecim prophetis ponit et dicit: 'Sibimet*
Os. 8, 4. *ipsis regem constituerunt et non per me'. Et iterum: 'Sacrificia eorum tanquam pa-*
ib. 9, 4. *nis luctus. Omnes qui manducant, ea contaminabuntur'. Et per Esaiam Spiritus*
Es. 30, 1. *sanctus clamat et dicit: 'Vae vobis filii desertores! Haec dicit Dominus: Habuistis consilium et non per me, et fecistis conventionem, non per spiritum meum, adicere peccata super peccata'.*

Ieronimus super duodecim prophetas[1]: *Odit Deus sacrificia hereticorum et a se proicit et quotienscunque sub nomine Domini fuerint congregati, detestabitur fetorem eorum et claudit nares*[b]. *Odisse autem et proicere et non odorari humana loquitur similitudine, ut nos affectum Dei nostris sermonibus cognoscamus. Et si holocausta obtulerint, [ut] videantur ieiunare, dare elemosinas, pudiciciam polliceri, quae holocausta sunt vera, non ea suscipit Dominus. Non enim sacrificiorum magnitudinem, sed offerentium respicit voluntatem.*

Pelagius Viatori et Pangratio inter cetera[2]: *A scismaticorum sacrificiis, potius autem sacrilegiis*[c] *abstinere debetis.* Item in eadem epistola: *Non est Christi corpus, quod scismaticus conficit. Nec enim divisum esse Christum poterit quisquam sine apostoli reprobatione confingere. Unam,*

B.

tur sacerdotes, qui extra ecclesiam fiunt, qui[d] *contra dispositionem et traditionem euangelii fiunt, sicut ipse Dominus in duodecim prophetis ponit et dicit: 'Sibimet ipsis regem constituerunt et non per me'.* Pelagius Iohanni patricio[3]: *Consecrare enim*[e] *est simul sacrare; sed ab ecclesiae*[f] *visceribus divisus*[g] *et ab apostolica sede separatus dissecrat*[h] *potius, non consecrat. Iure ergo exsecratus tantum*[i] *non*[k] *consecratus poterit*[l] *dici, quem simul*[m] *secum sacrantem*[n] *unitate coniunctis*[o] *membris non agnoscit ecclesia.*

3. Hactenus de symoniacorum et scismaticorum sacerdotio; nunc de eorumdem sacrificio patrum perscrutemur sententias. Cyprianus in epistola ad Magnum[4]: *Sacrificia hereticorum, ut ait propheta, tamquam panis luctus; omnes qui manducant ea contaminabuntur'*[p]. *Et*[q] *per Esaiam quoque spiritus clamat et dicit: 'Ve vobis, filii desertores! Haec*[5] *dicit Dominus: Habuistis consilium, et non per me; et fecistis conventionem, non per spiritum meum; adicere*[r] *peccata super peccata.* Idem in epistola ad Stephanum[6]: *Si qui presbyteri vel diaconi vel in ecclesia catholica prius ordinati fuerint et postmodum perfidi ac rebelles extiterint*[s] *contra ecclesiam, vel apud hereticos a pseudo-episcopis et Antichristo*[t] *contra Christi dispositionem profana ordinatione promoti sunt*[u] *et contra altare unum atque divinum sacrificia foris falsa et sacrilega offerre conati sunt, eos*

a) sunt *A* 2; qui — fiunt *des. A* 3. *B* 2. b) suas *add. A.* 3. c) sacrilegis *A* 1. d) qui — fiunt *des. A* 3. *B* 2. e) *deest Coll. can.* f) ecclesia *B* 2*a*. g) *ita Coll. can.*; diversus *codd.* h) exsecrat *B* 2. i) tamen *B* 2. k) non cons. *in marg. m.* 2. *B* 1. l) potuit *Coll. can.* m) *ita Grat. Coll. can.*; sicut *codd.* n) sacrare *Grat. Coll. can.* o) *ita Grat. Coll. can.*; coniunctus *B* 1; coniunctum *B* 2. p) contaminabunt *B* 2*a*; excomminabuntur *Coll. can.* q) Et — ve *om. Mai.* r) ut adderet *Vulg.* s) steterint *Cypr.* t) antichristis *Cypr.* u) sint *Cypr.*

1) *Comm. in Amos l. II, c.* 5, *Opp. VI, col.* 330. 2) *Coll. Brit. Pel. ep.* 22, *'Neues Archiv' V,* 545, *Jaffé* 675. 3) *Mansi IX, col.* 730; *Coll. Brit. Pel. ep.* 11; *Coll. can. I, c.* 142, *p.* 103. — *Grat. C. XXIV, qu.* 1, *c.* 33; *Jaffé* 983. 4) *Epist.* 59. *ad Cornelium, ed. Hartel p.* 672. *Cf. 'Neues Arch.' XVI, p.* 351. 5) *Sequentia valde mutata sunt.* 6) *Epist.* 72, *c.* 2. *ad Stephanum papam de concilio l. l. p.* 776; *Coll. can. IV, c.* 118, *p.* 439: Idem in epistola ad Stephanum: 'Si qui' — rebellaverint. Et paulo post. Quia etsi — honoramus. — *Grat. C. I, qu.* 7, *c.* 1; *idem loci infra.*

A.

ut saepe dictum est, quae Christi corpus est, esse constat ecclesiam, quae in duo vel plura dividi non potest. Similiter enim, cum ab ea quisquam discesserit, esse desistit ecclesia. Unum[a] *Ierusalem templum est; ydolis necesse est, ut immolet, qui semetipsum diviserit.*

Gregorius in regesto[b.1]: *Nos*[c] *consecrationem dicere nullo modo possumus, quae ab excommunicatis hominibus*[d] *est celebrata.*

B.

quoque hac[e] *conditione suscipi*[f] *cum revertentur*[g], *ut*[h] *communicent laicis*[i], *et satis habeant, quod admittuntur*[k] *ad pacem qui hostes pacis extiterint; nec debere eos revertentes ea apud nos ordinationis et honoris arma retinere, quibus contra nos rebellaverint.* Et paulo post: *Quia*[l] *etsi ipsi postmodum ad*[m] *ecclesiam redeunt, restituere tamen*[n] *eos secum*[o] *non possunt, qui ab eis seducti et foris*[p] *morte preventi extra ecclesiam sine communicatione et pace perierunt; quorum animae in die iudicii de ipsorum manibus expetentur, qui perditionis auctores et duces extiterunt. Et idcirco satis est talibus revertentibus veniam dari, quia non debet in domo fidei perfidia promoveri. Nam quid bonis et innocentibus atque ab ecclesia non recedentibus reservamus, si eos, qui a nobis recesserint, honoramus?* Gelasius omnibus episcopis Dardaniae[2]: *Nisi Achatii*[q] *nomine refutato ceterisque*[r] *consortibus huius*[s] *erroris cum nullo prorsus eorum participare debetis mensae dominicae puritatem, quam maiores nostri semper ab heretica magnopere servaverunt pollutione discretam.* Pelagius Viatori et Pancratio[3]: *A scismaticorum sacrificiis, potius autem sacrilegiis, abstinere debetis.* Et post pauca: *Nolite ergo, quasi nulla scismaticorum et ecclesiae differentia sit, velle indifferenter utrorumque sacrificiis sociari.* Item idem: *Non est Christi corpus, quod scismaticus conficit; non enim divisum esse Christum poterit quisquam sine apostoli reprobatione confingere. Unam, ut saepe dictum est, quae Christi corpus est, esse constat ecclesiam, quae in duo vel in plura dividi non potest. Simul*[t] *enim cum ab ea quisque discesserit, esse desistit*[u] *ecclesia*[v]. *Unum Hierusalem*[w] *templum est; ydolis necesse est immolet*[x], *qui semet ipsum diviserit.* Gregorius in dialogo[4]: *Superveniente paschali*[y] *festivitate intempestae*[z] *noctis silentio ad Armigildum*[a] *regem perfidus pater Arrianum*[b] *episcopum misit, ut ex eius manu sacrilegae communionis*[c] *execrationem perciperet; ut per hoc de*[d] *carcere*

a) in *add. A* 3. b) registo *A* 2; registro *A* 3. c) Hos *A* 2. d) est hom. *A* 1. 2. e) a *B* 1. f) *ita B* 1; suscipiant, *in marg.* f. suscipiam *B* 2*a*; suscipiam *B* 2*b*. g) revertuntur *Cypr. Coll. can.* h) et *B* 1. i) laici *Cypr. Coll. can.* k) admittantur *B* 2. l) *ita Coll. can.*; Qui *Cypr.* m) si ad *B* 1. n) tum *B* 2*a*; *in marg.* f. tñ. o) et secum revocare non *Cypr.* p) finis *B* 2. q) Acatii *B* 2. r) *ita Gel.*; certisqꝫ *B* 1; certisque *corr.* ceterisque, *quod linea del.*; *in marg.* f. ceteris *B* 2*a*; ceteris *B* 2*b*? s) *ita Gel.*; unius *codd.* t) *ita etiam Coll. can. Pel.* u) desistitꝫ; itꝫ *m.* 2. *B* 1. v) in ecclesia *B* 2. w) in H. *B* 2. x) ut immolet *Coll. can.* y) paschalis festivitatis die *Greg.* z) in tempestate *B* 1. a) Arminigildum, ni *linea del. B* 1. b) Arianum *B* 2. c) consecrationis communionem *Greg.* d) de — vinculis *des. Greg.*

1) *Epist. IV*, 20. *ad Maximum Salonit., Opp. II, col.* 698; *ed. Ewald I, p.* 254; *Coll. can. I, c.* 149, *p.* 111; *Grat. C. IX, qu.* 1, *c.* 1. 2) *Epist.* 18, *c.* 5, *Thiel I, p.* 385; *Jaffé* 664. 3) *Mansi I, col.* 731. 732; *L. Holstenius, Collectio Romana bipartita p.* 223; *Coll. Brit. epist.* 22; *Coll. can. I, c.* 143, *p.* 104: Pelagius Viatori et Pancratio inter cetera. — *Grat. C. XXIV, qu.* 1, *c.* 34; *Jaffé* 994. 4) *Dialog. l. III, c.* 31, *Opp. ed. Bened. II, col.* 345 *C.* — *Grat. C. I, qu.* 1, *c.* 72.

B.

ac[a] *vinculis ad patris gratiam redire mereretur. Sed vir deditus Deo Arriano*[b] *episcopo venienti exprobravit*[c] *ut debuit.* Et paulo post: *Ad se itaque reverso episcopo Arriano pater infremuit et missis apparitoribus, securi in cerebrum infixa filium Christi martyrem fecit.* Hieronymus super duodecim prophetas[1]: *Odit Deus sacrificia hereticorum et a se proicit: et quotiescunque sub nomine Domini fuerint congregati, detestatur*[d] *fetorem eorum et claudit nares*[e] *suas. Odisse autem et proicere et non odorari, humana loquitur similitudine, ut nos affectum Dei nostris sermonibus cognoscamus. Et si holocausta*[f] *obtulerint, ut*[g] *videantur ieiunare, dare elemosinas, pudicitiam polliceri, quae holocausta*[f] *vera sunt, non ea suscipit Dominus. Non enim sacrificiorum magnitudinem, sed offerentium merita causasque diiudicat*[2]*, et non ea quae offeruntur, sed offerentium respicit voluntatem.*

4. Haec itaque tam patentia[h] tamque manifesta sunt, ut dilucidari non egeant; patentissime namque symoniacorum sacerdotium et sacrificium[i] [eorumdem[k] et scismaticorum] irrita esse demonstrant: quamvis quidam[3] scripserit, quod[l], sicuti in baptismate symoniacorum, ita et in eorundem sacrificio virtus Spiritus sancti cooperetur[m], scilicet ut non eisdem sit verum et salutare sacrificium, sed his, quibus exhibetur. Quod ex premissis patrum sententiis apertissime refellitur, et maxime ex eo, quod
Os. 9, 4. dicitur: *Sacrificia eorum tanquam panis luctus; omnes qui manducant ea, contaminabuntur*[n]. Non enim, [ut[k] ipse arbitratus est,] exhibitio baptismatis et sacrificii dominici corporis omnino simili sibi collatione conferri valent: nam necessitate urgente omni baptizato conceditur baptizare sub fidei interrogatione et nomine Trinitatis, et trina mersione[4], quod utique concessum est propter eum, qui periculo mortis urgetur[o], ne, si tunc ad sacerdotem, cum non adfuerit, curratur[p], subito non valeat inveniri, qui baptisma[q] ministret. Solis autem sacerdotibus licitum est dominicum corpus conficere: quod quidem non baptizato ilico morituro necessarium[r] non est*; cum virtute sancti Spiritus sacramentum baptismatis efficiatur, quod et ordine et maiori necessitate quam dominicum corpus a morituro expetitur. Magis namque dolendum est quempiam absque baptismo humanis rebus excedere, quam baptizatum[s] absque eucharistiae communione, quamvis nemo[t] sine utroque possit salvari, qui quidem utrumque valeat[u]
Ioh. 3, 5. sumere. Nam qui dixit: *Nisi quis renatus fuerit*[v] *ex aqua et Spiritu [sancto*[k]*], non in-*

*) *Hic pergit A. hoc modo:* Baptisma enim precedit dominici corporis perceptionem ideoque necessarium est, ut per quemlibet baptizatum[w] virtute quam (baptizetur antequam *A* 3) dominicum corpus a morituro expetitur.

a) a *B* 1. b) Ariano *B* 2. c) exprobavit *B* 1. 2*a*. d) *ita Coll. can.* e) aures *B* 2*a*, *linea subducta*; *in marg.* nares. f) olocausta *B* 1. g) aut *B* 2. h) potentia *B* 2*a*. i) sacrificia *A* 3. k) *uncis incl. des. A.* l) quod eorundem sacrificium non eisdem sit *etc. B* 1. 2*a*. m) cooperaretur *A*. n) contaminabantur? *B* 2*b*. o) urguer' nesite's m; *in marg. m.* 2 urgetur ne si tunc *B* 1. p) currant *B* 1. 2*a*. q) baptismate redimatur *A* 1. 2. *B* 1. 2*a*. r) necessarium — cum *des. B* 2*a*. s) baptisatum *A* 3. *B* 2*a*. t) quamvis sine utroque non salvetur *A*. u) posset *A* 1. 3; possit *A* 2. v) denuo *add. B* 2. w) *Nescio, utrum* baptismum antequam *emendandum sit, an tota sententia mutilata iudicetur, cum vox* virtute *etiam in B appareat.*

1) *Comm. in Amos, Opp. VI, col.* 303; *Coll. can. IV, c.* 129, *p.* 457: In eadem super Amos; *C. I, qu.* 1, *c.* 62; *cf. infra.* 2) *Sequentia non iam apud Hieronymum leguntur.* 3) *Petrus Damiani in Libro gratissimo c. XX, Libelli I, p.* 46—48; *cf. Bernaldus de sacramentis excommunicatorum, ibid. II, p.* 92. 4) *Idem legitur in Bonizonis Decreto l. II. apud Mai, Nova bibl. patrum VII,* 3, *p.* 3. *et Ballerinios, De antiquis collect. canonum, Opp. S. Leonis III, p. CCCVIII.*

trabit in regnum caelorum, idem dixit: *Nisi manducaveritis carnem filii hominis et biberitis eius sanguinem, non habebitis vitum in vobis.* Ideo autem dixi de potentia sumendi[a] utrumque, quoniam parvulus[b] modo natus, modo renatus, non valet carnem dominicam manducare[1], licet sanguinem eiusdem[c] ori infusum possit et debeat degluttire. Nam quod dicitur sic[d] *nisi manducaveritis,* de his, qui manducare possunt, accipiendum puto. Nemo enim dicit de eo, qui non[e] potest manducare, *nisi manducaverit,* sed de eo, qui potest[f]. Ioh. 4, 54.

[De[g] his autem, qui apud symoniacos et scismaticos baptizantur, id tenendum videtur, quod Anastasius papa Mediolanensibus scribit[2]: *Hi,* inquit, *qui apud Donatistas parvuli baptizati sunt, nondum scire valentes erroris eorum interitum*[h], *et postea quam ad aetatem rationis capacem pervenerint, agnita veritate, falsitatem eorum abhorrentes, ad ecclesiam catholicam veniunt, ordine antiquo per manus impositionem recipiantur.* Haec Anastasius.

5. Sciendum est autem[i], quod hi, qui ab hereticis et scismaticis baptizantur, in eorum baptismate nequaquam Spiritum sanctum accipiunt, sicut[k] sancti patres asserunt, Innocentius[3], Leo[4], Gregorius[5], Augustinus[6] et reliqui: sed cum ad catholicae ecclesiae redierint unitatem, per manus impositionem eiusdem sancti Spiritus accipiunt plenitudinem. Ex quo aperte intelligitur, quod in eorum sacrificio non accipitur Christi corpus, sicut nec in baptismate Spiritus sanctus[7]. Proinde, ut supra dictum est[8], eorundem sacrificia Cyprianus 'contaminationem et sacrilegium et falsitatem', Hieronymus 'odium Dei et fetorem'[1], Gelasius 'pollutionem', Pelagius et Gregorius 'sacrilegium et execrationem' nominant. Et, ut ait Prosper[9], Augustinus dicit: *Quia locus veri sacrificii non est extra catholicam ecclesiam.* Attamen idem Augustinus in libro de baptismate[10], et ad Vincentium[11] et Emeritum[12] et reliquos Donatistas scribit: 'Hereticorum et scismaticorum baptismum et reliqua sacramenta, si ita ab eis fiunt, sicut[m] in catholica ecclesia, sancta quidem et veneranda esse et eadem intus et foris haberi; scilicet[n] illis extra ecclesiam nihil prodesse, immo multum obesse, et si ad catholicam redierint unitatem, eadem sacramenta iterari non debere'. Videamus haec duo: primum[o], quomodo accipiendum sit hoc, quod scribit: 'hereticorum sive scismaticorum sacramenta sancta esse', cum prefati patres eorundem sacrificia contaminationem et sacrilegium affirment, omne autem sacrificium sit sacramentum. Alterum vero hoc, quod dicit[p] eadem sacramenta non debere iterari. Nam propter huiusmodi[q] verba, in quibus videtur predictis patribus contraire[13], dicendo hereticorum seu scismaticorum sacramenta sancta esse, potest videri alicui simplicium talium sacrificia, veluti sacro-

a) sumi *B* 1. 2*a*. b) parv. modo renatus (*corr. ex* natus) non val. *A* 2. c) possit vix ori infusum deglutire *A*. d) *om. A* 3. e) manducare non potest sed *A* 3. f) manducare *add. B* 2. g) *uncis incl.* (— § 13) *des. A*. h) intentum? *B* 2*a*. i) *deest B* 2. k) sicuti *B* 2. l) *sequitur* do. *B* 1 = Deo? m) ut *B* 2. n) sed *B* 2. o) primo *B* 2. p) dixit *B* 2*b*. q) eiusmodi huiusmodi; eiusmodi *voci, ut deleatur, linea subducta est B* 1.

1) *Contrariam sententiam videtur amplecti Bernaldus in opusculo de sacramentis infantum, ed. Ussermann, Prodromus II, p.* 411. 2) *Conc. Africanum tempore Anastasii habitum c.* 24, *Mansi IV, col.* 488; *Grat. C. I, qu.* 4, *c.* 4. 3) *Cf. Innocentii I. decr. ad Victoricum c.* 8, *Mansi III, col.* 1034; *Hinschius p.* 530; *Jaffé* 286. 4) *Leonis I. epist.* 159, *c.* 7, *Opp. I, col.* 1334; *epist.* 167, *inquis.* 18, *Opp. I, col.* 1428; *cf. Humberti Cardin. contra simoniacos I, c.* 10, *l. l. p.* 115. 5) *Epist. XI,* 67. *ad Quiricum episc., Opp. II, col.* 1167 *sqq.* 6) *De baptismo contra Donatistas V, c.* 23, § 32, *Opp. IX, col.* 193. 7) *Cf. Humbert II, c.* 28, *l. l. p.* 174. 8) *Cf. p.* 320 *sqq.* 9) *Prosperi l. sententiarum ex Aug., Prosperi Opp. (Paris* 1711*), col.* 545. 10) *Liber de bapt. contra Donatistas IV, c.* 12, § 18, *Opp. IX, col.* 132. 11) *Augustini epist.* 93, *c.* 11, § 46. 12) *Epist.* 87, § 9, *Opp. II, col.* 212. 13) *Cf. Bonizonis Decretum I. apud Mai, Nova bibl. patrum VII,* 3, *p.* 1

sancta ad salutem sumi posse, et ideo libet quaedam ipsius ad eosdem Donatistas hic verba subnectere, et post alia quaedam eiusdem super Iohannem dicta subiungere, per quae aperte liqueat, quod sicut in hereticorum vel scismaticorum baptismate non accipitur Spiritus sanctus, ita nec in sacrificio Christus.

6. Augustinus Donatistis inter cetera[1]: *Vos ergo mutamini ex ea parte, qua dissentiebatis, quamvis sacramenta, quae habeatis*[a], *cum eadem sint in omnibus, sancta sunt*[b]. *Nam*[c] *sacramenta, quae non mutastis*[d], *sicut habetis, approbantur a nobis, ne forte cum vestram pravitatem*[e] *corrigere volumus, illis mysteriis Christi, quae in vestra pravitate*[f] *depravata non sunt, sacrilegam iniuriam faciamus.* Idem eisdem[2]: *Ita ergo nec foris sicut nec intus quisquam, qui ex parte diaboli est, potest in se vel in quoquam*[g] *maculare sacramentum quod Christi est.* Item ad eosdem[3]: *Sacramenta Dei ubique recta sunt, et mali homines, quibus nihil prosunt, ubique perversi sunt,* id est[h] intus et foris. Ecce hic videtur Augustinus[i] memoratis patribus reluctari, dicendo hereticorum vel scismaticorum sacramenta, verbi gratia baptismum et[k] sacrificium, sacrosancta credi[l] debere; cum superius eorundem sacrificia Cyprianus, qui ante eum fuit, 'contaminationem et sacrilegium et falsitatem', Hieronymus eius contemporaneus 'odium Dei et fetorem Deo', Gelasius vero et Pelagius et Gregorius pontifices, qui post eum extiterunt, 'sacrilegium' nominaverint et 'execrationem'. Attendamus itaque quod idem dicat in sermone de blasphemia[4]: *Potest esse visibilis forma palmitis etiam preter vitem, sed invisibilem vitam radicis habere non potest, nisi in vite. Proinde corporalia sacramenta, quae portant et celebrant etiam segregati ab unitate corporis Christi, formam possunt exhibere pietatis: virtus*[m] *vero pietatis invisibilis et spiritualis ita in eis non potest esse, quemadmodum sensus non sequitur hominis membrum, quando amputatur a corpore:* Idem super Iohannem omelia[n] vigesima sexta[5]: *Nam et nos,* inquit, *hodie accipimus visibilem cibum, sed aliud est sacramentum, aliud virtus sacramenti.* Et paulo post[6]: *Si quis manducaverit ex hoc pane, vivet*[o] *in aeternum. Sed quod pertinet ad virtutem sacramenti, non ad visibile sacramentum.* Et infra[7]: *Qui*[p] *non manet in Christo, et in quo non manet Christus, non*[q] *manducat carnem eius nec sanguinem bibit, licet tantae rei sacramentum ad iudicium sibi manducet et bibat.*

7, Isidorus[r] quoque in officiorum libro ita scribit[8]: *Aliud est sacramentum, quod ore percipitur et in alimentum corporis redigitur; aliud virtus sacramenti, qua interior homo satiatur et vita aeterna adipiscitur.* Et paulo post[9]: *Sacrificium dicitur quasi sacrum factum, quod prece mystica consecratur, operante invisibiliter spiritu Dei.* Ecce hic patenter accipitur aliud esse sacramentum, aliud virtutem sacramenti. Proinde ex hoc, quod Augustinus scribit in sacramentis, quae sunt extra eccle-

a) habetis *B* 2*b*. b) sint *Aug. Coll. can.* c) Nam sacram. *Aug. Coll. can.*; Non sacr. *B* 2*b*; nam non sacr. *B* 1. 2*a*. d) *ita Aug. B* 1; mutatis *B* 2. e) paucitatem *B* 2*b*. f) paucitate *B* 2*b*. g) quocumque *B* 2. h) .i. *B* 1; et *B* 2; id est — foris *non iam Augustini sunt.* i) Aug. *B* 1; Augustinum *B* 2*a*. k) *deest B* 1. l) credere *B* 2*b*. m) virtus — pietatis *in marg. m.* 2. *B* 1. n) homilia *B* 2. o) ex ipso non moriatur *Aug.* p) Q'm *B* 1; Quoniam *B* 2*a*; *Coll. can. inepte:* Christus non manet *etc.* q) procul dubio nec manducat *Coll. can.* r) *ex* Hisid. *m.* 2. *B* 1.

1) *Epist.* 87, § 9, *Opp. ed. Bened. II, col.* 212 *C; Coll. can. IV, c.* 128, *p.* 455: Idem ad Donatistas. 2) *L. de baptismo contra Donat. IV, c.* 12, § 18, *Opp. IX, p.* 132 *F; Coll. can. IV, c.* 124, *p.* 455: In libro V. contra Donatistas. — *Grat. C. I, qu.* 1, *c.* 33. 3) *Ibid. l. V, c.* 19, § 27, *Opp. IX, col.* 154 *E.* 4) *Sermo LXXI. de verbis evang. Matth. XII, c.* 19, § 32, *Opp. V, col.* 400 *E.* 5) *In Iohannis evang. c. VI, Tract. XXVI,* § 11, *Opp. III,* 2, *col.* 498 *B. C; Coll. can. IV, c.* 128, *p.* 456: Idem frater in Iohannem omelia XX^{a}VI^{a}. 6) *Ibid.* § 12; *Coll. can. l. l.*: Et post pauca. 7) *Ibid.* § 18; *Coll. can. l. l.*: Idem in eadem. 8) *Non inveni.* 9) *Etymol. VI, c.* 38, *Opp. ed. Arevalus III, p.* 285.

siam, virtutem spiritualem non esse, et malos homines sacramentum tantum, non autem virtutem sacramenti edere posse, et ex eo, quod ait Prosper eundem dicere, quia *locus veri sacrificii extra catholicam ecclesiam non est*[a]: ex his, inquam, videor[b] videre Augustinum in hac causa sacrificii nequaquam prefatis patribus contraire[1]. Nam cum in libro de baptismo et ad prefatos et reliquos Donatistas[c] scribat de sacramentis eorundem, non memini eum agere de sacrificiis, sed tantum indefinite de sacramentis, nisi in paucis, quae scribit ad Gulielmum[d.2], Emeritum[3] et Eleusium, quae competenter intellecta non de heretico, sed de catholico sacerdote graviter peccante huic nostro intellectui nequaquam obviabunt. Cum enim sacrificium sit sacramentum, videtur tamen multum distare a reliquis sacramentis. Hoc enim solum, quamvis divina virtus, quae in eo sumitur, sit sempiterna, tamen ipsum sacramentum transitorium est, et ideo quotidie iteratur. Reliqua vero sicut baptisma, crisma, symbolum, euangelium, et dominica crux manentia sunt; et ideo nequaquam iterantur, sive intra sive extra ecclesiam sint. Sancta itaque sunt; sed his, qui extra sunt, nullum salutis emolumentum, immo sicut arca Domini Philistaeis perpetuae damnationis conferunt[e] detrimentum. Nihil enim refert, utrum adorem crucem a catholico vel heretico depictam, vel legam symbolum aut euangelium ab utrolibet scriptum. Haec cum ita sint, animadvertendum, quoniam hoc, quod prefati patres in hereticorum et scismaticorum sacrificiis[f] vocant contaminationem, fetorem sive sacrilegium, perpendentes, sicut et Augustinus[4], in eis non esse virtutem sacramenti[g]: illud, inquam, dicit idem et cum eo Isidorus[h] sacramentum tantum, quod etiam propter formam pietatis, quam habet, sanctum appellat; quia iuxta hoc, quod scribit in libro de baptismo, nulli sacramento iniuria facienda est. Quod si haec ita, ut dicimus, accipiuntur[i], ut nobis videtur, patet magnum doctorem Augustinum prefatis sanctis patribus de sacrificio et prefatis sacramentis nequaquam esse discordem, preter quod[k] de baptismi iteratione reprehendit Cyprianum[l.5]; et cum eo Stephanus et Cornelius[6] Romani pontifices et martyres, et multi alii patres, quorum potior sententia est.

8. Ex quibus omnibus apertissime claret, quod sicut in hereticorum et scismaticorum baptismo[m] non accipitur Spiritus sanctus, ita nec in sacrificio Christus. Proinde luce clarius est, quod eorundem sacrificiis nemo catholicorum scienter communicare debet. Nam et Nicenum concilium[7], et reliqua fere omnia, et idem Augustinus in concilio Cartaginensi cap. VIIII[8], sub magna interminatione prohibent excommunicatis communicare vel eosdem in communionem suscipere. Nemo autem sanae mentis negare audebit, quempiam rectius et damnabilius quam symoniacum[n] et scismaticum[o] excommunicatum credi debere[p]. Sed et concilium Laodicense de his, qui hereticorum et scismaticorum sacrificiis communicant, ita decernit cap. VIII[9]: *Quod non permittan-*

a) est *supra* esse, *cui linea subducta B* 1. b) inquam, *cui linea subd., sequitur B* 1. c) *corr. ex* Donatistos *m.* 2. *B* 1. d) Guillelmum *B* 2; Glorium *legi oportet.* e) confert *B* 1. 2*a*. f) sacrificio *B* 2*b*. g) *hic vox excidisse videtur.* h) *ex* His. *m* 2. *B* 1. i) accipiunt *B* 2. k) quam *B* 2*b*. l) Cipr. *B* 2*a*. m) baptismate *B* 2. n) scym. *B* 1. o) et *add. B* 1. p) credidere *B* 2.

1) *Cf. Bernaldum de sacramentis excommunicatorum l. l. p.* 92. 2) *Epist.* 43, *c.* 8, § 21, *Opp. II,* 97. *ad Glorium, Eleusium etc.* 3) *Epist.* 87. *ad Emeritum* § 9, *Opp. II, col.* 212. 4) *Liber de baptismo contra Donatistas VII, c.* 2, § 2 *sqq.; Opp. IX, col.* 186 *sq., c.* 20, § 39 *sqq., l. l. col.* 193. 5) *Cf. Cypriani epist.* 74. *ad Pompeium, ed. Hartel p.* 799. 6) *Epist.* 7. *ad Cyprianum, Mansi I, col.* 832. 7) *C.* 5, *Hinschius p.* 258. 8) *Conc. Carthag. IV, a.* 398, *c.* 73, *Mansi III, col.* 957; *Coll. can. IV, c.* 158, *p.* 492: Augustinus episcopus legatus Numidie provincie in concilio Cartaginensi cap. VIIII. dixit. 9) *Conc. Laodic. a.* 320. *ex interpret. Dionysi c.* 9, *Mansi II, col.* 578.

tur ecclesiastici ad hereticorum ministeria vel ad ea, quae ab eis appellantur martyria, orationis causa vel sanitatis[a] *accedere. Sed huiusmodi, si fideles fuerint, certo tempore communione privari; paenitentes autem et confitentes se deliquisse convenit suscipi.* Item cap. XXXII[1]: *Quod non oporteat ab hereticis eulogias accipere, quae sunt maledictiones potius quam benedictiones.* Item cap. XXXIII: *Quod non oporteat cum hereticis aut scismaticis pariter orare.* Huius concilii auctoritatem et predictorum patrum Gelasii, Pelagii, Gregorii, Paschalis, Cypriani, Hieronymi et Augustini sequitur haec sententia, quam nomine Iohannis Chrisostomi titulatam reperi[2]: *Paenitentia et communio a nullo nisi a catholico suscipienda est. Si vero nullus sacerdos*[b] *catholicus adfuerit, rectius est sine communione manere visibili et invisibiliter*[c] *Domino communicare, quam ab heretico communicari et a Deo separari. Nulla enim conventio*[d] *Christi*
2. Cor. 6, 15. *ad*[e] *Belial, ait*[f] *apostolus, neque pars fidelis cum infideli. Omnis enim hereticus infidelis est; simoniacus autem hereticus: igitur infidelis.* Sanctam enim communionem Christi, quamvis visibiliter et corporaliter catholici propter imminentes hereticos habere non possunt, sanctam Christi communionem invisibiliter[g] habent. Haec hactenus de eo, quod dicit Augustinus hereticorum et scismaticorum sancta esse sacramenta.

9. Nunc de altero videamus, scilicet de eo, quod, ut superius dictum est, scribit eorundem sacramenta iterari non debere, dicendo in libro de baptismo[3]: *Manus impositio iteranda*[h] *non est, sicut nec baptismus. Quid enim est aliud manus*[i] *impositio, nisi oratio super hominem?* De huiusmodi iteratione vario modo a patribus actum invenitur: nam Nicena synodus[4] manus impositionem iterat Novatianis episcopis et presbyteris et ceteris clericis, et sic eos in clero manere iubet, episcopum loco et nomine presbyteri vel corepiscopi[k] honorans. Damasus episcoporum ordinationes[l] a catholicis corepiscopis factas[l] iterari iubet[5] ab episcopis catholicis[m], cum Hieronymus, eius contemporaneus, scribat[6] ad Evagrium[n] presbyterum apud Alexandriam post Marcum[o] euangelistam XII eiusdem urbis patriarchas a presbyteris tantum fuisse promotos. Primus Iohannes papa et martyr ecclesiis Arrianorum apud Constantinopolim Iustino imperatore orthodoxo rogante consecrationem iterat; et episcopis Galliarum per epistolas suas[7] itidem facere mandat. Item magnus Gregorius basilicam Arrianorum super[p] Suburram, sicut[q] et prefatus Iohannes iterum dedicat[8]. Ex quo videtur consequi, ut si Arrianorum[r] ecclesiis consecratio iteratur, ut et presbyteris eorundem iteretur, sicut concilium iubet, quod etiam eorundem reliquias precipit igne comburi. Nam quod[s] idem Gregorius Iohanni Ravennati[t] episcopo[9] et concilium Carthaginense[u] cap. XV.[10] reordinationes prohibent[v], de his, qui rite ordinati sunt et postea depositi, accipiendum

a) sanctitatis *B* 2. b) cath. sac. *B* 2*b*. c) a *add. B* 1. d) enim est conv. *B* 2; *cf. autem infra.* e) ab *B* 2*a*; a *B* 2*b*. f) ut ait *B* 2; *cf. infra.* g) in *superscr. m.* 2. *B* 1. h) iteranda — aliud *in marg. m.* 1. *B* 1; non sicut baptismus repeti non potest *Aug.* i) m. imp. *in marg. m.* 2. *B* 1; *des. Aug.* k) choriepiscopi *B* 1. l) ordinationem — factam *B* 1. m) *deest B* 1. n) *ita Coll. can. B* 2; Evaglum *B* 1; Evangelum *Hier.* o) Marchum *B* 1. p) in Suburra *B* 2. q) ut *B* 2*a*. r) Arian. *B* 2. s) quid *B* 1. t) Ravennatensi *B* 2. u) Carthagenense *B* 2*a*; Carthaginiense? *B* 2*b*. v) prohibet *B* 2.

1) *Grat. C. I, qu.* 1, *c.* 66. 2) *Frustra apud Iohannem Chrysostomum quaesivi; cf. eundem locum infra.* 3) *L. III, c.* 16, § 21, *Opp. IX, col.* 117 *B; Grat. C. I, qu.* 1, *c.* 74. 4) *C.* 8, *Hinschius p.* 259. 5) *Decr. de corepisc., Mansi III, col.* 437 *sqq.; Hinschius p.* 509—515. 6) *Epist.* 146. *ad Evangelum, Opp. ed. Vallarsi I, col.* 1076; *Coll. can. II, c.* 111, *p.* 233: Ex epistola ad Evagrium presbyterum. 7) *Epist. ad episc. Italiae data, Mansi VIII, col.* 605, *Hinschius p.* 696; *Jaffé* 873. 8) *Ioh. Diac. Vita Gregorii II, c.* 31, *Opp. IV, col.* 54; *Migne LXXV, col.* 98. 9) *Epist. II,* 46, *Opp. II, col.* 608; *Epp. I, p.* 144 *(II,* 45*)*. 10) *Conc. Carthag. V, c.* 11, *Mansi III, col.* 970; *Hinschius p.* 307.

videtur. Item Stephanus iunior[1] Damasum[a] sequens statuit de ordinatis[b] a Constantino invasore et neophyto periuro. Et tertius Sergius[2] de ordinatis a Formoso similiter periuro et invasore. Et hi omnes post Augustinum fuerunt preter Damasum et patres Niceni concilii, qui male ordinatis manus impositionem iterari sanxerunt. Preterea, ut Gregorius scribit[3] episcopis Hiberniae[c] ab heresi ad catholicam ecclesiam redeuntibus: *Occidens iterat manus impositionem, Oriens vero chrismatis unctionem.* Hi autem sunt, de quibus incertum est, utrum male promotis manus impositionem iteraverint, an non: scilicet primus Leo, Anastasius et Gregorius, septima synodus et synodus pro Ignatio. Nam primus Leo[4] propter pacis bonum recepit Anatholium[d] episcopum, qui ordinatus fuit a Dioscoro Eutichianista[e], et Anastasius[f.5] . . . . ordinatum[g] ab Acatio excommunicato, et Gregorius[6] Maximum Salonitanum ab excommunicatis ordinatum. Septima quoque synodus[7] ordinatos ab hereticis eos, qui auctores non fuerunt impietatis quique tracti et vim passi sunt, recipi in gradus suos, prelatos vero et genitores hereseon in sacerdotium non admittit. Synodus vero pro Ignatio, quae a quibusdam octava dicitur, a Photio neophyto et invasore promotos deponit[8]: a fautoribus eius episcopis excommunicatis[9] ordinatos singulorum graduum instrumentorum exhibitione[h] in suis ordinibus recipit[10]. Prefatus autem Leo[11] et Innocentius[12] et quidam alii patres rite prius ordinatos et postea ad heresim transeuntes ad catholicam ecclesiam absque legitima satisfactione[i] nullatenus redire sinunt; et in pristinum eos gradum recipientes, omnem eis ulterius promotionem interdicunt.

10. Ne autem symoniaci quasi ad se recipiendos prefati Anatholii[d] et ceterorum se tueantur[k] exemplo, sciendum est, quoniam legi communi et universali remissio quarundam[l] personarum non preiudicat, quoniam ait[m] Innocentius[13]: *Quod necessitas pro remedio reperit, cessante necessitate debet utique cessare quod pariter urgebat.* Similiter Gelasius[14]: *Canonum,* inquit, *paternorum forma vetus servetur, ne*[n] *contra eos ulla*[o] *ratione prevaleat quod pro accidentis defectus remedio providetur; non adversus*[p] *scita maiorum nova lege proponatur*[q]. Sed et Alexander primus et Celestinus et Iohannes VIII.[15] simili sententia decernunt, ut id, quod invenitur pro summa necessitate tolleratum, nullatenus assumatur in legem. Preterea, ut omnis aditus sacri officii symoniacis obstruatur, ita argumentamur de eorum pseudosacerdote, scilicet

a) Damasi statuit de ordinatis *B* 2*b*; statuit de *des. B* 1. 2*a*. b) ordinatos *B* 1. 2*a*. c) in Hyberniae constitutis *in marg. B* 2*a*. d) Anatol. *B* 2. e) Euticianiaste *B* 1; Eutychianista *B* 2. f) *sequitur lacuna codd.* g) ordinatus *B* 1. h) p'dibitionē *B* 1. i) satisfatione *B* 1. k) tuentur *B* 2*a*. l) quorumdam *B* 1. m) quon. ut ait *B* 1. n) nec *Gel.* o) nulla *B* 1. 2*a*. p) adversis *B* 1. q) proponitur *Gel.*

1) *III; cf. Liber pontif. c. XCVI. ed. Duchesne I, p.* 476. 2) *Conc. Romanum a.* 904, *c.* 4, *Mansi XVIII, col.* 224; *cf. Dümmler, 'Ostfränk. Reich', ed. alt. III, p.* 429. 3) *Epist. XI,* 67, *Opp. II, col.* 1167 *B, sed non ad verbum.* 4) *Cf. Leonis I. epist.* 80, *Opp. I, col.* 1038; *Jaffé* 460. 5) *II, qui Photinum recepit; cf. Liber pontif. c. LII, ed. Duchesne I, p.* 258. 6) *Epist. IX,* 125, *Opp. II, col.* 1033. 7) *In canonibus huius synodi tale quid non legitur.* 8) *C.* 4, *Mansi XVI, col.* 399; *Migne CXXIX, col.* 151. 9) *Ibid. c.* 6. 10) *Contrarium statuit c.* 4. 11) *Cf. Leonis I. epist.* 18. *ad Ianuarium episc. Aquil., Opp. I, col.* 731; *Migne LIV, col.* 708. 12) *Epist. ad Victoricum Rotomag. c.* 8 *l. l.; cf. supra p.* 323; *epist. ad Rufum et Eusebium c.* 4. 5, *Mansi III, col.* 1060; *Hinschius p.* 550. 551; *Jaffé* 303, *supra p.* 217. 13) *Epist. ad Rufum et Eusebium c.* 5 *l. l.; Coll. can. IV, c.* 47, *p.* 40: Ex decreto Alexandri papae. — Innocentius. 14) *Epist.* 14. *ad episc. Lucaniae etc. c.* 3, *Thiel I, p.* 363; *c.* 4. *Hinschius p.* 651; *Coll. can. IV, c.* 47, *p.* 490: Ex decreto Alexandri papae. — Gelasius; *Jaffé* 636. 15) *Epist. ad Basilium, Leonem etc., Synodi Constant. act. II, Mansi XVII, col.* 398; *Jaffé* 3271. *Cf. Coll. can. in fine ed. Martinucci p.* 515.

symoniace ordinatore vel ordinato: Omnis sacerdos symoniacus aut sacerdos est[a], aut sacerdos non[b] est[c]. Nam septima synodus et Gregorius et Ambrosius et Pelagius, ut supra dictum est, aiunt sacerdotem non esse: ergo non est sacerdos. Consequitur igitur, ut sacrificium illius nullum sit. Atque sacerdos fieri non potest; nam iuxta Innocentium et Leonem et alios patres ab heresi redeuntes promoveri non possunt. Sed ii[d], qui non symoniace ab episcopis quondam catholicis, postea vero symoniacis, ordinati sunt, cum tales eosdem esse nossent, removendi sunt; quoniam iuxta prefatum Innocentium[1] *auctore seorum, cum a catholica fide desciscerent*[e], *perfectionem Spiritus*[f] *sancti, quam acceperant, amiserunt.* Item idem de huiusmodi ordinatore vel ordinato[2]: *Damnationem utique, quam habuit, per pravam manus impositionem dedit; et qui particeps factus est damnato, quomodo debeat honorem accipere, invenire non possumus.* Eos vero, quibus post sui promotionem perfidia claruit, si scientia pariter et religione commendantur[g], perfectionem Spiritus sancti manus impositione accipere debere arbitramur, iuxta quod superius[3] ait Anastasius de his, qui a Donatistis baptizati sunt ignorantes eorum errorem. Ordinati autem ab invasoribus, ut supra dictum est, alii leguntur [ut[h]] penitus abiecti, alii in pristinum gradum reducti, alii, qui digni visi sunt, denuo consecrati. Invasores autem et eos, qui ab eis ordinantur hereticos et scismaticos esse perpendimus ex eo, quod Cyprianus ait[4] ad Puppianum scribens de Novatiano[h] invasore episcopatus Cornelii: *Inde,* inquit, *scismata et hereses ortae sunt et oriuntur, dum episcopus, qui unus est et ecclesiae preest, superba quorundam presumptione contemnitur.* Et paulo post: *Unde scire debes episcopum in ecclesia esse et ecclesiam in episcopo; et si quis cum episcopo non sit, in ecclesia non esse.* Itaque ex huiusmodi verbis Cypriani animadvertimus, quod hii[i], qui alienas ecclesias invadunt, cum sint rectores earundem superstites, tam ipsi quam ab eis ordinati scismatici et heretici sunt: et iuxta quod superius ab eodem Cypriano et Pelagio et ceteris dictum est, falsa et sacrilega sacrificia extra ecclesiam offerunt.

11. Quae omnia rectissime de Guiberto Ravennati[k] quondam episcopo et ab eo execratis accipiuntur; qui[l.5] post prestita[m] domino suo beatae memoriae septimo[n] Gregorio papae fidelitatis sacramenta et obedientiam novem annis exhibitam[6] eiusdem[o] apostolicum thronum invasit[p], favente et cooperante sibi Henrico rege, quem seducendo

a) *ita corr. m.* 2 *ex* esse *B* 1. b) *deest B* 1. c) si (*corr.* scilicet) sacerdos non est *add. B* 1. d) hii *B* 1. e) decisserent *B* 1; descisserent *B* 2*a*. f) spū *B* 1. g) commendatur *B* 2. h) Novatio *B* 2. i) ii *B* 2*b*. k) Ravennatense *B* 2*a*; Ravennatensi *B* 2*b*. l) quae *B* 2. m) *ita Petr. Cas.;* praestitam *B* 1. 2*a*. n) Greg. sept. *Petr.* o) *deest Petr.* p) invaserat *Petr.*

1) *Innocentii I. epist.* 18. *ad Alexandrum episc. Antioch. c.* 3, *Mansi III, col.* 1055; *Migne XX, col.* 550. — *Grat. C. XXIV, qu.* 1, *c.* 30; *Jaffé* 310. 2) *Epist.* 22. *ad Rufum et Eusebium etc. c.* 3, *Mansi III, col.* 1060; *Migne XX, col.* 531; *Hinschius p.* 550; *Jaffé* 303. 3) *V. p.* 323. 4) *Cypriani epist.* 56. *ad Florentium Pupianum ed. Hartel p.* 730. 733; *Coll. can. I, c.* 214, *p.* 145: Item ad Pupianum. — Item in sequentibus. 5) *Abhinc exscripsit Petrus Cas. Chr. l. III, c.* 70, *SS. VII, p.* 750 *sqq.* 6) *Patet auctorem ab a.* 1084, *quo Guibertus inthronizatus est, annos supputare. A.* 1073, *mense Marte, iusiurandum dedit Alexandro II. (exemplar eius v. apud Deusdedit, Coll. can. IV, c.* 162, *p.* 503; *cf. Koehncke, 'Wibert von Ravenna' p.* 17). *Fortasse autem sacramentum illud valde disputatum, quod Deusdedit in Coll. can. IV, c.* 162 *l. l. ex registro Gregorii se sumpsisse indicat, (cf. Löwenfeld, 'N. Archiv' X, p.* 321) *revera Gregorio VII. brevi post eius electionem praestiterat. Ceteroquin hic locus in controversia de sacramento illo orta neglectus est; utique videmus, in Coll. can. non scribam, sed auctorem ipsum Wiberti nomen in formula posuisse, quippe cum et hic Wibertum Gregorio iusiurandum dedisse dicat.*

in symoniacam[a] heresim, in quam idem Henricus dudum inciderat, profundius impulit et avertit ab observatione iuramenti, quod apud Canusiam[b.1] Tusciae oppidum prebue- 1077, Ian. 28.
rat eidem domino papae ad integrandam pacem et iustitiam in regno, quod multa superbia et malitia perturbaverat. Propter quae omnia post multam deprecationem eiusdem domini papae, ut resipisceret, et saepenumero vocationem, ut satisfaceret[1], tandem primum excommunicatione, deinde, nisi acquiesceret, comminatione[c] depositionis a regno, 1079, Febr.
iterum ad iuramentum satisfaciendi compulsus est[2]. Sed postea, ut dictum est, a prefato Guiberto, novo Simone mago, veluti alter Nero seductus est, scilicet quod non oporteret eundem, veluti tantum regem apostolicae sedis iudicio cuiquam satisfacere; ac si non esset de ovibus beati Petri, exceptus[d] ab ea obligatione[3], de qua eidem a Deo dicitur *quodcumque ligaverit super terram* et cetera. Eiusdem itaque suasione Matth. 16, 19.
prefata duo iuramenta transgrediendo, iterum quousque resipisceret, synodali apostolicae sedis iudicio vinculis anathematis alligatus[e] est[4]. Cumque nec sic satisfacere et magna 1080.
pars procerum regni, qui adversum eum querebantur[f], cerneret eundem nequaquam apostolo Petro, sed suo Simoni mago solummodo obaudire, tandem unanimiter sibi regem deligentes cum eodem Henrico saepius congressi sunt[5]. Facto itaque, ut assolet, vario bellandi eventu, licet is, quem sibi prefati proceres prefecerant, occubuisset, tamen Oct. 15.
postmodum diutissime plurimis depredationibus et incendiis ac caedibus utrimque decertatum est. Tandem prefatus tyrannus, induratus ut Farao, relictis ad resistendum in 1081.
Germania copiis, assumpto partim suo, partim conducticio sive gregario exercitu, Romam et suburbana eius depredationibus et incendiis ac caedibus, quibus valuit, quadriennio devastavit. Et tandem suo Simone magis pretio quam vi inthronizato[6], 1084, Mart. 24.
ab eodem imperialem coronam accepit. Et paulo post cum[g] eodem militari Normannorum[h] manu ducis Roberti, qui in auxilio domino[i] papae Gregorio[k] in Adrianio[l.7] degenti Mart. 31. Maii 21.
concito affuit, turpissime fugatus abscessit; et tam non faventibus, quam non communicantibus sibi ac[m] suis complicibus et Romae et in omni regno suo saevissimam et diuturnam intulit persecutionem. Huius rei causa et ecclesiae paene totius regni desolatae, et christiana religio propemodum dissipata, et XC[n] milia hominum et eo amplius in diversis regionibus, beato[o] papa Guiberto cooperante, caesa sunt. Qui etiam pulsis catholicis episcopis et abbatibus[p] sceleratos et idiotas singulis civitatibus et cenobiis[q] vel ecclesiis singulos, interdum autem binos vel annuos prelatos damnabili prioris et[r] magistri sui Symonis[s] mercimonio substituens, in depredationibus sanctorum locorum christianorum[t] sibi non faventium, immo et faventium, dum non esset qui armato

a) symonicam *B* 1. b) *ita B* 1. *Petr., corr.* Canusium *B* 2*a*; Canusium *B* 2*b*. c) communicationem *B* 1. d) et exceptus *Baron.* e) obligatus *Baron.* f) querebatur *B* 1. g) *sequebatur* papae, *punctis del. B* 1. h) Normandorum *B* 2*a*. i) domini *codd.* k) gg̃ *B* 1. l) adriano; *inter* n *et* o *superscr.* i *B* 1; Hadrianoio *B* 2*a*; Hadriano *B* 2*b*. m) *superscr. m.* 2. *B* 1; suisque *Petr. Cas.* n) *corr. ex* ex nulla *m.* 2. *B* 1; viginti milia *Petr.* o) katopapa *Petr.* p) et aliis ecclesiarum praepositis scientia pariter et religione pollentibus *add. Petr.* q) *ita Petr.*; xenodochiis *codd.* r) *deest Petr.* s) Sim. magi *Petr.* t) et chr. *Petr.*

1) *A.* 1077, *Ian.* 28; *Jaffé, Bibl. rer. Germ. II, p.* 258. 2) *Crederes omnia haec ad res ante iter Canusinum gestas spectare; sed, ut vox* iterum *docet, auctor iusiurandum a.* 1079, *Febr.* 11, *per legatos praestitum in animo habet, Jaffé II, p.* 354; *cf. ibid. p.* 403, *quae Greg. VII. in synodo Rom. a.* 1080, *Mart.* 7. *exposuit.* 3) *Idem argumentum versat Greg. in epist. ad Herim. Mett. a.* 1076, *Aug.* 25; *Jaffé II, p.* 242. 4) *Hoc iterum a.* 1080. *factum est, cf. Jaffé II, p.* 401 *sqq.; iam tribus vero annis ante Rudolfus electus erat, a.* 1077, *Mart.* 15. *Cf. Giesebrecht, 'Kaiserzeit' III, p.* 434. 5) *Apud Melrichstat a.* 1078, *Aug.* 7, *Flarchheim* 1080, *Ian.* 27, *Hohen-Mölsen* 1080, *Oct.* 15. 6) *Cf. Koehncke p.* 55. 7) *Cf. Giesebrecht III, p.* 557.

resisteret, longe lateque, voluntate quidem non minus sui[a] Neronis, sed[b] minus possibilitate crassatus est.

2. Cor. 2, 14. 12. Sed gratias Deo, *qui,* ut ait apostolus, *semper triumphat nos in Christo*
1093. *Iesu,* quoniam idem imperator eius Nero ab uxore[1], quam multis Deo teste prostituit[2], et a filiis[3] propter sui crudelitatem relictus, iam tandem non cuiuslibet regis et ducis
1094-1096. sive marchionis, sed unius feminae, scilicet gloriosae et Deo dilectae comitissae Mathildis, congressione adeo debilitatus est[c.4], ut vix quinquagenarius[5] magnus Romanorum imperator incidat[d] iusto[e] districtoque Dei iudicio, et Dei frequentissimus venditor et
cf. Matth. 11, 30. abiurator femineo superetur triumpho; qui Dei suave iugum a se proiciens, sicut pater
Iob 31, 13. eius Belial, et immemor illius sancti regis Iob, qui ait: *Si contempsi iudicium subire cum servo meo,* ad satisfaciendum his, quorum infestissimus exstitit persecutor, beati apostoli Petri subici[f] dignatus[g] est iudicio. Idem vero Guibertus, qui multo rectius papa
1097. Demens, quam papa Clemens[6] dici debuit, in oppidulo suo, quod Argentum[h] dicitur[7], quasi ad sui munitionem excelsa turri fabricata prestolatur symoniacos angelos[8], cum quibus volando in putidissimas[i] stigias paludes corruat[k], fractis[l] cruribus, scilicet rebus suis, Deo nobis propitio, iam propemodum confractis et ad nihilum redactis; cui nemo apostolicam reverentiam sive obedientiam exhibuit[m] preter suum Neronem et sceleratos
cf. Eph. 5, 5. complices eius, vel qui se illi propter avaritiam, quae est[n] idolorum servitus, vel perpetuo vel ad tempus pacto iusiurando vendiderunt: quorum plurimi, quibus perfidia[o] claruerat, dum execranda sacrificia celebrat[p], ne[q] interessent, aufugiebant, scientes eundem nulli Romanorum successisse pontificum[9], sed prescripto modo periurum et invasorem ac[r] symoniacum domino Gregorio papae fuisse superiniectum. Nam catholici, qui fidem et religionem zelo Dei tuebantur[s], obeunte beatae memoriae papa Gregorio,
1086, Mai. 24. reverentissimum Victorem Romanae ecclesiae cardinalem archipresbyterum et Cassi-
1087, Sept. 16. nensem abbatem substituerunt; eoque non multo post decedente, Urbanum, qui praesens habetur, virum scientia et religione prestantissimum. His de Guiberto et suo Henrico, symoniacorum [et[t]] invasorum et scismaticorum principibus succincte prelibatis, ad priora redeamus.

13. Pertractato itaque superius hoc, quod Augustinus scribit de sanctitate sacramentorum hereticorum et scismaticorum et de non-reiteratione eorundem iuxta eundem, subiciemus[u] hoc, quod idem mirabilis doctor scribit, tam sibi quam reliquis doctoribus canonum auctoritatem preponi debere, si quando forte aliter sapuerint, quam deberent.

a) *hic locus corruptus esse videtur;* suo Nerone *codd.*; *Petrus Cas. ita praebet*: voluntate quidem Neronis et Decii. b) scilicet *B* 1. c) *ex* esse *m.* 2. *B* 1. d) incedat *B* 1. e) iuste *B* 2. f) sabici *m.* 1. *B* 1. g) *corr. ex* dedignatus *B* 2*a*. h) Argenteum *Petr.* i) *ex* victissimas *m.* 2. *B* 1. k) rueret *Petr.* l) scilicet cruribus suis Deo per omnia papae Victori propitio confractis et ad nichilum redactis *Petr.* m) exhibebat *Petr.* n) *ita Petr.; deest codd.* o) eius perf. *Petr.* p) celebrant *B* 1; celebraret *Petr.* q) non intererant *Petr.* r) hac *B* 1. s) tuebatur *B* 1. t) *deest B* 1. 2*a*. u) subicimus *B* 1.

1) *Adalheide, filia Wsewolod principis Russorum.* 2) *Cf. supra p.* 288, *n.* 2. 3) *Konrado et Heinrico. Coniuraverunt a.* 1093. *Adalheidis et Konradus; cf. Giesebrecht III, p.* 652 *sqq.* 4) *Inter annos* 1094—1096. 5) *A.* 1050, *Nov.* 11. *natus erat.* 6) *Cf. Rangerii Vitam S. Anselmi v.* 4168 *sqq. (ed. La Fuente, Madriti* 1870*); Donizonis V. Mathildis II, v.* 217*; Köhncke p.* 89. *n.* 4. 7) *Argenta ad Padum; cf. Bernoldi Chron. a.* 1098, *SS. V, p.* 465*; Giesebrecht, 'Münchener Hist. Jahrb.'* 1866, *p.* 186*; Köhncke p.* 91. 8) *Significatur nomen castri S. Angeli, quo Gregorius VII. inclusus fuerat. Crescentii sortem Gregorio a.* 1084. *vaticinati erant, quam rem auctor, nisi fallor, hic respicit.* 9) *Similiter Rangerii Vita S. Anselmi v.* 3372 *sq.; Wido episc. Ferrar. de scismate Hildebrandi, Libelli I, p.* 563.

Scribit enim ita Vincentio Donatistae[1]: *Noli, frater, contra divina tam multa, tam clara, tam indubitata testimonia colligere velle calumnias ex*[a] *episcoporum scriptis sive nostrorum sicut*[b] *Hilarii, sive, ante quam pars Donati separaretur sacramento*[c], *ipsius unitatis, sicut Cypriani et Agrippini; primo quia hoc genus litterarum ab auctoritate canonis distinguendum est*[d]*: non enim sic leguntur, tamquam ita ex eis testimonium proferatur, ut contra sentire non liceat, sicubi forte aliter sapuerunt, quam veritas*[e] *postulabat*[f]*: in eo quippe numero sumus, ut non dedignemur etiam nobis dictum ab apostolo accipere: 'Si quid aliter sapitis, id quoque Deus vobis revelavit'*[g]. Sed et quartus Leo episcopis Brittanniae quiddam[h] prefatae sententiae Augustini simillimum[i] scribit in registro suo[2]: *De libellis,* inquit, *et commentariis aliorum non convenit aliquem iudicare*[k] *et sanctorum conciliorum canones relinquere, vel decretalium regulas, id*[l] *est quae habentur apud nos, simul cum illis in canone. Quibus autem in omnibus ecclesiasticis utimur iudiciis sunt: Canones qui dicuntur apostolorum, Nicenorum, Anchiranorum*[m]*, Neocesariensium*[n]*, Grangrentium*[o]*, Antiochentium*[p]*, Laodicentium*[q]*, Chalcedonensium*[r]*, Sardicensium, Cartaginensium*[s]*, et cum illis regulae presulum Romanorum Silvestri, Siricii, Innocentii, Zosimi, Celestini, Leonis, Gelasii, Hilarii*[t]*, Simachi*[u]*, Simplicii, Ormisde, et Gregorii maioris et iunioris. Isti omnino sunt et per quos iudicant episcopi, et per quos episcopi iudicantur et clerici. Nam si tale emerserit*[v] *vel contigerit inusitatum negotium, quod minime possit per istos finiri, tunc si illorum, quorum meministis dicta, Hieronymi*[w]*, Augustini, Isidori*[x]*, vel ceterorum similiter sanctorum doctorum similium reperta fuerint, magnanimiter sunt retinenda ac promulganda*[y]*, vel ad apostolicam sedem referendum de talibus. Quam ob causam luculentius et magna voce pronunciare non paveo, quia, quae diximus sanctorum patrum statuta, quae apud nos*[z] *canones pretitulantur, sive sit ille episcopus sive clericus, qui eadem indifferenter non recipit, ipse se convincit minime catholicam et apostolicam fidem ad effectum suae retinere salutis.* Hactenus Augustinus et Leo quartus de auctoritate canonum.] Phil. 3, 15.

14. Nunc* dicendum videtur heresim Arrianorum atque omnem generaliter heresim a sanctae Dei ecclesiae oppugnatione cessasse et Deo pro eadem pugnante cessaturam, si qua deinceps existimatur oriri posse[a]. Symoniacorum vero heresis, de qua superius egimus, quae in initio nascentis ecclesiae adversus eam statim arma corripuit, usque in finem saeculi, prout sibi diabolus vexilliferos et sequaces inveniet, et[b] ad

*) His ita decursis dicendum videtur heresim Arrianorum et Sabellianorum et Macedonianorum et Fotinianorum[c] atque omnem generaliter[d] heresim a sanctae Dei ecclesiae inpugnatione cessasse *etc. A.*

**) Haec vero, id est symoniacorum heresis, quae in[e] inicio nascentis ecclesiae *etc. A.*

a) et *codd.* b) *ita Aug. Coll. can. B* 1; sive *B* 2. c) *ita Coll. can. B* 1; a sacramento *B* 2; *des. Aug.* d) *corr. m.* 2 *ex* esse *B* 1. e) unitas *Coll. can.* f) postulat *Aug.* g) *ita Coll. can. B* 1; relevabit *Vulg. Aug. B* 2. h) quidam *B* 1; quoddam *B* 2. i) simillium *B* 2*b*. k) iudicari *B* 1. l) idem *codd.* m) Ancyr. *B* 2. n) Neocess. *B* 1. o) Gangrensium *B* 2*b*. p) Anthioc. *B* 1. q) *deest B* 2*b*. r) Calcidonentium *in marg. B* 2. s) Cartaginiensium *B* 1; Carthaginiensium, Carthaginensium *B* 2. t) Hylarii *B* 2*a*. u) Simmachi *B* 2*a*; Symmachi? *B* 2*b*. v) immerserit *B* 1. w) Hieronimi *B* 1. x) Hisidori *B* 1. y) pmulg. *B* 1. z) vos *B* 2. a) *deest A* 2. b) *deest A* 1. c) Focimanorum *A* 2. d) generalem *A* 2. 3. e) minucio *A* 2.

1) *Epist.* 93, *c.* 10, § 35, *Opp. II, col.* 245 *E; Coll. can. I, c.* 224, *p.* 156: Idem Augustinus in epistola ad Vincentium. — *Grat. Dist. IX, c.* 9. 2) *Coll. Brit. Leonis IV. epist.* 18, *'N. Archiv' V, p.* 385; *Coll. Anselmi III, c.* 118; *Grat. Dist. XX, c.* 1; *Jaffé* 2599. *Eiusdem epistolae alia pars affertur infra p.* 343.

1.Cor.11,19. eiusdem probationem eandem[a] inpugnare non cessabit. *Oportet enim*[b], ut ait beatus apostolus, *hereses esse, ut qui probati sunt manifesti fiant.* Sed animadvertendum est, quod Christus deus, qui suam ecclesiam super fidei petram aedificandam promisit, primo omnium hereticorum primum apostolorum obposuit; videlicet, ut sicut ecclesia, id[c] est credentium multitudo, novit se fidem Petri[d] semper sequi[e] debere, sic in perpetuum[f] meminerit eiusdem nefariae heresis[g] virosa et mortifera consortia fugere, in cuius caput constat omnium christianorum principem maledictionis iaculum intorsisse[h]. Haec cum ita sint, quicumque pro suo posse ab huius pestis inpugnatione cessaverit, cum Symone et eius sequacibus portionem habebit, dicente beato Gregorio [in[i] registro][1]: *Quisquis contra symoniacam heresim et neophitorum pro officii*[k] *sui loco vehementer non arserit*[l], *cum*[m] *eo se non dubitet habere portionem, qui prius hoc piaculare flagitium commisit.*

A.

Sciendum est autem, quod aliud est hereticum esse, aliud scismaticum: hereticus siquidem est, qui catholicae ecclesiae fidem relinquit et sui vel alterius erroris viam sequi diligit[n]. Item iuxta beatum Ysidorum: *Qui sacram scripturam aliter interpretatur, quam flagitat sensus Spiritus sancti, per quem scripta est, licet ab ecclesia non recesserit, hereticus appellari potest.* Scismaticus vero est, qui quidem rectam confiteri[o] se simulat fidem, sed sanctorum patrum traditiones superbe contempnit et se aliqua malivolentia[p] ab unitate ecclesiae scindit.

Item iuxta sanctum[q] Augustinum: *Hereticus est, qui non sequitur catholicam veritatem; scismaticus est, qui non amplectitur catholicam pacem.*

B.

15. Sciendum est autem, quod aliud est hereticum[r] esse, aliud scismaticum: hereticus siquidem est, qui catholicae ecclesiae fidem relinquit et sui vel alterius erroris viam sequi diligit: scismaticus vero est, qui rectam confiteri se simulat fidem, sed sanctorum patrum traditiones superbe contemnit et se aliqua malivolentia ab unitate ecclesiae scindit. Item iuxta Augustinum in sermone de blasphemia[2]: *Hereticus est, qui non sequitur catholicam veritatem*[s]*: scismaticus est, qui non amplectitur catholicam pacem.* Idem in libro de civitate Dei[3]: *Qui in ecclesia Christi morbidum aliquod pravumque sapiunt, si correcti, ut rectum sanumque sapiant, resistunt contumaciter suaque mortifera dogmata emendare nolunt, sed defensare persistunt, heretici sunt.* Idem in libro de utilitate credendi[4]: *Hereticus est, qui alicuius temporalis commodi et maxime gloriae principatusque sui gratia falsas ac*[t] *novas opiniones vel gignit vel sequitur. Ille autem, qui huiusmodi hominibus credit, est imaginatione quadam veritatis*[u] *illusus.* Hieronymus[v] in epistolam[w] ad Galatas[5]: *Inter heresim et scisma hoc esse arbitramur*[x], *quod*

a) et tandem *A* 2. b) Oportet enim hereses esse, ut ait *etc. A.* c) idem *B* 1. d) *iterum add.* se *B* 2*a*. e) debere sequi *A*. f) imperpetuum *A* 2. g) haereseos *B* 2. h) introisse *A* 1. i) *des. A.* k) officiis in suo *B* 1; officio suo *B* 2. l) asserit *A* 3. *B* 2. m) ad eo se *A* 2. n) deligit *A* 2. o) se conf. fid. sim. *A* 3. p) malevol. *A* 3. q) *deest A* 2. r) haereticorum, or *expunctum*? *B* 1. s) veritatem — catholicam *des. B* 1. 2*a*. t) et *B* 2*b*. u) veritatis ac pietatis *Aug.* v) Hieronimus *B* 2. w) epistola *B* 1. x) arbitrantur *Hier.*

1) *Epist. XII*, 29; *Coll. can. IV, c.* 53, *p.* 378. *in epist. Widonis ad Heribertum perperam Paschali asscripta; Grat. C. I, qu.* 1, *c.* 5; *Jaffé* 1859; *cf. Petri Damiani L. grat. c. XXVIII, l. l. p.* 57. 2) *Sermo LXXI*, § 21, *Opp. V, col.* 394 *E.* 3) *L. XVIII, c.* 51, § 1, *Opp. VII, col.* 533 *C.* — *Grat. C. XXIV, qu.* 3, *c.* 31. 4) *I*, § 1, *Opp. VIII, col.* 45 *A.* — *Grat. C. XXIV, qu.* 3, *c.* 28. 5) *Comm. in epist. ad Titum c.* 3, *Opp. VII, col.* 738. — *Grat. C. XXIV, qu.* 3, *c.* 26.

heresis perversum dogma habeat, scisma post[a] *episcopalem discessionem ab ecclesia separat*[b]. Item[c] iuxta Hysidorum[d.1]: *Qui sacram scripturam aliter interpretatur, quam flagitat sensus Spiritus sancti, per quem scripta est, licet ab ecclesia non recesserit, hereticus appellari potest.*

Item papa Pelagius in suo registro[e] introducit [beatum[f]] Augustinum ita diffinientem scisma in epistola ad Valerianum patricium inter cetera[2]: *Videte*[g], *utrum scismatici non sint qui se ab*[h] *eminentissima et manifestissima auctoritate apostolicarum sedium separaverunt.* Item idem[i] Pelagius in epistola ad Viatorem et Pancratium[k] introducit[l] Augustinum ita dicentem[3]: *Qui adversum auctoritatem illarum ecclesiarum, quae apostolicas sedes et epistolas accipere meruere, temere*[m] *credit, immanissimum crimen scismatis*[n] *a se propulsare non poterit.*

A.

Haec cum ita sint, ex his patet eos esse ecclesiam, qui apostolicarum ecclesiarum auctoritatem secuntur, eos vero omnimodis[o] esse scismaticos, qui contra prescriptas auctoritates apostolicarum sedium et sanctorum patrum plus MCC pontifices in Dei[p] ecclesia ordinare nituntur.

B.

16. Itaque patet ex his diffinitionibus[q] eos esse ecclesiam, qui apostolicarum ecclesiarum auctoritatem sequuntur: eos vero omnimodis esse vel symoniacos, vel invasores, vel reliquos scismaticos, qui contra prescriptas auctoritates doctorum et apostolicarum sedium et sanctorum patrum, ut supra dictum est, plus mille ducentorum pontifices in Dei ecclesia ordinant, vel qui ordinantur.

Scismaticus vero iuxta Antiochenum[r] concilium[4], si permanserit turbas faciens et seditiones ecclesiae, per extraneas potestates tamquam seditiosus comprimendus est. *Multa namque,* ut ait Augustinus[5], *etiam cum invitis*[s] *benigna quadam asperitate plectendis agenda sunt, quorum potius utilitati consulendum est quam voluntati. Nam in*[t] *corripiendo filio quamlibet aspere numquam tamen amor paternus amittitur; fit tamen, quod nollet*[u], *ut doleat, qui*[v] *etiam invitus videtur dolore sanandus.*

B.

Item Augustinus Vincentio Donatistae[6]: *Putas neminem cogi*[w] *debere ad iustitiam,*

a) propter *Hier.* b) separetur *Hier.* c) *corr. m. 2. ex* idem *B* 1; idem *B* 2. d) Isid. *B* 2. e) regesto *A.* f) *deest A* 2. *B.* g) Vide *A.* h) ad *A* 2. i) papa *B* 2*b*. k) Pangratium, Pangracium *A.* l) eundem *add. B* 2. m) timere *B* 1. n) schismatici *B* 2. o) omnibus modis *A* 3. p) eccl. D. *A* 3. q) def. *B* 2. r) Anthioc. *A* 1; Anthiochenum *B* 1. s) inscitis *B* 2*b*. t) *deest B* 2. u) *ita m. 2. B* 1; *m. 1, ut videtur,* volet; nolit et doleat *Aug.* v) *ita Coll. can.;* quia *A.* w) debere cogi *Aug.*

1) *Etymol. VIII, c.* 70, *ed. Arevalus III, p.* 361. 2) *Coll. can. I, c.* 145, *p.* 105: Pelagius Valeriano patricio inter cetera; *Coll. Brit. Pel. epist.* 66, *'N. Archiv' V, p.* 560; *Grat. C. XXIII, qu.* 5, *c.* 42; *Jaffé* 1038; *cf. Stevenson, 'Osservazioni' l. l. p.* 323. *Apud Holstenium p.* 229. *haec particula deest. Idem locus infra.* 3) *L. Holstenius, Coll. Rom. p.* 225; *Coll. can. I, c.* 142, *p.* 103: Beatus Augustinus enuntiat de talibus. — *Coll. Brit. Pel. epist.* 22, *'N. Archiv' V, p.* 545; *Grat. C. XXIV, qu.* 1, *c.* 34; *Jaffé* 934. 4) *Conc. Antioch. a.* 341, *c.* 5. *ex interpret. Dionysii, Mansi II, col.* 1322: Quodsi ecclesiam conturbare et solicitare persistat, tamquam seditiosus per potestates exteras opprimatur. *Coll. can. I, c.* 145, *p.* 106: Si enim permanserit — comprimi *ex epist. Pelagii ad Valerium (Holstenius p.* 230), *unde Deusdedit haec et sequentia hausit. Hic autem auctoritas conc. Antioch. nequaquam indicatur.* 5) *Epist.* 138, *c.* 11, § 14, *Opp. II, col.* 415 *F; Coll. can. I, c.* 145, *p.* 105: Nam beatus Augustinus de talibus dicit. 6) *Epist.* 93, *c.* 2, § 5, *Opp. II, col.* 232 *B.*

B.

Matth. 22, 9.

cum legas patremfamilias dixisse servis: 'Quoscumque inveneritis, cogite intrare?' Cum legas etiam Paulum ad veritatem cognoscendam et tenendam magna violentia Christi cogentis[a] *esse compulsum?* Idem Donato presbytero[1]: *Displicet tibi, quod traheris ad salutem, cum tam multos vestros ad perniciem*[b] *traxeritis?* Et paulo post: *Tu, qui neminem existimas cogendum ad bonum, attende quod dixit apostolus:* 1. Tim. 3, 1. *'Si quis episcopatum desiderat, bonum opus desiderat'. Et tamen tam multi, ut episcopatum suscipiant, tenentur, inviti perducuntur*[c]*, includuntur, custodiuntur, patiuntur tanta, quae nolunt, donec adsit eis*[d] *voluntas suscipiendi boni operis: quanto magis vos ab errore pernicioso, in quo vobis inimici estis, ad*[e] *veritatem?* Idem super Iohannem[2]: *Mirantur scismatici, quia moventur potestates christianae contra detestandos dissipatores ecclesiae. Si non moverentur, quomodo redderent rationem Deo de imperio suo? Nabuchodonosor*[f] *rex alienigena saevit, ne blasphemaretur Deus Israel*[g]*, et nolunt, ut*[h] *saeviant reges christiani, quia Christus exsufflatur*[i]*?* Item Augustinus Vincentio, quod hereticis et scismaticis tam in suis, quam in ecclesiarum rebus nihil dominii liceat habere[3]: *Constantinus*[k]*,* inquit, *imperator constituit, ut res convictorum et unitati pervicaciter resistentium fisco vindicarentur.* Idem alibi[4]: *Quicquid ergo nomine ecclesiarum pars Donati possidebat, christiani imperatores legibus religiosis cum ipsis ecclesiis ad catholicam transferri iusserunt.* Pelagius quoque Narsi[l] patricio non dissimilia scribit[5]: *Multa,* inquit, *exempla et consti-*

a) progentis *B* 1; urgentis *B* 2. b) peruinciem *B* 1. c) producuntur *B* 2. d) ei *B* 1. e) trahendi estis et deducendi ad veritatem *Aug.* f) Nabucdonosor *B* 2*a*. g) Israhel *B* 2. h) quia *B* 2*a*; quod? *B* 2*b*. i) *corr. m.* 2 *ex* exsusflatur *B* 1. k) Constantius *B* 2. l) Marsi *B* 2*a*.

1) *Epist.* 173, § 1. 2, *Opp. II, col.* 613 *A.* — *Grat. C. XXIII, qu.* 4, *c.* 38; *cf. Anselmi epist. ad Wibertum, Libelli I, p.* 524. 2) *In evang. Iohannis c.* 3, *Tract. XI,* § 14, *Opp. III,* 2, *col.* 382. 3) *Epist.* 93, *c.* 4, § 14, *Opp. II, col.* 236 *C.* 4) *Epist.* 185, *c.* 9, § 36. *de corr. Donatistarum ad Bonifacium, Opp. II, col.* 657 *G.* 658 *A.* 5) *Coll. Brit. Pel. epist.* 47, *'N. Archiv' V, p.* 555; *Grat. C. XXIII, qu.* 5, *c.* 43; *Jaffé* 962; *cf. Stevenson, 'Osservazioni' l. l. p.* 326.

A.

B.

tutiones sunt, quibus evidenter agnoscitur, ut facientes scissuras in sancta ecclesia non solum exiliis, sed[a] *et proscriptione rerum et dura custodia per publicas potestates debeant coerceri.* Idem[1]: *Nec quicquam maius est, unde Deo sacrificium possitis offerre, quam si id ordinetis, ut hi, qui in suam et aliorum perniciem debacchantur, compitenti debeant vigore compesci.* Idem Valeriano patricio[2]:

Item Pelagius Valeriano patricio:

Non persequitur[b]*, nisi qui ad malum cogit: qui vero malum et*[c] *factum iam punit vel prohibet, ne fiat, non*[d] *persequitur iste, sed diligit. Nam si, ut quidam putant, nemo nec reprimendus a malo, nec retrahendus*[e] *ad bonum est, humanas ac divinas leges necesse est evacuari*[f]*, quae et malis poenam et bonis praemia iustitia suadente constituunt*[g]*. Malum autem scisma est etiam per extraneas potestates obprimendum.*

A.

17. Itaque si, ut ex his patet, scismatici per extraneas potestates sunt obprimendi, numquid et symoniaci ab eisdem sunt[h] obprimendi? Numquid minus delinquunt? Immo magis.

B.

17. Itaque, sicut ex his patet, scismatici, item invasores, et ceteri per extraneas potestates sunt comprimendi. Numquid[i] minus quam invasores delinquunt[k]? Immo magis.

Nam si Christus Dei filius et Spiritus eius et Patris per omnia aequales sunt[l], Iudaeus et symoniacus, qui utrumque[m] vendunt, pares non erunt? Item cum ex premissis auctoritatibus constet symoniacum[n] Paraclytum[o] emere, Iudaeum vero [liqueat[p]] Christum emisse: numquid non[q] constabit eosdem malitia et merito pares habendos esse? Et quidem ita videtur. Patet itaque symoniacos[n] veluti primos et precipuos hereticos ab omnibus fidelibus respuendos: et si commoniti non resipuerint, etiam ab exteris potestatibus obprimendos. *Verendum quippe est,* ut ait Gregorius [in[r] registro][3]*, quemque pro suo officio et loco contra eosdem vehementer non inardescere eorumque detestando errori totis nisibus*[s] *non obviare. Error namque,* ut ait[4] Innocentius papa, *cui non resistitur, approbatur; et veritas, cum minime*[t] *defensatur, opprimitur.* Item idem[5]: *Negligere*[u] *quippe, cum possis deturbare perversos, nihil*[v] *aliud est quam fovere.* Augustinus [in[q] una de quinquaginta omeliis[w.6]]: *Quisquis metu cuiuslibet po-*

a) scilicet *codd.*; sed etiam *Pel.* b) prosequitur *B* 2*a*. c) vel *A*. d) nec *B* 2*b*. e) rettrah. *B*. f) evocari *B* 2*a*; avocari *B* 2*b*. g) constituant *B* 1. h) non sunt *A* 3. i) symoniaci *supplendum*. k) delinquant *B* 2*a*. l) sint *B*. m) uterque *A* 1. 2. n) scym. *B* 1. o) Paracletum *B* 2; Paraclitum *A* 3. *B* 1. p) *deest B*. q) *deest A* 3. r) *uncis inclusa des. A*. s) nixibus *B* 1. 2*a*. t) nemine *B* 2*b*. u) neglegere *A* 1. v) est aliud *A. Coll. can.* w) homiliis *B* 2.

1) *Coll. Brit. Pel. epist.* 52. *Carello mag. mil.*, 'N. Archiv' V, p. 556; *Grat. C. XXIII, qu.* 5, *c.* 44. 2) *Holstenius l. l. p.* 228; *Coll. Brit. Pel. epist.* 66, 'N. Archiv' V, p. 560; *Grat. C. XXIII, qu.* 5, *c.* 42; *Coll. can. IV, c.* 48, *p.* 370; *Jaffé* 1038; *cf. Ans. epist. ad Wibertum l. l. p.* 524. 3) *Nescio ubi; cf. p.* 332. 4) *Coll. can. IV, c.* 48, *p.* 369: Innocentius papa: Error cui . . . opprimitur. Eleutherius: Negligere quippe . . . fovere. *Uterque locus Innocentio assignatur in Anselmi epist. ad Wibertum l. l. p.* 526: Innocentius: Error *etc.* Idem: Negligere *etc.*; *Placidus Nonantulan. c.* 126 *(infra). Cf. supra p.* 223 — *Grat. Dist. LXXXIII, c.* 3: Innocentius; *cf. C. II, qu.* 7, *c.* 55. 5) *Eleutherii epist. I, Mansi I, col.* 697; *Hinschius p.* 127; *Epist. Felicis II, c.* 8, *Thiel I, p.* 237. 6) *Apud Augustinum*

testatis veritatem occultat, iram Dei super se provocat, quia magis timet hominem quam Deum. Ambrosius[1]: *Consentire est non solum mala*[a] *scienter fieri permittere, sed et male facta non persequi.* Gregorius [in[b] registro[2]]: *Qui non corrigit resecanda committit.* Idem[e] in Moralibus[3]: *Plerumque quieti atque inconcussi relinquimur*[d], *si obviare pravis pro iustitia non curamus. Sed si ad*[e] *aeternae vitae desiderium*[f] *animus exarsit, si*[g] *verum iam intrinsecus*[h] *lumen respicit, si*[i] *in se flammam*[k] *sancti fervoris accendit, in quantum locus admittit, in quantum causa exigit, debemus pro defensione iustitiae nosmet ipsos obicere et perversis ad iniusta prorumpentibus, etiam cum ab eis non quaeritur*[l], *obviare. Nam cum iustitiam, quam nos amamus, in aliis feriunt, nos nihilominus sua percussione confodiunt, etsi venerari videantur.* Et quoniam a quibusdam eorum ignorantia, a quibusdam vero neglegentia[m], ab aliquibus autem superbiae contumacia delinquitur, optimum est, ut primum lenius[n] mitiusque[o] cum eisdem et[p] scismaticis [et[q] eisdem[r] invasoribus et ceteris] agatur, et[s] ut pro eis
Rom. 11, 8. 2. Tim. 2, 26. oretur; ne[t] forte, ut[u] ait apostolus, *det illis*[v] *Deus spiritum*[w] *compunctionis, ut*[x] *resipiscant a laqueis diaboli, a quibus alligati*[y] *tenentur.* Quod si rationi[z] non adquieverint[a], symoniaci pariter et scismatici ut incurabilia membra ab ecclesiae corpore abscindantur[b]; et, ut dictum est, ab exteris potestatibus obprimantur,

B.

salva tamen pace totius ecclesiae, ut hac de causa gravissima perturbatio non oriatur.

18. Nam Augustinus in libro de fide et operibus de tolerandis[c] et non tolerandis[c] in ecclesia malis hominibus ita scribit[4]: *Errant homines non servantes modum; et cum in unam partem proclives*[d] *ire ceperint, non respiciunt divinae auctoritatis alia*[e] *testimonia, quibus possint ab illa intentione revocari et in ea, quae ex utrisque*[f] *temperata est, veritate*[g] *ac moderatione consistere. Quidam*[5] *enim intuentes exempla veritatis*[h], *quibus admonemur corripere inquietos, non dare sanctum canibus, ut et*[i] *ethnicum*[k] *habere ecclesiae contemptorem, a compage corporis membrum, quod scandalizat, evellere*[l], *corrumpunt*[m] *ecclesiae pacem, ut conentur ante tempus separare zizania. Atque hoc errore caecati, ipsi potius a Christi unitate separantur*[n]. *Qui-*

a) scienter mala fieri *A.* b) *uncis inclusa des. A.* c) Item *A.* d) relinquimus *B.* e) *deest B* 2. f) desiderio *B* 2. g) si verum lumen iam intrinsecus respicit *A.* h) intrinsecum *B* 2. i) *ita A. B* 1. *Coll. can. Greg.;* et *B* 2. k) flamma *A* 3. l) quaerimur *A.* m) negligentia *codd. praeter A* 1. n) levius *A* 1. 3. *B* 2*b.* o) *ex* initiusque *m.* 2. *B* 1. p) et cum scismaticis *A;* et *deest B* 2. q) *uncis incl. des. A;* et *deest B* 1. r) *corr. m.* 2 *ex* idem *B* 1. s) *deest B.* t) ut *B* 2*a.* u) sicut *A* 3. v) illi *B* 2*a.* w) reprobum sensum *A.* x) et *B* 2*b*; ut si *A.* y) illigati *B* 1. 2*a.* z) ratione *B* 2*a.* a) acquiev. *codd. praeter A* 1. b) abscidantur *A* 1. c) toller. *B* 2*a.* d) procliviter *Aug.* e) *deest B* 1. *Coll. can.* f) utriusque *B* 1. g) virtute *B* 2*b.* h) *ita Coll. can. codd.;* severitatis *Aug.* i) *deest Aug. Coll. can. B* 2*b.* k) ethni *add. m.* 2 *in spatio rel. B* 1. l) *ita Coll. can. codd.;* avellere *Aug.* m) perturbant ecclesiae pac. *Aug.* n) separentur *Aug.*

frustra quaeruntur; Wido Ferrar., Lib. I, p. 545; *Placidus Nonantulan. c.* 126; *Augustino attribuitur in Anselmi epist. ad Wibertum l. l. p.* 527; *Coll. Burch. XVI, c.* 12; *Coll. can. IV, c.* 48, *p.* 369. — *Grat. C. XI, qu.* 3, *c.* 80; *cf. autem Isid. l. sent. III, c.* 45, § 2, *ed. Arevalus VI, p.* 333. 1) *Nescio quo loco.* 2) *Epist. X,* 42. *ad Eusebium Thessalon. archiep., Opp. II, col.* 1074 *A; Coll. can. IV, c.* 156, *p.* 484. 3) *Moralium l. XXXI, c.* 56, *Opp. I, col.* 1023 *A. B; Coll. can. IV, c.* 48, *p.* 391: Gregorius in XXI libro Moralium. 4) *L. de fide et operibus c. IV,* § 5, *Opp. VII, col.* 167 *E; Coll. can. IV, c.* 124, *p.* 446: Idem in libro de fide et operibus. 5) *Ibid.* § 6, *col.* 168 *A. B.* 6) *Ibid.* § 7 *l. l. D.*

B.

dam vero e contrario periclitantes, cum bonorum malorumque coniunctionem[a] *in ecclesia demonstratam vel predictam esse prospexerint et precepta patientiae didicerint, quae ita firmissimos nos reddunt*[b], *ut*[c] *etiamsi viderint*[d] *in ecclesia esse zizania, non tamen impediatur fides nostra aut caritas, ut, quoniam esse zizania in ecclesia cernimus, ipsi de ecclesia recedamus, destituendam putant ecclesiasticam disciplinam, quandam perversissimam securitatem prepositis*[e] *tribuentes, ut ad eos non pertineat nisi dicere, quid cavendum quidve faciendum sit; quodlibet*[f] *autem faciant, non curare. Nos vero ad sanam doctrinam pertinere arbitramur, ex utrisque*[g] *testimoniis vitam sententiamque moderari, ut canes in ecclesia pro pace toleremus et canibus sanctum, ubi pax ecclesiae tuta est*[h], *non demus. Cum ergo sive per negligentiam prepositorum, sive per aliquam excusabilem necessitatem, sive per occultas obreptiones, invenimus in ecclesia malos, quos ecclesiastica disciplina corrigere aut coercere non possumus, tunc ne ascendat*[i] *in cor nostrum inpia et perniciosa presumptio, qua estimemus nos ab illis esse separandos, ut peccatis eorum non inquinemur, atque post nos*[k] *trahere conemur veluti mundos, sanctosque*[l] *discipulos, ab unitatis compage quasi a malorum consortio segregatos; veniant in mentem illae de scripturis similitudines et divina oracula vel certissima exempla, quibus demonstratum est malos in ecclesia permixtos usque in finem saeculi tempusque iudicii futuros et nihil bonis in unitate fidei ac participatione sacramentorum, qui eorum factis non consenserint, obfuturos. Cum vero eis, per quos ecclesia regitur, adest pace salva potestas disciplinae adversus improbos aut nefarios exserendae; item rursus, ne socordia*[m] *segnitieque*[n] *dormiamus, aliis*[o] *aculeis preceptorum, quae ad severitatem coercitionis*[p] *pertinent, excitandi sumus, ut gressus nostros in via Domini ex utrisque testimoniis illo duce atque adiutore dirigentes nec patientiae nomine torpescamus nec obtentu diligentiae saeviamus*[q]. Idem[r] XL. capite ex his, quae scribit ad Petrum[1]: *Firmissime tene et nullatenus dubites aream*[s] *Dei esse catholicam ecclesiam et intra eam usque in finem*[t] *saeculi frumenta mixta paleis contineri, id*[u] *est bonos et malos sacramentorum communione misceri et in omni professione clericorum sive monachorum esse simul bonos et malos, nec pro malis bonos deserendos, sed pro bonis malos, in quantum exigit fidei et caritatis ratio, tolerandos*[v]. Idem: *Si vel in ecclesia nullius perfidiae semina spargunt vel*[w] *fratres ad aliquod*[x] *malum opus mortifera*

a) commixtionem *Aug. Coll. can.* b) reddit *B* 2. c) et *B* 2*a*. d) *ita Coll. can. codd.*; videntur *Aug.* e) *ita Aug. Coll. can.*; propos. *codd.* f) quidlibet *B* 2. g) utriusque *B* 1. h) esse *B* 1. i) ascendant *B* 1. k) ita post nos *Aug.*; nos *deest B* 2; nostra ire *B* 1. l) sanctos atque *B* 2. m) discordia *B* 1; discordie, discordiae *B* 2. n) segnitiaeque *B* 2. o) alii aliis *B* 2. p) coertionis *B* 1. q) serviamus *codd.* r) Item *in fine paginae*, Idem *in initio sequ. B* 1. s) arcam *B* 2. t) fine *B* 1. 2*b*. u) idem *B* 1; hoc est bonis malos *Aug.* v) toll. *B* 2*a*. w) et *B* 2*b*. x) aliquid *B* 1.

1) *L. de fide ad Petrum c.* 43, § 86, *Opp. VI, app. col.* 32 *E.*

B.

imitatione non ducunt, nec posse aliquem intra ecclesiam catholicam recte credentem beneque viventem alieno unquam maculari peccato, si cuiquam peccanti nec[a] *consensionem*[b] *prebeat nec favorem* et cetera. Haec Augustinus in tolerandis[c] sive non tolerandis[c] in ecclesia malis hominibus.

19. Nunc de symoniacorum paenitentia, si qui forte resipuerint, breviter quoddam[d] memorandum videtur. *Grave enim omnino,* ut ait Gregorius in registro[1], *et ultra quam dici potest facinus est Spiritum sanctum, qui omnia redimit, venundari.* Ambrosius super Lucam[2]: *Non est fas vendere mysterium*[e]*, sed offerre: non enim pretio taxatur Dei gratia; nec in sacramentis lucrum quaeritur, sed obsequium sacerdotis. Non*[3] *tamen sat est, si lucrum [non*[f]*] quaeratur*[g]*, sed*[h] *obsequium. Familiae quoque tuae cohibendae sunt manus; nec hoc exposcitur, ut te*[i] *solum immaculatum castumque custodias. Non enim dixit*[k] *apostolus te solum, sed 'te ipsum castum custodi': inexpiabilis enim venditi culpa misterii. Denique*[4] *Moabitae et ceteri non intrabunt*[l] *in ecclesiam Domini usque ad tertiam et quartam generationem, donec culpam auctorum multiplicis successio generationis aboleret. Sed*[5] *cum illi, qui in Deum idolatriae errore*[m] *deliquerant, in*[n] *tot generationes essent mulctati, profecto durior videtur esse sententia, qua Giezi*[o] *semen usque in aeternum pro cupiditate habendi prophetica auctoritate damnatur*[p]. Alexander II. in registro suo[6]: *Si quis beneficium ecclesiae, quod quidam canonicas vel prebendas vel ordines vocant, iniqua cupiditate ductus vel emere vel vendere presumpserit, iuxta concilium Chalcedonense*[q] *gradus sui periculo subiaceat; nec ministret ecclesiae*[r]*, quam pecunia comparavit.* Urbanus II. in registro suo[7]: *Symoniacos omnino ab emptis officiis removendos*[s] *canonica sanctione precipimus, neque eis in ecclesiis, quas emerunt, potestatem ullam habere aut ministrare facultas libera concedatur; sed, ut perfecte peccatum suum defleant et divinam sibi gratiam reconcilient, ad alias ecclesias vel monasteria transeant et se*

a) non *B* 2. b) confessionem *codd.* c) toll. *B* 2a. d) quodam *B* 1. e) misterium *B* 1; ministerium *Ambr.*; mysterium *Coll. can.* f) *deest codd.* g) quaeras *Aug. Coll. can.* h) sed obs. *des. Ambr. Coll. can.* i) *deest B* 2. k) dicit *Coll. can.* l) introibant *Coll. can.* m) errorem *B* 2. n) ut *Coll. can.*; in quartam generat. videantur esse mult. *Ambr.* o) Greci *m.* 1; Giesi *m.* 2. *B* 1. p) *corr. m.* 2 *ex* . . andatur *B* 1. q) Chalcedonensem *B* 1. r) ecclesia *B* 2; in ecclesia *B* 1; nec ministrari possit ecclesiae, quam pecunia venalem fieri concupivit *Alex.* s) movendos *B* 2.

1) *Epist. IX,* 11. *ad Brunechildam reg., Opp. II, col.* 937; *cf. supra p.* 319. 2) *Expos. Evang. sec. Lucam IV, c.* 52 *(Opp. ed. Bened. II, col.* 1348 *C; ed. Paris.* 1631, *III, col.* 68. 69): Vendere ministerium *etc.; Coll. can. IV, c.* 86, *p.* 404: Ambrosius: Non est vas vendere *etc. Nonnulla omissa sunt.* 3) *C.* 53. 4) *Abhinc Grat. C. I, qu.* 1, *c.* 16. 5) *C.* 54. 6) *Epist. ad clerum et populum Lucensem, Mansi XIX, col.* 990; *Migne CXLVI, col.* 1391 *(Deusdedit autem Alexandri verba immutavit); Coll. can. IV, c.* 53, *p.* 379: Item in registro II. Alexandri papae inter cetera; *Grat. C. I, qu.* 3, *c.* 9; *Jaffé* 4722. *Cf. Ewald in 'N. Archiv' V, p.* 350, *qui hoc fragmentum accuratius definiendum non esse perperam profitetur.* 7) *Coll. Britt. nr.* 39: Urbanus clero et populo Pergamensi, *'N. Archiv' V, p.* 364; *Loewenfeld, Epist. pontif. Romanor. ined. p.* 62, *Jaffé* 5396.

B.

sub disciplinae regularis coercitione[a] *servantes spiritualis militiae*[b] *exercitiis mancipare procurent.* Gelasius in decreto cap. VII[1]: *Quos constiterit indignos meritis sacram*[c] *mercatos esse pretio dignitatem*[d] *convictos*[e] *oportet arceri, quia dantem pariter accipientemque damnatio Simonis, quam sacra lectio testatur, involvit.* Ormisda[f] in decreto cap. II[2]: *Nec*[g] *ille se a culpa aestimet alienum, qui ipse quidem a redemptione liber initiaverit benedictione mystica sacerdotem, tamen ad alterius redempti voluntatem vel sponte in hoc vel necessitate consenserit*[h]. *Quid enim prodest illi suo errore non pollui, qui consensum prestat erranti? Procul dubio contra mandata committit et qui habet peccatum proprium et [qui*[i]*] sequitur alienum. Incassum animus resistit cupiditati, si non resistit et timori.* Nicolaus minor inter cetera[3]: *Erga symoniacos nulla misericordia in dignitate servetur.* Gregorius Nazianzenus[k.4]: *Qui donum Dei pretio mercatur, in sacro ordine nulla ratione manere potest.*

20. In libro legum novellarum primo, constitutione VII, titulo XXV[5]: *Si quis pecuniam dederit eoque modo creatus episcopus fuerit, non solum ipse, sed etiam qui consecravit eum inter episcopos non erit; sed pecunia vel res datae consecrationis causa sacrosanctis ecclesiis addicantur, sive episcopus sive clericus est qui dedit: is*[l] *autem qui*[m] *accepit*[n]*, non solum res amittat, sed etiam gradum atque honorem clericatus. Similiter autem et, si laicus sit, qui pecuniam vel res accepit, et ipsas amittat et aliud tantum, quantum accepit, poenae nomine sanctae ecclesiae prestare compellatur. Sed et si magistratum gerat, et magistratus*[o] *esse desinet et exilio irrevocabili condemnabitur. Si autem aliquis presbyter vel diaconus constitutus pecunia data ad episcopatus apicem pervenerit, non solum episcopus esse desinet, sed etiam priorem gradum presbyteri vel diaconi amittat.* Item ex libro eodem VI, cap. CCCCXXIX[6]: *Ante omnia illud obser-*

a) coertione *B* 1. b) disciplinae *B* 2. c) *ita Gel.*; sacramenta *codd.* d) dignitate *B* 2. e) convinctos *B* 1. f) Horm. *B* 1. g) Ne vel ille *Horm.* h) senserit *B* 1. i) *deest codd.* k) Nazanzenus *B* 2*a*. l) His *m.* 1. *B* 1. m) qui — autem *m.* 2 *in marg. B* 1. n) *ita Iul. B* 2; accipit *B* 1. o) *corr. m.* 2 *ex* magistratum *B* 1.

1) *Decr. Gener. c.* 26, *Mansi VIII, col.* 37; *Thiel I, p.* 360; *Hinschius p.* 653; *Grat. C. I, qu.* 1, *c.* 6; *Jaffé* 636. 2) *Epist.* 25. *ad episc. Hisp. const. II, Thiel I, p.* 791; *Hinschius p.* 690; *Jaffé* 787. 3) *Decretum contra simoniam, Mansi XIX, col.* 906; *Coll. can. IV, c.* 86, *p.* 404: Nicholaus II; *Grat. C. I, qu.* 1, *c.* 110; *Jaffé, Syn. Rom. a.* 1059. *post nr.* 4398; *cf. Boniz. ad amicum l. VI, Libelli I, p.* 594. 4) *Apud Greg. Naz. frustra quaesivi. Correctores quoque Gratiani ad C. I, qu.* 1, *c.* 11. *adnotant:* In operibus b. Gregorii Nazianzeni — nihil tale repertum est. *Legitur apud Algerum, De misericordia et iustitia III, c.* 31 *(Migne CLXXX, col.* 945*); Grat. l. l.:* Qui studet donum . . . mercari . . . de cetero permanere et revocari posse dubium non est. *Coll. can. IV, c.* 86, *p.* 403, *ut in Libello; cf. Placidus Nonantulan. c.* 115, *infra.* 5) *Iul. Novell. epit. Const. VI (c.* 1*), c. XXIV; Coll. can. IV, c.* 151, *p.* 474: Ex libro novellarum primo, const. VII, tit. XXV. 6) *Iul. Novell. epit. (Const. CXV, c.* 4*) c. CCCCXXX. Nonnulla omissa sunt. Coll. can. IV, c.* 152, *p.* 475: Item ex libro eodem VI. cap. CCCCXXVIII.

B.

vari sancimus, ut nemo sub prestatione auri vel alterius rei episcopus consecretur. Et propter hoc qui dat et qui accipit et qui mediator factus est sacerdotio et clericatus honore removeatur[a]*: quod autem pro ea causa datum est, illi ecclesiae vendicetur*[b]*, cuius sacerdotium voluit. Si autem laicus erit, qui pro hac causa aliquid accepit vel mediator rei factus est, ea quae data sunt in*[c] *duplum ab eo exigantur ecclesiae vendicanda. Non solum autem ea quae data sunt vendicare*[b] *precipimus, sed omnem cautionem super quocunque modo expositam et pignorum obligationem, et omnem aliam qualemcunque actionem cessare sancimus; ut ille qui*[d] *per*[e] *promissionem accepit non solum cautionem reddere, sed et aliud tantum, quantum cautio continet, conveniatur ecclesiae dare.* Invasores autem, maxime hi, qui propriis relictis viventium cathedras invadunt, quoniam aut vix aut numquam huiusmodi[f] invasio absque symoniaca mercatione contingit, symoniacorum paenitentia multandi sunt; quoniam, ut supra dictum est a Cypriano, heretici et scismatici sunt iuxta apostolum, et nisi[d] digne satisfaciant, Dei regnum non possidebunt, quoniam alienas sponsas rapiunt et stuprantur[g].

A.

Sciendum est Augustinum de omnibus hereticis et scismaticis ad quendam Petrum ita[h] scripsisse: *Firmissime tene et nullatenus dubites omnem hereticum et scismaticum quamvis*[i] *multas elemosinas faciat vel etiam pro Christo sanguinem fundat, cum diabolo et angelis eius aeterno igni mancipandum, nisi ante finem vitae huius catholicae incorporetur et reintegretur ecclesiae.*

Hactenus contra eos qui dicunt Dei ecclesiam et pontificum eius ordinationem regiae potestati subiacere, contraque symoniacorum sacerdotium et sacrificium satis[k] dictum. Nunc restat de facultatibus ecclesiae dicere, quas iidem contendunt sub regia ditione manere[l].

B.

De his vero, quibus est cor impaenitens, scilicet, ut ait Augustinus, blasphemia in Spiritum sanctum, id sentiendum est, quod scribit idem ad quendam Petrum[1]: *Firmissime tene, et nullatenus dubites omnem hereticum et scismaticum, quamvis multas elemosinas faciat vel etiam pro Christo sanguinem fundat, cum diabolo et angelis eius aeterno igni mancipandum, nisi*[m] *ante finem vitae huius catholicae*[n] *incorporetur et redintegretur ecclesiae.*

21. Hactenus contra eos, qui dicunt pontificum ordinationem[o] regiae potestati subiacere, et contra symoniacorum et invasorum et aliorum scismaticorum sacerdotium et sacrificium, satis dictum. Nunc de tertio capitulo, id est qualiter a laicis habendi sint[p] clerici, videamus. Sexquipartita itaque hoc capitulum sectione dividimus[q], quatenus commodius illud per tot partes Deo prestante tractemus. Nam divina lex precipit christianis saecularibus sacerdotes et reliquos

a) removeantur *codd.* b) vind. *B* 2. c) in — eo *in marg. m.* 2. *B* 1. d) *deest B* 1. e) *deest Iul. Coll. can.* f) *corr. ex* cuiusmodi *m.* 2. *B* 1. g) strupantur *B* 1. h) sic *A* 3. i) quantumvis *A* 2. 3. k) sat. dict. *des. A* 2. l) et cetera *add. A* 2. *Hic desinit A.* m) et nisi *B* 2*a*. n) cathedrae *m.* 1. *B* 1; *in marg.* catholicae *m.* 2. *B* 1. o) ordinationes *B* 2. p) sunt *B* 2*b*. q) dividamus *B* 2.

1) *L. de fide ad Petrum c.* 39, § 82: . . . quanta scunque elemosynas fecerit etsi pro Christi nomine etiam sanguinem fuerit nullatenus posse salvari; *Grat. C. I, qu.* 1, *c.* 55. *Cf. supra p.* 337.

B.

Dei ministros pascere atque honorare eisque obedire, interminando, ne quis eorundem presumat eosdem vel infamare vel persequi vel iudicare. Itaque primum de prima parte videamus.

CAPITULUM[a] III.

PRIMA DIVISIO.

1. Cleros[1] Graece[b], Latine sors sive pars, vel hereditas dicitur[c]. Inde dicti sunt clerici, quia Domini sorte[d] sunt, vel quia Domini partem habent, dicente[e] Deo in libro Numerorum: *Ego tuli levitas a filiis Israhel pro*[f] *omni primogenito, qui aperit* Num. 3, 12. *vulvam in filiis Israel*[g]*; eruntque*[h] *mei levitae; mea enim sunt omnia primogenita.* Item in eodem: *Ego pars et hereditas eorum.* Sicut autem quondam levitae in tabernaculo, ita modo clerici serviunt Deo in ecclesia et psallendo in eadem et offerendo ei pro sua et populi transgressione ab eodem instituta sacrificia, et docendo legitima eius. Et quoniam, ut predictum est, ipse est hereditas eorum, omnis vero hereditas cultores suos pascere debet, instituit eisdem tam in vetere[i], quam in novo testamento, unde pascerentur, in libro Numerorum, Aaron et filiis eius ita inquiens: *Omnis oblatio* ib. 18, 9. *et sacrificium, et quicquid pro peccato atque delicto redditur in sancta sanctorum, tuum erit et filiorum.* Et infra: *Omnes*[k] *primitias sanctuarii, quas offerunt filii Israel* ib. 18, 11. *Domino, tibi dedi et filiis tuis iure perpetuo.* Et paulo post de inferioribus: *Filiis* ib. 18, 21. *autem Levi dedi omnes decimas Israelis*[g] *in possessionem pro ministerio, quo serviunt mihi in*[l] *tabernaculo foederis.* Et infra de eisdem: *Comedetis*[m], inquid, *decimas in* ib. 18, 31. *omnibus locis vestris tam vos, quam familiae vestrae, quia pretium est pro ministerio, quo servitis in tabernaculo testimonii.* Et paulo superius ita precipit levitis: *Cum* ib. 26. *acceperitis a filiis Israel decimas, quas dedi vobis, primitias earum*[n] *offerte Domino, id est decimam partem decimae, et date Aaron sacerdoti. Omnia vero, quae offertis* ib. 28, 29 *ex decimis in donaria Domini, optima et electa erunt.* Item in Deuteronomio[o]: *Non* Deut. 16, 16. *apparebit in*[p] *conspectu meo vacuus, sed offeret*[q] *unusquisque secundum quod habuerit.* ib. 16, 17. Item quotiescunque in eadem lege sacrificium offerri iubetur[r], salvo spirituali ministerio, tum armus[s], tum pectus, tum quaeque[t] optima, in partem sacerdotalem tradi mandantur. Dominus quoque[u], ut se legis auctorem probet, in euangelio legalia mandata de decimis servari iubet, ubi reprehendit scribas et pharisaeos, quod maioribus legis mandatis Luc. 11, 42. omissis tantum minora servabant, decimantes *rutam et mentam et omne olus. Haec,* inquit, *oportuit facere et illa non omittere.* Item novi testamenti sacerdotes ad predicandum mittens: *Nolite,* inquit, *transire de domo in domum; sed in quamcunque civi-* ib. 10, 7 *tatem intraveritis, si receperint vos, manducate quae apud illos sunt, et curate omnes* ib. 10, 8. *infirmos, qui in illa sunt, et dicite eis: appropinquabit in vos regnum Dei. Dico* ib. 9, 12. *autem vobis: Quia Sodomis remissius erit in illa die, quam illi civitati, quae non receperit vos.* Item in eodem: *In quamcunque domum intraveritis, primum dicite: pax* ib. 9, 5. *huic domui.* Et post pauca: *In eadem domo manete edentes et bibentes quae apud* ib. 9, 7. *illos sunt. Dignus est enim operarius mercede sua.* Hinc est, quod eos in via prohibet sacculum vel peram tollere, aperte monstrans auditores sacerdotibus regnum cae-

a) Cap. III. *B* 1; Capitis III. *B* 2*a*; Prima divisio liber tertius *B* 2*b*. b) graecae *B* 1. c) *deest B* 1. d) *ita Hier. B* 1; sortes *B* 2. e) dicentem q; q *linea del. B* 1. f) pro — primo *in marg. m.* 1. *B* 1. g) israhel *B* 2. h) eruntque — levitae *punctis del. iam ante* genito *B* 1. i) veteri *B* 1. k) omnis *B* 1; primitias autem quas voverint et obtulerunt *Vulg.* l) *ex* iam *m.* 2. *B* 2. m) comeditis *B* 1. n) eorum *B* 2. o) Deuthronomio *B* 2*a*. p) ante Dominum *Vulg.* q) *ex* offerret *m.* 2. *B* 1; offerat *B* 2. r) iubet *B* 2. s) armis *B* 2*a*. t) q̄q *m.* 2 *ex* q'q *B* 1; quae *B* 2. u) *ex* q'q *B* 1.

1) *Cf. infra c.* 2, *p.* 342.

lorum predicantibus necessaria ministrare[a] debere. Apostolus quoque Paulus ait: *Qui*
1. Tim. 5, 17. *bene presunt presbyteri, duplici honore digni habeantur, maxime qui laborant in verbo*
ib. 5, 18. *Dei.* Dicit enim scriptura: *Non infrenabis*[b] *os bovi trituranti.* Qui autem est duplex honor, quo apostolus dicit dignos haberi presbyteros, nisi ut eis propter sacerdotii dignitatem paterna reverentia exhibeatur, et propter doctrinam huius vitae subsidia ministrentur? *Communicet,* inquit idem, *his*[c], *qui catecizatur*[d] *verbo*[e], *ei qui se cate-*
Gal. 6, 6. 1. Cor. 9, 8. *cizat*[d], *in omnibus bonis.* Et alibi: *Quis unquam militat suis stipendiis? quis plan-*
ib. 11. *tat vineam, et non gustat de fructu eius?* Item quibusdam exprobrando[f]: *Magnum est,* inquit, *si carnalia vestra metamus, quibus*[g] *spiritualia seminamus?*

2. Huc accedit, quod de decimis, iuxta quod supra dictum est, legalibus et euangelicis preceptis Dei sacerdotibus et ceteris ministris eius reddendis Augustinus in libro de hereticis ait[1]: *Decimae ex debito requiruntur. Quod*[h. 2] *si diceret Deus: nempe meus est homo, mea est terra, quam colis*[i], *mea sunt semina, quae spargis, mea sunt animalia, quae fatigas, meus est solis calor; et cum omnia mea sint, tu qui manus*[k] *accommodas, solam decimam merebaris; sed*[3] *reservo tibi novem, da mihi decimam. Si non dederis mihi decimam, auferam novem. Si dederis mihi decimam, multiplicabo novem.* Idem: *Si tardius dare peccatum est, quanto magis peccatum est non dedisse? De*[4] *militia, de negotio*[l] *et de artificio redde*[m] *decimas. Dabis*[5] *impio militi quod non vis dare sacerdoti. Qui eas dare noluerint, res alienas invadunt. Et quanti*[n] *pauperes in locis, ubi ipse habitat, illo decimas non dante, fame mortui sunt! Tantorum homicidiorum reus erit, quia rem a Domino pauperibus delegatam suis usibus reservavit.* Ieronimus in epistola de vita clericorum[6]: *Cleros Graece, Latine sors et pars, unde vocantur clerici, quia ipsi sunt pars Domini, et Dominum partem*[o] *habent.* Et paulo post[7]: *Si autem ego pars Domini sum, et funiculus hereditatis eius, nec accipio partem inter ceteras tribus, sed quasi levita et sacerdos vivo de decimis et alteri serviens altaris oblatione sustentor, habens victum et vestitum, his contentus*[p] *ero, et nudam crucem nudus sequar.* Idem ad Heliodorum[8]: *Clerici oves pascunt, ego pascor: illi de altari vivunt, mihi quasi infructuosae*[q] *arbori securis ponitur ad radicem, si munus ad altare non defero. Nec possum obtendere paupertatem, cum [in*[r]*] euangelio anum viduam duo quae sibi sola supererant era*[s] *in gazophilatio*[t] *mittentem laudat Dominus.* Alexander papa Sigifredo episcopo[9]: *Quicunque suarum rerum Deo eiusque sacerdotibus decimas, quae baptismatis et aliorum sanctorum sacramentorum exhibitione iure competunt, annuatim reddere noluerit*[u], *christianus*[v] *non est.* Cap. V. Grego-

a) manifestare *B* 2. b) alligabis *Vulg.* c) *ita B* 1. 2*a*; is? *B* 2*b*. d) catechiz. *B* 2. e) verba *B* 2*a*. f) exprobando *codd.* g) si nos vobis spiritualia seminavimus *Vulg.* h) ꝙ *B* 1. i) coles *B* 2*b*. k) *ita Aug.*; minus *codd.* l) negatio *B* 1. m) reddere *B* 2. n) *corr. ex* quantum *m.* 1. *B* 1. o) patrem *B* 1. p) contemptus *B* 1. q) infructuosse *B* 1. r) *deest codd.* s) aera *B* 2. t) gazophylatio *B* 2*a*; gazophylactio *B* 2*b*. u) *ita B* 1. *Coll. Brit.*; noluerint *B* 2; non reddit *Coll. can.* v) christianus convincitur non esse *Coll. Brit.*

1) *Sermo CCLXXVII,* § 3, *Opp. V, col.* 461 *E; sed ordo sententiarum valde mutatus est. Similem formam praebet Anselmi Coll. V, c.* 34. *et Grat. C. XVI, qu.* 1, *c.* 66. 2) *Ibid.* § 2, *col.* 461 *C.* 3) *Verba:* Sed reservo — dedisse *desiderantur in sermone illo; cf. autem Tract. XX. de rectitudine catholicae conversionis, Opp. IX, p.* 358. 4) § 1, *col.* 460. 5) § 2, *col.* 461. 6) *Epist.* 52. *ad Nepotianum de vita clericorum et monachorum, Opp. I, col.* 256. *Nonnulla mutata sunt. — Grat. C. XII, qu.* 1, *c.* 5. 7) *Ibid. c.* 257. 8) *Epist.* 15. *ad Heliodorum, Opp. I, col.* 33; *Coll. can. II, c.* 21, *p.* 236: Hieronymus in epistola ad Heliodorum presbyterum. 9) *Coll. Brit. Alex. epist.* 35, *'N. Arch.' V, p.* 335: . . . noluerit reddere, christianus convincitur non esse; *Coll. can. III, c.* 58, *p.* 254: Alexander II. Sigifrido ait: Quicumque decimas suas annuatim sacerdotibus non reddit, christianus non est. *Jaffé* 4577.

rius[a] VII. in concilio L.[b] episcoporum[1]: *Qui decimas ecclesiis non reddiderint, sciant se sacrilegii crimen committere et aeternae damnationis periculum incurrere.* Leo quartus in concilio episcoporum LXII[2]: *Qui primitias ut decimas dare contempserit, sancta communione privetur*[c]. Idem episcopis Britaniae[d.3]: *De decimis non tantum nobis, scilicet prioribus patribus, placuit tantum dari plebibus, in quibus sacrosancta dantur baptismata.* Idem prefatus Alexander Cosentino episcopo[4]: *Indignum videtur et auctenticum sanctorum canonum sanctione*[e] *non probat, ut novae ecclesiae id iuris concedatur, quod antiquae iniuste subtractum est ecclesiae.* Item in concilio Maguntino, cui prefuit Bonifatius martyr et episcopus Romanae ecclesiae legatus[5]: *Ecclesiae antiquitus constitutae nec decimis nec aliis possessionibus pro novis oratoriis priventur.* Item ex legibus imperatorum Caroli et Ludowici[f] cap. VI[6]: *Quicunque decimam*[g] *abstrahit de ecclesia, ad quam per iustitiam debet dari, et*[h] *propter quamlibet occasionem ad alteram ecclesiam dederit, a comite vel a misso nostro distringatur*[i], *ut eiusdem decimae quantitatem cum sua lege restituat.*

3. Patet igitur prefatis legalibus et euangelicis preceptis et Romanorum imperatorum constitutionibus christianos saeculares sacerdotibus et Dei ministris necessaria prebere debere, ut cura et sollicitudine necessitatum corporalium, sine quibus haec vita transigi non potest, relevati liberiores fiant ad meditationem divinae legis et doctrinae administrationem, atque ad divini sacrificii et aliorum Dei sacramentorum pro eisdem exibitionem. Non enim grave sive onerosum debet videri christiano populo, si Dominus omnipotens legalibus veteris et novae legis mandatis iubet, ut sacrosanctis ecclesiis ad eius cultum decenter exhibendum competentia ornamenta, et sacerdotibus et ceteris eius ministris, quibus propter divina mysteria tam populo, quam ecclesiis indesinenter exhibenda rei familiaris curam[k] non vacat habere, huius vitae subsidia prebeat, dum legamus[7] paganos, qui verum Deum nescientes deos ligneos et lapideos

a) Gregori *B* 1; Gregorius VII. in cōl[ta] episc. *B* 2*a*; Greg. VII. in collecta *B* 2*b*. b) *deest B* 2. c) *corr. ex* priventur *B* 1. d) Britanniae *B* 2. e) sanctio *B* 2. f) lugdoici; g *del. B* 1. g) decimas *Coll. can.* h) et eam praesumptuose aut propter munera aut amicitiam vel aliam quamlibet *etc. Coll. can.* i) *ex* destringatur *B* 1. k) cura *codd.*

1) *Synodus Rom. a.* 1078, *Nov.* 19, *Jaffé II, p.* 334*:* Decimas . . . nisi ecclesiis; *Coll. can. III, c.* 56, *p.* 263*:* Ex eodem cap. V *(conc. VII. papae Gregorii episc.):* Decimas . . . nisi. 2) *Synodus Rom. a.* 853, *Dec., ap. Holstenius, Coll. Rom. II, p.* 133*:* . . . moneat, ut primitias et decimas incunctanter persolvant: has autem dare nolentes . . . . sancta communione priventur. 3) *Coll. Brit. Leonis IV. epist.* 18*i*, *'N. Arch.' V, p.* 384*;* Ex regesto Leonis papae quarti *in Collectaneis apud Canisium VI, p.* 244, *ubi Ewald frustra quaesivit; Coll. can. III, c.* 58, *p.* 264*:* Item Leo IIII. in registro suo episcopis Britanniae. *Grat. C. XVI, qu.* 1, *c.* 45. *Jaffé* 2599 5[d]. 4) *Coll. Brit. Al. epist.* 34, *'N. Arch.' V, p.* 335*:* Arnulfo Cusentino archiepiscopo, quem papa monasterium a Roberto duce aedificatum consecrare iubet; *Loewenfeld, Epist. pont. Rom. p.* 51*; Jaffé* 4576. *Non invenerat Stevenson, 'Observazioni' l. l. p.* 328. *inter epistolas Alexandri II, qua de causa Löwenfeld locum nostrum iniuria in addendis, quasi novam epistolam, adnotat.* 5) *Coll. Anselmi VII. in fine:* ex conc. Mogunt., cui praefuit Bonifacius martyr et episcopus; *Coll. apud Canisium VI, p.* 243*:* Ex conc. Mogunt., cui praesidet Bonif. archiep. et martyr auctoritate Zachariae papae cap. X; *Coll. can. III, c.* 27, *p.* 251*:* In conc. Mogunt., cui praefuit Romanus legatus Bonifatius martyr et episcopus cap. XI. *Frustra quaesivit Ewald, 'N. Arch.' V, p.* 291, *n.* 1. *Est autem Conc. Mogunt. a.* 813. *c.* 41, *Mansi XIV, col.* 74*:* . . . possessionibus priventur, ita ut novis oratoriis tribuantur. — *Grat. C. XVI, qu.* 1, *c.* 43*:* Item ex conc. Cabillonensi. 6) *Cf. Capit. eccl. ad Selz data a.* 803—804, *c.* 2. 3, *Capit. reg. Franc. I, p.* 119*; Capit. eccl.* 818. 819, *c.* 12, *l. l. p.* 277*; cf. Heinrici I. et Karoli Conv. Confluent. a.* 922, *c.* 8, *LL. II, p.* 17. 7) *Apud Gregorium M.; cf. p.* 344.

colebant, talium deorum templa decentissime ornasse et sacerdotibus eorundem honorem
cf. Gen. 47, 20—26. maximum et quaeque necessaria prebuisse. Legitur enim in Genesi, famis tempore cunctis Egiptiis[a] propter inopiam suas possessiones Pharaoni regi vendentibus, eundem sacerdotibus ydolorum[b] suorum, ne similiter suas possessiones vendere cogerentur, sufficientia prebuisse alimenta. Ab eo tempore omnibus Egiptiis[c] legali sanctione annuatim quintam fructuum partem regibus terrae persolventibus sacerdotibus terram ab huius-
2. Mach. 4, 2. modi exactionibus semper liberam perstitisse. Item in libro Machabaeorum legitur, quod *reges et principes* gentium non tantum suorum deorum templa, sed quod valde mirandum est, quamvis Deum vivum non colerent, tamen *templum* eius Hierosolimis[d] situm *summo honore dignum ducerent et maximis muneribus*[e] *illustrarent, ita ut*
ib. 3. *Seleucus Asiae rex de reditibus suis prestaret omnes sumptus ad ministerium sacrificiorum pertinentes.* Videant itaque christiani, quid ipsi Deo suo et ministris eius faciant, si gentiles non solum diis et sacerdotibus suis, sed etiam Deo viventi, quem non colebant, talia exhibuerunt.

SECUNDA DIVISIO.

4. Quanta autem veneratione velit Deus sacerdotes et ministros suos honorari, ut Gregorius doctor scribit[1] imperatori Mauricio[f], *in divinis eloquiis*[g] declaratur, in
Ex. 22, 8. quibus *aliquando angeli vocantur. Nam et per Moysen de eo, qui ad iuramentum*
ib. 28. *ducendus est, dicitur: 'Applica*[h] *illum ad deos, videlicet*[i] *sacerdotes'. Et iterum*[k]*: 'Diis*
Mal. 2, 7. *non detrahes, id*[l] *est sacerdotibus'. Et propheta ait: 'Labia*[m] *sacerdotis custodiunt scientiam, et legem requirent*[n] *ex ore eius, quia angelus Domini exercituum est'. Quid ergo mirum,* si[o] imperialis vel quaelibet potestas honoret sacerdotes, *quibus in suo*[p] *eloquio honorem tribuens, eos aut angelos aut deos ipse etiam*[q] *appellat Deus?* Scimus[2] autem, quia quondam *pagani in republica principes fuerunt, qui verum Deum nescientes deos ligneos et lapideos colebant, et tamen eorum sacerdotibus honorem maximum tribuebant. Quid igitur mirum, si* christiani[r] *Dei sacerdotes honorent dum*
Ecl. 7, 32. *pagani, ut prediximus, principes honorem impendere eorum sacerdotibus noverunt, qui lignis*[s] *et lapidibus serviebant?* Item de honore ministrorum Dei Salamon[t] in Proverbiis: *In omni virtute tua,* inquit, *dilige Dominum*[u]*, et in*[v] *ministros eius non*
ib. 31. *delinquas*[w]. Item: *In tota anima tua time Deum, et sacerdotes eius sanctifica.* Ambrosius in registro suo[3]: *Honor, fratres, et sublimitas episcopalis nullis poterit comparationibus adaequari. Si regum fulgori*[x] *compares et principum diademati, longe erit inferius, quam si*[y] *plumbi metallum ad auri fulgorem compares. Quippe cum videas regum colla et principum submitti genibus sacerdotum, et osculata*[z] *eorum dextera, orationibus eorum credant se communiri. Haec*[4] *cuncta, fratres, ideo nos pre-*

a) Aegyptiis *B* 2? b) idol. *B* 2. c) Aegypsiis *B* 1; Aegyptiis *B* 2. d) Hierosolymis *B* 2. e) numeribus *B* 1. f) Mauritio *B* 2*a*. g) eloquis *B* 1. h) applicabitur ad deos *Vulg.* i) *ita etiam Coll. can.;* id est ad *Greg.* k) Et rursum scriptum est *Greg. Coll. can.* l) idem *m.* 1; idē *m.* 2. *B* 1; de iisdem *B* 2; scilicet *Greg. Coll. can.* m) labra *B* 2*a*. n) requiret, *ut vid., corr. m.* 2 *ex* require *B* 1. o) vestra pietas dignetur honorare, quibus *etc. Greg.;* imperialis pietas honoret *Coll. can.* p) *ita B* 1. *Greg.;* sacro *B* 2. q) et etiam *B* 1. r) christianus imperator *Greg.* s) *ita B* 1. *Coll. can.;* delinguus *B* 2*b*? *a*; diis ligneis *Greg.* t) Salomon *B* 2. u) eum *Vulg.* v) *deest Vulg.* w) relinquat *m.* 1; delinquas *m.* 2. *B* 1; delinques *B* 2; derelinquas *Vulg.* x) *ex* fulguri *m.* 2. *B* 1; Si reg. comp. infulas et princ. diademata *Ambr.* y) quasi *Ambr.* z) exosculatis eorum decretis *Ambr.*

1) *Epist. V,* 36, *ed. Ewald I, p.* 318; *Coll. can. IV, c.* 58, *p.* 380: Gregorius Mauricio imperatori. *Nonnulla mutata sunt.* 2) *Quaedam omissa.* 3) *Sermo de informatione episcoporum Silvestro II. perperam adscriptus, Mabillon, Analecta II.* (1675), *p.* 219; *De dignit. sacerdot. c.* 2, *Ambrosii Opp. II, app. col.* 359, *cf. Lib. de lite I, p.* 492; *Jaffé Bibl. II, p.* 458. *Coll. can. IV, c.* 106, *p.* 422: Ex regesto VII. Gregorii lib. VI. . . Et beatus Ambrosius . . exclusit. Qui . . hoc modo circa principium sui pastoralis scribens: Honor *etc.* 4) *Anal. col.* 220.

misisse[a] *debetis cognoscere, ut ostenderemus nihil in hoc saeculo esse excellentius sacerdotibus, nihil sublimius episcopis reperiri.* Hieronymus[b] ad Eliodorum[c.1]: *Mihi ante presbyterum sedere non licet; illi, si peccavero, licet me tradere in interitum carnis, ut spiritus salvus sit* in die Domini. Theodosius et Valentinianus[2]: *Statuimus de sanctis ac venerabilibus sacerdotibus*[d] *vel etiam levitis eos cum omni timore venerari*[e], *quibus terra caput inclinat.*

TERTIA DIVISIO.

5. De obedientia vero propter Deum Dei[f] ministris exhibenda, sic ait ipse in euangelio: *Qui vos audit, me audit; et qui vos spernit, me spernit.* Et Samuhel[g] propheta: *Numquid victimas sive olocausta*[h] *vult Deus et non potius, ut obediatur voci suae? Melior est obedientia, quam victimae; et auscultare magis, quam offerre adipem arietum: quoniam quasi peccatum ariolandi est repugnare; et quasi scelus idolatriae, nolle acquiescere.* Et apostolus[i]: *Obedite prepositis vestris et subiacete*[k] *eis; ipsi enim pervigilant quasi rationem pro animabus vestris reddituri, ut non*[l] *cum tristitia hoc faciant. Hoc enim expedit vobis.* Idem alibi: *Si quis non obedit verbo nostro per epistolam, hunc*[m] *notate, et non commisceamini cum eo, ut confundatur*[n]. Et alibi: *Impromptu*[o] *habentes ulcisci omnem inobedientiam.* Idem inobedientibus: *Quid vultis? in virga veniam ad vos?*[p] et cetera. Hinc Hieronymus ad Eliodorum[c] presbyterum[3]: *In veteri lege quicunque sacerdotibus non obtemperasset aut extra castra positus lapidabatur*[q] *a populo aut gladio cervice subiecta contemptum*[r] *expiabat cruore. Nunc vero inobediens spirituali animadversione*[s] *truncatur aut eiectus de ecclesia rabido daemonum ore decerpitur*[t]. Item super Aggeum[4]: *In deuteronomio*[u] *legimus, ut sicubi in urbibus*[v] *Israel quaestio fuerit exorta inter sanguinem et sanguinem, inter iudicium et iudicium, lepram et*[w] *lepram, contradictionem*[x] *et contradictionem, eant ad sacerdotes et levitas et pontificem, qui fuerit in diebus illis, et quaerant ab eis legem Domini; quibus respondentibus, faciant quae iubent; quod si non fecerint, exterminentur de populo suo.*

Luc. 10, 10. 1. Reg. 15, 22. ib. 23. Hebr. 13, 17. 2. Thess. 3, 14. 2. Cor. 10, 6. 1. Cor. 4, 21.

6. Et quoniam secundum haec, quae premisimus, omnes fideles suis quisque prelatis propter Deum obedientiam debent, maxime autem super omnes ecclesiae prelatos Romano pontifici propter principatum sibi a Deo in beato Petro collatum, nonnullas huius rei gratia sedis apostolicae constitutiones subicimus. Pius papa[5]: *Qui iussa apostolicae sedis libenter transgressus fuerit, infamis efficitur.* Stephanus[6]: *Infames eas personas dicimus, quae statuta ecclesiastica contemnunt.* Gregorius Iohanni

a) *ex* prom. *m.* 2. *B* 1. b) Hieronimus *B* 2*a*. c) Heliod. *B* 2. d) et secundis sacerdotibus *add. B* 1. e) nominare *Const.* f) de *B* 2*a*. g) Samuel *B* 2*a*. h) holoc. *B* 2. i) apostolis *B* 1. k) *ex* subiacite *m.* 2. *B* 1. l) cum gaudio *Vulg.* m) hanc *B* 2*a*. n) fundatur *B* 1. o) in promptu *B* 2. p) et litera *B* 2*a*. q) lapidaretur *m.* 2. *B* 1. r) contentum *B* 2*a*. s) mucrone *Hier.* t) disc. *B* 2. u) deuteronomium *B* 1; deutoronomio *B* 2*a*. v) *corr. m.* 2 *ex* verbis *B* 1. w) et lepr. *in marg. m.* 2. *B* 1. x) contraditionem *B* 1.

1) *Epist.* 15. *ad Heliodorum, Opp. I, col.* 23; *Coll. can. II, c.* 120, *p.* 237. 2) *Constit. Sirmondi XX (Haenel, Corpus legum p.* 241, *nr.* 1183*):* Audemus quidem sermonem facere solito plus timore captis de sanctis *etc. Cf. Fitting, 'Über die Stellen des röm. Rechts in einer Streitschrift des Cardinals Deusdedit', 'Savigny-Zeitschr., Roman. Abtheil.' IX, p.* 377. 3) *Epist.* 15. *l. l.; Coll. can. l. l.; cf. n.* 1. 4) *Comm. in Aggaeum, Opp. VI, col.* 759; *Coll. can. II, c.* 13, *p.* 234*:* Idem super Aggeum. 5) *Epist. I, c.* 4*:* Si quis vero . . . iussum *etc.; Hinschius p.* 117; *Coll. can. IV, c.* 156, *p.* 479; *Jaffé* 43. 6) *Epist. decret. ad Hilarium episc. c.* 1, *Hinschius p.* 182. *Ex longiore sententia contracta sunt. Coll. can. IV, c.* 156, *p.* 480; *Grat. C. IV, qu.* 1, *c.* 17; *Jaffé* 130.

episcopo[1]: *Qui sacris nescit obedire canonibus, nec sacris administrare vel communionem capere sit dignus altaribus.* Idem in ultimo Moralium libro[2]: *Sola obedientia est, quae fidei meritum possidet, sine qua quisque infidelis esse videatur.* Et paulo post[3]: *Sciendum vero est, quia nunquam per obedientiam malum fieri, aliquando autem debet*[a] *per obedientiam bonum, quod agitur, intermitti.* Gregorius iunior[4]: *Sit alienus a divinis et pontificalibus officiis qui noluit*[b] *preceptis obedire apostolicis.* Agatho in VI. synodo[5]: *Sic omnes apostolicae sedis sanctiones accipiendae sunt, tamquam ipsius divini Petri voce firmatae.* Nicolaus primus in registro suo ad Lotharium regem[6]: *Petrus in Domini passione nihil in Malcho*[c] *nisi auriculam abscidit, ut nobis eius vicem gerentibus daret intelligi nullos nos magis debere insequi, quam quorumlibet inobedientium surdos auditus.* Ambrosius super Lucam[7]: *Tollit Petrus aurem. Quare Petrus? quia ipse est, qui claves regni caelorum accepit, et ligandi et solvendi adeptus est potestatem. Tollit aurem male audientis, tollit gladio spirituali aurem interiorem male intelligentis. Caveamus ne cui tollatur auricula.* Ex constitutione Valentiniani et Theodosii imperatorum[d.8]: *Quis*[e] *episcoporum ad iudicium Romani antistitis evocatus adesse neglexerit, per moderatorem eiusdem provinciae adesse cogatur.*

QUARTA DIVISIO.

6. Nunc de diffamatoribus sive[f] detractoribus ministrorum Dei. In synodo universali CCXL[g] patrum habita pro Ignatio patriarcha, quae a quibusdam VIII. dicitur[9]: *Quisquis tanta iactantia usus fuerit et audacia, ut*[h] *secundum Fotium*[i] *et Dioscorum in scriptis vel sine scriptis iniurias quasdam contra vicarium*[k] *et sedem principis apostolorum Petri moveat, eandem quam illi condemnationem accipiat*[l]. Anacletus[10]: *Deteriores sunt qui doctorum vitam moresque corrumpunt his, qui aliorum substantiam prediaque diripiunt; et ideo iuste infames sunt et merito ab ecclesia extorres fiunt.* Idem[11]: *Oportet unumquemque fidelem, si viderit aut cognoverit plebes suas adversus pastorem suum tumescere, aut clerum detractionibus*[m] *vacare, hoc vitium pro viribus extirpare; nec eis in quibuscunque negotiis misceri presumat, antequam suo reconcilientur*[n] *doctori.* Idem[12]: *Sententia Cham, filii Noe, notantur, qui Dei sacerdotes et*

a) debeat; a *m. 2. del. B* 1. b) *ita Coll. can.;* nolunt *codd.* c) Malco *B* 2*a.* d) imperatorum *B* 1; imperatoris *B* 2. e) Si quis *B* 2; ut quisquis *Coll. can.* f) seu *B* 2. g) CCX *B* 2. h) et *B* 2. i) Phot. *B* 2. k) vicarium et *des. Syn.* l) recipiat *Syn.* m) detractationibus *B* 1. n) reconcilietur *B* 2.

1) *Epist. III,* 7. *ad Iohannem episc. Lariss., ed. Ewald I, p.* 168*; Coll. can. IV, c.* 156, *p.* 483*:* Gregorius Iohanni Larisseo episcopo, capite XLVI; *Jaffé* 1211. 2) *Moralium l. XXXV, c.* 28, *Opp. I, col.* 1156 *A:* Sola est quae *etc.; Coll. can. IV, c.* 80, *p.* 398. 3) *Ibid. c.* 29, *col.* 1156 *C; Coll. can. p.* 399. 4) *Epist. spuria Gregorii IV, Jaffé* 2579, *c.* 15*; Coll. can. I, c.* 174, *p.* 119*:* Gregorius omnibus episcopis . . . Sit ergo alienum *etc.; cf. Liber can. contra Heinr. reg. c. VI, Lib. I, p.* 479. 5) *Coll. Brit. Var.* 2, *nr.* 27, *'N. Arch.' V, p.* 585*; Grat. Dist. XIX, c.* 2*; Jaffé* 2108. *Ex conc. a.* 680, *ut Friedberg et Löwenfeld arbitrantur. Coll. can. I, c.* 119, *p.* 93*:* Agatho papa omnibus episcopis. 6) *In epistolis ad Lotharium missis non inveni; Coll. can. IV, c.* 101, *p.* 417*:* Eiusdem ad Lotharium regem . . . . Item in regesto. 7) *Comm. in evang. Lucae ad c. XXII, Opp. ed. Bened. I, col.* 1518. 8) *Nov. Valentiniani III, tit. XVI,* § 3, *Haenel, Novellae constit.* 1844, *col.* 176*:* Quisquis episcoporum *etc. Coll. can. I, c.* 236, *p.* 165*:* Constitutio Valentiniani imperatoris. 9) *Synodus VIII. ex interpret. Anastasii c.* 21, *Mansi XVI, col.* 174*; Migne CXXIX, col.* 159. 10) *Epist. III. de patriarchis et primat. c.* 36, *Hinschius p.* 85; *Coll. can. IV, c.* 156, *p.* 479. *Grat. C. VI, qu.* 1, *c.* 15. 11) *Ibid. c.* 39, *Hinschius p.* 85. 12) *Ibid. c.* 38, *Hinschius p.* 85*:* Sententia quoque Cam filii Noe damnantur, qui suorum doctorum vel praepositorum culpas produnt *etc.; Grat. C. II, qu.* 7, *c.* 12*; cf. Manegoldi ad Gebeh. Liber c.* 44, *Lib. I, p.* 386*; Jaffé* 4.

ministros infamare presumunt. Nicolaus Ludovico imperatori[1]: *Si de Domini*[a] *sacerdotibus, qui iure patres dicuntur, aliquod*[b] *vos audire contigerit*[c], *quod confusionem piis mentibus ingerat, non infrunitum*[d], *sed pudoratos*[e] *Noe filios imitantes, patriam verecundiam contegite, ut affluenti, quemadmodum et illi, benedictione a Domino repleri mereamini.* Item, ut ait Eusebius in historia ecclesiastica, in Nicena synodo imperator Constantinus accusatoribus sacerdotum dixit[2]: *Vere si propriis oculis vidissem sacerdotem Dei aut aliquem eorum, qui monacheo*[f] *habitu amicti sunt, peccantem, clamidem*[g] *meam explicarem et cooperirem eum, ne ab aliquo videretur.* Silvester papa, ut in gestis eius habetur[3], a detractoribus aures suas quasi a serpentibus separabat dicens, quod hoc venenum per aures ingressum occideret animam[h] audientis. Hieronymus in expositione psalmi XXVIIII[i.4]: *Proximo suo detrahentem*[k], *hunc persequebar*[l]. *In tantum non oportet consentire nos detrahenti, ut etiam quantum in nobis est, persequamur talem; providentes in utroque utilitatem, ut nec libenter audiamus, nec illum permittamus peccare. Tanta enim distantia est inter peccantem*[m] *et detrahentem, ut ille qui fornicatur se occidat; ille autem qui detrahit, et se et illum qui audit, demergit in*[n] *infernum.* Augustinus[5]: *Non fratri suo dicit: 'Fatue', quicunque*[o] *hoc dicit, non ipsi fratri*[p], *[sed*[q]*] peccato eius infensus*[r] *est. Alioquin reus erit gehennae ignis.* Et post pauca[6]: *Si quis preoccupatus fuerit hoc delicto, ut fratri suo dicat; 'fatue', id est, non eius*[s] *peccatum volens auferre, convicietur*[t] *iniuste; parum est illi ad hoc redimendum elemosinam facere, nisi etiam, quod ibi sequitur, remedium reconciliationis adiungat. Sequitur*[u] *enim: 'Si offers munus tuum ad altare et ibi recordatus fueris,* Matth. 5, 23. *quia frater tuus habet aliquid adversus te'* et caetera, usque *tunc veniens. Ita parum est quantaslibet elemosinas facere pro quocunque scelere et in consuetudine scelerum permanere.* Idem[7]: *Odium nec passione adimitur, nec martyrio expiatur, nec fuso sanguine deletur. Detrahere autem per odium de altero sui commodi causa magis est contra naturam, quam mors, quam dolor, vel caetera huiusmodi mala.* His ita premissis de diffamatoribus sive detractoribus ministrorum Dei, pensandum est valde et menti altius infigendum, si is, qui detrahit quibuslibet vel[v] dicit illis: 'Fatue', tam gravissime punitur, qua plectendus sit a Domino[w] animadversione[x] qui diffamando detrahit patribus, scilicet Dei sacerdotibus et reliquis eius ministris; et non tantum dicit illi[y]: 'Fatue', sed aliquid multo incomparabiliter gravius.

QUINTA ET SEXTA DIVISIO.

7. Nunc de his, qui districto Dei iudicio sive timore postposito eosdem vel persequi audent vel iudicare, Deo duce, persequamur. Sicut superius dictum est[8], a

a) dominis *codd.* b) aliquid *B* 2. c) contingerit *B* 2*a*. d) *ita Nic.;* in frenitum *B* 1; infremitum *B* 2*a*; infrumite? *B* 2*b*. e) pudorate *B* 2. f) monachico *B* 1; monadico *B* 2*b*. g) chlamydem *B* 2. h) animas *B* 2. i) centesimi? *B* 2*b*. k) *ita Hier.;* detrahenti *codd.* l) persequebatur *B* 2*a*. m) fornicantem *Hier. B* 2*b*. n) in inf. *des. Hier.;* demergat *Hier.* o) qui cum hoc *Aug.* p) fraternitati *Aug.* q) *deest codd.* r) *ex* infessus *m.* 2. *B* 1. s) is *B* 1. t) convincitur *B* 1. 2*a*? *b*. u) Ibi enim sequitur *Aug.* v) *deest B* 2. w) dm̄ *B* 1. x) adversione *B* 1. 2. y) ille *B* 2*b*.

1) *Mansi XV, col.* 443; *Jaffé* 2791. 2) *Immo Theodoretus in Hist. eccl. I, c.* 11 *(ed. Reading* 1748, *col.* 33*), sed non ex Theodoreto ipso, immo ex eadem Nicolai epistola ad Ludovicum imperatorem data, Jaffé* 2791, *Deusdedit hausisse apparet:* In scripturis narratur Constantinum imperatorem dixisse *etc. Cf. Bonith. liber ad amicum II, Libelli I, p.* 574. 3) *Bon. Mombritius Sanctuarium II, fol.* 279. 4) *Breviarium in psalt., ps. C, Opp. VII, col.* 269. 5) *De civitate Dei XXI, c.* 27, *Opp. VII, col.* 651 *E.* 6) *Ibid. col.* 651 *F.* 7) *Non invenit Mirbt 'Die Stellung Augustins in der Publicistik des Gregorianischen Kirchenstreits'*, 1888, *p.* 32. 8) *Supra p.* 341.

'cleros' Graeco sermone, qui Latine partem vel hereditatem significat, clerici dicuntur, eo quod ipsi sunt pars vel hereditas Domini. Quod cum ita sit, quis regum vel saecularium non pertimescat iudicare vel persequi partem vel hereditatem Domini, id est sacerdotes et ceteros Dei ministros? cum terribiliter ipse pro[a] eisdem in euangelio
Zach. 2, 8. comminetur: *Qui vos tangit,* inquiens, *tangit pupillam oculi mei; et qui vos recipit,*
Matth. 10, 40. *me recipit.* Item alibi: *Tolerabilius erit Sodomis in die iudicii, quam illi civitati quae non receperit vos.* Nec mirum, si Dominus tanti habet partem suam, scilicet sacerdotes et ceteros[b] clericos; nam per eos ecclesiam[c] suam plantat, irrigat[d], et
cf. 1. Cor. 3, 7. incrementum dat; per eos, inquam, sicut quondam per prophetas et apostolos, evellit
cf. Ier. 1, 10. et destruit, aedificat et plantat; per eos docet, baptizat, sacrificat, et tam sacerdotes quam reges, et omnes[e] fideles benedicit et ungit, et successores eis[f] instituit, et omnia christianae religionis mysteria sive ministeria per eosdem veluti per sua membra fidelibus suis dispensat. Et sicut quaelibet aedificia non imputantur instrumentis, per quae fiunt, sed his qui ea movent ad operandum; ita Dei beneficia, quae per sacerdotes et ceteros clericos fiunt, non illis[g] imputantur quasi ab illis sint, sed[h] ipsi domino
Hebr. 5, 6. Iesu Christo, cui a patre dicitur: *Tu es sacerdos in aeternum.* Et certe frequentissime accidit, ut sicut nascituro interdum etiam regis filio necessarior est sacerdos quam nutrix, ita omni christiano imminente mortis articulo idem necessarior est quam vispillo vel sandapila, id est funeris curator. Sacerdos itaque hanc vitam ingredienti propter baptismum, manenti hac in vita propter paenitentiam, egredienti hac vita propter viaticum et reconciliationem et vitam aeternam cuilibet regi vel saeculari, non ut qualicumque modo utilis, sed omnimodis in tantum necessarius est, ut absque ministerio a Deo sibi tradito nemo vitam percipiat sempiternam. Non enim regibus nec quibuslibet, sed[i] sacerdotibus dicit Dominus in Petro et in ceteris apostolis omnium sacerdotum
Ioh. 20, 23. principibus: *Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis; et quorum retinueritis, retenta*
Matth. 16, 19. *sunt.* Item alibi: *Quaecunque*[k] *ligaveritis super terram, ligata erunt in caelo et*[l] *quaecunque solveritis super terram, soluta erunt et in caelo.* Quid plura in unum congeram? Sacerdos christianum[m] in ecclesiam pro fide introducit, propter peccatum expellit, per paenitentiam revocat et Domino reconciliat, et mortuum Domino sacrificio[n] et orationibus commendat. Haec cum ita sint, quis regum et[o] saecularium eos non pertimescat vel iudicare vel persequi, quos ipse iudex vivorum et mortuorum ante sui iudicii diem animarum curatores et iudices instituit[p], nisi Dei ecclesiam persequens, ut quondam Diocletianus[q] et[r] Maximianus ac Nero et ceteri, qui christianam religionem de terra viventium exterminare conati sunt?

8. Sed obicitur huius temporis sacerdotes et ceteros clericos non esse eius vitae vel conversationis, ut haec, quae scribimus, illis videantur competere. Ad quod dicendum, quia reges sive saeculares, etsi sancte[s] vivant, tamen advertere debent, quid
Matth. 23, 3. Deus in euangelio de peccantibus sacerdotibus dicat: *Omnia,* inquit, *quaecunque dixerint vobis, servate et facite; secundum vero opera eorum nolite facere.* Certe si propter honorem sacerdotalis cathedrae Moysi precepit[t] Dominus apostolis suis sacerdotibus, qui eum crucifixerunt[u], obedire, scilicet, ut ab eis botrum[v] carperent, spinam caverent, non est dubium, quin velit sanctos reges vel quoslibet saeculares catholicis sacerdotibus suis licet peccantibus propter sacerdotii dignitatem obedire, si tamen qui-

a) *corr. m.* 2 *ex* per *B* 1. b) *corr. ex* certos *m.* 2. *B* 1. c) ecclesiam — eos *m.* 2 *in marg. B* 1. d) errigat *B* 1. e) omnis fidelis *codd.* f) eius *B* 2. g) ipsis *B* 2. h) scilicet *m.* 1; *in marg. m.* 2: sed *B* 1. i) scilicet *codd.* k) quodcumque ligaveris *Vulg.*; alligaveritis *B* 1. l) et — caelo *des. B* 2. m) num *add. m.* 2 *in spatio, quod m.* 1 *reliquerat B* 1. n) sacrificiis *B* 2. o) aut *B* 2. p) constituit *B* 2. q) Dioclesianus *m.* 1. *B* 1; Dioclitianus *B* 2. r) *deest B* 2. s) sancti *m.* 1. *B* 1. t) precipit *B* 2. u) crucific. *corr. ex* crucifixer. *B* 1. v) bonum *B* 2.

dam eorum vel communione vel officio privati[a] non habeantur. Non enim quilibet reges sive laici apostolis sanctiores aliquando inveniri, nec quipiam criminosi sacerdotes vel alii clerici prefatis sacerdotibus Dei crucifixoribus poterunt peiores haberi. Item idem Dominus in euangelio ipse leprosos mundat, et tamen munera et obsequia ab eisdem legaliter debita tam iniquis sacerdotibus reddi[b] precipit, ut per hoc apertissime doceat, quid suis novis sacerdotibus, licet peccantibus, velit exhiberi, si veteres hircorum sanguine cruentatos ipse sacerdotum omnium princeps legalibus eorum obsequiis non permisit defraudari. Item, ut ait Cyprianus[1]: *Beatus Paulus in actibus apostolorum, cum ei dictum esset: 'Sic insilis in sacerdotem Dei maledicendo?' quamvis Domino iam crucifixo sacrilegi et impii et cruenti illi esse cepissent nec iam quicquam ex*[c] *sacerdotali*[d] *honore et auctoritate retinerent, tamen ipsum quamvis inane nomen et umbram quandam sacerdotii, cogitans Paulus: 'Nesciebam, fratres'*, inquit, *'quia pontifex est'; scriptum est enim: 'Principem populi tui non maledices'.* Esto[e], sacerdotes sint peccatores, quia nemo, ut ait Salomon, mundus, nec infans unius diei super terram, quid ad te? *Tu quis es,* inquit apostolus, *qui iudicas alienum servum? Suo domino stat aut cadit; stabit autem; potens est enim Dominus statuere illum.* Item alibi: *Seniorem ne increpaveris, sed obsecra illum ut patrem.* Habent clerici peccantes suas leges, quibus a suis sacerdotibus iudicentur. Sicut enim in sequentibus latius probabimus[f], non quorumlibet saecularium, sed tantum sacerdotum officium est de peccantibus sacerdotibus vel clericis sententiam ferre. Nonne Chore, Dathan et Abiron, et Ozias[g], quia[h] sacerdotum arripuerunt officium, divina ultione terribiliter multati sunt? Nonne Ozias[i] cum archam Dei ruentem[k] sustentare[l] presumeret, quia id non erat sui officii, a Domino percussus interiit[2]? Pro[m] archa quippe Dei sacerdotes et ceteri clerici accipiuntur, in quibus tabule[n] Moysis cum caelesti manna servantur, quia in eorum aureis mentibus[o] utriusque Dei legis mandata clauduntur. Haec autem archa tunc specialiter ruit, cum clerus a suo proposito delinquendo cadit: sed hanc non quilibet, sed[p] sacerdos erigit, cum ecclesiae prelatus peccantis cleri vitia ferit. Cuius sacerdotis officium dum quilibet saecularis temerat, divinam in se[q] protinus provocat ultionem. Nunc quid sanctorum patrum statuta de ministrorum Dei persecutoribus censuerint, videamus.

Act. 23, 5.

Rom. 14, 4.

1. Tim. 5, 1.

cf. 2. Reg. 6, 6. 7.

9. In octava synodo universali habita pro Ignatio[3]: *Diffinimus neminem prorsus mundi potentium quemquam eorum, qui patriarchalibus sedibus presunt, inhonorare aut movere a proprio throno*[r]*, sed omni reverentia et honore dignos iudicare; precipue sanctissimum papam senioris Romae.* Clemens[4]: *Omnes, qui episcopis*[s] *contradicunt, damnatos et infames usque ad satisfactionem beatus*[t] *Petrus monstrabat; et nisi converterentur, a liminibus ecclesiae alienos esse precipiebat.* Alexander primus[5]: *Crucifigunt Dominum qui eum in sacerdotibus suis persecuntur.* Pius[6]: *Qui Dei sacer-*

a) privatim *B* 1. 2*a*. b) reddi — sacerdotibus *in marg. m.* 2. *B* 1. c) *deest B* 1; de *Cypr.* d) sacerdotalis; s *add. m.* 2. *B* 1. e) Et si *B* 2*b*. f) probavimus *codd.* g) reges *add. B* 1. h) qui *B* 2. i) Ozia *B* 1; Ozas? *B* 2*b*. k) lacum indic. *B* 2*b*. l) substentare *B* 2*a*. m) Pro *deest B* 1. n) tabula *B* 2. o) mensibus *B* 2*b*. p) scilicet *B* 1. q) *in marg. m.* 2. *B* 1. r) *deest; lacuna* 5 *litt. rel. B* 2*b*; thr. tentare *Syn.* s) eis *Cl.* t) b. P. *des. Cl.*

1) *Epist.* 59. *ad Cornelium c.* 4, *ed. Hartel p.* 671; *Coll. can. IV, c.* 116, *p.* 429: Ex epistola Cypriani ad Constantium. 2) *Cf. Bernaldi Apologeticus pro Gregorio c. XVIII, supra p.* 82; *Disputatio ed. Schum 'Die Politik Papst Paschalis II. gegen Kaiser Heinrich V.' p.* 78. 3) *Synodus VIII. ex interpret. Anastasii c.* 21, *Mansi XVI, col.* 174; *Migne CXXIX, col.* 159; *Grat. Dist. XXII, c.* 7. 4) *Epist. I. ad Iacobum c.* 39, *Hinschius p.* 93; *Jaffé* 11. 5) *Epist. III, c.* 18, *Hinschius p.* 115; *Coll. can. IV, c.* 156, *p.* 479: Item idem. 6) *Epist. II, c.* 8, *Hinschius p.* 118: sed et ille qui eius sacerdotes *etc. Coll. can. III, c.* 32, *p.* 233: Ex secunda epistola. Pius Romanae urbis archiepiscopus. Qui eius *etc. Jaffé* 44.

dotes insequitur sacrilegii reus extitit et sicut sacrilegus iudicatur. Eusebius[1]: *Iniquum nimis est atque incongruum eos, qui episcopos vel reliquos*[a] *sacerdotes sua persecutione vexant, catholicorum nominibus sine discretione*[b] *miscere.* Adrianus[2]: *Odit Deus eos, qui adversus patres armantur, ut patrum invasores, qui in omni mundo infamia notantur.* Subiciamus sanctorum patrum statuta de iudicio ministrorum Dei, a quibus fieri debeat[c], pauca. Silvester papa in concilio CCLXXVII episcoporum[3]: *Presul summus a quoquam non iudicabitur; quoniam, sicut scriptum est: 'Non est* Luc. 5, 40. *discipulus super magistrum'.* Item in eodem[4]: *Nemo iudicabit primam sedem, quoniam omnes sedes a prima sede iustitia desiderant temperari: neque ab augusto, neque ab omni clero*[d]*, neque a populo iudex iudicabitur. Presul*[5] *vero non condemnabitur nisi in LXXII testibus; presbyter cardinalis*[e] *urbis Romae in XLIIII, diaconus*[f] *cardinalis urbis Romae in XXXVII*[g]*; reliqui*[h] *ordines in duobus vel tribus testibus damnabuntur.* In eodem[6]: *Nulli omnino*[i] *clerico*[k] *licere causam in publico examinare, nec ullum clericum ante iudicem laicum stare placet.* Gelasius in registro[7]: *Constat eum, qui caelestem militem pulsat, non in eius forum debere sectari.* Adrianus in registro[8]: *In clericorum causa huiusmodi forma servetur, ut nequaquam eos sententia non*[l] *suo iudice dicta constringat.* Leo papa in synodo Romae habita ad Sarmationem[m], Caratonem, Desiderium et ad presbyteros omnium ecclesiarum circa provinciam tertiam constitutos[9]: *Tantam*[n] *saeculi potestates reverentiam circa sacerdotalem ordinem prevalere voluerunt, ut etiam hii*[o]*, quos imperiali nomine terris divina potentia preesse precepit, ius distringendorum*[p] *negotiorum episcopis sanctis iuxta divalia*[q] *constituta permiserint.* Et infra[10]: *Censemus*[r] *itaque, ut quicunque pretermisso sacerdote ecclesiae suae ad disceptationem venerit saecularium, sacris liminibus expulsus a caelesti arceatur altario.*

Nunc perscrutemur quid senserint[s] christianorum imperatorum statuta de ministrorum Dei persecutoribus sive iudicium eorundem sibi usurpantibus.

10. In historia ecclesiastica[11]: *Constantinus imperator sacerdotibus ait: 'Deus constituit vos sacerdotes et potestatem vobis dedit de nobis quoque iudicandi; et ideo nos a vobis recte iudicamur; vos autem non potestis ab hominibus iudicari. Propter*

a) veros *Eus.* b) discritione *B* 1. c) debeant *B* 2. d) neque regibus *add. Syn.* e) card. urb. R. *des. Syn.* f) diaconis cardinalibus *B* 2. g) in XXXVII *des. B* 2; XXXVI *Syn.* h) subdiaconus, acolythus, exorcista, lector nisi, sicut scriptum est, in septem testimoniis *Syn.* i) omni *B* 1. k) *ita Coll. can. B* 2; clerici *B* 1. l) a non suo *B* 2; a *deest B* 1; *corr. ex Cap. Angilr.* m) Sarm. Carat. *om. B* 2*b*; *spatium rel.* n) Tanta . . . . reverentia prevaluere, etiam hi . . ., ut ius. *Leo.* o) ii *B* 2. p) distinguendorum *B* 2. q) divinalia *codd.* r) censuimus *L.* s) sensuerint *B* 1.

1) *Epist. II, c.* 10, *Hinschius p.* 235: . . nam inimicum nimis est *etc.; Jaffé* 164. 2) *Capit. Angilramni c.* 19, *Hinschius p.* 769; *idem locus infra.* 3) *Conc. Rom. II, act. I, c.* 3, *Mansi II, col.* 624; *Coll. can. I, c.* 75, *p.* 72: Silvester papa in concilio CCLXXVII episcoporum: Neque praesul *etc.* 4) *Ibid. act. II, c.* 20, *l. l. col.* 632; *Coll. can. IV, c.* 35, *p.* 361: Silvester papa in concilio CCLXXVII episcoporum: Nemo *etc. Grat. C. IX, qu.* 3, *c.* 13. 5) *Act. I, c.* 3 *l. l. col.* 624. 6) *Act. II, c.* 15, *col.* 629: Nemo enim clericum quemlibet in publico examinet *etc.; cf. c.* 16: Nemo enim clericus vel diaconus . . . propter causam suam quamlibet intret in curiam nec ante iudicem cinctum causam dicere praesumat. *Coll. can. IV, c.* 156, *p.* 481: Silvester. 7) *Coll. can. IV, c.* 156, *p.* 453: Gelasius in regesto; *Jaffé* 694. *Alio loco non invenitur; cf. Ewald, 'N. Archiv' V, p.* 531; *Stevenson, 'Osservazioni' l. l. p.* 324. 8) *Capit. Angilramni c.* 37, *Hinschius p.* 764; *Coll. Anselmi III. in fine inter capit. Hadr. Grat. C. XI, qu.* 1, *c.* 49. 9) *Leonis Biturícensis, Victoris Cenomanensis et Eustochii Turonensis epist., Leonis I. Opp. ed. Ballerini I, col.* 1471. 10) *Ibid. col.* 1472. 11) *Rufini Hist. eccl. I, c.* 2. *ed. Vallarsi, Veronae* 1745, *col.* 219: . . ait ad episcopos *etc.*

quod Dei solius inter vos expectate iudicium, ut vestra iurgia quaecunque sint, ad illud divinum reserventur examen. Vos etenim nobis a Deo dati estis dii, et conveniens non est, ut homo iudicet deos, sed ille solus, de quo scriptum est: 'Dominus Ps. 81, 1. *stetit in synagoga deorum'* et cetera. Item in historia Anastasii[1]: *Valentinianus de causis episcoporum: 'Supra nos', inquit, 'est vestrum negotium, et ideo vos de vestris inter vos agite causis, quia supra nos estis'.* In libro novellarum secundo, constitutione CCCCLX[2]: *Si de negotio ecclesiastico canonico causa emerserit, non magistratus, sed religiosus episcopus secundum sacros canones imponat negotio finem.* Valentiniani, Arcadii et Theodosii cap.[3]: *Continua lege sancimus, ut nullus episcoporum vel eorum, qui ecclesiae necessitatibus serviunt, ad iudicia sive ordinariorum sive extraordinariorum iudicium*[a] *pertrahantur. Habent illi suos iudices; nec*[b] *quicquam his publicis commune cum legibus.* Ex codice Iustiniani constitutione quinta[c.4]: *Imperator Leo augustus Erithrio prefecto pretorii. Omnes qui ubique sunt vel posthac*[d] *fuerint orthodoxae fidei sacerdotes et clerici, cuiuscunque gradus sint*[e]*, monachi quoque, in causis civilibus ex nullius penitus maioris minorisve sententia iudicis ad extranea iudicia pertrahantur aut provincia vel loco aut regione, quam habitant, exire cogantur.* Et infra[5]: *Nullis*[f] *executor vexare contumeliis clericos ullos, nullis impulsionibus molestare, nullis*[g] *exprobrare*[h] *conviciis aut corporalibus iniuriis fatigare conetur. Hi autem, qui huiusmodi aggressi fuerint, preter amissionem cinguli et patrimonii ultima protinus animadversione plectendi.* Ex libris novellarum legum cap. CCCCLXVI[6]: *Si quis divinis mysteriis*[i] *vel aliis sanctis ministeriis*[k] *celebrandis in sanctam intervenit ecclesiam, et episcopo vel clericis vel aliis ministris ecclesiae iniuriam fecerit, iubemus eum tormentis subiectum in exilium*[l] *mitti: et sic ipse, qui circa divina ministeria turbaverit vel celebrare prohibuerit, capitali supplicio puniatur. Hoc idem observandum est in letaniis*[m]*, in quibus episcopus*[n] *vel clerici inveniuntur, ut si quidem*[o] *contumeliam tantum*[p] *fecerit, tormentis et exilio tradatur. Sin autem letanias*[m] *conturbaverit*[q]*, capitale periculum sustinebit. Eaque*[r] *defendere volumus non solum civiles, sed etiam militares iudices.*

11. Ex libro codicis[s], constitutione[7] I: *Imperatores*[t] *Archadius*[u] *et Honorius AA.*[v]

a) iudicum *Cod. Iust.* b) ne *B* 1. c) u[a] *B* 1. d) post haec *B* 2. e) *ita Coll. can. B* 2; *corr. m.* 2 *ex* sunt *B* 1; sunt *Cod. Iust.* f) nullus *B* 1. 2*a*. g) nullus *B* 1. h) exprobare *B* 1. i) *ita Iul. B* 2*b*; ministeriis *B* 1. 2*a*. k) *ita Iul.*; misteriis, myst. *codd.* l) *ex* exilio *m.* 2. *B* 1. m) litan. *B* 2. n) *ita Coll. can. B* 1; episcopi *Iul. B* 2. o) *ita Iul. Coll. can.*; quid *codd.* p) *ita Iul. Coll. can.*; tantam *codd.* q) *ita Iul. Coll. can. B* 1; conturbarunt *B* 2. r) *ita Iul. Coll. can.*; Ea quae *codd.* s) codice *B* 1. t) imperator *codd.* u) Arcad. *B* 2. v) āā *B* 1; augg. *B* 2.

1) *Hic auctor ex memoria citare videtur Anastasii Hist. eccl. ed. Fabrotus p.* 31: Ad quos Valentinianus: Mihi, inquit, cum subiecto populo de huiusmodi negotiis curiose agere fas non est; ut ergo videtur vobis sacerdotibus facite. *Coll. can. IV, c.* 135, *p.* 465. *Cf. etiam Hist. trip. l. VII, c.* 11, *ed. Garetius I, p.* 307. 2) *Iuliani Novell. epit. (const. CXV, c.* 35*) c. CCCCLXI.* 3) *Constit. Sirmondi III; Extravag.* 3 *Cod. Th. tit. de episc. iudicio apud Haenel, Novellae constit. col.* 252; *Coll. can. IV, c.* 144, *p.* 471: Valentiniani, Theodosii, Archadii cap. L. *Idem locus in Coll. Ans. III, c.* 109: Valentiniani, Theodosii et Archadii cap. *Cf. Hüffer, 'Beiträge zur Gesch. der Quellen des Kirchenrechts und des römischen Rechts im Mittelalter', Münster* 1862, *p.* 108. 4) *L.* 32 *C. de episc.* 1, 3; *Cod. Iustin. ed. Krüger p.* 38; *Coll. can. IV, c.* 150, *p.* 473: Ex codice Iustiniani imperatoris const. II. 5) *Ibid. p.* 39. 6) *Iuliani Novell. epit. (const. CXV, c.* 52*) cap. CCCCLXXVIII; Coll. can. III, c.* 138, *p.* 307: Ex libro novellarum legum: Si quis divinis misteriis celebrandis *etc.* 7) *L.* 10 *C. de episc.* 1, 3, *ed. Krüger p.* 30; *Coll. can. III, c.* 139, *p.* 307: Ex libro eodem constit. I.; *cf. III, c.* 86, *p.* 279; *cf. Bonitho l. II, Libelli I, p.* 576.

Theodoro P. P.[a] *Si quis in hoc genus sacrilegii proruperit, ut in ecclesias catholicas irruens sacerdotibus et ministris vel ipso*[b] *cultui*[c] *locoque aliquid importet iniuriae, quod geritur, a provinciae rectoribus animadvertatur: atque ita provinciae moderator sacerdotum et catholicae ecclesiae ministrorum loci quoque ipsius et divini cultus iniuriam capitali convictos sive confessos reos sententia noverit iudicandum*[d]. *Et non expetet, ut episcopus iniuriae propriae ultionem deposcat, qui*[e] *sanctitatis cognoscendae gloriam derelinquit. Sitque cunctis laudabile factam atrocem sacerdotibus aut ministris iniuriam veluti publicum crimen persequi ac de talibus ultionem reos mereri. Quod si multitudo violenta civilis apparitionis et*[f] *executione et adminiculo ordinum possessorumve non potuerit presentari, quod se armis aut locorum difficultate tueatur, presides provinciarum etiam militari auxilio per publicas litteras appetito*[g] *competentem vindictam tali excessui non morentur*[h]. *Data VII.*[i] *kal. Maii*[k] *Mediolani, Honorio*[l] *IIII. et Euticiano*[m] *coss.*[n] Item Theodosius et Valentinianus [augg$^{0.1}$]: *De obnoxiis,* inquiunt[p], *si*[q] *qui ambulaverint cum episcopo vel cum presbytero vel etiam cum diacono sive in platea sive in agro sive in quolibet loco, nullo pacto eos retineri vel obstringi*[r] *iubemus, quoniam in sacerdotibus Dei ecclesia constat.*

12. Et quoniam non ignoramus quaedam esse tam in codice Iustiniano, quam in libro Novellarum et in quibusdam aliis legum libris saecularium, quae a prefatis patrum et christianorum principum sanctionibus de ministrorum Dei iudiciis dissentire videantur, dicendum est, quoniam saeculi leges, in quantum ecclesiasticis non obviant, sequendae et amplectendae sunt; quippe cum quaedam constitutiones earundem a christianis imperatoribus, episcopis deprecantibus in auxilium christianae religionis statutae legantur: in his autem, in quibus aperte dissentire[s] videntur, penitus respuendae sunt: sicut in eo[2], quod senserint[t] imperiali iussu episcopum crimine impetitum produci licere ad iudicandum apud civilem[u] et militarem iudicem. In eo[3] quoque nihilo minus, quod auctore pulsante clericum in criminali negotio, tum saeculares iudices tum temporales sanctiunt ad eandem potestatem, ut ab eisdem reus comprobatus, sublata primum ab episcopo suo qua fungebatur dignitate, saecularium sententiam subeat legum contra[v] sacros canones quatuor principalium conciliorum, quae prefatae leges in plenissimum auctoritatis robur recipi censuerunt[w], a quibus statutum est episcopos et reliquos Dei

a) p̂ p̂ *B* 1; praefecto praedicto (!) *B* 2. b) *ita Cod. Iust. Coll. can. B* 1; ipsi *B* 2. c) cultu *Cod. Iust.* d) *ita Coll. can. omnesque codd., qua de causa non correxi; legendum autem est cum Cod. Iust.:* capitali in convictos . . . vindicandum. e) *locus corruptus; Cod. Iust.:* cui sanctitas ignoscendi gloriam dereliquit. *Sed cum Coll. can. praebeat:* quia sanctitas cognoscendae gloriam derelinquid, *apparet corruptionem ad auctorem ipsum vel exemplar codicis, quo utebatur, referendam esse. (Cf. Cod. Ambr. G.* 58 *[de quo v. Krüger, Cod. Iust. p. VIII]* sanctitati cognoscendi gl. der.). f) *deest Cod. Iust.; exstat Coll. can.* g) appetitio *B* 1. h) moreretur *B* 2*a*; meretur *B* 2*b*; imponere non morentur *Cod. Iust.;* imponere *deest etiam Coll. can.* i) VI *Cod. Iust.;* VIII *Coll. can.* k) Madii; d *del. B* 1. l) *ita B* 1. *Coll. can. Cod. Ambr.;* Honorio *B* 2. *Cod. Iust.* m) Euthichiano *B* 2*a*; Eutych. *B* 2*b*. n) consulibus *B* 2. o) *deest B* 1. p) inquiruntur *B* 2. q) ii, qui *B* 2. r) adduci *Const.* s) consentire *B* 1. t) senserit *codd.;* censerit *corr. m.* 2. *B* 1. u) civiles *codd.* v) cc^{a} *B* 1; circa *B* 2. w) consueverunt *B* 2*b*.

1) *Constit. Sirmondi XX, Haenel, Corpus legum p.* 241, *nr.* 1183: De obnoxiis vero, si qui *etc. Eiusdem constitutionis alia pars supra p.* 345. *inserta erat.* 2) *Iul. Nov. epit. Const. CXV, c.* 10: Nullus episcopus neque pro civili neque pro criminali causa apud quemvis iudicem sive civilem sive militarem producatur vel exhibeatur, nisi imperialis iussio praecesserit. 3) *Iul. Nov. epit. Const. CXV, c.* 34: si quidem apud episcopum aliquis accusetur, et ipse veritatem invenire potuerit: de honore vel gradu eum secundum ecclesiasticos canones reiciat. Et tunc competens iudex ipsum comprehendat et secundum leges litigium discernens finem ei imponat; *cf. Petri Crassi Defensio Heinrici IV. regis, Libelli I, p.* 452.

ministros vel a suis comprovincialibus, vel apud suum iudicari primatem vel Romanum appellare pontificem contraque[a] haec, quae[b] superius[1] ait imperator Constantinus in Nicaena synodo, 'non esse conveniens, ut homo iudicet deos, cum Deus omnipotens talibus diis dedit potestatem etiam imperatorem iudicandi'. Et contra illud, quod Valentinianus et Theodosius et Archadius superius asseruerunt[c]: *Habent,* inquiunt[2] illi, *suos iudices, nec quicquam*[d] *his publicis commune cum legibus.* Nihil enim tam grave tamque intolerandum[e] potest [a[f]] Dei ministris admitti, quod canonum non possit sufficienter puniri iudicio. De quorum auctoritate Damasus[3] et Leo magnus[4] scribunt, quod spiritu Dei sunt conditi et totius mundi reverentia consecrati; et quod genus quoddam blasphemiae in Spiritum sanctum sit, non necessitate, sed protervia vel contemptu vel contra eosdem vel aliquid loqui, vel facere. Quis autem sanum sapiens ferat saeculi iudices de sacerdotibus vel levitis et ceteris Dei ministris, id[g] est animarum eorundem[h] iudicibus, condemnationis ferre sententiam et suos iudices iudicare? Presertim cum sacerdotalis auctoritas precellat tam in exercendis iudiciis etiam saecularibus preter sanguinem, quam in legibus promulgandis. Siquidem apostolus christianorum iudicia ad ecclesiam deferri et a presbyteris iubet terminari. cf.1.Cor.6,4. Et Clemens[5] et Marcellus[6] Romani pontifices et martyres ab eodem instructi, itidem in suis decretis censuerunt. Immo et Carolus et Lodovicus[i.7] christianissimi imperatores ex legibus magni Constantini sumentes statuunt etiam, cum iam ceperit promi saecularis iudicii sententia, unius[k] episcopi iudicium vel testimonium appellari, licet altera disceptantium pars refragetur. In promulgandis quoque legibus itidem certum est sacerdotium tenere primatum, cum non[l] primum per reges sacerdotibus, sed per sacerdotes[m] regibus et ceteris fidelibus [sanctissimus[n]] Deus omnipotens leges statuerit: primo quidem populo per eos sacerdotes, de quibus scriptum est: *Moyses et Aaron in sacerdotibus eius;* Ps. 98, 6. postremo vero per apostolos eorum et condiscipulos et sequaces. Nec mirum sacerdotalem auctoritatem, quam Deus ipse per se ipsum constituit, in huiusmodi causis regiam precellere[o] potestatem, quam sibi humana prefecit adinventio, eo quidem permittente, non tamen volente. Nam de primo rege populi sui, quem sibi petiit spreto prophetae principatu, ait ad eundem: *Non te,* inquit, *spreverunt, sed me, ne regnem super eos.* Et iterum: *Paenitet me, quod constituerim Saul regem.* 1.Reg.15,11. De sacerdotio vero, quod christiano populo constituit, iuravit[p], quod non paenitebit eum, id est non mutabit quod instituit. Paenitere quippe eius est, ut ait Augustinus[8], corruptibilium rerum[q] conditionem in alterum statum[q] commutare.

13. His ita[r] premissis subiciamus sanctorum patrum et christianorum principum constitutiones, quod saeculi leges preiudicare[s] non possint canonum auctoritati, quae habetur de iudicio clericorum. Nam hac[t] de causa Calixtus[u] et Marcellinus et Sima-

a) contra quae *B* 1. b) quod *B* 1. c) asserere *B* 1. d) quisquam *codd.*; *cf. p.* 351. e) intoller. *B* 2*a*. f) *deest codd.* g) scilicet *B* 2. h) earundem *B* 2*a*. i) Ludovicus *B* 2. k) ad unius *B* 2. l) *in marg. m.* 2: ∧ *f.* non *B* 1. m) sacerdotem *B* 1. n) *deest B* 2; SS. *B* 1. o) *corr. m.* 2 *ex* procedere *B* 1. p) iurabit *B* 1. 2*a*. q) *deest B* 2. r) itaque *B* 2. s) *ex* piud. *m.* 2. *B* 1. t) *ex* hoc *m.* 2. *B* 1. u) Call. *B* 2.

1) *Cf. supra p.* 350. 2) *P.* 351. 3) *Damasi Decr. c.* 19, *Hinschius p.* 506; *epist. ad Aurelium ibid. p.* 21; *cf. infra p.* 360. 4) *Cf. Leonis epist.* 114, *c.* 2, *Opp. I, col.* 1197. 5) *Cf. Clementis epist. ad Iacobum c.* 8, *Hinschius p.* 33; *Jaffé* 10, *n.* 2. 6) *Cf. Marcelli epist. ad episc. Antioch. c.* 3, *Hinschius p.* 224; *Jaffé* 160. 7) *Cf. Benedicti Levitae Capitul. II, c.* 366, *LL. IIb, p.* 91; *Bonizonis Liber ad amicum, Libelli I, p.* 578. 8) *Mirbt non invenit; similia leguntur Enarr. in ps. CIX,* § 17, *et in ps. CXXXI,* § 10, *Opp. IV, col.* 1241 *B et* 1279 *B C; Sermo XXII, Opp. V, col.* 119; *De civ. Dei XVII, c.* 7, § 3, *Opp. VII, col.* 469 *E; cf. Isidori Sentent. l. II, c.* 31. *ed. Arevalus VI, p.* 234.

chus[a] et Adrianus uno ore ita[b] decernunt[1]: *Non licet imperatori vel cuiquam pietatem custodienti*[c] *aliquid circa divinitatis mandata presumere; nec quicquam quod euangelicis propheticisque regulis obviat agere. Iniustum enim iudicium et diffinitio iniusta cuiuscunque episcopi vel regis metu*[d] *vel iussu a iudicibus ordinata non valeat. Nec quicquam quod*[e] *contra*[f] *euangelicae vel propheticae aut apostolicae doctrinae constitutionem sive sanctorum patrum actum fuerit, stabit. Sed et quod ab infidelibus aut hereticis factum*[g] *fuerit, omnino cassabitur.* Item Hadrianus Angilranno[h] episcopo[2]: *Constitutiones contra sancta decreta Romanorum presulum nullius sint momenti.* Idem eisdem[3]: *Generali decreto constituimus, ut*[i] *execrandum anathema fiat et*[k] *velut prevaricator catholicae fidei semper apud Dominum reus existat quicunque regum vel potentum*[l] *deinceps canonum censuram in quocunque crediderit vel permiserit violandam.* Gregorius Theoctistae[m]: *Si enim,* inquit[3], *religionis causa dissolvi coniugia debere dicantur, sciendum est, quia, etsi lex humana hoc concessit, lex tamen divina prohibuit.* Item[n] Gregorius Ianuario episcopo[4]: *Imperiali constitutione aperte sancitum est, ut ea quae contra leges fiunt non solum inutilia, sed etiam pro infectis habenda sint*[o]. Ex[p] libro eodem[q], constitutione I.[5]: *Imperatores*[r] *Valentinianus et Marcianus*[s] *Augusti Palladio P. P.*[t] *Omnes sane pragmaticas*[u] *sanctiones*[v], *quae contra canones ecclesiasticos interventu gratiae et ambitionis elicitae sunt, robore suo et firmitate vacuatas cessare precipimus. Data XII.*[w] *Idus Novembris.* Martianus imperator in VI. actione Calcedonensis[x] concilii inter cetera dixit[6]: *Quaedam capitula sunt, quae*[y] *ad honorem vestrae rererentiae servavimus, decorum esse iudicantes a vobis haec regulariter potius firmari*[z] *per synodum, quam nostra lege sanciri. Et iubente eodem Beronicianus*[a] *venerandus secretarius divini consistorii capitula relegit.*

Pertractato itaque tertio capitulo sequipartita[b] portione, patet tot prefatis auctoritatibus christianum[c] populum Dei sacerdotes atque ministros pascere atque honorare debere eisque obedire, non eosdem[d] vel infamare vel persequi vel preiudicare[e]. Restat quartum capitulum tractandum, quod quinquepartita partitione[f] secamus, scilicet: quod saecularibus non liceat in ecclesiam clericos introducere, nec expellere, nec eis circa prelatos suos patrocinium nec res ecclesiasticas regere vel in sua iura transferre.

a) Symm. *B* 2. b) *deest B* 2*b*. c) *ex* custodiendi *m.* 2. *B* 1. d) nutu *codd.; cf. autem p.* 313, *Marcell. epist. et Coll. can.* e) *deest codd.* f) circum *codd.* g) actum *B* 2. h) Angilramno *B* 2*b*. i) et *B* 2. k) ut *B* 2. l) potentium? *B* 2*a*; potentem *B* 2*b*. m) Theotistae *B* 2*a*. n) idem *B* 2. o) sunt *B* 2. p) Ex — I. *add. m.* 2. *B* 1. q) *videtur* codicis *emendandum*. r) imperator *B* 2. s) Martianus *B* 2. t) p̄p *B* 1; praefecto *B* 2. u) *ex* prammat. *m.* 2. *B* 1. v) t *add. m.* 2. *B* 1. w) *ita Cod. Iust. Coll. can.;* VI *codd.* x) Calcidon. *B* 2*a*. y) *verba* quae — servavimus, *quae A. Mai in codice suo praetermissa dixerat, tamen in eodem leguntur.* z) formari *Syn.* a) *ita Coll. can. B* 2; Beronit. *B* 1. b) sesequip. *B* 2*a*; sexquip.? *B* 2*b*. c) christianorum *B* 2*a*. d) eisdem *B* 1. e) pre *add. m.* 2. *B* 1. f) portione, *superscr.* partitione *B* 2*a*.

1) *Idem locus supra p.* 313. 2) *Sequentes loci v. supra p.* 313 *et* 314, *infra p.* 361. 3) *Epist. XI,* 45, *Opp. II, col.* 1130 *D; Coll. can. IV, c.* 87, *p.* 404: Nicholaus servus servorum Dei; *p.* 405: Gregorius scribens ad Theoctistam patriciam inter cetera; *Jaffé* 2723. 4) *Eundem locum v. supra p.* 311. 5) *L.* 12 *C. de sacros. eccl.* 1, 2, *ed. Krüger p.* 20; *Coll, can. I, c.* 241, *p.* 169: Ex eodem codice constitutio. 6) *Conc. Chalced. a.* 451, *act. VI, Mansi VII, col.* 174; *Coll. can. IV, c.* 6, *p.* 348: In VI[a] actione Chalcedonensis concilii. Marcianus imperator dixtit inter cetera . . . Item in eadem: Quaedam capita vobis reservavimus *etc.*

CAPITULUM[a] IIII.

PRIMA SECTIO.

1. In libro Numerorum legitur Dominus dixisse Aaron: *Fratres tuos levitas sume tecum prestoque sint et ministrent tibi.* Et paulo post eidem: *Ego,* ait, *tuli*[b] *levitas de medio filiorum Israel et dedi eos donum Domino, ut serviant ei in ministerio tabernaculi eius.* In quibus verbis satis liquet, quod non quibuslibet saecularibus, sed solis sacerdotibus a Domino imperatum est clericos ad famulandum ei in templum ipsius introducere. Itaque non videtur necessarium hac in causa diutius immorari, ut id, quod in promptu esse liquet, longo et minus utili tractatu, quasi occultum quid in lucem producere[c] videamur[d]. Nam ex predictis Dei verbis ad Aaron et ex primo huius libelli capitulo, in quo multis modis enucleatum est laicali potestati episcopos ecclesiis preficere non licere, apertissime colligitur inferioris gradus clericos nullatenus saeculari arbitrio, sed sacerdotali libera dispositione eisdem sacrosanctis ecclesiis ad famulandum Deo introduci debere. Sed ne hanc causam ex toto preterire videamur, ut nihil ulterius de ea[e] memoremus, paucas sanctorum patrum et christianorum principum constitutiones subiciamus. In epistola septimae synodi episcoporum CCCL[1]: *Omnis electio episcopi aut presbyteri aut diaconi a principibus facta, irrita maneat*[f] *secundum regulam sanctorum apostolorum, quae dicit*[1]*: 'Si quis episcopus saecularibus potestatibus usus ecclesiam per ipsas obtineat, deponatur et segregetur*[g] *omnesque qui illi communicant'.* In concilio Anthiocheno[h] cap. XII.[2]: *Si quis presbyter vel diaconus per saecularem dignitatem ecclesiam Domini obtineat*[i]*, deiciatur; et ipse et ordinator eius a communione modis omnibus segregentur*[k]*, et sub anathemate sint sicut Symon magus a Petro.* Ex concilio Laodicensi[3]: *Quod non sit*[l] *permittendum turbae electiones eorum facere qui sunt ad sacerdotium provehendi*[m]. In concilio Simachi[n] papae episcoporum CCXVIII[4]: *Non placuit laicum*[o] *aliquid statuendum*[p] *in ecclesia habere aliquam potestatem, cui subsequendi manet necessitas, non auctoritas imperandi.* In concilio Nicolai iunioris episcoporum CXIII, cap. VI.[5]: *Constituimus, ut per laicos quilibet clericus aut presbyter nullo modo ecclesiam obtineat, nec gratis nec pretio.* In concilio septimi[q] Gregorii papae episcoporum L, cap. I.[6]: *Si quis imperatorum, regum*[r]*, vel quilibet saecularium potestatum aut personarum investituram episcopatuum vel alicuius ecclesiasticae dignitatis dare presumpserit, ecclesiae*[s] *introitu privetur.* Num. 18, 2. ib. 6.

2. Ex libris novellarum[7]: *Imperator Iustinianus Augustus Menae archiepiscopo. Decernimus, ut si quis aedificans ecclesiam aut etiam aliter expendens in ea ministrantibus alimenta voluerit aliquos clericos statuere, non esse [ei*[t]*] fiduciam ullam, quos vult per potestatem inducere, nisi primum tuae reverentiae iudicio tuaeque sancti-*

a) Liber quartus *B* 2*b*. b) dedi *Vulg.* c) *ex* perduc. *m.* 2. *B* 1. d) videamus *B* 1. e) eo *B* 2. f) ineat *B* 1. g) *ita B* 1. *Coll. can.;* segregentur omnes *B* 2. *Can. apost.* h) *ita praebet Coll. can. semper;* Anthioceno *B* 1. i) obtinuerit *supra p.* 306*; Coll. can.* k) abscindatur *supra p.* 306. l) est *Coll. can.* m) promovendi *supra p.* 307 *Coll. can.* n) Symm. *B* 2. o) *ita supra p.* 306 *Coll. can. Disp.;* laico *codd.* p) *ita codd. Coll. can. Bonizo;* statuendi *Sym. Disput.* q) septimo *codd.* r) ducum marchionum comitum *om., quae supra p.* 315. s) *cf. supra p.* 315, *ubi finis canonis accuratius redditur.* t) *deest codd.*

1) *Idem locus supra p.* 305. 2) *Idem locus p.* 306. 3) *Cf. supra p.* 307. 4) *Iam allatus est p.* 306. 5) *Conc. Romanum a.* 1059, *Apr.* 13, *c.* 6, *Mansi XIX, col.* 898*:* Ut per laicos; *Coll. can. II, c.* 51, *p.* 194*:* Ex concilio Nicolai iunioris cum episcopis XIII, cap. VI; *Jaffé post nr.* 4398, *I, p.* 558. 6) *Exstat iam p.* 315. 7) *Authent. nov. LVII, c.* 2*:* deducere tuae reverentiae ad ordinandos eos, sed examinari a tua sanctitate; *Coll. can. III, c.* 145, *p.* 311*:* In eodem. (Ex libro novellarum Iustiniani imperatoris).

tatis examinentur[a] *sententia.* Item in codice Iustiniano[1]: *Imperatores*[b] *Archadius et Honorius Augusti Euticiano*[c] *P. P.*[d] *Pro magnitudine vel celebritate uniuscuiusque vici ecclesiis certus*[e] *iudicio episcopi clericorum numerus*[f] *ordinetur*[g]. Sciendum autem, quod sicut clerus et populus episcopum sibi constituendum[h] communiter deligunt et expetunt, ita propter pacis et caritatis bonum debet clero et populo cuiusque ecclesiae et vicinis sacerdotibus concedi, ut presbyteros et inferioris gradus potiores clericos sibi eligant: non tamen in ecclesiam ullo[i] modo introducere presumant, nisi ab episcopo civitatis[k] vel eius vicariis iuxta apostolum primum probentur; et sic ab eodem vel suis vicariis vitae suae diebus in ecclesiis stabiliantur: ne si nolentibus et non petentibus ingerantur, ab eisdem vel condemnentur[l] vel odio habeantur.

SECUNDA SECTIO.

3. Nunc de clericis a laicali potestate nequaquam ab ecclesiis expellendis prosequamur. In synodo universali patrum CCXL[m] habita pro Ignatio patriarcha, quae a suis conditoribus octava dicitur[2]: *Si quilibet potentum*[n] *pellere tentaverit apostolicae cathedrae papam aut aliorum patriarcharum quemquam, anathema sit.* Item ex epistola Iulii papae[3]: *Si quis episcopos*[o] *post*[p] *huius sanctae sedis sententiam damnare aut propria sede pellere presumpserit, sciat se irrecuperabiliter esse damnatum et proprio carere perpetim*[q] *honore.* Leo quartus in registro suo Carolo regi[4]: *Contra sanctorum patrum regulas probatur existere, si*[r] *saecularis homo vel laicus presbyteros ab ecclesiis, in quibus tempore ordinationis eorum denominati vel introducti fuerint, videtur expellere.* Nicolaus iunior in concilio CXIII episcoporum[5]: *Constituimus, ut cuiuslibet ordinis clericos laici non iudicent nec de ecclesiis eiciant.*

TERTIA[s] SECTIO.

4. [Item[t]] quod clericis delinquentibus saeculares contra suos prepositos patrocinium prestare non debeant[u]. In concilio Africano cap. XXVIIII[6]: *Et illud petendum est*[v], *ut statuere dignentur, ut si quis cuiuslibet honoris clericus iudicio episcoporum quocunque crimine fuerit damnatus, non liceat eum sive*[w] *ab ecclesiis, quibus prefuit, sive a quolibet homine defensari*[x], *interposita poena damni pecuniae atque honoris, quo nec aetatem nec sexum excusandum esse precipiant*[y]. In concilio Agathensi cap. VIII.[z.7]: *Clericus si relicto officio suo propter districtionem ad saecularem fortasse*

a) examinetur *B* 1. 2*a*. b) Imp̃ *B* 1; imperator *B* 2. c) Eutych. *B* 2. d) p̃p *B* 1; praef. praet. *B* 2. e) *ita Cod. Iust.*; ceteris *codd.* f) numer' *m.* 1; munere *m.* 2. *B* 1; munera *B* 2. g) ordinentur *B* 2. h) substit. *B* 1. i) nullo *B* 1. 2*a*. k) civitatis — eodem *m.* 2 *in marg. B* 1. l) *ex* condemnantur *m.* 2. *B* 1. m) CCLXL *B* 1. n) potentium *B* 1. o) episcopum *Iul.* p) praeter *Iul.* q) *ita Iul. B* 1; perpetuo *B* 2. r) *deest B* 2. s) Tert. Sect. *des. B* 2; IIIª *B* 1; *ubi in marg.* tertia sectio. t) *deest B* 1. u) debent *B* 2. v) *deest B* 1. w) sine *B* 1; *deest B* 2. x) sive defensori *B* 1; sive defensore *B* 2. y) praecipiunt? *B* 2*b*; pelli *add. B* 2. z) VIIII *B* 1.

1) *L.* 11 *C. de episc.* 1, 3 *ed. Krüger p.* 31; *Coll. Ans. IV, c.* 24. 2) *Synodus VIII. ex interpret. Anastasii c.* 21, *Mansi XVI, col.* 174; *Migne CXXIX, col.* 159: Si vero quis aliqua seculi potestate fruens vel potens pellere *etc.* 3) *Fides in sancto Romano tractata c.* 8, *Hinschius p.* 460; *Mansi II, col.* 1177; *Coll. can. I, c.* 76, *p.* 73: Iulius venerabilibus fratribus Orientalibus episcopis. — Idem in eadem. *Jaffé* 195. 4) *Coll. Brit. Leonis IV. epist.* 27, *'N. Archiv' V, p.* 387 *(cf. p.* 397); *Ivonis Decr. III, c.* 102; *Grat. C. XVI, qu.* 7, *c.* 29; *Jaffé* 2641. 5) *Conc. Rom. a.* 1059, *c.* 10, *Mansi XIX, col.* 898: Ut cuiuslibet *etc. Coll. can. II, c.* 51, *p.* 194: Ex concilio Nicolai iunioris .... Et ut cuiuslibet *etc. Jaffé post nr.* 4398, *I, p.* 558. 6) *Conc. Africanum c.* 29, *Mansi IV, col.* 490; *Grat. C. XX, qu.* 5, *c.* 3: Item ex concilio Cartaginensi. *Perperam Friedberg Synodum a.* 401, *Iun.* 16, *c.* 6 *indicat.* 7) *Mansi VIII, col.* 325; *Hinschius p.* 333.

confugerit personam[a], *et ei*[b] *is ad quem recurrit solatium defensionis impenderit, cum eodem de ecclesiae communione pellatur.* Gregorius Iohanni episcopo Ravennati[1]: *Si presbyteri vel ad tuum iudicium, vel ad nos, maiorum fulti patrocinio, quod non credimus, venire despexerint, et in obiectis sibi capitulis contumaciter vel*[b] *respondere tentaverint*[c], *volumus, ut eis post secundam et tertiam admonitionem tuam*[d], *ministerium sacri interdicas officii atque nobis de eorum renuncies contumacia.* Idem Romano exarcho[e] per Italiam[2]: *Pervenit ad nos Speciosum quendam presbyterum ecclesiasticae constitutionis vigore despecto episcopo suo vestra fretum tuitione resistere.* Et infra: *Petimus ergo, ut in tanto vos peccato miscere nullatenus debeatis. Nam huiusmodi iniquitatem impunitam propter Dominum nullo modo patimur remanere. Unde iterum quaesumus, ut excellentia vestra in talium se causarum defensione non misceat, ne etiam Deus suam defendat iniuriam et inter nos aliorum pariat culpa discordiam.* Idem in registro[3]: *Omnibus notum est piissimos Dominos disciplinam diligere, ordines servare*[f], *canones venerari et in causis se*[g] *sacerdotalibus non miscere.* Idem Sereno episcopo[h.4]: *Si, quod absit, salubri monito clericos tuos videris*[i] *in nullo*[k] *proficere, et hos*[l] *quoque curabis a te procul abicere, ne pravitates eorum ex eo, quod recipiuntur, displicere*[m] *minime videantur, et non solum ipsi inemendati*[n] *maneant*[o], *sed eorum etiam receptione alii corrumpantur*[p].

QUARTA SECTIO.

5. Nunc intimandum, quod a saecularibus res ecclesiasticae regi [non[q]] debeant. In concilio Chalcedonensi cap. XXVI[5]: *Placuit omnino, ut omnis ecclesia habens episcopum, etiam echonomum*[r] *habere de proprio clero, qui res ecclesiasticas dispenset cum consensu episcopi sui; ne cum dispensatio sine testimonio fuerit*[s], *res ecclesiasticae dispersae sint ad contumeliam pontifici*[t] *inrogandam*[u]. *Si vero hoc non fecerint, sanctis subiacere debent*[v] *canonibus.* Simachus[w] in concilio episcoporum CCXVIII.[6]: *Provida*[x] *sententia enervari debet et in irritum deduci, ne quibuslibet laicis quamvis religiosis vel potentibus quolibet modo liceat aliquid decernere de ecclesiasticis facultatibus, quarum solis sacerdotibus disponendi a Domino commissa cura docetur. Eulalius Siracusanus episcopus dixit: 'Laicis*[7] *quamvis religiosis nulla de ecclesiasticis facul-*

a) *deest Agath.* b) *deest B* 2. c) nequiverint *Greg.* d) tuum *codd.* e) exarco *B* 1. f) servari *B* 1. g) et *B* 1. 2*a*. h) episcopi *B* 1. i) *ex* videtis *m.* 2. *B* 1. k) illo *codd.* l) hoc *B* 2. m) despiscere *B* 1; despicere *B* 2. n) emendati *codd.* o) remaneant *B* 1; inmaneant *B* 2*a*. p) corrumpuntur *B* 2. q) *deest codd.* r) oecon.? *B* 2. s) fuerint *codd.* t) pontificis *Chalc.* u) irrog. *B* 2*a*. v) *deest B* 1. w) Symm. *B* 2. x) *ita Sym. Coll. can.*; prouide *codd.*

1) *Epist. III*, 54, *EE. I, p.* 213; *Jaffé* 1259. 2) *Epist. V*, 19, *EE. I, p.* 361; *Jaffé* 1333. 3) *Coll. can. IV, c.* 62, *p.* 383: Gregorius Phocae Augusto inter cetera . . . Idem in eodem regesto. 4) *Epist. XI*, 13, *Opp. II, col.* 1101 *D:* Quodsi, quod absit *etc. Antea autem tantum de malis hominibus, non de clericis agitur; Jaffé* 1800. 5) *Conc. Chalced. c.* 26 *ex versione prisca, Mansi VII, col.* 400. *Eadem interpret. etiam in Coll. Anselmi VI, c.* 143 (140), 141 *apud Theiner, Disquis. crit. p.* 372. *Coll. can. II, c.* 5, *p.* 176: Ex concilio Chalcedonensi cap. XXVI. — *Grat. Dist. LXXXIX, c.* 4, *ubi alia versio.* 6) *Conc. Rom. c.* 3, *Mansi VIII p.* 268: . . modis omnibus in synodali conventu p r o v i d a beatitudinis vestrae s e n t e n t i a e n e r v a r i conveniebat et i n i r r i t u m d e d u c i, ne in exemplum remaneret praesumendi q u i b u s l i b e t l a i c i s, q u a m v i s r e l i g i o s i s v e l p o t e n t i b u s in quacumque civitate q u o l i b e t m o d o a l i q u i d d e c e r n e r e *etc. Coll. can. II, c.* 45, *p.* 259: Item Symachus in synodo episcoporum CCX et VIII. *Cf. IV, c.* 46, *p.* 368. 7) *Ibid.*: Primum quod contra patrum regulas a laicis quamvis religiosis, quibus nulla de ecclesiasticis facultatibus aliquid disponendi legitur unquam attributa facultas, facta videtur. *Coll. can. eadem quae libellus praebet.*

tatibus', ut ait Stephanus martyr et pontifex, *'aliquid disponendi legitur usquam*[a] *attributa facultas'*. Gregorius Ianuario[b] Caralitano episcopo[1]: *Cavendum a vestra fraternitate est, ne saecularibus viris atque non sub regula vestra degentibus cuiuslibet*[c] *res ecclesiasticae committantur*[d], *sed probatis de vestro*[e] *officio clericis; in quibus si quid reperiri poterit [pravitatis*[f]*], ut in subditis emendare quod gestum est valeatis.*

QUINTA SECTIO.

5. Restat ostendere, quod laicis non liceat in ecclesia dominium[g] habere nec res earundem in sua iura transferre. Gelasius Senecioni[h] episcopo[2]: *Iulius*[i] *vir*[k] *honestus in re*[l] *iuris sui perhibetur*[m] *fundasse*[n] *ecclesiam, quam in honorem sancti Viti confessoris cupit consecrari. Hanc igitur, frater carissime, si ad tuam diocesim pertinere non ambigis, ex more convenit dedicari, collata prius donatione sollemni*[o]*, quam ministris ecclesiae se destinasse prefati muneris testatur oblator; sciturus*[p] *sine dubio preter processionis aditum, qui omni christiano debetur, nihil ibidem se proprii iuris habiturum.* Ex libro Romanorum pontificum[3] [qui[q] appellatur]: *Domino sancto et beatissimo patri patrum papae ill*[r] *famulus vester ill*[s]. *In predio meo ill*[t] *iuris mei basilicam sumptu proprio me suggero construxisse, quam in honorem ill*[u] *sanctorum martyrum*[v] *desidero consecrari: cui basilicae ad luminaria vel helemosinas ibidem Deo servientibus offero*[w] *ill et ill. Quapropter quaeso apostolatum vestrum, ut detis preceptionem vestram ad [ill*[f]*] venerabilem ill*[x] *civitatis episcopum*[y]*, quatenus supra memoratam ecclesiam*[z] *debeat sacrosanctis misteriis*[a] *consecrare; ut*[b] *hoc facto sancta religio vestris temporibus sumat augmentum*[c]. *Promitto etiam nihil mihi de eodem loco ulterius vendicandum, nisi processionis gratiam*[d]*, quae christianis omnibus in commune debetur. Pari quoque*[e] *prece deposco, ut detis*[f] *litteras vestras ad ill*[g] *venerabilem ill*[h] *civitatis episcopum, quatenus possit mihi*[i] *reliquias supra memoratorum sanctorum sollempniter contradere.* Anacletus papa[4]: *Qui pecuniam vel res ecclesiae abstulerit, sacrilegium facit.* Calixtus[5]: *Raptores ad paenitentiam recipimus; ipsam*

a) unquam *Sym. Coll. can.* b) Iohanni, Ioanni *codd.; corr. e Coll. can.* c) cuislibet *B* 2*a*; *deest Greg.* d) *ita Coll. can. B* 1; comitt. *B* 2. e) nostro *B* 1. f) *deest codd.* g) dn̄m *B* 1. h) Senetioni *B* 1. i) Senilius *Ans. (Stevenson l. l. p.* 329*) Thiel.* k) vh. *Coll. can.; Thiel I, p.* 448, *ep.* 34, *n.* 1 *aperte perperam legit:* nobis in re Iuliana. l) in reuiuiana *Cod. Vat.* 3833; *cf. Stevenson,* 'Osservazioni' *l. l. p.* 325 (in Reumana iuris sui *Martinucci*); in re Iuliana *Thiel ex Coll. can. et Grat.;* Viviana *Gel.* m) *ita Gel. Coll. can. B* 2*b*? prohibetur *B* 1. 2*a*. n) fundare *B* 2. o) solendi *B* 1. p) scituros *B* 1. q) qui app. *des. B* 2. r) N *B* 2. s) *ita Coll. can.; deest B* 1; N *B* 2. t) *deest B* 2; in predio quidem ill. *L. diurn.* u) *deest B* 2; sanctorum ill. et ill. martyr *L. diurn.* v) N *add. codd.* w) offerr[9] (— rri *m.* 2) ill et illa *B* 1; obtuli NN *B* 2; *correxi ex L. diurn. et Coll. can.* x) *deest B* 2. y) antistitem *L. d.* z) *deest Coll. can.;* basilicam *L. d.* a) ministeriis *B* 2. b) et *B* 1. 2*a*? *b*; ut hoc facto beatitudinis vestrę temporibus sancta veneratio sumat aug. *L. diurn.* c) augumentum *B* 2. d) gratia *L. d.* e) *deest L. d.* f) deditis *B* 1. g) N *B* 2; ill. virum vener. ill. civ. *L. d.* h) *deest B* 2. i) *ita L. d. Coll. can.;* in *B* 1; ibi *B* 2.

1) *Epist. IX,* 65, *Opp. II, col.* 982 *D; Coll. can. II, c.* 61, *p.* 266: Gregorius Ianuario Caralitano episcopo. 2) *Epist.* 34, *Thiel I, p.* 448; *Coll. Ans. V, c.* 7 (9); *Coll. can. III, c.* 94, *p.* 285: Gelasius Senecioni episcopo; *Grat. C. XVI, qu.* 7, *c.* 26; *Jaffé* 679. 3) *Liber diurnus c. X, ed. ab Sickel, Vindobonae* 1889, *p.* 9; *Coll. can. III, c.* 129, *p.* 300. 4) *Epist. I, c.* 14, *Hinschius p.* 73; *Mansi I, col.* 605; *Coll. can. II, c.* 28, *p.* 252: Ex epistola. *Jaffé* 2. 5) *Epist. II, c.* 16, *Hinschius p.* 140: Similiter de raptoribus vel eis qui seniores impetunt, fieri censemus. Hos ergo saeculi leges interficiunt, sed nos misericordia praeeunte sub infamiae nota ad penitentiam recipimus, ipsam quoque infamiam, qua sunt aspersi, delere non possumus, sed animas eorum per poenitentiam publicam et aecclesiis satisfactionem sanare cupimus, quia manifesta peccata non sunt occulta correctione purganda. *Jaffé* 86. *Cf. Mai ad Bonizonem l. l. p.* 51.

vero, qua[a] *aspersi*[b] *sunt, infamiam publicam sanare cupimus, quia manifesta peccata non sunt occulta purgatione purganda.* Urbanus[1]: *Sacrilegii reatum incurrunt*[c] *qui res ecclesiae inde abstrahunt, ubi traditae sunt, et quod peius est, anathema maranatha fiunt; etsi non corpore ut*[d] *Ananias et Saphira tamen in anima moriuntur.* Pius[2]: *Qui ecclesiam Dei vastat eiusque predia et donaria expoliat sacrilegus*[e] *est.* Lucius[3]: *Rerum ecclesiasticarum raptores et facultatum a liminibus sanctae ecclesiae anathematizatos apostolica*[f] *auctoritate pellimus et damnamus, atque sacrilegos iudicamus. Et non solum eos, sed et omnes consentientes*[g] *eis*[h] *— par enim poena et agentes et*[i] *consentientes comprehendit;* a qua poena liberi esse non possunt illi, quorum ministerium est, qui talia possunt prohibere et emendare, et ea non student corrigere et cetera.

6. In concilio Gangrensi[4]: *Si quis oblationes ecclesiae accipere vel dare voluerit preter episcopi conscientiam vel eius, cui huiusmodi sunt officia commissa, nec cum eius voluerit agere concilio, anathema sit.* In eodem[5]: *Si quis oblata Deo dederit*[k] *vel acceperit preter episcopum vel eum qui constitutus est ab eo ad dispensandam misericordiam pauperibus, et qui dat et qui accipit, anathema sit.* Simachi papae et[i] episcoporum CCXVIII[6]: *Qui res ecclesiae iussu vel largitione principum vel quorundam potentum aut quadam invasione retinuerint, et filiis vel heredibus suis quasi hereditarias reliquerint, nisi cito res Dei agnita veritate reddiderint, in perpetuum anathema sit.* In concilio Vasensi cap.[l] IIII.[7]: *Qui oblationes defunctorum retinent et ecclesiis tradere morantur, ut sacrilegi ab ecclesia sunt abiciendi*[m]*, quasi egentium*[n] *necatores nec credentes Dei iudicio.* Augustinus in XXXVIII. homilia super Iohannem[8]: *Ecce inter sanctos est Iudas fur loculorum*[o] *dominicorum et sacrorum. Si discernuntur crimina in foro qualiscunque furti et peculatus — peculatus enim dicitur furtum de re publica; et [non*[p]*] sic iudicetur*[q] *furtum rei privatae, quomodo publicae — quanto vehementius est iudicandus sacrilegus fur, [qui*[p] *ausus fuerit] non undecunque tollere, sed de ecclesia tollere?* Notandum, quod Augustinus eum qui aliquid de ecclesia tollit furem et sacrilegum appellet et Iudae proditori aequiparet. Hieronymus super Matheum[9]: *Omnes,* inquit, *qui stipe templi et his, quae conferuntur in usus ecclesiae, abutuntur in aliis rebus, quibus suam expleant*[r] *voluntatem, similes [sunt*[s]*] scribarum et pharisaeorum*[t] *redimentium mendacium sanguine*[u] *Salvatoris.*

a) quam *codd.* b) adsp. *B* 2. c) incurrant *Urb.* d) tamen anima et ut Saphyre in anima mor. *B* 2. e) fit sacrilegus *Pius et Coll. can.* f) auct. apost. *B* 2. g) consensc. *B* 1. h) *verba* eis — consentientes *des. B* 2; ei *B* 1. i) *deest B* 1. k) dedit *B* 2*a*. l) cap. IIII. *des. B* 1. m) eiiciendi *B* 2. n) agentium *B* 1. o) loc., sed dominicorum, loculorum, sed sacrorum *Aug.* p) *om. codd.* q) indicitur *B* 2*a*. r) impleant *B* 2. s) *deest codd.* t) sacerdotum *Hier.* u) et sang. *B* 1; sanguinem *Coll. can.*

1) *Epist. c.* 6, *Hinschius p.* 145; *Mansi I, col.* 750. *Coll. can. III, c.* 31, *p.* 253: Ex prima epistola papae Urbani et Lucii. Urbanus episcopus omnibus Christianis. *Finis paulum discrepat.* 2) *Epist. II, c.* 8, *Hinschius p.* 118; *Mansi I, col.* 675; *Coll. can. III, c.* 32, *p.* 253; *Grat. C. XVII, qu.* 4, *c.* 12; *Jaffé* 44. 3) *Epist. c.* 7, *Hinschius p.* 179; *Mansi I, col.* 879: Omnes tales praesumptores et ecclesiae raptores atque suarum facultatum alienatores una vobiscum a liminibus *etc. Coll. can. III, c.* 33, *p.* 253. *Jaffé* 123. 4) *Conc. Gangr. c.* 7, *Hinschius p.* 265; *Coll. can. III, c.* 43, *p.* 257. 5) *Ibid. c.* 8; *Coll. can. l. l.:* Et iterum in eodem concilio Gangrensi. 6) *Syn. Rom. VI, Mansi VIII, col.* 312: . . . perpetuo anathemate feriantur. *Nonnulla omissa sunt; Coll. can. III, c.* 43, *p.* 257: Ex VI. synodo Symachi papae episcoporum CCXVIII. 7) *Conc. Vasense c.* 4, *Hinschius p.* 330; *Coll. can. III, c.* 26, *p.* 251: Ex concilio Vasensi cap. XXI. 8) *In Iohannis evang. c. XI et XII, Tract. L,* § 10, *Opp. III,* 2, *col.* 632 *F.* 9) *Comm. in Matth. IV, c.* 28, *Opp. VII, col.* 242: *Coll. can. III, c.* 133, *p.* 365: Idem super Matthaeum.

7. Ex libro secundo institutorum[a] Iustiniani imperatoris cap. L.[b. 1]: *Nullius autem sunt res sacrae et religiosae. Quod enim divini iuris est, id nullius in bonis est; sacrae vero sunt, quae rite et per pontifices Deo consecratae sunt, veluti aedes sacrae et dona, quae rite ad ministerium Dei dedicata sunt.* Imperatores Valentinianus et Theodosius Augusti Dextro[c] comiti rerum privatarum[2]: *Universas terras, quae a colonis dominici*[d] *iuris*[e] *rei publicae vel iuris templorum in qualibet provincia venditae vel ullo*[f] *alio pacto alienatae sunt, ab his, qui perperam atque contra leges eas detinent, nulla longi temporis prescriptione*[g] *officiente iubemus restitui; ita ut nec pretium quidem iniquis comparatoribus reposcere liceat. Data V. Nonas Iul.*[h]. Imperatores Gratianus et[i] Valentinianus [iunior[k]] et Theodosius AA. Melito[l] PP.[m. 3]: *Placet*[n] *rationabilis consilii*[o] *tenore perpenso destricta*[p] *moderatione prescribere, a quibus specialiter necessitatibus ecclesiae urbium singularum habeantur immunes. Prima quippe illius usurpationis contumelia debellanda est, ne predia usibus caelestium secretorum*[q] *dedicata, sordidorum munerum faece vexentur; nihil extraordinarium ab his superindictitiumve*[r] *flagitetur, nulla translationum sollicitudo gignatur; postremo nihil preter canonicam illationem, quam adventitiae necessitatis sarcina repentina poposcerit, eius functionibus*[s] *ascribatur. Si quis contravenerit, post debitae ultionis acrimoniam, quae erga sacrilegos iure promenda est, exilio perpetuo uratur. Datum VIII.*[t] *kal. Iunii.* Item ex legibus Caroli imperatoris[4]: *Precipientes iubemus, ut nullus tam nostris quam futuris temporibus, a nobis vel successoribus nostris, ullo unquam tempore absque consensu et voluntate episcoporum, in quorum parrochiis esse noscuntur, res ecclesiarum petere aut invadere, vel vastare aut quocunque ingenio alienare presumat*[u]. *Quod si quis fecerit, tam nostris quam et successorum nostrorum temporibus*[v] *poenis sacrilegii subiaceat, et a nobis ac successoribus nostris iudicibus vel comitibus, sicut sacrilegus et homicida legaliter puniatur et ab episcopis anathematizetur, ita ut mortuus etiam sepultura et*[w] *cunctis Dei ecclesiae precibus et oblationibus careat, nec elemosinam suam quisquam recipiat.*

8. His de prefatis quatuor capitulis ita pertractatis, libet in calce huius opusculi, ut obstruatur os loquentium iniqua, quaedam de sanctorum canonum auctoritate subiungere, quorum astipulatione confirmavimus ea, quae in hoc libello contra symoniacos et invasores et reliquos scismaticos, Deo prestante, peroravimus[x]. In epistola Damasi papae ad[y] Aurelium Cartaginensem[z] episcopum[5]: *Violatores canonum graviter a sanctis*

a) *ita Coll. can. B* 1; institutionum *B* 2. b) .ι. *B* 1; L *etiam Coll. can.*; II *B* 2. c) Dextero *B* 2. d) dominicis *Cod. Iust.* e) *deest B* 2; curis *Coll. can.* f) ullo vel alio *B* 1; illo vel alio *B* 2. g) *ita B* 2*b et Cod. Iust.*; perscriptione *Coll. can.*; descriptione *B* 1. 2*a*. h) Iulii *B* 2. i) *ita Coll. can. B* 1. k) *deest B* 1. l) Melitio *Coll. can. Cod. Iust.* m) praefato P. *B* 2. n) placeat *B* 1. o) concilii *B* 1. p) descripta *B* 2. q) decretorum *B* 2*a*. r) *ita Cod. Iust.*; inducti pretiumve *codd.*; pretiumve *corr. m.* 2 *ex* . . . timue *B* 1; super inducti cuiusve *Coll. can.* s) functionis *B* 2; fluctionibus *Coll. can.* t) VIIII *B* 1. *Coll. can.* u) presumant *B* 1. 2*a*. v) *verba* temporibus — nostris *des. B* 2. w) ac *B* 2. x) perornavimus *B* 1. y) ab *B* 1. z) Carthaginiensem *B* 2.

1) § 7 *Instit. de rer. div. II*, 1; *idem locus*: *Lex Romana canon. compta c.* 215, *Coll. Ans. dedic. VII, c.* 40; *Coll. Ans. V, c.* 55; *Coll. Caesaraug. VII, c.* 47; *Coll. trium part. III*, 3, 25; *Ivonis epist.* 140; *cf. Hüffer, 'Beiträge' p.* 71. 86. — *Coll. can. IV, c.* 145, *p.* 471: Ex libro II. institutorum imperatoris Iustiniani cap. L. *Secundum Merkel in Savigny, 'Gesch. des röm. Rechts im Mittelalter' VII, p.* 76 *pro* cap. L *emendandum est* cap. I. 2) *L.* 2 *C. Ne rei dom.* 7, 38, *ed. Krüger p.* 671; *Coll. can. III, c.* 143, *p.* 309. 3) *L.* 5 *C. de sacros. eccl. I*, 2 *l. l.*: Idem *(scil. Impp. Honorius et Theodosius AA)* Melitio P. P. *Idem error, qui supra in Coll. can. IV, c.* 148, *p.* 472. 4) *Cf. Bened. Levitae Capitul. l. II, c.* 426 *(LL. IIb, p.* 97*)*. 5) *Damasi Decr. ad Aurelium, Hinschius p.* 21, *Mansi III, col.* 423; *Coll. can. I, c.* 80, *p.* 76: Reverentissimo fratri Aurelio Damasus inter cetera. *Jaffé* 241. — *Grat. C. XXV, qu.* 1, *c.* 5.

patribus iudicantur et a sancto Spiritu, cuius instinctu ac dono conditi sunt, condemnantur; quoniam blasphemare Spiritum sanctum non incongrue videntur, qui contra eosdem sanctos canones non necessitate compulsi, sed libenter, ut[a] *prefixum est, aliquid aut proterve agunt aut loqui presumunt aut facere volentibus sponte consentiunt.* Idem[1]: *Statuta sedis apostolicae et canonum venerabilia decreta nulli sacerdotum*[b] *Domini ignorare sit liberum.* Gelasius[2]: *Quis enim aut legem principum aut patrum regulas aut admonitiones modernas ducat debere contemni, nisi qui impunitum sibi tantum aestimet transire commissum?* Et iterum: *Semper constitutio generat temerata vindictam.* Primus papa Leo Aquilegensi[c] episcopo[3]: *Si quis sacerdotum*[d] *contra statuta venire tentaverit et prohibita ausus fuerit admittere, a suo se noverit officio submovendum.* Hilarius papa[4]: *Non minus in sanctarum traditionum delinquitur sanctiones, quam [in*[e]*] ipsius Domini iniuriam prosilitur.* Item idem: *Nec tantum putetis petitiones valere populorum, cum his parere cupitis, ut voluntatem Dei nostri, quae*[f] *nos peccare prohibet, deseratis: cuius indignatio ex hoc gravius commovetur, quo*[g] *benignitas eius, dum fiunt illicita, per eos, qui sunt interpretes placationis, offenditur.* Adrianus papa Agilranno[h] episcopo[5]: *Generali decreto constituimus, ut execrandum anathema fiat et velut prevaricator catholicae fidei semper apud Deum reus existat, quicunque regum vel potentum deinceps canonum censuram in quocunque crediderit vel permiserit violandam.* Leo quartus in concilio episcoporum LXXII, cap. V.[6]: *Si quis dogmata, mandata, interdicta, sanctiones vel decreta pro catholica fide, pro ecclesiastica disciplina, pro correctione fidelium, pro emendatione sceleratorum vel interdictione imminentium vel futurorum malorum a sedis apostolicae presule*[i] *salubriter promulgata*[k] *contempserit, anathema sit.* Gregorius[7]: *Sub magno moderamine pastores ecclesiae vel solvere studeant vel ligare: sed utrum iuste*[l] *vel*[m] *iniuste obliget pastor, pastoris tamen sententia gregi timenda est, ne is, qui subest, et cum iniuste forsitan ligatur, ipsam obligationis suae sententiam ex alia culpa mereatur. Pastor ergo vel absolvere indiscrete timeat vel*[n] *ligare. Qui sub manu pastoris est, ligari timeat iuste*[o] *vel iniuste: nec pastoris sui iudicium temere reprehendat, ne, etsi iniuste ligatus est, ex ipsa tumidae reprehensionis superbia culpa, quae non erat, fiat.*

a) *deest B 2a.* b) sacerdoti *B 2.* c) Aluileiensi *B 2a.* d) fratrum *Leo.* e) *deest codd.; corr. e Coll. can.* f) qui *Hil.* g) quia *Hil.* h) Agilranáno *B 1*; Angilranno *B 2a.* i) praeside *Syn.* k) promulgatã *B 1.* l) iuxte *B 1.* m) an *Greg.* n) vel — timeat *in marg. m. 2. B 1.* o) *deest Greg.*

1) *Decr. Siricii papae, Schoenemann p.* 415: Et quamquam statuta sedis apostolicae *etc. Cf. Coelestini I. decr. ad episc. Apuliae et Calabriae c.* 1, *Hinschius p.* 561; *Coll. can. l. l.:* Idem: Statuta . . . liberum. 2) *Gelasii epist.* 22. *ad Rufinum et Aprilem, Thiel I, p.* 389; *Coll. Brit. epist.* 22, *'N. Archiv' V, p.* 516; *Grat. Dist. LIV, c.* 11: Et iterum: Semper . . . vindictam *ibi non inveniuntur. Leguntur autem eadem verba in Coll. can. IV, c.* 103, *p.* 418. *in epistola Iohannis VIII. ad Ludovicum imp., quam Deusdedit iam supra spoliaverat. Patet eum etiam Gelasii fragmenta ex eadem hausisse. Jaffé* 658. 3) *Immo ad episc. Campaniae, Picen., Tusc. ep.* 4, *c.* 5, *ed. Baller. I, col.* 616, *Hinschius p.* 615. 4) *Verba:* Non minus . . . prosilitur *Hilarii non sunt. Sequentia leguntur in Hilarii Decr. a.* 465, *c.* 4, *Thiel I, p.* 168; *Hinschius p.* 631. *Coll. can. IV, c.* 39, *p.* 362: Ex IIII. cap. Hylarii. Nec tantum . . . offenditur. Non . . . prosilitur. *Finem huius capitis verisimiliter aliunde sumptum Deusdedit, cum Libellum componeret, perperam Hilario eidem attribuisse videtur.* 5) *Eundem locum vide p.* 313. 354. 6) *Ex synodo Nicolai I. a.* 863, *c.* 5. *sumpta sunt, Mansi XV, col.* 652; *Coll. Brit. Var.* 2, *nr.* 31, *'N. Archiv' V, p.* 586; *cf. ibid. p.* 396. *Leoni IV. attribuunt etiam Coll. Ans. IV, c.* 26; *XII, c.* 3, *Ivonis Decr. V, c.* 35. *Coll. can. I, c.* 122, *p.* 93: Leo quartus et secundus Eugenius; *c.* 124, *p.* 94: Si quis dogmata *etc. — Grat. C. XXV, qu.* 2, *c.* 18. 7) *In evang. l. II, hom. XXVI,* § 6, *Opp. I, col.* 1556.

Fabianus urbis Romae episcopus omnibus episcopis[1]: *Statuimus, ut, si aliquis*[a] *clericorum suo episcopo infestus aut insidiator fuerit, mox examinatus iudicio, summotus a clero, curiae tradatur, cui diebus vitae suae deserviat et infamis absque spe restitutionis permaneat.* Stephanus episcopus omnibus episcopis[2]: *Clericus, qui episcopum suum accusaverit aut ei insidiator extiterit, non est recipiendus, quia infamis est, et a gradu debet recedere et curiae tradi deserviturus.* Anacletus[b] papa[3]: *Accusatio sacerdotum nonnisi ab idoneis et probatissimis viris, qui et suspicionibus et sceleribus careant, fieri debet.* Evaristus papa[4]: *Accusatorum sacerdotum discutiatur suspicio, fides, temeritas, vita, vana gloria, inimicitia, cupiditas, id est absque certa probatione quisquam non credat.* In concilio Cartaginensi[c.5]: *Qui aliquibus sceleribus irretitus est, vocem adversus maiorem natu non habeat accusandi.* Felix papa[6]: *Excommunicati nullatenus ad accusationem vel testimonium sunt admittendi. Nulli*[7] *infami liceat adversum religiosum christianum testimonium dicere vel qualibet actione impetere.* Cornelius[d] papa[8]: *Purgationes, quas patres in conciliis statuerunt, plenissima ratione rimandae sunt, et non pro crimine ab aliquo illato facinoroso fieri censuerunt*[e].

9. Ex[f] concilio Nicaeno II, cap. XXVII[9]: *Nullum iudicium nisi ordinaliter habitum teneatur neque in re dubia certa iudicetur sententia.* Damasus[g] papa de ordine iudiciorum[10]: *Canonica vocatio loco et congruo tempore: per se sint testes, per se accusatores, per se accusati, per se iudices; quoniam saeculi leges haec eadem retinent.* Pelagius in suo registro introducit Augustinum ita diffinientem scisma in epistola ad Valerianum patricium inter cetera[11]: *Vide utrum scismatici non sint, qui se ab eminentissima et manifestissima auctoritate apostolicarum sedium separaverint*[h]. *Quisquis ergo ab apostolicis divisus est sedibus, secundum istam beati Augustini sententiam, in scismate*[i] *esse non dubium est et contra universalem ecclesiam altare probatur erigere. Sed quid de talibus miseris [insertus*[k]*] Chalcedonensi*[l] *synodo [canon*[k]*] constituat, gloria vestra consideret, ubi post alia sic dicit: 'Qui*[m] *a communione ecclesiae semet ipsum suspendit et collectas fecit*[n] *et altare constituit et noluit vocanti episcopo consentire, et noluit eidem acquiescere neque consentire et prius ac secundo vocanti: hunc omnino damnari nec unquam vel orationem mereri, nec recipere eum posse honorem. Si enim permanserit turbas faciens et seditiones ecclesiae, per*[o] *extraneam pote-*

a) aliqui *B* 1. b) Anaclectus *B* 1. c) Chartaginensi *B* 2*a*. d) Corn. papa *add. m.* 2. *B* 1. e) consueverunt *B* 2. f) In *B* 2. g) Damasius *B* 2*a*. h) separaverunt *Coll. can.; v. supra p.* 333. i) scisma, schisma *codd.*; scismate *Coll. can.* k) *deest codd.* l) Chalcedonensi synodica constituat *B* 1; Chalcedonensis synodus *B* 2; *corr. secundum Coll. can.* m) Quia *B* 2*a*. n) facit *B* 2. o) *add. m.* 2. *B* 1.

1) *Epist. II, c.* 21, *Hinschius p.* 165; *Mansi I, col.* 779; *Jaffé* 93. 2) *Epist. II, c.* 12, *Hinschius p.* 186; *Mansi I, col.* 892; *Grat. C. III, qu.* 5, *c.* 8; *Jaffé* 131. 3) *Epist. II, c.* 4, *Hinschius p.* 76; *Mansi I, col.* 609; *Coll. can. IV, c.* 156, *p.* 479; *Grat. C. II, qu.* 7, *c.* 15; *Jaffé* 3. 4) *Epist. II, c.* 10, *Hinschius p.* 92; *Mansi I, col.* 628. *Ex longiore sententia contracta sunt. Coll. can. IV, c.* 156, *p.* 479: Evaristus: Accusatorum *etc.* 5) *Conc. Cartag. II, c.* 6, *Hinschius p.* 295; *Coll. can. IV, c.* 156, *p.* 485: Cartagin. cap. VIII. 6) *Decr. c.* 16, *Hinschius p.* 488; *Coll. can. IV, c.* 156, *p.* 483: Felix papa *etc.*; *Jaffé* 230. 7) *Ibid. c.* 6, *p.* 486; *Coll. can. l. l. p.* 481: Eutichianus . . Nulli aut sacrilego liceat. 8) *Non inveni.* 9) *Iulii papae Decr. c.* 12, *Hinschius p.* 471 *(ex conc. Niceno):* neque in re dubia certa iudicetur sententia, nec ullum iudicium, nisi ordinabiliter habitum teneatur; *Coll. can. IV, c.* 156, *p.* 482: Iulius. 10) *Decr. c.* 11. 16, *Hinschius p.* 503. 504; *Mansi III, col.* 431; *Coll. can. IV, c.* 156, *p.* 482. *Textus valde decurtatus est. Jaffé* 243. 11) *Idem locus (usque* separaverunt*) supra p.* 333.

statem tamquam seditiosum comprimi'. In[a] concilio Antiocheno[1]: *Si quis presbyter aut diaconus episcopum proprium contemnens se ab ecclesia sequestraverit et seorsum colligens altare constituerit et commonenti episcopo non acquieverit, nec consentire vel obedire voluerit semel et iterum vocanti, hic damnetur omnimodo, nec ulterius remedium consequatur.* Item in eodem[2]: *Si quis a proprio episcopo communione privatus est, non ante suspiciatur ab aliis, quam suo reconcilietur episcopo. Haec autem diffinitio maneat circa laicos et presbyteros et diaconos omnesque qui sub regula esse monstrantur.* Cyprianus in epistola ad Stephanum[3]: *Si qui presbyteri vel diaconi vel in ecclesia catholica prius ordinati fuerint, et postmodum perfidi*[b] *ac rebelles extiterint contra ecclesiam vel apud hereticos a pseudoepiscopis et antichristis contra Christi dispositionem profana ordinatione promoti sunt, et contra altare unum atque divinum*[c] *sacrificia foris*[d] *falsa et sacrilega offerre conati sunt, eos quoque hac conditione*[e] *suscipi, cum revertuntur*[f]*, ut communicent laicis; et satis habeant, quod admittuntur ad pacem qui pacis hostes fuerunt: nec debere eos revertentes ea apud nos ordinationis et honoris arma retinere, quibus contra nos rebellaverint.* Et paulo post: *Quia etsi ipsi postmodum ad ecclesiam redeunt, restituere tamen*[g] *eos secum non possunt, qui ab eis seducti et foris morte preventi extra ecclesiam sine communicatione et pace transierunt: quorum animae in die iudicii de ipsorum manibus expetentur, qui perditionis auctores et duces extiterunt. Et idcirco satis est talibus veniam dari, quia non debet in domo fidei perfidia promoveri.*

10. Augustinus contra Donatistas[4]: *Ecclesia catholica sola corpus*[h] *est Christi, cuius ille caput est salvator corporis sui. Extra hoc corpus neminem vivificat Spiritus sanctus; quia, sicut ipse dicit apostolus: 'Caritas Dei diffusa est in cordibus nostris* Rom. 5, 5. *per Spiritum sanctum, qui datus est nobis'. Non est enim particeps divinae caritatis qui hostis est unitatis. Non habent itaque Spiritum sanctum qui sunt extra ecclesiam. De illis quippe scriptum est: 'Qui se ipsos segregant, animales, Spiritum non habentes'.* Iud. 7, 19. *Sed nec ille eum percipit, qui fictus est in ecclesia; quoniam et inde scriptum est: 'Sanctus enim Spiritus disciplinae effugiet fictum'. Qui ergo vult habere Spiritum* Sap. 1, 5. *sanctum, caveat foris ab ecclesia remanere, caveat in eam simulatus intrare; aut si iam talis intraverit, caveat in eadem simulatione persistere, ut veraciter coalescat arbori vitae.* In concilio Antioceno[i.5]: *Si quis autem [de*[k] *episcopis aut presbyteris vel diaconis seu] quilibet ex clero deprehensi fuerint cum excommunicatis communicare, etiam isti priventur communione*[l] *tamquam qui regulam confundunt ecclesiae.* In canone apostolorum[6]: *Si quis cum excommunicato saltim*[m] *in domo simul oraverit, is communione privetur.* Calixtus[n] in decretis[7]: *Nemo cum excommunicatis in oratione aut cibo vel potu aut osculo communicet, nec ave eis dicat.* Iohannes apostolus de

a) In conc. Ant. *add. m.* 2. *B* 1. b) *ita p.* 320; perfide *B* 1; perfidiae *Coll. can.* — ac *deest codd.* c) divina *B* 2. d) *deest B* 2. e) edictione *B* 1; editione *B* 2. f) revertentur *B* 1; *cf. p.* 320. g) tantum *B* 1. h) *ita B* 1. *Aug.*; est corpus *B* 2. i) Antioch. *B* 2. k) *uncis inclusa om. codd.* l) communicatione *B* 2. m) saltem *B* 2. n) Callixtus *B* 2.

1) *Conc. Antioch. c.* 5 *ex interpret. Dionysii Ex., Mansi II, col.* 1322; *cf. Manegoldi ad Gebehardum L. c.* 33, *Libelli I, p.* 369. 2) *Ibid. c.* 6; *Coll. can. II, c.* 20, *p.* 181; *Grat. C. XI, qu.* 3, *c.* 11. 3) *Iidem loci supra p.* 320. 4) *Epist.* 185, *c.* 11, § 50, *Opp. II, col.* 663 *B. C. D:* Proinde ecclesia catholica *etc.* 5) *Conc. Antioch. c.* 2 *ex interpret. Dionysii Exigui, Mansi II, col.* 1322: Si quis autem de episcopis aut presbyteris vel diaconis seu quilibet ex clero *etc.* — *Coll. can. IV, c.* 158, *p.* 491: Antiocenum concilium capite II: Si quilibet ex clero *etc.* 6) *Can. apost. c.* 11, *Mansi I, col.* 51, *Hinschius p.* 28; *Coll. can. IV, c.* 158, *p.* 491: In can. apostolorum cap. X. 7) *Epist. II, c.* 10, *Hinschius p.* 138; *Coll. can. IV, c.* 158, *p.* 491; *Jaffé* 86.

2. Ioh. 10. huiusmodi: *Nolite recipere eum in domo, nec ave dixeritis ei.* ib. 11. *Qui autem dicit ei ave communicat eius*[a] *operibus malignis.* In concilio Laodicensi titulo VIIII[b. 1]: *Non licet catholicis ad hereticorum speluncas causa orationis accedere.* Ieronymus super Oseae[2]: *Non oportet benedictiones hereticorum accipere, quia maledictiones sunt.* Gregorius in ultimo Moralium ita scribit[3]: *Hereticorum sacrificia accepta Deo esse non* Os. 9, 4. *possunt, nisi pro*[c] *eis universalis ecclesiae manibus offerantur.* Oseae propheta: *Sacrificia eorum tanquam panis luctus; omnes qui manducant ea contaminabuntur.* Augustinus[d. 4]: *Veri sacrificii locus extra catholicam ecclesiam non est.* Ieronimus super prophetas[5]: *Odit Dominus sacrificia hereticorum et a se proicit; et quotienscunque sub nomine Domini fuerint congregati, detestatur fetorem eorum et claudit nares*[e] *suas.*

11. Pelagius papa Viatori et Pancratio[6]: *A scismaticorum sacrificiis, potius autem sacrilegiis, abstinere debetis.* Item in eadem: *Non est Christi corpus quod scismaticus conficit*[f]*; nec enim divisum esse*[g] *Christum poterit quisquam sine apostoli reprobatione confingere. Unam, ut saepe dictum est, quae Christi corpus, constat esse ecclesiam, quae in duo vel in plura dividi non potest. Simul enim cum ab ea quisque*[h] *discesserit, esse desistit ecclesia. Unum templum est Ierusalem. Ydolis necesse est ut immolet*[i]*, qui semet ipsum diviserit: alienus*[7] *est, profanus est, hostis est. Habere non potest Deum patrem, qui universalis ecclesiae non tenuerit veritatem.* In concilio Anthioceno[k. 8]: *Quicunque episcopus damnatus a synodo, vel presbyter aut diaconus a suo episcopo, ausi fuerint aliquid de ministerio sacro contingere, sive episcopus iuxta precedentem consuetudinem, sive presbiter aut diaconus, nullo modo liceat ei nec in alia synodo restitutionis spem*[l] *aut locum habere satisfactionis*[m]*. Sed et communicantes ei omnes abici de ecclesia et maxime, si posteaquam didicerint adversus memoratos fuisse prolatam sententiam, eisdem communicare tentaverint.* Augustinus de obedientia[9]: *Nihil Deo placet quomodo obedientia. Cham maledictus fuit et post multa saecula manet, quando*[n] *dicitur semen Cham, et non Iuda, quia patri non est obsecutus. Ceterum Sem*[o]*, quia obsecutus est patri, benedictionem habuit in omnia saecula. Hoc itaque dico: non est filiorum iudicare de patribus. Qui patri*[p] *non obsequitur Deum*[q] *non sequitur: qui contemnit patrem*[r]*, contemnit Christum qui in patribus est. Si ieiunaveris diebus et noctibus orationemque feceris, si*[s] *in sacco*[t] *fueris vel in cinere, si nihil aliud feceris nisi quodcunque preceptum est in lege et tibi fueris quasi sapiens, et obediens patri non fueris, omnes*[u] *virtutes perdidisti. Una obedientia plus valet quam omnes virtutes. Ieiunium vel continentia, nisi te diligenter attenderis, superbiam*[v] *tibi facit. Superbia autem inimica est Deo. Nihil sic odio habet Deus quam superbiam. Quicunque non obedit non facit de sanctitate, sed de superbia. Ideo enim non obedit, quia meliorem se putat eo, cui non obedit.*

a) ei *B* 1. b) VIII *B* 2. c) *ex* per *m.* 2. *B* 1. d) *om. hunc can. A. Mai in edit.* e) aures *B* 2. f) confecit *B* 2. g) *deest B* 2. h) Christus *B* 2. i) incolet *B* 1. k) Antioch. *B* 2. l) speciem *B* 1; spe *B* 2*b*. m) satisfactioni *B* 2*b*. n) quod *Aug.* o) *om. B* 2*b*; *spat. rel.* p) patribus *Aug.* q) Deo non obsequitur *Aug.* r) patres *Aug.* s) *verba* si — feceris *in marg. m.* 2. *B* 1. t) sacro *B* 2*a*. u) *superscr. m.* 2. *B* 1. v) superbia; tibi — superbiam *des. B* 2*b*.

1) *Conc. Laodic. c.* 9 *ex interpret. Dionysii, Mansi II, col.* 578: Quod non permittantur ecclesiastici ad hereticorum coemeteria vel ad ea, quae ab eis martyria appellantur, orationis causa vel sanitatis accedere. *Ceterae versiones minus conveniunt.* 2) *Coll. can. IV, c.* 86, *p.* 404: Idem super Osee. — Idem: Non oportet . . sunt. 3) *Moralium praef., Opp. I, col.* 15 *D; Coll. can. IV, c.* 129, *p.* 457: Gregorius in ultimo Moralium. 4) *Iam citatur supra p.* 323. 5) *Idem locus p.* 322. 6) *Iidem loci afferuntur p.* 321. 7) *Sequentia ex Cypr. de unit. eccl. c.* 6, *p.* 214. 8) *Conc. Antioch. ex interpret. Dionysii c.* 4, *Mansi II, col.* 1322: Si quis episcopus *etc.* — *Grat. C. XI, qu.* 3, *c.* 6. 9) *Sermo de obedientia et humilitate c.* 1, *Opp. VI, col.* 297 *E. Multa tamen omissa sunt.*

Odit[1] *Deus eos, qui adversus patres armantur, ut*[a] *patrum invasores, qui in omni mundo infamia notantur.* Gelasii[b.2], Gregorii, Pelagii, Paschalis, Cypriani, Iheronimi et Augustini sequitur haec sententia, quam[c] nomine Iohannis Crisostomi[d] titulatam[e] reperi: *Paenitentia et communio a nullo nisi a catholico suscipienda est. Si vero nullus sacerdos*[f] *catholicus affuerit, rectius est sine communione visibili manere, et invisibiliter a Domino communicari, quam ab heretico communicari et a Deo separari. 'Nulla enim conventio Christi ad Belial', ait apostolus, 'neque pars fidelis cum infideli': omnis enim hereticus infidelis; symoniacus autem hereticus: ideo*[g] *infidelis!* cf. 2. Cor. 6, 15.

a) et *B* 2. b) Iohannis chrysostomi Gelasii *B* 2. c) *deest B* 1. d) *corr. m.* 2 *ex* gris. *B* 1; chris. *B* 2*a*; chrys. *B* 2*b*. e) titulata *B* 1. f) *ita B* 2. *p.* 326; cath. sac. *B* 1. g) ideo inf. *des. B* 1; *cf. p.* 326.

1) *Capit. Angilr. c.* 19; *cf. p.* 350. 2) *Quae sequuntur usque ad finem iam p.* 326. *leguntur.*

BENONIS ALIORUMQUE CARDINALIUM SCHISMATICORUM CONTRA GREGORIUM VII. ET URBANUM II. SCRIPTA.

EDIDIT

KUNO FRANCKE.

Sequens epistolarum corpus, quod in libellos nostros recipiendum putavimus, quisnam instituerit, ignotum est. Quamvis enim nonnullis locis interpolatis[1] *ipsius editoris manum deprehendi posse credamus, tamen ne hinc quidem de persona illius aliquid certi*[2] *colligi licet. Id tantum constat confectam esse hanc farraginem non multo post a.* 1098[3]. *Neque enim in tota serie ulla res commemoratur, quae hoc anno posterior sit, et apices ipsi eius codicis, ad quem haec editio maximam in partem revocanda erat, initium saeculi XII. prae se ferunt.*

Est ille codex 1) *Bruxellensis nr.* 11196—97, *membr., nitide et diligenter, quamvis permultis compendiis adhibitis, exaratus. In interiore tegumenti parte legitur:* Quedam contra Hildebrandum. Quedam de cardinalibus. Quedam de Urbano papa. Registrum sancti Gregorii. *F.* 1. *manus s. XIV. addidit:* Iste est liber hospitalis Sancti Nicolai prope Cusam. *Sequentes epistolas inde a f.* 1. *eodem, quem nos servavimus, ordine exhibet, excepto quod, quae ibi inter nr. X. et XI. leguntur, decreta*

1) *Qualia sunt nr. II, c.* 12*:* Cum autem — docuit; *nr. III, c.* 10*:* sicut plenius — ecclesiae gestis; *nr. VIII, c.* 3*:* Huius — quinti. 2) *Ceterum, si coniecturae locus datur, Hugonem cardinalem, a quo epistola quarta, nona, decima scriptae sunt, totius corporis auctorem fuisse una quidem res indicare videtur. Nam quae II,* 12 *(infra p.* 380*) interpolata leguntur, fere ad verbum ex illius epist. X. sumpta sunt.* 3) *Giesebrecht ('Geschichte der Deutschen Kaiserzeit' III, p.* 1064*) hos libellos circa a.* 1098. *divulgatos esse iam recte censuit. Cui, re diligenter pertractata, Ios. Schnitzer nuperrime assentitur ('Histor. Abhandlungen aus dem Münchener Seminar II: 'Die Gesta Romanae ecclesiae des Kardinals Beno'). K. Francke farraginem nostram a.* 1112. *eam ob causam assignare voluit, quia a Sudendorfio persuasus epistolam X. hoc demum anno conditam esse existimavit, sed omnium harum epistolarum tam arta est argumenti coniunctio, ut nullam anno posteriori attribuere audeam. E. D.*

concilii Lateranensis a. 1110. *habiti*[1] *et epistolam Gregorii VII. ad Herimannum Mettensen a.* 1081. *datam*[2] *omisimus. Codicem contulerunt viri b. m. Bethmann, ex parte Jaffé, Ewald, quorum omnium opera nobis praesto fuisse gaudemus. V. Cl. Ouverleaux locos nonnullos benevole inspexit. Cf. etiam 'Archiv' VII, p.* 872–875.

Multo hoc inferior est 2) *codex Hanoveranus nr.* 110, *chart. s. XVI, in fronte tegumenti* Codex imperatorum, regum, pontificum, episcoporum *signatus; qui in secunda parte easdem epistolas eodem quo Bruxellensis ordine continet. Neque tamen ex illo transscriptus esse potest. Quippe quamquam scriba indoctus permulta ita corrupit et depravavit, ut unde sumpta sint ne conicere quidem liceat, nonnulla tamen sunt, in quibus originem a Bruxellensi alienam agnoscas. Velut talia: nr. III, infra p.* 387. in seculum seculi 2. in aeternum 1; *p.* 388. me episcopi vel populus permisissent 2. mel vel ep. vel pop. perm. 1; *ibid.* dominicis diebus 2. dominicis 1; *p.* 393. spirituali ecclesiastico iuditio 2. eccl. iud. 1; *alia id genus non pauca. Quo accedit, quod in prima, secunda, quinta epistola, quas iam sine loco et anno (a.* 1532 *Coloniae?) Iac. Sobius ex codice commentariorum Aeneae Sylvii*[3] *primo et post eum a.* 1535. *Orthwinus Gratius in 'Fasciculo rerum expetendarum ac fugiendarum', Flacius Illyricus*[4], *Reineccius*[5], *Goldast*[6] *ediderunt, codex Hanoveranus saepissime cum editione principe, quam S littera signavimus, contra codicem Bruxellensem concinit. Ita ut Hanoverani codicis scribam et Sobium eiusdem quidem classis codices, Sobium vero melius quoddam exemplar adhibuisse putaverim. Ceterum et haec classis nonnulla habet haud dubie genuina, quae in textum recipere fas duxi, velut: nr. II, infra p.* 376. destruentes *pro* destituentes 1; *p.* 377. iuvenibus *pro* viventibus 1. *Ex codice Hanoverano epistolas III—XI. edidit a.* 1851. *Sudendorf in Registri parte secunda, sed ordine sua sponte perverso. Ipse codicem a V. Cl. Bodemann benigne huc transmissum denuo adhibui.*

3) *Codice Musei Britannici Cotton. Tiber. E. VIII*[7], *f.* 256*a* — 263*a, qui primam et secundam continet epistolas, chartaceo saec. XVI. supersedere potuimus. Specimen lectionis eius viro cl. Schüddekopf debemus.*

Sequitur, ut de ipsarum epistolarum indole et auctoribus nonnulla dicamus, de quibus Iosephus Schnitzer modo accuratissime disseruit. Atque prima quidem et secunda epistola, vel, ut in codicibus legitur, Gesta Romanae aecclesiae contra Hildebrandum, *Benonis*[8] *cardinalis sunt. Germanicae hunc nationis fuisse Gfrörer 'Gregor VII.' VII, p.* 957. *aliique affirmant; quibus fulti testibus, nescio. Id solum constat eum ante Gregorii tempora cardinalem presbyterum tituli S. Martini constitutum, usque ad a.* 1084. *ab illius parte stetisse*[9], *postea vero Heinrico rege Romam obsidente cum ceteris duodecim cardinalibus ad eum descivisse*[10] *ac deinceps inter acerrimos Wiberti asseclas numeratum esse. Nam etiam synodo Romanae a.* 1098. *interfuit, in qua decreta concilii Placentini damnata ignique tradita sunt (cf. infra nr. V. VIII), et litteris illis subscripsit, quibus cardinales schismatici eodem anno in Urbanum eiusque partem vehe-*

1) *Exemplum huius synodi, quod codex noster praebet, et cum codice Mettensi E.* 14, *saec. XII. et cum Chronica regia Coloniensi a.* 1110 *(p.* 48. *ed. Waitz) plerumque concordat. E. D.* 2) *Cf. quae ex codice nostro Jaffé, Biblioth. II, p.* 465—467, *affert.* 3) *Commentarior. Aeneae Sylvii Senensis de concilio Basileae celebrato libri duo cum multis aliis nunquam antehac impressis, fol. p.* 89—100, *ubi sequuntur Vita Henrici IV. et epistolae aliquot (9).* 4) *In Catalogo testium veritatis, Basil.* 1556, *p.* 315 *sqq.* 5) *Post Chronicam Helmoldi, Francof.* 1581. 6) *In Apologiis pro Henrico IV. imp., Hanoviae* 1611, *p.* 1 *sqq.* 7) *Cf. 'Arch.' VII, p.* 875. 8) *Benonis, ut iam editio princeps scribit, non Bennonis nomen ei fuisse Giesebrecht (l. l. p.* 1064, *n.* 2) *recte monuit.* 9) *Cf. Mansi XX, col.* 578. *et Benonis ipsius epist. I.* 10) *Cf. de cardinalium defectione Landulfi hist. Mediolan. l. III, c.* 33: a quam pluribus cardinalibus destitutum; *Heinrici reg. epist.:* legali omnium cardinalium . . iudicio *(SS. VIII, p.* 100. 185*), quos testes laudat Konr. Panzer, 'Wido von Ferrara' p.* 44. *E. D.*

mentissime invehebantur (nr. V). Circa idem tempus[1] *Urbano iam papa creato epistolas sequentes confecisse putandus est. Deinde si addidero exstare epistolam (nr. IX) ab Hugone cardinale ad Benonem missam, plura non habeo, quae de eo proferam. Epistolae ipsae, etsi nonnulla scitu digna continent, quanto Gregorii odio, quantis quamque inanibus conviciis refertae sint, satis notum est; nec mirandum Benonem et summas Orthwini, Melanchthonis*[2]*, Goldasti laudes et maximam catholicorum vituperationem incurrisse. Id certe haec epistolae ostendunt, quantopere diuturnum illud inter regnum et sacerdotium certamen animos perverterit. Neque enim auctor satis habuit Gregorium calumniari, sed etiam quae de antecessoribus eius malam in partem vulgo narrabantur avide retulit; ita ut demonstrare conaretur Gerberti artium magicarum hereditatem Hildebrandum adiisse.*

Tertia epistola anonymi est auctoris, sed quam cum Schnitzero[3] *eidem Benoni assignandam esse putaverim. Constat tribus partibus, quarum prima (c.* 1—6*) statuta in concilio Romano a.* 1078. *promulgata, secunda (c.* 7—13*) Gregorii epistolam a.* 1076. *ad Herimannum Mettensem missam, tertia (c.* 14—17*) eiusdem ad eundem anni* 1081. *epistolam impugnat. C.* 14. *etiam Urbani II, Anselmi Lucensis, Deusdedit cardinalis decreta obiter attinguntur.*

Quarta, nona, decima Hugoni cuidam cardinali diacono adscribendae sunt, septima ad eundem missa esse videtur. Fuit is homo inconstantis sane animi et qui varias expertus sit fortunas. Nam primo quidem ab Urbani parte stetit, pro qua multa mala passum esse ipse testatur, ac concilio Placentino a. 1095. *subscripsit*[4]*; tum tribus*[5] *annis post eiusdem concilii damnationi in synodo Romana a schismaticis habita assensit*[6]*. Quo tempore cum Mathildam comitissam*[7]*, quae ei quondam favebat, ab Urbano alienare temptaret*[8]*, odium atque inimicitiam eius sine fructu sibi adscivit, ita ut Clemens papa eum hac de re consolaretur*[9]*. Ceterum dubito, an hic Hugo idem sit ac* Hugo *ille* orthodoxus, *cuius Wattenbach V. Cl.*[10] *contra Manegoldum edidit versus. Nam et noster non semel indulget in Liberii et Anastasii secundi paparum depositione appellanda*[11]*, et apud illum legitur:*

v. 50. Liberium dampnat Romanus presbiter unus;
Errat Anastasius, sed et hic a sede ligatur.

Quae exempla in hac quidem epistolarum serie saepissime, in aliis vero huius generis libellis rarius inveniuntur. Denique Hugonem nostrum totius huius corporis auctorem fuisse supra conieci; sed conieci tantum. Quinta, sexta, octava epistola pertinent ad synodum schismaticorum a. 1098. *Romae congregatam, in qua statuta concilii Placentini reiecta sunt. Atque quinta quidem decreta ipsius synodi continet. Sexta, cuius initium tantum exstat, a Romano cardinale, qui et ipse illius synodi particeps fuit, scripta, generales contra Hildebrandinos querimonias continuisse videtur. In octava schismatici ad statuta Urbani refellenda magnam testimoniorum ortho-*

1) *Quamquam mirum videtur eum etiam post Gregorii mortem tantis calumniis indulsisse.* 2) *Qui in editione Chronici Urspergensis, Argentor.* 1537, *inter a.* 1079. *et* 1080. *non pauca ex Benonis epistolis interposuit; cf. Schnitzer l. l. p.* 73. 3) *L. l. p.* 90. *Verba epistolae, in quibus S. praecipue nititur:* sicut plenius invenitur in libro, quem transcripsimus de Romanae ecclesiae Gestis, *Francke a collectore postea adiecta esse coniecit; cf. supra p.* 366, *n.* 1. 4) *Cf. Mansi XX, col.* 809. 5) *Cf. ipsius verba nr. IV:* ad quem (Urbanum) revocandum trium annorum dies et noctes . . . . frustra consumpsi. 6) *Cf. nr. VIII; nr. IV. IX.* 7) *Nr. X:* non immemor gratiae quam exhibuistis paupertati nostrae. 8) *Quamquam in his litteris nonnulla obscuriora insunt, eas tamen ad Urbanum, non ad Paschalem II, ut Sudendorf et Francke opinati sunt, pertinere cum Schnitzero (p.* 21, *n.* 5*) persuasum habeo. E. D.* 9) *Nr. VII; cf. Jaffé, Reg. nr.* 5320. *et Schnitzer p.* 25, *n.* 1. 10) *Münch. S.-B.* 1873, *p.* 732. 733. *Nunc denuo ed. Libelli I, p.* 430*; cf. Schnitzer p.* 91. 11) *Nr. IV. X.*

doxorum farraginem congerunt. Ceterum finis huius epistolae usque ad literam cum c. 14. tertii libelli congruit; quare haec duo scripta, quorum omnino tenor consimilis est, unius auctoris esse crediderim.

Undecimus denique numerus capita nonnulla concilii Toletani sexti de regum electione et auctoritate continet, quibus anonymus quidam ex decretis Nicolai I. papae pauca addidit.

Capitum divisiones, ubi inveniuntur, a me institutae sunt[1].

K. FRANCKE.

GESTA ROMANAE AECCLESIAE CONTRA HILDEBRANDUM.

I.[a]

f. 1.

Reverentissimae[b] matri sanctae Romanae aecclesiae devotus filius eius et humilis servus Beno, cardinalium archipresbiter.

Cum de omnibus Romanae aecclesiae cardinalibus fere solus Eusebius Liberium papam declaraverit hereticum[2], et clerici Romanae aecclesiae Anastasium secundum, duas aecclesias excommunicatis[c] communicando facientem, dampnaverint[3], non absurdum estimavi maiorum nostrorum nomina atque dignitates memoriae commendare, qui Hildebrandum dimiserunt[d], cuius[e] gravissimos[f] et intolerabiles[g] errores publice detestati numquam ad eum reversi sunt. Diversas etiam scolas[4] Romanae aecclesiae litteris[h] adnotavimus, que ab eius communione recesserunt. Leo tunc[i] temporis archipresbiter 1084. cardinalium et Beno et Ugobaldus[k] et Iohannes[5] cardinales[l] et Petrus[6] cancellarius et cardinalis[7]: ordinati ante tempora Hildebrandi, Hatto[m], Innocentius, Leo: hii tres ab eo consecrati, deseruerunt eum, errores eius execrati; similiter Theodinus archidiaconus[8], quem ipse constituit archidiaconum, et alii cardinales diaconi: Iohannes modo archidiaconus et Crescentius, Iohannes primicerius scolae cantorum cum omnibus suis; Petrus oblationarius cum omnibus suis excepto uno; papa[n] prior scolae regionariae[9] cum omnibus suis subdiaconibus, archiacolitus et subpulmentarius cum suis; Centius[o] iudicum primicerius cum aliis iudicibus[p] et cuncti milites signa banda[q.10] gestantes, prior scriniariorum cum plerisque suis. Ipsi[r] etiam episcopi cum iam vellent[s] eum deserere[t], Hildebrandus, convocatis ad se laicis, eis consilium suum aperuit[u] et, quod episcopos a colloquio cardinalium vellet separare, indicavit[11]. Post hec ipsos episcopos con-

a) Incipiunt Gesta Romanae aecclesiae contra Hildebrandum 1; I. G. R. eccl. c. H. qui fuit dictus Gregorius septimus 2. b) *ita* 1; reverend. 2. *S.*; revendissime 3. c) excommunicationes 2; excommunicatis 3. d) reliquerunt 3. *S.* e) eius *alio atram. corr.* cuius 1. f) int. et gr. 3. *S.* g) intoll. 3. h) literis 3. i) tum 3. k) Ugobaldus *codd.; videtur autem emendandum esse* Ugo Albus *Sackur.* l) cardinalis 2. *S.* m) Natro 2. *S.* n) *ita* 1. 2. *S.;* Poppo *immut. Rein.* o) census 3. p) iuditibus 1. q) signabunda 2; signa bander 3. r) Proximi 2. s) eum vell. 3. t) deferre 2. u) apperuit 3.

1) *Cum socius noster bene meritus K. Francke, nunc professor Americanus, operam suam in Benone edendo iam ante sex annos consumpserit, facere non potui, quin haud pauca et in praefatione et in notis ab eo additis corrigerem. E. D.* 2) *Cf. A. SS. Aug. III, p.* 166 *E; Döllinger, 'Papstfabeln' ed. alt. p.* 126 *sqq.* 3) *Lib. pont. ed. Duchesne I, p.* 258. 4) *I. e. officia.* 5) *Episcopum illum Portuensem hic intellegi, qui una cum Hugone Candido et Petro cancellario in synodo Quedlinburgensi a.* 1085. *excommunicatus est (Bernoldus p.* 443*), crederem, nisi de presbyteris tantum cardinalibus hoc loco agi videretur.* 6) *Qui inde a Martio mense a.* 1074. *usque ad finem a.* 1083. *non paucis Gregorii bullis subscripsit; cf. Jaffé, Reg. p.* 594. 7) *Certe presbyter cardinalis et bibliothecarius est; cf. Jaffé, Bibl. II, p.* 32. 372. 481. *S.* 8) *A.* 1076, *Apr. in ecclesia S. Petri interfuit, cum Robertus episc. Carnot. sacramentum oboedientiae praestaret; Jaffé II, p.* 233. *S.* 9) *I. e. regionariorum.* 10) *Vexilla; cf. Chron. Casin. I,* 24, *SS. VII, p.* 597. 11) *Zoepffel, 'Papstwahlen' p.* 106. *haec ad Gregorii electionem retulit; falso, ut videtur.*

vocavit, et turbis laicorum constipatus[a], sacramentum[b] ab ipsis episcopis cum terrore et minis exegit et extorsit, et in manu sua iurare coegit, ne umquam ab eo dissentirent, numquam regis causam defenderent, numquam superordinato sibi papae faverent vel obedirent. Quo facto, eos per principem Salernitanum[c. 1] in Campaniam misit, et sic eos a consorcio cardinalium et a Romana urbe separavit. Non solum episcopos, sed etiam urbis presbiteros et inferioris ordinis clericos, insuper et laicos iuramentis[d] alligavit, ne ulla ratione, ullo tempore, condescenderent in causa regis.

1073. Apr. 22. 2. Alexandro papa iuxta vespertinam horam defuncto, eadem die a[e] laicis contra canones electus est[2]. Sed cardinales non subscripserunt in electione eius[3]: sub anathemate enim canones precipiunt neminem eligi in sedem Romani pontificis ante diem tercium post sepulturam ipsius predecessoris[4]. Postquam aliunde ascendit, a consilio[f] removit cardinales sacrae sedis. Cum quibus personis consilia sua diebus et noctibus habuit, Roma vidit et audivit. Eiectis a consilio et a custodia eius cardinalibus, vita eius et fides et doctrina sine testibus fuit: cum sacri canones precipiant, ut in omni loco tres cardinales presbiteri et duo diaconi papam non deserant propter testimonium aecclesiasticum et propter stilum veritatis[5]. Scripturas sacras violenter intorsit in adiutorium falsitatis: quod genus idolatriae quantum sit, late[g] patet in scripturae sacrae campis spaciosis.

3. Preter voluntatem et consilium cardinalium, extra ordinem iudicandi sacris canonibus determinatum, imperatorem in nulla sinodo canonice accusatum, precipitan-
1076. ter excommunicavit, in qua excommunicatione nullus cardinalium subscripsit. Ut primum ad excommunicandum caesarem[h] de sede surrexit, sedes ipsa, noviter lignis fortissimis composita, subito Dei nutu terribiliter scissa est in plures partes; ut manifeste daretur intellegi, sessor[i] ille tam periculosa excommunicatione, tanta[k] presumptione quanta quamque[l] terribilia scismata seminaret[m] contra aecclesiam Christi, contra sedem beati Petri, quam crudeliter dissiparet[n] cathedram Christi, conculcando[o] leges aecclesiae, imperando cum potentia et hausteritate. In descriptione eiusdem excommunicationis ea interseruit, in quibus manifeste a fide catholica erravit; cum iniuste excommunicaret[p]
1078. imperatorem et episcopos communicantes ei, excepit ab excommunicatione tercio[q] gradu communicantes[r] eis[s], et unitatem aecclesiae scindens, quantum in ipso fuit, duas aecclesias fecit.

4. Idem presumptor ieiunium indixit cardinalibus, ut Deus ostenderet, quis rectius sentiret[s] de corpore Domini[t], an Romana[u] aecclesia, an Berengarius[7]: per hoc manifeste probatus infidelis, cum in Niceno concilio[8] scriptum sit, quia *dubius in fide, infidelis est.* Et de corpore Domini signum quesivit[v], quod petente beato Gregorio ad firmandam mulieris fidem contigit[9], quando panis[w] Christi formam accepit digiti.

a) stipatus *S.* b) sacramentis 3. c) Salernitarum 1. d) momentis 2. e) c. can. a. l. 2. *S.* f) concilio 2. g) latet 3. h) casarem 1. 2. i) quanta sessor 3. k) et praes. 3. l) *ita* 3; quem 1; quenquam 2. m) seminatis 2. n) dissipatis 2. o) inc. 2. 3. *S.* p) ret *e corr.* 2; excommunicatum *S.* q) et tert. 2. 3. *S.* r) communicates 3. s) sentieret 3. t) Christi 2. u) Romanane *S.* v) consivit 2. w) f. p. Chr. 2.

1) *Gisulfo II. principi Salernitano a Gregorio* regionem Campanicam *traditam esse auctor est Guillerm. Apul. III,* 464, *SS. IX, p.* 275. 2) *Cf. Bonizonis Liber ad amicum, Libelli I, p.* 601. 3) *Quod ipsorum cardinalium de electione Gregorii commentario, Jaffé, Bibl. II, p.* 9, *refutatur. Cf. tamen Wido Ferrar. II, Libell. de lite I, p.* 553. 4) *Cf. Bonifacii III. decretum a.* 607, *Lib. pont. ed. Duchesne I, p.* 316. 5) *Cf. Lucii papae decr. c.* 1, *ed. Hinschius p.* 175; *cf. supra p.* 263. *D.* 6) *In synodo Rom. a.* 1078, *Jaffé, Bibl. II, p.* 309. 7) hereticum Berengarii antiquum *discipulum etiam Acta Synodi Brix. eum vocant, Jaffé V, p.* 125. *S.* 8) *Decreta Iulii papae c.* 12, *ed. Hinschius p.* 468. 9) *Pauli Diac. V. S. Gregorii c.* 23, *Gregorii opp. IV, col.* 10. 11. *D.*

Et misit duos cardinales, Attonem et Cůnonem[1], apud[a] sanctam Anastasiam[b], ut cum Suppone[2], eiusdem aecclesiae archipresbitero, triduanum ieiunium peragerent, et illis tribus diebus singuli per dies singulos psalterium et missas decantarent ut supra dictum[c] signum eis Christus ostenderet: quod[d] minime contigit.

5. Imperator solitus[e] erat frequenter ire ad orationem ad aecclesiam sanctae Mariae, quae est in monte Aventino[3]. Hildebrandus autem, cum per exploratores suos omnia eius opera sollicite inquireret, locum, in quo frequentius imperator vel stans vel prostratus orabat, notari fecit: et quendam promissa pecunia ad hoc induxit, ut supra trabes aecclesiae occulte lapides magnos collocaret et ita aptaret, ut de alto super caput orantis imperatoris demitteret et ipsum contereret. Quod minister tanti sceleris cum festinaret implere et lapidem magni ponderis super trabes aptare vellet, lapis pondere suo eum traxit, et fracto[g] sub trabibus, et lapis et ille miser homo Dei iuditio in pavimentum aecclesiae decidit[f] et eodem lapide contritus periit[h]. Et huius rei gestae ordinem postquam Romani agnoverunt[i], pedem illius miseri fune ligaverunt et triduo per plateas urbis ad exemplum trahi fecerunt. Imperator autem solita clementia iussit eum sepeliri[4].

6. Iohannes Portuensis episcopus, qui intimus[5] fuerat secretis[k] Hildebrandi, ascendit in ambonem beati Petri, et inter multa, audiente clero et populo, ait: 'Tale quid fecit Hildebrandus et nos, unde deberemus[l] vivi incendi', significans de sacramento corporis Domini, quod Hildebrandus, responsa divina querens contra imperatorem, fertur iniecisse igni, contradicentibus cardinalibus, qui assistebant ei.

7. In pascha Domini feria secunda, cum ad aecclesiam sancti Petri ad missam clerus et populus convenisset, post euangelium in ambonem ascendit, sicut erat indutus pontificalibus indumentis. Et in presentia episcoporum et cardinalium, in frequentia cleri et senatus et populi Romani publice clamavit inter multa suae divinationis[m] verba[6]: 'Regem Heinricum usque ad proximum sancti Petri festum sine dubio moriturum aut a regno penitus deiciendum, in tantum ut ulterius non posset congregare plus[n] quam sex milites'. Predicavit etiam episcopis et cardinalibus et omnibus qui aderant de[o] ambone clamans: 'Nullo modo habete[p] me pro papa ulterius, sed ab altari me avellite, si usque ad[q] predictum festum prophetia haec effectum non habuerit'. Eisdem diebus paravit imperatorem perdere per occultos proditores, Deus autem eum[r] custodivit. Et eodem tempore fuerunt nonnulli, qui estimarent[s] ipsum Hildebrandum conscium extitisse et ordinatorem proditionis: quia eisdem diebus paulo ante proditionem de morte regis falso prophetare[t] presumserit[u]. Quod verbum vehementer[v] percussit corda multorum. Et palam factum est Hildebrandum voce propria in conventu aecclesiae esse dampnatum, qui, ut dictum est, iudicaverat se nullo modo esse papam neque pro papa ulterius habendum, sed proditorem et mendacem esse credendum, nisi usque ad proxi- 1076. Febr. 2.

a) ad *S.* b) *ita S.*; sanctum Anastasium 1. 2. c) datum 2. d) quo numine 2. e) freq. sol. est ire 3. f) *ita* 1. 2; fracta sub tr. tabula 3. *S.* g) cecidit 2. h) penitus est. Huius 3. *S.* i) cognoverunt *S.* k) a secr. 3. *S.* l) debeamus 2. m) damnationis 2. n) *deest* 3. *S.* o) in 2. p) habente 3. q) ad hoc pr. 2. r) illum 2. s) existimaverunt *S.* t) prophetata 3. *S.* u) presumpsit 2. 3. *S.* v) *bis scr.* 1.

1) *Presb. card. tituli S. Anastasiae in Registro Gregorii VII. occurrit a.* 1076. *et* 1077. *(Jaffé II, p.* 233. 259*). S.* 2) *Qui in Ann. Rom., SS. V, p.* 472, Suppus *audit.* 3) *Hoc monasterium hospitium abbatum Cluniacensium Romanum fuit. S.* 4) *Cf. Vitam Heinrici c.* 7. *(SS. XII, p.* 276*), cuius auctor ex Benone hausisse videtur.* 5) *Cf. Mathildis epistol. (SS. VIII, p.* 463*):* Preterea episcopum Portuensem secum ducit (*scil.* rex), quoniam olim fuit familiaris domini papae. *D.* 6) *Cf. Bonizo ad amicum l. c. Libelli I, p.* 616*; cf. n.* 8. *de tempore. Sigebertus a.* 1080, *SS. VI, p.* 364.

mum festum sancti Petri imperator moreretur aut omni honore spoliaretur, adeo ut
cf. Tit. 3, 11. ultra sex milites congregare non posset: et divino nutu actum est, ut a se ipso quoque
Deut. 18. dampnaretur hereticus. Sic ait[a] apostolus[b]. Dominus ipse inquit: *Propheta, qui arro-*
20—22. *gantia depravatus voluerit loqui in nomine meo, que ego non precepi, ut diceret, aut ex nomine aliorum deorum*[c], *interficietur. Quod si tibi tacita cogitacione responderis: Quomodo possum*[d] *intelligere verbum, quod Dominus non est locutus? hoc habebis signum, quod in nomine Domini propheta predixerit, et non evenerit, hoc Dominus non est locutus, sed per tumorem animi sui propheta confinxit, et idcirco non timebis eum.* Tempore autem transacto, quod Hildebrandus in divinatione sua prefixit, rege vero neque mortuo neque militibus suis imminuto[e], timens se suis verbis deprehensum et ore proprio condempnatum, ad callida argumenta se convertit, persuadens vulgo indocto non de corpore regis, sed de anima[f.1] prophetasse: quasi anima regis milites omnes preter sex perdidisset, vel illo spacio mortua esset. Et his verbis vulgum[g] indoctum delusit. Contra huiusmodi prophetas beatus Gregorius super Ezechielem ait[2]: *Inter prophetas veros et falsos ista est distantia, quia prophetae veri, si quid aliquando per suum spiritum dicunt, per*[h] *Spiritum sanctum cicius corriguntur; prophetae autem falsi et falsa denuntiant, et alieni a sancto Spiritu in sua falsitate perdurant.*

8. Tres homines non convictos, non confessos, absque secularibus iudicibus Hildebrandus morti adiudicavit, et eos in patibulis[i] iuxta aecclesiam sancti Petri, in loco qui dicitur Palatiolum, interfici suspensos coegit, sine dilatione, sine discussione, contra leges, quae precipiunt etiam manifestos reos infra spacium et retractionem triginta dierum non interfici. Quae etiam apud paganos vigent et servantur, sicut docet auctoritas beati Ambrosii[3] et Passio sanctorum Marcelliani[k] et Marci[4]. Cencium, filium prefecti Stephani, prius fidelem suum, in carcerem misit, et in vase undique aculeis vestito eum[l] diu mille mille mortibus cruciavit[5]. Qui postquam evasit, ipsum
1075. Hildebrandum cepit. De cuius captione antequam evaderet, omnibus, qui captionis illius cooperatores fuerant, hoc debitum publice remisit, quod postea infideliter vindicavit. Cencium, cui omnia remiserat[6], persequi cepit, et novem de hominibus Cencii in patibulis suspendio interficit[m] ante portam[n] sancti Petri. Filius cuiusdam viduae captioni eius interfuit, cui cum multis aliis penitenciam[o] et exilium anni[p] unius indixit. Quo expleto vidua, ampliori satisfactione volens placare animum Hildebrandi, funem inmisit collo filii sui et, fune filium trahens, pariter cum filio ad pedes Hildebrandi procidit[q], dicens: 'Domne papa, de manu tua volo recipere filium meum, qui exilium unius anni et penitentiam a te iniunctam portavit'. Ad haec Hildebrandus in presenti propter eos qui aderant iram dissimulans, filium ei reddidit, cum hausteritate dicens: 'Vade, vade, femina, dimitte me in pace'. Postea missis[r] apparatoribus[s] suis, filium viduae apprehendit et iudicibus, ut eum morti dampnarent, precepit. Qui uno ore responderunt se ulterius non posse illum condempnare, qui ad iuditium papae confugisset, et penitentiam et exilium unius anni ab ipso papa iniunctum iam implevisset. Ad haec gloriosus Hildebrandus iudicibus iratus, precepit abscidi pedem filio viduae,

a) *deest* 2. b) apostolicus 3. c) dominorum 2. d) possumus 2. e) immunito 2. f) a regis pr. 2. 3. *S.* g) *ita* 1. 2. *S.*; vulgus 3. h) per Sp. s. *des.* 2. 3. *S.* i) partibus 3. k) Marcellaini 3. l) e. d. *des.* 3. *S.*; *ubi* mille et mille. m) interfecit 2. 3. *S.* n) portas 2. 3. *S.* o) pecuniam 3. p) u. a. 2. 3. *S.* q) protulit 2. 3. *S.* r) missus 3. s) *ita* 1. 2; apparitoribus 3. *S.*

1) *Cf. Bonizonem l. l. p.* 617. 2) *Homil. in Ezech. I,* 1, § 17, *Opera I, col.* 1181 *B.* 3) *Cassiod., Hist. Tripart. IX,* 30; *Opp. I, p.* 343. 4) *A. SS. Iun. III, p.* 569 *F.* 5) *Cf. Widonem Ferrar. II; Bonizo ad amicum VII, Libelli I, p.* 557. 605. 6) *Cf. Paulus Bernried. c.* 55, *Watterich I, p.* 504; *Schnitzer ('Histor. Abhandl. aus dem Münchener Semin.' II, p.* 39).

quae frustra apud Hildebrandum estimaverat penitentiam et leges et iura valere. Et pede truncatus dolore illo post triduum mortuus est.

9. Multa quidem et[a] alia fecit Hildebrandus, in quem[b] clamat sanguis aecclesiae, gladio linguae eius miserabili proditione effusus, propter quae[b] a communione eius iustissime aecclesia recessit, sicut fecerunt *maiores[c] nostri temporibus apostatarum Liberii et Anastasii[1]. Ut Liberio[d] festum celebraretur, iussit. Hoc precepto eius heresim firmavit[e], qui ex laudabilibus iniciis[f] venerandus dampnabiles exitus habuit. Die quadam cum de Albano Romam veniret, oblitus est secum afferre[g] familiarem sibi librum nigromanticae artis[2], sine quo nusquam aut raro incedebat. Quod cum in itinere ei ad memoriam redisset, in introitu portae Lateranensis festinanter[h] vocavit duos de familiaribus suis, assuetos et fidos ministros scelerum suorum, et ut eundem librum citissime sibi afferrent, precepit et terribiliter interminatus est, ne librum in via aperire presumerent nec ulla curiositate secreta libri investigarent. Sed quanto amplius inhibuit, tanto vehementius eorum curiositatem ad investiganda eiusdem libri archana accendit. Igitur dum in reditu librum reserassent, et diabolicae artis precepta curiose legerent, subito affuerunt angeli satanae, quorum multitudine et horrore duo illi iuvenes prope effecti amentes, vix ad se reversi sunt. Et, ut ipsi retulerunt, maligni spiritus instabant, dicentes: 'Ad quid nos vocastis? quare fatigastis? cito precipite, quid[i] nos agere velitis[k], alioquin insurgemus in vos, si nos diutius tenueritis'. Ad hoc alter iuvenum: 'Festinanter', inquit, 'muros illos deicite'. Et haec dicens manu ostendebat[l] muros altos vicinos Romae, quos in momento maligni spiritus deiecerunt. Et iuvenes sanctae crucis signo se signantes, tanto terrore exterriti, trementes et palpitantes vix[m] Romam ad dominum suum pervenerunt. *f. 1'.

II.

Venerandis[n] aecclesiae Romanae patribus et dilectis in Christo et semper diligendis fratribus B[eno] cardinalis Romanae aecclesiae: fidele servicium et salutem servantibus aecclesiae catholicae communionem; de cuius communione et disciplina vel potestate frustra sibi adplaudit, quisquis iniuste ex potestatis presumptione quemquam[o] ligaverit vel solverit.

1. Iniuste autem ligat, quisquis aliquem paratum satisfacere et audientiam implorantem, neque convictum[p] neque sponte confessum anathematizat, immo se ipsum frustra maledicendo, quasi proprio iaculo in se retorto[q], maledicit et condempnat. O nova prodicio, procedens de sanctuario, immo de eo, qui ut summus sacerdos videbatur aecclesiam regere et senioribus iudicibus[r] preesse. Instabat[s] Hildebrandus imperatori, ut eiceret episcopos symoniacos. Imperator credens quasi ex zelo legis, quasi a throno Dei procedere haec[t] mandata, sine mora obediebat, sine mora, sine discussione, sine iuditiario ordine episcopos eiciebat: dum per hanc obedientiam se Deo sacrificare[u] estimabat, dum adhuc versucias Hildebrandi minus intelligebat. Hildebrandus vero expulsos a rege symoniacos relocabat, et quos regi infestos reddiderat, eos sibi familiari amicicia conciliabat[v], et multis et magnis iuramentis sibi fidos et obnoxios efficiens, pre aliis exaltabat. Et modico tempore his artibus regia domo perturbata et pene

a) *om.* 2. *S.* b) quod 2. c) imperatores 2. 3. *S.* d) Liberii *S.* e) confirm. 2. f) meritis venerandum 2; mer. damnabiles *S.* g) ferre *S.* h) festineratus 2. i) quod *S.* k) vultis 2. *S.* l) ostendit 2. *S.* m) iuxta 2. n) Reverendis 2. o) quicquam 2. p) convinctum 1. q) intorto *S.* r) iuditibus 1. s) Hild. inst. *S.* t) hoc mandatum 2. u) sacrifacere 2. v) rec. 2. *S.*

1) *Cf. supra I, 1, p. 369.* 2) *Gregorium necromantiam coluisse Petrus Crassus (Libelli I, p. 451) et Acta conc. Brix. (Jaffé V, p. 135) fabulantur. S.*

amicis destituta, sibi vero amicitia maiorum principum comparata, ex improviso sine legitima accusatione, sine canonica vocatione, sine iudiciario ordine obedientem sibi imperatorem excommunicavit, et regni principes ab eo separavit. Et cum apostolus pre-
1.Thess.4,6. cipiat, *ne quis circumveniat in negotio fratrem suum*, quantum in eo fuit mortificavit potius quam castigavit. Si[a] autem imperator multimodis[b] circumventus, preter canonicum ordinem excommunicatus et consensu Hildebrandi et consilio magna ex parte imperii honore expoliatus et bellis et cedibus immensis fidelium suorum pregravatus, frustra canonicam audientiam imploravit, et extortam confessionem invitus[c] coactus
1077. apud Canusium in presentia[d] Hildebrandi protulit: dicite, queso, qui iusticiam diligitis, qui ad dexteram vel sinistram favore alicuius personae declinare non nostis, dicite, queso: si confessio tantopere[e] extorta cuilibet pauperi, nedum cesari, preiudicare debuit? si ex confessione extorta potius non extitit reus canonum hic, qui extorsit, quam qui perverse iudicatus perversoris iudicis iniuriam et violentiam patienter et publice et cum lacrimabili afflictione, nudis pedibus in laneis vestibus, hieme preter solitum
1. Cor. 4, 9. aspera, apud Canusium 'spectaculum angelorum factus et hominum' et Hildebrandi ludibrium, triduo pertulit? Dicite, queso, si quisquam sanctorum pontificum quemquam plebeium, nisi aut sponte confessum aut in synodo convictum, nec in eadem provincia, sed in longinquis terrarum partibus semotum, tam precipiti iudicio dampnare presumpsit? si quis tam audacter abusus est potestate ligandi et solvendi? Equidem Ambrosius Theodosium ligavit, sed presentem, sed sponte confessum[1]. Maximus Salonitanus episcopus, per plures annos extra provinciam sui episcopatus apud Romam apud beatum Gregorium de symoniaca heresi, de diversis adulteriis accusatus, VII°.[f] tandem anno, deficientibus accusatoribus, sacramento sola manu prestito, purgatus est, sicut in Registro eiusdem beati Gregorii legitur[2]. Et beatus Augustinus in libro de pœnitentia[3]: *Satis,* inquit, *ostendit apostolus non temere et quomodolibet, sed per iuditium auferendos esse malos ab aecclesiae communione, ut, si per iuditium auferri non possunt, tolerentur potius, ne perverse malos*[g] *evitando, ab aecclesia ipse discedens, eos, quos fugere videtur, vinciat ad gehennam. Multi,* inquit[4], *corriguntur, ut Petrus; multi tolerantur, ut Iudas; multi nesciuntur, donec veniat Dominus, qui inluminet abscondita tenebrarum. Et quidam,* inquit[5], *metuentes*[h] *precepta severitatis, quibus ammonemur corripere inquietos, non dare sanctum canibus, ut ethnicum habere aecclesiae contemptorem, a compage corporis menbrum quod scandalizat evellere, ita perturbant aecclesiae pacem, ut conentur ante tempus separare zizania, atque hoc errore cecati, ipsi potius a Christi unitate separentur. Qualis nobis causa est adversus scismata Donati, et*[i] *non cum illis, qui noverunt Cecilianum non veris, sed calumniosis criminibus appetitum, et perniciosam sententiam suam mortifero pudore non deserunt, sed cum illis, quibus dicimus: Etiamsi mali fuissent, propter quos in aecclesia non estis, vos tamen eos ferendo*[k], *quos emendare aut segregare minime poteratis, in aecclesia permanere debuistis.* Et paulo post[6]: *Nos,* inquit, *ad sanam doctrinam pertinere arbitramur ex utrisque testimoniis vitam sententiamque moderari, ut canes in aecclesia propter pacem aecclesiae toleremus et canibus sanctum, ubi aecclesiae pax tuta est, non demus.*

2. Hildebrandus autem non solum aecclesiae conturbavit[l] pacem, sed etiam aecclesiasticam scidit unitatem, et unice fidei vestem inconsutilem: dum caesarem et episcopos

a) Sic *S.* b) multimode *S.* c) invitus ac co. *S.* d) provincia 2. e) tanto tempore 2. *S.* f) VII° 1; unde 2; uno *S.* g) m. quisque ev. *A.* h) intuentes *A.* i) et hoc non *A.* k) ferendos *S.* l) pert. 2. *S.*

1) *Hist. Tripart. IX,* 30, *Cassiod. opp. I, p.* 343. 2) *Reg. IX,* 79, *Opp. II, col.* 991; *Jaffé* 1704; *Ioh. Diac. Vita Gregorii IV,* 13, *Opp. IV, col.* 130. 3) *Sermo* 351, *c.* 4, § 10, *Opera V, col.* 1360 *C.* 4) *Ibid. col.* 1359. 5) *De fide et operibus* § 6, *l. l. VI, col.* 168. 6) *Ibid.* § 7.

communicantes caesari absque iuditiario ordine excommunicabat, et tercio gradu communicantes eis ab excommunicatione nova pietate excipiebat: quos huiusmodi artibus 1078.
et regi subducere et sibi allicere festinabat. Dicant nunc Hildebrandi discipuli, quibus commentis, quibus coloribus deaurare possint, quod ipse Hildebrandus in sinodo generali heretica predicavit, predicando excommunicatis communicare consensit, predicata scripsit, predicatione et scriptis alteram catholicorum[a], alteram excommunicatorum aecclesiam faciens, unitatem scidit et scripta per orbem terrarum disseminavit; predicando, scribendo, scripta disseminando se ipsum hereticum manifestavit, et ore proprio, et confessione hereseos non extorta, divino urgente iuditio, condempnavit, dum vulgus erroneum sanctum estimaret et apostolis exaequaret spiritum tanti erroris, cum etiam prudentiores eius laqueis caperentur et inducerentur in temptacionem, si fieri posset, etiam electi. Mentimur, nisi tredecim[1] cardinales sapientiores et religiosiores, ipse archidiaconus et ipse primicerius, et multi alii Lateranensium clericorum, quorum iuditio ex privilegio sanctae sedis totus subiacet mundus, apostasiam eius intolerabilem perpendentes, ab eius communione recesserunt. Dicant, oramus, Hildebrandi discipuli, qua presumptione magister eorum unitatem aecclesiae in duas vel plures partes divisit? Si enim cesarem iniuste et absque iuditiario ordine dampnavit, se ipsum potius ab aecclesia separavit. Si vero iuste excommunicationis gladium in caesarem vel episcopos communicantes caesari exeruit, quare communicantes ipsis episcopis tercio gradu per scripturam excipiendo absolvit? Numquid[b] etiam unius diei infans ab excommunicatis conceditur aliqua necessitate baptizari, vel ab excommunicatis baptizatus et continuo mortuus, creditur salvari? Equidem sacer[c] Calcedonensis canon[2] predicat apud hereticos non posse ad salutem baptizari, et dampnat eos, qui parvulos extra aecclesiam baptizandos obtulerint. Quid proprie de parvulis aput excommunicatos baptizatis beatus Augustinus[3] scribat Bonefacio episcopo, in serie eiusdem epistolae facile et lucide potest repperiri. Repperitur et hoc ipsum in epistola beati Gregorii[4], quam pro parvulis sollicitus, episcopis Longobardiae misit. Repperitur etiam multipliciter in campis sacrae scripturae latis et spaciosis. Gloriosus autem Hildebrandus et pedissequus eius Turbanus, nova potestate solventes decreta Calcedonensis concilii, non solum verbis, sed et scriptis publicis consenserunt extra aecclesiam communicare et baptizari[d]: quam caeci essent, quam heretici, scriptis propriis deprehensi. Pro nefas, hii presumpserunt de aecclesia iudicare, qui nusquam reperiuntur non errasse, quibus etiam ipsa veritas reputatur in mendacium, quam solo fallendi studio verbis et scriptis suis, ne venena erroris eorum perciperentur, quasi mel veneficorum more admiscuerunt. *Mendatium enim est,* ut beatus Augustinus ait[5], *omnis enuntiacio prolata intentione fallendi.* Uterque autem, Hildebrandus scilicet et Turbanus, in heresim Liberii recidit, qui, postquam publice communicavit excommunicatis, duas aecclesias faciens, unitatem scidit. Sed non tacuit beatus presbiter Eusebius, quo legitime defendente unitatem usque ad mortem, et vita et morte eius clarificante doctrinam catholicam, Liberius declaratus est hereticus[6]. Liberium unus Eusebius communionem eius deserendo, et iuxta euangelium tamquam ethnicum et publicanum devitando, ligavit, uno spiritu cum beato Augustino[7] magis opere quam verbo dicens: *Cepisti habere fratrem tamquam publicanum, ligas illum in terra, sed ut iuste facias*[e] *vide, nam iniusta vincula iusticia disrumpit.*

a) catholicam *S.* b) nunquam *S.* c) ecclesiae *male add. Rein.* d) baptizare 2. *S.* e) alliges *A.*

1) *Cf. I,* 1, *supra p.* 369, *ubi usque ad Petrum oblationarium tredecim cardinales numerantur.* 2) *C.* 14, *Mansi VI, col.* 1228; *ed. Hinschius p.* 286. 3) *Epist.* 98, *Opera II, col.* 266 *B.* 4) *Reg. I,* 17, *ed. Ewald I, p.* 23; *Jaffé* 1085. 5) *Contra mendacium c.* 4, § 4, *Opera VI, col.* 464 *G.* 6) *Cf. I,* 1, *supra p.* 369. 7) *Sermo* 82, § 7, *Opera V, col.* 442 *G.*

Unus Eusebius Liberium recedendo a communione eius ligavit: quanto magis Hildebrandus in errore perseverans cum angelis suis apostaticis dampnatus et[a] in abissum relegatus est, Romanae aecclesiae patribus ab eius communione recedentibus et eius hereses et ligandi et solvendi abusionem execrantibus. Anastasius papa canonice intravit; sed quia uni excommunicato sine satisfactione publica communicavit, quidam Romanorum clericorum ex potestate et privilegio sanctae sedis communionem eius deserentes, eum ligaverunt, quia communicando excommunicato aecclesiam dividere presumpsit[1]. Hildebrandus vero a discipulis suis sanctus predicabatur, quasi aequalia et longe deteriora non commiserit, quasi Romanae aecclesiae clerici et laici publice ab
cf. 2. eius communione non recesserint.

3. Sileant ypocritae, sicut ait beatus Petrus[2] piratis similes, beati Petri navem[b], igne maliciae sub nomine catholico, sub obtentu iusticiae artificiosę subposito, destruentes[c] et fere demergentes. Obstupescant pseudoprophetae ad vocem Petri, facie humiles[d], in cauda scorpiones, lupi sub ovina pelle latentes, corpora trucidantes in oris gladio et animas pariter devorantes: quorum religio nichil aliud redolet, nisi prodi-
cf. 2. Tim. 3, 6. cionem et avariciam. Penetrantes domos viduarum captivas duxerunt mulierculas oneratas peccatis, sub[e] occasione inpacati temporis attendentes spiritibus erroris[f] doctrinis demoniorum[g], quas accepit Hildebrandus magister eorum a magistris suis: a Theophilacto qui cognominatus est nonus[h] Benedictus papa, a Laurentio Amalfitano[i] archiepiscopo[3], a Iohanne archipresbitero sancti Iohannis de Porta Latina, qui postea cognominatus est sextus Gregorius papa.

4. Theophilactus, sacrificiis demoniorum deditus, in silvis et montibus mulieres post se currere faciebat, quas magicis artibus ad sui amorem coegerat. Testantur hoc libelli ipsius inventi in domo eius, postquam vitam male finierat. Et haec fabula adhuc rusticis Romanorum est notissima. Is dum ad aecclesiam rediret de silvarum secretis, ubique secum habens predictum Laurentium, principem maleficiorum, cum eo etiam publice de matesi disputabat, et vulgus avidum novarum rerum novis divinationibus in sui ammirationem excitabat. Nomen autem Laurentii apud simplices pro eo habebatur celebre, quia videbatur aliquando ex improviso prophetare. Et de complice et discipulo suo papa securus, gaudebat etiam publice in conventu episcoporum et cardinalium et senatorum auguria sua magnificare et ad cantum avium subito augurio[k] denuntiare, quid ipsa die vel hesterna[l] vel nudiustercius factum esset in oriente et occidente, in meridie et[m] septemtrione, et in remotis[n] vel extremis terrarum partibus, sive de bellis sive de morte principum. Ad quem temptandum cum die quadam multi convenissent, subito audita est avicula, quae vulgo passer dicitur, dulces voces frequentare[4]. Et Laurentius subito interrogatus in presentia[o] Theophilacti et episcoporum qui convenerant, quid avis illa caneret, subito respondens: 'Avicula haec[p]', inquit, 'aliis canit aviculis, ut cito[q] conveniant ad portam maiorem, ubi modo fractus est[r] rustici[s] cuiusdam currus, et effusum est milium, quod super[t] ferebatur. Invitat autem frequenti cantu, ut illuc cito conveniant et saturentur'. Quo audito, plures adstantium concito cursu ad portam[u]

a) *deest* 2. *S.* b) nomen *S.* c) *ita* 2. *S.*; destituentes 1. d) *ita* 1; humana 2; humani *S.*; homines *corr. Jaffé.* e) sub occasionem in peccati t. 2. f) et *add. S.* g) demonum 2. *S.* h) n. p. B. 2; B. p. n. *S.* i) a Malfitano 2. *S.* k) auguria *corr.* augurio 1; auguria 2. *S.* l) externa 1. 2; ipso . . . hesterno *S.* m) in 2. *S.* n) remotioribus *S.* o) provincia 2. *S.* p) hoc 2. *S.* q) scito 1. r) *deest* 2. *S.* s) cuiusd. r. *S.* t) s. illum f. *S.* u) m. p. *S.*; maiorum p. 2.

1) *Cf. I*, 1, *supra p.* 369. 2) *Clementis I. epist.* 1. *ap. Pseudo-Isid. ed. Hinschius p.* 34. 3) *Hic in Iotsaldi V. Odilonis Cluniacensis abbatis amicus laudatur; cf. 'N. Archiv' XV, p.* 120. *S. Cf. de eo Desiderii dialog. III, init., Mabillon Acta O. Bened. IV,* 2, *p.* 451; *Petri Damiani de abdic. episc.* 3, *Opera II, p.* 426. 4) *Cf. ad hanc fabellam Schnitzer l. l. p.* 47.

maiorem alius alium certatim prevenerunt et sicut dixerat invenerunt. Auguria eius nullo divinae legis zelo vindicabantur, insuper a complice suo papa[a] magnificabantur. Unde factum est, ut aliqui curiosa sectati publice et libere frequentarent contubernium et magisterium eius. Morabatur autem in domo predicti archipresbiteri Iohannis de Porta Latina, qui studiose eius magisterio adherebat et imbuebatur artibus illius.

4. Theophilacto autem et Laurentio adhuc iuvenibus[b] infecerat urbem his maleficiis Gerbertus ille, de quo dictum est[1]:

Transit ab R. Gerbertus ad R. post papa viget R.

Et Gerbertus quidem, paulo post completum miliarium[c] ascendens de abisso permissionis divinae, quatuor annis sedit mutato nomine dictus Silvester secundus. Et per quae multos decepit, per eadem demonum responsa deceptus, morte improvisa Dei iudicio est interceptus. Hic[2] responsum a suo demone acceperat se non moriturum, nisi prius in Ierusalem missa ab eo celebrata. Hac ambage, hac nominis equivocatione delusus, dum civitatem Ierusalem sibi[d] predictam credit, Romae in aecclesia, quae vocatur Ierusalem, missam faciens in die stacionis, ibidem miserabili et horrida morte preventus, inter ipsas mortis angustias supplicat manus et linguam sibi abscidi[e], per quas sacrificando demonibus Deum inhonoravit. Et hic quidem dignum suis meritis[f] exitum invenit. Sed discipulos illius, Theophilactum et Laurentium, magistri mors teterrima a studiis idolatriae non absterruit, quibus ultio divina, ut paulo post dicendum est, non defuit.

5. Igitur post infelicem exitum Gerberti certamen erat inter discipulos ipsius, dum 1003.
quisque anhelaret ad rapiendum papatum sibi. Sedit autem post eum octavus decimus Iohannes, et quinto mense veneno suffocatus dicitur a suis. Huic successit nonus decimus Iohannes, et vix annum[3] peregit. Cui successit quartus[g] Sergius, et sedit tribus annis. Anno quinto[4] post Gerbertum sedit octavus Benedictus, laicus[h], frater Albrici 1012.
Tusculanensis, patruus Theophilacti, et undecimo anno decessit. Huic successit frater 1024.
eius carnalis, et patruus Theophilacti, vigesimus Iohannes, neophitus, et sedit annis novem. His duobus suis patruis successit Theophilactus, et anno vigesimo quinto[5] post 1033.
Gerbertum, magistrum suum, sedem fraudulenter obtinuit*, et condiscipulum[i] suum Laurentium et archipresbiterum Iohannem Gratianum intimos et secretorum conscios habuit.

6. Eodem tempore Hildebrandus, derelicto monasterio, predicto archipresbitero adhesit, et archiepiscopi Laurentii magisterium secutus in brevi factus est utriusque magistri imitator egregius. Qui cum vellet, manicas suas discutiebat, et in modum scintillarum ignis dissiliebat: et his miraculis oculos simplicium velud signo sanctitatis ludificabat. Et quia diabolus per paganos Christum publice persequi non poterat, per falsum monachum sub habitu monastico, sub specie religionis, nomen Christi fraudulenter subvertere disponebat. Sed quamvis peccatis exigentibus talia fieri permitteret dispensatio divina, tamen tempus retributionis propinquabat[k].

7. In diebus illis defuncto Cunrado, legis et religionis cultore fidelissimo, Roma- 1039.
norum imperatore augusto, Theophilactus, qui et Benedictus nonus, habito consilio cum familiari suo Laurentio et aliis suis complicibus, molitus est filium imperatoris Cunradi,

*) Theophilacto in silvis a demone suffocato, archipresbitero in exilium abducto, Laurentio in fugam precipitato. Anno igitur post Gerbertum vigesimo quinto Theophilactus discipulus eius sedem violenter obtinuit *add.* 1. 2. *S.*; *primus omisit Reineccius.*

a) semper 2; p. semper *S.* b) *ita* 2. *S.*; viventibus 1. c) millenarium *S.* d) pr. s. 2. *S.* e) *ita* 1. 2. f) inceptum 2. g) unus *S.* h) laxais 2. i) cum disc. 1. k) propinquabit *corr.* propinquabat 1.

1) *Cf. Sigiberti chron. a.* 992, *SS. VI, p.* 353. 2) *Hanc de Gerberto fabulam hic primo inveniri Döllinger l. c. p.* 186. *auctor est.* 3) *Immo plus quinque annos.* 4) *Immo nono.* 5) *Immo tricesimo.*

Henricum imperatorem, successione imperii exturbare, et in aecclesia scismata diversa seminare. Hoc enim est quod amplius exigitur a mundi principio a tenebrarum principe. Misit igitur[1] coronam Romani imperii Petro regi Ungarico. Sed ad Petrum expugnandum direxit imperator Henricus ducem Lotaringie Godefridum, virum fidelem et bello strenuum, et inter regni principes clarissimum. Qui primo conflictu Petrum bello captum imperatori[a] presentavit; presentatum vero imperator cecari iussit. Quo facto reges et omnes vicinas nationes, ne in eum aliquid presumerent, deterruit; et ut
1045. digna factis tanti scismatis auctori Theophilacto redderet, Romam venire disposuit. Quo audito, Theophilactus timore perterritus, vendidit papatum complici suo predicto archipresbitero aecclesiae sancti Iohannis de Porta Latina, magistro Hildebrandi, acceptis ab eo libris mille quingentis. Qui ascendens sacram sedem tantae iniquitatis gradibus, nomine mutato dictus est sextus Gregorius. Igitur Hildebrandus in scola tam profundae perversitatis usu et arte edoctus, erat tantorum fidus minister maleficiorum, et pessimis magistris peior discipulus. Quod ex fructibus perfidiae ipsius postea percepit aecclesia, per eum sub obtentu catholici nominis gravi scismate[b] lacerata; percepit et mundus, bellis feralibus et inmensis cedibus ipso auctore laniatus, et sub colore mellis veneno propinato heresibus nefandissimis prope suffocatus.

1044. 8. Eisdem diebus superpositus est in papatum predicto archipresbitero Sabinensis episcopus, qui mutato nomine dictus est Silvester tercius; et factum est, ut Romana aecclesia in partes diversas scindi videretur[2]. Cum autem tanta perversitas Romam
1046. ludificaret, divino nutu affuit imperator Heinricus, et, ut multa breviter concludam, religiosorum cardinalium precibus efflagitatus, ipsis auctoribus*, pro loco officii sui, pro officio imperiali, pro potestate sibi a sacris canonibus concessa, ad purgandam aecclesiam, ad exturbandum et ulciscendum in[c] sacrilegos, devotum se prebuit, Theophilactum in fugam coegit, sextum Gregorium in custodiam retrusit[d], quem postea in exilium abduxit[e], Sabinensem episcopum, quem non ambitio, sed vis ad papatum coegerat, ad sedem propriam redire compulit. Romana vero aecclesia eius respirans auxiliis, secundum Clementem papam elegit, sub quo aecclesiae unitas refloruit; a quo et subsequenter Romanorum imperator augustus venerandae memoriae Heinricus coronatus est, et pro tantis meritis unice glorificatus triumpho singulari, unici amoris privilegium, pellendo ydolatras symoniacos, et unitatem aecclesiae defendendo, promeruit[f]. Quibus strenue peractis, sextum Gregorium, ut supra dictum est, cum Hildebrando discipulo eius[g] in Teutonicas partes deportacione dampnavit. Nimia tamen pietate deceptus, nec aecclesiae Romanae nec sibi nec generi humano prospiciens, dum[h] novos idolatras nimis laxe habuit, quorum memoriam aeterno carcere a contagione hominum removere debuit. Defuncto autem in exilio sexto illo Gregorio, Hildebrandus perfidiae simul et pecuniae
1047. eius heres extitit. Eodem tempore Clemens papa defunctus est. Huic successit Damasus, et sedit viginti tantum et tribus diebus, veneno, ut dicitur, propinato suffocatus. Theophilactus enim magister Hildebrandi, post fugam reversus Romam cum familiari suo Laurentio, multis maleficiis sacram sedem vexabat, et per litteras discipuli sui Hildebrandi ea, quae in palatio imperatoris gerebantur, resciebat. Eo igitur immaniter vexante, iterum Romana aecclesia legatum ad imperatorem dirigit, ut consilio cardinalium papam eligendum Romam mittat, exposcit.

*) Romanam aecclesiam *add.* 1. 2. *S.*

a) imp. — reges *des.* 2. *S.* b) scismatę 1. c) *ita* 1. 2; vi *S.* d) reclusit 2. *S.* e) misit *superscr.* vel abduxit 1; misit 2. *S.* f) promovit 2. g) suo 2. *S.* h) *deest S.*

1) *De hac fabula cf. Steindorff, 'Heinrich III.' I, p.* 477. 2) *Cf. Bonizonem V, Libell. I, p.* 584.

9. Bruno igitur, qui et Leo, ex consilio cardinalium Romam invitus[a] coactus dirigitur. In cuius comitatu nimia imperatoris indulgentia permissus est reverti Hildebrandus[1], hac permissione sacerdotium pariter et regnum sub specie religionis eversurus et iuramenta imperatori prestita non diu servaturus. Brunoni igitur in[b] itinere multa 1049.
loquendo se subposuit. Et, ut Romam venit, optinuit[c] ab eo, ut fieret unus de custodibus altaris beati Petri. Et in brevi loculos implevit[2], et cui pecuniam illam committeret, filium cuiusdam Iudei noviter quidem baptizatum, sed mores nummulariorum adhuc retinentem, familiarem sibi fecit. Et iam diu conciliaverat sibi quendam alium incomparabilibus maleficiis assuetum, Gerhardum nomine, qui cognominabatur Brazutus[3], amicum Theophilacti, qui subdola familiaritate dicitur sex Romanos pontifices infra spacium tredecim annorum veneno suffocasse, quorum nomina haec sunt: Clemens, qui sexto Gregorio dampnato et Theophilacto expulso, sedit mensibus novem et dies septem; post Clementem Damasus, qui sedit dies viginti tres; post Damasum Leo, qui sedit annis quinque; post Leonem Victor, qui sedit annis duobus, mensibus tribus, diebus septem[4]; post Victorem Stephanus, qui sedit menses septem, dies viginti novem[d]; post Stephanum Benedictus, qui sedit menses septem, dies viginti. Hic non veneno, sed vi et dolis Hildebrandi fuit eiectus. Post Benedictum Nicolaus, qui sedit annis duobus, mensibus sex, diebus viginti quinque. Huius tempore Hildebrandus predictis duobus familiaribus suis pecuniam suam et consilia sua communicavit, et per eos venales linguas multorum sibi comparavit. Et post hec Theophilactum, antiquum suum[e] dominum et magistrum, simulantem penitentiam, Leoni papae in dolo reconciliavit, et Theophilacti consilio et factione ipsum papam Leonem contra Nortmannos animavit. Igitur Leo papa eorum dolos[f] minus intelligens et Romam deserens, Alpes transivit, et multis 1052.
Teutonicis sibi aggregatis, ad expugnandos Normannos Romam rediit et, Hildebrando et Theophilacto instigantibus, in Apuliam contra Normannos transivit. Et quia Theophilactus eum[g] manifeste ledere non audebat, simulato obsequio cum eo manens, et ingressus et egressus eius explorans, singula per secretos nuncios intimabat Normannis, et in manus eorum Hildebrando dictante ipsum papam tradidit. De quorum manibus 1053.
vix papa, interfectis per prodicionem Theutonicis[5], desolatus evasit.

10. Leone post modicum defuncto, Theophilactus de parentum potentia presumens 1054.
Romanam aecclesiam, quam prius tociens vexaverat, iterum vexare non destitit. Interim Hildebrandus, novus Protheus[6], novis presumens tergiversationibus, de Roma ad imperatorem, de imperatore ad Romam absque consilio Romanae aecclesiae discurrebat. Et si quis alius in papatum quam[h] ipse eligeretur, predictus Gerhardus cognomine Brazutus, familiaris eius, in brevi illum veneno suffocabat. Postquam autem sedit Nicolaus 1058.
papa, Hildebrandus, quia papatum adipisci non potuit, ad archidiaconatum quoquo modo invadendum[i] se convertit. Et Mancium, tunc archidiaconum Romanae aecclesiae, multis iniuriis afflixit et circumvenit[7], qui victus contumeliis et dolis, et pecunia deceptus Hildebrandi, ad ultimum concessit, ut Hildebrandus vice eius archidiaconatu fungeretur. Hac concessione Hildebrandus arrepta, Nicolaum papam ex improviso aggressus, coegit inverecundis precibus et minis militum, quos pecunia collegerat, metum etiam mortis quibusdam terribilibus significationibus incutiendo, ut eum archidiaconum ordinaret et

a) inv. et c. *S.* b) m. l. in it. 2. *S.* c) ab eo o. *S.* d) XXVIII 2. *S.* e) d. s. 2. *S.* f) *ita S.*; dolo 1. 2. g) m. e. 2. *S.* h) e. q. i. 2. *S.* i) invalendum 1.

1) *Cf. Bonizo l. l. p.* 587. *Bruno V. Leonis ap. Watterich I, p.* 96. 97. 2) *Cf. Wido Ferrar. II, l. c. p.* 554. 3) *Cf. decretum concilii Brixinensis; Jaffé, Bibl. rer. German. V, p.* 134. 4) *De cuius obitu cf. Haupt, 'Zeitschrift für Deutsches Alterthum' XIV, p.* 1. 5) *De pugna Civitatensi loquitur.* 6) *Proteus etiam a Benzone ad Heinricum imp. VI, c.* 6, *v.* 10 *(SS. XI, p.* 666*) dicitur. S.* 7) *Cf. Acta Concil. Brixinensis l. l. p.* 134.

1061. constitueret. Et post paucos dies ipse Nicolaus defunctus est, veneno, ut dicitur, suffocatus.

11. Cardinales autem ambitionem Hildebrandi non ignorantes, imperatorem multis precibus coegerunt, ut eis in electo suo Parmensi episcopo Cadalo favorem et auxilium prestaret. Quod factum cor Hildebrandi altius percussit; et manifeste factus est imperatoris inimicus. Omnia iurate fidelitatis vincula disrupit: et facta conspiratione cum inimicis imperatoris et cum Normannis, quem Parmensi episcopo Cadalo[a], a cardinalibus electo, opponeret, Anselmum[b], Lucensem episcopum, decepit, et eum in papam eligi a quibusdam Romanis fecit. Et ipsum Anselmum[b] mutato nomine Alexandrum vocaverunt. Igitur Anselmum[b], quem in dolo elegerat[c], pariter et Parmensem episcopum quibus poterat[d] artibus vexabat, quia utrique succedere anhelabat. Igitur ubi Alexander intellexit se dolis et arte ab Hildebrando et inimicis imperatoris electum et intronizatum, die quadam, cum intra missarum sollempnia sermonem haberet ad populum, predicavit se nolle sedere in sede apostolica absque licentia et gratia imperatoris. Et publice dixit se litteras huius rei gratia missurum ipsi imperatori. Quo audito, Hildebrandus vix manus, multa murmurando, donec missa compleretur, abstinuit. Missa expleta, ipsum Alexandrum cum militari manu ab altari[e] in cameram abduxit, et nondum exutum pontificalibus indumentis, pugnis dure colafizavit, increpans et improperans, quod vellet inquirere graciam imperatoris. Et statuit, ut ex eo die non daretur ei amplius quam quinque solidi Lucensium denariorum. Et extunc ipse Hildebrandus omnes reditus Romanae aecclesiae sibi retinuit et immensam pecuniam congregavit.

1073. 12. Alexandro igitur sub miserabili iugo Hildebrandi quodam vespere defuncto, eadem hora Hildebrandus a suis militibus sine assensu cleri et populi est intronizatus, timens, ne alius per moram eligeretur. In cuius electione nullus cardinalium subscripsit. Ad quem cum veniret abbas Cassinensis[1], ait ipse Hildebrandus: 'Frater, nimium tardasti'. Respondit abbas: 'Et tu, Hildebrande, nimium festinasti, qui nondum sepulto domino tuo papa, sedem apostolicam contra canones usurpasti'. Hoc modo intronizatus Hildebrandus, qualiter vixerit, qualiter a se cardinales, qui testes vitae et doctrinae eius esse debuerant, removerit, quam miserabiliter aecclesiam[f] vexaverit, quantis heresibus mundum corruperit, quanta periuria, quam immensas perdiciones consecraverit, vix a multis describi potest. Clamat tamen altius sanguis christianorum, eo auctore, eo[g] incentore miserabiliter effusus*.

III.

f. 2'. 1. Hoc est decretum Hildebrandi, in quo a doctrina et fide catholica erravit, sicut ex subsequentibus auctoritatibus ei oppositis declaratur. Gregorius papa Romanae
1078. synodo[2] presidens dixit: *Nos sanctorum predecessorum nostrorum statuta tenentes, hos*[h], *qui excommunicatis fidelitate aut sacramento constricti sunt, apostolica auctoritate a sacramento absolvimus et, ne sibi fidelitatem observent, omnibus modis prohibemus.*

*) 1. 2. *add. ut videtur interpolata (cf. infra nr. X):* Cum autem innumerabilium hominum corporalis interfectio morti unius animae, ut ait beatus Augustinus[3] in epistola ad Auxilium episcopum equipperari[i] non possit, Hildebrandus innumeras innocentum animas heretica decreta secundi Anastasii ab ipso Deo fulgure dampnata in auctoritatem revocando, inferno et aeternae morti prodidit, dum ex verbis Anastasii extra aecclesiam salutem predicando baptizari parvulos ab excommunicatis concessit et docuit.

a) Calado 1. 2. b) Anshelmum 2. *S.* c) elegerant *S.* d) potenter 2. e) ab a. duxit in c. et n. 2. *S.* f) *deest S.* g) et 2. h) eos *S.* i) equipperare 1.

1) *Desiderius.* 2) *A.* 1078, *Jaffé, Biblioth. II, p.* 308. 3) *Epist.* 250, *Opera II, col.* 879 *A.*

Item[1]: *Et quoniam multos, peccatis nostris exigentibus, pro causa excommunicationis* 1078.
perire cotidie cernimus, partim ignorantia, partim etiam nimia simplicitate, partim timore, partim etiam necessitate, devicti misericordia[a], *anathematis sententiam ad tempus, prout possumus, temperamus oportune. Apostolica itaque auctoritate ab anathematis vinculo hos*[b] *subtrahimus, videlicet uxores, liberos, servos, ancillas seu mancipia, necnon rusticos et servientes et omnes alios, qui non adeo curiales sunt, ut eorum consilio scelera perpetrentur, et illos, qui ignoranter excommunicatis communicant, seu illos, qui communicant cum eis, qui communicant excommunicatis. Quicunque autem aut arator*[c] *sive peregrinus aut viator in terram excommunicatorum devenerit, ubi non possit emere, et non habet unde emat, ab excommunicatis accipiendi licentiam damus, et si quis excommunicatis*[d] *non pro sustentacione superbiae, sed humanitatis causa aliquid dare voluerit, non prohibemus.*

2. Dominus per Ezechielem huiusmodi errores dampnavit, sicut manifestum est ex verbis ipsius Ezechielis dicentis: *Et factum est verbum Domini ad me dicens: Dic* Ezech. 17, 11—18.
ad domum exasperantem: Nescitis quid ista significent? Dic: Ecce venit rex Babilonis Ierusalem et assumet regem et principes eius et adducet eos ad semet ipsum in Babilonem. Et tollet de semine regni ferietque cum eo fedus et accipiet ab eo iusiurandum, sed et fortes terrae tollet, ut sit regnum humile et non elevetur, sed custodiat pactum eius et servet illud. Qui recedens ab eo misit nuntios ad Egiptum, ut daret sibi equos et populum multum. Numquid prosperabitur vel consequetur salutem, qui fecit hoc? et qui solvit pactum, numquid effugiet? Vivo ego, dicit dominus Deus, quoniam in loco regis, qui constituit eum regem, cuius fecit irritum iuramentum et solvit pactum, quod habebat cum eo, in medio Babilonis morietur. Et non in exercitu grandi neque in populo multo faciet contra eum Pharao prelium; in iactu aggeris et in exstructione vallorum, ut interficiat animas multas. Spreverat[e] *enim iuramentum et*[f] *solverat fedus; et ecce dedit manum suam. Et cum omnia haec fecerit, non effugiet.* Heronimus libro quinto super Ezechielem hunc locum exponens, ait[2]: *Hoc est enigma, haec est parabola, quod sub duabus aquilis et vinea duos reges Babilonis et Egipti scriptura monstraret, et regem Sedechiam, qui contra iusiurandum, deserta amicitia Nabuchodonosor, se ad regem Egiptium transtulit. 'Feriet*[g]*', inquit, 'cum eo fędus et accipiet ab eo iusiurandum, ut custodiat pactum eius et servet illud'. 'Qui dissolvit', ait, 'pactum, numquid effugiet?' Ex quo discimus etiam inter hostes servandam fidem et non considerandum, cui, sed per quem iuraveris. Multo enim fidelior inventus est ille, qui propter nomen Dei tibi credidit et deceptus est, te, qui per occasionem divine maiestatis hosti tuo, immo iam amico, es molitus insidias. 'Quoniam', inquit, 'in loco regis, qui constituit eum regem, cuius fecit irritum iuramentum et solvit pactum, quod habebat cum eo, in medio Babilonis morietur'. Legimus enim* cf. 4.Reg.25,20.
Sedechiam captum ductum esse in Eblatha[h], *ibique, interfectis filiis, excecatum et instar fere clausum in cavea translatum in Babilonem. Unde et scriptura, cum videatur sibi esse contraria, tamen in utroque verissima est. Dictum enim erat ad Sedechiam: 'Et intrabis Babilonem et non videbis eam'. Intravit enim, quia ductus est Babilonem,* Ierem. 34,3.
et non vidit, quia fuerat excecatus.

3. Augustinus in libro de mendatio[3]: *In hoc errant homines, quod subdunt preciosiora*[i] *vilioribus. Cum enim concesseris admittendum esse aliquod malum, ne gravius admittatur aliud, non ex regula veritatis, sed ex sua quisque cupiditate atque consue-*

a) devictu una *S.* b) *om. S.* c) *ita codd.*; orator *S. M.* d) pro s., non sup. sed h. c., a. d. v., fieri non p. *M.* e) Spuerat 1. f) ut solveret *Vulg.* g) Ferietque 2. h) *ita codd.*: Reblatha *H.* i) pretiosa *A.*

1) *A.* 1078, *Jaffé, Biblioth. II, p.* 308. 309. 2) *Hieronymi Opera ed. Vallarsius V, col.* 193, *c.* 17. 3) *Augustini Opera ed. Bened. VI, col.* 441 *G* — 442, *c.* 18, § 38.

tudine metitur[a] *malum, et id putat gravius, quod ipse amplius exhorrescit, non quod amplius re vera fugiendum est.* Item[1]: *Corrupta auctoritate doctrinae nullus aut cursus aut recursus esse ad castitatem animi potest. Est*[2] *animi castitas amor ordinatus, non subdens maiora minoribus. Primum*[3] *est evitandum capitale mendatium longeque fugiendum, quod fit in doctrina religionis, ad quod mendatium nulla conditione quisquam debet adduci. Quisquis*[4] *esse aliquod genus dixerit*[b] *mendatii, quod peccatum non sit, decipiet se ipsum turpiter, cum honestum se deceptorem arbitratur aliorum. Tanta porro cecitas hominum animas occupavit, ut eis parum sit, si dicamus quaedam mendatia non esse peccata, nisi etiam in quibusdam peccatum esse dicant, si mendacium recusemus. Quomodo*[5] *igitur mendatium*[c] *recte potero persequi? An latrocinio latrocinia et sacrilegio sacrilegia et adulterio sunt adulteria persequenda? Si autem veritas Dei in meo mendatio habundavit, numquidnam et nos dicturi sumus:*
Rom. 3, 8. *'Faciamus mala, ut veniant bona?' Quod vides quemadmodum detestetur apostolus. Quid est enim aliud, mentiamur, ut hereticos mendaces ad veritatem adducamus, nisi faciamus mala, ut veniant*[d] *bona? An aliquando bonum est mendatium, vel aliquando mendatium non est malum?* Et paulo post: *Nonne cernitis, quantum adiuvet haec disputacio eos ipsos, quos pro magna venatione mendaciis nostris capere molimur?*

4. Legio Thebea propositam prophetiam Ezechielis et expositionem Ieronimi spiritu secuta est, sicut hoc loco[6] subiungitur: *Erat eodem tempore in exercitu legio militum, qui Thebei appellabantur. Legio autem vocabatur, quae tunc sex milia ac sexcentos viros in armis habebat. Hii in auxilium Maximi*[e] *ab Orientis partibus venerant accersiti, viri in rebus bellicis strenui, virtute nobiles, sed fide nobiliores. Erga imperatorem fortitudine, erga Christum devotione certabant. Euangelici precepti etiam sub armis non immemores*[f]*, quae Dei Deo et quae caesaris caesari restituebant. Itaque cum hii sicut et caeteri militum ad dilaniandam christianorum multitudinem destinarentur, soli crudelitatis ministerium detrectare ausi sunt atque huiusmodi preceptis se obtemperaturos negant. Incitamentum tamen maximum fidei in illo tempore penes sanctum Mauricium fuit, qui cum Exsuperio et Candido, senatore militum, accedebat*[g] *et exhortando singulos et monendo, fidelium commilitonum*[h]*, etiam martirum exemplа ingerens, pro Christi sacramento, pro divinis legibus, si ita necessitas ferret, omnibus*
*f. 3. *mori suadebat, sequendosque socios admonebat *illos et contubernales suos, qui iam in coelum precesserant. 'Milites sumus, imperator, tui, sed tamen servi, quod libere confitemur, Dei. Tibi miliciam debemus, illi innocentiam. A te stipendium laboris accepimus, ab illo vitae exordium sumpsimus. Sequi imperatorem in hoc nequaquam possumus, ut auctorem negemus Deum, utique auctorem nostrum, dominum autem, velis nolis, tuum*[i]*. Si non tam funesta*[k] *agere compellimur, ut hunc offendamus, tibi, ut fecimus hactenus, adhuc parebimus, sin autem*[l]*, illi parebimus potius, quam tibi. Offerimus nostras in quemlibet hostem manus, quas sanguine innocentum cruentare nefas ducimus. Dextere iste pugnare adversus impios atque inimicos sciunt; laniare pios et cives nesciunt. Meminimus nos pro civibus*[m] *potius, quam adversus cives arma sumpsisse. Pugnavimus semper pro iusticia, pro pietate, pro innocentum salute. Haec*

a) m. et ma. id p. g. 2. b) putaverit *A*. c) mendacio mendacia r. p. pe. *A*. d) eveniant 2. e) *ita codd.*; Maximiano *P*. f) i. reddebant quae Dei erant Deo et q. *P*. g) *ita codd.*; accendebat exh. s. et m. fidem c. *P*. h) cūmilitonum 1; causam militonum 2. i) et t. *P*. k) sinistra 2; ad tam f. c. *P*. l) aliter *P*. m) civilibus 2.

1) *Augustini Opera ed. Bened. VI, col.* 443 *E; c.* 19, § 40. 2) *Ibid. col.* 444 *B; c.* 20, § 41. 3) *Ibid. col.* 435 *A; c.* 14, § 25. 4) *Ibid. col.* 445 *C*—446; *c.* 21, § 42. 43. 5) *Contra mendacium liber c.* 1, *ibid. col.* 447. 448. 6) *Passio SS. Mauritii et Thebaeorum auct. Eucherio c.* 3. 5—8, *A. SS. Sept.* 22, *VI, p.* 342. 343; *quae hic non bene contrahuntur.*

fuerunt hactenus nobis precia periculorum. Pugnavimus pro fide, quam quo pacto servabimus[a] *tibi, si hanc Deo nostro non exhibemus? Iuravimus primum in sacramenta divina, iuravimus inde in sacramenta regia. Nichil nobis de secundis, credas, necesse est, si priora prerumpimus. Christianos ad penam per nos requiri iubes. Iam tibi ex hoc alii requirendi non sunt; habes nos hic confitentes Deum Patrem auctorem omnium et filium eius Iesum Christum*[b]. *Videmus laborum periculorumque nostrorum socios; nos quoque, eorum sanguine aspersos, trucidare*[c] *iube ferro. Sanctissimorum*[d] *quoque commilitonum*[e] *mortes et fratrum*[f] *funera*[g] *non flevimus, non doluimus, sed potius laudavimus et gaudio prosecuti sumus, quia digni habiti essent pati pro domino Deo eorum. Nunc nos vel haec ultima vitae necessitas in rebellionem non cogit; non nos adversum te, imperator, armavit ipsa saltem, quae fortissima est in periculis, desperatio. Tenemus, ecce, arma et non resistimus, quia mori quam occidere sanctos*[h] *maluimus et innocentes interire, quam noxii vivere*[i] *preoptamus. Si quid in nos ultra statueris, si quid ad*[k] *hoc iusseris, si quid admoveris, ignes, tormenta, ferrum subire parati sumus. Christianos nos fatemur, persequi christianos non possumus'.* Nota, prudens lector, quoniam[l] sancta legio Thebea iuravit in sacramenta pagani caesaris, quae primo iuraverat in sacramenta Dei; et, ut prius iuramentum observaret, Christum in membris suis persequi recusavit, ut iuramentum secundum non violaret, ipsi pagano caesari, cui iuraverat, armis resistere noluit. Denique, ut utriusque iuramenti fidem inviolatam conservaret, medium eligens pio martirio ad exemplum seculorum[m] devote se obtulit. Hoc spiritu Gregorius omelia decima super Ezechielem ait[1]: *Rotae animalia sequuntur, quia in sanctorum patrum vita cognoscimus, quid in sacrae scripturae volumine intelligere debeamus. Illorum quippe nobis actio aperit hoc, quod in suis predicationibus pagina testamentorum dicit.* Deus ipse per Ezechielem prophetam severissima ulcione Sedechiam regem punit eo, quod fędus, initum per nomen Dei cum pagano rege Babilonis, violare presumpserit. Et beatus Ieronimus, fidelissimus expositor ipsius Ezechielis, quinto libro super ipsum Ezechielem, divina iudicia admirans et dampnationem Sedechiae manifestius exponens, inter caetera dicit[2]: *Non considerandum, cui, sed per quem iuraveris.* Utriusque testamenti dominus Iesus, ne paganum caesarem vel ministros eius scandalizaret, tributum, quod non debebat, cum ab hoc debito liber esset, pro se et pro Petro solvi iussit, et Petrus princeps apostolorum, factus forma et exemplum aecclesiae, pro se et pro domino tributum solvit, et cum Christus caput sit aecclesiae et tributum pagano caesari solverit, decet, ut omnis sapientis oculi in capite eius sint, decet, ut membra aecclesiae oculos mentis in caput suum figat[n], ipsum pre omnibus intueatur[n] ipsum, quantum datur homini, toto corde, tota anima, totis viribus sequatur[n]. *Qui sequitur me,* inquit, *non ambulat in tenebris.* Cui contrarius Hildebrandus aut membrum Antychristi fuit, aut ipse Antychristus.

cf. Matth. 17, 23—26.

Ioh. 8, 12.

5. Arriano caesari Valentiniano quae sunt caesaris solvit et solvenda docet beatus Ambrosius[3]; probat etiam, si precepto[o] Valentiniani aecclesiae non Arrianis, sed catholicis tradantur, et propter bonum pacis eum vocat imperatorem christianissimum[4], quem per epistolas manifeste arguit ut Arrianum. Ambrosius de basilica non tradenda Arrianis, docens caesari augusto heretico et Arriano in secularibus serviendum, ait[5]:

a) servavimus 1; servamus 2; conservabimus *P.* b) Deum credimus *add. P.* c) *ita codd.*; trucidari *P.* d) et tamen s. c. m. *P.* e) *ita* 2; cūmilitonum 1. f) frm̄ 1; fratrem 2. g) Simeon 2. h) satis *P.* i) nunc 2. k) adhuc i. *P.* l) q̈ 1; quam 2. m) sanctorum 2. n) *ita codd.* o) precepta *corr.* precepto 1; precepta 2.

1) *In Ezech. homil. I,* 10, § 38, *Opera ed. Bened. I, col.* 1277 *D.* 2) *Cf. supra p.* 381. 3) *Ambrosii contra Auxentium sermo* § 35, *Opera ed. Bened. II, col.* 873 *C.* 4) *Epist.* 17, *l. c. col.* 824. 5) *Epist.* 20. *ad Marcellinam, l. c. col.* 852. 853.

Quoniam omnibus epistolis fere sollicite quaeris de aecclesia, accipe quid agatur. Post-tridie quam accepi litteras tuas, quibus significaveras, quod[a] *exagitarent somnia*[b] *tua, moles inquietudinum gravium cepit moveri. Nec iam Porciana hoc est extramurana basilica petebatur, sed basilica nova hoc est intramurana, quae maior est. Convenerunt me primo*[c] *viri comites consistoriani et*[d] *ut basilicam traderem et procurarem, ne quid populus turbarum moveret*[e]. *Respondi, quod erat ordinis, templum Dei tradi a sacerdote non posse. Adclamatum est sequenti die in aecclesia, etiam prefectus eo venit*[f], *cepit suadere, velim*[g] *Porciana basilica cederemus. Populus reclamavit. Ita tunc discessum est, ut intimaturum se imperatori diceret sequenti die.* Et infra[1]: *Quid presentius dici potuit a christianis viris, quam id [quod*[h]*] hodie in vobis Spiritus sanctus locutus est? Rogamus, auguste, non pugnamus; non timemus, sed rogamus. Hoc christianos decet, ut et tranquillitas pacis optetur et fidei veritatisque constantia nec mortis revocetur periculo. Est enim presul Dominus, qui salvos faciet sperantes in se.* Et infra[2]: *Mandatur denique: trade basilicam. Respondeo: Nec michi fas est tradere, nec tibi accipere, imperator, expedit. Domum privati nullo potes*[i] *iure temerare, domum Dei existimas auferendam? Allegatur*[k] *imperatori licere omnia, ipsius esse universa; respondeo: Noli te gravare, imperator, ut putes, te in ea, quae divina sunt, imperiale aliquod ius habere; noli extollere, sed, si vis diutius imperare, esto Deo*
Matth. 22, 21. *subiectus*[l]. *Scriptum est: 'Quae Deo Deo, quae caesari caesari'. Ad imperatorem palatia pertinent, ad sacerdotem aecclesiae. Publicorum tibi moenium ius commissum est, non sacrorum. Iterum dicitur mandasse imperatorem: 'Debeo et ego unam basilicam habere'. Quid tibi cum adultera? Adultera est enim, quae non est legitimo Christi coniugio copulata.* Ambrosius in tractatu de obitu Theodosii docens fidem[o] firmiter observandam circa parvulos pupillos augustorum imperatorum ad detinendum imperium et vitam et salutem eorum, ait[3]: *Hoc nobis motus terrarum graves, hoc iuges*[p] *pluviae minabantur et ultra solitum caligo tenebrosior denunciabat, quod clementissimus imperator Theodosius recessurus esset e terris*[q]. *Ipsa igitur excessum eius elementa merebant, coelum tenebris obductum, aer perpeti horrens caligine, terra quatiebatur*[r] *motibus, replebatur aquarum alluvionibus. Quidni mundus ipse defleret eum principem continuo esse rapiendum, per quem dura mundi istius temperari solent*[s], *cum criminum poenas indulgentia preveniret? Et ille quidem abiit [accipere*[t]*] sibi regnum, quod*[u] *non deposuit, sed mutavit in tabernacula Christi, iure pietatis adscitus*
Ps. 47, 9. *in illam Ierusalem supernam, ubi nunc positus dicit: 'Sicut audivimus ita et vidimus in civitate Domini virtutum, in civitate Dei nostri, quam Deus fundavit in aeternum'. Sed plurimos tanquam paterno destitutos presidio et*[v] *dereliquid ac potissimum*[w] *filios. Sed non sunt destituti, quos pietatis suae reliquid heredes, non sunt destituti, quibus Christi adquisivit gratiam et exercitus fidem. Cui documento fuit Deum favere pietati ultoremque esse perfidie.* Et infra[4]: *Nichil gloriosius exitus tanti principis habuit, qui omnia iam filiis tradidisset, regnum, potestatem, nomen Augusti.* Et infra: *Ergo tantus imperator recessit a nobis, sed non totus recessit; reliquit enim nobis liberos suos, in quibus eum debemus agnoscere et in quibus eum et cernimus*[x] *et tenemus. Nec moveat aetas; fides militum imperatoris perfecta aetas est. Est enim perfecta*

a) quod te e. *A.* b) *ita codd.* c) pr. principes virtutum v. *A.* d) ut et *A.* e) monueret 1; momentis 2. f) nomine 2. g) velint 1; velut *A.* h) *deest codd.; recepi ex A.* i) potest 1. 2. k) Alligatus *codd.; recepi ex A.* l) subditus 2. *A.* m) Dei *A.* n) caesaris *A.* o) fidi 1. p) ingentes 2. q) exteris 2. r) coniiciebatur 2. s) solerent *A.* t) *deest codd.; recepi ex A.* u) quē 1. v) *deest A.* w) *ita A;* postissimos 1; potissimos 2. x) cernemus 1.

1) *Epist.* 20. *ad Marcellinam, l. c. col.* 855 *F.* 856. 2) *Ibid. col.* 857; *cf. Libell. I, p.* 537. 564. 3) *L. c. col.* 1197. 4) *Ibid. col.* 1199—1203.

aetas, ubi perfecta est virtus. Reciproca haec, quia et fides imperatoris militum virtus est. Recognoscitis nempe, quos nobis[a] *Theodosii fides triumphos adquisiverit. Cum locorum angustiis et inpedimentis calonum agmen exercitus paulo serius in aciem descenderet et inequitare*[b] *hostis mora*[c] *belli videretur, desiluit equo princeps et ante aciem solus progrediens ait: 'Ubi est Theodosii Deus?' Iam hoc Christo proximus loquebatur. Quis enim possit*[d] *hoc dicere, nisi qui Christo se adherere cognosceret? Quo dicto*[e] *excitavit omnes, exemplo omnes armavit, etiam certe senior aetate, sed validus fide. Fides ergo auget aetatem. Denique nec Abraham, ut in senectute generaret filium, consideravit aetatem, nec Sara, ut pareret. Nec mirum, si auget aetatem fides, cum representet*[f] *futura. Quid est enim fides, nisi rerum earum, quae sperantur, substantia? Sic nos scripturae docent. Ergo si substantia eorum, quae sperantur, fides* Hebr. 11, 1. *est, quanto magis eorum, quae videntur! Bona fides, de qua scriptum est: 'Iustus* ib. 10, 38. *autem ex fide vivit; quodsi*[g] *subtraxerit se, non placebit animae meae'. Nos autem non subtrahamus nos ad dispendium animae, sed inhereamus fidei ad animae nostrae adquisitionem, quoniam in hac fidei militia testimonium consecuti sunt seniores nostri Abraham, Isaac et Iacob et ideo hereditatem nobis fidei reliquerunt. Fidelis Abraham, qui non ex operibus, sed ex fide iustificatus est, quoniam Deo credidit; Isaac, qui per fidem nec gladium feriturí parentis expavit; Iacob, qui paternae fidei vestigiis intentus, dum iter agit, angelorum vidit exercitum et vocavit concilium Dei. Alibi quoque, id est in libris regnorum, Eliseus erat intra Samariam et subito eum circumfusus* cf. 4. Reg. 6, 14—21. *Syrorum obsedit exercitus. Vidit eos Giezi et ait ad dominum suum: O domine, quid faciemus? Et dixit Heliseus propheta: Noli timere, quoniam nobiscum plures sunt, quam cum illis. Et rogavit, ut aperiret Deus oculos Giezi. Et aperti sunt oculi eius et vidit plenum montem equis et curribus in circuitu Helisei. Et rogavit Heliseus, ut percuteret eos Deus caecitate, et percussi sunt. Et introierunt in civitatem, quo ingrederentur nequaquam videntes. Audistis certe, milites, qui circumfusi estis, quia ubi perfidia, ibi caecitas est. Merito ergo caecus erat exercitus infidelium. Ubi autem fides, ibi exercitus angelorum. Bona itaque fides, quae frequenter operatur in mortuis. Denique adversarius et legiones suae cotidiana martirum virtute torquentur; unde arbitror, quod fila chordarum cithare ideo fides dicantur, quoniam et*[h] *mortua sonum reddant. Quo magis et magis enitendum est, ne in hoc vivendi munere simus ingrati, sed pii pignoribus principis sedulum ac patrium impendamus*[i] *affectum. Solvite filiis eius, quod debetis patri. Plus debetis defuncto, quam debuistis viventi. Etenim in liberis privatorum non sine gravi scelere minorum iura temerantur, quanto magis in filiis imperatoris.* Et infra: *Beneficium se putabat accepisse augustae memoriae Theodosius, cum rogaretur ignoscere, et tunc propior erat veniae, cum fuisset commocio maior iracundiae. Prerogativa ignoscendi erat indignatum fuisse, et optabatur in eo, quod in aliis timebatur, ut irasceretur. Hoc erat remedium reorum, quoniam, cum haberet supra omnes potestatem, quasi parens expostulare malebat, quam quasi iudex punire. Sepe trementes vidimus, quos obiurgabat, et convictos sceleris, cum desperassent, solutos crimine. Vincere enim volebat, non plectere aequitatis iudex, non poenae arbiter, qui numquam veniam confitenti negaret. Aut si quid esset, quod occulta conscientia involveret, Deo servabat. Hanc vocem eius homines amplius quam poenam timebant, quod tanta imperator ageret verecundia, ut mallet sibi homines religione quam timore adstringere. Maximum philosophum*[k] *impunitatem ferunt dedisse*[l] *his facinoribus, quae per iram commissa forent. Sed scriptura divina melius ait: 'Ira-* Ps. 4, 5. *scimini et nolite *peccare'. Maluit peccatum recidere, quam excusare. Satius*[m] *est in* *f. 3'.

a) vobis *A*. b) in equitate *corr.* ineqitare 1; aequitate 2. c) mura 1. d) posset *A*. e) dictu 1. f) reputat 2. g) quid si 1. h) mortua et 1. 2. i) impendamur 1. 2; impendamus *A*. k) philosophorum *A*. l) didisse 1. m) satis 1. 2; satius *A*.

indignatione laudem clementiae reperire, quam ira in ulcionem excitari. Quis ergo dubitabit filiis eius apud Dominum maximum presidium fore? Domino favente Archadius imperator iam validus inventus[a] *est. Honorius continuo pulsat adolescentiae fores,* cf. 4. Reg. 22, 23. *provectior aetate quam Iosias. Ille enim destitutus patre orsus imperium usque ad tricesimum et primum annum regni sui perduxit aetatem et placuit Domino, quoniam pre caeteris regibus Israel Domini pascha celebravit et cerimoniarum abolevit errores.* cf. 3. Reg. 15. Paral. 16. *Asaph*[b] *quoque adhuc invalidus corporis robore, cum regnandi curricula recepisset, quadraginta annis regnavit in Ierusalem. Qui cum Aethiopum infinita urgeretur atque innumerabili multitudine, non speravit in Domino, sed a rege Syriae auxilium postulavit et medicos adhibuit ad pedum dolorem. Accepto enim tanto inditio divini favoris, auxiliatorem suum non debuit derelinquere, sed tenere. Ideo et*[c] *nec medici profuerunt* cf. 2. Paral. 13, 33. *et quasi incredulus mortem implevit. Sed illorum patres Abias et Amos ambo infideles, Theodosius vero plenus timoris Dei, plenus misericordiae, speramus, quod liberis suis apud Christum presul exsistat*[d]*, si Dominus propitius sit rebus humanis. Bonus est misericors homo, qui, dum aliis subvenit, sibi consulit et in alieno remedio vulnera sua curat. Agnoscit enim se esse hominem, qui novit ignoscere et vias Christi sequitur, qui carne suscepta maluit in hunc mundum redemptor venire, quam iudex. Unde* Ps. 114, 1. *pulchre psalmista dixit: 'Dilexi, quoniam exaudiet Dominus vocem orationis meae'. In quo psalmo, dum legitur, velud ipsum Theodosium loquentem audivimus. 'Dilexi', inquit. Agnosco vocem piam, cuius testimonia vocis agnosco. Et vere dilexit, qui officia diligentis*[e] *implevit, qui servavit hostes, qui dilexit inimicos, qui his, a quibus est appetitus, ignovit, qui regni adfectatores perire non passus est. Non* Rom. 13, 10. *mediocris, sed perfecte*[f] *in lege vox ista est dicere: dilexi. 'Plenitudo enim legis dilectio est'. Sed quid dilexerit, audiamus. Cum tamen tacet, urget nos. Dilectionis utique divinae caritatis gratia significatur, quia*[g] *diligimus illud, quod est super omnia* Deut. 6, 5. *desiderabilia desiderabile, de quo scriptum est: 'Diliges dominum Deum tuum'. Ergo discedens e terris [pia*[h]*] anima et sancto repleta Spiritu, quasi interrogantibus his, qui sibi occurrerent*[i]*, cum sese ad sublimia et superna subrigeret, dicebat: 'Dilexi'. Nichil hoc plenius, nichil expressius. Interrogabant angeli et archangeli: 'Quid egisti in terris?' — occultorum enim solus cognitor Deus —, dicebat: 'Dilexi'. Hoc est* cf. Ps. 43, 22. *dicere: 'legem implevi, euangelium non preterivi'; hoc est dicere: 'morti me optuli et* Rom. 8, 38. 39. *tota die estimatus sum, sicut ovis occisionis. Et ideo confido, quia neque mors, neque vita, neque angeli, neque virtutes, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare a caritate Dei, quae est in Christo Iesu, domino nostro'.* cf. Ioh. 21, 15—18. *Hoc mandatum legis etiam in euangelio dominus Iesus docet esse servandum, cum dicit ad Petrum: 'Simon Iohannis, diligis me?' Et ille respondit: 'Tu scis, Domine, quia diligo te'. Et iterum dixit: 'Simon Iohannis, diligis me?' Et iterum respondit: 'Etiam, Domine, tu scis, quia diligo te'. Et tercio interrogatus ait: 'Omnia tu scis, tu nosti, quia amo te'. Confirmavit itaque caritatem trina responsio, vel abolevit* Ps. 114, 1-3. *trinae negationis errorem. Et hic trinam responsionem, si querimus, invenimus: 'Dilexi, quoniam exaudiet Dominus vocem orationis meae, dilexi, quoniam inclinavit aurem suam michi et*[k] *in diebus meis invocarem eum; dilexi, quia tribulationem et dolorem inveni' et pro nomine Dei mei pericula inferni non refugi, sed expectavi, ut comprehendere et invenire me possent. Et pulchre ait: 'Dilexi', quia iam cursum* 2. Tim. 4, 7. 8. *vitae huius impleverat. Unde et apostolus, in passione iam positus, ait: 'Certamen bonum certavi, cursum consummavi, fidem servavi, quod reliquum est, reposita est michi corona iustitiae*[l]*'. Magnus Dominus, qui nobis dedit certamina, quibus mereatur qui*

a) iuventa *A*. b) Asa *A*. c) ei *A*. d) vel ad. (*i. e.* vel adsistat) *eadem m. superscr.* 1; adsistat *A*. e) *ita* 1. 2; diligentius *A*. f) *ita* 1. 2; perfecti *A*. g) *ita* 1. 2; qua *A*. h) *deest* 1. 2; *recepi ex A*. i) occurrerunt *A*. k) *ita* 1. 2; ut *A*. l) iustię 1.

vicerit coronari. Et infra[1]: *Ille vicit*[a], *qui gratiam Dei sperat, non qui de sua virtute presumit. Cur enim non presumas gratiam, cum habeas presulem certaminis misericordem? Misericors enim et iustus Dominus et Deus noster miseretur. Bis misericordiam posuit, semel iusticiam. In medio iusticiae*[b] *est, gemino septa*[b] *inclusa misericordia*[b]. *Superhabundant enim peccata, superhabundet ergo misericordia. Apud Dominum omnium virtutum habundantia est, quia 'dominus virtutum est'. Neque tamen iusticia sine misericordia est, neque sine miseratione iusticia, quia scriptum est: 'Noli esse nimium iustus'. Quod supra mensuram est, etsi bonum est, tamen tu non sustines; mensuram serva, ut secundum mensuram recipias. Non impedit tamen iusticia misericordiam, quia misericordia ipsa iusticia est. 'Dispersit, dedit pauperibus, iusticia eius manet in aeternum'*[c]. *Novit enim iustus debere se infirmis atque inopibus subvenire. Unde Dominus veniens ad baptismum, ut nobis infirmantibus peccata donaret, ait ad Iohannem: 'Sine modo; sic enim decet nos implere omnem iusticiam'. Liquet igitur misericordiam esse iusticiam.* Et infra: *Ipse custodit parvulos aut certe eos, qui se parvulos humili confitentur affectu. Bona igitur humilitas, que liberat periclitantes, iacentes erigit. Novit eam ille qui dixit: 'Ecce sum ego, peccavi et ego pastor male feci. Et isti in hoc grege quid fecerunt? Fiat manus tua in me'. Bene hoc dixit, qui regnum suum Deo subiecit et penitentiam gessit et, peccatum suum confessus, veniam postulavit. Ipse per humilitatem pervenit ad salutem. Humiliavit se Christus, ut omnes elevaret. Ipse ad Christi pervenit requiem, qui humilitatem Christi fuerit secutus. Et ideo, quia humilem se prebuit Theodosius imperator et, ubi peccatum obrepsit, veniam postulavit, conversa est anima eius in requiem suam, sicut habet scriptura, quae dicit: 'Convertere, anima mea, in requiem tuam, quia Dominus bene fecit michi*[d]. Et infra[2]: *Dilexi virum misericordem, humilem in imperio, corde puro et pectore mansueto preditum, qualem Dominus amare consuevit dicens: 'Supra quem requiescam, nisi supra humilem et mansuetum?' Dilexi virum, qui magis arguentem, quam adulantem probaret. Stravit enim omne, quod*[e] *utebatur, insigne regium, deflevit in aecclesia publice peccatum suum, quod ei aliorum fraude obrepserat, gemitu et lacrimis oravit veniam. Quod privati erubescunt, non erubuit imperator publice agere poenitentiam. Neque ullus postea dies fuit, quo non illum doleret error-rem. Quid? quod preclaram adeptus victoriam, tamen, quia hostes in atie strati sunt, abstinuit a consorcio sacramentorum, donec Domini circa se gratiam filiorum experiretur adventu. Dilexi*[f] *virum, qui me in subpremis suis ultimo spiritu requirebat. Dilexi virum, qui, cum iam corpore solveretur, magis de statu aecclesiarum, quam de suis periculis angebatur. Dilexi ergo, fateor; et ideo dolorem meum intimo viscere dolui et prolixiore sermonis prosecutione solandum putavi. Dilexi et presumo de Domino, quod suscipiat vocem orationis meae, quia*[g] *persequor animam piam. 'Circumdederunt me dolores mortis, pericula inferni invenerunt me'. Multorum enim pericula sunt, sed remedia paucorum. In omnibus sacerdos periclitatur, in omnibus reis angitur. Quod enim alii paciuntur, ipse sustinet; et iterum liberatur, cum alii, qui tenentur, periculis liberantur. Conteror corde, quia ereptus est vir, quem vix possumus invenire. Sed tamen tu solus es, Domine, invocandus, tu rogandus, ut eum in filiis representes*[h]. Et infra[3]: *Quisquis bene hic Domini pascha celebraverit, in lumine perpetuo erit. Quis splendidius celebravit, quam qui sacrilegos removit errores, clusit*[i]

Ps. 114, 5. Ps. 23, 10. Eccl. 7, 17. Ps. 111, 9. Matth. 3, 15. cf. 2. Reg. 24, 17. Isai. 66, 2. Ps. 114, 7. Ps. 114, 3.

a) vincit *A*. b) iustitia . . . septo . . . misericordiae *A*. c) seculum seculi 2. d) tibi *A*. e) *ita* 1. 2; quo *A*. f) Dilexi — requirebat *des.* 2. g) *ita* 1. 2; qua prosequor *A*. h) reputes 2. i) *ita* 1. 2; clausit *A*.

1) *Ambrosii opp. II, col.* 1204. 1205. 2) *Ibid. col.* 1206 *F.* 1207. 3) *Ibid. col.* 1208 *D.* 1209.

4.Reg.23,25. *templa, simulacra destruxit? In hoc Iosias rex superioribus antelatus est. Manet ergo in lumine Theodosius et sanctorum coetibus gloriatur. Illic nunc complectitur Gratianum*[a], *iam sua vulnera non merentem, quia invenit ultorem, qui licet indigna morte prereptus sit, requiem animae suae possidet. Illic bonus uterque et pietatis interpres largus misericordiae suae consorcio delectantur, de quibus bene dicitur:*
Ps. 18,3. *'Dies diei eructat verbum'. Contra autem Maximus et Eugenius in inferno, quasi 'nox nocti indicat scientiam', docentes exemplo miserabili, quam durum sit arma suis*
ib.36,35.36. *principibus inrogare, de quibus pulchrę dicitur: 'Vidi impium superexaltatum et elevatum sicut cedros Libani, et transivi et ecce non erat'. [Transivit*[b] *enim pius de caligine saeculari ad lumen aeternum et non erat] impius, qui esse desivit iniquus. Nunc se auguste memoriae Theodosius regno*[c] *recognoscit, quando in regno est domini Iesu et considerat templum eius. Nunc sibi rex est, quando recipit etiam filium Gratianum et Pulcheriam, dulcissima sibi pignora, quos hic amiserat, quando ei Flaccilla adheret, fidelis anima Deo, quando patrem sibi redditum gratulatur, quando Constantino adheret. Cui licet baptismatis gratia in ultimis constituto omnia peccata dimiserit, tamen quod primus imperatorum credidit et post hereditatem fidei principibus dereliquid, magni meriti locum reperit.* Et infra[1]: *Visitata est Helena, ut imperatores redimerentur. Misit itaque filio suo Constantino diadema gemmis insignitum, qua preciosiorem ferro innexam crucis redemptionis divinae gemmam conecterat. Misit et frenum. Utroque usus est Constantinus et fidem transmisit ad posteros reges. Principium itaque credentium imperatorum sanctum est, quod super frenum. Ex illo fides, ut persecutio cessaret, devotio succederet.* Et infra[2]: *Inde reliqui principes christiani*[d] *preter unum Iulianum, qui salutis suae reliquid auctorem, dum philosophiae se dedit errori. Inde Gracianus et Theodosius. Non ergo mentita est prophetia*
Is. 60,3. *dicens: 'Ambulabunt reges*[e] *in lumine tuo'. Ambulabunt plane et maxime Gracianus et Theodosius pre caeteris principes, non iam armis militum, sed meritis suis tecti.*

6. Leo Pulcherie Auguste[3]: *Res humanae aliter tutae esse non possunt, nisi que ad divinam confessionem pertinent, et regia et sacerdotalis defendat auctoritas.* Ambrosius Valentiniano imperatori, adhuc catecumino, in tractatu[4], cuius initium est: *Dalmatius me tribunus et notarius et cetera: Venissem, imperator, ad consistorium clementiae tuae, ut haec coram suggererem, si me*[f] *vel episcopi vel populus permisissent, dicentes de fide in aecclesia coram populo debere tractari. Atque utinam, imperator, non denuntiasses, ut quo vellem pergerem. Cotidie prodibam, nemo me adservabat. Debuisti me quo volueras destinare, quem ipse omnibus offerebam. Nunc michi a sacerdotibus dicitur: 'Non multum interest, utrum volens relinquas, an tradas altare Christi; cum enim reliqueris, trades'. Atque utinam liquido michi pateret, quod Arrianis aecclesia minimę traderetur, sponte me offerrem tuae pietatis arbitrio. Sed si ego solus interstrepo, cur etiam de aliis omnibus invadendis aecclesiis est preceptum? Utinam confirmetur, ut aecclesiis nullus molestus sit! Opto, ut de me, qualis videtur, sententia proferatur.* Beatus Gregorius, non improbans ordinationem iussione principis factam, ait in epistola ad Maximum Salonitanum episcopum[5]: *Cognovimus, quod vel subrepta vel simulata piissimorum principum iussione, dum vita dignus non fueris, te ad sacerdotii ordinem cunctis venerabilem prorupisse.* Et paulo post: *Precipimus, ut, usque dum dominicis*[g] *vel responsalis nostri cognoverimus apisci-*

a) graciam 2. b) Transivit — erat, *quae in codd. manifesto scribae errore omittuntur, recepi ex A.* c) *ita* 1. 2; regnare cognoscit *A.* d) christi 1. 2. e) greges *corr.* reges 1; reges — Ambulabunt *des.* 2. f) mel vel 1; vel *deest* 2. g) diebus *add.* 2.

1) *Ibid. col.* 1211 *C.* 2) *Ibid. col.* 1213 *A.* 3) *Epist.* 60, *Opera ed. Baller. I, col.* 983. 4) *Epist.* 21, *Opera II, col.* 863. 5) *Reg. IV,* 20, *ed. Ewald I, p.* 254; *Jaffé* 1292.

bus[a], *quod non subrepticia, sed vera fueris iussione ordinatus, nullatenus tu ordinatoresque tui attrectare quicquam presumatis sacerdotalis offitii.* Esdras propheta privilegium sacerdotii accepit a paganis regibus Persarum, Ciro, Dario, Atarxese[b] propter pacis bonum et eorum auxilio templum Domini Ierosolimis restituit. *Ionathas per paganum regem Alexandrum constituitur summus sacerdos et eius decreto induit se stolam sanctam, dum intelligit quantum sit salva fide pacis bonum. Hildebrandus vero, quanto altius sine pennis pacis et fidei volavit, tanto inferius corruit, liquefactis ac dissolutis alis perfidiae, quas, novo erroris figmento compactas facile destruxit calor, splendor et sol veritatis. Mira discrecio spiritalis medici, beati Ambrosii, diversos egros secundum qualitates morborum et temporum diversis modis curat. Theodosium, quem videt humiliter implorantem penitentiae remedia, validioribus remediis curare non dissimulat et publice ipsum communione aecclesiae privat[1]. Valentinianum vero manus medici et medicinale ferrum adhuc pavescentem, lenioribus fomentis doctrinae demulcet et christianissimum imperatorem in epistolis appellat[2], quem per epistolas easdem ut fautorem et tutorem Arrianorum increpando competenter revocat, non immemor, quid in Salomone spiritus dicat aecclesiis: *Qui provocat*, inquit, *regem quasi qui provocet leonem.* Cum plane intelligeret salva pace aecclesiae acriori medicamine curari posse[d] Theodosium, asperiori manu preceptorum virus peccati extorquebat. Cum vero precaveret pacis periculum, cum pax fidem aecclesiae foveat et nutriat, Valentinianum adhuc adolescentem effrenem et indomitum blandiore manu verbi sapienter demulcebat.

cf. 1. Esdras 10. *f. 4. cf. 1. Mach. 10, 20. 21. cf. Prov. 20, 2.

7. Hildebrandus Herimanno episcopo in epistola[3], cuius[e] initium est 'Multa interrogandum[f] a me': *Eis, qui dicunt regem non oportere*[g] *excommunicari*[h], *licet pro magna fatuitate nec etiam respondere debeamus, tamen, ne impatienter illorum insipientiam preterire videamur, ad sanctorum patrum dicta vel facta illos mittimus, ut eos ad sanam doctrinam revocemus. Legatur*[i] *itaque, [quid*[k]*] beatus Petrus in ordinatione sancti Clementis*[l] *populo christiano preceperit de eo, quem scirent non habere gratiam pontificis. Addiscant, cur apostolus dicat: 'Habentes in promptu ulcisci omnem inobedientiam'; et de quibus dicit: 'Cum eiusmodi nec cibum sumere'. Considerent, cur Zacharias [papa] regem Francorum*[4] *deposuerit et omnes Francigenas a vinculo iuramenti, quod sibi*[m] *fecerant, absolverit. In registro beati Gregorii addiscant, quia in privilegiis, quae quibusdam aecclesiis fecit, reges et duces contra sua dicta venientes non solum excommunicavit, sed etiam, ut dignitate careant, iudicavit.* Et caetera de beato Ambrosio et Theodosio et de Christo, quod dedit potestatem beato Petro ligandi atque solvendi. Et infra: *Quod si sancta sedes apostolica divinitus collata sibi principali potestate spiritualia*[n] *decernens diiudicat, cur non et secularia?* Et infra: *Et discant, quid beatus Anastasius papa Anastasio imperatori de his dignitatibus*[o] *dixerit*[p]. Et infra: *Episcoporum autem, qui regi communicare presumunt, ordinatio et consecratio apud Deum, teste beato Gregorio, fit execracio.* Et infra: *Ut autem maledicti excommunicato*[q] *possint benedicere et divinam gratiam, quam non timent operibus denegare, alicui largiri, in nullius sanctorum patrum precepto potest inveniri. De M[athilda]*[5] *vero, communi nostra filia et beati Petri ancilla, quod vis volo; sed in quo statu sit mansura Deo gubernante, adhuc certum non teneo. Godefridi autem, quondam viri illius, indubitanter scias, quod frequenter apud Deum, licet peccator, habeam*

1076. 2. Cor. 10, 6. 1. Cor. 5, 11.

a) *ita* 1. 2. *pro* apicibus. b) *ita* 1. 2. c) d. i. *des.* 2. d) posset 1. 2. e) c. m. int. a me in. est 2. f) *ita* 1; interrogantis 2; interrogando *Gr.* g) oportet *Gr.* h) excommunicare *corr.* excommunicari 1; excommunicare 2. i) legant *Gr.* k) *deest* 1. 2; *recepi ex Gr.* l) quid *add.* 2. m) si 1. 2. n) spirituali 1. 2. o) indignatibus 1. 2. p) scripserit *Gr.* q) communicati *Gr.*

1) *Cf. Ambrosii epist.* 51, *Opera II, col.* 997. 2) *Epist.* 17, *ibid. col.* 824. 3) *Reg. IV,* 2; *Jaffé, Bibl. II, p.* 241. 4) *Childericum III.* 5) *Mathilda marchionissa.*

1076. *memoriam; quia non me illius inimicitia vel aliqua impedit vanitas, sed motus fraterna dilectione tua et M[athildae] deprecatione illius exopto salutem.*

Gen. 4, 7. 8. Dominus ait ad Cain: *Si recte offeras et non recte dividas, peccasti.* Et tu quidem, Hildebrande, recte optulisti, dum preceptum beati Petri ad medium reduxisti dicentis[1]: *Cui Clemens non loquitur, nec vos ei loquimini.* Non recte autem divisisti, immo non recte dividendo peccasti, dum beatissimo Clementi, clementissimo et moderatissimo pastori, neminem nisi accusatum et canonice convictum in iudicio vel sponte confessum a colloquio suo removenti, te, crudelissimum et omnem ordinem canonicum precipitantem, ad placitum et non secundum legem Domini, immo contra apostolos et prophetas et ipsum Iesum, contra fidem catholicam predicantem, inique comparasti. Recte

2. Cor. 10, 6. optulisti, dum apostoli sententiam representasti[a] dicentis: *Habentes in promptu*[b] *ulcisci omnem inoboedientiam.* Non recte autem divisisti, dum contra eundem apostolum quemlibet pauperem christianum, neque legitime accusatum neque in iudicio sponte confessum vel canonice convictum, contra sacros canones sola abusione potestatis excommunicari posse estimasti. Recte optulisti, dum Hildricum, solo nomine regem Francorum, nichil preter nomen de potentia regni habentem, cum maiores domus ei potius imperarent, cum nichil nisi iussus loqui presumeret, iubente Romana sede nomine regis privatum dixisti[2]. Non recte autem divisisti, cum de minori et solo nomine rege argumentum contra caesarem fecisti, cum aecclesia Romana etiam paganis vel Arrianis caesaribus ius caesaris reddendum docuerit nec umquam a fidelitate illorum quemquam absolvere presumpserit, qui in sacramenta regia iuraverit, idem cum Deo sentiens, idem cum prophetis asserens, idem cum aecclesia, quae iam in coelis regnat, docens, cum iuxta Ezechielem prophetam et expositionem beati Ieronimi[3], propheciam Ezechielis super hac re exponentis, Sedechias, rex Ierusalem, ideo ab ipso Deo severissime cum domo sua sit dampnatus, quia fedus, quod cum rege Babilonis per nomen Dei iurando firmaverat, solvere presumpserit[e], licet rex Babilonis gentilis esset et Sedechias de statu aecclesiae illius temporis, id est baptizatus baptismate circumcisionis. Cuius rei discrecionem legio Thebea spiritualiter tenuit, cum caesari quae caesaris erant redderet, et tamen ei in idolo vel in sacramentis idolorum communicare nec sub gladio acquiesceret. Recte optulisti, dum privilegium cuiusdam abbatiae, quae in partibus Galliae apud Augustudunum[f] sita est, a beato Gregorio dictatum et firmatum in auctoritatem revocasti. Ut autem evidenter reveletur[g], quia non recte divisisti, non est nobis pigrum interponere seriem eiusdam privilegii. Cuius exemplum se ita habet[4]: *Quando ad ea, ad quae catholicorum regum corda pontificalibus sunt monitis provocanda, ita ardenti desiderio divina preveniente gratia*[g] *succenduntur, ut ab eis ultro poscantur, tanto sunt alacri et leto animo concedenda, quanto in ea ipsa, que cupiunt, si nollent facere, peti debuerant. Proinde iuxta scripta filiorum nostrorum precellentissimorum regum Brunihildis ac nepotis ipsius Theoderici monasterio sanctae Mariae, ubi ancillarum Dei est congregatio constituta, in urbe Augustudunensi a reverendae memoriae Suagrio episcopo condita*[h]*, cui preesse dinosceris, huiusmodi privilegia presentis auctoritatis nostrae decreto indulgemus, concedimus atque firmamus, statuentes nullum regum, nullum antistitum, nullum quacumque preditum dignitate, vel quemquam alium [de*[i]*] his, que eidem monasterio a supradictis filiis nostris regibus iam donata sunt vel in futuro a quibuslibet aliis de proprio fuerint iure collata, sub cuiuslibet causae occasionis*[k] *specie imminuere*[l] *vel auferre et sive*

a) reputasti 2. b) et *add.* 2. c) excommunicare *corr.* excommunicari 1; excommunicare 2. d) decens *corr.* doc. 1. e) presumpsit 2. f) Augustum 2. g) *deest* 2. h) *ita* 1. 2; condito *G.* i) *deest* 1. 2; *recepi ex G.* k) occasionisve *G.* l) minuere *G.*

1) *Cf. epist. I,* 18, *ap. Pseudo-Isid. ed. Hinschius p.* 36. 2) *Cf. librum de unit. eccl. conserv. I,* 2. 16, *supra p.* 186. 209. 3) *Cf. supra p.* 381. 383. 4) *Reg. XIII,* 9, *Opp. II, col.* 1223—25; *Jaffé* 1876.

suis usibus applicare vel aliis quasi piis causis pro suae avariciae excusatione concedere; sed cuncta, quae ibi oblata sunt vel offerri contigerit, tam a te quam ab eis, qui[a] *in tuo officio locoque successerint, a presenti tempore illibata et sine inquietudine aliqua volumus possideri, eorum*[b] *tamen usibus, pro quarum sustentacione gubernacioneque concessa sunt, modis omnibus profutura. Item*[c] *constituimus, ut, obeunte abbatissa supradicti monasterii, non alia ibi quacumque obreptionis astucia ordinetur, nisi quam rex eiusdem provinciae cum concessu*[d] *monacharum secundum Dei timorem elegerit ac previderit ordinandam. Hoc quoque capitulo presenti*[e] *subiungimus, ut locum avaritiae secludamus, nullum de regibus, nullum de sacerdotibus, vel quemcumque aliun per se subpositamve personam de ordinatione eiusdem abbatissae vel quibuscumque causis ad monasterium ipsum pertinentibus audere in auro vel alia qualibet specie commodi quicquam accipere, neque eandem abbatissam ordinationis suae causa dare presumere, ne hac occasione ea, quae a fidelibus piis locis offeruntur aut iam oblata sunt, consumantur. Et quoniam multae occasiones in deceptione*[f] *religiosarum personarum a pravis illic, ut dicitur, hominibus exquiruntur, abbatissam predicti monasterii nullo modo privandam deponendamque censemus, nisi causa specialiter criminis exigente. Unde necesse est, ut, si qua contra ea*[g] *huiusmodi querela surrexerit, non solum episcopus civitatis Augustudunensis causam examinet, sed adhibitis sibi sex aliis [co]episcopis suis, subtili hoc investigatione perquirat, quatinus, cunctis concorditer iudicantibus, canonice districtionis censura aut ream ferire aut innocentem possit absolvere. Haec ergo omnia, quae huius precepti decretique nostri pagina continet, tam tibi, quam cunctis, qui*[h] *in eo quo es ordine locoque successerint, vel eis, quorum interesse potuerit, in perpetuum servanda decernimus*[i]. *Si quis vero regum, sacerdotum, iudicum atque secularium personarum hanc constitucionis nostrae paginam agnoscens, contra eam venire temptaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reumque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et, nisi vel ea, quae ab illo sunt male ablata, restituerit, vel digna penitentia illicite acta defleverit, a sacratissimo corpore ac sanguine Dei ac domini nostri Iesu Christi alienus fiat atque in aeterno examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax domini nostri Iesu Christi, quatinus et hic fructum bone actionis recipiant et apud districtum iudicem premia aeternae pacis inveniant.*

9. Hactenus series privilegii, quod beatus Gregorius cuidam abbatiae concessit specialiter, et non generaliter omnibus abbatiis. De hac serię illud tantum, Hildebrande, detruncasti, quod tibi videbatur aliquatenus convenire tuae intentioni, illud scilicet, quod imprecatur, quod quisquis contra illud privilegium venire temptaverit, sive rex sive sacerdos, potestatis honorisque sui dignitate careat. Hoc recte optulisti, sed non recte divisisti, dum imprecationis verba non imprecantis sed iubentis esse voluisti. Vel si iubentis sunt, non recte divisisti, dum preceptum adversus provinciarum regem compositum caesari oposuisti, quasi nulla sit differentia caesaris et cuiuslibet provincialis regis. Non recte divisisti, dum privilegium caesaris coelitus donatum, verbo Christi consecratum, paganis et Arrianis caesaribus conservatum, privilegio beati Gregorii immutatum estimasti, quasi beatus Gregorius contraria euangelio senserit vel Domino dicenti tempore pagani caesaris: *Reddite quae sunt caesaris caesari.* Et ipse Iesus, Matth.22,21. ne scandalizaret vel ipsum paganum caesarem vel ipsos ministros pagani caesaris, pro ib. 17, 26. se et Petro tributum solvi iussit; in quo evidenter mores aecclesiae et ordinavit et instruxit. Et Romana aecclesia, Christi pedissequa, temporibus Arrianorum caesarum eorum ministris ius caesaris solvendum non negavit, et beatus Ambrosius, qui Theodosium devote penitentem, sponte confitentem, non imperio, non tributo, sed communione

a) quae *G.* b) earum *G.* c) Idem item 1. 2. d) *ita* 1. 2; consensu *G.* e) pro sancti sequenti 2. f) deceptionem *G.* g) eam *G.* h) quae *G.* i) decrevimus 2.

ad tempus privavit, ipse idem Arriano caesari Valentiniano ius caesaris non negavit, immo solvit et solvendum predicavit. Et cum Romana aecclesia minores reges vel quoslibet tirannos vel caesarem crebro expugnaverit, ipsi caesari, licet Arriano, numquam armis temporibus antiquis, sed sola fide restitit. Non recte ergo divisisti, dum reclamantem scripturam distorsisti, dum beatissimo Gregorio, longe ab intellectu tuo recedenti, manus parricidales iniecisti et, quantum in te fuit, ei vim fecisti. Et satis pro-
*f. 4'. babile est, quod, beato Gregorio super tanta iniuria apud Deum *proclamante, non solum spiritualiter, sed etiam corporaliter divino iudicio exclusus sis a sede ipsius beati Gregorii, cuius doctrinam crudeliter detraxisti, immo, dum distrahere voluisti, miseros illos et simplices homines, qui te audierunt, dum terra admirata est, post bestiam tecum ad inferos detraxisti, hoc tantum solatii habens, ut estimo, quod cum multis peristi. Sed, queso, quare de eodem privilegio subtraxisti vel tacendo subpressisti, quod abbatissa loci illius non debeat deponi minus quam a septem episcopis et non nisi pro crimine, non nisi iudiciario ordine precedente, secundum canonicum ordinem districta examinatione, cum vel rusticanus presbiter minus quam a septem episcopis non possit canonice deponi? Sed video, quare; scilicet ne idem beatus Gregorius in eodem privilegio tibi obviaret, qui caesarem non legitime accusatum, non sponte confessum in iudicio vel convictum, ad placitum deponere disponebas. Quare, inquam, subpressisti, quod sine rege provinciae abbatissa eidem loco eligi eodem privilegio inhibetur, nisi quia religiosos caesares excludere volebas ab eo, quod non est negatum regi provinciali? Sed tu, sapientior Gregorio, sanctior universis, quorum precepta conculcando ab eorum collegio excidisti, non recte, immo pessime divisisti, dum caesarem ante iure caesaris spoliasti, ante a fidelitate, quam per nomen Dei iurando principes ei firmaverant, eosdem principes absolvisti, ante periuria predicasti, ante prodiciones innumeras et pessimas ordinasti et in oculis simplicium consecrasti, quam in eum precederet ordo iuditii. Non recte divisisti, si beati Gregorii et religiosorum principum tempora a temporibus apostolorum, sub paganis principibus pro tempore, pro re decernentium, nichil differre estimasti. Sub paganis principibus apostoli decreverunt[1], ne quisquam per secularem potestatem aecclesiasticam optineret dignitatem. Sub principibus orthodoxis et aecclesiae defensoribus secure beatus Gregorius decrevit in predicto privilegio, ne sine rege provintiae eligeretur abbatissa vel locum regiminis optineret. Beatus Augustinus ait[2]: *Divide tempora et solvisti questiones.* Recte optulisti, dum Theodosium caesarem a beato Ambrosio excommunicatum dixisti. Non recte divisisti, dum modum excommunicationis tacuisti. Salvo enim caesaris honore ad tempus eum sacramentorum aecclesiasticorum communione sponte confitentem et devote penitentem privavit. Ad[a] liquidum enim noverat regulas aecclesiae, quibus precipitur neminem esse ligandum de extorta confessione.

10. Primus Alexander papa[3]: *Confessio,* inquit, *in talibus non extorta, sed spontanea esse debet: Pessimum est,* inquit, *de suspicione aut extorta confessione quemquam iudicare. Omnis,* inquit, *confessio quae fit ex preiudicio seu ex necessitate, fides non est.* Et beatus Augustinus in libro de penitentia[4]: *Plerique,* inquit, *boni christiani propterea tacent et sufferunt aliorum peccata, quae noverunt, quia documentis sepe deseruntur et ea, quae ipsi sciunt, iudicibus aecclesiasticis probare non possunt. Quamvis enim vera*[b] *sunt quaedam, non tamen iudici facile credenda*[c] *sunt, nisi quae certis indiciis demonstrentur. Nos vero a communione quemquam prohibere non possumus, quamvis haec prohibicio nondum sit mortalis, sed medicinalis, nisi aut sponte*

a) Aliquando 2. b) *deest* 2. c) cedenda 2.

1) *Canon. apostol.* 29, *Mansi I, col.* 34; *ed. Hinschius* 31, *p.* 29. 2) *Hunc locum non inveni.*
3) *Epist.* 1. *ap. Pseudo-Isid. ed. Hinschius p.* 98. 4) *Sermo* 351, *Opera V, col.* 1359. 1360.

confessum aut in aliquo sive seculari sive[a] *aecclesiastico iudicio nominatum atque convictum. Quis enim sibi utrumque audeat assumere, ut cuiquam ipse sit et accusator et iudex?* Et paulo post: *Noluit,* inquit, *apostolus hominem ab homine iudicari ex arbitrio suspicionis, vel extra ordinato*[b] *usurpato iuditio, sed potius ex lege Dei secundum ordinem aecclesiae, sive ultro confessum sive accusatum atque convictum. Alioquin illud cur dixit: 'Si quis frater nominatur aut fornicator aut idolis serviens'* 1. Cor. 5, 11. *et caetera, nisi quia eam nominationem intelligi voluit, quae fit in quemquam, cum sententia et*[c] *ordine iudiciario atque integritate profertur? Nam si nominatio sufficit, multi dampnandi sunt innocentes, quia sepe falso in quoquam crimine nominantur.* Et Nicenus[d] canon[1] ait: *Incerta nemo umquam pontificum iudicare presumat, quia quamvis vera sint, non tamen credenda sunt, nisi quae manifestis inditiis comprobantur, nisi quae iudiciario ordine publicantur. Criminationes maiorum natu per alios non fiant, nisi per*[e] *ipsos, qui crimina intendunt, si tamen ipsi digni et inreprehensibiles apparuerint et actis docuerint publicis omni se carere suspicione atque inimicitia et inreprehensibilem fidem ac conversationem ducere.* Item Nicenum concilium[2]: *Similiter nec summorum quispiam minorum accusationibus impetatur aut dispereat, neque in re dubia certa detur sententia, nec ullum iudicium nisi ordinabiliter habitum teneatur.* Item[3]: *Omnes, qui adversus patres armantur, infames esse censemus, neque eos, qui cum inimicis morantur, ad accusationem vel ad testimonium recipiendos.* Item: *Nemo pontificum deinceps aliquem episcopum, suis expoliatum rebus aut a sede pulsum, excommunicare aut iudicare presumat, quia non est privilegium, quo spoliari possit iam nudatus. Pari tenore decernimus non credi accusatori, qui absente adversario causam suggesserit ante utriusque partis discussionem, nec accusatores vel testes suscipi, qui non sunt idonei.* Item[4]: *Primates accusatum discutientes episcopum non ante sententiam proferant dampnationis, apostolica*[f] *freti auctoritate, quam aut reum se ipsum confiteatur aut per innocentes et canonice examinatos regulariter testes convincatur. Irritam esse iniustam episcoporum dampnationem, idcirco a sinodo retractandam, ita ut oppressis ab omnibus in cunctis subveniatur causis. Placuit*[5]*, semper in accusatione clericorum primo persona, fides, vita et conversatio blasphemantium perscrutetur, nam fides omnes actus hominis precedere debet, quia dubius in fide infidelis est, nec eis omnino esse credendum, qui veritatis fidem ignorant.* In his omnibus, Hildebrande, Nicenos canones conculcasti. Publicos inimicos caesaris ad accusationem ipsius absentis admisisti, neque sponte confessum neque legitime convictum excommunicare presumpsisti. Sed quam iuste excommunicatores Dominus revelavit, qui[g] ex ore tuo, ex verbis tuae excommunicationis te fidem catholicam ignorare absque dubio ostendisti et non solum dubium in fide, sed penitus infidelem demonstrasti, dum caesarem et episcopos communicantes caesari excommunicare presumeres et communicantes eis ab excommunicatione exciperes, cum etiam parvulus nondum natus, si subito nascatur, sicut ait beatus Augustinus[6] in epistola ad Auxilium[h], etiam in periculo mortis non possit ad salutem ab excommunicatis baptizari. Et ut error tuus evidentior esset, errorem secundi Anastasii et decretum eius renovasti, quo simulavit non esse lesos baptizatos et ordinatos a iam dampnato et publice excommunicato Acatio, pro quo ipse Anastasius ab aecclesia Romana prius dampnatus et postmodum divino nutu est per-

a) spirituali *add.* 2. b) *ita* 1. 2; extraordinario *A.* c) *deest A;* ex? d) Nicenis 1. 2. e) qui per ipsos cr. *Ps.-Isid.* f) quam ap. fr. auct. aut *Ps.-Isid.* g) *ita* 1. 2; quia? h) Axilium 1.

1) *Ex Iulii papae decretis, ap. Pseudo-Isid. ed. Hinschius p.* 469. 2) *Ibid. p.* 470. 471. 3) *Ibid. p.* 468. 4) *Ibid. p.* 470. 5) *Ibid. p.* 468; *cf. supra p.* 370, *n.* 8. 6) *Epist.* 250, § 1, *Opera II, col.* 878 *D; quae haud recte intellexit auctor.*

cussus[1]. Quomodo igitur in quemquam iudicium ferre potuisti, qui in sinodo te a fide catholica errare luce clarius ostendisti et, senatoribus sanctae sedis te frustra revocantibus, inrevocabilis permansisti et aures tuas, ne legem Dei audires, divinitus induratus opturasti? Cum ergo in sinodo contra fidem catholicam publice insanires, iure Romana
Luc. 19, 22. aecclesia illud verbum Domini ex euangelio tibi intendit: *Ex ore tuo te iudico, serve nequam.* Magis enim hereticum facit defensio erroris, quam ipse error, si non defen-
Ps. 140, 4. deris. *Non declines*, inquit psalmista, *cor meum in verba malitiae ad excusandas excusationes in peccatis.* Recognitio enim et humilis confessio peccati veniam parit, defensio vero et pertinatia in diabolicam temptacionem inducit. Hinc est, quod patres sancti, cum Arrii errorem dampnarent, ipsum Arrium primum non dampnaverunt; sed quia inrevocabiliter erravit, divino nutu cum errore suo percussus interiit. Tu quoque, postquam inrevocabiliter errasti, a patribus Romanae aecclesiae deseri
1080. meruisti, a quibus papa[a] Clemens postmodum canonicę invitatus et electus non apostolici pontificis, sed heretici et fidei catholicae proditoris supplantator accessit; sicut[b] plenius invenitur in libro, quem transscripsimus de Romanae aecclesiae gestis[2].

11. Recte optulisti, dum privilegium beati Petri, coelitus fundatum, interposuisti,
Matth. 16, 19. cui dictum est: *Quodcunque*[c] *ligaveris super terram, erit ligatum*[d] *in coelo.* Non recte autem divisisti, dum sub occasione huius privilegii contra exposicionem ipsius beati[e] Petri et aliorum sanctorum te quemquam inordinate posse solvere vel[f] ligare, vel ad libitum huiusmodi potestatem exercere significasti. Beatissimus Petrus fidelissimus expositor sui privilegii, cum successori suo Clementi idem privilegium traderet, aequissimam expositionem faciens, ait[3]: *Si mundialibus curis fueris occupatus, et te ipsum decipies et eos, qui te audient. Non enim poteris, quae ad salutem pertinent, plenius singulis quibusque distinguere, et ex eo fiet, ut et tu, tamquam qui non docueris quae ad salutem hominum pertinent, deponaris et discipuli per ignorantiam pereant. Idcirco tu quidem ad hoc solum vacato, ut oportune et sine intermissione doceas verbum Dei, per quod salutem consequi possunt. Illi vero cum tanta reverentia tua verba suscipiant, ut sciant, legatum te et preconem esse veritatis, et quodcumque ligaveris super terram, esse ligatum et in coelis, et quodcumque solveris super terram, etiam ibi solvendum esse, quandoquidem et tu, ut dixi, quae oportet ligabis et quae expedit solves.* Item idem[4]: *Clementi trado a Domino michi traditam potestatem ligandi et solvendi, ut de omnibus quibuscumque decreverit in terris, hoc decretum erit*[g] *et*[h] *in coelis. Ligabit enim, quod oportet ligari, et solvet, quod expedit solvi, tamquam qui ad liquidum aecclesiae regulas noverit.* Hac fideli expositione beati Petri liquido ostenditur non ad placitum, sed ex regulis aecclesiae ligandum esse et solvendum. Tu vero verbis Domini nullum honorem dedisti, dum ea falso exponere non timuisti, dum ipsum Iesum tuae perversitatis auctorem, nequissimo spiritu erroris repletus, pessime mentitus es et hoc mendatio corda simplicium evertisti. Testatur autem Spiritus sanctus per os beati Gregorii in Pastorali[5], quanta sit heresis et idolatria distorquere precepta legis aliter, quam convenit. Cum ergo luteum parietem erroris aedificares, improvide egisti, quod verba sancti Spiritus interposuisti, sub quorum pondere paries luteus subsistere non potuit. Minus enim peccasses, si Deum mendacii tui testem non invocasses. Sed ipse Deus causam suam contra te manifeste

a) Cl. p. 2. b) *verba* sicut — gestis *Francke non auctori huius epistolae, sed ei, qui epistolas collegit, tribuere voluit. E. D.* c) quicquid 2. d) et *add.* 2, *ubi* coelis. e) P. et b. 2. f) *deest* 2. g) *ita* 1. 2; sit *Ps.-Isid.* h) *ita* 2. *et Ps.-Isid.; deest* 1.

1) *Lib. pont. ed. Duchesne I, p.* 258. 2) *Cf. Gesta Rom. eccl. contra Hildebr. I,* 1, *supra p.* 369. 3) *Clementis epist.* 1, *ap. Pseudo-Isid. ed. Hinschius p.* 32. 4) *Ibid. p.* 31. 5) *III, c.* 24; *Opp. II, col.* 73.

defendit, dum[a] per pusillos suos non se testem vel fautorem tui mendatii vel tuae perversitatis, sed damnatorem evidenter ostendit. Accipe et alias fidelissimas expositiones divini verbi. Leo in sermone de passione beati Petri[1]: *Dicitur beatissimo Petro: 'Tibi* Matth. 16, 19. *dabo c[laves] r[egni] c[oelorum] et q[uodcumque] l[igaveris] s[uper] t[erram], e[rit] l[igatum] et i[n] c[oelis] et q[uodcumque] s[olveris] s[uper] t[erram] e[rit] s[olutum] et in coelis'. Transivit quidem et in alios apostolos vis*[b] *istius potestatis, sed non frustra uni commendatur quod omnibus intimetur*[c]. *Petro enim ideo hoc singulariter creditur, quia cunctis aecclesiae rectoribus Petri forma preponitur. Manet ergo Petri privilegium ubicumque ex ipsis*[d] *fertur aequitate iudicium. Nec nimia est vel severitas vel remissio, ubi nichil erit ligatum, nichil solutum, nisi quod beatus Petrus aut ligaverit aut solverit.* Ieronimus[2] super Matheum: *'Quodcumque ligaveris' et caetera. Istum locum episcopi et presbiteri non intelligentes, aliquid sibi de phariseorum sumunt*[e] *supercilio, ut vel dampnent innocentes, vel solvere se noxios arbitrentur, cum apud Deum non sententia sacerdotum, sed rerum*[f] *merita querantur.* Gregorius in dialogo[3]: *Numquid nam, Petrus*[g], *in hac adhuc carne non erat, qui audiebat quodcumque ligaveris s. t. e. l. et i. c. et q. s. s. ter. e. s. et i. c.? Cuius nunc vicem in ligando et solvendo* optinent, qui locum sancti regiminis fide et moribus tenent.* Gregorius[4]: *f. 5. *Fit, ut ipsa ligandi ac solvendi potestate se privet, qui hanc pro sue voluntatis motibus et non pro subiectorum moribus exercet.* Simplicii papae[5]: *Privilegium meretur amittere, qui permissa sibi abutitur potestate.* Marcellini papae[6]: *Nec quicquam, quod contra euangelicae, propheticae aut apostolicae doctrinae constitucionem sive sanctorum patrum decreta actum fuerit, stabit.* Cristus: *Non possum ego a me facere quicquam, sed*[c] *sicut audio, iudico.* Ioh. 5, 30. Ambrosius[7] super 'Beati inmaculati' in expositione versiculi: *Misericordiae tuae multae, Domine, super iudicium tuum vivifica me:* Ps. 118, 156. *Dominus omnium dicit: 'Non possum ego a me facere quicquam'. Alibi lego: 'Negare* 2. Tim. 2, 13. *se ipsum non potest'. Non potest utique, non per infirmitatem, sed per integritatem, non per impossibilitatem faciendi, sed per observationem iudicandi. Quid non potest, qui omnia potest, nisi quod posse nolit? Non vult posse quod dampnat, non vult posse adversus fidem, non vult posse adversus veritatem. Audi postremo ipsum dicentem, cur non possit a se facere quicquam. 'Sicut audio', inquit, 'et iudico'. Hoc est: non* Ioh. 5, 30. *ex mea potestate decerno quod libitum; sed ex iudicandi religione quod iustum est. Et ideo iudicium meum verum est, quia non voluntati meae indulgeo, sed aequitati. Audite, quid iudex coelestis dicit*[h]: *'Non possum a me facere quicquam; sicut audio iudico'. Et Pilatus dicebat ad Dominum: 'Potestatem habeo crucifigendi te'. Usurpas,* Ioh. 19, 10. *o homo, potestatem, quam non habes, cum Deus neget se habere, qui habet super omnia potestatem. Audit*[i], *quid iusticia dicat: 'Non possum a me facere quicquam'. Audite, quid iudex aequitatis*[k] *asserat: 'Sicut audio et iudico'. Audite, quid iudex iniquitatis loquitur*[l]: *'Potestatem', inquit, 'habeo dimittendi te et crucifigere*[m] *te'. Tua, Pilate, voce constringeris, tua dampnaris sententia. Pro potestate igitur, non pro aequitate crucifigendum Dominum tradidisti, pro potestate absolvisti latronem, auctorem autem vitae interfecisti; sed nec istam a te habuisti, quam habere te asseris potestatem. Denique dicit tibi dominus Iesus: 'Non haberes potestatem adversus me ullam, nisi tibi* ib. 19, 11.

a) du 1. b) ius *L.* c) *deest* 2. d) *ita* 1. 2; ipsius *L.* e) assumunt *H.* f) *ita* 1; rerum natura 2; reorum vita quaeratur *H.* g) Petre *Gr.* h) *ita* 1. 2; dicat *A.* i) *ita* 1. 2; audi *A.* k) iniquitatis 1. 2; aequitatis *A.* l) *ita* 1. 2; loquatur *A.* m) *ita* 1. 2; crucifigendi *A.*

1) *Sermo* 4, *Opera ed. Baller. I, col.* 17. 18. 2) *Comment. in Matth. III,* 16, *Opera VII, col.* 124. 125, *cf. Libell. II, p.* 483. 3) *II, c.* 23, *Opera II, col.* 253. 4) *Homil. in evang. II,* 26, § 5, *Opera I, col.* 1555. 5) *Epist.* 14. *ap. Thiel I, p.* 201. 6) *Epist.* 2. *ap. Pseudo-Isid. ed. Hinschius p.* 223. 7) *In ps.* 118. *expositio, Sermo* 20, § 37 — 39. *Opera I, col.* 1231. 1232.

data esset desuper'. Mala potestas licere quod noceat. Potestas ista tenebrarum est
Ioh. 5, 30. *non videre lucem, sed spernere. Audite, quid iudex verus loquatur: 'Non quero voluntatem meam, sed voluntatem eius, qui misit me'. Quasi homo loquitur, quasi iudex docet, quoniam qui iudicat non voluntati suae optemperare debet, sed tenere, quod legum est.* Gregorius in Pastorali[1]: *Admonendi sunt pertinaces, ut elationem suae cogitacionis agnoscant et semet ipsos vincere studeant, ne, dum aliorum suasionibus foris superari despiciunt, intus a superbia captivi teneantur. Admonendi sunt, ut sollerter aspiciant, quae filius hominis, cui una semper cum patre voluntas est, ut*
Ioh. 5, 30. *exempla nobis frangendae nostrae voluntatis prebeat, dicit: 'Non quero voluntatem meam, sed voluntatem eius, qui misit me, patris'. Qui*[a]*, ut huius adhuc virtutis suae gratiam commendaret, servaturum se hoc in extremo iudicio premisit, dicens: 'Non possum ego*[a] *a me ipso facere quicquam, sed sicut audio, iudico'. Qua itaque conscientia dedignatur homo aliene voluntati adquiescere, quando Dei atque hominis Filius, cum virtutis suae gloriam venit ostendere, testatur se non a semet ipso iudicare?*

12. Ecce unus de tot et tantis testibus et fidelissimis expositoribus ad destruendam expositionem tuam, Hildebrande, sufficit. Sed propter simpliciores crebra auctori-
cf. Ps. 18, 2. 3. tas adhibenda fuit, ut, dum tu et tui ut nox nocti indicarent scientiam, dies diei eructaret verbum et coeli, enarrantes gloriam Dei, revelarent iniquitatem tuam. Recte optulisti dicens[2]: *Quod si sancta sedes apostolica, divinitus collata sibi principali potestate, spiritualia decernens diiudicat, cur non et secularia?* Non recte autem divisisti, dum te, inrevocabiliter a fide catholica errantem et a[a] patribus sanctae sedis derelictum, sedem apostolicam esse reputasti, cum iam non[a] solum spiritualia, sed etiam secularia a te non possent iudicari[b]. Nec recte optulisti nec recte divisisti, dum secundum Anastasium, a Romana aecclesia dampnatum et divino nutu percussum[3], beatum scripsisti, cuius errorem renovando, cuius decreta in auctoritatem revocando, cuius perfidiam defendendo, fidem tuam, immo non tuam, sed catholicam, perdidisti. Scripsit enim idem Anastasius non esse lesos extra aecclesiam baptizatos et ordinatos ab excommunicato Acatio. Vide ergo in quantum sis contrarius non solum sanctis, sed etiam tibi ipsi. Anastasius dixit[4]: *Nullum de his, vel quos baptizavit Acacius, vel quos sacerdotes sive levitas secundum canones ordinavit, eos ex nomine Acacii portio lesionis adtingat, quo forsitan per iniquum tradita sacramenti gratia minus firma videatur.* Item idem: *Baptisma, sive ab adultero vel a fure fuerit datum, ad percipientem munus pervenit illibatum; nam si visibilis solis istius radii, cum per loca fetidissima transeunt, nulla contactus inquinatione maculantur, multo magis illius, qui istum visibilem fecit, virtus nulla ministri indignitate constringitur. Nam et Iudas, cum fuerit sacrilegus atque fur, quicquid egit inter apostolos pro dignitate commissa, beneficia per indignum data nulla ex hoc detrimenta senserunt, declarante hoc ipsum Domino mani-*
Matth. 23, 2. 3. *festissima voce: 'Super cathedram', inquit, 'Moysi s. s. et ph. q. d. f. q. f. f. n.'* Item: *Hic*[c]*, cuius nomen dicimus esse reticendum, male bona ministrando sibi tantum*[d] *nocuit. Nam inviolabile sacramentum, quod per illum datum est, aliis perfectionem suae virtutis optinuit. Quod si aliquorum in tantum extendit se curiosa suspicio, ut imaginentur, prolato [a*[e]*] papa Felice iudicio, postea inefficaciter in sacramentis, quae Acacius usurpavit, egisse ac proinde eos metuere, qui vel in consecracionibus vel in baptismate misteria tradita susceperunt, ne irrita beneficia divina videantur: meminerint in hanc quoque partem similiter tractatum prevalere superiorem, quia non sine*

a) *deest* 2. b) iudicare 1. 2. c) *ita* 1; hic acius 2; Acacius *A*. d) *ita* 2 *et A*; tamen 1. e) *deest* 1. 2; *recepi ex A*.

1) *III*, c. 18, *Opera II, col.* 60. 61. 2) *Cf. supra p.* 389. 3) *Cf. supra p.* 393. 4) *Anastasii II. epist.* 1. *ad Anastasium imp., Thiel p.* 61.

usurpatione sacerdotii adiudicatus hoc[a] *egit, in quo virtutem suam, optinentibus misteriis, in hoc quoque aliis rea sibi persona non nocuit.* Item: *Cum sibi nomen sacerdotis vindicarit condempnatus*[b]*, in ipsius vertice superbiae tumor inflictus est, quia non populus, qui in ministeriis donum ipsius sitiebat, exclusus est, sed anima sola illa, quae peccaverit, iusto iuditio proprie*[c] *erit obnoxia.* Hoc decretum ubi Anastasius aecclesiae optulit, hanc[d] oblacionem aecclesia respuit; hanc oblacionem Deus ipse fulgure dampnavit, in quo non solum sanctis omnibus, sed etiam sibi ipse repugnavit, cum ea, quae Iudas inter apostolos fecit, pro dignitate ministerii rata diceret et nondum communione privatum significaret, et Acacium a Felice papa excommunicatum pronunciaret, quasi nulla sit differentia inter malos nondum de aecclesia eiectos et malos iam communione privatos.

13. Eleutherius papa, dum de malis nondum eiectis tractaret, ait[1]: *Quia Iudas non est accusatus, ideo non est eiectus; et quicquid inter apostolos egit, pro dignitate ministerii ratum mansit.* De accusatis et eiectis dum beatus Innocentius tractaret, ait[2]: *Cum nos dicamus ab hereticis ordinatos vulneratum per illam manus impositionem habere caput, ubi vulnus infixum est, medicina est adhibenda, ut possit recipere sanitatem. Quae sanitas post vulnus secuta sine cicatrice esse non poterit; atque ubi poenitentiae remedium necessarium est, illic ordinationis honorem locum habere non posse. Nam sicut*[e] *legitur: 'Quod tetigerit immundus, immundum erit*[f]*; quomodo id* Num. 19, 22. *ei tribuetur, quod mundicia ac puritas consuevit accipere?* Beatus Gregorius in expositione super 'Designavit dominus', dum tractaret specialiter de simoniacis et gene- Luc. 10, 1. raliter de omnibus malis sacerdotibus nondum accusatis, a Deo et non a subditis iudicandos esse docens, subiunxit[3]: *Cui rei dicam similes malos sacerdotes, nisi aquae baptismatis, quae alios quidem mittit ad regnum, ipsa vero in cloacas vadit.* Idem, cum tractaret de Maximo Salonitano excommunicato et ordinatoribus eius excommunicatis, ait[4]: *Nos nullo modo possumus dicere consecrationem, que facta est ab excommunicatis.* Secunda sinodus[5], dum tractaret de symoniacis, ait: *Symoniaci Iudae comparantur traditori.* Augustinus, dum tractaret generaliter de omnibus malis nondum eiectis, ait[6]: *Dona Dei perveniunt ad eos, qui cum fide accipiunt, etiamsi talis sit, per quem accipiunt, qualis Iudas fuit.* Augustinus, dum tractaret in epistola ad Bonifacium de parvulis baptizatis ab hereticis iam eiectis, ait[7]: *Si christiani baptismi sacramentum, quando unum atque ipsum*[g] *est, etiam apud hereticos valet et sufficit ad consecrationem sive*[h] *ad sacramenti perfectionem, quamvis ad vitae aeternae participationem non sufficiat, — que consecratio reum quidem potius hereticum facit extra Domini*[i] *gregem habentem dominicum caracterem, corrigendum tamen admonet sana doctrina non iterum similiter consecrandum —: quanto pocius in catholica*[k] *aecclesia etiam per stipulae ministerium frumenta purganda portantur, ut ad massae societatem mediante area perducantur.* Beatus Augustinus, dum tractaret de malis nondum excommunicatis, interposuit verba Domini dicentis: *Super cathedram Moisi s. s. et p.* Matth. 23, 2. et caetera et subiunxit[8]: *Numquid credentes in se Dominus ad Iudeos missurus erat, ut discerent? Sed nomine scribarum et phariseorum significavit quosdam futuros in*

a) non 1. 2; *recepi ex A.* b) est depravatus 2. c) propriae culpae erat o. *A.* d) h. o. ipse deus ipse fulgure damnavit. Ecclesia respuit h. o. 2. e) si ut *Sch.* f) faciet *Vulg.* g) id ipsum *A.* h) sive — perf. *des. A.* i) *deest* 2. k) e. c. 2.

1) *Eleutherii decr.* 3, *ap. Pseudo-Isid. ed. Hinschius p.* 126. 2) *Epist.* 17. *ad episc. Maced., Schoenemann p.* 584. 585. 3) *Homil. in evang. I,* 17, § 18, *Opera I, col.* 1505 *B.* 4) *Reg. IV,* 20, *ed. Ewald I, p.* 255; *Jaffé* 1292. 5) *Conc. Nicaenum secundum, act.* 8, *Mansi XIII, col.* 464 *D.* 6) *In ps.* 10. *enarratio, Opera IV, col.* 62 *F.* 7) *Epist.* 98, *Opera II, col.* 266, *cf. supra p.* 375, *n.* 3. 8) *Sermo* 137, *Opera V, col.* 666 *E.*

aecclesia sua, qui dicerent et non facerent; se autem significavit in persona Moysi. Non recte ergo, Hildebrande, optulisti vel divisisti, dum de scribis et phariseis, per quos significantur mali nondum excommunicati, argumentum inconveniens dedisti ad defensionem penitus invalidam et perfidam illorum, qui a iam excommunicato Acacio et eiecto erant baptizati et ordinati; et Anastasii secundi dampnationem incurristi, dum eius errorem renovasti. Augustinus, dum tractaret in libro de unico baptismo de hereticis nondum eiectis, ait[1]: *Utrum catholicum pessimis moribus alicui heretico, in cuius vita preter id, quod hereticus est, non inveniunt homines quod reprehendant, preponere debeamus, non audeo precipitare sententiam.* Et infra: *Propositis itaque duobus, uno catholico cum his omnibus viciis, alio*[a] *heretico sine vitiis, quae possunt non esse in heretico, quamvis contra fidem non uterque disputet et tamen contra fidem uterque vivat et spe vana uterque fallatur et a caritate spirituali uterque dissentiat et hoc uterque ab illius unice columbae corpore alienus sit, cur in uno eorum sacramentum Christi cognoscimus, in alio nolumus, quasi huius*[b] *sit et non nisi Dei sit.* Beatus Gelasius, dum tractaret de episcopis hereticis, non eiciendis ab aecclesia absque sententia Romanae sedis[c], ait inter caetera[2]: *Si de qualibet heresi fuerant impetiti, quanto*[d] *magis eos decuit ita cognoscere, qui et secundum religionis tenorem possent ista discutere! Si heretici prodi, discuti et legitime convinci modis omnibus debuerant, vel suis confessionibus vel aliorum vocibus confutari. Taceo, quia ad nos paterna fuerat consuetudine referendum. Quos si a fide integra communioneque catholica putaretis errare, ad apostolicam sedem secundum scientiam*[e] *maiorum et sicut semper factum est referre debuistis, sicut de Petro Alexandrino, vel de Antioceno Petro, de Iohanne Pauloque fecisse monstratur Acacius.* Item[3]: *Aut sequi debuistis, si credebatis esse catholicos, aut apud* **apostolicam sedem potius accusare, si credebatis errasse.* Beatus Simachus dum [de[f]] invasoribus aecclesiasticarum rerum, post primam et secundam correptionem non resipiscentibus, in sinodo tractaret, sancta sinodus, huiusmodi hereticos et scismaticos designans, ait[4]: *Precamur, antiquorum patrum regulas, que modo propter incuriam quorundam quasi oblitae habentur, renovetis et tale iudicium super eos fiat, ut aut manifeste heretici, quia aecclesiam Dei scindunt, et anathematizati atque ab aecclesia Dei extorres habeantur, aut per satisfactionem aecclesiae ad penitentiam et demum iuxta regulas aecclesiasticas ad reconciliationem et, si digni inventi fuerint, ad communionem recipiantur.* Secunda synodus, cum de hereticis tractaret, omnes iure excommunicatos hereticos esse pronuntians, ait[5]: *Hereticos dicimus tam eos, qui olim ab aecclesia proiecti sunt, quam qui post a nobis anathematizati sunt, preter hos autem et eos, qui fidem quidem sanam simulant confiteri, scismaticos etiam et eos, qui seorsum a communicantibus nobis episcopis collectas faciunt, deinde vero et siquidem ab aecclesia super causis quibusdam reprehensi sunt et proiecti aut excommunicati sive ex clero sive ex laicali ordine.* Non recte ergo divisisti, dum per Iudam et scribas et phariseos, per quos mali intra aecclesiam designantur, malos extra aecclesiam, heresim Anastasii renovans, designare presumpsisti. Postremo vide, quantum a te ipso dissenseris, cum episcoporum communicantium imperatori consecrationem[g] maledictionem diceres et contra te ipsum decretum Anastasii, ordinationes factas ab Acacio heretico et excommunicato confirmares et nichil lesionis ordinatos ab ipso contraxisse

*f. 5'.

a) alios 1; alios hereticos 2. b) *ita* 1. 2; quasi aut huius aut huius sit, cum in utroque idem sit et non nisi Dei sit *A*. c) ecclesie *post corr.* sedis 1; ecclesiae 2. d) q. m. *bis scr.* 2. e) *ita* 1; sententiam 2; scita *Th.* f) *add. Sudend.* g) consecratione 1. 2.

1) *IV*, 20, *Opera IX, col.* 137. 138. 2) *Epist.* 21. *ad episc. Orient., Thiel p.* 431; *quae valde contraxit auctor.* 3) *Ibid. p.* 432. 4) *Synodus Romana a.* 504, *Mansi VIII, col.* 310 *D.* 5) *Conc. Constantinopol. a.* 381, *c.* 6 *(Mansi III, col.* 562*), cuius antiqua translatio iam non exstat.*

pernitiosissime predicares. Papae autem vehementer admirandum, quod beatissimum Gregorium publicę falsitatis tuae testem accersisti, dum ordinationes et consecrationes episcoporum regi communicantium execrationem esse blasphemando dixisti, quasi regem canonico ordine excommunicaveris, cum potius inordinate excommunicando te ipsum ligandi et solvendi potestate privaveris. Privilegium enim secundum sacros canones[1] meretur amittere, qui permissa sibi abutitur potestate. Unde et Salemon: *Sicut avis in contrarium volans et passer quolibet vadens, sic maledictum, frustra prolatum, super eum, qui misit illud.* Prov. 26, 2. Sancti pontifices Romani, in propria iniuria non solum conviciis[a] lacessiti, sed etiam criminibus impetiti, impetitores suos canonicis induciis[b] ad synodum vocaverunt et iniurias, etiam a minoribus illatas, sicut monent canones, pacienter sustulerunt. Tu vero quantam reverentiam sacris canonibus exhibueris, quantae[c] pacientiae extiteris, testatur[d] sine mora precipitata excommunicatio, testantur scismata[e] ex te orta et tocius orbis confusio et humani generis sanguinis effusio.

Hildebrandus, Turbanus, Anselmus Lucensis episcopus, Deusdedit in compilationibus suis fraudulentis ex decretis Anastasii papae[2]: *Nullum de his, vel quos baptizavit Acatius, vel quos sacerdotes sive levitas secundum canones ordinavit, eos ex nomine Acatii portio lesionis attingat, quo forsitan per iniquum tradita sacramenti gratia minus firma videatur* et caetera. Hoc decreto Anastasius meruit apud Deum et[f] homines dampnari, in quo contra Spiritum sanctum blasphemavit, dum baptizatos et ordinatos extra aecclesiam catholicam ab Acacio, dampnato et excommunicato, nullam lesionem accepisse de manu Acacii scripto asseruit. Cuius errorem quia Hildebrandus cum discipulis suis scripto renovavit[g], merito a sede Romana divina sententia tanti erroris renovatorem exclusit.

14. Hildebrandus[3], Turbanus, Anselmus, Deusdedit: *Romanus pontifex absque dubio sanctus est, si canonice electus fuerit.* Hildebrandus in epistola ad Herimannum episcopum[4], cuius initium est: 'Quod ad perferendos labores': *Quod de apostolica sede prelibavimus, in decretis beati Simmachi pape[5], licet experimento sciamus, sic connectitur[h]: 'Beatus [Petrus[i]] perhennem meritorum dotem cum hereditate innocentie misit ad posteros. Quod[k] illi concessum est pro actuum lucę, ad istos pertinet, quos par conversationis splendor illuminat. Quis enim sanctum dubitet esse, quem apex tantae dignitatis adtollit? In quo, si[l] desunt bona adquisita per meritum, sufficiunt quae a loci decessore prestantur. Aut enim claros ad haec fastigia erigit, aut, qui eriguntur, illustret[m].* In eadem: *Quod si ad apostolicam sedem, in qua rite ordinati meritis beati Petri apostoli meliores efficiuntur, qui Deum timent coacti cum magno timore veniunt, ad regni solium cum quanto timore ac tremore accedendum est, in quo etiam boni et humiles, sicut in Saul et David cognoscitur, deteriores fiunt[n]?* 1081.

a) cum viciis 1. 2. b) udiciis 2. c) q. — extiteris *des.* 2. d) test. — excom. *des.* 2. e) scismatę 1. 2. f) et apud h. 2. g) revocavit 2. h) continetur *Gr.* i) *deest* 1. 2; *recepi ex Gr.* k) Quod — illuminat *cum desint ap. Gr., auctor ipse ex Ennodio supplevisse credendus est.* l) fide sunt 1. 2. m) *ita* 1; illustres 2; illustrat *Gr.* n) etc. *add.* 2.

1) *Simplicii papae epist.* 14, *ap. Thiel I, p.* 201. 2) *Anastasii II. epist. ad Anastasium imp., c.* 7, *cf. supra p.* 396 *n.* 4, *ed. Hinschius p.* 656; *cf. Ans. coll. can. IX,* 62. *XIII,* 31. 3) *Reg. VIII,* 21, *Jaffé II, p.* 463; *in quibus ordinem a Gregorio servatum pervertit auctor.* 4) *Cf. Dictatum papae (Jaffé II, p.* 175): Quod Romanus pontifex, si canonice fuerit ordinatus, meritis beati Petri indubitanter efficitur sanctus; *Deusdedit Coll. can. indicem capitulorum (ed. Martinucci p.* 8): Quod ipse indubitanter sanctus sit, si canonice consecratus est; *cf. etiam Petri Crassi defensionem Heinrici IV, c.* 3, *Libelli I, p.* 437; 'Neues Archiv' *XVIII, p.* 141. 144. *S.* 5) *Immo in Ennodii apolog. pro* 4. *synodo Rom., Opp. ed. Vogel p.* 52, *Mansi VIII, col.* 275 *A; cf. Manegoldum c.* 7, *Libelli I, p.* 323, *n.* 3.

15. Titulus iste Hildebrandum et discipulos eius scripturarum perversores manifeste detegit. Ex toto enim est contrarius eidem capitulo, cui ab Hildebrando et discipulis eius preponitur; et unde ab Hildebrando falsa interpretacione falso confirmatur, inde potius fideli expositione et titulus et auctores tituli destruuntur. Quomodo autem fideliter exponere potuerunt, qui verba Ennodii episcopi decretum Simachi esse dixerunt, qui etiam vim verborum vel capere non potuerunt vel ultro perverterunt? Verbum enim 'illustrat', quae Ennodius posuit pro 'manifestat', isti violenter ad errorem suum intorquentes posuerunt pro 'sanctificat'. *Dignitates*, inquit Boetius[1], *improbis collate non solum non faciunt dignos, sed etiam illustrant nequiciam illorum.* Nos autem fideliter interpretantes cum Ennodio dicimus[a], quia absque dubio Simachus sanctus erat, quem apex dignitatis illius adtollebat et predicabat, que malos deicere et illustrare, id est in lucem ponere, id est manifestare, meritis Petri non cessat. Quod autem Ennodius de sanctitate Symachi bene sedentis personaliter asseruit, hoc ipsum perversitas quorundam ad omnem canonice electum violenter intorsit, cum Deus ipse et aecclesia Anastasium et Liberium summos pontifices canonice electos postmodum, exigentibus eorum erroribus, dampnaverint, cum sub veteri testamento Hely summus pontifex de libro vitae, teste beato Symacho, deleri meruerit, cum Iudas a domino electus de numero XII perierit, cum angelum apostatam, prius a Deo coeli honore pre aliis donatus[b], postmodum ad inferos subsequens elatio dampnaverit. Oportuit autem fidelis Ennodii verba fidelia fideliter exponi, ne interpretacione infideli falso estimaretur contrarius preceptis et exemplis novi et veteris testamenti, quibus dampnatur propheta qui de corde suo prophetaverit.

cf. Ezech. 13, 17.

1. Esdr. 1.

16. Ezdras[c] sacerdos: *In anno primo Cyri regis Persarum, ut impleretur verbum Domini ex ore Ieremiae, suscitavit Dominus spiritum Cyri regis Persarum, et transduxit vocem universo*[d] *regno suo, etiam per scripturam, dicens: 'Haec dicit Cyrus rex Persarum: Omnia regna terrae dedit michi Dominus deus coeli et ipse precepit michi, ut edificarem ei domum in Ierusalem, quae est in Iudea. Quis est in vobis de universo populo eius? Sit Deus illius cum ipso. Ascendat Ierusalem, que est in Iudea et aedificet domum Dei Israel. Ipse est Deus, qui est in Ierusalem. Et omnes reliqui in cunctis locis ubicumque habitant adiuvent eum viri de loco suo et argento et auro et substantia et peccoribus, excepto quod voluntarie offerunt templo Dei, quod est in Ierusalem'. Et surrexerunt principes patrum de Iuda et Beniamin et sacerdotes et levitae, omnis, cuius suscitavit Deus spiritum, ut ascenderent ad aedificandum templum Domini, quod erat in Ierusalem. Universique, qui erant in circuitu, adiuverunt manus eorum in vasis argenteis et aureis, in substantia et iumentis et subpellectili, exceptis his, quae sponte optulerant. Rex quoque Cyrus protulit vasa templi Domini, quae tulit*[e] *Nabochodonosor de Ierusalem et posuerat ea in templo dei sui. Protulit autem*[f] *Cyrus rex Persarum per manum Metridatis, filii Gazabar, et adnumeravit ea Sasabassar principi Iudae. Et hic est numerus eorum: fialae aureae XXX, fialae argenteae mille, cultri XX novem, scyphi aurei XXX, sciphi argentei secundi CCCCX, vasa alia mille. Omnia vasa aurea et argentea quinque milia CCCC*[u] *universa tulit Sasabassar cum his, qui ascendebant de transmigratione Babilonis in Ierusalem.*

1. Esdr. 6, 1—12.

Tunc Darius rex precepit, et recensuerunt in bibliotheca librorum, qui erant repositi in Babilone; et inventum est in Ecbathanis, quod est castrum in Madena[g] *provincia, volumen unum, talisque scriptus erat in eo commentarius: 'Anno primo Cyri regis Cyrus rex decrevit, ut domus Dei, quae est in Ierusalem, aedificaretur in loco ubi immolent hostias, et ut ponant fundamenta subportantia altitudinem cubito-*

a) *deest* 2. b) *ita* 1. 2. c) etc. 2. d) in u. *Vulg.* e) tulerat *Vulg.* f) ea *add. Vulg.* g) Medena *Vulg.*

1) *De consol. philos. II*, 6, 55. *ed. Peiper; quae non ad litteram refert auctor.*

rum sexaginta et[a] *latitudinem cubitorum sexaginta, ordines de lapidibus impolitis tres et sic ordines de lignis novis. Sumptus autem de domo regis dabuntur. Sed et vasa templi Dei aurea et argentea, quae Nabochodonosor tulerat de templo Ierusalem et adtulerat ea in Babilonem, reddantur et referantur in templo Ierusalem in locum suum, quae et posita sunt in templo Dei. Nunc ergo Tatannai dux regionis, quae est trans flumen, Starbuzannai, et consiliarii vestri Apharsachei, qui estis trans flumen, procul recedite ab illis et dimittite fieri templum Dei illud a duce Iudeorum et senioribus eorum, [ut] domum Dei aedificent in loco suo. Sed et a me preceptum est, quid oporteat fieri a presbiteris Iudeorum illis, ut aedificetur domus Dei, scilicet ut de archa Dei*[b]*, id est de tributis, quae dantur de regione trans flumen, studiose sumptus dentur viris illis, ne impediatur opus Dei. Quod si necesse fuerit, et vitulos et agnos et hedos in holocaustum Deo coeli*[c]*, frumentum, sal, vinum et oleum secundum ritum sacerdotum, qui sunt in Ierusalem, detur eis per dies singulos, ne sit in aliquo querimonia. Et offerant oblationes Deo coeli orentque pro vita regis et filiorum eius. A me ergo positum est decretum, ut omnis homo, qui hanc mutaverit iussionem, tollatur lignum de domo ipsius, et erigatur et configatur in eo, domus autem eius publicetur. Deus autem, qui habitare fecit nomen suum ibi, dissipet omnia regna et populum, qui extenderit manum suam, ut repugnet et dissipet domum Dei illam, quae est in Ierusalem. Ego Darius statui decretum, quod studiose impleri volo'.* Et infra: *Post haec verba in regno Artaxersis* 1. Esdr. 7. *regis Persarum Ezdras, filius Saraiae, filii Azariae, filii Helchiae, filii*[d] *Sellum, filii Sadoc, filii Ahitob, filii Amariae*[e]*, filii Azariae, filii Maroioth, filii Zariae, filii Eleazar, filii Aaron sacerdotis ab initio. Ipse Ezdras ascendit de Babilone et ipse scriba velox in lege Moysi, quam dedit dominus Deus Israel. Et dedit ei rex secundum manum domini Dei eius super eum omnem peticionem eius. Et ascenderunt de filiis Israel et de filiis sacerdotum et de filiis levitarum et de cantoribus et de ianitoribus et de Nathinneis in Ierusalem anno septimo Artaxersis regis. Et venerunt in Ierusalem mense quinto, ipse est annus septimus regis; quia in primo die mensis primi cepit ascendere de Babilone et in primo mensis quinti venit in Ierusalem iuxta manum Dei sui bonam super se. Ezdras enim paravit cor suum, ut investigaret legem Domini et faceret et doceret in Israel preceptum et iudicium. Hoc est autem exemplar epistolae edicti, quod dedit rex Artaxersis Ezdrae sacerdoti, [scribae*[f] *erudito in sermonibus et preceptis Domini et ceremoniis eius in Israel: 'Artaxersis rex regum Ezdrae sacerdoti'] scribae legis Dei coeli doctissimo salutem. A me decretum est, ut, cuicumque placuerit in regno *meo de populo Israel et de sacerdotibus eius et de levitis,* *f. 6. *ire in Ierusalem, tecum vadat. A facie enim regis et septem consiliatorum eius missus es, ut visites Iudeam et Ierusalem in lege Dei tui, quae est in manu tua, et ut feras argentum et aurum, quod rex et consiliatores eius sponte optulerunt Deo Israel, cuius in Ierusalem tabernaculum est. Et omne argentum*[g] *et aurum, quodcumque inveneris in universa provincia Babilonis et populus offerre voluerit, et de sacerdotibus qui sponte optulerint domui Dei sui, quae est in Ierusalem, libere accipe, et studiose eme de hac pecunia vitulos, arietes, agnos et sacrificia et libamina eorum et offer ea super altare templi Dei vestri, quod est in Ierusalem. Sed et si quid tibi et fratribus tuis placuerit, de reliquo argento et auro ut faciatis, iuxta voluntatem Dei vestri facite. Vasa quoque, quae dantur tibi in ministerium domus Dei tui, trade in conspectu Dei Ierusalem. Sed et caetera, quibus opus fuerit in domo Dei tui, quantumcumque necesse est ut expendas, dabis*[h] *de thesauro et de fisco*[i] *regis et a me. Ego Artaxersis rex statui atque decrevi omnibus custodibus archae publicae, qui sunt trans flumen,*

a) et — sexaginta *des.* 2. b) regis *Vulg.* c) cedi 2. d) *deest* 2. e) Amaria 1. f) scribae — sacerdoti *aperte errore omittuntur* 1. 2. g) au. et ar. 2. h) dabitur *Vulg.* i) *recepi ex Vulg.*; fuco 1; suco 2.

ut quodcumque petierit a vobis Ezdras sacerdos, scriba legis Dei coeli, absque mora detis usque ad argenti talenta centum et usque ad vini batos centum et[a] *usque ad frumenti choros centum et usque ad batos olei centum, sal vero absque mensura. Omne, quod ad ritum coeli Dei pertinet, tribuatur diligenter in domo Dei coeli, ne forte irascatur contra regnum regis et filiorum eius. Vobisque notum facimus de universis sacerdotibus et levitis, cantoribus, ianitoribus, Nathinneis et ministris domus Dei huius, ut vectigal et tributum et annonas non habeatis potestatem imponendi super eos. Tu autem, Ezdra, secundum sapientiam Dei tui, quae est in manu tua, constitue iudices et presides, ut iudicent omni populo, qui est trans flumen, his videlicet, qui noverunt legem Dei tui, sed et imperitos docete*[b] *libere. Et omnis, qui non fecerit legem Dei tui et legem regis diligenter, iudicium erit de eo, sive in morte*[c] *sive in exilium sive in condempnationem substantiae eius, vel certe in carcerem. Benedictus dominus Deus patrum nostrorum, qui dedit hoc in corde regis, ut glorificaret domum Domini, quae est in Ierusalem, et in me inclinavit misericordiam suam coram rege et consiliatoribus eius et universis principibus eius potentibus. Et ego confortatus manu domini Dei mei, quae erat in me, congregavi de Israel principes, qui ascenderent mecum.*

1. Mach. 10, 15—21. Ex libro Machaborum: *Audivit Alexander rex promissa, quae promisit Demetrius Ionathae et narraverunt ei prelia et virtutes, quas ipse fecit et fratres eius, et labores, quos laboraverunt, et ait: 'Numquid inveniemus aliquem virum talem? Et nunc faciemus eum amicum et socium nostrum'. Et scripsit epistolam et misit ei secundum haec verba dicens: 'Rex Alexander fratri Ionathae salutem. Audivimus de te, quod vir potens*[d] *viribus, et aptus es, ut sis amicus noster. Et nunc constituimus te hodie summum sacerdotem gentis tuae et ut amicus voceris regis (et misit ei purpuram et coronam auream), et quae nostra sunt, sentias nobiscum et conserves amicicias ad nos'. Et induit se Ionathas stolam sanctam septimo mense, anno centesimo sexagesimo, in die sollempni scenophegiae et congregavit exercitum et fecit arma copiosa.* Et infra:

ib. 11, 19—27. *Regnavit Demetrius anno centesimo sexagesimo septimo. In diebus illis congregavit Ionathas eos, qui erant in Iudea, ut expugnarent arcem, quae est in Ierusalem, et fecerunt contra eam machinas multas. Et abierunt quidam, qui oderant gentem suam, viri iniqui, ad regem et renuntiaverunt ei, quod Ionathas obsideret arcem. Et ut audivit, iratus est et statim venit Phtolomaidam et scripsit Ionathae, ne obsideret, sed occurreret sibi ad colloquium festinato. Ut audivit autem Ionathas, iussit obsidere et elegit de senioribus Israel et de sacerdotibus et dedit*[e] *se periculo. Et accepit aurum et argentum et vestem et alia exsenia multa et abiit ad regem Phtolomaidae*[f] *et invenit gratiam in conspectu eius. Et interpellabant adversus eum quidam iniqui ex gente sua. Et fecit ei rex, sicut fecerant ei, qui ante ipsum fuerant, et exaltavit eum ante conspectum omnium amicorum eius, et statuit ei principatum sacerdotii et quaecumque*

ib. 57—59. *alia habuit prius preciosa, et fecit eum principem amicorum. Et scripsit Antiochus adolescens Ionathae, dicens: 'Constituo tibi sacerdotium, et constituo te super quatuor civitates, ut sis de amicis regis'. Et misit illi vasa aurea et*[g] *ministerium et dedit ei potestatem bibendi in auro et esse in purpura et habere fibulam*[h] *auream. Et Symonem, fratrem eius, constituit ducem a terminis Tyri usque ad fines Egypti*[i].

17. Item[k] in epistola ad Vincentium[l]: *Non invenitur exemplum in euangelicis et apostolicis scripturis*[1] *aliquid petitum a regibus terrae pro aecclesia contra*

Ps. 2, 10. 11. *inimicos aecclesiae. Quis negat non inveniri? Sed nondum implebatur illa prophetia:*

a) et — olei centum *des.* 2. b) docere 1. 2. c) mortem *Vulg.* d) sis *add. Vulg.* e) se d. 2. f) Ptolomaydam 2. g) *ita* 1. 2; in *Vulg.* h) fubulam 1. i) etc. *add.* 2. k) idem 1. l) litteris *A.*

1) *Augustini epist.* 93, *c.* 3, § 9, *Opera II, col.* 233. 234.

'Et nunc reges intelligite, erudimini, qui iudicatis terram. Servite domino in timore et[a] *exultate ei cum tremore'. Adhuc enim implebatur, quod in eodem psalmo paulo superius dicitur: 'Quare fremuerunt gentes*[b] *et populi meditati sunt inania? Astiterunt reges t.*[c] *et p. convenerunt in unum a. d. et a. Christum eius'. Verumtamen si facta preterita in propheticis libris figure fuerant*[d] *futurorum, in rege illo, qui vocatur Nabochodonosor, utrumque tempus figuratum est, et quod sub apostolis habuit, et quod nunc habet aecclesia. Temporibus itaque apostolorum et martyrum illud implebatur, quod figuratum est, quoniam*[e] *rex memoratus pios et iustos cogebat adorare simulacrum et recusantes mittebat in flammam. Nunc autem illud impletur, quod paulo post in eodem rege figuratum est, cum conversus ad honorandum Deum verum decrevit in regno suo, ut quicunque blasphemaret Deum Sydrac, Misac et Abdenago, penis debitis subiaceret. Prius ergo tempus illius regis significavit tempora priora regum infidelium, quos passi sunt christiani pro impiis; posterius vero tempus illius regis significavit tempora posteriorum regum iam fidelium, quos paciuntur impii pro christianis.* Gelasius in tomo suo[1]: *Fuerunt haec ante adventum Christi, ut quidam figuraliter, adhuc in carnalibus actibus constituti, reges pariter existerent et sacerdotes. Quod sanctum Melchisedech fuisse sacra prodit historia. Quod in suis imitatus est diabolus, utpote qui semper quae divino cultui convenirent sibimet tirannico spiritu vindicare contendit, ut pagani imperatores idem et maximi pontifices dicerentur*[f]*. Sed cum ad verum ventum est eundem regem atque pontificem, ultra sibi nec imperator pontificis nomen imposuit, nec pontifex regale fastigium vindicavit. Quamvis membra ipsius, id est veri regis atque pontificis, secundum participationem naturae, magnifice utrumque in sacra regeneratione*[g] *sumpsisse dicantur, ut simul regale genus et sacerdotale subsistant, quoniam Christus, memor fragilitatis humanae, quod suorum saluti congrueret, dispensatione magnifica temperavit, sic actionibus propriis et dignitatibus distinctis officia potestatis utriusque discrevit, volens*[h] *medicinali humilitate salvari, non humana superbia rursus intercipi, ut et christiani imperatores pro aeterna vita pontificibus indigerent et pontifices pro temporalium cursu rerum imperialibus dispositionibus uterentur, quatinus spiritualis actio a carnalibus distaret incursibus et ideo militans Deo minime se negotiis secularibus implicaret ac*[i] *vicissim non ille rebus divinis presidere videretur, qui esset negotiis secularibus implicitus, ut*[k] *modestia utriusque ordinis curaretur nec*[l] *extolleretur utroque suffultus et competens qualitatibus actionum specialiter professio aptaretur.*

Ps. 2, 10. 11.

Ps. 2, 1. 2.

cf. Dan. 3, 96.

cf. 1. Petr. 2, 9.

cf. 2. Tim. 2, 4.

IV.

Venerabili episcopo Prenestino U[goni][2] U[go][3] cardinalis diaconus, quicquid salutis in Deo, quicquid caritatis et devocionis corde et animo. Faciem cordis mei nullatenus abscondo tibi patri in simplicitate sermonis. De Deo enim loquimur coram Deo. Quamdiu salva fide agitur, observandum est quod dicitur: *Honora patrem tuum*[m] *et matrem tuam*[m]. Timendum etiam illud Moysi: *Qui maledixerit patri aut matri, morte moriatur.* Aut[n] ubi fides leditur, impietas est honorare patrem, fidei impugnatorem, post multas correptiones inrevocabilem; et e contrario intellectu sano dicimus, quod spiritualiter morte moriatur, id est ab unitate aecclesiae, extra quam nemo vivit vere, separetur, quisquis benedixerit patrem aut matrem, seducentem de fide in errorem.

1098.

Exod. 20, 12.

Ib. 21, 17.

a) et — tremore *des. A.* b) g. et p. m. .i. a. Astiterunt 1. c) t. et p. c̄ .i. a. d. et a. x. e. Verumtamen 1. d) fuerunt *A.* e) quando *A.* f) dicentur 1. 2. g) generositate *G.* h) suos *add. G.* i) ac — implicitus *des.* 2. k) ut et m. *G.* l) ne *G.* m) *deest* 2. n) *ita* 1. 2; at *coni. Sud.*

1) *Gelasii tract. IV. de anathematis vinculo* § 11, *ap. Thiel I, p.* 567. 568; *cf. supra p.* 225. 230. 2) *Hugoni Candido.* 3) *Hugo. Cf. infra n. VIII, p.* 410; *n. IX, p.* 416; *n. X, p.* 417.

Matth.10,37. Immo, ut manifestius in verbo Dei loquamur: *Qui non odit*[a] *patrem et matrem,* dicit
ib. 19, 29. Dominus, *non est me dignus,* et: *Qui reliquerit patrem aut matrem aut filios propter me,* dicit Dominus, *centuplum accipiet* et caetera. Beatus Ieronimus, huius verbi discretus auditor, Damaso papae scribens: *Ego,* inquit[1], *nullum primum nisi Christum sequens beatitudini tuae, id est cathedrae Petri, communione consocior.* Et: *Cum successore,* inquit[2], *piscatoris discipulus*[b] *Christi loquor.* Et alibi: *Meam,* inquit[3], *iniuriam pacienter tuli, iniuriam Dei ferre non potui.* Et beatissimus Eusebius martir patri suo publice erranti Liberio, publicę excommunicatis communicanti, publice maledixit et fideles ab eius communione et verbo et exemplo revocavit et eum hereticum omnibus declaravit nec ei, aecclesiam dividenti, aliqua reverentia pepercit[4]. Numquid precepto-
1098. rum Dei ignari extiterunt filii Romanae aecclesiae, qui a patre suo Anastasio, qui in causa Acacii verbis et scriptis erravit, publice recesserunt et, ut ille a vita statim interiret, piis votis optinuerunt? Scriptum est enim, quia divino nutu percussus interiit, pro causa fidei recedentibus ab eo filiis[5]. Ecce filii patrem ligaverunt, quorum sententiam ipsi coeli firmaverunt iuxta verbum Domini, dicentis Petro et per Petrum
Matth.16,17. Romanae sedi: *Quodcumque ligaveris s. t. e. l. et in coelis et quodcumque s. s. t. e. s. et in coelis*[c], ut evidenter appareat, privilegium Petri tocius Romane sedis esse potius, quam solius pontificis. Unde et beatus Leo: *Manet,* inquit[6], *Petri privilegium, ubi ex Petri aequitate fertur iudicium.* Ecce impius pater Anastasius pio filiorum zelo per-
Act.5,1-11. cutitur, sicut patris zelo filii mendaces ad verbum Petri[d] Ananias et Saphira extingun-
Gen.9,21.22. tur. Maledictus Cham, qui humanam patris ebrietatem et verenda detecta risit. Benedictus Eusebius, qui diabolicam patris dementiam inrevocabilem denudavit. Illum sub tabernaculo, non in publico, et dormientem humana temptacio apprehendit, propter quod reverenter et averso vultu a sapiente filio Sem digne tegendus extitit. Liberius vero non in tabernaculo, sed in aecclesia, non in occulto[e], sed publice, non humana, sed diabolica temptacione inrevocabiliter apprehensus, a filio Dei, a filio matris aecclesiae,
Deut.17,12. Eusebio, detegi omnimodis promeruit. Scriptum est, ut morte moriatur, qui sacerdotio non oboedierit. Et huiusmodi in lege sunt maledicti. Benedictus autem Elias, immo benedictus Deus Helie, qui zelo zelatus pro Domino octingentos quinquaginta falsos prophetas
3. Reg. 18, 19. 40. simul omnes interemit. His et multis aliis preceptis et exemplis acuminatus[f] ab illo fiducialiter recessi, qui non in tabernaculo, sed[g] in sinodo generali, immo in quinque sinodis
1098. generalibus[7], non per ebrietatem humanam, sed tocius aecclesiae proditionem, diabolico instinctu excogitatam, vestem fidei catholicae inconsutilem divisit, quod facinus admittere
Ioh. 19, 23. 24. reveriti sunt in veste mistica milites Pilati[8]; qui simoniacam heresim et factis et scriptis disseminavit sub optentu falso pietatis et apostolice immo diabolice potestatis; qui falsis interpretacionibus verba Dei pervertere non timuit predicans suae potestatis esse, quic-
*f. 6'. quid iuste vel iniuste ligare *vel solvere voluerit; qui salutem extra aecclesiam mortuis predicavit. Fiducialiter, inquam, ab illo recessi, ad quem revocandum trium annorum[9] dies et noctes monendo, obsecrando, pedes osculando[10] frustra consumpsi; qui, cum aliquando sponderet se errores suos emendaturum, post paulo corde indurato in ore Pharaonis iterum convertebatur ad opera desperationis. Postremo quis posset tegere detegentem se in publico in conciliis et factis et scriptis, novas[h] adinvenientem et antiquas

a) Qui amat *Vulg.* b) discipulo *H.* c) *deest* 1. d) patri 1. 2; Petri *coni. Sud.* e) in occulte 1; occulte 2. f) animatus *vel* acumatus 1. g) s. in sin. *des.* 2. h) *deest* 2.

1) *Epist.* 15, § 2, *Opera I, col.* 38. 2) *Ibid. col.* 37. 38. 3) *Hunc locum non inveni.* 4) *A. SS. Aug. III, p.* 166. 167. 5) *Lib. pontif. I, p.* 258. 6) *Sermo* 4, *c.* 3, *Opera ed. Baller. I, col.* 18. 7) *Concilia generalia Melfitanum a.* 1089, *Beneventanum a.* 1091, *Troianum a.* 1093, *Placentinum et Claromontanum a.* 1095. 8) *Cf. infra nr. X, p.* 420. 9) *In concilio Placentino a.* 1095. *Hugo etiamnunc ab Urbani partibus stetit.* 10) *Cf. infra p.* 418.

hereses renovantem? Ieronimus: *Non facit,* inquit[1], *sacerdotem cathedra, sed cathedram sacerdos.* Et rursus: *Qui male,* inquit[1], *sederit, iniuriam facit cathedrae.* Numquid est opus accusatore in illum, qui et factis et scriptis se accusat cotidie et se demonstrat[a] a fide catholica funditus errare et in generalibus conciliis perdita fronte non desinit hereses multimodas predicare? Numquid acephalus dicendus est, qui capud huiusmodi a se repellit, qui Christum et aecclesiam catholicam heretico preponit? Numquid Eusebius acephalum se ostendit, qui, nullum primum nisi Christum sequens, iugum Liberii fideliter et fortiter a cervice sua repulit? Haec caritati vestrae scribere non ab re estimavi, ne[b] ira vel odio ad tanta negotia impulsum me credatis, cum sepe mihi per[c] se ipsum diversos honores proposuerit et episcopatus nominatim optulerit, sed gratia Dei preveniente numquam aliquo ingenio verbum Dei ligare vel ab ore nostro excutere prevaluit. Nullam propriam repetimus iniuriam, cottidianam autem, immo continuas Dei iniurias ferre zelo fidei pro loco officii non possumus, quas, quia nequivimus emendare, ulterius videre nefas iudicavimus, ne in oculis fidelium fides periclitetur. Unde zelo zelatus pro lege Domini supplico, obsecro fideles, ut accingantur in gladio verbi[d] Dei ad persequendos manifestos persecutores fidei. Si quis Domini est, iungatur ei, et sicut fuerit voluntas in coelo, sic fiat. Si quis Finees nostris temporibus datus[e] est, non expectet societatem multitudinis. Ille solus et sine mora adulterantem pugione[f] transfodit non recogitans undique circumfusos hostes, cum occideret filiam principis Madianitarum et cum ea Zambri filium Salomi. Et quia zelo zelatus est pro Domino, accepit testamentum sacerdotii aeterni. Nullum enim omnipotenti Deo tale est sacrificium, quale est zelus animarum. Quapropter te, specialiter te, moneo, miles Christi, propera, dum tempus, locus, causa et omnia subpetunt amminicula[g] operandi in castris desuper omnia cernentis, tepidos[h] arguentis et strenuos regulariter munerantis. Memores nos esse decet, ut diximus, quando zelo Helias pro domino zelatus sit; memores nos esse decet, qualiter salvi facti sunt[i] patres nostri et quia non est Deo difficile salvare in multis vel in[k] paucis. Et si tempus nostrum adpropinquavit, moriamur in virtute pro fide, pro legibus, pro fratribus nostris, ne etiam fratrum nostrorum homicide inveniamur apud iustum iudicem, si nobis silentibus perierint. Constans esto, ut videas auxilium Domini super humiles suos.

cf. Exod. 32, 26.

cf. Num. 25, 7—16.

cf. Act. 23, 11.

V.

Litterae[l], quibus vocati sunt Hildebrandini heretici ad audientiam[m].

Adebertus[n] episcopus Sanctae Ruphinae Silvae Candidae, Iohannes episcopus Ostiensis, Hugo episcopus Prenestinus, Albertus episcopus Nephesinus, Beno cardinalis presbiter urbis Romae, Romanus cardinalis presbiter urbis Romae, Guido cardinalis presbiter urbis Romae, Octavianus cardinalis presbiter designatus, Paulus primicerius Romanae aecclesiae, Nicolaus electus abbas Sancti Silvestri urbis Romae, abbas[o] Sancti Pancracii urbis Romae, et clerus, et clarissimi principes laici Thebaldus Chinchii[p] et Ŏdalricus de Sancto Eustachio, et populus Romanus omnibus Deum timentibus et salutem Romanae reipublice diligentibus. 1098.

Nolumus ignorare prudentiam vestram, quod ad destruendas hereses, noviter ab Hildebrando inventas et antiquas sub nomine pietatis impie ab ipso renovatas, et ad defensionem fidei catholicae et ad exterminandam impietatem eorum, qui noviter ipsam fidem catholicam, quantum in ipsis fuit[q], scindere non timuerunt, Deo auctore Nonis Augusti[r] apud Sanctum Blasium convenimus, VIII. Idus apud Sanctum Celsum, Aug. 5. Aug. 6. 7.

a) deiurat 2. b) ut 2. c) per scriptum 2. d) verbo 1. e) est elatus 2. f) spugione 1. g) animum dare 2. h) trep. 2. i) *ita* 1. 2. k) *deest* 2. l) *magnam huius scripti partem exhibet etiam Sobius p.* 99. 100. m) etc. *add.* 2. n) *ita* 1; Adelb. 2. *S.* o) N. abbas *S.* p) Chinebii 1. 2. *S.*; *cf. Dicta cuiusdam Libell. I, p.* 459. q) *deest* 2; erat *S.* r) *deest* 2. *S.*

1) *Hunc locum non inveni.*

1098. VII. Idus apud Sanctam Mariam in aecclesia quae vocatur Rotunda consedimus. Ipsas hereses dampnatas sicut maiores nostri et nos dampnavimus[a], omnes sectatores, communicatores et[b] complices semel dampnate pravitatis pari sorte censemus, ne, si vel paululum taceamus, consentire videamur. Eos vero, qui auctoribus errorum communicant, data securitate libere veniendi et abeundi[c], vocamus et, ut per maiores suos, domnum Raynerium[1] et domnum Iohannem Burgundionem, causam suam agant, admonemus. Securitatem integram, in quantum possumus, usque ad festum omnium
Nov. 1. sanctorum proponimus, etiam, cum in causa sua defecerint, neminem circumvenientes, nullius sanguinem, sed omnium vitam et honorem sitientes, nec seditiones in populo commoventes; de causa enim sua diffidere videtur, quisquis auctor est seditionibus[d]. Pacem veram, dilectionem sinceram proponimus omnibus pacem et veritatem et unitatem catholicae aecclesiae amplectentibus, ut simus filii Patris nostri, qui in coelis est. Qui enim ex patre diabolo sunt, opera patris sui faciunt; conspirationibus, seditionibus, cuius filii sunt[e], manifeste ostendunt. Nos vero illius discipuli esse desideramus, cuius doctrina etiam inimicus[f] sane est diligendus[f]. Orent pro nobis aecclesiae filii, ut
cf. Ps. 147, 15. currat[g] sermo Domini[h]. Data Romae contra scismaticos in sacro conventu anno ab
Aug. 7. incarnatione Domini millesimo nonagesimo octavo, indictione VI, septimo Idus Augusti[h].

His litteris vocati[i], declinaverunt audientiam scismatici, per XVI annos per obsides potentes et clarissimos et sacramenta sibi oblata invitati, ne caperentur suis mendatiis, ne suis libellis convincerentur, quibus auctores eorum corruperunt[k] terram heresibus variis, longe lateque disseminatis per apostolos multiplicis erroris. Sacer igitur[l] conventus, tocies deprehensa eorum versutia, in conspectu aecclesiae coram multitudine Romanorum ait: 'Eos, qui sanctam aecclesiam scindere non timuerunt, iterum vocamus ad sinodum, quam Deo auctore celebrare disponimus[m] circa Kalendas Novembris. In presenti tamen, quia venire rennuunt, testes invocamus contra eos coelum et terram, quod nullum consensum adhibemus eorum perversitati. Et in testimonium illis[n] in medio aecclesiae, in conspectu angelorum et hominum, incendio tradimus decreta eorum heretica, quibus orbem terrae perverterunt, verbum Dei adulterantes, sub ementito colore pietatis, querentes plus se, quam fidem catholicam, amari; qui per XVI annos nullum dederunt locum veritati, fugientes lucem examinationis, tenebris errorum assueti[o], falsis expositionibus violenter intorquentes scripturas in adiumentum nefandissimi scismatis[p]. Quod peccatum summum genus idolatrie esse beatus Gregorius in Pastorali[2] plane ostendit; hoc ipsum et alii doctores in suis libris'. O viri, fortes sola proditione et abusione potestatis et subversione sacrorum[q] canonum et novi et veteris testamenti, a veritate auditum avertentes, ad fabulas conversi, doctrinis variis et peregrinis studentes et beatissimos Petrum et Paulum a consiliis suis excludentes, non admittentes
1. Petr. 3, 15. consilium Petri dicentis: *Parati estote rationem reddere omni poscenti vos de ea, quae*
1. Thess. 5, 21. 22. *in vobis est, spe,* et beatum Paulum devitantes, omnibus dicentem: *Omnia probate, quae bona sunt tenete; ab omni specie mala abstinete vos.* Quomodo autem tenebunt bona vel a malis abstinebunt, qui per tot annos veri examinationem nec semel admiserunt? Propter haec subscribimus, dampnantes decreta erroris, ne de silentio rei iudicemur in die domini nostri Iesu Christi, ne, solvendo in iudicio canonice convictos vel

a) damnamus *S.* b) *deest* 2. *S.* c) abeunti 1. d) seditionis *S.* e) sint *S.* f) inimicis . . . . intelligenda *S.*; intelligendus 2. g) crescat *S.* h) etc. *add.* 2. *S.* i) v. sunt d. autem aud. *S.*; v. sunt d. aud. 2. k) corrumpunt 1. l) enim 2. *S.* m) disposuimus 2. *S.* n) *ita* 1. 2; illius *S.* o) asueti 1. p) *desinit S.* q) c. s. 2.

1) *Nescio an idem, qui postea Paschalis II. papa factus est.* Rainerius *et* Iohannes cardinales *subscribunt privilegio a.* 1098. *ab Urbano papa Brunoni et Lanvino eremitis concesso ap. Ughelli IX, col.* 428; *Jaffé* 5709. 2) *III, c.* 24, *Opera II, col.* 73; *cf. supra p.* 394.

sponte confessos et non penitentes simoniacos, Petro repugnemus, qui ait: *Non est,* 1098.
inquit Petrus Simoni, *pars tibi neque sors in sermone isto; cor enim tuum non est* Act.8,21.22.
rectum[a] *coram Deo. Poenitentiam itaque age ab hac nequitia tua; et roga Deum, si forte remittatur tibi hec cogitacio cordis tui.* Ecce Petrus Symonem pro sola cogitacione indignum iudicat participem esse vel officii[b] divini verbi, per quod distribuuntur dona sancti Spiritus; monet, ut agat penitentiam. Et canones in iudicio convictis in solo fine[1] reddunt communionem simoniacis. Quam absurdum vero est, ut in sacerdotio maneant hi, quibus, in sinodo convictis vel sponte confessis, manere non licet etiam in infimis clericorum officiis iuxta decreta Niceni concilii[2]. *Manet,* inquit beatus Leo[3], *Petri privilegium, ubi ex Petri aequitate fertur iudicium.* Et beatus Gregorius[4]: *Ligandi,* inquit, *et solvendi potestate se privat, quisquis hanc pro suae voluntatis motibus et non pro subditorum moribus exercet.* Et sanctissimus papa Simplicius[5]: *Privilegium,* ait, *meretur amittere, qui*[c] *permissa sibi abutitur potestate.* Postremo beatissimus Petrus Clementem sanctissimum deponendum iudicat, si negligenter predicaverit, si non liganda ligaverit, si non solvenda solverit[6]. Ex qua regula dampnati sunt Liberius, Anastasius pontifices Romani, et quidam alii, solventes quod solvi non debuit.

Haec pauca de multis scribimus cunctis fidelibus, dicentes in verbo Domini: *Attendite a falsis prophetis, qui*[d] *veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus* Matth. 7, 15. 16.
autem sunt lupi rapaces. A fructibus eorum[e] *cognoscetis eos*[f], qui apostatam in pontificatum Romanae aecclesiae promoverunt et plures alios apostatas nova potestate solvendi contra fidem catholicam ordinaverunt. Propter quod iterum atque iterum obsecramus: *Capite nobis vulpes*[g] *parvulas, quae demoliuntur vineas;* et non solum Cant. 2, 15.
scripta eorum, licet heretica sint[f], sed opera consideretis. Dominus autem custodiat cf. Phil. 4, 7.
corda vestra et intelligentias vestras et liberet vos de laqueo venantium, a sagitta noctis Ps. 90, 3. 6.
volante in die, a demonio meridiano, ab angelis satanae, qui transfiguraverunt se in 2. Cor. 11, 14.
angelos lucis.

VI.

Romanus cardinalis omnibus fidelibus. Nullam racionabilem vel veram occasionem 1098.
vel defensionem reliquit[h] Deus hostibus veritatis. In hoc sacro conventu[7] non fuit timenda imperatoris presentia vel alicuius principis vel prefecti potentia; etiam papa presens non fuit. Rationabilis excusatio non est in mendatio. Si catholicos dixerunt hereticos et hereticos catholicorum nomine palliaverunt, *mentita est iniquitas sibi.* Ps. 26, 12.
Magis enim ex rebus, quam ex perfidorum adinventionibus considerandum est, qui sint excommunicati. Se ipsum excommunicat, quisquis preter ordinem, sacris canonibus determinatum excommunicare presumit, maxime si post tertiam correptionem inrevocabilis permanserit. Quam bene canones novit, quisquis apostatam successorem sibi, ut generaliter dictum sit, ex nomine papam designavit[8]! Quod ex sacris canonibus perspicuum est oppositum esse catholicae fidei. Quam sanctę illis est credendum[i], qui,

a) verum 2. b) d. o. 2. c) quiqui 2. d) q. v. a. i. o. i. a. s. l. r. 1. e) A fructibus e. c. e. 1. f) *deest* 2. g) multipes 2. h) reliqit 1; relinquet 2. i) est cr. est 1.

1) *Cf. conc. Nicaenum c.* 13, *Mansi II, col.* 681. 2) *C.* 17, *ibid. col.* 682. 3) *Sermo* 4, *Opera ed. Baller. I, col.* 18. 4) *Homil. in evang. II,* 26, § 5, *Opera I, col.* 1555 *C.* 5) *Epist.* 14. *ad Iohannem episc. Ravennat., ap. Thiel I, p.* 201. 6) *Cf. Clementis I. epist. ap. Pseudo-Isid. ed. Hinschius p.* 32, *cf. supra p.* 394. 7) *Synodo Romana, cuius decreta in praecedenti epistola continentur.* 8) *De Urbano II. loquitur a Gregorio moriente papa designato; cf. Chron. Casin. III,* 73, *SS. VII, p.* 753; *Cod. Udalr. nr.* 71; *Jaffé V, p.* 144. *At Schnitzer (l. l. p.* 19, *n.* 4) *Desiderium Casinensem potius significari opinatur.*

1098. Casinatem[1], publicum apostatam, in papam eligentes et dedicantes, publice a fide catholica apostataverunt[a.*].

VII.

1098. C[lemens][2] episcopus servus servorum Dei carissimo filio U[goni] cardinali salutem et apostolicam benedictionem.

Fama discurrente comperimus alteram Iezabel[3] tibi vehementer infestam insidias ponere et, quod errores illius argueris[4], durissime ferre. Quod tamen mirum non
*f. 7. habeas et muliebrem insaniam pro nichilo ducas; totumque[b], quod *minatur, viriliter transeas[c]. Canis enim irascitur, ad morsus convertitur, sed, si fustis obtenditur et in latrantem insurgitur, ab assuetis[d] etiam latratibus statim desistitur. Et tu, karissime fili, caninam rabiem cavere memineris et, si quid sinistrum acciderit, deficere noli. Memento matrem tuam Romanam aecclesiam, multis periculis obiectam, innumeris adversitatibus prepeditam, summis necessitatibus occupatam, diversis erroribus obvolutam, fere succumbere et inter tot temptamenta quasi deficere, ut mirum videri[e] non debeat,
cf. 2. Tim. 2, 11, 12. si gementi matri gemitus filiorum conveniat. Sed, si compatimur, et conregnabimus;
Rom. 8, 18. et si commorimur, et convivemus. Nec condigne sunt passiones huius temporis ad futuram gloriam, quae revelabitur in nobis. Itaque consolare, quoniam omnia, quae pro sancta Dei aecclesia pateris, et maiora, quam patiaris, eiusdem aecclesiae filii, qui nos opere et tempore precesserunt, pro tuenda eadem fide, qua vivimus, tolerarunt et, non solum usque ad vincula, sed usque ad sanguinem etiam decertantes, gloriam sibi incomparabilem pepererunt. Tibi quoque retributio digna non deerit, si usque in finem perseverare velis. Et, ut caetera sileam, si ad nos auctore Deo perveneris, eo, quod[f] decuerit, honore tractaberis et non solum necessariis non egebis, sed familiaritate quoque nostra et gratia perfrueris. Quamobrem, si possibile fuerit, cupimus te synodo[5], quam facere statuimus, interesse ac per hoc sive cum Parmensi episcopo[6] sive cum aliquo alio concite nos videre[g].

VIII.

1095. Apr. 4. 1. Incipiunt decreta Turbani, in quibus ea quae sunt legitima dampnavit et quae sunt heretica confirmavit. Cum haec post concilium Placentinum noctu occulte scriberentur, factus est casus stellarum[7], qualis non fuit ab initio, ut exprimeretur, quantum nefas committeretur.

Mart. 1. *Anno*[8] *dominicae incarnationis millesimo nonagesimo quinto Kal. Mart., indictione tercia, celebrata est Placentiae sinodus presidente domno Turbano*[h] *papa cum episcopis et abbatibus tam Galliarum, quam Burgundiae*[i] *et Tusciae. Facta est autem*[k] *consultacio de his, qui aecclesias vel prebendas emerant, sed et de his, qui scismate*[l] *Guibertino fuerant ordinati. Et primo quidem ac tercio die in campo concilium sedit. Tantus enim convenerat populus, ut nulla eos aecclesia caperet, exemplo nimirum Moysi, deuteronomium*[m] *commendantis, et domini nostri Iesu Christi, docentis in loco campestri. Septimo tandem die post tractacionem diutinam*[n] *haec sunt capitula prolata et assensu tocius concilii conprobata:*

*) 1 *addit:* et cetera et reliqua et his similia; 2: et cetera et reliqua his similia etc.

a) apostaverunt 2. b) et totum 2. c) transeat *corr.* transeas 1; transeat 2. d) *ita* 2; asu. 1. e) non v. 2. f) *ita* 1. 2. g) etc. *add.* 2. h) Urbano *M.* i) Longobardiae *M.* k) magna *add. M.* l) in sc. *M.* m) deutrononium 1. 2. n) diutina 1.

1) *Victorem III.* 2) *Clemens papa, Jaffé* 5320. 3) *Mathildam comitissam.* 4) *Haec ad Ugonis epistolam Mathildae comitissae missam, quae infra sub num. X. sequitur, referenda esse docuit Schnitzer (l. l. p.* 25, *n.* 1). 5) *Quam Clemens a.* 1098, *Oct.* 9, *Vercellis indixerat.* 6) *Widone.* 7) *Cf. Sigeberti Chron.* 1095: In multa terrarum parte pridie Nonas Aprilis . . stellae perplures simul de caelo in terram cecidisse visae sunt; *Hugonis Flavin. Chron. l. II (SS. VI, p.* 367; *VIII, p.* 473). 8) *Sequentia ex ipsis concilii Placentini actis (Mansi XX, col.* 804 *sqq.) sumpta sunt.*

I.[a] *Ea, quae sunt a sanctis patribus de symoniacis statuta, nos quoque sancti* 1095.
Spiritus iudicio et apostolica auctoritate firmamus. Quicquid igitur vel in sacris ordinibus, vel in aecclesiasticis rebus, vel[b] *data vel promissa pecunia, adquisitum est, nos irritum esse et nullas umquam vires optinere censemus.* Error generalis.

II. *Si qui tamen a symoniacis consecrari*[c] *passi sunt, si quidem probare potuerint se, cum ordinarentur, eos nescisse symoniacos, et si tum pro catholicis habebantur in aecclesia, talium ordinationes misericorditer sustinemus, si tamen laudabilis eos vita commendat.* Error generalis.

III. *Qui vero scienter a symoniacis consecrari*[d] *passi sunt*[e], *consecrationem omnino irritam esse decernimus.* Error generalis.

IIII. *Quicumque sane cupiditate parentum, cum adhuc parvuli essent, aecclesias vel aecclesiarum*[f] *partes per pecunias adepti sunt, postquam eos*[g] *omnino dimiserint, si canonice in eis vivere voluerint, pro misericordia ibidem eos ministrare*[h] *concedimus, neque pro hoc facto a sacris ordinibus removemus, si alias digni inveniuntur.* Error generalis.

V. *Illi vero, qui per se ipsos, cum iam maioris essent aetatis, nefanda cupiditate*[i] *eas emerunt, si in aliis aecclesiis canonice vivere voluerint, servatis propriis ordinibus pro maxima*[k] *misericordia ibi eos ministrare permittimus. Quod si ad alias fortasse transferri non poterint et in eisdem canonice vivere promiserint, minoribus ordinibus contempti*[l] *ad sacros ordines non accedant, salva tamen in omnibus sedis*[m] *auctoritate*[n]. Error generalis.

VI. *Si qui*[o] *ante emptionem catholice ordinati sunt, cum ea, quae emerant, dimiserint et vitam canonicam egerint, in suis gradibus permittantur, nisi forte eiusmodi aecclesia sit, ut ibi primum locum debeant optinere. Primum enim et singularem vel prepositurae vel officii locum in emptis aecclesiis eos habere non patimur.* Error specialis[p].

VII. *Ordinationes, que a Guiberto heresiarcha facte sunt, postquam ab apostolice memorie Gregorio papa et a Romana aecclesia est dampnatus, queque etiam a pseudoepiscopis, per eum postea ordinatis, perpetratae*[q] *sunt, irritas esse iudicamus; similiter autem et ea*[r], *quae a caeteris heresiarchis, nominatis*[s] *excommunicatis, facte sunt, et ab eis, qui catholicorum et adhuc viventium episcoporum sedes invaserunt, nisi probare valuerint se, cum ordinarentur, eos nescisse dampnatos.* Error generalis.

VIII. *Qui vero ab episcopis, quondam quidem catholicę ordinatis, sed in hoc scismate a Romana aecclesia separatis, consecrati*[t] *sunt, eos nimirum, cum ad aecclesiae unitatem redierint, servatis propriis ordinibus, misericorditer suscipi iubemus, si tamen vita*[u] *canonica eos commendat. Qui*[v] *vero posthac a praedictis scismaticis, sanctae Romanae aecclesiae adversariis, se ordinari permiserit, nullatenus hac venia dignus habeatur. Quamvis autem misericordiae intuitu, nimiaque*[w] *necessitate cogente, hanc in sacris ordinibus dispensationem constituerimus, nullum tamen preiudicium sacris canonibus fieri volumus; sed optineant proprium robur. Et cessante necessitate illud quoque cesset, quod factum est pro necessitate. Ubi enim multorum strages iacent*[x], *subtrahendum est aliquid severitati, ut addatur amplius caritati.*

2. Haec decreta Turbani cum in conventu Romanae aecclesiae incendio dampna- 1098
rentur, episcopi subscribentes cum cardinalibus dixerunt: *Ego Adelbertus episcopus*[y]

a) *numeros om.* 1. 2. b) *deest* 2. c) non simoniace ordinati sunt *M.* d) immo execrari *add. M.* e) eorum *add. M.* f) *ita M.;* ex partes 1, *corr.* episcopatus 2. g) eas *M.* h) esse *M.* i) c. ducti e. *M.* k) magna *M.* l) *ita* 1. 2; contenti *M.* m) apostolicae s. *M.* n) actoritate 1. o) tamen *add. M.* p) generalis 2. q) perfectae 2; queque — sunt *om. M.* r) *ita* 2; ea 1; eas *M.* s) *ita* 1. 2; nominatim *M.* t) consecuti 1. u) v. et scientia eos c. *M.* v) A modo vero quicumque a pr. *M.* w) magnaque *M.* x) iacet 2. *M.* y) *deest* 2.

1098. *Sanctae R.*[a,1] *Silvae Candidae in dampnationem horum hereticorum decretorum subscripsi. Ego Iohannes episcopus Ostiensis in dampnationem horum hereticorum decretorum subscripsi. Ego Hugo Prenestinus episcopus haec heretica decreta dampnans subscripsi. Ego Albertus Nephesinus episcopus subscripsi. Beno cardinalis presbiter urbis Romae subscriptionem firmavi. Romanus cardinalis presbiter urbis Romae subscriptionem firmavi. Guido cardinalis presbiter urbis Romae subscriptionem firmavi. Octavianus designatus cardinalis presbiter urbis Romae subscriptionem firmavi. Hugo*[2] *cardinalis diaconus Romanae aecclesiae subscripsit. Paulus primicerius Romanae aecclesiae subscriptionem firmavi*[b]. *Nicolaus electus abbas sancti Silvestri urbis Romae subscriptum firmavit.*

3. Quomodo in concilio sunt recitata vel assensu omnium comprobata, que longe post peractum concilium furtim sub nomine Placentini concilii fabricata, sub nomine eiusdem concilii ad deceptionem orbis, ad subversionem fidei catholicae novo prodicionis genere per diversas mundi partes sunt diffusa, in facie quidem speciem mellis et misericordiae habentia, interius vero erroris veneno humanum genus subfocantia? Quomodo, inquam, in concilio sunt comprobata, quae, cum solis et nudis verbis Turbanus nova presumptione protulisset, ore fidelium ibidem publice eadem[c] hora sunt dampnata, fidelibus adeo commotis, ut vix evaderet Turbanus eorum impetus et iras? fidelibus, inquam, ita concitatis, ut cogerent eum ter condempnare sententiam erroris, quam solis verbis proferre presumpserat. Cum nemo solus debeat accusare sine testibus episcopum suum vel quemlibet christianum neque vitare[d] obedientiam canonicam vel communionem pontificis sui, antequam publice et canonice in generali sinodo accusetur vel dampnetur, quis satius admirari potest blasphemias Turbani, sacras leges condempnantis, ordinatos non symoniace a symoniacis perverse abdicantis?* Ambrosius in libro de rebus gestis in Mediolanensi aecclesia[3]: *Si quis potestatem non habet, quem scit reum, abicere, aut probare non valet, immunis est; et iudicis non est sine accusatore dampnare, quia et dominus Iudam, cum fur esset, quia non est accusatus, minime abiecit.* Ex[e] secunda sinodo[4]: *Symoniaci Iudae comparantur proditori.* Augustinus[5]: *Dona Dei perveniunt ad eos, qui cum fide accipiunt, etiam si talis sit, per quem accipiunt, qualis Iudas fuerit.* Eleutherius papa, dum de malis nondum excommunicatis tractaret, ait[6]: *Quia Iudas non est accusatus, ideo non est eiectus, et quicquid inter apostolos egit, pro dignitate ministerii ratum mansit.* De accusatis et dampnatis[f] beatus Innocentius ait[7]: *Cum nos dicamus ab hereticis dampnatos*[g] *per illam manus impositionem vulneratum habere capud* et caetera. Novus ordo, nova discretio, novum genus potentiae[h], immo nova perversitas, nova canonici iudicii perversio! Beatus Gregorius ait[8]: *Maior minorem sicut precedit honore, ita et crimine.* Et alibi[9]: *Quanto gradus altior, tanto casus inferior.* Et beatus Symachus, pontifex Romanus: *Nos,* inquit[10], *qui potissimi sacerdotii administramus officia,*

*) 1. 2. *add.:* Huius tanto errori occurrunt capitula libri quinti *a collectionis auctore, ut videtur (cf. nr. V, supra p. 407), interpolata.*

a) R 1; Romanae 2; *sed cf. p.* 405. b) subscripsit 2. c) *deest* 2. d) intrare 2. e) *ita transposui eum quem codd. habent ordinem aperte perversum:* Aug.: S. I. c. pr. Ex s. syn.: D. D. f) accusaī et dampnaī 1; accusatione et dampnatione 2. g) *ita* 1. 2; ordinatos *Innoc.; cf. supra p.* 397. h) poenitentiae 2.

1) *Rufinae.* 2) *Qui etiam concilio Placentino subscripsit.* 3) *Immo in commentario suppositio in epist. ad Corinth. V,* 2, *Opera II. App., col.* 127 *B.* 4) *Conc. Nicaenum secundum, Mansi XIII, col.* 464 *D.* 5) *In ps.* 10. *Enarr.* § 6, *Opera IV, col.* 62 *F; cf. Libell. I, p.* 40. 6) *Decr.* 3. *ap. Pseudo-Isid. ed. Hinschius p.* 126. 7) *Epist.* 17. *ad episc. Macedon. c.* 3, § 7, *Schoenemann p.* 584. 8) *Hunc locum non inveni.* 9) *Nescio ubi.* 10) *Conc. Rom. a.* 504, *Mansi VIII, col.* 309.

transgressionum culpa respiciet, si in causis Dei desides fuerimus inventi. Sane reatu maiore delinquit, qui potiore honore perfruitur, et graviora facit vicia peccaminum sublimitas dignitatum. Hunc iuditii ordinem, Turbane, perturbasti et preposterasti, dum eos, qui in maiori ordine aecclesias emerunt, in eisdem aecclesiis, servatis ordinibus, ad penitentiam admisisti, eos vero, qui in minoribus ordinibus aecclesias emerunt, ab eisdem aecclesiis extrudi et ad alias[a] transferri decrevisti. Quibus verbis aequipollenter dixisti minora esse peccata sacerdotum quam inferiorum ordinum, maiorem[b] esse symoniacam heresim in ordine inferiori quam superiori. Sed nos ad[c] decreta sanctorum patrum redeuntes cum sanctis dicimus: 'Quanto gradus altior, tanto casus[d] inferior'. Illud vero novum ridiculum, ut post symoniacam de aecclesia ad aecclesiam servato ordine quisquam transferatur, cum synodus Calcedonensis[1] publicę clamet, ut symoniaci in iudicio convicti deponantur a sacro ordine, et laici excommunicentur. Spiritu erroris omnia, Turbanę, turbasti in quantum potuisti[e]. Unde, queso, concepisti eos minus peccare, qui in aecclesia ordinati ad heresim transierunt, quam qui extra aecclesiam ordinati sunt? Equidem sacri canones cum minori penitentia eos recipiunt, qui extra aecclesiam baptizati vel ordinati sunt, in[f] eos vero acerrime decernunt[f], qui intra aecclesiam baptizati vel ordinati ad heresim apostate facti declinaverunt. Testatur hoc beatus Innocentius[2] in decreto, cuius initium est: 'Ventum est ad terciam questionem'. Haec testantur maiora concilia et doctores orthodoxi, contra quos spiritu avaritiae delatrans[g], Turbane[c], os tuum posuisti in coelum. Non nullum[h] sacris canonibus preiuditium, Turbanę, intulisti, quia canonicas[i] ordinationes, a symoniacis nondum accusatis vel sponte in iudicio confessis canonice administratas, dampnare presumpsisti. Et cum necessitas rigorem canonum in his quae temperabilia[k] sunt temperari exigat, severitati canonum non solum nichil detraxisti, immo discretionem canonicam penitus, quantum in te fuit, subvertisti, dum[c] intemperabilia temperando symoniacos sine numero confirmasti, dum canonicas ordinationes, a symoniacis nondum accusatis canonicę celebratas, contra sanctorum decreta reprobando, te ipsum *potius reprobasti. O misericordia, o pietas, legitima dampnare, dampnata in auctoritatem sub nomine misericordiae revocare! Quae, si vera misericordia esset, potius severitati, salva fide, detraheret quam adderet. Non autem detraxit, sed addidit, qui legitime a symoniacis intra aecclesiam ordinatos reprobavit. Nec misericordiam, sed proditionem publicam aecclesiae propinavit, qui sub falso nomine misericordiae intemperabilia temperando symoniacos in iudicio convictos vel sponte confessos, servatis ordinibus, generali decreto ad penitentiam admisit, immo falso admittendo a vera penitentia extrusit. Nec salva potestate sedis apostolicae nec salva fide agitur, dum symoniaci, in iudicio convicti vel sponte confessi, quos Petri potestas et fides ab omni sorte clericorum repulit, contra potestatem et fidem[l] Petri, servatis ex novo iuditio ordinibus, admittuntur. Quis enim sane possit dicere: 'salva Petri auctoritate', ubi eius auctoritas intemperabilis conculcatur? *f. 7'.

4. Turbanus in epistola ad Lanfrancum Papiensem[3]: *Venditores et emptores aecclesiasticarum rerum simoniaci sunt.* In eadem[4]: *Haec*[m] *de malis catholicis, qui intra aecclesiam sunt. Caeterum scismaticorum et hereticorum sacramenta, quoniam extra aecclesiam sunt, iuxta sanctorum patrum tradiciones, scilicet Pelagii, Gregorii, Augustini, Ieronimi, formam quidem sacramentorum, non autem virtutis effectum habere*

a) has 2. b) maiorā 1. c) *deest* 2. d) i. c. 2. e) posuisti 1. 2. f) *deest* 2, *ubi* ac. dixerunt. g) declarans 2. h) nullis 2. i) canones 2. — *graviorem hic mendam inesse patet.* k) temporalia 2. l) P. f. 2. m) Hęc c.

1) *C.* 2, *Mansi VI, col.* 1225. 2) *Epist.* 17. *ad episc. Maced.; cf. p.* 410, *n.* 7. 3) *Huic inter eas quae exstant Urbani II. epistolas nulla inscribitur.* 4) *Sequentia ex epistola* 17. *ad Lucium praepos. S. Iuventii (Mansi XX, col.* 663, *Jaffé* 5743*) desumpta sunt.*

profitemur, nisi cum ipsi, vel eorum sacramentis iniciati, per manus impositionem ad catholicam redierint unitatem. Sciendum vero est, quod canones apostolorum, quorum auctoritate orientalis et ex parte Romana utitur aecclesia, et [in]signis[a] *Ciprianus et LXXX episcopi cum eodem baptismum hereticorum lavacrum diaboli appellant*[1]. *Stephanus vero et Cornelius, martires et pontifices Romani, in suis decretis et venerabilis Augustinus in libro de baptismo*[2] *eundem Ciprianum et prefatos episcopos hanc ob causam vehementer redarguunt affirmantes baptismum, sive ab heretico sive scismatico aecclesiastico more celebratum, ratum esse; et merito, quia alia in baptismo et alia in reliquis sacramentis consideratio est, quippe cum et ordine prior et necessarior sit. Subito enim morituro prius baptismate, quam dominici*[b] *corporis communione vel aliis sacramentis consulitur. Et dum forte catholicus non invenitur, satius est ab heretico baptismi sacramentum sumere, quam*[c] *nullo modo accipere. Et hanc sententiam prescriptorum pontificum Cornelii, Stephani et Augustini secuti sunt Innocentius, Siricius, Leo, Anastasius et magnus Gregorius et omnis aecclesia catholica.*

5. Proditor parvulorum, proditor omnium, qui errori tanto acquieverint, hanc epistolam tuae perversitatis testem misisti. In qua licentiam baptizandi parvulos extra aecclesiam dedisti et subito morituris asseruisti satius[d] esse ab excommunicatis hereticis baptizari, quam nullo modo baptismum accipere. Sed, queso, quomodo satius est, ubi non solum peccata non[b] remittuntur, sed etiam pernicies cumulatur? Cum autem tantae perversitatis auctores sanctos pontifices Augustinum, Innocentium, Siricium, Leonem et magnum Gregorium esse voluisti et scribere presumpsisti, sub eisdem testibus Dei iuditio falsitas tua promeruit condempnari. Accedant sacratissimi testes prenominati, accedant et scriptis doceant se nullatenus esse auctores tuae falsitatis, sed fidelissimos assertores canonicae auctoritatis. Accedant, inquam, et documentis sanctis asserant, quid super hac re antiquitus decreverint. Leo episcopis Siciliae[3]: *Hii autem, de quibus scripsisti, qui se baptizatos sciunt, sed cuius fidei fuerint, qui eos baptizaverint, se nescire profitentur, quoniam quolibet modo formam baptismi acceperunt, baptizandi non sunt, sed per manus impositionem virtute*[e] *Spiritus sancti, quam ab hereticis accipere non potuerunt, catholicis copulandi sunt.* Augustinus de parvulis in epistola ad Bonefacium episcopum[4]: *Si christiani baptismi sacramentum, quando unum atque ipsum est, etiam apud hereticos valet et sufficit ad considerationem*[f] *sive ad sacramenti perfectionem, quamvis ad vitae aeternae participationem non sufficiat, quae consecratio reum quidem pocius hereticum facit, extra Domini gregem habentem dominicum caracterem, corrigendum tamen admonet sana doctrina non iterum similiter consecrandum, quanto potius in catholica*[g] *aecclesia etiam per stipulae ministerium frumenta purganda portantur, ut ad masse societatem mediante area perducantur.* Gregorius universis episcopis Longobardiae[h. 5] de parvulis extra aecclesiam baptizatis: *Quoniam nefandissimus Autharit*[i] *in hac, quae nuper expleta est, paschali festivitate Longobardorum*[h] *filios in fide catholica baptizari prohibuit, pro qua culpa eum divina maiestas extinxit, ut sollempnitatem paschae alterius non videret, vestram fraternitatem decet cunctos per loca vestra Longobardos ammonere, ut, quia gravis mortalitas imminet, eosdem filios, in Arriana heresi baptizatos, ad catholicam fidem concilient,*

a) signis 1. 2; insignis martyr C. *M.* b) *deest* 2. c) q. in aeternum perire *M.* d) setius 1. e) invocata v. *L.* f) *ita* 1. 2 *pro* consecr. g) aeccl. c. 2. h) Lang. *corr.* Long. 1. i) Anthores 2.

1) *Cf. can. apost.* 46, *Mansi I, col.* 56, *et Cypriani epist.* 70, *Opera ed. Hartel p.* 769. 770. 2) *VI, Opera IX, col.* 161 *sqq.* 3) *Immo ad Rusticum Narbon. epist.* 167, *Inquis.* 18, *Baller. col.* 1428. 4) *Epist.* 98, § 5, *Opera II, col.* 266; *cf. supra p.* 397. 5) *Reg. I,* 17, *ed. Ewald I, p.* 23; *Jaffé* 1085.

quatinus iram super eos Dei omnipotentis placent. Innocentius[1]: *Arrianos preterea caeterosque huiusmodi pestes, quia eorum laicos conversos ad Dominum sub imagine poenitentiae ac sancti Spiritus sanctificatione per manus impositionem suscipimus, non videtur clericos eorum cum sacerdocii aut ministerii cuiuspiam suscipere*[a] *dignitate. Quibus solum baptisma ratum esse permittimus, quod utique in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti perficitur, nec Spiritum sanctum eos habere ex illo baptismate illisque ministeriis*[b] *arbitramur, quoniam, cum a catholica fide eorum auctores desciscerent, perfectionem spiritus, quam acceperant, amiserunt. Nec dare eis*[c] *plenitudinem possunt, quae maxime in ordinationibus operatur, quam per impietatis suae perfidiam pocius quam fidem, dixerim, perdiderunt. Qui fieri potest, ut eorum profanos sacerdotes dignos Christi honoribus arbitremur, quorum laicos imperfectos, ut dixi, ad Spiritus sancti gratiam percipiendam cum poenitentiae imagine recipimus?* Augustinus in libro de unico baptismo[d.2] de his, qui illius aetatis sunt, ut in animo fidem et pacem catholicam ante baptisma habeant: *Si quem forte coegerit extrema necessitas, ubi catholicum, per quem accipiat, non invenerit et, in animo pace catholica custodita, per aliquem extra unitatem catholicam positum acceperit, quod erat in ipsa catholica unitate accepturus, si statim etiam de hac vita migraverit, non eum nisi catholicum deputamus. Si autem fuerit a corporali morte liberatus, cum se catholice congregationi etiam presentia corporali reddiderit, a qua numquam corde discesserat, non solum non improbamus, quod fecit, sed etiam securissime verissimeque laudamus, quia presentem Deum crediderit cordi suo, ubi unitatem servabat, et sine sancti baptismi sacramento, quod, ubicumque invenit, non hominum, sed Dei*[e] *cognovit, noluit ex hac vita migrare. Si quis autem, cum possit in ipsa catholica accipere, per aliquam mentis perversitatem elegit in scismate baptizari, etiam si postea venire ad catholicam cogitat, quia certus est ibi prodesse sacramentum, quod alibi accipi quidem potest, prodesse autem non potest, procul dubio perversus et iniquus est et tanto pernitiosius quanto scientius.* Et infra[3]: *Illi vero, qui per ignorantiam ibi baptizantur, arbitrantes ipsam esse aecclesiam Christi, in istorum quidem comparatione minus peccant, sacrilegio tamen scismatis vulnerantur, non ideo non graviter, quia alii gravius. Cum enim dictum est quibusdam: 'Tolerabilius erit Sodomis in die iuditii quam vobis', non ideo* Matth.11,22. *dictum est, quia Sodomitae non torquebuntur, sed quia illi gravius torquebuntur, quamquam fuerat hoc fortasse occultum aliquando et incertum.* Et infra[4]: *Itaque illi, quos baptizant, sanant*[g] *vulnere idolatriae vel infidelitatis, sed gravius feriunt vulnere scismatis*[f]. *Idolatras enim in populo Dei gladius interemit, scismaticos autem terrae hiatus absorbuit*[h].

6. *Turbanus*[5] *servus servorum Dei G[ebehardo*[i]*] Constantiensi episcopo salutem* 1089. *et apostolicam benedictionem. Quia te speciale*[k] *post Deum manuum nostrarum opus esse perpendimus et quia specialem in te religionis gratiam esse cognoscimus, idcirco te specialiter adiuvare tuisque necessitatibus specialiter subvenire Domino annuente satagimus. Questiones autem, quas tuis litteris significasti vestris in partibus agitari, apud nos quoque satis frequenter noveris commoveri. Fratrum*[l] *itaque*[m] *communicato consilio diuque excommunicationis*[n] *questione tractata, sancti predecessoris nostri Gregorii sententiam confirmantes, ita eam Domino inspirante determinavimus: Primo si-*

a) *ita* 1. 2; suscipi debere *J.* b) *ita* 1. 2; misteriis *J.* c) *ita* 1. 2; eius *J.* d) b. parvulorum 2. e) esse *add. A.* f) scismaticis 1. g) a *add. A.* h) obsorbuit etc. *add.* 2. i) Guichardo *M.* k) specialiter 2. l) I. fr. 2. m) nostrorum *add. M.* n) *ita* 2. *M.*; excommunicatis 1.

1) *Epist.* 24. *ad Alexandrum c.* 3, § 4, *Schoenemann p.* 604. 605; *cf. Libell. I, p.* 50. 2) *De baptismo contra Donatistas I, c.* 2, § 3, *Opera IX, col.* 81. 3) *Ibid. I, c.* 5, § 6. 7, *col.* 83. 4) *Ibid. I, c.* 8, § 10, *col.* 85. 86. 5) *Cf. Mansi XX, col.* 666. 667; *Jaffé* 5393; *cf. supra p.* 109—111.

quidem gradu Ravennatem[a] *heresiarcham, Romanae aecclesiae invasorem, cum H[enrico] rege, eiusdem perversitatis capite, ab omnibus aecclesiae catholicae membris alienum et excommunicatum esse censemus. Deinde*[b] *eos*[c], *qui armis, pecunia, consilio aut obedientia, aecclesiasticos maxime ordines*[d] *aut honores ab eis aut eorum fautoribus accipiendo, eorum nequitiae aminiculum subministrant. Hos igitur principaliter anathematis vinculis astringentes, in tercio gradu communicantes eis nos*[e] *quidem non excommunicamus eos*[f]. *Sed quia ipsi se eorum communione contaminant*[g], *in nostram eos societatem nequaquam sine poenitentiae ultione et absolutione recipimus. Sanctis quippe canonibus*[l] *cautum constat, ut, qui excommunicatis communicaverit, excommunicetur. Ipsius tamen poenitentiae atque absolutionis modos ea moderatione discrevimus, ut, quicumque seu ignorantia seu timore seu necessitate negotii cuiusquam maximi vel maxime necessarii se*[h] *convictu, salutatione, oratione, osculatione*[i] *contaminaverit, cum minoris poenitentiae absolutionisque medicina societatis nostrae participium sortiatur. Eos vero, qui aut scienter*[k] *aut neglegenter inciderint, sub ea volumus disciplinae cohercione suscipi, ut caeteris metus incuciatur. Cuius disciplinae moderamina quod ad curam nostrarum*[l] *spectat, nos tuae providentiae, prout oportere videris, pro temporis et personarum competentia*[m] *servanda committimus. Porro de clericis, qui ab excommunicatis sunt episcopis ordinati, necdum*[n] *sententiam fiximus*[o], *quia generalis mali contagium generalis sinodi est cauterio comburendum. Tuae tamen fraternitati hoc respondemus ad presens, ut ab excommunicatis, quondam tamen catholicis, episcopis ordinati*[p], *si quidem ordines ipsos non symoniace acceperunt*[q] *et si episcopos ipsos non symoniacos fuisse constiterit, ad hoc si eorum religiosior vita*[r], *doctrine prerogativa visa fuerit promereri, poenitentiam*[s] *indictam*[s] *quam congruam duxeris*[t], *in ipsis, quos acceperunt*[u], *ordinibus manere permittas; ad superiores autem ascendere non concedimus, nisi necessitas et utilitas maxima flagitaverit et ipsorum sancta conversatio promeruerit. Et hoc tamen ipsum rarius cum cautela precipua est concedendum. De presbiteris, diaconis, subdiaconis, qui post acceptum ordinem in aliquo crimine lapsi fuerint, sive palam, sive clam, constat quidem canonum censura ab aecclesiasticis eos officiis inhiberi. Tuae tamen*[v] *discretioni providentiaeque committimus, utrum*[w] *aliqui, qui tamen infamiae notis non fuerint aspersi, necessitate*[x] *aecclesiae urguente et ipsorum sancta conversatione promerente, in suis gradibus recuperari de-*
*f. 8. *beant. Hoc autem secundum indulgentiam *dico, non secundum imperium, ut*[y] *maior in vestris partibus habeatur auctoritas, salva tamen auctoritate canonum et sanctorum patrum decretalibus institutis. Si quem vero, quod absit, aut post acceptum [aut*[z] *ante acceptum] offitium contigerit peremptorio*[a] *sive clam sive palam occupatum crimine inveniri, eos maxime, qui mundo adhuc vivunt, ab omni eos altaris ministerio sequestramus. Sicut enim poenitentia*[b] *agere non conceditur cuiquam clericorum, ita et post penitudinem ac reconciliationem nulli umquam laico liceat honorem clericatus adipisci, vel clerico ad altiores ordines promoveri, quia, quamvis sint omnino*[c] *contagione mundati, nulla tamen debent gerendorum sacramentorum instrumenta suscipere, qui dudum vasa fuerint vitiorum.*

a) Ravennantem 1; renemiantem 2. b) Secundo *M.* c) *deest* 2. d) o. aut *des. M.* e) nos 1. 2. f) *deest M.* g) commaculant *M.* h) eorum se conv. *M.* i) osculove *M.* k) spontanee *M.* l) *ita* 1. 2; ad tuam c. sp. *M.* m) compendia 1. 2; competentia *M.* n) quidem *add. M.* o) ferimus *M.* p) *ita* 1. 2; ordinatos *M.* q) acceperint *M.* r) v. et d. *M.* s) *ita* 1. 2; poenitentia indicta *M.* t) dixeris 1. u) acceperint *M.* v) canonicae 2. w) u. eorum a. *M.* x) necessitati 1. y) ut vestra m. v. in p. contra hereticos h. auct. *M.* z) aut ante acc. *des.* 1. 2; *recepi ex M.* a) quolibet eorum qui in lege morte multantur *add. M.* b) *ita* 1. 2; poenitentiam *M.* c) *ita* 1; omine 2; omni peccatorum *M.*

1) *Can. apostol.* 11, *Mansi I, col.* 51, *Hinschius p.* 28.

7. Dum Hildebrandi sententiam te determinare, Turbane, promisisti, magistrum erroris sequens, in errorem illius incidisti. Hildebrandus quidem, dum preter ordinem canonicum imperatorem excommunicare presumpsit, divino iuditio in ipsis verbis excommunicationis hereticum se ostendit, dum et cesarem excommunicabat et ei communicantes ab excommunicatione excipiebat[1]. Sed numquid[a] potestas Romanae sedis Anastasium papam ab huiusmodi errore absolvit? Qui dum Fotinum diaconem, venientem de communione Acatii excommunicati, absque publica satisfactione in communionem recepit, Romana aecclesia ab eius communione recessit et Deus, in coelo ligans quem Romana aecclesia in terris[b] ligabat, eum publice percussit, quia baptizatos et ordinatos ab excommunicato Acatio nullam lesionem de manu Acatii suscepisse contra decreta sanctorum patrum blasphemando mentitus est[2]. Sed *mentita est iniquitas sibi.* Spiritus autem veritatis, per os beati Gelasii aecclesiam docens, ait[3]: *Quid iuvat, si quis heretico non communicet et his tamen communione*[c] *iungatur, qui ab illius non sunt communione diversi?* Et tuus quidem magister Hildebrandus perverse excommunicationis gladium in se ipsum retorsit, dum cesarem excommunicaret et, communicantes ei ab excommunicatione[d] excipiendo, antiquas hereses Liberii et Anastasii renovaret. Cuius errorem dum[e] determinare voluisti, te non minus magistro tuo errare ostendisti, dum communicantes excommunicatis excommunicare distulisti. Dixisti enim communicantes excommunicatis te non excommunicare. Tanto errori Spiritus sanctus in beato Gelasio[4] obvians ait: *Postquam Acatius communionis alienae factus est, non potuit nisi*[f] *catholica et apostolica mox societate precidi, ne per eum, si vel paululum cessaremus, nos quoque videremur subisse contagia impiorum.* Huic errori contrarius est beatus Innocentius et caeteri, quorum canones gravius dampnant eos, qui intra aecclesiam ordinati ad heresim transierunt, quam eos, qui extra aecclesiam ordinati sunt. Huic exceptioni contradicunt beatus Leo[5] in epistola ad Ianuarium Aquilegensem episcopum et beatus Gregorius[6] in epistola ad episcopos Numidie, docentes contra fidem catholicam esse, si promoveantur, qui ab heresi revertuntur. Ps. 26, 12.

8. Turbanus[7] in epistola ad Piponem Tullensem episcopum: *Episcopos sive clericos, quos symoniacos esse constat, a sacris officiis*[g] *removendos omnino decernimus. In aecclesiis vero, quae ab huiusmodi symoniacis execrate sunt, non aliter quam in locis communibus orandum videtur, donec subversis altaribus benedictione et unctione catholici antistitis consecrentur.* In eadem: *De his, qui sine titulis ordinati sunt, licet eiusmodi ordinatio*[h] *sanctorum canonum sanctione*[i] *irrita iudicetur, utrum tamen aliqui in acceptis sint ordinibus permittendi, discretioni tuae pro presenti aecclesiae necessitate committimus, si tamen alias sine pravitate eos ordinatos fuisse constiterit.* In eadem: *Haec universa tamquam apostolicae sedis precepta, sanctorum conciliorum sententiis consonantia, religionis tuae strenuitas et in aecclesia sibi commissa Deo iuvante custodiat et custodienda aliis innotescat.* Beatus Gregorius[8] in Registro suo manifeste asserit alienum esse a fide, quisquis presumit solvere, quod Calcedonense concilium ligat. Tu vero ordinationem factam sine[k] titulo confirmans, solvere presumpsisti, quod predictum venerabile concilium ligans irritum esse iussit. 1089.

9. Ex concilio Turbani apud Melphyam habito[9]: *Constituimus, ut nemo ante annos quindecim aut XIIII subdiaconus ordinetur, nemo ante annos XX*[l] *diaconus* 1089.

a) nunquam 2. b) ibidem 2. c) unionem 2. d) excommunione 1. e) det. dum 2. f) n. a cath. *Gel.* g) et beneficiis *add. M.* h) ordinatione 1. i) sanctioni contraria *M.* k) sive 1. l) viginti quinque vel viginti quatuor *M.*

1) *Cf. supra p.* 381. 2) *Lib. pontif. I, p.* 258. 2) *Epist.* 27. *ad episc. Orient., Thiel I, p.* 434. 4) *Epist.* 12. *ad Anastasium imp., l. c. p.* 355. 5) *Epist.* 18, *Baller. I, col.* 730. 6) *Reg. I,* 75, *ed. Ewald I, p.* 95; *Jaffé* 1144. 7) *Epist.* 17, *c.* 5—7, *App., Mansi XX, col.* 676. 677; *Jaffé* 5409. 8) *Reg. III,* 10. *IV,* 33, *ed. Ewald I, p.* 170. 269; *Jaffé* 1214. 1308. 9) *C.* 4, *Mansi XX, col.* 723.

fiat. Hoc decretum contrarium est canonibus[1] novi et veteris testamenti, in quibus Spiritus sanctus evidenter clamat ante vicesimum[a] quintum annum aetatis diaconos non debere ordinari propter declinandam neophitorum heresim.

10. Hildebrandus[2], Turbanus, Anselmus Lucensis, Deusdedit in compilationibus suis fraudulentis ex decretis Anastasii papae: *Nullum de his, vel quos baptizavit Acatius, vel quos sacerdotes sive levitas secundum canones ordinavit, eos ex nomine Acatii portio lesionis attingat, quo forsitan per iniquum tradita sacramenti gratia minus firma videatur;* et caetera. Hoc decreto Anastasius meruit apud Deum et homines dampnari, in quo contra Spiritum sanctum blasphemavit, dum baptizatos et ordinatos extra aecclesiam catholicam ab Acatio dampnato et excommunicato nullam lesionem accepisse de manu Acatii scripto asseruit. Cuius errorem quia Hildebrandus cum suis discipulis scripto renovavit, merito a sede Romana divina sententia tanti erroris renovatorem exclusit.

IX.

1098. U[go][3] venerandis patribus domno B[enoni][4] et domno R[omano][5] salutem.
Iac. 1, 2. Memores nos esse decet verborum apostoli dicentis: *Omne gaudium existimate, fratres,*
1. Cor. 10, 13. *cum in temptaciones varias incideritis. Fidelis enim Deus, qui non pacietur nos*[b] *supra modum temptari, sed faciet cum temptacione,* ut in presenti in fidei defensione fortes christiane miliciae duces de hereticis in conspectu angelorum et hominum triumphetis et postmodum de corona coelo preparata cum angelis et omnibus sanctis gau-
cf. Is. 35, 4. 8, 10. deatis. *Dicite pusillanimis: 'Confortamini,* quia nobiscum Deus, quia nobiscum veritas, quia, etsi peccatores sumus, catholicam tamen doctrinam nec predicatione nec scriptura corrupimus, immo corruptores et subversores euangelii et verborum ipsius Dei potenti gladio verbi divini persequi parati sumus, non confidentes in proditionibus, in periuriis. Veritas enim naturaliter refugit et dedignatur mendatiis adiuvari. Et quamvis adversarios fidei ut manifestos hereticos devitare rationabiliter possimus secundum apostolum
Tit. 3, 10. dicentem: *Hereticum hominem post primam et secundam correptionem devita,* tamen, quia quaedam[c] precepta temperabilia sunt, quaedam vero intemperabilia, quia beatissimus Petrus huius sententiae rigorem temperat, ipsum beatum Petrum, salva sententia
1. Petr. 3, 15. beati Pauli, pro rerum et temporum necessitate sequimur. Ait enim: *Parati semper estote ad satisfactionem omni poscenti vos rationem de ea, que in vobis est, spe.* Cuius fidelis discipulus Clemens, magistrum secutus: *Nichil,* inquit[6], *omnino respondere, auditorum causae utile non videtur, ne forte estiment nos responsionis penuria declinare certamen.* Doctor Gregorius: *Circulis*[d], inquit[7], *vectes inhereant, ut doctores, semper in suis cordibus eloquia sacra meditantes, testamenti archam sine mora elevent, si quicquid necesse est, protinus docent. Unde bene primus pastor aecclesiae ceteros ammonet, dicens: 'Parati semper ad satisfactionem omni poscenti vos rationem de ea, quae in nobis est, spe', ac si aperte dicat, ut ad portandam archam nulla mora prepediat, vectes a circulis numquam recedant.* Tantis tam sacris[e] auctoritatibus innitentes, quia incivile est uni soli particule legis inherere et reliquam legem abicere, nos potius omnes apostolicae doctrinae partes et veneramur et sequimur, non particulam scindentes, sed unitatem et concordiam omnium apostolorum amplectentes, ex verbis Petri Pauli rigorem mollientes, exemplo patrum sanctorum fideli colloquio ipsos hereticos vel eorum

a) vicessimum 1. b) vos *Vulg.* c) quaedam — quia *des.* 2. d) circulus 1. 2. e) *deest* 2.

1) *Cf. conc. Agath. c.* 16, *Mansi VIII, col.* 327; *Arelat. c.* 1, *ibid. col.* 626; *et saepius.*
2) *Sequentia ad litteram cum iis conveniunt quae supra p.* 399. *leguntur.* 3) *Ugo cardinalis.*
4) *Benoni cardinali.* 5) *Romano cardinali.* 6) *Epist.* 3. *ap. Pseudo-Isid. ed. Hinschius p.* 60. 7) *Regula pastor. II, c.* 11, *Opera II, col.* 34.

discipulos revocantes, non obdurantes corda nostra, non obdurantes aures cordis nostri ad vocem Domini dicentis: *Clama, ne cesses.* Has litterulas fidelibus mittite, infidelibus etiam non dedignemini mittere, ut dediscant rapiendo particulas legis totam legem scindere, qui velud aves noctis fugientes diem examinationis[1], abscondunt se sub tenebris false excusationis, quasi sententia Pauli prenotata sit intemperabilis; qui intemperabilia temperant, culicem liquantes, camelum glucientes[2], periuria, prodiciones consecrantes, novas et antiquas hereses novae potentiae sacerdotio dedicantes[a]. Beatus Leo: *Non est,* inquit[3], *nimia severitas vel remissio, ubi nichil erit ligatum, nichil solutum, nisi quod beatus Petrus aut ligaverit aut solverit.* Iterum obsecramus: *Dicite pusillanimis: Doctrinis variis et peregrinis nolite abduci.* Gratia Domini vobiscum[b]. Is. 58, 1. Matth. 23, 24. cf. Hebr. 13, 9.

X.

Venerabili comitisse M[athildae] H[ugo][c. 4] fidelis servus Romanae aecclesiae in facie coelestis sponsi illud canticum fidelis animae corde et opere, ut soletis, frequentare: *Gressus meos dirige secundum eloquium tuum, ut non dominetur mei omnis iniusticia* et illud: *Trahe me post te, ne vagari incipiam post greges sodalium tuorum.* 1098. Ps. 118, 133. Cant. 1, 3. 6.

Quanto zelo pro unitate aecclesiae decertaveritis, testantur mille pericula, quibus animam vestram exposuistis. Et si apud Deum bona voluntas pro facto reputatur, quanto magis tam immensus labor mercede carere non poterit. Impossibile est autem illum mentiri, qui per angelum suum ait: *Pax hominibus bone voluntatis.* Unde et beatissimus Paulus, qui, zelum habens non secundum scientiam, aecclesiam persequebatur, ex bono zelo ad scientiam pervenire meruit. Non solum autem voluntas, sed et operum vestrorum gloria et hominibus et angelis innotuit. Nullius potestatis personam in causa Dei accepistis, oblatos ducatus, oblatam mundi gloriam respuistis, dampna illata pro lucro reputastis, exemplo vestro[d] Romanum imperium ad defensionem iusticiae animastis. Luc. 2, 14. Rom. 10, 2.

Tantos fidelium suorum labores Deus miseratus, ne privarentur fructu suae devotionis, manifestavit aecclesiae proditores illos, qui[e] sub specię pietatis infecerunt panem sanae doctrinae veneno erroris, ita ut nec innocentum animabus parcerent, quos, ab excommunicatis baptizatos et continuo absque reconciliatione mortuos, ex dampnatissimo decreto dampnatissimi Anastasii scripto predicaverunt salvari[5]. Cogimur autem apud omnes fideles lacrimabiliter conqueri super eo[6], qui salutem extra aecclesiam predicavit, super eo, qui operibus et doctrina satane omnes pusillos Christi scandalizavit et corda filiorum aecclesiae novo vulnere percussit adeo, ut, qui parati erant mori pro Romana aecclesia, modo palam predicent se Deo sacrificare, si illum persequantur[f], qui orbem terre evidenter subvertit quantum[g] in ipso fuit, qui fidei fundamenta concussit, qui[e] inrevocabiliter obduratus leges novas divinis legibus opposuit, qui consilia Dei et hominum ęque despexit*, qui[h] navim beati Petri, quam videbatur regere, in undas intolerabilium errorum retorsit adeo, ut iactati fluctibus immensis cogamur exclamare: *Domine, salva nos, perimus.* Tantis periculis fideles altius concussi plane fatentur zelum quidem Dei, sed non secundum scientiam se habuisse in eo, quod tante perversitatis auctori adminicula et favorem prebuerint. Et cum vulnera vulneribus sepe curentur, cum minora dampna ad evitanda maiora pro lucro deputentur, quis sufficiat admirari novum genus[i] perversae dispensationis, ut vulnere cordis sanetur morbus manus vel cf. Matth. 18, 6. *f. 8'. Matth. 8, 25. cf. Rom. 10, 2.

a) predicantes 2. b) etc. *add.* 2. c) N. 2. d) nostro 1. 2. e) et 2. f) *an* pros.? g) quanto 1. h) et vatum 2. i) *bis scr.* 2.

1) *Cf. supra p.* 406: fugientes lucem examinationis. 2) *Cf. Ivonis Carnot. epist. ap. Floss, 'Papstwahl' app. p.* 172: Romane ecclesie ministri . . . ab irrisoribus suis audirent: culicem colantes et camelum glutientes. 3) *Sermo* 4, *c.* 3, *Opera I, col.* 18. 4) *Hugo cardinalis diaconus.* 5) *Cf. supra p.* 393. 396. 6) *Urbano II, cf. infra p.* 421.

pedis vel cuiuslibet partis exterioris corporis? Tam perversae dispensationis confusionem, tam seve curationis venenata remedia cum pro loco officii nostri humiliter sepe, aliquando autem et pedes osculando[1], per plures annos diversis medicaminibus consiliorum de corde errantis eicere niteremur: novus Pharao[2], quae modo emendaturum se promittebat, post paulo obduratus, inemendata predicare et scripto confirmare, neminc subscribente, nova presumptione et intollerabili errore in conciliis non timebat. Intel-
cf. Iud. 5,10. lexit igitur Romana aecclesia, quod non dimitteret opprimere populum Domini luto et latere Egyptiae servitutis, nisi in manu forti et zelo fidei, accincta potenti gladio verbi Dei, hereses illius in Lateranensi concilio[3], cui presens pocius corporaliter quam spiritualiter presidebat, in libertate spiritus, nemine resistente, publice condempnavit[a]. Sed quia inrevocabilis permansit, quia privilegium potestatis apostolicae verbis et factis et scriptis in abusionem vertit, ipsa nos coegerunt pericula clamare publice contra perfidiam illius, qui navim beati Petri impellebat in abyssum profundissime infidelitatis.

Est autem privilegium Romanae sedis[4] semper assistere per cardinales presbiteros et diaconos ipsi summo pontifici vel vicario ipsius sedis, id est[b] ei, quem ipsa sedes sacrosancta os suum facit, per quem et cum quo predicat, per quem sacramenta administrat, per quem et cum quo firmanda confirmat et improbanda improbat, qua non subscribente invalida est publica summi pontificis sententia. Hinc est, quod beatus Ieronimus, veteris et novi testamenti interpres fidelis, doctor specialis, Romanae aecclesiae presbiter cardinalis, de privilegio divino eiusdem almae sedis iure confidens, eiusdem almae sedis vicario, sancto[c] papae Damaso, scribens, ait[5]: *Romani culminis recedat ambitio. Cum successore piscatoris discipulus*[d] *Christi loquor. Ego nullum primum nisi Christum sequens, beatitudini tuae, id est cathedrae Petri, communione consotior. Super illam petram aedifficatam aecclesiam scio. Quicumque extra hanc*[e] *agnum comederit, profanus est. Si quis in Noe arca non fuerit, peribit regnante diluvio.* His verbis beati Ieronimi, Romani cardinalis, plane intelligitur, quod Romana sedes nullum primum nisi Christum sequitur. Extra quam quia Liberius et Anastasius communicando excommunicatis agnum comedere[f] presumpserunt, a cardinalibus sanctae sedis ut profani dampnati sunt. Hinc est, quod trecenti episcopi Marcellinum dampnare non presumpserunt absque Romana aecclesia, quae ad hoc eundem vicarium suum subtili examine perduxit, ut se ipse primus dampnaret et in dampnationem sui primus subscriberet, sicut legitur in Gestis Romanorum pontificum[6], quoniam prima sedes non iudicabitur a quoquam. Et cum illo dampnati sunt tres cardinales presbiteri, Urbanus, Castorius et Iuvenalis, et duo cardinales diaconi, Gaius et Innocentius, qui, eius custodes deputati secundum vices sui officii, eum in temptacione reliquerant, quem a temptacionis periculo revocare vel cum ipso mori debuerant[7]. Hinc est, quod episcopi sub tercio Leone papa et Karolo magno Rome congregati in sinodo dixerunt[8]: *Nos apostolicam sedem, quae est caput omnium aecclesiarum, iudicare non possumus, sed*[g] *ab ipsa et vicario eius omnes nos iudicamur.* Habet enim eadem sedes, fidei mater et custos, potestatem divino privilegio sibi concessam, ut ait beatus Iulius[9], aperire regnum et claudere quibus vult, quia eius voluntas ab euangelii voluntate non discor-
Ioh. 5,30. dat, sed Christi sponsa cum Christo dicit: *Non possum a me facere quicquam, sed sicut audio, iudico,* id est: non ad libitum, sed secundum Dei legem quod iustum est

a) condemnaret *corr. Sudendorf.* b) *deest* 2. c) sanctae 1. d) discipulo *H.* e) h. domum a. *H.* f) commedere 1. g) audemus. Nam *lib. pont.*

1) *Cf. supra p.* 404. 2) *Ibid.:* corde indurato in ore Pharaonis. 3) *Quae quorsum spectent, ignoro; cf. Schnitzer l. l. p.* 22. 4) *Cf. Benonem I, 2, p.* 370. 5) *Epist.* 15, *Opera I, col.* 38. 39. 6) *Lib. pontif. I, p.* 162. 7) *Conc. Sinuessanum, Mansi I, col.* 1253—1257. 8) *Lib. pontif. ed. Duchesne II, p.* 7. 9) *Epist. ad episc. Orient. ap. Isid. ed. Hinschius p.* 459.

decerno, ne, si ex corde suo prophetaverit[a], ex veteri lege mortis sententia feriatur, ex novo testamento depositionis[b] severitate puniatur. Hinc est, quod Petrus depositionem minatur[1] successori suo Clementi, admirande sanctitatis viro, si post electionem negligenter predicaverit, si ligaverit, quod non expedit ligari, et solvi[c], quod non expedit solvi. Hinc est, quod Romana aecclesia, privilegio et potestate Petri verbo Christi donata[d], per unum cardinalem, beatum Eusebium, ligavit publice errantem Liberium, prius canonice electum et pro fide catholica exilium et pericula immodica perpessum[2]. Hoc privilegio munitus Eusebius Liberium recedendo ab eius communione ligavit et eum hereticum declaravit et ab eius communione Romam revocavit iuxta verbum Domini, specialiter Petro et per Petrum Romanae aecclesiae dicentis: *Si oculus tuus scandalizat te,* id est, si pastor, qui quasi oculus ad providendum presidet, in facię aecclesiae erraverit a fide, *erue eum et proice abs te.* Hinc etiam non incongruę dicitur: *Si aecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus et publicanus.* Et beatus Augustinus: *Cepisti,* inquit[3], *habere fratrem tuum tamquam publicanum, ligas eum in terra, sed ut iuste facias vide. Nam iniusta vincula iusticia disrumpit.* Illud etiam considerandum[4], quod, sicut Cham iuste maledicitur, qui humanam patris temptacionem risit, ita benedictus Deus Heliae, qui DCCC^{tos}L^{ta} sacerdotes, diabolica temptacione apprehensos et in[e] ipso actu deprehensos, propria manu interfecit. Benedictus Deus Eusebii martiris, qui ex precepto legis primus in patrem suum, apostatantem[f] Liberium, spiritualiter manum misit. Hoc privilegio Romana aecclesia Anastasii papae apostatantis[f] communionem deseruit, qui consequenter[g] divino nutu percussus est[5], ut patenter appareat Petri privilegium potius Romanae sedis esse, quam solius Romani pontificis, et Deum[h] ligare in coelo Romanum pontificem, quem Romana aecclesia in terris, exigentibus meritis, ligaverit. Ex quibus sole clarius ostenditur in illa parte sacrosanctae sedis manere Petri privilegium, ubi ex Petri aequitate fertur iudicium[6]. Liberius excommunicatis non resipiscentibus, unitatem aecclesiae scindendo, communicavit, et qui[i] duas aecclesias fecit, eam, quae non nisi una esse potest, amisit, de qua scriptum est: *Una amica mea.* Anastasius extra aecclesiam ab Acatio baptizatos et ordinatos nullam lesionem de excommunicati manus impositione incurrisse Anastasio imperatori per epistolam mandavit[7], sed papa mittens et imperator recipiens uterque ad exemplum seculorum fulgure percussus interiit. Iudicat autem Deus semel in id ipsum. Semel iudicavit in causa Ananiae et Saphyrae, fraudare aecclesiam quantum sit periculum. Semel iudicavit in causa Anastasii pape, excommunicatis communicare et salutem extra aecclesiam predicare quantum sit sacrilegium. Semel iudicavit in causa Giezi, quanta sit lepra vendere minimum sancti Spiritus donum. Hinc est, quod *semel loquitur Deus et secundo non repetit.* Predictam Anastasii papae epistolam quidam huius temporis novi doctores renovare non timuerunt[6] et baptizandi parvulos apud excommunicatos, scriptum Anastasii renovando, heresim, antiquitus ab ipso Deo fulgure dampnatam, in auctoritatem revocando, licentiam dederunt et hoc modo salutem extra aecclesiam predicaverunt, immo hac predicatione se ipsos et communicantes sibi ab unitate aecclesiae, a doctrina sancti Spiritus diviserunt. Et cum ex simbolo catholicae fidei firmissimę teneamus unam esse catholicam aecclesiam, in qua sola datur remissio peccatorum, quidam novelli et nimium diligentes magistri, ex verbis Anastasii remissionem peccatorum extra aecclesiam asserentes, duas, quantum in ipsis fuit, aecclesias fecerunt et inconsutilem fidei

Matth. 18, 9. ib. 18, 17. cf. Gen. 9, 25. 3. Reg. 18, 19. 40. Cant. 6, 8. cf. Act. 5, 1–11. 4. Reg. 5, 19—27. Iob 33, 14.

a) prophanaverit 2. b) dispositionis 1. 2. c) *ita* 1. 2 *pro* solverit. d) devota 2. e) *deest* 2. f) apostant. 2. g) consequent 1. h) domini 2. i) quod Liberius d. 2.

1) *Epist. Clementis I. ap. Pseudo-Isid. p.* 32; *cf. supra p.* 394. 407. 2) *Cf. Benonem I,* 2, *supra p.* 375. 3) *Sermo* 82, *c.* 4, § 7, *Opera V, col.* 442 *G; cf. supra p.* 375. 4) *Ad sequentia cf. eiusdem Hugonis verba simillima supra p.* 404. 5) *Cf. supra p.* 393. 396. 6) *Cf. supra p.* 395, *n.* 1. 7) *Cf. p.* 399. 416.

vestem, cuius figuram milites Pilati, sortem mittentes, integram reliquerunt[1], antiquarum heresum[a] renovatores, scindere non timuerunt. Cum innumerabilium hominum corporalis interfectio morti unius animae, sicut beatus Augustinus in epistola ad Auxilium scribit[2], equipperari non possit, novi propiciatores innumeras innocentum animas, ab excommunicatis baptizari concedentes, inferno et aeternae morti prodiderunt[3]. Insuper et euangelicas et alias fideles scripturas reclamantes ad intellectum erroris violenter intorserunt, quasi Petrus potestatem acceperit ligandi, quae ligari non expedit, vel solvendi, quasi generaliter intelligenda sint dicta[b] Ennodii Papiensis episcopi, quibus, personaliter pro beato[c] Symacho, de falso crimine inpetito, agens, inter caetera ait[4]: *Quis sanctum esse dubitet, quem apex tantae dignitatis adtollit?* Haec personaliter de sancto Simacho dicta quidam subversi et aliorum subversores ad generalem intellectum, lege Dei reclamante, violenter intorserunt[5], quasi Marcellinus, Liberius, Anastasius canonice electi non fuerint, quos subsequens error merito deiecit. Exemplo beati Ambrosii abusi sunt, episcopos et principes seculi, neque sponte confessos in concilio neque legitime convictos, prepostero potius quam iudiciario ordine precipitatis legibus condempnantes, quasi beatus Ambrosius imperatorem Theodosium, antequam sponte confiteretur, ligaverit vel de extorta confessione iudicaverit, quem licet presentialiter convictum et sponte confessum salvo tamen honore excommunicavit[6]. Testatur autem Spiritus sanctus[7], quanta sit heresis et idolatria distorquere precepta legis vel exempla sanctorum aliter, quam convenit. Et licet Sodoma predicaret peccata sua, tamen, ne
Gen. 18, 21. iudex quisquam absens absentem presumat iudicare, ait: *Descendam et videbo, utrum clamorem, qui venit ad me, opere compleverint.* Hinc est, quod reus homicidii tenetur, quisquis servum suum absque iudice necaverit[8]. Sunt etiam, qui abutuntur verbis beati Petri dicentis[9]: *Quibus Clemens non loquitur, nec vos eis loquimini,* quasi tantus pastor aliquem absque[d] iudiciario ordine dampnandum vel vitandum docuerit, cum ipse Iudas ab ipso Domino ideo non sit eiectus, quia presentialiter non est accusatus[10]. Sunt etiam, quibus ipsa veritas reputatur in mendatium, dum de verbis veritatis deludunt mentes simplicium, dicentes: 'Nemo iudicet primam sedem, iusticiam temperantem', quasi quisquam sane mentis primam sedem arguat in his, quae salva fide possunt[b] temperari. Pro huiusmodi quidam a nobis, immo a lege Dei inexorabili odio dissentiunt, dum per nos libertatem docende hereseos se perdidisse intelligunt[e]. Sed *verbum*
Is. 40, 8. *Domini manet in aeternum,* quod in menbris apostolicae sedis conservatur perpetuum.
Luc. 22, 32. Ait enim Petro: *Ego pro te rogavi, Petre, ut non deficiat fides tua, et tu aliquando conversus confirma fratres tuos.*

Oro autem per labores, quos pro aecclesia pertulistis, ne ipsorum fructu laborum vos privari patiamini. Et quibus zelo Dei auxilium et consilium totis
cf. Rom. 10, 2. viribus toto corde prebuistis, eisdem apostatantibus[f], eodem zelo secundum scientiam vos potius fidei catholicae quam cuiquam parti deservisse[g] ostendatis, et favorem vestrum subtrahendo, eos, qui erecta cervice contra Deum inexorabiliter nituntur, a tocius mundi proditione revocetis[h], nec paciatur inclita libertas animi vestri, sub umbra alarum vestrarum novos errores coalescere vel antiquos reviviscere[i] et antiquitus sepultos resurgere. Quid valet contra simoniacam heresim viribus tantis decertasse, si

a) *ita* 1; heresim 2. b) *deest* 2. c) sancto 2. d) a. tanto i. 1. e) intellexerunt 2. f) apostantibus 2. g) *ita* 1. 2 *pro* deserviisse *quod iam Sud. coniecit.* h) revoceris 1. 2. i) reminiscere 2.

1) *Cf. p.* 404. 2) *Epist.* 250, § 2, *Opera II, col.* 879 *A.* 3) *Cf. Benonem II,* 12, *supra p.* 380. 4) *Apolog. pro* 4. *synodo Rom., Mansi VIII, col.* 275 *A.* 5) *Cf. supra p.* 400. 6) *Cf. Benonem II,* 1, *supra p.* 374. 391. 7) *Cf. supra p.* 370. 394. 8) *Conc. Agath. c.* 62, *Mansi VIII, col.* 335, *Burch. decr. VI,* 18, *Ivo decr. X,* 147. 9) *Clementis epist.* 1. *ap. Pseudo-Isid. l. c. p.* 36. 10) *Cf. p.* 397.

eis, qui duas fecerunt aecclesias, sub periculo fidei communicatis[a], maxime cum Romana aecclesia sinodali iudicio Turbani errores* dampnaverit[1] et ab eius communione Spiritus *f. 9.
sancti iudicio recesserit? Sunt, qui sinistra interpretacione pervertunt quae dicimus, et dicunt nos harundinem vento agitatam, eo quod nolumus ventis perfidiae agitari. cf. Matth. 11, 7.
Quisquis ille est, sciat, quia 'in coelo est iudex meus et conscius meus'. Quisquis ille cf. Iob 16, 20.
est, perpendat, quid sit, quod beatissimus Paulus, enumeratis quibusdam suis laboribus et periculis, subiunxit: *Insipiens factus sum, vos me cogistis*[b]. Nos etiam si exemplo 2. Cor. 12, 11.
tanti patris insipienter loqui cogimur, longum est enarrare persecutiones et pericula et quod in mortibus frequenter fuimus, quod regiae maiestati et aliis principibus pro causa Dei nos ipsos obiecimus, quod summos honores, nobis oblatos, pro nichilo duximus, quod plus quam quindecim annis[2] ex divitiis ad inopiam et tandem ad exilium transivimus, ita ut essemus abiectio servis nostris, quos prius divitiis auxeramus. Scripsi maiestati vestrae[c] non immemor gratiae, quam exhibuistis paupertati nostrae. De cetero apud Deum opto et oro apud vos, ut consulatis laboribus senescentis matris nostrae, Romanae aecclesiae, et vestro honori. Et licet monitore non egeatis, urget tamen caritas Christi monere, ut potius res ipsas et pericula consideretis, quam in vocibus vacuis[d] videamini immorari. Deus autem, qui dispersa congregat, qui facit utraque unum, cf. Eph. 2, 14.
precibus aecclesiae et auxilio et consilio vestro revocet ad concordiam et unitatem catholicam sacerdotium et regnum, et dies vestros disponat in pace, ut, devitatis errantium vestigiis, pedes Iesu liberius possitis amplecti et verbum ex ore illius, qui est princeps pacis, devotius audire.

XI.

De[e] regum sobole concilii Toletani[3]: *Sicut insolentia malorum regum odiosa* (f. 10).
semper et execrabilis existit[f] *subiectis, ita bonorum provida utilitas amabilis efficitur populis. Quocirca quis ferat aut quis toleranter christianus videat regis soboles*[g] *aut posteritate*[g] *expoliari rebus aut privari dignitatibus? Quod deinde ne fiat, cum generalis promatur de principis filiis sententia, id est de presentis excellentissimi et gloriosissimi principis Chintilanis*[h] *regis posteritate, dantur*[i] *aperta nobis*[k] *decreta, ut ea, quae synodus preterito anno in hac aecclesia habita constituit*[l], *circa omnem posteritatem eius universitas regni sui conservet, hoc est ut prebeantur, ubi loci oportunitas exhibuerit, defensiones et amminicula iusta, et tribuatur filiis eius dilectio benigna et firma, ne de rebus iuste profligatis, aut parentum dignitate procuretis*[m], *vel largitate principis, aut alicuius impensis, aut etiam*[n] *proprietate debitis, fraudentur*[o] *qualibet insidia calliditatis, neve a quoquam*[p] *ledendi eos preveniantur*[q] *argumenta machinationis, quia dignum est, ut cuius regimine habemus securitatem, eius posteritati decreto concilii*[r] *imperciamur quietem.*

Ut[4] nullus presumat principe vivente aliquem eligere[s] regem. Eiusdem capitulum: *Quamquam in concilio anteriori, quod anno primo gloriosissimi principis nostri [habitum*[t] *est], de huiusmodi re fuerit promulgata sentencia, tamen placet iterare, quod convenit custodire. Itaque regis vita constante, nullus sibi aliquo [opere*[u]*] vel deliberatione, seu cuiuscumque dignitatis laicus, seu gradu*[v] *episcopatus, presbiteri, aut*

a) comunicantes *corr.* communicantis 1; communicantes 2. b) *ita* 1. 2. c) *deest* 2, *ubi* nec. d) vanis 2. e) Decretum s. 2. f) extitit 2. *M.* g) *ita* 1. 2; sobolem — posteritatem *M.* h) Chintilavis 1; Chintillanis 2; Chintilani *M.* i) dentur *M.* k) a nobis *M.* l) quam *add.* 1; quem 2. m) *ita* 1. 2; procuratis *M.* n) et 2. o) fraudulenter 2. p) quoque 1. 2. q) prebeantur *M.* r) consilii 1. 2. s) etc. 2, *ubi* eligere — capitulum *des.* t) hab. est *des.* 1. 2. u) *deest* 1. 2. v) gradus *M.*; *ubi* presbiterii — diaconii.

1) *Cf. p.* 409. 2) *Cf. supra p.* 406: per XVI annos. 3) *Sexti c.* 16, *Mansi X, col.* 668. 669, *ed. Hinschius p.* 379. 4) *C.* 17, *l. c. col.* 669.

diaconi consecratus, ceterique[a] *officii clericatus deditus, regem provideat contra viventis regis utilitatem*[b], *nullo blandimento vel suasione per eandem spem aut alios in se trahat aut ipse in alium adquiescat. Iniquum enim et valde execrabile a christianis debet haberi futuri*[c] *temporis illicito prospicere et vitae suae ignarus*[d] *ventura disponere. Quod si quisquam iam talia iniqua deliberatione cum quocumque est meditatus, hoc sibi noverit esse sacerdotali moderatione concessum, ut venerabiliter*[e] *possit hoc sine mora presentis principis auribus publicare. Si autem obstinata deliberatione sua machinamenta noluerit dicere, pessimo plectatur anathemate.*

Ut[f] nemo intendat[f] in interitum regis: *Iam quod*[g] *in antecedenti universali synodo pro salute nostrorum principum constat esse consultum, sed libet iterare et digna auctoritate munire salubriter ordinata. Ideoque contestamur*[h] *coram Deo et omni ordine angelorum, choro*[i] *prophetarum atque apostolorum vel omnium martyrum, coram omni catholica aecclesia et christianorum cetu, ut nemo intendat in interitum regis, ne*[k] *vitam principis nece*[b] *adtrectet, nemo eum regni gubernaculo privet, nemo tyrannica presumptione apicem regni sibi usurpet, nemo quolibet machinamento in*[b] *eius adversitate coniuratorum*[l] *manus adsociet. Quod si in quippiam*[m] *horum quis*[n] *nostrorum quam*[n] *temerario ausu presumptor extiterit, anathemate divino percussus habeatur absque ullo remedii loco condempnatus aeterno iuditio. Amen.*

Nec[o] neglegentia voluntateque alligamur, sed[p] per Dei misericordiam assuevimus, sicut videmus in istis mundialibus regnis, quomodo in primis quidem nemo[a] potest se ipsum regem facere, sed populus creat sibi regem, quem elegit. Sed cum rex ille fuerit factus et confirmatus in regno, iam habet potestatem in hominibus et nullo modo potest populus iugum eius de cervice sua repellere. Nam primum quidem in potestate populi est facere sibi regem, quem vult; factum autem repellere non est iam in potestate eius, et sic voluntas populi postea in necessitatem convertitur*.

*) *Sequitur in codd.* 1. *et* 2. *haec narratio fabulosa de obitu Gregorii VII, quam et ipsam legimus in SS. V, p.* 563; *VI, p.* 365; *VIII, p.* 470: Volumus vos scire, qui aecclesiasticae curae solliciti estis, quod apostolicus H[ildebrandus] nunc in extremis suis vocavit ad se unum de cardinalibus XII, quem multum diligebat pre ceteris et confessus est omnipotenti Deo et s[ancto] P[etro] et toti aecclesiae se valde peccasse in pastorali cura, quae ei ad regendum erat commissa et suadente diabolo contra humanum genus odium et iram incitasse. Postea vero sententiam, quae in orbe terrarum effusa est, pro augmento christianitatis cepisse dicebat. Tunc demum misit predictum confessorem suum ad imperatorem et ad totam aecclesiam, ut optarent illi indulgentiam[q], quia finem vitae suae aspiciebat, et tam cito induebat se angelica veste et dimisit ac dissolvit vincula bannorum omnium imperatori et omni populo christiano, vivis ac defunctis, clericis ac laicis, et iussit suos abire de domo T[heoderici] et ascendere amicos[3].

a) ceterisque cler. officiis *M.* b) *deest* 2. c) futuris temporibus illicita *M.* d) ignaros *M.* e) veniabiliter *M.* f) att. 2. g) quidem *M.* h) contestantur 1; constanter 2. i) coram ch. *M.* k) nemo *M.* l) coni. sibi m. *M.* m) quopiam *M.* n) *ita* 1. 2. quis *et* quam *seiungunt.* o) Nē 1. 2. p) . s. 1. 2. q) *Sobius p.* 100. *haec ita adbreviavit:* Hildebrandus in extremis — Deo et toti — commissa. Atque hunc confessorem suum misit ad — optarent illi veniam. Finis.

1) *C.* 18, *l. c. col.* 670, *ed. Hinschius p.* 380. 2) *Sequentia ad Leonis VIII. privilegium Ottoni I. concessum, ap. Floss, 'Papstwahl' app. p.* 162, *conformata sunt; in quo etiam quae antecedunt concilii Toletani decreta p.* 154—156. *inveniuntur. Sed nostrum concilium ipsum inspexisse eo probatur, quod nonnulla, quae apud Leonem desiderantur, supplevit.* 3) *Cf. notitiam, quam Pertz dedit ex codice Catalaunensi, 'Archiv' VII, p.* 220.

TRACTATUS GARSIAE THOLETANI CANONICI DE ALBINO ET RUFINO (GARSUINIS).

EDIDIT

ERNESTUS SACKUR.

Toletana metropoli Hispaniae saec. XI. a Sarracenis liberata Alfonsus rex Urbano II. papa consentiente veterem primatum illius ecclesiae restituere provinciamque per centenos annos ab infidelibus invasam ac vastatam religioni christianae denuo subicere constituit. Archiepiscopus factus est Bernardus, monachus Cluniacensis, abbas S. Facundi[1], *qui a.* 1088, *Oct.* 15, *cum papa Anagniae moraretur, iuramento episcoporum more summo pontifici praestito pallium privilegiumque accepit*[2]. *Neque multo post ei Urbanus vices suas in Hispania universa et in Narbonensi provincia ministrandas iniunxit*[3]. *Anno* 1096. *archiepiscopum iterum in societate papae Galliam pervagantis invenimus*[4]. *Denique tribus annis post, scilicet a.* 1099. *Toletanus rursus ad curiam Romanam profectus est, ubi Urbanus Mai die* 4. *ei omnibus ecclesiae suae metropolitanae iuribus confirmatis Ovetinam, Legionensem, Palentinam sedem ceterasque, 'quae antiquis temporibus Toletanae ecclesiae subiacebant' subdidit eiusque* personam propensiori gratia in nostra manu tenendam *eodem decreto sanxit*[5].

1) *Cf. M. F. Stern, 'Zur Biographie des Papstes Urban II', Berlin* 1883, *p.* 55 *sqq.* 2) *Jaffé-L. nr.* 5367. 5370. 5371; *Florez, 'España sagrada' VI, p.* 347; *Migne, Patrol. lat. CLI, col.* 288; *Vita Urbani II. apud Watterich, Vitae pontif. Rom. I, p.* 573: Hoc tempore Toletanus archiepiscopus Bernardus Romae ad domnum Urbanum papam venit eique pro episcoporum more iuravit, pallium et privilegium accepit regnisque Hispaniarum primas institutus est; *cf. Mariana, 'Hist. génér. d'Espagne' II, p.* 367; *Ferreras, 'Hist. de España' V, p.* 154, § 3. 3) *Jaffé-L. nr.* 5465. *a.* 1092, *Apr.* 25: quia ei nostrae sollicitudinis vices in Hispania universa et in Narbonensi provincia ministrandas iniunximus; *Anno* 1096, *Apr.* 25: *Episcopis et universo clero et populo per Hispaniam et Narbonensem provinciam nuntiat Bernardo Toletano archiepiscopo legationem Hispanicam se dedisse, Jaffé-L. nr.* 5643; *'Neues Archiv' VI, p.* 299. 4) *Cf. Jaffé-L. nr.* 5643. 5674. *a.* 1096, *Iul. concil. Nemaus. affuit; cf. chartam Raimundi comitis Toletani apud Mansi XX, col.* 988. 5) *'Neues Archiv' II, p.* 220; *Jaffé-L. nr.* 5801.

Quod iter satirae sequentis componendae ansam praebuit. Eam enim res a. 1099. *mense Maio gestas respicere ex eo patet, quod S. Angeli arx ab Urbanistis a.* 1098. *Aug. recuperata iam commemoratur et quae narrantur Kal. Maiis gesta esse expressis verbis dicitur. Tum enim papa reliquias S. Albini et S. Rufini a Toletano archiepiscopo legationem Aquitaniae petente oblatas deposuisse fingitur. Quod nonnisi a.* 1099, *Kal. Maiis, cum Urbanus eodem anno Iul.* 29. *diem supremum obiret, factum esse potest. Eodem autem tempore Bernardus revera Romam venit, etsi non Aquitanicae vel Hispanicae legationis petendae causa, quam, ut diximus, iam antea acceperat. Sed poetae hoc licuit, ut tempora paulisper perverteret; utique eum historica facta respicere elucet.*

Reliquiis igitur quibusdam sanctorum martyrum Albini et Rufini[1] *feliciter repertis, id est argento auroque onustus, Grimoardus Toletanus — sic Bernardi nomen auctor corrumpit — Romam profectus est, ut satiricus fingit, ubi Urbanum cardinalibus circumdatum et fortiter bibentem invenit. Muneribus suis ac potandi facultate papae favorem ita sibi conciliavit, ut legatione desiderata donaretur. Quae omnia tanto sale et lepore quanta veterum poetarum cognitione conscripta sunt. Haud infacete ad avaritiam curiae Romanae illudendam sacrae scripturae sententiae paucis mutatis afferuntur, Terentii, Iuvenalis, Horatii, Persii, Sallustii dicta intexuntur. Consuetudinum curiae Romanae haud imperitus auctor fuisse videtur, cum papam inter cardinales bibentem depingeret. Diebus enim quibusdam festis talia convivia celebrabantur, ut in die resurrectionis Domini, qua papa cum undecim cardinalibus — et hic cum duobus Hispanis, archiepiscopo scilicet Toletano eiusque comite Garsia, undecim numerantur —, coenam Domini imitabatur*[2]. *Fortasse etiam quosdam usus in missa pontificali adhibitos*[3] *aut ritus in communione episcoporum consecrandorum celebratos in animo habuit*[4]. *Cardinales, quos nominibus quibusdam paulisper mutatis inducit, scilicet Gregorius Papiensis, Petrus Pisanus, Rangerius Lucensis, Albertus, Odo episcopus Ostiensis, Iohannes Gaditanus, Teucer, Bernardus, Bruno episcopus Signiensis omnes in chartis apostolicis inveniuntur nonnullique eorum eo tempore in Romana curia maiores partes egerunt.*

Quis auctor satirae fuerit pro certo statui nequit. Etsi enim in quodam codice Garsias dicitur[5], *fieri tamen potuit, ut nomen ex opusculo ipso temere sumeretur, in quo Garsias Toletani metropolitani comes comicae partes agit personae*[6]. *Neque vero Garsiam libellum nostrum composuisse prorsus negarim, praesertim cum hic solus ceteros quidem illudens, ipse vero illaesus et non discerptus de scena decedat. Utique Hispanum auctorem fuisse cum ex eo, quod Toletani iter Romanum ad opusculum scribendum eum incitavit, tum quia inter Romanos clericos Urbanum detestantes vix aliquis tam literatus, tam in auctoribus antiquis versatus exstitit coniciam*[7].

1) *His sanctis fictis avaritia curiae Romanae saec. XI. et XII. saepissime deludebatur. Notissimi versus quidam in omnium ore erant, quos W. Wattenbach in 'Anzeiger des German. Museums' XX, col.* 101. *hac forma edidit:*

Martiris Albini seu martiris ossa Rufini
Rome si quis habet, vertere cuncta valet.

Paulo aliter leguntur apud Bertholdum Zwifalt. c. 44, *SS. X, p.* 119. *Cf. Landulfi Hist. Mediol. l. III, c.* 31. 33, *SS. VIII, p.* 98. *n.* 38, *p.* 100; *Zingerle in 'Sitzungsber. der Wiener Academie', Philos.-hist. Classe LIV, p.* 314; *Carmina Burana ed. Schmeller p.* 15; *Wattenbach l. l. col.* 100. 2) *Cf. Ordo Romanus XI, c.* 48. 49, *Mabillon, Museum Italicum II, p.* 142. 3) *Cf. Ordo Romanus IV, l. l. p.* 61. 62. 4) *Cf. Ordo Romanus XIV, c.* 57, *l. l. p.* 313. 5) *Cf. infra p.* 425. 6) *Accedit, quod auctor, cum nomina ceterorum mutaret, vix proprium non mutatum reliquisse putandus sit.* 7) *Cardinalem Benonem satiram composuisse inanis coniectura Iulii v. Pflugk-Harttung, Iter Italicum p.* 729. *est. Neque Calliopius in calce libri dictus, ut idem*

Satirae duae formae ad nos pervenerunt, quarum longior cod. Palatino nr. 242 *(quem A signavimus) saec. XII. membr. fol.* 65—70'.[1] *servatur. In hoc codice semper* ę *scriptum est, plerumque etiam in* ęcclesia; *prae autem* p̄ *legitur. Nomina rubris lineis cincta sunt*[2]. *Contulit v. cl. L. Quidde, Instituto Borussico historico Romano praefectus. Ex hoc codice descripti sunt duo codices Vaticani nr.* 9137, *saec. XVII.*[3] *(f.* 131—136) *et nr.* 9026, *saec. XVIII. (f.* 172—178')[4] *quorum recentior in altero a Luca Holstenio exarato procul dubio nititur. Cod. Vat. nr.* 9137. *vel similem Barberinus XXXIII,* 148, *ubi satira f.* 25—33. *continetur*[5], *fundamento habuisse videtur, cum eandem quam ille inscriptionem exhibeat.*

Breviorem recensionem praebet cod. Vat. Christ. reg. nr. 1011, *saec. XIII, f.* 91'—95' *(B), quem b. m. L. Bethmann exscripsit. Quae recensio utrum prior an posterior sit, in dubio relinquamus oportet. Attamen cod. Christ., quamvis locis compluribus verba desiderentur, haud raro textum meliorem servavit quam Palatinus. Cum etiam maiores quasdam discrepantias exhibeat, ab auctore ipso brevior forma instituta esse videtur. Qua de causa etsi latiorem recensionem fundamenta esse volui, lectiones tamen alterius accurate notavi aut si longiores partes nimis discrepabant, utramque in columnas distribui. Capitula ipse adiunxi.*

Longiorem formam edidit praecipue in cod. Palatino nisus v. Pflugk-Harttung, Iter Italicum, Stuttgart 1883, *p.* 439—452.

Berolini, Mense Ianuario 1891. *E. SACKUR.*

A.

1. Quo tempore Urbanus Romanae aecclesiae avidissimus pontifex beatissimorum martirum corpora, Albini videlicet et Rufini, Romam transferret, Galliarum collecta ecclesiis, dumque ea manibus propriis, utpote vir religiosus, marsupiis deauratis gloriosissime sepeliret, Grimoardus Toletanae aecclesiae archiepiscopus quasdam

B.

INCIPIT TRACTATUS GARSIE THOLETANE ECCLESIE CANONICI DE RELIQUIIS PRECIOSORUM MARTIRUM ALBINI ATQUE RUFINI; IDEOQUE DE NOMINE EIUS INTITULATUR LIBELLUS ISTE ET VOCATUR GARSUINIS.

1. In tempore illo, quo supradictus papa Urbanus Rome pontificabatur, Grimoardus Tholetane ecclesie archiepiscopus quasdam preciosorum martirum Albini atque Rufini reliquias inveniens, intelligens eas Romano placere pontifici — noverat enim compunctionem viri — easdem secum tollens Romam profectus est. Suspirabat

putat, auctoris pseudonymum est, cum nomen illud e Terentii comoediarum recensione depromptum sit. 1) *Cf. Codd. Palat. Lat. bibl. Vat. I, p.* 59. 2) *Fol.* 65'. *pallido atramento in margine inferiore quaedam verba scripta fuerunt, quorum nihil nisi* his ergo *pro certo iam legi potest.* 3) *Inscriptus:* Schede di Luca Holstenio; *satira ipsa inscribitur:* Satyra schismatici cuiusdam Guibertini contra Urbanum papam II; *in margine f.* 131. *legitur eadem manu qua cetera:* Ex Palatina arm. p̊ in cod. in 8. pergam. in medio libri, qui inscribitur Sedulius in quatuor evangelia. *Haec autem cum cod. Palat.* 242 *conveniunt.* 4) *In catalogo notatur:* Excerpta varia ex codicibus manuscriptis collecta a Cayetano Marinio. *Praeter easdem notitias, quae cod.* 9137. *leguntur, fugaciore manu addita sunt singulis locis:* manu Holstenii(!), E sch[edis?] L. Host. in B. B., manus Holsten[ii]. 5) *Hic scribae notitiae desunt; inscriptio eadem est, quae in f.* 130, *ubi titulus exstat, cod.* 9137: Satyra schismatici cuiusdam Guibertini contra Urbanum papam II.

A.

praedictorum martirum reliquias forte inveniens in gazophilacium sanctae Cupiditatis transferre eas accuravit. Intellegens vero eas Romano placere pontifici, noverat enim viri compunctionem, easdem secum tollens Romam profectus est. Suspirabat autem idem Toletanus pontifex Equitaniae legationem [1], quam ex beati Gregorii ordinatione antiquis adtestantibus privilegiis Toletana metropolis obtinuerat. Unde ignaviae, immo pudoris esse videbatur, si tantae gravitatis persona, tam pinguis, tam rotunda, tam delectabilis suorum privaretur dignitate praedecessorum. Ceterum licet plenis arrideret calicibus, erat enim fortis ad bibendum vinum, licet dies noctesque sterteret, vigilare enim non poterat, licet ventrem haberet pontificis, turgebat enim venter extentus non modicum, utpote ubi salmo totus uno prandio sepeliri consueverat, licet innocentem proscribere, iustum persequi, pauperem inescare, suis orphanum patrimoniis violenter emungere religioni[a] asscriberet, licet in omnibus mentiri satageret, siquidem modo veritatis forte attigisset verecundari, licet praefinitis polleret virtutibus ceterisque, quibus hac tempestate pinguissimi promoventur pontifices, minime tamen Romanae aecclesiae legatus haberetur[b], nisi preciosas supradictorum reliquias martirum Romano praesentaret pontifici.

2. His ergo munitus, prout videbatur necessarium, Romanam ingressus est civitatem. Facta vero oratione in ecclesia beati Petri principis apostolorum ad Urbanum tendebat. Cum vero clamaret ad hostium, hoc[c] a ianitore responsum accepit: 'Si quis ingredi habet ad papam Albino introducente securus accedat'. Hoc audito Garsias nomine, qui cum Toletano forte advenerat, *subridens ait: 'Quare ergo in superliminaribus[d] domus et in postibus portarum titulus iste scriptus non legitur, ut accedentes ad papam extranei Romanam consuetudinem pernotatam vide-

*f. 65'. cf. Exod. 12, 7.

B.

enim idem Tholetanus ad Aquitanie legationem [1], quam ex beati Gregorii ordinatione antiquis attestantibus privilegiis Tholetana metropolis obtinuerat. Unde ignavie, unde pudoris esse videbatur, si tante gravitatis persona, tam pinguis, tam rotunda, tam delectabilis, suorum privaretur dignitate predecessorum. Ceterum licet plenis arrideret calicibus — erat enim fortis ad bibendum vinum, turgebat enim venter extentus non modicum, utpote ubi salmonem totum uno prandio sepeliri consueverat.

2. Hic vero munitus preciosorum martirum Albini atque Rufini reliquiis Romam ingressus est. Facta vero oratione in ecclesia beati Petri apostolorum principis ad Lateranense palatium accessit. Cum vero clamaret ad hostium, hoc a ianitore responsum accepit: 'Si quis ingredi habet ad papam, securus accedat Albino introducente'. Hoc audito vir Hispanus, Garsias nomine, qui cum Tholetano forte advenerat subridens ait: 'Quare ergo in superliminaribus domus et in postibus portarum titulus iste scriptus non legitur, ut accedentes ad ipsum extranei Romanam consuetudi-

a) regligioni *A*. b) habetur *A*. c) *ita B*; h *puncto del. A*. d) sublim. *A*.

1) *Cf. praef. p.* 423.

A.

rent?' Pontifex iam enim Albinum professus erat,

B.

nem occulis prenotatam fidelibus ad exteras referant nationes?' Demum vero ingressus ad papam Tholetanus pontifex

invenit eum in quodam sedentem marmoreo recessu[a], purpuratum[b] egregie, cardinalibus stipatum pinguissimis. Quatuor vero ex ipsis cardinalibus cyphum[c] aureum gravissimi ponderis propriis sustentabant manibus, plenum vino optimo, unde Romanus pontifex ardores suos assidue extinguebat, utpote[d] cuius viscera diversorum salsamentis generum redundantia graviter urebantur; salsamentis enim totus redundabat. Hortabantur[e] eum cardinales, ut fortiter biberet; cumque sextarium totum pro salute mundi, pro redemptione animarum, pro infirmis, pro fructibus terrae, pro pace, pro iter agentibus, pro navigantibus, pro statu Romanae aecclesiae omnino devoraverat[f], iamque turgente[g] stomacho minus haurire potuisset, hortabantur eum cardinales, ut temptaret saltem, et se post eum temptaturos promittebant et, ne falsitatis arguerentur, temptabant. Verba enim sacerdotis aut vera aut sacrilega. Cum enim pinguissimus papa quasi necessitate coactus ter et[h] quater praegustaverat[i], cardinales esiccabant[k] calicem, neque tamen[l] Teucer minus compunctionis habuisse videbatur. Porro[a] Bachus iterum ponebatur[m] in auro. Instabat impensius praefatus Teucer[n.1] beatissimum Urbanum commonefacere et quam plurimum cohortari, illud Horatii dictum revolvens assidue: *Sapias*[2] *vina.* Et[o] illud[3]: *Priusquam morieris, non regna sorciere talis vini.* Et illud[4]: *Siccis Deus omnia dura proposuit*[p]. Ad[q] haec Gregorius Papiensis[5] ad pedes domni papae sedens librum manu tenebat, quem nos Anticatonem[r.6] sive Exterminatorem nuncupari audivimus. Legebat[s] autem sententiam hanc, cui Romanus pontifex aures adtentius applicabat, cardinales vero approbabant eam studiose.

3. Erat autem haec sententia: *O quam preciosi martires Rufinus*[t] *et Albinus, o quam praedicandi, o quam laudabiles, quorum qui habet*[u] *reliquias continuo ex peccatore iustificatus, ex* *terreno celestis fit, *ex impio vertitur innocens. Vidimus [vidimus*[v]*]* *f. 66. *simoniales, sacrilegos et suarum dissipatores ecclesiarum ad papam venire*[w] *pontifices, qui*[x] *ob praedictorum reliquias [martirum*[v]*] apostolica purgati*[x] *benedictione, nullo irretiti*[y] *crimine, nichil vetustatis habentes, novi et tamquam renati ad patriam*[z] *rediere. Quisquis ergo adulterii infectus [est*[v]*] labe, quisquis homicidii reus, quisquis pollutus*[a] *fornicationis crimine, quisquis invidiae pallescit*[b] *tabo, quisquis periurii notatur*[c] *infamia, denique omnes sacrilegi, detractores, ebriosi, fures, avari, contumaces, efferi*[d]*, proditores, contenciosi, delatores*[d]*, inpii, mendaces, malivoli, quid plura? omnes*

a) *deest B.* b) egregie purpuratum *B.* c) ciphum *B.* d) utpote — redundabat *des. B.* e) ortabantur *B.* f) devorasset *B.* g) urgente *A.* h) aut *B.* i) pregustasset *B.* k) exicabant *B.* l) enim *B.* m) vinum ponebat *Barb.* n) Theucer beatissimum commonens papam, revolvens illud Oratii: 'Sapias vina' *etc. B.* o) Et — vini *om. B.* p) postposuit *A.* q) Ad hoc egregius Papiensis Gregorius *B.* r) anticanonem *A*; antichatonem *B.* s) Legebat autem hanc sententiam: 'O quam *etc. B.* t) Albinus atque Rufinus *B.* u) habent reliquias, continuo ex peccatoribus iustificantur et ex terrenis coelestes fiunt, impii vertuntur in innocentes *B.* v) *deest A.* w) venere *A.* x) prerogati *B.* y) irrecti *A.* z) propria *B.* a) fornicationis pollutus *B.* b) pallescis (s *rotundum*) *A*; pallescens *male Pfl.-Hart.* c) notaris *A.* d) *deest B.*

1) *Teuzo presb. card. tit. S. Iohannis et Pauli a.* 1099, *Apr.* 24. *Romae chartae subscripsit (J.-L. nr.* 5788*), eodem igitur fere tempore, quo Bernardus archiep. Toletanus curiam Romanam adiit.* 2) *Horatii Carm. l. I,* 11, *v.* 6. 3) *Hor. Carm. I,* 4, *v.* 17*:* quo simul mearis, nec regna vini sortiere talis. 4) *Hor. Carm. I,* 18, *v.* 3*:* Siccis omnia nam dura deus proposuit. 5) *Gregorius Papiensis cardinalis in concil. Nemaus. chartae Raimundi comitis Tolosani a.* 1096, *Iulii die* 12. *subscribit, Mansi XX, col.* 938. 6) *Eiusdem tituli librum Iulium Caesarem contra Ciceronem scripsisse notum est; cf. Iuvenalis Sat. VI,* 338*:* duo Caesaris Anticatones.

detestabiles, proscripti[a], *infames, rei, exules, dampnati, postremo omnes [inquinati*[b]*], qui*[c] *manu, ore, lingua Deum offenderunt, praeciosissimorum martirum reliquias portantes, ad domnum papam venire ne*[d] *cunctentur, de omnibus absolvendi. Aliter frustrata*[e] *erit eorum peticio. Venite, venite symoniales*[f] *archiepiscopi, [episcopi*[b]*], archidiaconi, abbates, decani, sed*[g] *et priores, offerte Romano pontifici martires duos, per quos introitus patet in Romanam aecclesiam. Ecce stat ad hostium apertas manus habens, ecce vocat omnes, omnes*[h] *hortatur, omnes invitat et*[a] *neminem repellit, qui Albinum* cf. Matth. 7, 7. *[et*[b] *Rufinum*[b]*] profiteatur. Petite ergo per Albinum et accipietis, querite per Rufinum et invenietis, pulsate*[i] *per utrumque martirem et aperietur vobis. Omnis enim qui petit per Albinum accipit, qui querit per Rufinum, invenit [et*[b]*], pulsanti per utrumque*[k] *martirem aperietur. Sic ergo currite ad Romanum pontificem, ut comprehendátis, sci-* cf. 2. Tim. 2, 5. *licet*[l] *per martires istos: haec est via, quae ducit ad papam recto tramite*[m]. *Non enim coronabitur, nisi qui legitime certaverit. Pol*[n]*: hoc est bonum certamen*[o] *certare, hoc legitimum, hoc rationale, hoc canonicum, hoc Romanum, hoc*[p] *celeste, hoc catholicum, ubi Albinus confligit, Rufinus luctatur et decertat. Hos siquidem martires iugis semper*[q] *manet victoria. Quis obpugnat*[r]*, ubi Albinus intercedit? Quis contradicit, ubi Albinus*[s] *orat? Quis enim renuit, ubi Rufinus imperat? Hii sunt martires duo,* *f. 66'. *qui reges*[t]*, imperatores, duces, tetrarchas, *principes et ceteras potestates mundi viriliter expugnaverunt; hii*[u] *sunt martires duo, qui episcopos, cardinales, archiepiscopos, abbates, decanos, priores, levitas, sacerdotes, subdiaconos et, ut paucis absolvam, ipsum Romanum pontificem triumphaliter edomuerunt. Hii*[u] *sunt martires duo praepotentes*[v] *in ecclesiis, exaudibiles in sinagogis, triumphales*[w] *in theatris; hii*[u] *sunt martires preciosi, per quos Romanus*[x] *pontifex Guibertum stravit, Henricum edomuit, senatum compescuit*[y]*, rempublicam occupavit; hii*[z] *sunt martires preciosi, per quos Romanus pontifex Crescentii domum*[1] *viriliter irrupit, Tarpeias sedes potenter reclusit, Capitolia conscendit, archam sancti Petri reseravit; hii*[t] *sunt martires preciosi, quibus Roma specialiter studet, quos Lacium*[a] *praecipue amplexatur, quibus adprime favet Italia. [Hii*[b] *sunt martires preciosi impios levantes, noxios solventes, reos liberantes.] Hii*[t] *sunt [martires*[c]*] preciosi, potentes*[d] *terrarum, triumphatores orbis, hii*[t] *sunt martires preciosi*[e]*, qui claudunt et nemo aperit, aperiunt et nemo claudit.*

4. *Hanc*[f] *enim potestatem ligandi atque solvendi et maxime in diebus Urbani papae habent. Quamquam*[g] *enim alios Romanae aecclesiae rectores praedictis martyribus insudavisse inveniamus, beatissimus tamen Urbanus in his impensius laborasse, specialius coluisse, totis visceribus amplexari, hiantius quesisse, et omnino exaltasse in paucis astruitur argumentis. Siquidem quis Romana civitate exul egressus, quisve exilio deputatus: Numquid Urbanus? Urbanus, inquam, piissimus papa, vere papa, qui*[h]*, cum esset mirabilis*[i] *in forma Romani pontificis semet ipsum exinanivit, formam peregrini accipiens. Precio-*

a) *deest B.* b) *deest A.* c) qui lingua, ore Deum offenderunt, preciosorum martyrum Albini et Rufini portantes reliquias *B.* d) non *B.* e) frustra *B.* f) sim. *B.* g) sedes pr. *A.* h) omnes hort. *des. B.* i) pulsate — invenit *des. B.* k) utrum *B.* l) scilicet — istos *des. B.* m) limite *B.* n) Pol *deest B.* o) certare certamen *B.* p) hoc celeste *des. B.* q) manet semper *B.* r) obpugnatur *B.* s) Albinus — ubi *des. B.* t) *sequitur* c *vel* t *puncto del. A.* u) hi *A.* v) potentes in conciliis *B.* w) triumphatores *B.* x) pontifex Romanus Wicbertum Ravennatem videlicet antipapam stravit, Heynricum imperatorem *etc. B.* y) conspecuit *B.* z) hi *A*; hii sunt — reseravit *des. B.* a) Latium *B.* b) Hii — liberantes *des. A.* c) *deest A.* d) potestates *B.* e) p̄ *A.* f) Habent enim potestatem — pape *B.* g) Quamquam — vere papa *des. B.* h) quia *A*; qui *B. Codd. Vat.* 9026. 9137. *Barb.* i) mirabilis *deest B.*

1) *I. e. castrum S. Angeli, quod a.* 1098, *Aug. mense ab asseclis Urbani captum est; cf. Koehncke, 'Wibert v. Ravenna' p.* 96.

sissimorum namque[a] *martirum Albini atque Rufini desiderio et ardore accensus*[b] *[in*[c]*] martyrio*[d] *proprium corpus dedit, miseriis expositus, omnibus calamitatibus*[e] *obnoxius, erumpnis deditus, contemptui habitus. Circuivit*[f] *enim in purpura regia, in pellibus preciosis, in vino forti*[g] *et optimo, in Falerno*[1], *in*[h] *Massico, in meraco, in Treitia*[1.2] *amistide, in piperatis acribus, in salsamentis ardentibus, in passionibus pocionum, in purificationibus solutionum, in*[k] *balneis frequentibus, in*[*] *pulvinaribus sericis, in palefridis*[l] *ambulantibus, in curru aureo, in*[m] *odoribus, in diviciis, in pompa*[n], *in fastu, in sublimitate, in triumphis, in cervicibus, in saturitate*[o] *ventris, in decore, in gloria. Hiis*[p] *ergo molaribus lapidatus*[q] *est pontifex Romanus, hiis*[p] *gladiis sectus est, hiis*[p] *malignis spiritibus temptatus est, hiis*[p] *occisionibus interemptus est, periculis lampredarum, periculis salmonum, periculis barronum*[r], *periculis ex saturitate, periculis ex ebrietatibus*[s] *praeter illa, quae intrinsecus*[t] *sunt instantia, Romani pontificis cotidiana sollicitudo omnium cupiditatum. Visus*[3] *ergo oculis insipientium mori, — ipse autem in potacione [erat*[c]*] — et si coram hominibus tormenta passus est, spes eius cupiditate plena est, quia diabolus temptavit eum et invenit eum dignum [se*[c]*]. Has igitur*[u] *passiones, has pressuras, has intolerandas contriciones, has plagas, has torsiones sustinuit Romanus pontifex, dum Galliarum visitat ecclesias*[4], *Albinum siciens [et*[c]*] Rufinum ardens. Cumque de diversis regnis, de longinquis regionibus properarent ad eum episcopi suffarcinati, abbates suffulti, offerentes*[v] *reliquias praedictorum martirum, ipse gratias agens eos excipiebat cum magna devocione cordis et compunctione animi. Ceterum suspirabat, quod ei plura minime*[w] *obtulissent — non enim sufficeret [ei*[c]*] Pactolus*[5] *aut Tagus aureas versans harenas. Siquidem cum loculos impleret, fiscos*[6] *fulciret, marsupiis multa inferret, nichil tamen [oblatum*[c]*] esse videbatur: tanto ardore et desiderio preciosas duorum martirum reliquias siciebat. Itaque offerentes in hunc modum exhortabatur: 'Eia*[x]*, Eia, filii Romanae aecclesiae, viscera*[y] *sancti Petri, verus Israel, accedite ad oblationem [vestram*[c]*]. Eia*[z]*, complete oblationem vestram*[a] *in unum et dicite amen. Si quis duorum martirum reliquias habet, securus accedat et offerat; non habentes exeant foras! Scriptum est enim*[7]*: 'Honora Urbanum*[b] *de tua substantia*[c] *et de primiciis frugum tuarum'. Et in alio loco*[8]*: 'Ego posui vos ut eatis*[d] *et fructum afferatis Urbano, Albinum [scilicet*[e]*] et Rufinum'. Facta autem oblatione abeuntibus subiungebat*[f.9]*: 'Eia*[g]*, eia filioli mei, quos iterum parturio, donec*[h] *Albinus formetur*

*f. 67.

cf. Sap. 3, 2. ib. 3, 3. ib. 3, 4. ib. 3, 5.

a) namque *deest B.* b) succensus *B.* c) *deest A.* d) martirio *B.* e) calamitatibus obnoxius *des. B.* f) circuit *A.* g) forti et *des. B.* h) in Massico — acribus *des. B.* i) reitia *A*; *cf. Hor. carm. I*, 36, 14. k) et *B.* l) palefredis *B.* m) in odoribus *des. B.* n) pompis, in sublimitate, in triumphis, in saturitate ventris, in decore, in gloria *B.* o) sacietate *Barb.* p) His *A.* q) et lapidatus *B.* r) *an* barrorum? *cf. infra p.* 432, *l.* 13. s) ebritatibus *A.* t) extrinsecus *B.* u) ergo *B.* v) afferentes *Barb.* w) non *B.* x) Eya, eya *B.* y) viscera Israel *des. B.* z) Eia *deest B.* a) eam *B pro* obl. v. b) dominum *B.* c) etc. *pergit B.* d) etatis *B.* e) *deest A.* f) subiungebat *deest B.* g) Eya, eya *B.* h) donec innovetur in vobis Albinus *B.*

1) *Falernum vinum et Massicum in Horatii carminibus saepius celebrari non est quod moneam.* 2) *Cf. Horatii Carm. l. I*, 36, *v.* 14*:* Threicia vincat amistide. 3) *Cf. Sap.* 3, 2—5*:* Visi sunt oculis insipientium mori . . . illi autem sunt in pace. Et si coram hominibus tormenta passi sunt, spes illorum immortalitate plena est . . . quoniam Deus tentavit eos et invenit illos dignos se. 4) *Inde ab a.* 1095, *Augusto usque ad a.* 1096, *Aug.* 5) *Cf. Iuvenalis Sat. XIV*, 299*:* Sed cuius votis modo non suffecerat aurum,

Quod Tagus et rutila volvit Pactolus arena.

6) *Cf. Iuven. Sat. XIV*, 260*:* aerata multis in arca Fiscus. 7) *Prov.* 3, 9*:* Honora Dominum de tua substantia et de primitiis omnium frugum tuarum da ei. 8) *Ioh.* 15, 16*:* et posui vos, ut eatis et fructum afferatis. 9) *Gal.* 4, 19*:* Filioli mei quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis.

*f. 67v. *in vobis. *Recedite, recedite, inquam, in pace, et si quid residuum fuerit de renibus[a] Albini, de visceribus Rufini, de ventre, de stomacho[b], de lumbis, de ungue[c], de humeris, de pectore, de costis, de cervice[d], de cruribus, de bracchiis, de collo, quid plura? de omnibus membris duorum martirum, diligenter nobis praesentate, scientes[e] scriptum esse[1]. 'Non apparebis vacuus in conspectu Romani pontificis' et alibi: 'Hilarem[f] datorem diligit
cf. Ioh. 13, 35. Urbanus'. In hoc enim cognoscam, si filii mei estis, si obtuleritis preciosas reliquias. Ceterum quicquid reliquiarum apud vos est, totum offerte, nichil omnino retinentes. Nam[2] si quis totam legem servaverit, offendat autem in uno[g], omnium reus est. O martires numquam satis quesiti, numquam omnino inventi, quibus saciatur[h] numquam Romana compunctio! Quanto[i] magis enim hos Roma martires assequitur, hos artat, hos recondit, eo plus inhiat, plus sitit, plus desiderat. O martires preciosi, propter quos et per quos Romanus pontifex tres Gallias securus circuivit! Cum enim nuntiabatur Guibertum
1091. [Ravennatem[k]] Romanum sanguinem sicientem ad radices[l] montium cum armata manu praeinsidiari, Henricum[m] vero Allemanno[n] fultum robore letum minari a[o] tergo, beatus[p] Urbanus suis confisus martiribus viriliter clamabat: 'Albinus[3] mihi[q] adiutor est, non timebo, quid faciat mihi[q] homo? Bonum est confidere in Rufino[r], quam confidere in homine'. Haec Romanus pontifex aiebat, et per hostium armatas[s] legiones transibat intrepidus et intactus. Cum vero evaserat, in hunc modum[t] vociferabatur: 'Albinus vincit, Albinus regnat'. Et respondebant omnes[p] cardinales: 'Rufinus imperat'. O mirabilis[u] constantia Romani pontificis, o miraculum magnum et memorabile preciosissimorum[v] martirum Albini atque Rufini, quibus est regnum[w] et gloria per secula seculorum in diebus Urbani papae'.

5. Hanc sententiam vix bene finierat Gregorius [Papiensis[k]], cum tamen[x] gutture exhausto[y], arescente lingua, ore vero exsiccato[z] ad calices properabat[a]. Ceterum Toletanus[b] pontifex[c] potacionem[d] impedivit. Praedicta enim sententia omnino confirmatus, Urbanum[e] confidenter aggrediens, in has voces psallebat: 'Sancte Albine, ora pro nobis,
*f. 68. sancte Rufine, ora pro nobis[f]. *Qua oratione percepta Romanus pontifex ait: 'Bonum principium dedit adveniens. Teucer[g]: 'Optimum'. Pisanus[h.4] clamabat: 'Vere[5] filius Romane ecclesie iste est'! Rangerius[i.6]: 'Vere Christus est in ore eius'. Et [domnus[f]] papa: 'Assurgamus ei fratres, assurgamus ei honoris causa, quandoquidem Albinum profitetur[k], quandoquidem tam pulchre letanizat'. Surgentes vero cardinales susceperunt eum honorifice. Ipse etiam[l] papa assurrexit et osculatus est eum. Itaque[m] per-

a) rebus *B.* b) stomaco *B.* c) de ung. *om. B.* d) cervicali *A.* e) Scriptum est enim *B.* f) Hil. enim d. dil. Deus *B (cf. 2. Cor. 9, 7).* g) factus est *add. B.* h) numquam saciatur *B.* i) Quanto — enim . . . martires. Eo plus — desiderat *des. B.* k) *deest A.* l) radicem *B.* m) Heinr. *B.* n) Alemannorum *B.* o) in *Barb.* p) *om. B.* q) michi *B.* r) *ante* Rufino: domno *A; sed del.; legitur Barb.* s) armatam legionem *B.* t) mundum *B*; *recte* modum *Barb.* u) ammirabilis *B.* v) preciosorum *B.* w) regnum et *des. B.* x) cum *B.* y) exausto *B.* z) exsicato *B.* a) properabant *B.* b) vero tholetanus *B.* c) *om. B.* d) potationem *B.* e) *deest B.* f) *deest A.* g) Theucer dixit *B.* h) vero *add. B.* i) Rangerus *A.* k) profiteatur *B.* l) enim *B.* m) Itaque percunctatus de salute eius et de statu Hispanie, tandem in hec verba prorupit *B.*

1) *Eccl.* 35, 6: Non apparebis ante conspectum Domini vacuus. 2) *Iac.* 2, 10: Quicumque autem totam legem servaverit, offendat autem in uno, factus est omnium reus. 3) *Cf. Ps.* 117, 8: Dominus mihi adiutor; non timeo quid faciat mihi homo . . . Bonum est confidere in Domino, quam confidere in homine. 4) *Vix alius quam Petrus Pisanus notarius regionarius et scriniarius sacri palatii, qui inde ab a.* 1094. *circiter hoc munere in curia functus Paschali pontifice ad cardinalis diaconi dignitatem promotus est; cf. Watterich, Pontificum Romanorum Vitae I, Prolegomena p.* LV. 5) *Cf. Matth.* 27, 54: vere filius Dei erat iste! 6) *Lucensis episcopus, tertius post S. Anselmum, qui vitam eius metricam et carmen de anulo et baculo infra edendum composuit; cf. Wattenbach, 'Deutschlands Geschichtsquellen' ed.* 5. *II, p.* 201.

cunctatus pauca de salute eius et de statu[a] Hispaniae aecclesiae, tandem huc evasit: 'Numquid[b], [frater[c]], de reliquiis beatorum martirum Rufini atque Albini, quibus Roma studet, aliquid invenisti? At ille optulit[d] ei[e] reliquiarum pondus maximum, scilicet de renibus Albini, de costis[f] Rufini, de pectore, de bracchiis, [et[c]] de sinistro humero; quas Romanus pontifex detulit[c] in gazophilacium[g] sanctae Cupiditatis iuxta propiciatorium beatae Avidissimae sororis eius, haut longe a basilica Avariciae matris eorum, ubi eas sepelivit magnifice propriis manibus, cum aromatibus bonae voluntatis et[h] balsamis devocionis promptissime Kal. [scilicet[c]] Maias. Cardinales vero aderant in receptione[i] sanctorum martirum cum vestibus albis, [et[k]] clamabant[l]: 'Feliciter, feliciter, feliciter'. Ceterum beatus Urbanus, cum sanctorum reliquias martirum marsupiis auro textis aptaret[m], imprimeret, coartaret et[n] reconderet, dicebat: 'Mons iste crescat, ut[o] Garganus! Hoc enim reliquiarum acervo Guibertum[p] mutilavimus[q], Henricum[r] expugnavimus[q], senatum inescavimus[q]. Si quidem decertamus[s] hiis[t] gladiis, hiis[u] lanceis hostes aggredimur[v], hac[w] confligimus sarissa, hanc sicam in tirannos[x] extendimus, hoc balistarum genere celsas devicimus turres, hiis[y] ferreis arietibus altos impellimus[z] muros. Valeant, vivant qui Romanam ecclesiam muniunt[a] hiis[b] armis, hiis[i] defendunt propugnaculis. Confortamini, confortamini, beati[c] cardinales mei: 'Vere beati[i] quia[d] multas potationes passi [estis[e]] propter iusticiam. Confortamini, inquam, et confortetur cor vestrum, omnes qui speratis in Rufino. Consolamini[f], consolamini, populе meus, ecce Albinus[g] venit, ecce Rufinum Is. 40, 1.
praesentem nobis Toletana[h] ecclesia affert. Ecce tres Galliae[2] offerunt nobis, ecce
*tellus Anglica, in qua renes Albini sepulti astruuntur, ad vos[i] respicit. Ecce Flandria- *f. 68'.
rum praedives sinus, ubi sanctorum martirum ossa arte condita requiescunt, arridet[k] Urbano[l]. Ecce Apulensis ecclesia, ubi pectus Albini honeste reconditur, sic fama est, servit nobis. Quid plura? In ecclesiis, in conciliis, in sinagogis, in theatris, in regnis, in urbibus, in regionibus, in palaciis, in turribus, in terra, in mari, in omnibus hiis[y] triumphamus, regnamus, imperamus, inescamus, spoliamus, rapimus, trahimus, abradimus[m], decipimus, fallimus et emungimus. Congratulamini michi, cardinales mei et legati Romanae aecclesiae, congratulamini, inquam, et plausum facite! Ecce Urbanus[n] sedet[o] [in[p] sede] maiestatis suae, ecce solium suum exaltat, ecce ponit sedem suam ad aquilonem! [Ecce[q] extollitur] super omne, quod canonicum est[r], quod celeste, quod catholicum, quod legale est. Ecce Urbanus[n] ponit lucem tenebras, ecce bonum malo[s] cf. Is. 5, 20.
transfigurat; ecce corvos in candorem vertit, ecce cignos [in[e]] Ethiopas[3] mutat[t], ecce[u] mortem vitae asscribit, ecce absinthium melle[v] transformat. Fuit, fuit olim dies irae, amaritudinis, tempestatis et doloris, cum[w] lugere nobis vacabat, cum sedes Romana

a) *ante* statu *erat* salute; *del. A.* b) nunquid *B.* c) *deest A.* d) obtulit *B.* e) illi *B.* f) costibus *B.* g) gazofil. *B.* h) et balsamis devotionis promptissime *des. B.* i) sepelitione *B.* k) *deest A. B; legitur Barb.* l) clamantes *B.* m) artaret *B.* n) ac *B.* o) non *A.* p) Guicbertum *B.* q) mutilabimus . . . expugnabimus . . . inescabimus *A*; *cf. autem supra p.* 428. r) Heynricum *B.* s) hiis decertavimus *B.* t) *deest A*; his *Barb.* u) his *Barb.* v) agr. *B.* w) hac confl. sarissa *des. B.* x) tirannis *B.* y) his *A.* z) inpell. *B.* a) minuunt *A*; muniunt *Barb. B.* b) his *A.* c) *om. B.* d) qui *B.* e) *deest A.* f) confortamini *Barb.* g) Albinus mecum est, ecce Rufinus presentatur nobis *B.* h) Toletana — off. nobis *des. B.* i) nos *B.* k) nobis arridet *B.* l) Urb. — serv. nobis *des. B.* m) abrapimus *B.* n) Urbanus *deest B.* o) *rubro col.* sedem *corr. ex* sedes (sedet?) *A.* p) in sede *des. A.* q) E. ext. *des. A.* r) *deest B.* s) in malum *B.* t) vertit (*supra* mutat) ecce morti vitam *Barb.* u) ecce — asscribit *om. B.* v) in mel transformat *B.* w) condolere nobis *B.*

1) *Cf. Matth.* 5, 10: Beati, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. 2) *Aquitania, Lugdunensis, Belgica; cf. Marquardt, 'Römische Staatsverwaltung' I, p.* 267. 3) *Cf. Iuvenalis Sat. VIII,* 32: nanum cuiusdam Atlanta vocamus Aethiopem cycnum *etc.*

1091. Urbano negabatur, cum senatus noster non erat, cum Henricum[a] fugiebamus, cum Guibertus[b] in cathedra sancti Petri felix[c] hereticus residebat. Nunc vero per gratiam sanctorum martirum[c] Albini atque Rufini de naufragio ad portum venimus, de exilio ad patriam reducti sumus. Quid ergo, cardinales mei? Quandoquidem bene successit, hos[d] dies in leticia, delectatione et in gloria agamus. Eia[e], eia, cardinales mei, res est in vado[1]; in portu navigamus; totus mundus arridet[2] nobis. Nunc[3] itaque bibendum est[f], nunc corporis voluptates prosequendae[g] sunt, nunc carni et sanguini studendum [est[h]], nunc in deliciis, in odoribus, in conviviis, in floribus, in veste preciosa, in salsamentis[4], in balneis, in[i] potacione nimia, in curanda cute, in purgandis unguibus, postremo in omnibus, quae ad corporis [pertinent[h]] bona, aetatem[k] agere libet. Quid ergo? Indulgeamus ventri, satisfaciamus gulae! Scriptum est enim: *Si*[5] *volueritis et audieritis* Urbanum[l], *bona terrae comedetis.* Igitur, cardinales, devorate* salmones, comedite[m] barros[6] [n], absorbete percas[7], traicite[o] delphines[p], haurite rumbos, frangite[q] mugiles, exossate[8] congros, incorporate vobis lampredas. Quid plura? aera[r], mare, terram[s], flumina, fontes, stagna, lacus, rivos, omnia traicite, consumite, perfundite, devorate, bibite, bibite, beati cardinales mei, vere beati, intelligitis enim super Albinum et Rufinum. Bibite, inquam[t], vinum aromatum[u], Massicum[v] [9] Falernum, pigmentum, meracum[w], hysopum[x], Aluntinum[y]. Quid[z] plura? incorporate vobis [omnes[h]] mellitas potaciones et liquores nectareos. Apulia sit ubique, diabolus sit pauper, appareat qui[a] vir siet[10] Urbanus. Videamus[b], si cervices habet Romanus pontifex, si[c] habet fenum[11] in cornu. Renovamini itaque, cardinales mei, renovamini, [inquam[d]], spiritum[e] carnis vestrae, et exuite veterem sobrietatem cum omnibus actibus suis, induentes[f] Urbanum novum hominem. Ecce, ecce, nova facio omnia'.

* f. 69.

6. Sic locutus[g] Romanus pontifex, compositis etiam[h] sanctorum reliquiis, hac sententia apostolicam[i] insedit[k] cathedram, et advocans Toletanum[l], constituit eum Romanae sedis lateralem, et dixit ad eum: 'Fili, a[m] dextris meis sede; tu enim visitasti Romanam ecclesiam in magnis persecutionibus suis'. Garsias vero, subridens exclamavit[n]: 'Domine, ecce dominus meus Toletanus[l] per gratiam sanctorum martirum Albini et[o] Rufini a dextris tuis sedet, ecce assistit tibi, ecce apostolicae sedis lateralis effectus est, ecce filius unicus et convisceralis[p] tibi est[q]. At papa: 'Frater Garsia, sic solet[r] Urbanus beare amicos suos[s]. Amen, amen, dico tibi, quicumque fecerit voluntatem meam, ille frater meus[t] est et soror et

cf. Hebr. 1, 13.

cf. Math. 12, 50.

a) Heynricum exules *B.* b) Guicbertus *B.* c) *deest B.* d) sumamus hos dies in leticia, delectatione et gloria *B.* e) Eya card. m. *B.* f) nobis *B.* g) persequendae *B.* h) *deest A.* i) in potatione, in curanda cute, postremo *etc. B.* k) etatem *B.* l) me *B.* m) *sequitur* pisces; *del. A.* n) barras *A.* o) trahicite *B.* p) delfines *B.* q) frangite — congros *des. B.* r) aera — Rufinum *des. B.* s) *rubro col. corr. ex* terra *A.* t) inquam *deest B.* u) armatum *A.* v) Massicum *deest B.* w) moratum *codd.; cf. autem supra p.* 429, *lin.* 4. x) ysopum *B.* y) alnatum *A*; aluatum *B*; *cf. Plin. III,* 8 (14), 9. z) Quid plura *des. B.* a) quis vir sit *B.* b) videatur *B.* c) si habet cornua *B.* d) *deest A.* e) spiritu *B.* f) Induite *B.* g) loquutus *B.* h) autem *B.* i) apostolica *A.* k) sedit in *B.* l) thol. *B.* m) sede a dextris meis *B.* n) qui cum eo venerat subr. ait *B.* o) atque *B.* p) convisceratus *Barb.* q) effectus est tibi. Pappa dixit *B.* r) soleo beare *B.* s) meos *B.* t) et soror et mater est *B.*

1) *Terentii Andria V,* 2, 4: Omnis res est iam in vado. 2) *Cf. Horatii Carm.* 3) *Cf. Horatii Carm. I,* 37, *v.* 1: Nunc est bibendum *etc.* 4) salsamenta *commemorantur Ter. Adelphi III,* 3, 26. 5) *Cf. Is.* 1, 19: Si volueritis et audieritis me, bona terrae comedetis. 6) barbos *('barben') dicere videtur.* 7) *Germanice* 'barsch'. 8) *Cf. Ter. Adelphi III,* 3, 23: Congrum istum maxumum in aqua sinito ludere Paulisper. Ubi ego venero, exossabitur. 9) *Cf. supra p.* 429, *n.* 1. 10) siet *pro* sit *Ter. Hecyra II,* 2, 4. 11) *Cf. Hor. Sat. I,* 1, 34: Foenum habet in cornu.

mater'. Garsias: 'Domine, qui sunt amici tui vel[a] qui faciunt voluntatem tuam?' Papa[b]: 'Qui offerunt preciosas reliquias, hii[c] sunt amici mei, hii[c] sunt qui faciunt voluntatem meam'. Garsias: 'Domine, spiritum huius mundi habes', et [iterum[d]] secum: 'Numquam[e] accedo ad te, quin abeam peior'. Papa: 'Frater Garsia, quid dixisti?' Garsias: 'Dixi[f], quod Cathabatmon[1] dividit Egiptum[g] ab Affrica[h]'. Rursus papa: 'Frater Garsia, ego sum pastor bonus[2]'. Garsias: 'Vere pastor bonus', et [iterum[d]] secum: 'Quia bene pascis gulam tuam'. Papa: 'Quid dixisti?' Garsias: 'Dicebam, quod Cathmus habuit quatuor[i] filias: Ino, Agave, Autonoe[k] et Semele'. Papa: *'Frater Garsia, *f. 69'.
ego cognosco oves meas[2]'. Garsias: 'Vere cognoscis!' et [iterum[d]] secum: 'Nichil enim relinquis in marsupiis earum[l]'. Papa: 'Quid dixisti, [Garsia[d]]?' Garsias[m]: [Domine[d]], ego dicebam, quod Rodanus fert in mare Ararim'. Papa: 'Frater Garsia[n], et cognoscunt me meae[2]'. Garsias: 'Cognoscunt[o], inquam', et[p] secum: 'Latronem magnum et emunctorem[q] boni talenti'. Papa: '[Garsia[d],] quid dixisti? Non enim intelligo'. Garsias: 'Ego dicebam, quod Zetus[r] et Calais fuerunt filii Boreae'. Papa: 'Quid ad rem?' Garsias: 'Nichil'. Papa: 'Quid ergo horum mentionem facis?' Garsias: 'Domine, in Parnaso[s] monte [olim[d]] dormivi, in pellibus animalium, ubi fonte potatus Yconeo[s] Musas hausi, et exinde poetica plenus dulcedine, fabulosis salibus totus redundo'. Papa: 'Ut video, plenus[t] es rimarum'. Garsias: 'Sic est, domine, hac [et[d]] illac effluo'.

7. Interea Iohannes[4] Gaditanus Toletanum[u] intuens, vidit eum pinguem, nitidum, lautum[v], rotundum, molarem[w], ponderosum, gravem, rigidum, cyclopem[w], corpore giganteo, pectore extento[x], ventre profundo, amplis renibus, largo[y] interoculari, fronte obducta, vultu terribili, gravi respectu, hirta[z] cesarie, cervicali[a] pinguissimo. Itaque coram papa et cardinalibus assurgens exclamavit: 'Dignus est[b] tribus calicibus Toletanus iste'. At[c] illi obtulerunt ei tres calices; quorum ipse primum[d] uno ictu percuciens, devoravit eum [totum[e]] usque ad feces. Tunc[f] Oddo Hostiensis episcopus[5], qui ibi aderat, vociferatus est[g]: 'Ecce de primo calice pax est'. Rangerius[h] secundum scilicet similiter invadens calicem, incorporavit eum totum. Pisanus vero clamabat: 'Iste iterum locatus est'. Bruno[6]: 'Quidni?' Demum[i] vero tertium aggrediens, dedit ei unum colaphum, et absorbuit eum totum usque ad radices, cum[k] sic Gaditanus: 'Et de tercio finis est'. Gregorius[l]:

a) vel — tuam *des. B.* b) pappa *B semper.* c) hi *A.* d) *deest A.* e) quandoque accedo ad te. Pappa *B.* f) Domine dicebam *B.* g) Egyptum *B.* h) Africa *B.* i) quattuor *B.* k) Authonoe *B.* l) eorum *A.* m) Garsia *A.* n) Garsias *A.* o) *corr. ex* cognosco *A.* p) iterum *B.* q) remuneratorem *Barb.* r) Zentus *B.* s) *ita A. B.* t) es plenus *Barb.* u) thol. *B.* v) latum *B.* w) *deest B.* x) *ita Barb.;* extenso *B*; extanti *A.* y) largo — obducta *des. B.* z) hyrta *B.* a) cervicali ping. *des. B.* b) *sequebatur* iste, *linea del. A.* c) At illi tres ei cal. obt. *B.* d) unum primum; unum *linea subducta del. A.* e) *deest A.* f) Tunc — vociferatus est *des. B.* g) Rangerius: 'Ecce de primo calice pax est'. Similiter invadens secundum calicem, incorporavit eum totum. Pisanus ait: *B.* h) Rangerus *A. Textus hic corruptus esse videtur.* i) Tercium vero aggr. *B.* k) Ichannes Gaditanus *B.* l) Gregorius — verum *des. B.*

1) *Cf. Sallustii de bello Iugurthino c.* 19*:* Igitur ad Catabathmon, qui locus Aegyptum ab Africa dividit *etc.* 2) *Cf. Ioh.* 10, 14*:* Ego sum pastor bonus et cognosco (oves) meas, et cognoscunt me meae, *quae verba hic in risum deflectuntur.* 3) *Haec auctor ex Persii Flacci prologo libri Satirarum habuit:*

Nec fonte labra prolui caballino,
Nec in bicipite somniasse Parnasso
Memini, ut repente sic poeta prodirem.
Heliconiadasque pallidamque Pirenem
Illis remitto *etc.*

4) *Postea Gelasius papa.* 5) *Oddo II,* 1088—1101. 6) *Episcopus Signinus, cuius sermo et epistolae aliquot infra edentur.*

'Certe'. Verum Albertus[a.1] Toletanum[b] exhortabatur in hunc modum: 'Frater tempta[c] experire et noli verecundari; estus enim est, [tum[d]] via longa fuit, tu autem [de[e] siccis] elementis plasmatus[f] es, non potes abstinere, vinum te pascit, utere Romana consuetudine, ostende vires [tuas[d]]; appareat, qui vir sies[g]; videamus, si sis[h] dignus legatione Equitaniae[i].
*f. 70. *Eia, frater, pota, incorpora, traice[l], induc, devora, absorbe; siccis[m.2] Deus omnia dura proposuit. Beati qui bene potant, qui [bene[d]] sapiunt vina. Non est Romanae auctoritatis sobrium esse'. Hoc modo Albertus Toletanum[b] exhortabatur, cum[n] sic Gregorius ad eum: 'Eia[o], eia, Alberte, defer ligna in silvas, effunde virus in anguem, adde oleum camino! Si iste non insanit sua sponte, tu instiga eum. Verum non esset opus[p] ei monitore. Iam enim tres calices invisus[q] exsiccavit, et[r] adhuc sicco gutture quartum quaerit. Adde[s] quartum, si tibi placet'. Bertrandus[t.3]: 'Malum[u]! Barbarus iste[4] qui modo venit albis pedibus, tres calices incorporavit, et adhuc quartum suspirat; nos autem cardinales et legati Romanae aecclesiae, qui portavimus pondus diei et estus, arenti gula siti estuamus?' Gregorius: 'Ignoro[d], inquam, alios, ego vero[v] libenter biberem'. Iohannes Gaditanus: 'Biberes? immo certe[v] lagenam vini uno ictu absorberes ac[w] lubens'. Rangerius[x]: 'Verba Tiresiae[y] [iam[d]] non sunt magis vera'. Bruno: 'Bonum ingenium narras adolescentis'. Teucer[z]: 'Optimum'. Pisanus: 'Frater Gregori, nomen[a] potacionis habes'. Gregorius: 'Beatus es, frater Pisane, quia caro et sanguis revelavit[b] tibi'. Pisanus: 'Frater[c] Gregori, esne ita bibulus, ut[d] aiunt?' Gregorius: 'Ego libenter bibo, cum sitim habeo'. Pisanus: 'Quid[e]?' Gregorius: 'Quid? vinum optimum'. Pisanus: 'Frugi es'. Iohannes: 'Non[f] est de hominibus, quem somnus[g] non[h] capit'. Cum[i] haec dicerentur, ecce concha[k] vini Toletano[l] oblata est, quam ipse[m] duabus vix attollens manibus uno impulsu transmisit[n], et dicebat: 'Estus est'. Rangerius[o]: 'Estus'? Albertus: 'Certe in concha[p] apparet'. Pisanus vero videns conchamp vino emunctam fecetenus, Garsiam respiciens subrisit et ait[q]: 'Porrige[r] Garsiae conchamp domni[s] sui, ut quod vini residuum est abradat et colligat'. Garsias: 'Nolo bibere'; sciebat enim nichil esse[t] in concha. Pisanus: 'Tempta, bone vir. Adhuc enim dimidia[u] concha est'. Garsias: 'Scio, verum non sum illius dignitatis; tu autem cardinalis es, bibe'. Pisanus: 'Cardinales gaudent plenis calicibus, concha[p] autem non est plena'. Garsias: 'Sic est'. Teucer: 'Tetigisti[v] eam, Garsia'. Hiis[w] dictis Gregorius veniens ante papam dixit: 'Domine, ecce unus[x] potator hic'. Et[y] papa: 'Deo gra-

a) Adlbertus *A*. b) thol. *B*. c) tempta — et *des. B*. d) *deest A*. e) de sicc. *om. A*. f) blasmatus *A*; psalmatus *B*. g) sis *B*. h) dignus sis *B*. i) Aquit. *B*. k) Eya *B*. l) thraice *B*. m) siccis — proposuit *des. B*. n) tunc *B*. o) Eya, eya *B*. p) ei opus *B*. q) inusus *A*; *deest B*. r) et adhuc quartum suspirat *B*. s) Ad *B*. t) Ræthardus *A*. u) ait *B*. v) *om. B*. w) aut laberes *B*. x) Rangerus *A*. y) tyresie *B*. z) theucer *B*. a) spiritum *B*. b) non revelavit *B*. c) Quid frater *B*. d) ut aiunt *des. B*. e) Quid Gregorius *des. B*. f) Qõ es *B*. g) sompnus *B*. h) *om. B*. i) Cumque sic diceret *B*. k) conca *B*. l) thol. *B*. m) *deest B*. n) disglutivit *B*. o) Rangerus *A*. p) conca, concam *semper B*. q) dixit *Barb*. r) Porrigite *B*. s) domini *B*. t) in conca esse *B*. u) est dimidia conca *B*. v) Reddidit ei gars. *A male;* Reddidit ei gratias *codd. Vat. Barb.;* Tetigisti eum hiis *B*. w) his *A*. x) potator unus *B*. y) *deest A*.

1) *Presb. cardin. occurrit Jaffé* 5540. 5620. 5633 *(*1095, *Febr.* 18, *Cremona* — 1096, *Mart.* 30, *Pictavis); a.* 1096, 12. *Iul. subscribit chartae Raimundi comitis Tolosani in concil. Nemaus., Mansi XX, col.* 938. 2) *Cf. Horatii Carm. I,* 18, *v.* 3*; cf. supra p.* 427. 3) *Bernaldus cardin. presb. S. Chrysogoni? cf. v. Pflugk-Harttung, Iter Italicum p.* 450, *n.* 5. *Mihi quidem potius Bertrannus episcopus Nemausensis, postea Narbonensis esse videtur, qui a.* 1097, *Nov.* 6. *ius primatus in parte provinciae Narbonensis accepit (J.-L.* 5688*), cum dicat:* nos autem cardinales et legati; *cf. Gundlach, 'Der Streit der Bisthümer Arles und Vienne um den Primatus Galliarum', 'N. Archiv' XV, p.* 263, *n.* 8. *In concil. Nemaus. cum cardinalibus supra memoratis chartae Raimundi comitis Tolosani subscribit, Mansi XX, col.* 938. 4) *Iuven. Sat. I,* 111*:* Nuper in hanc urbem pedibus qui venerat albis.

tias! scriptum[1] est enim: 'Domus mea domus potacionis vocabitur'. Gregorius: 'Domine, concham[a] penitus exsiccavit[b]'. Papa: 'Unaquaeque arbor ex fructu suo cognoscetur[c]'. Luc. 6, 44. Gregorius: 'Domine, nichil remansit'. Papa: 'Romanus est. Amen, amen dico tibi[d], per multas potaciones intrandum[e] est in legationem *Equitaniae[f]'. Garsias: 'Domine, domi- *f. 70'. nus[g] meus erit hic legatus Equitaniae[h]?' Papa: 'Erit'. Garsias: 'Certe dignus est', et[i] secum: 'Domnus

A.

meus non intrat per ostium; fur est et latro, ipse emit legationem'. Papa: 'Quid dixisti'? Garsias: 'Optime factum'. Verum Gregorius totus interim estuabat. Cui cardinales lagenam vini obtulerunt, quam ipse semel feriens traiecit et dicebat: 'Hoc vinum bonum est'. Papa: 'Credo'. Pisanus vero respiciens lagenam penitus exhaustam exclamavit: 'Gregorius, frater noster, siciebat'. Iohannes: 'Apparet in calice'. Bruno: 'Nichil remansit'. Teucer: 'Purgatus est'. Iohannes: 'Non est mirum, frater noster Gregorius non cessavit hodie'. Albertus: 'Tota die vociferatus est'. Teucer: 'Sentencia Romana exhausit hominem'. Iohannes: 'Si Romana sentencia exhausit Gregorium, et Gregorius exhausit lagenam'. Pisanus: 'Omnes nos cardinales et legati Romanae aecclesiae consuetudinem hanc habemus: libenter potamus'. Papa: 'Responsum Apollinis[k] non est magis verum'. Iohannes: 'Humanum est potare'. Teucer: 'Homines sumus'. At illi obdormierunt. Vos[2] valete et plaudite. Ego[3] Calliopius recensui.

EXPLICIT.

B.

meus non intrat per hostium; fur est et cf. Ioh. 10, 1. latro, ipse emit legationem'. Pappa: 'Quid dixisti'? Garsias: 'Optimum factum'! Interim Grimoardus Tholetanus totus estuabat; cui cardinales lagenam vini obtulerunt; quam ipse semel feriens, transiecit, dicens: 'Vinum optimum est'. Pappa: 'Credo'. Pisanus vero respiciens vidit lagenam penitus exsicatam, exclamavit: 'Frater noster Tholetanus siciebat'. Iohannes: 'Apparet in calice'. Bruno: 'Nichil remansit'. Theucer: 'Purgatus est'. Iohannes: 'Non est mirum[l], Tholetanus iste non cessavit hodie'. Albertus: 'Tota die vociferatus est'. Theucer: 'Sentencia Romana exausit hominem'. Iohannes: 'Si Romana sententia exausit hominem, Tholetanus iste exausit lagenam'. Pisanus: 'Nos omnes cardinales et legati Romane ecclesie habemus hanc consuetudinem, quia libenter potamus'. Papa: 'Responsum Apollinis non est magis verum'. Iohannes: 'Humanum est potare'. Theucer: 'Homines sumus'.

EXPLICIT TRACTATUS GARSIE.

a) plenam *add. Barb.* b) exsicavit *B.* c) cognoscitur *B.* d) quia *add. B.* e) introeundum *B.* f) Aquit. *B. Barb.* g) erit dominus meus legatus Aquitanie? *B*; dñs *A*; *codd. Vat.*; dnūs *recte Barb.* h) Aquit.? *A.* i) iterum *B.* k) Apollonis *A.* l) iturum *B.*

1) *Matth.* 21, 13: Scriptum est: Domus mea domus orationis vocabitur. 2) *Hac formula Terentii comoediae quae inscribuntur Eunuchus, Heautontimorumenos, Phormio clauduntur.* 3) *Eadem subscriptio in calce singularum Terentii comoediarum in nonnullis codicibus legitur. Calliopius grammaticus saec. III. aut IV. fuit, qui editionem Terentianarum comoediarum curavit (cf. Teufel, 'Röm. Litteraturgesch.' ed. 5, I, p. 179); neque fuit nomen fictum, sub quo auctor satirae lateret, ut v. Pflugk-Harttung, Iter Italicum p. 729. arbitratus est.*

SIGEBERTI MONACHI GEMBLACENSIS APOLOGIA CONTRA EOS QUI CALUMNIANTUR MISSAS CONIUGATORUM SACERDOTUM.

EDIDIT

ERNESTUS SACKUR.

Sigebertus monachus Gemblacensis in libro de viris illustribus composito inter scripta suae numerat[1]*:* apologiam contra eos, quic alumniantur missas coniugatorum sacerdotum, *quam Heinrico archidiacono et decano ecclesiae sancti Lantberti Leodiensis se dedicasse ipse profitetur. Quem libellum S. Hirsch eundem atque 'Epistolam cuiusdam adversus laicorum in presbiteros coniugatos calumniam' a Martène et Durand, Thesaurus anecdot. I, col.* 230—241. *primo editam esse rationibus mihi quidem sufficientibus probavit*[2]. *Sententias enim ibi prolatas cum aliis in Chronica Universali*[3] *expressis comparanti vix dubium esse potest, quin epistola illa ab editoribus in codice Gemblacensi reperta, quamvis inscriptione careat, nullius nisi Sigeberti sit. De ceteris autem plane congruentibus lecturos ad librum Sigifridi Hirsch revocans hoc saltem commemorare velim utroque loco illud scripturae sacrae:* Hic est qui baptizat *afferri atque exponi, unde sacramentum a malis presbyteris minime pollui vel maculari demonstretur. Aliud quod vir ille doctus neglexit, ut litteras infra edendas iure Sigeberto assignari ostendam, addere liceat. Legitur enim in opusculo nostro (p.* 445*):* et in tuenda corporis salute amentiae res est aliquem, ne moriatur, de Mosella retractum Rheno immergere. *Quae Mosellae fluminis commemoratio — a Gemblacensi coenobio, ubi litterae repertae sunt, multum distantis — optime cum Sigeberto auctore convenit, quippe qui permultos annos scholae abbatiae S. Vincentii Mettensis magister praefuit*[4].

Neque vero Sigebertum in hoc monasterio scripsisse contendam. Si enim opusculum nostrum idem est, quod de eadem re Heinrico archidiacono se misisse testatur

1) *SS. VI, p.* 272. 2) *De vita et scriptis Sigiberti p.* 196—211. *Etiam Cauchie, 'La querelle des investitures dans les diocèses de Liège et de Cambrai, Louvain' I (*1890*), p.* 105. *Sigifrido Hirsch assentitur.* 3) *Ad a.* 1074 *(SS. VI, p.* 362 *sq.), ubi de decreto Gregorii VII. contra matrimonium clericorum promulgato loquitur.* 4) *Godescalci Gesta abb. Gemblac. c.* 72, *SS. VIII, p.* 550.

— neque video, cur ab hac opinione recedamus — Sigebertum in patriam iam reversum librum composuisse ex eo coniciendum est, quod ipse apologiam suam inter opuscula post reditum suum, cuius annus satis non constat, condita enumerat neque antea cum Heinrico Leodiensi usum et commercium ei fuisse videtur[1]. *De tempore, quo libellus infra edendus confectus sit, tantum edicere licet eum haud multo post a.* 1074. *vel* 1075. *in lucem prodiisse, cum in synodo Romana decretum esset*[2], *ut populus clericorum mulieribus non abstinentium officia nullatenus reciperet. Hanc enim legem auctor studiosissime ita impugnat, ut quae monstruosae temporum condiciones inde secutae sint quamque contrario patres de sacramentorum virtute per malos sacerdotes nequaquam infringenda senserint, eodem fere modo, quo in Chronico suo ad a.* 1074, *licet uberius demonstret. Porro cum tempore indicato optime convenit, quod rex in epistola 'iuvenis' dicatur (p.* 438*)*[3].

Codices duo nobis usui fuerunt:

1*) Bruxellensis nr.* 5576—5604, *f.* 201'—208' *(=* 5601*), olim Gemblacensis monasterii, saec. XI ex., idem qui in Thesauro anecd. I, col.* 230 *sqq. excussus est. Primi folii in margine legitur recentiore manu (saec. XIV. aut XV?):* sisberti; *deinde manu saec. XVI. aut XVII.* S[igeberti][4] hęc epistola eius meminit libro de scri[pt]oribus ecclesia[s]ticis. *Contulit V. Cl. E. Ouverleaux.*

2*) Vindobonensis nr.* 2213, *f.* 45—50', *saec. XII, qui mendis abundat*[5]. *Contulit Berolini V. Cl. H. Kohl. Capitula ipse adiunxi.*

E. SACKUR.

EPISTOLA[a] CUIUSDAM ADVERSUS LAICORUM IN PRESBYTEROS CONIUGATOS CONTUMELIAM.

1. *Suscitavit Deus spiritum pueri iunioris;* et ut aptioribus humilitati nostrae testimoniis inducamur, *subiugale mutum hominis voce loquens prohibuisse prophetae insipientiam* apostolus testatur. Et nos quidem, tam vitae indignitate, quam mediocritate[b] eruditionis abiecti nullius[c] insipientiam arguere suscipimus[d]: hominis tamen voce loqui, divinitate antiqua sua miracula innovante, ad doloris nostri[e] testimonium ipsam nobis concedere[f] fideliter obsecramus. Dan. 13, 45. 2. Petr. 2, 16.

a) *titulus deest* 2. b) er. med. 2. c) nullis 2. d) suscepimus 2. e) *deest* 1. f) contendere 2.

1) *Cf. Gesta abb. Gembl. l. l.:* Frequentabant autem eum maiores natu, excellentiores gradu, acutiores sensu, qui erant in urbe Leodicensi . . . Horum praecipuus erat domnus Heinricus archidiaconus et decanus aecclesiae sancti Lamberti *etc. In libro de viris illustribus opera ab Heinrico imperata omnia inter ea enumerat, quae Gemblaci confecisset. De genere Heinrici v. Hirsch l. l. p.* 178, *n.* 1. 2) *Cf. Bernoldi Chron. ad a.* 1075, *SS. V, p.* 431. 3) *Cauchie l. l. p.* 105 *sqq. epistolam nostram a.* 1089. *scriptam esse probare conatur; sed frustra, cum omnes quas affert rationes pro nihilo ducendae sint. Neque enim 'Dicta cuiusdam' (Libelli I, p.* 454 *sqq.), id quod Cauchie inanibus argumentis fultus contendit, Sigeberti sunt, neque ex enumeratione scriptorum eius epistolam de clericis coniugatis postea editam esse sequitur, neque cum Decreto Clementis papae a.* 1089 *(Lib. I, p.* 621*) magis quadrat, quam alii libelli ab imperiali parte editi. Porro, quod ad quasdam patrum auctoritates in utroque opusculo contentas legentes revocat, ignorare videtur centies libellos eiusdem aetatis ita concinere, cum auctores haud raro ex iisdem canonum collectionibus hauserint.* 4) *Litterae uncis inclusae nunc abscisae sunt.* 5) *Cf. Libelli I, p.* 284. 454. 621.

2. Quis enim catholicus in tanta matris ecclesiae perturbatione non doleat? Quis christianus in tam indigna christianitatis conculcatione, si qua habet[a], viscera miserationis non exerat[b]? Quae autem ad[c] haec deflenda[d] perturbatio sit, nullus sexus, nulla conditio, nulla fortuna, nulla potest[e] ignorare religio. Quid enim aliud etiam[f] mulierc ularum textrina et opificum officinae[1] iam ubique personant, quam[g] totius humanae societatis iura confusa, christianae sanctitatis[h] statuta convulsa, popularis status subitam immutationem, ecclesiastici decoris impiam delirationem[i], novas in dominos perfidias servorum, omnimodas[k] in servos suspiciones dominorum, infidissimas[l] sodalium proditiones, dolosas in ordinatam a Deo potestatem machinationes, amicitiam ledi, fidem neglegi, et impudentiori malitiae licentia inperia[m], et christianae religioni[m*] contraria dogmata induci, et quod miserrimum est, omnia haec portenta[n] eorum, qui christianitatis duces vocantur, vel permissione[o] concedi, vel consensu fulciri, vel auctoritate roborari. Et haec quidem quia primo sui aspectu impia et profana omnibus apparerent, religionis habitu superstitiosi adinventores palliaverunt et melli venenum ammiscentes[p], per praelibatae dulcedinis gustum mortem ad interiora transmiserunt, et arma, quae[q] pro asserenda ecclesiarum libertate se cepisse gloriabantur, in miserabilem earum captivitatem vel multum malitiosi, vel multum stulti vindices retorserunt. Si enim ad principia redeas, quid pulchrius[r], quid christianitati conducibilius[s], quam sacros ordines castitatis legibus subicere, promotiones ecclesiasticas, non pecuniae pacto, sed vitae merito aestimare[t], iuvenis regis vitam et mores ad suam et subditorum utilitatem corrigere[u], episcopalem[v] dignitatem ab omni saecularis servitii necessitate absolvere? Haec si ea quam pietas exigit intentione proposita, si eo[w] quem iustitia postulat essent ordine pertractata, profecto[x] neque recta voluntas remuneratione sua caruisset, et non eiectum, sed iniectum verbi Dei semen aliquem in auditorum cordibus[y] fructum invenisset. Nunc autem si fructum requiris, grex dominicus pastoribus lupos in eum incitantibus miserabiliter dispergitur[z]. Plebeius error quam[a] semper quaesivit oportunitate[b] adepta usque ad furoris sui satietatem[c] iniuncta sibi, ut ait, in clericorum contumelias obedientia crudeliter abutitur. Hi publicis illusionibus[d] adducti[e], quocunque prodeunt, clamores insultantium, digitos ostendentium[e*], colaphos pulsantium proferunt. Alii iniustis proscriptionibus rebus sic[f] amissis praesentiam eorum, inter quos modo honesti et clari erant, ferre non valentes, egeni et pauperes profugiunt[g]. Alii membris mutilati non satis discretam[h] pro lapsu suo sententiam[h] ad evidens[i] tam prudentium correctorum testimonium per omnium ora circumferunt. Alii post[k] longos cruciatus superbe necati sanguinis sui[l] vindictam[m] de iusti et omnipotentis defensoris manu incessanter expetunt. Quidam ab infirmitatis suae consuetudine[m*], non piis et ecclesiasticis ammonitionibus devocati, sed tyrannicae violentiae impetu non parumper absterriti, duplicato periculo ad illam cotidie[n] redeunt. Illi[o] autem, laicos[2] dico, quibus amministris[p] tam ordinata agi

a) habeat 1. b) execrat 2. c) *deest* 2. d) defendenda *M.* e) ign. pot. 2. f) et 2. g) quantum 2. h) sanctionis 2. i) deliuationem *codd.; em. Martène.* k) in serv. omn. 2. l) infidelissimas 2. m) impia 1. m*) religionis 2. n) potentia 1. o) promissione 2. p) adm. 2. q) q, 2. r) pulchis 2. s) conducibilis 2. t) estuare 2. u) corripere 1. v) episcopale 2. w) ea quae 1. x) profectio 2. y) fr. cord. 2. z) disperitur 2. a) quem 2. b) opp. 2. c) societatem 2. *M.* d) inl. 2. e) addicti 1. e*) hostem sultantiam 2. f) *deest* 2. g) perfugiunt 2. h) discreta — sententia 1. i) adtendens 2. k) per 1. l) *deest M.* m) vindicta 1. m*) consuetudinem 2. n) cottidie 2. o) *alia ut videtur manu corr.* illos *ex* illi 1. p) etiam ministris 2.

1) *Leodiensium epistola c.* 6, *infra p.* 458: vetulae et textrices; *cf. Hirsch l. l. p.* 206; *Libelli I, p.* 311. 2) *Sigeberti Chronica ad a.* 1074 *(SS. VI, p.* 363*)*: Laici sacra misteria temerant et de his disputant; infantes baptizant, sordido humore aurium pro sacro oleo et crismate utentes; in extremo vitae viaticum dominicum et usitatum aecclesiae obsequium sepulturae a presbiteris coniugatis accipere parvipendunt; decimas presbiteris deputatas

placuit capitula, sua[a] auctoritate defendentes vesaniam, nihil est quod contra propositum[b] christianitatis non audeant ecclesiae mysteria contemnere, parvulos suos lavacro[c] salutari fraudare; ipsi absque humili peccatorum confessione et sollemni ecclesiae viatico migrare religiosum deputant, sibi ad peccatorum redemptionem sufficere arbitrantes, si commissum sibi in pastores suos saeviendi officium strenue adimpleant.

3. Si autem quaeris, talis[d] fructus a qua[e] radice pullulaverit[f]: lex ad laicos promulgata[1], qua imperitis persuasum est coniugatorum sacerdotum missas et quaecunque per eos implentur mysteria fugienda esse, in reipublicae nostrae ornatum istud[g] adiecit. Denique statutis horis, cum sollemni[h] invitationis signo ad[i] redemptionis sacramentum filios suos mater invitat ecclesia, dictis prius in sancta sanctorum quas recitari indignum est contumeliis ad ecclesiae ministrum[k] conversi sic inquiunt: 'Tecum sit Dominus, quomodo nos talem lectum[l], talem somnum[m] missa tua mutabimus?' Et[n] si quis est, qui domum orationis eo[o] tempore adire congruum existimat, prius irrisus et increpatus, tandem[p] est[q] auctoritate[r] apostolica ammonitus, in lectum stratis versatis se recipiens, ne in religionem peccet. Somnum[m] quo iam plenus est, qualicumque potest molliciei[s] artificio reinvitat. Et nos quidem ante haec doctorum tempora putabamus missas illas et similia quae per sacramenta in ecclesia geruntur neque eorum per quos amministrantur[t] dici debere, neque ex[o] eorum perversitatibus aliquid contagii, unde merito apud fidelium mentes, quasi minus[u] ad salutem sufficientia, vilescere debeant, contrahere posse. Quod si ita est, immo quia ita est, videat qui potest necessariam vel rationabilem huius[v] edicti causam: meae autem cum multum eam quaererem, nullus in hac parte satisfacere potuit, vel expectationi, vel tarditati.

4. Ut autem[w] eas, quibus ad hanc rem approbandam spiritu Dei suggerente parvitas nostra exuberat, rationes interim supprimamus, stultior an superbior sit viator nescio, qui propter adiacentis vasculi vilitatem saluberrimum et purissimum fontem sub ardore et siti despiciens praeterit. Iuste omni[x] tempore langueat qui oblatam certissimae sanitatis potionem recusat, pro eo quod[y] forsitan scabiosus est qui illam[z] porrigit: sed[a] dicente beato Augustino[2], ut in talibus *rationem praecedat auctoritas*, vel superfluum videbitur vel temerarium nos[b] aliquid a nobis quasi ex nobis[c] loqui in tanta copia irrefragabilium[d] testimoniorum. Contra haec sane detestandi erroris tempora Christus dominus aecclesie[e] suae precavebat, quia[f] super cathedram Moysi sedentes scribas et pharisaeos in omnibus quaecunque dixissent audiendos docebat. Verum ne ex his non tam vitii quam dignitatis ex[g] lege nominibus scribas illos et pharisaeos merito vite[h] iuste suscipiendos fuisse aliquis[i] contendat, quales fuerint e[k] vestigio subsequenti veritatis contra eos disputatione advertat. Matth. 23, 2. 3.

a) suā 2. b) christ. prop. 2. c) lavachro 1. d) qualis 2. e) quali 2. f) propulsaverit 2. g) illud *M.* h) sollempni 2. i) ac 2. k) myn. 2. l) lectum missa tua et talem somnum mutabimus 2. m) sonum 1. n) Et — existimat *om. M.* o) *deest* 2. p) eadem *corr. ex* eandem 2. q) *om.* 2. r) ap. auct. 2. s) maliciei 2. t) mala *add.* 1. u) ad sal. min. 2. v) c. h. ed. 2. w) eas aut. 2. x) enim 1. y) fors. q. 2. z) eum 1. a) se 2. b) al. nos 2. c) uobis 1. d) inr. 2. e) aecl. s. *des.* 1. f) quando 2. g) ex lege *des.* 1. h) iustae vitae 2. i) aliquis illos 2. k) esse 2.

igni cremant; et ut in uno cetera perpendas, laici corpus Domini a presbiteris coniugatis consecratum sepe pedibus conculcaverunt, et sanguinem Domini voluntarie effuderunt, et multa alia contra ius et fas gesta sunt in aecclesia; et hac occasione multi pseudomagistri exurgentes in aecclesia, profanis novitatibus plebem ab aecclesiastica disciplina avertunt. 1) *Cf. ibid. l. l. p.* 362: 1074. Gregorius papa celebrata synodo symoniacos anathematizavit et uxoratos sacerdotes a divino officio removit et laicis missam eorum audire interdixit, novo exemplo et ut multis visum est inconsiderato preiudicio, contra sanctorum patrum sententiam *etc.* 2) *De moribus eccl. cathol. I,* § 3, *Opp. ed. Bened. (Venetiis* 1729*), I, col.* 688*; cf. Libell. I, p.* 546.

5. Hypocritae quidem et regni coelorum, tam sibi, quam aliis praeclusores eius procul[a] dubio qui falli non poterat exprobratione[b] denotantur filii gehennae, *coeci duces*
Matth. 23, 17, 24. *coecorum, culicem colantes*[c], *camelum gluttientes*[d], *pleni hypocrisi et iniquitate, serpen-*
ib. 28. ib. 33. *tes, genimina*[e] *viperarum* eius ore commemorantur. Et tamen ne etiam[f] talibus debita[g] in his quae[h] Dei sunt audientia denegetur[i], ipsius qui haec non tantum iubere, sed etiam ad omnium seculorum[k] instructionem scribi voluit auctoritate cavetur[l]. Et tu quidem, Christe[m] domine, beatos illos discipulos tuos adhuc inter[n] homines degentes
ib. 9, 15. singulari quodam dignitatis culmine iam ultra homines extuleras, iam eos filios sponsi,
ib. 5, 13. 14. sal[o] terrae, lucem mundi, ipse cuius dono id facti erant appellaveras, iam ad curationem omnis languoris efficacissimam eis potentiae tuae gratiam contuleras, iam coelos claudendi et aperiendi potestate permissa, iudiciaria illos dignitate sublimaveras, et tamen[p] in his quae[p*] Dei sunt, tales talibus in omnibus obedire praecipiebas. *Locutus*
ib. 23, 1. *est,* inquit, *Iesus ad turbas, et ad discipulos suos*[m]. Qui autem, quibus obedientiam[q] deferre iubentur? Certe filii sponsi filiis gehennae, lux mundi coecis[r] coecorum duci-
ib. 23, 2. bus, pleni gratia et fortitudine plenis[s] hypocrisi et iniquitate. *Super cathedram* enim *Moysi sedebant*[t] *scribae et pharisaei,* de qua etsi imprudentes[u] erant, nihil[v] tamen nisi quod ad illam pertinebat docere praesumebant. Filii ergo[w] lucis filiis tenebrarum recta suadentibus iussi sunt in doctrina sana per omnia obtemperare, et hominem peccatorem homines septuplo peccatores in donis Dei quae[x] dispensant aversari[y] coguntur et despicere[z]? Si autem impium Caypham[a], impium[b] quidem, sed pontificem pontificatus sacramentum spiritu prophetiae implevit, infirmius erit ecclesiae sacramentum, ut impuri ministri, impuri quidem, sed ministri, ad peragendum officium insufficientiam supplere
Ioh. 11, 51. non possit? *Hoc autem,* ait euangelista, *a seipso non dixit, sed cum esset pontifex anni illius prophetavit.* Sed habita, si tamen haberi[c] potest, aliqua rerum collatione, perpendat fidelis[d], quis modo ista, quis tunc[d*] illa tradidit, et irrisa omni impiae novitatis
Gal. 1, 8. fatuitate, cum[e] apostolo dicat: *Etiamsi aliud*[f] *de coelo angelus vobis*[g] *euangelizet, ana-*
1. Cor. 7, 40. *thema sit.* Et ipse quidem qui ait[h]: *Spiritum Christi habemus,* contra[i] haec periculosa tempora discipulum, immo vos[k] per[l] eum praemuniebat, quem[m] multis quae sana
2. Tim. 4, 3. doctrina[n] aversatur[o] praemissis: *Prohibebunt,* inquit, *abstinere a cibis quos Deus creavit ad percipiendum fidelibus cum gratiarum actione.* Quod quidem de spirituali[p] verius
Tit. 1, 15. accipi potest, quae[q] nullam vasis suis[r] colluvionem patitur[i], animae refectione. *Omnia,* inquit ipse, *munda mundis;* et tu, novus morum corrector[1], contra eius doctrinam sacrosancta mysteria eis qui mundi sunt per quemcunque vel qualemcunque[s] ministrata
2. Tim. 3, 9. immunda asserere conaris? *Sed non,* inquit, *ultra proficient. Insipientia enim ipsorum manifesta*[t] *erit:* quam apostoli nimirum[u] prophetiam[v] iam ex magna parte detecta[w] istorum ineptia nostris temporibus adimplevit. Et ad Philippenses scribens ad pro-
Phil. 1, 18. fectum euangelii pertinere arbitratur[x], a quibuscunque, qualicunque animo, *sive per occasionem, sive per spiritum Christus annuntietur.*

a) qui proc. dub. falsi non poterant 2. b) expr. falsi den. 2. c) liquantes 1. d) glutientes 2. e) gemini 2. f) in 2. g) se ita 2. h) q 2. i) denetur 2. k) *om. M.* l) cavetura 2. m) *om.* 2. n) intra 2. o) salutem 2. p) tum 2. p*) quod 2. q) ad obed. 2. r) caecis caec. 2. s) pleni 2. t) *sequebatur* doc'e *lin. del.* 2. u) impudentes 2. v) nobis 2. w) *deest* 1. x) quod 2. y) adversari 2. z) displicere 2. a) Caiphan 2. b) infirmum 2. c) aliqua hab. 2. d) fide vel anima 2. d*) tamen 2. e) dic. c. ap. 2. f) ang. de c. al. 2. g) nobis evangelizat 2. h) nos ait 2. i) *om.* 2. k) nos 2. l) prem. per eum 2. m) q do multis qua 2. n) av. doctr. 2. o) adv. 1. p) spiritualibus 2. q) qui 2. r) sui 2. s) qualecumque 2. t) manifestata est 1. u) *om.* 1. v) prophetia 2. w) deiecta 2. x) arbitrantur 2.

1) *I. e. Gregorius VII.*

6. Huic autem euangelicae atque[a] apostolicae sententiae patres[b] omnes consonant, quos in arce[c] auctoritatis positos vitae et doctrinae merito ecclesia reverenter suscipit. Primum quidem illi reverendi nominis, Gregorius, Ambrosius, Ieronimus[d] et dominus[e] Augustinus[f]. Horum primus cum saepe et copiose super his alibi disserat[g]: *Hoc est,* ait[1] quodam loco, *mysterium, quod nec bonus melius, nec malus peius facere potest.* Quae sententia et auctoris sui dignitate et sui ipsius apertissima facile[h] recipitur brevitate. In eo autem[h] qui inscribitur De sacramentis libro[2], ubi[i] ad huiusmodi pertractanda beati Ambrosii principaliter dirigitur intentio: *Cum,* inquit[3], *tibi scriptura testetur*[k], *quod ad Iherobaal*[l] *preces ignis descendit*[m] *de celo, et rursus precante Helia ignis missus*[n] *est, qui sacrificium consecravit; non merita personarum consideres, sed officia sacerdotum.* Et in consequentibus: *In consecrationem*[o], inquit, *ipsa*[h] *verba domini Salvatoris operantur.* Et in libro[p] qui Pastoralis inscribitur[4]: *Deus,* inquit, *an homo dat episcopalem*[q] *gratiam? Sine dubio Deus. Sed*[r] *tamen per hominem dat*[s] *Deus. Homo imponit manus, Deus largitur gratiam: sacerdos imponit supplicem dexteram, et Deus benedicit potenti dextera: homo in ordine nihil operatur nisi solum servitium quod ei creditur*[t]*; Deus ipsum honorem tibi largitur.* Pater vero Augustinus tam copiose, tam evidenter contra istos disputat[u], ubicumque vel principaliter pertractando vel occasione attingendo in haec inducitur, ut non immerito aliquis credat, quod non nostris temporibus[v] precavere, sed iam exortam suis temporibus[w] pestem penitus exsirpare[x] intendat. Ut autem ex innumerabilibus pauca attingamus, in eo sermone, quem de blasphemia spiritus edidit, *Verbum,* inquit[5], *contra Spiritum sanctum dicitur, cum*[y] *ex dispersione ad congregationem nunquam*[z] *venitur, quae*[a] *ad redimenda peccata accepit Spiritum sanctum. Ad quam congregationem si*[b] *per malum clericum, sed tamen catholicum ministrum, reprobum et fictum aliquis accesserit corde non ficto, in ipso spiritu*[c] *remissionem accipit*[d] *peccatorum; qui spiritus*[e] *in sancta ecclesia etiam*[f] *isto tempore sic operatur, ut nullius veram confessionem aspernetur, nullius simulatione fallatur, atque ita reprobos fugiat, ut etiam*[g] *per eorum ministerium probos colligat.* Et in sermone XLVI. super[f] Iohannem: *Per linguas,* ait[6], *mercennariorum*[h] *et filiorum Christi gloria diffametur cum sive occasione sive veritate Christus annuntietur.* Et in antecedentibus: *Cum audis,* inquit, *bona dicentem, ne*[i] *imiteris mala facientem. Quae dicunt facite. Eligite uvas: quae autem faciunt facere*[k] *nolite, cavete spinas. Etiam*[g] *per mercennarium vocem pastoris audite.* Et in XII[l]: *Nemo,* ait[7], *praesumat, quia*[m] *de bonis nascitur, nemo praesumat, quia per sanctos baptizatur. Qui*[m] *per sanctos baptizatur adhuc caveat, ne non sit Iacob, sed Esau.* Et in XI.[n]: *Quomodo,* inquit[8], *in filiis Iacob non obfuit*[o] *illis qui nati sunt de ancillis, quominus tenerent regnum et terram repromissionis cum fratribus ex aequo*[p] *acciperent; non illis obfuerunt*[o] *natales*[q] *ancillarum, sed praevaluit in illis semen*[r] *paternum? Sic* Phil. 1, 18.

a) *om.* 2. b) partes 2. c) arte 2. d) Hieronymus 2. e) dn̄s 2; atque Aug. *M.* f) Augusthinus 1. g) dixerat 2. h) *deest* 1. i) V̊ 2. k) testatur 2. l) Ierobaal 2. m) de cęlo desc. 2. n) est mis. 2. o) consecratione 2. p) libello 2. q) temporale gratia 2. r) Sed — Deus *om. M.* s) Deus dat 2. t) credit 1. u) disputans 2. v) temporis 2. w) temporis *codd.* x) exstyrpare 1. y) *om.* 2. z) nūq 2. a) q̄ 2. b) super 2. c) sancto *add.* 2. d) accepit 2. e) sp. sanctus 2. f) in 2. g) non 2. h) mercenar. 2. i) nec 2. k) nol. fac. 2. l) XI? 2; XI *M.* m) quod 2. n) X *M.* o) off. 1. p) quo 2. q) nationes 2. r) sanctum 1.

1) *Nescio ubi; cf. Petri Damiani liber gratissimus c.* 9, *Libelli I, p.* 30. 2) *In hoc libro frustra quaesivi.* 3) *Pseudo-Ambrosii de dignitate sacerdotali, Opp. ed. Bened. II (1690), app. col.* 363. *Nonnulla contracta admodum sunt.* 4) *Hunc locum non inveni.* 5) *Sermo* 71, *c.* 23, § 27, *Opp. V, col.* 403. 6) *In evang. Iohan. tract. XLVI,* § 6, *Opp. III b, col.* 605. 7) *Ibid. tract. XII,* § 4, *l. l. col.* 385. 8) *Ibid. tract. XI,* § 11, *l. l. col.* 380.

quicunque per malos baptizantur, tanquam de ancillis videntur nati, sed tamen, quia ex semine verbi Dei, non contristentur, simul hereditatem cum fratribus possidebunt[a]. Et uberius atque expressius tractans illum euangelii versiculum 'hic est qui baptizat': *Sive,* ait[1], *baptizet*[b] *in ministerio servus bonus, sive servus malus; non sciat se ille qui baptizatur, baptizari nisi ab eo qui sibi*[c] *tenuit baptizandi*[d] *potestatem.* Et paulo post[2]: *Non exhorreat columba ministerium*[e] *malorum, respiciat Domini potestatem. Quid ibi*[f] *facit malus minister, ubi est bonus Dominus? Et non*[g] *te decipiant seductores, agnosce quid docuit columba, hic est 'qui baptizat in Spiritu sancto'.* Et in consequentibus[3]: *Dicit seductor, non habes baptismum, malus tibi dedit, traditor nescio quis tibi dedit. De officiali,* inquit, *non disputo, iudicem attendo. Ego a Christo baptizatus sum. Non,* inquit, *sed ille episcopus te baptizavit, et ille episcopus illis communicat*[h]. *A Christo sum baptizatus. Ego novi. Docuit me columba quam vidit Iohannes. O milve*[i] *male, non me dilanias.* Deinde[4]: *sed*[k] *ministros, inquiunt, tanti*[l] *iudicis iustos oportet esse, per*[m] *quos baptizatur. Et ego dico, et omnes dicimus, quia iustos oportet esse tanti iudicis ministros. Sint ministri iusti, si volunt. Si*[n] *autem fuerit superbus minister, cum Zabulo computatur; sed*[o] *non contaminatur donum Christi, quod per illum fluit purum, quod per illum transit liquidum. Puta quia ipse*[p] *lapideus est, quia ex aqua fructum afferre non potest. Et in canali lapideo aqua nihil generat, sed hortis fructum affert*[q]. *Spiritualis vero virtus sacramenti ita est ut lux, et*[r] *ab illuminandis pura excipitur*[s], *et si per immundos transeat, non inquinatur.* Aperta sunt ista. An[s*] adhuc apertiora[t] querit auditor fidelis? Aperta sunt ista. An adhuc renitet infidelis? Vide quod[u] sequitur[5]. *Quos baptizat,* inquit[v], *ebriosus, quos baptizat homicida, quos baptizat adulter, Christus baptizat. Non timeo adulterum*[w], *non ebriosum, non homicidam, quia columbam attendo, per quam dicitur: 'Hic est qui baptizat'. Sacramentum*[6] *enim tam sanctum est, ut nec homicida ministrante polluatur.* Et in sequenti sermone[7]: *Petrus,* inquit, *baptizet, hic est qui baptizat; Paulus*[x] *baptizet, hic est qui baptizat; Iudas baptizet, hic est qui baptizat. Nam*[8] *si pro diversitate meritorum baptismus*[y] *sanctus est, quia diversa sunt merita, diversa erunt baptismata: et tanto quisque melius*[z] *putatur accipere, quanto a*[a] *meliore videtur accepisse. Quomodo ergo cum baptizat bonus et*[b] *melior, non ideo iste bonum accipit et*[b] *ille melius. Sed quamvis bonus et melior fuerint ministri, unum est et aequale quod acceperunt. Sic et cum baptizat malus ex aliqua ecclesiae vel*[c] *ignorantia vel tolerantia*[d], *illud quod datum est unum est, nec impar*[e] *propter impares ministros, sed par et aequale propter 'Hic est*[a] *qui baptizat'. Aliquando*[9] *qui baptizatur a grano palea est; et qui*

a) obtinebunt 2. b) mynist. bapt. servus 2. c) *om.* 1. d) pot. bapt. 1. e) mysterium 2. f) tibi 2. g) te non 2. h) communicavit 2. i) emule 2. k) se 2. l) tanta 2. m) per — esse *om.* 2. n) Qui vero *Aug.* o) per illum don. Chr. non cont. 2. p) iste 2. q) afferet 2. r) lucet 2. s) accipitur 2. s*) An — ista *om.* 1. t) captiora 2. u) quit 2. v) *om.* 2. w) ebr., non homic., non adult. 2. x) Paulus — baptizat (*ante* Nam) *om.* 2. y) baptisma sanctum est *Aug.;* baptismus sequitur 1. z) aliquid melius 2. a) *om.* 2. b) est 2. c) *deest* 1. d) toller. 2. e) dispar 2.

1) *In evang. Iohan. tract. V,* § 8, *Opp. III b, col.* 323; *cf. Sigeb. Chron. l. l.:* qui scripserunt, quod sacramenta quae in aecclesia fiunt, baptismus scilicet, crisma, corpus et sanguis Christi, Spiritu sancto latenter operante eorundem sacramentorum effectum, seu per bonos, seu per malos intra Dei aecclesiam dispensentur, tamen quia Spiritus sanctus mistice illa vivificat, nec bonorum meritis dispensatorum amplificantur nec malorum peccatis attenuantur. Unde est: 'Hic est qui baptizat'. 2) *Ibid.* § 11, *col.* 325. 3) *Ibid.* § 13, *col.* 326. *Quaedam omissa sunt.* 4) *Ibid.* § 15, *col.* 327. 5) *Ibid.* § 18, *col.* 329. 6) § 19. *l. l.* 7) *Tract. VI,* § 7, *col.* 333. 8) § 9. *l. l.* 9) § 12, *col.* 335.

baptizatur a palea granum est. Et post multa cetera quae[a] inserere taedet[b] eiusdem rei testimonia ulterius ab heretici appellatione non dissimulans: *Quare,* inquit[1], *vis arrogare tibi quod tuum non est? usque adeo absens est qui hic reliquit sponsam suam. Nescis, quia ille qui a mortuis resurrexit*[c] *ad dextram*[d] *Patris sedet, sed contempserunt eum Iudaei in ligno pendentem, tu contempnis*[e] *in coelo sedentem. Deinde ad fideles conversus, quo ista*[f] *fine concludat, advertat*[g]. *Noverit,* ait[h], *caritas*[i] *vestra magnum dolorem me pati de hac re. Noverint et domini mei et conservi mei, patres*[k] *mei et*[l] *fratres mei, in quantum iusti*[m], *domini et patres, in quantum rei conservi et fratres parvitatis nostrae zelum, si quid momenti ad eam rem id conferre posset*[n], *non mediocri dolore concuti, si maestam sanctae matris ecclesiae vicem, si*[o] *corrigere non possum, lamentari certe*[p] *possum: quia*[q] *tanto attentius*[r] *debeo, quanto peccata mea non parvam huius perturbationis causam esse non nescio.* Verum ne assumpta superius testimonia, quasi de solo baptismi[s] sacramento agentia, — non[t] enim est tam vana, tam inepta defensio, cuius patrocinium iam cunctentur implorare — ad propositum nostrum nihil conferre contendat calumpniator; non me, sed beatum Hieronimum contra Luciferianum pro catholico[u] disputantem et muscularum retia facile disrumpentem advertat[v]. *Oro,* inquit[2], *te, ut aut sacrificandi licentiam ei tribuas, cuius baptisma probas, aut reprobes eius baptisma, quem non putas*[w] *sacerdotem. Neque enim fieri potest, ut qui in baptisterio sanctus est sit apud altare peccator.* Si quis autem, — sed[x] quis post euangelicas et apostolicas, et tot virorum illustrium autenticas assertiones Romanorum pontificum decreta[y] requirat — si quis tamen eorum[z] etiam super his sententiam requirat[a], ad ea[b] quae ipsorum feruntur decreta[c] illum mittimus, in quibus de non iudicandis ab ovibus praelatis Nicholaus[d] illi[e] dilecti nominis concordans[f] Gregorio de sacerdotibus coniugatis nullo modo a laicis contempnendis[g] vel iudicandis[h] rationabiliter[i] ordinat et disserit. Anastasius episcopus ad eius[dem] nominis[k] imperatorem christiana caritate[l] et episcopali humilitate reverenter salutatum de ecclesiae sacramentis ab ecclesiae ministro quantumcunque[m] perdito nulla indignitate attaminatis, eleganti ad rem adiecta[n] similitudine copiose scripsit[3]: *Malus enim,* inquit inter cetera, *bonum male ministrando sibi tantum nocuit. Nam inviolabile sacramentum, quod per illum datum est aliis, perfectionem suae virtutis optinuit*[o]. Romani enim pontifices et[p] apostolorum successores dici quidem, sed et esse possent, si gloriam suam quaerentes et ad magnificandam linguam suam de corde suo prophetantes spirituale[q] aedificium in illorum doctrina fundatum aliqua in parte labefactare non timuissent. Quia vero gloriosissimam Dei[r] civitatem a principio suae fundationis usque in[s] perfectionis[t] suae finem, pulchre distinctis pro temporum ordine eiusdem religionis cerimoniis, sub uno domino et una fide[u] unus Deus et Pater omnium regit et confoederat: nullus moveatur, si per qualemcunque doctorem aliquem illo etiam[v] meliorem modo erudiat, qui olim eum, cum quo facie ad faciem loquebatur, per Iethro sacerdotem Madian docuit[w]. Nemo miretur[x], si per indignos et vitae reprehensibilis[y] mini- cf. Ex. 18, 19—23.

a) cętăq; 2. b) cedet 2. c) resurrexerit? 2. d) dexteram 2. e) contemnis 1. f) iste 2. g) adverte 2. h) inquit 2. i) kar. 1. k) patr. m. *om.* 2. l) *deest* 2. m) iusti — nostrae *om.* 2. n) possit? 2. *M.* o) sic *M.* p) certo *M.* q) quod 2. r) atentis 2. s) sacr. bapt. 2. t) non iam enim — patrocinium implorare cunctentur 2. u) catholica 2. v) adverte 1. w) putos 2. x) si 1. y) *om.* 2. z) et. eor. 2. a) requirit 2. b) eorum 1. c) illi decr. mitt. 2. d) Nicol. 2. e) et alii 1. f) concordant 2. g) cont. vel *des.* 1. h) diiudic. 1. i) racion. 2. k) eius dominum 1. l) kar. 1. m) quacumque 2. n) *om. M.* o) obt. 2. p) *deest* 1. q) speciale 2. r) civ. dei 2. s) in 1; ad 2. *M.* t) imperf. 2. u) sede 2. v) *om.* 2. w) decuit 2. x) miratur 2. y) reprehensibiles 2.

1) *Mirbt non invenit.* 2) *Dialogus adv. Luciferianos* § 6, *Opp. ed. Vallarsius II, col.* 177. 3) *Anastasii II. Epist. ad Anastasium c.* 8, *ed. Thiel p.* 622, *Hinschius, Decret. Pseudo-Isid. p.* 656.

stros benedictiones suas fidelibus et longe melioribus infundat, qui per ariolum Balaam[a] nolentem utique et invitum genti sanctae et adquisitionis[b] populo primogenito suo
Ios. 24, 9. 10. Israel benedixit. Sic enim ait ipse Iosue[b*]: *Misit Balach*[c], *et vocavit Balaam filium Beor, ut malediceret*[d] *vobis, et ego nolui audire eum*[e], *sed e contrario per illum benedixi*[f] *vobis.*

7. Ex[g] quibus omnibus et aliis divini verbi traditoribus et tractatoribus[h], viderint alii quid coniciant[i]. Nos neque ita diligentes sumus[k], ut sacerdotes indignos, hoc modo abhorrendos, et quae[l] per eos ministrantur sacramenta polluta esse in eorum verbis intelligere possimus[m], vel permissam, immo iniunctam laicis in eorum contumelias et supplicia licentiam, seu malunt obedientiam, approbare valeamus[n]: neque ita religiosi vel sumus, vel esse volumus[o], ut contra veteris ac novi testamenti auctoritates, contra euangelicas et apostolicas[p] institutiones venire prae nimia religiositate praesumamus, etiamsi harum[q] novitatum auctores ad faciendam sibi fidem[r] signis et prodigiis miri-
cf. Gal. 1, 8. ficari[s] videremus[t]. Illam enim apostoli, quae[u] angelum de coelo aliter euangelizantem anathematizat valde timeo sententiam. Alios nescio. In me confortata est, et ego non potero[v] ad eam. Securos[w] enim[x] nos fecit[y] magister noster, ait domnus Augustinus[1], quia[z] neque etiam miraculis decipi debemus. Et ipsi quidem, prout nos non a levibus hominibus accepimus, nova et usque ad nos[a] inaudita miracula faciunt, inter ceteras quas ad magnam rationalis intellectus iniuriam ostentant[b] ineptias. Alii[2] vel[c] coemptione[d] vel quolibet alio modo illicite usurpata ecclesiastica officia, ablatis baculis et statim, sicut prius inter eos convenerat, redditis, quae cum reatu modo possidebantur, sancte et iuste a modo posse[e] haberi asserunt. Alii[f] istius in illum, illius in istum prelationes, quas iniuste sortiti erant, ridiculo transferentes concambio[g], pie et religiose id fieri posse astruentes, vigilantia sua ex uno duplex periculum constituunt[h]. Alii loca sacra[i] sacrilegiorum, ut[k] aiunt, ingressu et[l] egressu contaminata repurgaturi, ad omnes quae coheserant[m] immunditias[n] de domo illa[o] potenter exterminandas, patentibus per diem et noctem ecclesiae[p] ianuis, ventum recipiunt. Alii in lapides et ligna prophanorum, ut asserunt, contactu[q] dechristianata[r] scopis animadvertentes, et aqua superstitiosi[s] lapidum baptistae, dum iudaica revocant baptismata[t], de stultitia insaniam fa-
Thren. 4, 1. ciunt. Ecce qualibus[u] vindicibus tuta relicta est libertas! ecce *quomodo obscuratum est aurum!* ecce quomodo sale infatuato suum ecclesia quaerit, nec invenit condimentum. Sed forsitan causentur super his: quod nos legimus se quoque[v] legere; quod tenemus se etiam tenere; non ex ignorantia rei, sed certi causa misterii ad id perductos esse; pravae, quae diu inoleverat[x], consuetudini aliter[y] resisti nequivisse; ut saluti animarum consuleret, novo[z] morbo novum medicamenti genus adhibuisse, perversitatis licentia, quae in immensum excreverat[a], dum vel[b] hoc modo refraenetur, parum et satis venialiter in illo decreto peccatum esse. Cui si ita est[c], illorum[d] sententia nihil conse-

a) Balaan 2. b) adquisitioni 2. b*) in Ios. 2. c) balaac 2. d) maledicet 2. e) illum 2. f) benedix̄ 2. g) E 2. h) tractoribus 2. i) conitiant 2. k) diligentissimis 2. l) qui 2. m) possumus 1. 2. n) audiamus 2. o) malumus 2. p) propheticas institutionis 2. q) eorum 2. r) de fide 2. s) mirafari 2. t) viderimus 1. u) quod etiam 2. v) potō ad emi 2. w) securas *vel* securos 2. x) nos *ante* enim *add. alia manus* 2. y) fęcit 1; facit *M.* z) quod 2. a) omnes 2. b) ostendam ineptis 2. c) enim *M.* d) coeptione 2. e) habere posse 2. f) ali istius aliis illum illis 2. g) cum cambio 2. h) perficiunt 2. i) sancta 2. k) ut aiunt *des.* 1. l) et egr. *om.* 2. m) choheserant 2. n) immundicias 2. o) illud 2. p) ian. ęcclesię 2. q) *om.* 2. r) de christianitate 2. s) superstitiosi 2. t) baptismate 2. u) qualibet 2. v) qq; 2. w) sed 2. x) inoleverant 1; noluerat 2. y) consuetudinaliter 1. z) regio 1. a) exercuerat 2. b) *deest* 1. c) se habet 2. d) illarum 2.

1) *Hunc locum non inveni.* 2) *Cf. Sigeb. Chron. l. l.:* aliis a symonia non declinantibus, aliis notam avaritiae honesto nomine pretexentibus, dum hoc quod se gratis dare iactant, sub caritatis nomine vendunt.

quentius inferri[a] video, quam illud apostoli: *Faciamus mala, ut veniant bona.* Et nos quidem plane fatemur nostris offensam pravitatibus divinitatem mala[b] super nos iustissime et ordinatissime induxisse, quia laxatis temeritatis fraenis post concupiscentias nostras sine respectu ferebamur; iure in[c] contumeliae huius praecipitium[d] corruisse, quia extento collo et pingui cervice contra Deum ferebamur: ideo illum[e] nos, qui ei[f] subdi detrectabamus, eis[g] qui sub pedibus nostris erant[h] dignissime subiecisse. In Patre tamen[i] misericordiarum et Deo[k] totius consolationis confidimus, quia[l] disciplina eius et filios in fine[m] corriget et hanc quoque virgam, postquam ea usus fuerit[n], confractam in igne[o] proiciet. Nos enim etsi haec[p] pati fuit dignissimum, tamen haec nobis inferre illis[c] existit[q] impium. Et isti parum attente[r] cotidie[s] attendunt, sive[t] increpandis, sive exhortandis apostolorum vice[u] fidelibus, sollempniter[v] praemittitur: *Fratres,* vel *carissimi*: nimis perfunctorie[w] transeunt, quod eis a Domino improperatur[x] in propheta: *Peccata populi mei curabant cum ignominia.* Nos porro ex inconsiderata eorum vehementia nihil bonum, multum autem mali evenisse scimus: usque adeo, ut quosdam, qui bonum propositum vel actu iam vel voto[y] arripuerant, superbae iussionis iniustitia permotos et contumelia suo exasperatos animo elanguisse[y*] et magna bonae voluntatis parte infirmatos fuisse compertum habeamus. Si itaque tales doctores viva voce alloqui, vel vellet, vel posset religio christiana, ipsos[z] procul dubio illa patriarchae increpatione argueret[a]: *Turbastis*[b] *me et odiosum*[c] *fecistis*[d] *in terra.* Ut enim in libro Confessionum domnus asserit Augustinus[1]: *Nemo invitus bene facit, etiamsi*[e] *bonum est quod facit.* Et alibi[2]: *Ubi,* ait, *violentia adhibetur, voluntas non excitatur*[f]. *Voluntarie,* inquit propheta, *sacrificabo tibi.* Scriptum quippe est: *Compelle intrare,* sed violentia illa, non terroribus et contumeliis, non proscriptionibus et rapinis, non fustibus forsitan amministratur[g] et gladiis.

Rom. 3, 8. cf. 2. Cor. 1, 3. Ier. 6, 14. Gen. 34, 30. Ps. 58, 8. Luc. 14, 23.

8. Sed esto, magnum ex hoc impio et quamtumcunque imaginatur[h] bene vivendi profectum evenisse ponamus; et tamen, utrum tantum malum[i] pro tanto bono suscipi debuerit, videamus; et ut apertius[k] dictum sit, hoc investigare proponamus[l], an hoc modo mentiendum fuerit, etiamsi certissimam ministrorum ecclesiae castitatem vel continentiam ex eo mendacio processisse constiterit. Quod omni puerilis[m] contentionis studio postposito sola discutiamus intentione inveniende[n] veritatis. Et nos quidem — quantum mediocritas nostra in praesens apprehendere potest — istam compensationem recipiendam esse[o], nisi adhuc[n] doceamus, nescimus qua fit[p], ut, ne alius in peccatum incidat, nos peccemus; aut, ut ille aliquis peccatum evadat, nos eum ad maius vel ad aeque magnum inducamus: quia et in tuenda corporis salute amentiae res est, aliquem, ne moriatur, de Mosella retractum Rheno immergere; et stultum gladio incumbere volenti[q] gladium[r] de manibus excutere, et venenum letale[s] ori admovere. Ad haec, si pro alicuius temporali vita[t] tuam temporalem perdere sanae doctrinae[u] regulam excedit: multo magis aeternam perdere, ne alius illam amittat, sapiens cavebit. *Os autem*[v] *quod mentitur, occidit animam.* Praeterea verba sunt beati Augustini in libello de mendacio[3] disputantis: *Quoniam nemo dubitat meliorem esse animum corpore, in-*

Sap. 1, 11.

a) inferre 2. b) ma 2. c) *om.* 2. d) precipuum 2. e) alumnos qui 1. f) eum 2. g) ei 1. h) erat 1. i) tm̃ 2. k) tot. cons. d. 2. l) q; 2. m) finem 2. n) erit 2. o) ignem deiciet 2. p) hoc 2. q) extitit 1. r) *deest* 1. s) cottidie 2. t) in *add. M.* u) voce 1. v) solenniter 1. w) profunctorie 2. x) improperant 2. y) tuto 2. y*) elanguisse *codd.*? z) ipso 2. a) arguet 2. b) turbatis 2. c) odiosam 2. d) fęcistis 1. e) nisi 2. f) excutitur 2. g) non min. 2. h) magnanimiter 1. i) *om.* 2. k) apertis 2. l) proponimus 2. m) studiopuer. cont. 2. n) *deest* 1. o) esse recip. *M.* p) sit 2. q) incumbenti 1; incombere vol. 2. r) de man. gl. 2. s) leth. 2. t) vitam 2. u) s. regulae doctrinam 1. v) enim 1.

1) *Liber Confessionum I, c.* 12, § 19, *Opp. I, col.* 76. 2) *Mirbt non invenit.* 3) *C.* 7, § 10, *Opp. VI, col.* 427.

tegritati[a] *corporis integritas animi praeponenda est, quae in aeternum servari potest. Quis autem dixerit integrum animum esse*[b] *mentientis?* Si autem animus, quod indubitabiliter verum est, quomodocunque mentiendo corrumpitur, quid patitur detestando illo mentiendi[c] genere, quo a[d] doctrina veritatis perniciosissime aberratur[e]? Et quia rationes, si quae parvitati[f] nostrae occurrere[g] possent, legalibus et euangelicis atque virorum illustrium ad hanc rem suffragantibus testimoniis superfluas semel[h] iudicavimus, in supradicto de mendacio libro quid[i] inde beatus Augustinus[l] diffiniat [audiamus[k] vel] advertamus. *A doctrina,* inquit, *religionis [atque*[l]*] ab eis omnino enunciationibus, quae propter doctrinam religionis enuntiantur, omnia penitus mendacia removenda sunt, nec ulla omnino causa inveniri*[m] *posse credatur, cur in rebus talibus mentiendum sit.* Ubi autem idem catholicus doctor in talibus mentiendi omnem omnino causam tanta verborum diligentia removere insistit, videant isti, ub iillis castitatem clericorum, propter quam execrando hoc mendacio fallant, sub exceptione derelinquit[n]. Et in eodem post[o] pauca: *Est,* inquit[2], *evitandum*[p] *capitale mendacium longeque fugiendum, quod fit in doctrina religionis, ad quod nulla conditione quisquam debet adduci.* 'Nulla', inquit, 'conditione', non addens, 'nisi[q] communio clericalis continentiae': quia iam et animum corpori[r] et animi[s] castitatem corporis praeponendam diffinierat castitati. Et in consequentibus: *Non est,* inquit[3], *mentiendum in doctrina pietatis. Magnum enim scelus est et detestabile genus mendacii*[t]. Ad excusandas ergo[o] excusationes in peccatis fingant[u] sibi conditiones, quibus cum ratione insaniant, dum negare[v] nequeant omnes hic excludi nomine religionis, palliare laborent. Quod[o] hic tam crebris prohibitionibus, tam horrendis etiam ipsis[w] verborum positionibus dampnatum scelus detestabile audiunt appellari. Et vere ac diserte[x] inter cetera: *Ad sempiternam,* ait[4], *salutem nullus ducendus*[y] *est*[o] *opitulante mendacio, nec*[z] *malis convertentium moribus ad bonos mores quisquam est convertendus.* Quantum[a] itaque ex his consequi videtur rationibus[b], inrationabiliter ministros ecclesiae ad castitatis necessitatem astringunt, dumque per ipsos tractantur mysteria, polluta esse vel verbo vel, quod maius simulationis pondus habet, exemplo confingunt[c]. Cum enim, ut ipse iterum ait, tanto quisque ab eternitate[d], discedat, quanto a veritate discedit[e]; absurdissimum est dicere discedendo inde ad boni aliquid[f] aliquem posse pervenire. Cum itaque castitatem summum et optabile divinitatis donum et in vasis gratiae debita veneratione[g] reveremur, et in nobis, qui illam misere profligamus et impie, ab eo qui est innocentiae restitutor redintegrari quanta ipse dat desiderii suspiremus instantia, provenientium tamen inde malorum compensatione[h] protestandum nobis videtur. Nunquam[i] fuisset castitas illa, quae a veritate, quae Deus est, per novas falsitatum opiniones animas[k] facit fornicari, nunquam[i] fuisset religio illa, quae per[l] tot motus, quibus quaquaversum[m] turbatur ecclesia, eam[n] etiam in fide cogit periclitari? *Melius est enim,* ait scriptura[5], *esse digitum, et esse in corpore, quam esse oculum, et avelli de corpore.* Et alibi[5]: *Melius est in via claudicare, quam extra viam fortiter ambulare.* Non est ista sapientia desursum, sed terrena et[o] animalis.

1. Cor. 8, 11. *Peribit,* inquit apostolus, *infirmus*[p] *in tua scientia*[q] *frater, pro quo Christus mortuus*

a) integritatis 2. b) *deest* 1. c) mendacii 2. d) ad doctrinam 2. e) aberratum 2. f) pravitati 2. g) occurri 2. h) *om. M.* i) quod? 2. *M.* k) aud. vel *des.* 2. l) *addidi ex Aug.* m) invenire *M.* n) delinquit 2. o) *om.* 2. p) ad evit. 2. q) non commentio 2. r) corripi 2. s) anime 2. t) huius mendacii 2. u) fingunt *M.* v) neq. neg. 2. w) in ipsis 2. x) discrete 2. y) dicendus 2. z) non enim *Aug.* a) quod 2. b) *deest* 1. c) confringunt 2. d) aeterno 1. e) discedat 2. f) aliquit 2. g) veneremur reverentia 2. h) compensationem 2. i) nūq 2. k) quas 2. l) praeter 1. m) quamquamversum 2. n) *deest* 2? *M.* o) *om.* 2. p) *om.* 1. q) conscientia 1.

1) *Ibid. c.* 10, § 17, *col.* 431. 2) *Ibid. c.* 14, § 25, *col.* 435. 3) *Ibid. c.* 21, § 42, *col.* 444. 4) *L. l.* 5) *Nescio ubi.*

est. Et iterum: *Sic autem peccantes in fratres, et percutientes conscientiam eorum*[a] *infirmam in Christum peccatis.* Atroci[b] enim et fere insanabili vulnere infirmorum fratrum per omnes orbis partes percussa est[c] conscientia, et dum paucis castitas indicitur[d], centum milibus heresis scelesta praedicatur. Quot parvuli salutari lavacro[e] violenter fraudati, quod omnis conditionis et aetatis homines a secundae purificationis, quae in poenitentia et reconciliatione consistit, remedio repulsi! In istorum scientia perierunt, qui duros quos evadere potuissent[f] cruciatus — quod sine[g] horrore et quadam humanitatis commiseratione referri non potest — aeternaliter perferentes suppliciorum suorum auctores divinae ultioni incessanter ingerunt. Ad insaniae autem cumulum inter ea quae superius dicta sunt prohibitionis[h] imperia: 'Securi omnino[i] estote' miseris inquiunt auditoribus; 'quicquid timetis[c] nos[k] potestate nostra[k] freti super nos accipimus'. Quod quidem absit a rationali anima, ut illis optemus; sed tamen, ne hoc vere super se accipere cogantur, omnino[l] timemus. Ecclesiasticae quidem disciplinae usque ad haec tempora familiare fuit superstitionem religione, mendacium veritate, vicia virtutibus excludere[m]: nostrorum autem temporum correctores, ut verbis beati Iheronimi utamur, vitium vitio, sicut cuneum cuneo, moliuntur expellere[1]. Et revera plenum est ammirationis in tanta copia salubrium correctorum, quibus canonicae exuberant regulae, prudentes viros quasi aliqua rectitudinis indigentia adactos distortum medendi genus arripuisse, plana et[n] directa via in oculis posita, per praecipicia[o] et devia coecis ducatum praestare voluisse, nimis perfunctorie terribilem illam Dei viventis in Deuteronomio audientes sententiam: *Maledictus qui errare facit coecum in itinere.* Deut. 27,18. Ipsi certe dum homines illiteratos[p], rerum imperitos, vel praecepto suo vel exemplo preciosa mysteria quasi polluta docent contempnere, coecum aberrare faciunt in veritatis itinere. His[q] etiam inter illas, que ipsis a Domino intemptantur, exprobrationes per prophetam dicitur: *Eos qui transibant simpliciter convertistis in bellum.* Quod quam[r] Mich. 2, 8. vere de istis dicatur, non tam verbo[s] quam miserabili dissensionis[t] et contentionis[u], blasphemiae et contemptus laicorum in clericos bello cotidie[v] edocemur. Qui cum prius in qualicunque praelato non servum, sed dominum, non praeconem, sed iudicem, non missum, sed mittentem christiana simplicitate attenderent[w]: nunc[2] pestiferis hominum persuasionibus in seditionibus[x] versi in istorum conculcationem[y], in eum, cuius contempnunt mysteria, superbe simul et impie blasphemare non abhorrent. *Si recte,* Gen. 4, 7. inquit Deus, *offeras, et recte non dividas, peccasti.* Quod tamen[z] istis eo minus convenit, quo ipsi non tantum recte non divisisse, sed nec recte facile convinci possunt obtulisse. *Iuste*[a], ait scriptura, *quod iustum est exequeris.* Quia et quod iustum est Deut. 16, 20. iustum esse desinit, si in ipso quod intenditur bono, incauta operatio a iusticiae tramite recesserit[b]. Simplicis[c] enim et incorruptibilis veritatis summe[d] divinitati valde purum et ab omni falsitatis commixtione[e] usquequaque alienum esse oportet quicquid pie offertur: quia iam impium est aestimare[f] vel in rerum iudicio aliqua hominum simu-

a) ipsorum 2. b) atro 1. c) *om.* 2. d) inducitur ? 2. e) lavachro 1. f) possent 1. g) non sine horrore referri potest 2. h) prohilectionum 2. i) estote omnino 2. k) vos — vestra 2. l) *deest* 1. m) excudere 2. n) planaque 2. o) prȩcipua 1. p) illi tantos 2. q) *verba* His — dicitur *om.* 1. r) qđqȝ; 2. s) bello 1. t) dispensationis 2. u) contemptionis 2. v) cottidie 2. w) attendebant 1. x) seditionem 2. y) conculcatione 2. z) tantum 2. a) iustum quod est . . . iuste exequeris 1. b) recesserint 2. c) simplici 1. d) *deest* 1. e) amixtione 2. f) existimare 2.

1) *Epist.* 125. *ad Rusticum* § 14 *(Opp. I, col.* 935*)*: Philosophi saeculi solent amorem veterem amore novo quasi clavum clavo expellere. . . . Illi vitium vitio peccatumque peccato medicantur. 2) *Cf. Sigeb. Chron. l. l.*: ad hoc hac oportunitate laicis insurgentibus contra sacros ordines et se ab omni aecclesiastica subiectione excutientibus . . . laici corpus Domini a presbiteris coniugatis consecratum sepe pedibus conculcaverunt.

latione ex ignorantia falli, vel in aliquo cultus sui obsequio alicuius compensationis respectui aliqua in parte officioso mendacio delectari. Idem enim Iudaeorum et gentium Deus, qui in lege nullam hostiam nisi quae maculam non habet recipit, in euangelio oculum non habentem[a] partem aliquam tenebrarum, sed lucidum totum requirit. Sed nos quae[b] congrue occurrere visa sunt sequentes epistolaris fere[c] brevitatis modum excessimus[d]. Ideo non pauca quae[e] super his adhuc dicenda se ingerunt praetereuntes, reliqua quoque superius praelibata capitula ab illis edita vanitatis et erroris, prout videtur, plenissima seorsum consideranda proponimus, eos in quorum manus haec[f] si forte evenerint[g] precati[h], ne in his quae dicta sunt aliqua ipsis vel contentionis[i] vel pertinatiae contra parvitatem nostram suboriatur suspicio: quia dum rationibus et auctoritatibus id fiat christiana aequanimitate, parati sumus meliora[k] vel rectiora docentes et pacienter audire, et fideliter credere et humiliter obedire.

Deut. 15, 21. Luc. 11, 34. 36.

[FINIT[l].]

a) habente aliq. partem 2. b) occurre que con. 2. c) ferre 2. d) excessibus 2. e) quod 2. f) fimamus 2. g) devoraverint 2. h) pcatv̄ 1; *super* p *locus rasus.* i) contemptionis 2. k) mel. vel *des.* 1. l) *deest* 1.

LEODICENSIUM EPISTOLA ADVERSUS PASCHALEM PAPAM.

EDIDIT

ERNESTUS SACKUR.

Cameracensis ecclesia post mortem Gerardi II. episcopi schismate exorto, cum clerus et cives de pontifice eligendo dissentirent, inter alia mala id passa est, ut Attrebatenses proprium episcopum creantes Cameracensium iugum excuterent. Quibus infortuniis adducti Cameracenses communi consensu Walcherum archidiaconum elegerunt, quo tamen in concilio Claromantano ab Urbano II. repudiato et excommunicato[1] *Manasses, nepos archiepiscopi Remensis aequivoci, quem iam antea clerici elegerant, honorem episcopalem adeptus est. Neque Walcherus tali iudicio resistere potuit. Cum enim archiepiscopus omni regioni, quae ei diutius adhaereret, interdictum minaretur, omnes fere vel ii, qui eum promoverant, ab eo defecerunt. Qua de causa Walcherus auxilium petiturus ad curiam Heinrici IV. confugit, unde cum nuntiis et militibus reversus non modo adversarium depulit, sed etiam civitatem ingressus cives iterum sibi conciliavit*[2]. *Manasses autem archiepiscopus Remensis Robertum II. comitem Flandriae, qui vix e terra sancta redierat*[3], *a.* 1102.[4] *ad Walcherum debellandum terramque Cameracensium invadendam instigavit. Qui ut fuerat ipse diutius excommunicatus, cum Paschalis et archiepiscopi gratiam recuperare vellet, eo minus oboedire cunctatus est, quod comitatu Cameracensi se potiturum esse speravit. Terribili igitur vexatione cives episcopumque molestabat, donec imperator Walchero petente comitem Lovaniae et episcopum Leodiensem auxilio misit. Qua de causa Roberto aliquantisper quiescente Heinrici milites abierunt, sed cives Cameracenses Roberti ultionem novumque impetum timentes reliquerunt*[5]. *Tandem cum coniuratione facta episcopum contra comitem se adiuturos esse promisissent, imperator ipse mense Octobri, quod pollicitus erat,*

1) *Jaffé, Regesta pontif. ed. altera nr.* 5598. 2) *Gesta abbrev. Camerac. c.* 5—8, *SS. VII, p.* 504. 505; *Versio Gallica c.* 3—15, *l. l. p.* 511—515; *Cauchie, 'La querelle des investitures dans les diocèses de Liège et de Cambrai, deuxième partie' (Louvain et Paris* 1891), *p.* 155 *sq.* 3) *A.* 1100. *secundum Ann. Blandin., SS. V, p.* 27; *Formosel. l. l. p.* 36; *Aquicinct. SS. XVI, p.* 503; *Auct. Aquic. Sigeberti, SS. VI, p.* 395; *cf. Cauchie l. l. p.* 157. 4) *Ut Cauchie l. l. p.* 161, *n.* 1. *recte explicasse videtur contra de Smet, Gesta episc. Camerac., Paris* 1880, *p.* 60, *qui a.* 1101. *statuit.* 5) *Versio Gall. c.* 17, *SS. VII, p.* 516 *sqq.; Gesta Galcheri c.* 18, *SS. XIV, p.* 200.

cum exercitu in Flandriam irrupit[1]. *Compluribus autem castellis expugnatis hieme superveniente se recipere coactus est; id quod comiti Cameracensem civitatem denuo ferro ignique invadendi occasionem praebuit. Eodem tempore, nisi fallor, scilicet a.* 1103, *Ian.* 21.[2] *Paschalis papa ei litteras scripsit, quibus comiti gratias retulit, quod Cameracenses castigasset, necnon imperavit, ut in Leodienses excommunicatos, qui modo Cameracensibus auxilium tulerant, arma verteret. Epistola illa in Leodiensium manus cecidit neque Robertum eam unquam accepisse ex eo forte conicias, quia de invasione in Leodienses facta nihil traditur.*

Leodienses utique de litteris illis graviter exasperati indignatique erant. Nam Heinricus archidiaconus et decanus ecclesiae S. Lamberti Sigebertum monachum Gemblacensem, qui eodem incitante iam antea libellum de coniugatis clericis composuerat, ut etiam huic epistolae nomine Leodiensis ecclesiae responderet, adhortabatur[3]. *Qui opus impositum libello infra edendo ita expedivit, ut Paschalis verba contumeliosa singillatim refutaret et demonstraret, quo modo inaudito ante hoc tempus ac novo ecclesia mater Romana in ecclesias filias procederet.*

Sive autem epistola papae in manus Roberti comitis venit sive non venit, comes, cum Cameracenses imperatore reverso aggrederetur, successu ita caruit, ut cum civibus ea condicione inducias faceret, ut se dominum agnoscerent, nisi Heinricus usque ad nativitatem S. Mariae Septembri mense celebrandam rediisset[4]. *Denique cum imperator Iunio mense a.* 1103. *Leodium venisset*[5], *Robertus accessit ac, ne beneficia sua amitteret, fidelitate praestita*[6] *domini gratiam recuperavit*[7]. *Walcherus autem, qui ecclesiam sibi reconciliare non potuit, eodem anno omni spe privatus ad Otbertum Leodiensem confugit*[8].

Sigeberti epistola tribus codicibus Udalrici Babenbergensis collectionis duobusque aliis servatur, quorum lectiones his signis annotavimus:

1a) *Cod. Zwetlensis nr.* 283. *membr., saec. XII,* 4°, *fol.* 210—225.

1b) *Cod. Vindobonensis nr.* 398 *(Ius canon. nr.* 45*), saec. XII, fol. max., fol.* 98—104.

1c) *Cod. Monacensis nr.* 4594 *(Benedictobur. nr.* 94*) saec. XII,* 4°, *fol.* 38—40'.

His codicibus ex recensione Codicis Udalrici Jaffëana usus sum. Accesserunt:

2) *Cod. Bambergensis P I.* 9. *(C.* 64)[9] *membr., saec. XII, f.* 114 *sqq. qui ad codicem Udalrici propius accedit. Ipse contuli.*

3) *Cod. Londiniensis Addit. manuscr. nr.* 16606 *(olim S. Remacli Stabulensis)*[10] *membr., saec. XII, fol.* 113—115, *qui fragmentum tantum libelli continet. Contulit v. cl. H. Wild.*

1) *Ann. Elnon. maiores, SS. V, p.* 14; *Ottenbur. l. l. p.* 8; *Laubienses SS. IV, p.* 21; *Leodienses l. l. p.* 29; *Aquicinct. SS. XVI, p.* 503; *Camerac. l. l. p.* 510; *Aquenses l. l. p.* 685; *Sigeberti Chron. ad a.* 1102, *SS. VI, p.* 368; *Annal. Saxo ad a.* 1102, *l. l. p.* 737; *Gesta abbrev. Camerac. c.* 9, *SS. VII, p.* 505; *Versio Gallica c.* 18, *l. l. p.* 516; *Gesta Galcheri c.* 19, *SS. XIV, p.* 201; *Chron. Turon. a.* 1102, *'Recueil des hist. des Gaules' XII, p.* 467; *cf. Cauchie p.* 161. 2) *De tempore Cauchie p.* 161, *n.* 1. *assentior; minus recte de Smet l. l. et Loewenfeld eum secutus epistolam apostolici a.* 1102. *collocare voluerunt.* 3) *Sigeberti de viris illustribus liber, SS. VI, p.* 272: Ipso quoque rogante respondi epistolae Paschalis papae, qui Leodicensium ecclesiam aeque ut Cameracensem a Roberto Flandrensium comite iubebat perditum iri. 4) *Gesta episc. Camerac., Versio Gallica c.* 19, *l. l. p.* 516; *Gesta abbrev. Camerac. c.* 9: tempore graminis. 5) *Cf. E. Kilian, 'Itinerar Kaiser Heinrichs IV', Karlsruhe* 1886, *p.* 127. 6) *Cf. epist. Roberti ad episc. Attrebat. a.* 1103. *datam, Wauters, Table chronol. II, p.* 14. 7) *Omnes fere fontes supra n.* 1. *enumerati ad a.* 1103. 8) *Gesta abbrev. Camerac. c.* 10. 9) *Cf. 'Archiv' VII, p.* 822—829. 10) *'Neues Archiv' IV, p.* 356.

Editionem principem curavit Crabbe a. 1551. *in II. tomo Conciliorum p.* 809—817, *codice quodam usus collectioni Udalrici satis propinquo. Hanc editionem repetiverunt omnes posteriores conciliorum collectiones, scilicet Collectio Parisiana t. XXVI* (1644), *p.* 702—721, *Labbei t. X* (1671), *p.* 630—642, *Harduini* (1714) *t. VI,* 2, *p.* 1770—1782; *Mansi* (1775) *t. XX, col.* 986. *Praeterea Crabbei editio transiit in S. Schardii De iurisdictione auctoritate et praeeminentia imperiali a.* 1566, *p.* 127—141. *et eiusdem Sylloge hystorico-politico-ecclesiastica, Argentorati* 1618, *p.* 64—71, *Goldasti Apologiam* (1611) *p.* 188—203, *Brown, Appendix ad fascic. rer. expetend.* (1690) *p.* 176—184, *denique in Duodecimam centuriam ecclesiasticae historiae p.* 1110—1127. *Codice Stabulensi non integro, nunc Londiniensi, usi Martène et Durand, Coll. ampl. I* (1724), *p.* 587—594. *Sigeberti libellum denuo publicaverunt. Ultimus Philippus Jaffé recensionem codicis Udalrici, quem prius Eccardus, Corp. hist. II* (1723) *col.* 1 *sqq. typis mandaverat, in Bibliotheca rerum German. V, p.* 201—225. *edidit.*

Berolini, mense Ianuario a. 1891. *E. SACKUR.*

[EPISTOLA[a] LEODICENSIUM ADVERSUS PASCHALEM PAPAM].

Omnibus bonae voluntatis hominibus Leodicensis[b] aecclesia[c] veritatem fidei et catholicam[d] unitatem[e] inconcusse[f] tenens[g]. Is. 21, 1.

1. Stupendo et gemendo exclamo cum Ysaia[h], qui: *Onus deserti maris* exaggerans exclamat[i], *sicut turbines ab Affrico veniunt, de*[k] *deserto venit, de terra horribili.* ib. 21, 2. *Visio dura nunciata*[l] *est*[m] *mihi. Qui incredulus est, infideliter agit; et qui*[m] *depopulator est, vastat.* Qui hactenus non intelligebat legendo[n], quid sit 'desertum mare', nunc intelligat[o] videndo, quid[p] per desertum mare significetur; non solum Babilonia[q], sed etiam mundus et aecclesia. Quamvis enim ut mare undis sic mundus et aecclesia affluant populis, tamen iure vocantur desertum mare; quia mundus videtur esse desertus a sapientium principum gubernaculo, ecclesia gemit[r] se desertam a sano praesulum consilio. Quae enim maior olim confusio fuit in Babilonia, quam hodie est in aecclesia? In Babylone[s] confusae sunt linguae gentium; in aecclesia dividuntur linguae et 1. Petr. 5, 13. mentes credentium. Ait Petrus in epistola sua: *Salutat vos aecclesia, quae est in Babilone collecta.* Hactenus interpretabar[t] ideo voluisse Petrum per Babilonem signare Romam, quia tunc temporis Roma confusa erat idolatria et omni spurcicia. At nunc dolor meus mihi interpretatur, quod Petrus prophetico spiritu, dicens aecclesiam in Babilone[u] [esse[v]] collectam, previdit[w] confusionem dissensionis, qua hodie discinditur[x] aecclesia. Nam quamvis aecclesia sit[y] in Babilone mundi, debet[z] tamen esse collecta per fraternam unanimitatem.

Qui sint 'turbines ab Affrico', discimus paciendo magis[a] quam legendo. 'De terra horribili', a Romana scilicet aecclesia, 'visio dura nuntiata est mihi'; inde turbo, ut tempestas venit ab Affrico. Romanus enim presul, pater omnium aecclesiarum, litteras[b] contra nos mittit Ruberto[c] Flandrensium comiti, quarum[d] exemplar tale est:

Paschalis[e] *episcopus servus servorum Dei dilecto*[f] *filio Roberto*[g] *Flandrensium*[h] *comiti salutem et apostolicam benedictionem. Benedictus dominus Deus*[i] *Israel, qui in te suae*[k] *virtutis efficatiam operatur, quoniam*[l] *reversus ab Ierusalem Syriae*[m] *in*

a) *ita* 1[c]; *titulus deest ceteris codd.* b) *corr. in* Leodiensis 1[c]; leodiensis *Crabbe.* c) ecclesię 3. d) katol. 3. e) unanimitatem 1. f) concusse 3. g) tenentis filius 3. h) Esaia *Cr.* i) clamat 1[c]. k) et de 3. l) annunciata 3. m) *deest* 3. n) videndo 3; loquendo *Cr.* o) intelligebat 3. p) quod 3. q) babyl. 3. r) se gemit 3. s) babilone 2. t) interpretabat 3. u) babillone 2. v) *deest* 1. 2. *Cr.* w) previderit 1. 3. x) scinditur 1. y) in babilone sit; *post* sit *et* ecclesia *signa transponendi* 3. z) tamen deb. 1. a) nimis 1[a.b]. b) literas 2. c) R. 1. 2. d) quale *Cr.* e) Pascalis 3; P. 1[b]. 2. f) dil. fil. *om.* 1[b]. g) R. 1[a.b]. 2. 3. h) Flandensium 3. i) *deest* 2. *Cr.* k) virt. s. 3. l) quo *Cr.* m) siriae 2.

caelorum Ierusalem[a] *iustae miliciae operibus ire contendis. Hoc est legitimi*[b] *militis, ut sui regis hostes instantius persequatur. Gratias ergo prudentiae tuae agimus, quod preceptum nostrum in Cameracensi parrochia executus es. Id ipsum de Leodicensibus excommunicatis pseudoclericis precipimus. Iustum*[c] *est enim, ut qui semet ipsos a catholica aecclesia segregaverunt*[d] *per catholicos ab aecclesiae beneficiis segregentur. Nec in hac parte tantum*[e]*, sed ubicunque poteris Heinricum*[f] *hereticorum caput et eius fautores pro viribus persequaris. Nullum profecto gratius Deo sacrificium offerre poteris, quam*[g] *si eum inpugnes, qui se contra Deum erexit; qui aecclesiae Dei regnum auferre conatur; qui in loco sancto Symonis idolum*[h] *statuit; qui a principibus Dei sanctis apostolis eorumque vicariis de aecclesiae domo sancti Spiritus iudicio expulsus est. Hoc tibi ac militibus tuis in peccatorum remissionem et apostolicae sedis familiaritatem precipimus, ut his laboribus et triumphis ad caelestem Ierusalem Domino prestante pervenias. Data Albani XII. Kal.*[i] *Febr.*

Is. 21, 3. 2. Super his litteris cuius lumbi non repleantur dolore? Super his me obstupe-
cf. ib. 21, 4. fecerunt tenebrae; nec tantum pro horrore periculi, quantum pro horrenda novitate rei: quod tam lacrimabiles litterae[k] potuerunt scribi a matre contra filias suas quamvis peccantes. In iudicio Salemonis[l] expressa est magnitudo maternae[m] pietatis, quando iudicante Salomone[n], ut infans, pro[o] quo contendebatur, gladio divideretur, maluit mater filium suum sub aliena muliere vivere, quam gladio iudicis dividi. Dicit[p] Ysaias:
ib. *Babilon dilecta mea versa est mihi in miraculum.* At ego dico: 'Roma dilecta mea mater versa[q] est mihi in miraculum'. Quid enim tam mirabile, immo quid[r] tam mise-
cf. 2. Reg. 24, 17. rabile? Vidit olim David angelum Domini stantem extento gladio super Ierusalem. Nos, filiae[s] Romanae aecclesiae, ecce videmus Romanum praesulem[t], qui est angelus Domini, stantem extento gladio super aecclesiam. David orabat, ne populus occideretur: angelus noster porrigens[u] R[ober]to[v] gladium orat, ut occidamur. Unde iste gladius nostro[w] angelo? Iubente Iesu discipulis, ut vendita tunica emant sibi gladium,
Luc. 22, 36. ib. 38. dicunt discipuli: *Domine, ecce gladii*[x] *duo hic*; et Iesus: *Satis est.* Ut ex patrum dictis colligimus, est unus gladius Spiritus, quod est verbum Dei[y], de quo Iesus[z] ait:
Matth. 10, 34. Ier. 48, 10. *Non veni*[a] *pacem mittere, sed gladium;* et propheta: *Maledictus, qui prohibet gladium suum a sanguine.* Hunc gladium[b] distringit Iesus magis contra carnales[c] affectus, quam contra mundi assultus. Est et alter gladius spiritualis[d]; quo mortificatis vitiis carnis[e] emitur corona martyrii[f]. Cum ergo duos tantum gladios a Domino apostoli[g] habeant, unde iste tercius apostolico gladius, quem in nos porrigit R[oberto][h] armigero
cf. Ez. 21, 16. suo? Forte recurrit[i] apostolicus ad Ezechielem[k] prophetam; ut de manu eius tercium arripiens gladium vadat ad dexteram sive[l] ad sinistram, cedendo bonos et malos.
ib. 14. Dicit enim Deus Ezechieli[m] prophetae, ut *duplicetur gladius*[n] *et triplicetur gladius interfectorum.* Puto, non dabit propheta tercium[o] gladium apostolico. Propheta namque[p] — duos euangelii gladios ostendens per duos unius gladii usus — gladium apo-
ib. 9. 10. stolico dandum duplicat; dicens: *Gladius, gladius exacutus*[q] *est et limatus; exacutus*[r]*, ut cedat victimas, limatus, ut splendeat.* 'Exacutus[s] est', quia, ut ait Ieronimus[t]: *Qui malos percutit, in eo quod mali sunt, et habet gladium interfectionis*[u]*, ut occidat*

a) hierus. 3. b) ligit. 3. c) *ita* 3; I. enim est 1. 2; *cf. p.* 456. d) segregarunt 1. 2; *cf. p.* 456. e) tantum parte 1. 2; *cf. infra p.* 460. f) H. $1^{a.b}$. 2. g) quasi eum 3. h) ydolum 3. i) K. Febr. 2. k) literae 2. l) Salomonis 1. m) piet. mat. 3. n) Salemone 2. o) pro — contend. *om.* 3. p) dic 1^{c}. q) v. e. *in marg.* 3. r) qđ 3. s) filii ecce R. eccl. 3. t) pontificem $1^{a.b}$. u) porrigens *bis* 1^{b}. v) R^{to} 3; R. 1. 2. w) ang. nostro *Cr.* x) duo gl. 3. y) domini 1^{b}. z) dicit Iesus 3. a) *om.* 3. b) *om.* 2. c) carneales 3. d) spiritalis 2. e) *deest* 1^{b}. 3. f) martirii 2. g) hab. apost. 3. h) R. comiti 3. i) recurret 3. k) Iezech. 3. l) et 1^{c}. m) ezcechielę 1^{b}. n) *deest* 2. 3. o) gl. t. 3. p) nepe 3. q) exactutus 3. r) exaccutus 3. s) exacuatus 1^{b}; eexaccutus 3. t) Hieron. 3. u) accepit *add.* 2.

pessimos, minister est Domini[a.1]*;* limatus est[b], ut sincere predicetur verbum Domini[c]. Triplicato gladio armat propheta interfectores; quia, ut ait Paulus, *non sine causa iu-* Rom. 13, 14.
dex gladium portat. Hic est gladius interfectionis magnae, qui me cum Ezechiele[d] cf. Ez. 21, 14.
obstupescere facit. Quem enim non faciat[e] corde tabescere, quod apostolicus, ad vivificandum unctus, accingitur in nos tercio gladio interfectorum! O utinam placatus dicat[f] Deus etiam nunc angelo percutienti: *Sufficit; nunc contine*[g] *manum tuam.* 2. Reg. 24, 16.

Nichil dico in christum Domini, sed vicem nostram doleo. Sed nisi christus Domini[2] veniens ad caulas ovium intrasset in speluncam purgare ventrem, non praecidisset David oram clamidis eius. Si quis est David, inveniens hunc christum Domini[3] 1. Reg. 24, 4. ib. 5.
dormientem omnesque cum[h] eo milites eius dormientes, non mittat manum in christum Domini; sed tantum[i] tollat hastam eius et sciphum aquae, qui est ad caput eius dor- ib. 26, 11.
mientis[b]. Hanc hastam [eius[k]], quam contra nos erexit, ostendo cunctis; hunc sciphum[l] aquae[m], qui est ad caput eius dormientis, porrigo cunctis ad gustandum; ut sapiant omnes: quam insipida[n] sit[o] auctoritas legis eius, qua distrinxit[p] gladios laicorum in cervices clericorum. Si liceret dicere salva apostolicae dignitatis reverentia, ipse nobis videtur dormisse. Dormierunt cum eo omnes consiliarii eius, quando conduxit sibi vastatorem ecclesiarum Dei.

Precepit[q] Paulus, ut verbum episcopi sit sanum et inreprehensibile. Nos ergo Tit. 2, 8.
non infirmamus aut reprehendimus verbum episcoporum episcopi. Sed quia apostolicus non debet deviare ab apostolo, quaerimus humiliter per singula: utrum haec apostolici verba[4] sint per omnia gravitate apostolicae auctoritatis sana[r] et inreprehensibilia.

3. Ecce, ut pater *dilecto*[s] *filio*[5] *salutem* mittit *et apostolicam benedictionem* promittit. Sed ut multis videtur, non ea illi opera indicit, quibus salutem et benedictionem a Deo [pro]mereri[t] possit. Benedicit Deum, 'qui in eo' eam[u] 'efficatiam suae virtutis operatur', quod aecclesiam Dei debellat et depopulatur, ac per hoc caelestis Ierusalem aditum ei pollicetur. Num[v] recta via dilectum filium[w] dirigat[x], ipse pater nohiscum videat.

Ut[y] utamur[z] verbis Augustini summatim collectis[6]: Deus, qui dixit: *Ego [sum]* Is. 45, 6. 7.
Deus[a] *faciens pacem et creans malum,* sicut caetera suaviter disponit, ita haec[b] etiam disponit: ut bonum pacis per bonos faciat, malum vero belli per malos creet. Utens Sap. 8, 1.
enim Deus animis hominum pro voluntatibus et meritis eorum, digna[c] dignis opera imponit[d]; ut dignis[e] digna praemia rependat, bonis bona pro bonis, malis mala pro malis. Quis unquam populum Dei, quis unquam aecclesiam Dei impune[d] persecutus est? Quociens peccabant filii Israel, suscitabat Deus hostes, qui contererent[f] peccantes. Castigabat Deus quos amabat[g]; et damnabat [illos[a]] qui vicio suo tales erant, ut per eos mala malis inferret. Dicit[h] Deus per prophetam: *Vocabo ab aquilone servum meum Nebuchodonosor*[i]*, quia faciat omnem voluntatem meam.* Quam voluntatem[a], nisi ut peccantes disperderet[k]? Hunc servum suum Deus pro merito talis[l] servitutis in bovem convertit. Peccanti David ait Deus: *Ecce ego inducam malum super te de* 3. Reg. 21, 21.

a) Dom. est 1. b) *deest* 3. c) suum 3. d) hiezechiele 3. e) facit 3. f) D. d. 3. g) continue; u *del.* 3. h) cum eo *des.* 1. *Cr.* i) toll. t. 3. k) *deest* 1. 2. *Cr.* l) cyphum 1[a]. m) *om.* 1[b]. n) gravis 3. o) est 3. p) distinxit 3. q) Precipitur ut 3. r) scāna 3. s) fil. dil. 3. t) mereri 2. 3. u) *deest Cr.* v) nunc 1[b]. w) suum 3. x) dirigit 2. y) *verba:* Ut utamur — eo mandante fecit *om.* 1[c]. z) *deest Vulg.* 2. a) *deest* 3. b) etiam hoc 3. c) dignis digna 3. d) inp. 2. e) digna dignis 1. f) conterent 1[b]. g) amavit 1. 2. h) D. d. 3. i) Nabuchodosor 3. k) disperdat 3. *Cr.* l) *deest Cr.*

1) *Hieronymi Comment. in Ezech. l. III, c.* 9, *Opp. ed. Vallarsius t. V, col.* 92. 2) *Saul.* 3) *Paschalem II. papam.* 4) *In epistola supra p.* 451 *sq.* 5) *Roberto comiti Flandriae.* 6) *Cf. Enchiridion de fide, spe et caritate c. C. CI,* § 26, *Opp. VI, col.* 279.

domo tua. Hoc malum executus Absalon fugato patre suo invasit Ierusalem. Numquid
Is. 10, 5, 6. per hoc meruit caelestem Ierusalem? Per Ysaiam[a] dicit[b] Deus: *Ve Assur, virga et baculus furoris mei ipse, in manu eius indignatio mea; ad gentem fallacem mittam illum et ad populum furoris mei mandabo illi, ut auferat predam et diripiat spolia* et reliqua. Cur Deus intentat: *Ve Assur,* qui mala, quae fecit, eo mandante fecit?
Matth. 18, 7. *Ve mundo ab scandalis* dicit Deus; *necesse est, ut veniant scandala; ve tamen illi*[c], *per quem scandalum venit.* Hoc Ieronimus sic exponit[1]: *Cum necesse sit*[d] *quidem, ut veniant scandala, ve tamen homini, qui quod necesse est*[e], *ut in*[f] *mundo fiat, facit suo vicio, ut per se fiat*[g]. Quid multis opus? Ecce 'opera iustae miliciae', quibus pater filium, papa caelestis regis militem imbuit, per quae possit 'contendere ad caelestem Ierusalem': impugnando scilicet aecclesiam Dei.

4. *Gratias,* inquit, *prudentiae tuae*[h] *agimus, quod praeceptum nostrum in Cameracensi parrochia executus es.* Qualis et quanta sit vastitas et[i] contricio Cameracensis aecclesiae, quis recolit[k] sine dolore? Ego[l] quidem, filia Romanae aecclesiae, condolebam Cameracensibus pro affectu germanitatis. Nunc vero, audiens hec mala eis[m] inferri praecepto apostolicae auctoritatis, iam amplius doleo. Quia timeo[n]
Is. 10, 1. 2. matri meae, ne in eam redundet illud, quod dicit[o] Deus per os Ysaiae: *Ve, qui condunt leges iniquas, et scribentes iniusticiam scripserunt, ut opprimerent*[p] *in iudicio pauperes et vim facerent causae humilium populi mei; ut essent viduae praeda eorum, et pupillos diriperent*[q] et reliqua. Tantam aecclesiae desolationem, tantam pauperum et viduarum oppressionem, tantam praedarum et rapinarum inmanitatem et, quod his gravius est, promiscuam bonorum[r] et malorum occisionem, hec et peiora his praecepto apostolici facta esse, quis crederet, nisi ipse suo[s] se ore prodidisset? Taceo Cameracensem episcopatum in duos esse divisum iudicio Romanae aecclesiae. Taceo Walcherum[t.2] — qui apostolici[3] consensu[u] et auctoritate probatus et[v] prior ordinatus fuit — subito exordinatum, excommunicatum; et alium[4] ei subordinatum[5]. Haec iuste[w] necne gesta sint, in Dei pendet sententia. Non invehimur in christum Domini, ad quem pertinet sollicitudo omnium aecclesiarum. Sed quia apostolicus haec mala sibi asscribit et aecclesiae vastatori per gratiarum actionem[x] applaudit, super his mirandum an magis sit dolendum nescio. Cui hoc magis[y] sit periculosum, iubenti an obedienti, cui[z] hoc magis sit dampnosum[a], facienti an[b] pacienti, quis homo discernet[c]? Nos, attoniti hac[b] novitate rerum, querimus: unde sit hoc novum exemplum, ut praedicator pacis suo ore et alterius manu inferat aecclesiae bellum?

Contra barbarorum et inimicorum Dei assultus concedunt canones etiam clericis arma ad defensionem[d] urbis et aecclesiae. Bella vero indici aecclesiae per auctoritatem canonicam nusquam scripturarum legimus. Quero quod nescio; dico quod scio. Pacem
cf. 2. Tim. 4, 2. Iesus, pacem apostoli, pacem apostolici viri praedicant; peccantes arguunt, obsecrant,
Tit. 1, 13. increpant in omni pacientia et doctrina. Inobedientes[e] iubet Paulus dure increpari.
cf. Matth. 18, 15. Quomodo dure increpentur inobedientes, docet[f] Iesus: *Si peccaverit in te frater tuus,*

a) Es. *Cr.* b) dñs dicit 3. c) homini illi 1[a.b]; *ita Hier. Cr.* d) *deest* 3; quidem sit 1. 2. e) *om.* 1[b]. f) *om.* 1[c]. g) veniat 1[c]. h) vestrae 3. i) et contr. *om.* 3. k) recolat 3. l) Leodinensis *add.* 3. m) inf. eis 3. n) *deest* 3. o) D. dic. 1. *Cr.* p) obpr. 2. q) dirperent 3. r) mal. et bon. 3. s) suo ore se 3. t) Guacherum 3. u) assensu approbatus 3. v) *om.* 1[b]. w) iusta sint necne *Cr.* x) *deest* 1[c]. y) sit mag. 3. z) cui sit hoc 3. a) dampnandum 3. b) ac 3. c) disernet 3. d) defessionem 1[c]. e) inobend. 3. f) dicit 1. 2.

1) *Cf. Hieronymi Comment. in Matth. l. III, c.* 18, *Opp. t. VII, col.* 138; *non tamen ad verbum.* 2) *Cf. Gesta Manassis et Walcheri c.* 8, *SS. VII, p.* 503; *Gesta pont. Camerac. abbrev. c.* 7, *l. l. p.* 505; *Chron. S. Andr. c.* 19, *p.* 544. 3) *Urbani II.* 4) *Manassem.* 5) *A.* 1095.

corripe illum, primo solus[a] *solum, secundo cum duobus*[b] *aut tribus testibus, tercio cum aecclesia*[c]. *Si aecclesiam*[d] *non audierit*[e], *sit tibi sicut ethnicus et publicanus.* Hinc ait Augustinus[1]: *Illud, quod ait Iesus: 'Si*[f] *aecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus et publicanus', gravius*[g] *est, quam si gladio feriretur, si flammis absumeretur*[h], *si feris subiceretur. Nam ibi quoque*[i] *Iesus subiunxit: 'Amen dico vobis; quae ligaveritis in terra, ligata erunt et in celo', ut intelligeretur, quam*[k] *gravius sit punitus, qui velut*[l] *relictus est impunitus.* Sic sententia veritatis exposita ab Augustino, quis divinae vindictae humanam vindictam superponat[m]? Qui illum persequitur[n], quem Deus percussit, et super dolorem vulnerum Dei addit, videat, quid imprecetur illi Deus, qui iniquitates et dolores nostros in persona dominici hominis portavit: *Appone*[o] *iniquitatem super iniquitatem eorum* et reliqua.

cf. Matth. 18, 16. ib. 17. ib. 18. cf. Ps. 68, 27. ib. 28.

Si quis pro apostolico dicat merito depopulandam[p] esse aecclesiam, cui incubat[q] excommunicatus episcopus, audiat exemplum, in quo causa causae et persona personae respondet. Tempore primi Gregorii papae defuncto Salonitanae urbis episcopo, cum decrevisset Gregorius, ut pro eo episcopus ordinaretur[r] Honoratus [a[s] Salonitanis electus], Maximus quidam auxilio militaris manus invadens episcopatum Salonitanum et ab episcopis [excommunicatis[t]] consecratus, a Gregorio excommunicatus est; et tamen missas celebrare praesumebat. Hunc Gregorius non aliis quam sacerdotalibus armis debellans[u], non superordinavit ei Honoratum, non inmisit aecclesiae vastatorem[v]; sed tam diu peccantem arguit, donec septimo excommunicationis suae[w] anno tandem ad veniam petendam attraheret. Eumque resipiscentem non exordinavit, non[x] reordinavit; sed ei in gratiam suam recepto, quod deerat, dato archiepiscopali pallio supplevit[y·2]. Cum ergo Salonitanae causae similis[z] sit causa Cameracensis, cur censura Romanae aecclesiae in simili causa utitur dissimili sententia? Martinus Turonensis posset apostolico sufficere ad exemplum, ut desistat ab oppressione innocentum. Priscillianum episcopum a Damaso papa pro[a] heresi dampnatum[b] Maximus imperator accusante Itachio[c] episcopo occidit et, ut omnes sequaces[d] eius ubique occiderentur, edixit. Martinus ergo aliique episcopi Itachium[e] communione aecclesiae privaverunt[f] criminantes eum, quod eius accusatione[g] qualiscunque homo occisus sit. Maximus agebat cum Martino, ut Itachio[h] communicaret; et[i] Martinus agebat cum Maximo, ut sequaces Priscilliani non occiderentur, ne etiam[k] catholici cum eis perirent[s]. Quod petebat Martinus nullo modo inpetrasset[l], nisi ad tempus Itachio[m] communicasset. Si quodammodo[n] anathema factus pro fratribus suis, retraxit ab[o] eorum cervicibus gladium imperatoris. Qui dampnavit accusatorem[p] Itachium[m] pro morte heretici, is[q], si adveniret[r], non laudaret istum[s], cuius praecepto tot occiduntur pro causa Cameracensium. Qui etiam cum periculo animae suae liberavit hereticos a morte, quam graviter ferret innocentes pro aliena culpa opprimi! Nos res rebus conferimus, causas[t] causis opponimus.

a) solum solus *Cr.* b) c. d. t. et tr. 3. c) *om.* 3. d) dei *add.* 3. e) audit 2. f) Si — audierit *om.* 1[c]. g) est gr. 3. h) assumeretur 1[b]; absumeretur 3. i) Iesus quoque 3. k) quod 1. 2. l) tit 3. m) subponat 1[b]. n) persequatur 3. o) Appone — dissimili sententia *om.* 1[c], *ubi additum est:* et reliqua. p) esse depꝑulandā 2. q) incumbat 1. 2. r) orrd. 3. s) a — el. *des.* 1. 2. t) *deest* 1. 2. u) depellans 3. v) vastorem 1[b]. w) eius 1. 2. x) n. reord. *om.* 2. y) subpl. 1. z) sit sim. 3. a) pro her. *des.* 2. b) damnatum 3. c) Itatio 1[c]. d) eius sequ. 2; sequaris 3. e) Ytacium 1. f) ꝑmavrt 3. g) acus. 2. h) Ytacio 1. i) *om.* 3. k) et 1[c]. l) imp. 1. m) Ytac. 1; Itac. 2. n) modo *om.* 3. o) a cerv. eorum 3. p) aucusarem 3. q) si adhuc videret 1. r) adiuvaret? 3. s) et istum 1; etiam 2. t) causis causas 1. 2.

1) *Mirbt non invenit.* 2) *Cf. Iohannis diaconi Vita Gregorii I. papae l. IV, c.* 9—13, *Opp. ed. Bened. IV, col.* 128 *sq.* 3) *Cf. Sulpicii Severi Chron. II, c.* 48 — 50, *ed. Halm p.* 101 *sqq.*

At Cameracenses afflicti malis clamant ad dominum[a] papam Pascalem[b], sicut filii Israel
Exod. 5, 21. afflicti malis clamant[c] ad Moysen: *Videat Deus et iudicet; quoniam*[d] *fetere fecisti odorem nostrum coram Pharaone et praebuisti ei gladium, ut occideret nos.*

5. *Id*[e] *ipsum de Leodicensibus excommunicatis pseudoclericis praecipimus. Iustum est enim, ut qui semet ipsos a catholica*[f] *aecclesia segregaverunt*[g] *per catholicos*[h]
Is. 21, 3. *ab aecclesiae beneficiis segregentur.* Hic vero[i] me invasit angustia quasi parturientis; unde[k] exclamare compellor: quia omnes[l] parturientis dolores hic meus dolor vincit. Filios[m] enim genui, hosque[n] lacte alui fidei, hos pane veritatis confirmavi et in virile robur provexi. Ipsa[o] me beatificabam[p], quia eis, in regis curia et in Dei aecclesia
Hor. Carm. II, 16, v. 27. 28. florentibus, nichil deesse credebam, quod vel ad corporis[q] decorem vel ad anime pertinet[r] valorem. Sed quid est ab[s] omni parte beatum? Ecce mater mea sancta Romana aecclesia vult inurere[t] eis[u] notam[v] excommunicationis, et[w] insuper erexit[x] super eos[u] gladium occisionis! Super his ego quidem materno dolore torqueor. [Sed[y]] ipsi etatem habent, pro[z] se loquantur.

Id ipsum, inquit, *de Leodicensibus excommunicatis pseudoclericis praecipimus.*
Prov. 20, 23. *Statera*[a] *dolosa non est bona,* ait sapientia. Quis conferet[b] causam nostram causae Cameracensium, ut et nos patiamur, quae[c] patiuntur Cameracenses? Nos quidem Cameracensibus conpatimur; nobis nichil tale verebamur. Cameracenses, quia causae causam, personae personam subposuerunt[d], gladium[e] bicipitem sibi superposuerunt. Nos vero Leodicenses quare excommunicati dicimur? Quare gladius nobis superponitur? Quid dignum morte aut excommunicatione fecimus[f] contra canonicam regu-
cf. 1. Cor. 12, 13. lam aecclesiae? In uno spiritu nos omnes, in unum corpus baptizati sumus; nos unius moris Deus[g] in domo sua habitare fecit[h]. Obsecrat nos Paulus per nomen Domini,
1. Cor. 1, 10. ut non sint in nobis scismata; quando significatum est Romanae aecclesiae, quod con-
Phil. 4, 2. tentiones fuerint inter nos? Id ipsum in Christo sapimus, id ipsum dicimus. Non
1. Cor. 1, 12. dicimus: *Ego sum Pauli, ego [sum*[i]*] Cephae, ego autem Christi.* Numquid pro hac unanimitate[k] excommunicati dicimur? Ut praecipit Paulus, obedimus et subiacemus
Hebr. 13, 17. praepositis nostris, qui vigilant pro animabus nostris. Nobis legem Dei tenentibus
Matth. 15, 3. obiciunt: quod transgrediamur[l] eorum[m] novas[n] traditiones. At illis dicit Iesus[o]: *Quare vos transgredimini mandatum*[p] *Dei propter traditiones vestras?* Iubet Deus: ut quae
ib. 22, 21. sunt cesaris reddamus cesari, et quae sunt Dei Deo. In hanc sententiam Petrus et
1. Petr. 2, 17. 18. Paulus pedibus[n] eunt. Petrus: *Deum*[q], inquit, *timete, regem honorificate*[r]; *servi subditi estote in omni timore dominis, non tantum bonis et modestis, sed etiam discolis;*
ib. 19. Rom. 13, 1. 2. *haec est enim gratia.* Paulus: *Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit; qui potestati resistit Dei ordinationi resistit.* Qui hoc omni animae praecipit, quem a subiectione terrenae potestatis excipit? Quia ergo regem honoramus, quia dominis
Col. 3, 22. nostris non ad oculum, sed in simplicitate cordis servimus, ideo excommunicati dicimur. Sed symoniaci sumus! Symoniacos, quantum ad nos, vitamus et quos vitare nequimus
Matth. 21, 12. pro loco et tempore toleramus; certi, quod ipse Iesus facto flagello de resticulis pecca-
Ioh. 2, 14. 15. torum cathedras vendentium columbas evertit[s] et nummulariorum effudit[t] aes. Vita-

a) d. p. *des.* 1. 2. b) Paschalem 1^{a}. 2. c) clamabant 3. *Gold.* d) quomodo? 2. *Gold.* e) Id — dolor vincit *om.* 1^{c}. f) chatholicos 1^{b}; catolica 3. g) segregarunt 1. h) catol. 3. i) me vero 3. k) et inde 3. l) omnis 1^{b}. m) Hos enim 1^{c}. n) eosque 1^{c}. o) ipsa — curia *om.* 1^{c}. p) bętific. 2. q) pertinet *add.* 1. r) spectaret 1. s) ex 1^{c}. t) inmittere 3; infligere *Cr.* u) *deest* 3. v) penam 3. w) non super 2. x) exerit 3. y) *deest* 1. 2. z) per $1^{a.c}$; loq. p. se 1. a) statura 3; statera — sapientia *om.* 1^{c}. b) confert 1. 2. c) quod 1. 2. d) superpos. 3. e) sup. glad. s. bic. 3. f) contra can. eccl. reg. fec. 3. g) dis 3. h) facit $1^{a.c}$. 2. i) *deest* 1. 2. k) unitate 3. l) trangred. 3. m) novas eorum 1. n) *deest* 3. o) Deus 1. 2. p) mandata 1^{c}. q) inq. Deum 1; inquit *deest* 3. r) honorate 3; *hic cod.* 3. *desinit.* s) evertet 1. t) effundit *Cr.*; effundet 1.

mus, inquam, symoniacos. Nec minus vitamus illos, qui — notam avariciae honesto nomine praetexentes[a] — quod gratis se[b] iactant dare vendunt sub caritatis nomine et sicut Montanistae sub nomine oblationum artificiosius accipiunt munera[1]. O[c] dolendo miramur, cur excommunicati dicamur, quando[d], a quo et quare excommunicati simus[e]? Non ab episcopo nostro, non ab archiepiscopo[2], cui episcopus noster suffragatur, nos excommunicatos esse scimus. Sed nec a papa Romano nos excommunicatos[f] esse credimus: quia scimus eum non ignorare, quod ait Nichodemus[g]: *Lex nostra non iudicat quenquam, nisi audierit prius*[h] *ab ipso.* Nec[i] Sodomitas dampnasset Deus, nisi descendisset ad ipsos videre, utrum clamorem, qui venerat ad eum, opere complessent. Qui nichil[k] a nobis audivit, quem non episcopus, non archiepiscopus aliquando contra nos interpellavit, quis credet, quod nos excommunicaverit?

Ioh. 7, 51. cf. Gen. 18, 21.

Per scalam ad caelos[l] usque pertingentem[m] vidit[n] Iacob ascendentes et descendentes angelos. Et Iesus ait discipulis: *Amen, amen dico vobis, videbitis caelum apertum et angelos Dei ascendentes et descentes super filium hominis.* Hic[o] filius hominis nos[p], filios hominis, id est Adae, in sua exprimit persona. In aperto aecclesiae caelo et boni et mali intrant. Vos, praesules[q] aecclesiae, qui estis angeli Dei, gradatim ad nos descendere debetis; gradatim et nos ad vos ascendere debemus. Quot[r] gradibus ad vos ascendimus, tot ad nos descendere[s] debetis. Est primus gradus nobis ad episcopum, secundus ad archiepiscopum, per quos ascendere debemus ad gradum[t] tercium[u] id est ad papam Romanum. Super[v] filium hominis descenditis: cum humilibus compaciendo condescenditis. Super filium hominis ascenditis[w]: cum verbo et exemplo humiles ad caelum sustollitis.

Ioh. 28, 12. ib. 1, 51.

6. Credo, dicetis nos ideo haberi excommunicatos[x], quia favemus episcopo nostro[y·3] faventi partibus domini sui imperatoris[4]. In hac re sunt inicia dolorum, pro hac re crebrescunt[z] causae malorum, quia satanas[a] solutus, terram perambulans, iam divisit regnum et sacerdotium. Quia ergo diabolus venit ad nos, habens iram magnam, *patrem nostrum, qui est in caelis,* oramus pro hoc specialiter: *ne nos inducat in temptationem* hanc, *sed liberet nos a malo* huius temptationis. Nobis dormientibus inimicus superseminavit zizania in agro aecclesiae. Expectamus, donec angeli messores Dei alligent zizaniorum fasciculos ad comburendum. Num ideo dicimur [nos[b]] excommunicati? O quot[c] manipulos tritici eradicavit[d], qui ante [ad[e]] tempus zizania a tritico discernere festinat. Quis[f] iure reprehendet, quod episcopus partibus domini sui favet, cui promissam cum iuramento fidelitatem debet? Periurium nemo dubitat esse grande peccatum. Deus[g] solus iurat et non penitet eum, quia sapientia custodit praecepta iuramenti Dei. Sed nos, quos iurasse sepe penitet, iurare prohibemur. Si iurat homo, iubet Deus, ut reddat domino iuramentum suum. Hoc[h] nec ignorant illi, qui regnum et sacerdotium scindentes novello scismate et novellis, ut quibusdam videtur[i], tradicio-

Apoc. 10, 7. ib. 12, 12. cf. Matth. 6, 9. 13. ib. 13, 25. ib. 13, 30. Ps. 109, 4. Eccli. 8, 1. 2. Matth. 5, 32.

a) p̄tenentes 2. b) iactant se 1. c) Ob hoc *Gold. Sch.* d) quomodo 1c. e) sumus 1a.b. f) esse exc. *Cr.* g) Nychodemus 1b; Nicodemus *Cr.* h) ab ipso prius 2. i) Nec — complessent *om.* 1c. k) nihil 2. l) celos 2. m) ptin ptingentem 1b. n) videt 1. o) H. fil. hom. *des. Cr.* p) nonne 1c; non 1a.b. *Cr.* q) p̄sides 2. r) Quod 1a. s) ascendere *Cr.* t) *deest* 1b. u) *deest* 2. v) Super filium hominis ascendentis; cum verbo et exemplo humiles sustollitis. Super filium hominis descenditis; cum humilibus compatiendo descenditis 2. w) descenditis 1b. x) pro excommunicatis 1. y) *om.* 1c. z) erubescunt 2. *Cr.* a) sath. 1. b) *deest* 2. *Cr.* c) quod 1a.b. d) eradicabit 1b; eradicaverit 1c. e) *deest* 1. f) Qui 1b. g) Deus — prohibemus *om.* 1c. h) Hoc — per quod iuravit regi fidelitatem *om.* 1c. i) placet 1.

1) *Cf. Sigeberti Chron.* 1074 *(SS. VI, p.* 363*):* ut de Montanis dicit Eusebius, sub nomine oblationum artificiosius munera accipiunt. *J.* 2) *Coloniensi.* 3) *Otberto.* 4) *Heinrici IV.*

nibus illos, qui regi periurant, se a culpa periurii absolvere promittunt; non attendentes[a], quod Ezechiel[b] ex ore Dei dicat de Sedechia, qui periuravit domino suo regi Nabu-
Ez. 17, 15. chodonosor: *Qui solvit*[c], inquit, *pactum*[d], *numquid diffugiet?* Hoc Ieronimus sic exponit[1]: *Ex hoc*[e] *etiam*[f] *discimus inter hostes servandam fidem; et non considerandum cui, sed per quem iuraveris. Multo enim melior inventus est ille, qui propter nomen Dei tibi credidit et deceptus est, quam*[g] *tu, qui per occasionem divinae maiestatis hosti tuo immo iam amico molitus es insidias.* Quid laboramus in colligendis exemplis vitandi periurii? Tercium decalogi mandatum de corde et ore Dei prolatum eiusque
Ex. 20, 7. digito scriptum hoc est: *Non assumes nomen domini Dei tui in vanum; nec enim habebit insontem Dominus eum, qui assumpserit nomen Dei*[h] *sui frustra.* Cum tria prima decalogi mandata ad cultum Dei pertineant, diligenter inspicientibus videtur, quod in hoc tercio decalogi mandato cetera mandata pendeant. Quia, cum fit quod Deus fieri praecepit vel non fit quod Deus[i] fieri prohibet, ideo utique fit vel non fit, ut nomen praecipientis vel prohibentis Dei non assumatur in vanum. Quis magis assumit nomen Dei in vanum quam ille, qui violat hoc, quod per nomen Dei iurat? Deus iubet, ne per caelum,
Matth. 5, 34—36. ne per terram, ne per caput meum iurem, ne forte periurem. Si culpa est periurare per creaturam Dei, quam gravius peccat qui per creatorem Deum periurat? Hinc omnes perpenditis, quod sit reus capitis qui non reddit cesari quae sunt cesaris, secundum decretum Dei, vel qui regem inhonorat contra decretum apostoli vel peiurando assumit nomen Dei in vanum, per quod iuravit regi fidelitatem. Ecce, quare excommunicati dicimur. Sed quare 'pseudoclerici'[k] vocamur? qui canonice viventes operibus meremur, ut clerici vocemur. Non est, 'non[l] est' inquam, de sorte Dei, qui vult nos excludere a sorte Dei. Non tales, o mater ecclesia, nutristi, ut merito vocemur pseudoclerici[k]. Quia
Prov. 29, 15. enim nos voluntati nostrae non dimisisti, non confundemus te matrem nostram. Mirum est de domno Pascasio[m], quoniam[n], si[o] convicia venalia invenit, bona mercatione videtur ea accepisse, quae tanta in nos profundit[p] facilitate. Modo enim nos excommunicatos
Ps. 44, 2. nominat, modo pseudoclericos ex motu animi vocat. Eructavit[q] cor David regis et[r] prophetae verbum bonum; evomuit[s] cor domni Pascasii[t] vile convicium, prout vetulae
1. Petr. 5, 3. et textrices[u] faciunt. Petrus[v] apostolus docet: *Non dominantes in clero, sed forma*
Gal. 4, 19. *facti gregis.* Paulus apostolus ad Galathas delinquentes ait: *Filioli mei, quos iterum parturio in Domino.* Hos igitur attendat[w] domnus Pascasius pios ammonitores, non impios conviciatores. Maledictum excommunicationis domnus Pascasius[x] nobis improperat; sed illud ante omnia timemus, quod Spiritus sanctus per os psalmistae dicit:
Ps. 118, 25. *Maledicti omnes qui declinant a mandatis tuis.* Maledictum [vero[y]] excommunicationis, quod ex novella tradicione Hildebrandus, Odardus[2] et iste tercius[3] indiscrete protulerunt, omnino abicimus. Et priores sanctos patres usque nunc veneramur et tenemus, qui — dictante Spiritu sancto, non animi motu — in maioribus et minoribus potestatibus graviter delinquentibus quaedam dissimulaverunt, quaedam correxerunt, quaedam toleraverunt.

7. Dominus noster episcopus communicat regi et imperatori suo, cui ex regalibus eius acceptis fidelitatem iuravit. Nimium effluxit tempus, quo haec consuetudo incepit[z];

a) adt. 1. b) Iezechiel 1[a]. c) solum 2. d) peccatum 2. e) quo disc. *Hier.* f) disc. etiam 2. g) te qui *Hier.* h) Domini 1[a]. i) f. D. 2. k) speudoclerici 1[b]. l) non est *des.* 2. m) Paschasio 1[b.c]. n) quomodo 2. o) *om.* 1[c]; sic *Cr.* p) profudit 1[c]. q) eructuavit 1[b]. r) et proph. *om. Cr.* s) evomit 1[a]. t) Paschasium 1[a]; Paschasii 1[b]. u) dextrices 1[a]; meretrices 2; *cf. Sigeb. Apologia c.* 2, *supra p.* 438. v) Petrus — id est eorum beneficiis eos interficiant *om.* 1[c]. w) adt. 1. x) Paschasius 1. y) *deest* 1. *Cr.* z) cepit 1[b].

1) *Hieronymi Comment. in Ezech. V, c.* 17, *Opp. V, col.* 193. 2) *Urbanus II.* 3) *Paschalis II.*

et sub hac consuetudine migraverunt a seculo sancti[1] et reverentes episcopi, reddentes caesari que erant cesaris et Deo quae erant Dei. Sed quid dicit Ambrosius super Lucam? *Si Christus,* inquit[2], *non habuit imaginem cesaris, cur dedit censum? Non de suo dedit; sed reddidit mundo quod erat mundi. Et tu, si non vis esse obnoxius cesari, noli habere quae mundi sunt; sed si habes divitias, obnoxius*[a] *es cesari. Si vis igitur nichil debere regi terreno, dimitte omnia et sequere Christum.* Item Augustinus super Iohannem[3]: *Apostolus voluit serviri regibus, voluit honorari reges, et dixit: 'Regem reveremini'. Nolite dicere: 'Quid*[b] *mihi et regi?' Quid tibi ergo et possessioni? Per iura regum possidentur possessiones; per imperatores et reges seculi Deus iura humana distribuit generi humano*[4]. Igitur ex verbis istorum et aliorum sanctorum[c] patrum consulant sibi episcopi regibus et imperatoribus obnoxii ex eorum regalibus acceptis; ne proprio gladio, id est eorum beneficiis, eos interficiant. Si quis denique respectu sancti Spiritus vetus et novum testamentum gestaque revol- Iudith. 9,19.
verit, patenter inveniet: quod aut minime aut difficile possunt reges et imperatores excommunicari secundum ethimologiam nominum illorum et iuxta determinationem excommunicationis. Et adhuc sub iudice lis est. Ammoneri quidem possunt, increpari, Hor. de arte poet. v. 78.
argui a timoratis et discretis viris; quia quos Christus in terris rex regum vice sua constituit dampnandos et[d] salvandos suo iudicio reliquit[e]. Ecce, quare excommunicati vocamur: eo quod sanctos et moderatos et antiquos patres tenemus et pro posse imitamur.

Episcopum, archiepiscopum nostrum, provincialem et conprovincialem synodum[f] ex antiqua traditione tenemus; et quicquid ibi de scripturis sanctis diffinitum fuerit, Romam non refertur usque ad graviora negocia, de quibus non invenitur in scripturis sanctis[g] auctoritas. Illos vero legatos a latere Romani episcopi exeuntes et ad ditanda marsupia[h] discurrentes omnino refutamus; sicut temporibus Zozimi, Celestini, Bonifacii concilia Affricana[i] probaverunt. Etenim — ut a fructibus eorum cognoscamus[k] eos Matth. 7, 16.
— non morum correctio, non vitae emendatio, sed inde hominum cedes et aecclesiarum Dei proveniunt depraedationes. Quia igitur antiquae regulae inheremus et non omni vento doctrinae circumferimur, ecce, unde excommunicati vocamur[l].

8. Verum domnus Pascasius[m] cur 'pseudoclericos' nos vocat? Pseudoapostoli adulterabant verbum Dei[n], quos dampnat Paulus[o] in epistolis suis. Nos[p] non adulte- 2.Cor. 11, 13.
ramus, sed fidem catholicam per Dei gratiam tenemus, fidei catholicae opera in[q] Deo exequimur. Regulam canonicam ex patrum traditione habemus et reveremur; secundum illam vivimus, diiudicamur, satisfacimus, absolvimur. Consiliis regum aut imperatorum aut in isto aut in illo non intersumus; quia nostrae superiores potestates tale negocium habent inter manus, qui ex vestigiis antecessorum prudenter tractabunt. Cur[r] ergo domnus Pascasius vult, ut exsolvamus quod non rapuimus? ut[s] pseudoclerici vocemur, ubi rectam lineam tenemus? Pocius deposito spiritu praesumptionis cum suis consiliariis sollerter recolligat: quomodo a beato Silvestro usque ad Hildebrandum sedem Romanam papae obtinuerint; et quot et quanta inaudita ex ambitione illius sedis perpetrata sint; et quomodo per reges et inperatores diffinita sint, et pseudopapae dampnati

a) obnoxius — terreno *om.* 2. b) q 1[b]. c) *om.* 2. d) vel 2. e) reliquid 1[a.b]. f) sin. 2. g) sacris 1[b]. h) marsuppia 1[c]. i) Afric. 2. k) agnoscamus 2. l) dicimur 1. m) Paschasius 1. n) Domini 1[c]. o) apostolus 1[b]. p) *om.* 1[c]. q) in Deo *om.* 1[b]. r) Cur — perhibe de malo *om.* 1[c]. s) *deest* 2.

1) *Cf. Placidum Nonantul. c.* 81, *ed. Pez, Thesaurus I, p.* 2, *col.* 125. 2) *Expos. euang. Lucae IX,* § 35, *Opp. ed. Bened. I, col.* 1502. 3) *In euang. Ioh. tractat. VI, c.* 26, *Opp. ed. Bened. III,* 2, *col.* 341. 4) *Ibid. VI, c.* 25, *l. l.*

et abdicati sint[1]. Et ibi plus valuit virtus imperialis, quam excommunicatio Hildebrandi, Odardi, Pascasii[a].

Ioh. 18, 23. Dominus in euangelio dicit: *Si male*[b] *locutus sum, testimonium*[c] *perhibe de malo.* Et Paulus apostolus in faciem Petro principi apostolorum restitit. Ergo remoto Romanae ambicionis typo[d], cur de gravibus et manifestis non reprehendantur et corrigantur Romani episcopi? Qui reprehendi et corrigi non vult, pseudo[e] est, sive episcopus sive clericus. Nos vero per misericordiam Dei iuxta regulam obedientes et corrigibiles sumus; et scisma et symoniam et excommunicationem per omnia dictante ratione et Spiritu sancto vitare volumus. Ex[f] verbis beati Augustini[2]: *Reges et imperatores ex legibus promulgatis nihil ab hereticis in hoc mundo possideri voluerunt.* Igitur, cum non simus heretici et hoc sit ius regum et imperatorum, quare domnus Pascasius[g] solo contentus spirituali gladio inmittit Robertum[h] armigerum suum ad devastandos fundos et villas aecclesiarum? Quae etsi devastanda essent, edicto regum et imperatorum

Rom. 13, 4. devastari deberent; qui non[i] sine causa gladium portant. Ecce solutus est sathanas[k],

Apoc. 20, 7. ib. 12, 12. habens iram magnam. Quem exterreat [a[l] nobis] valida manus Dei! Quod excommunicati dicimur, non gravius iusto feras. Quia, ut credimus, nos[m] ab excommunicatione excipiet saltem ipsa Romanorum auctoritas. Hildebrandus[n] papa — qui auctor est huius novelli scismatis, et primus levavit sacerdotalem lanceam contra diadema regni — primo indiscrete Heinrico faventes excommunicavit; sed reprehendens se intemperantiae excepit ab excommunicatione illos, qui imperatori adherebant necessaria et debita subiectione, non voluntate faciendi vel consiliandi malum; et hoc pro decreto scripsit[3].

9. *Nec in hac*[o] *parte tantum, sed ubicunque poteris H[einricum] hereticorum caput et eius fautores persequaris. Nullum profecto Deo gratius sacrificium offerre poteris, quam si eum inpugnes, qui se contra Deum erexit, qui aecclesiae Dei regnum auferre conatur, qui in loco sancto Symonis*[p] *idolum statuit, qui a principibus Dei sanctis apostolis eorumque vicariis de aecclesiae domo sancti Spiritus iudicio expulsus est.* Cum Alaricus rex Gotthorum[q] iret ad capiendam Romam, monitus a quodam servo Dei, ut ab his malis cessaret: 'Non volens' inquit 'vado Romam; vir enim quidam me cottidie torquens urget, ut eam ad destruendam Romam'[4]. Hoc exemplo urget apostolicus armigerum suum, ut totum depopuletur regnum; quod non potest fieri sine cede et sanguine et aecclesiarum Dei depopulatione. Alaricus quidem[r] in hoc mitior fuit, qui capta Roma ecclesiis Dei[s] pepercit et a cede hominum abstinuit. Nunc nihil excepto inmittitur R[obertus] ab apostolico: ut non solum in Cameracenses et nos Leodicenses[t], sed totus feratur ad dispergendos[u] omnes. Quis clamabit[v] modo cum Ysaia[w]:

Is. 52, 7. *Quam pulchri super*[x] *montes pedes praedicantis et annuntiantis pacem, annuntiantis*

cf. Ps. 68, 10. *bonum, praedicantis salutem?* Eum, qui deberet esse praedicator pacis, zelus Dei adeo comedit, ut etiam in amicos pacis distringat gladium belli. Qualem enim zelum habuit

cf. Ioh. 18, 10. Petrus in amputanda auricula Malchi, qui 'rex' interpretatur[5], talem zelum habet modo vicarius Petri in amputanda auricula 'regis heretici', in quem omnimodis invehitur[y]. Dum enim eum[z] 'hereticorum caput, Dei rebellem, aecclesiastici regni invasorem,

a) Paschasii 1[a.c]. b) malum 2. c) perh. test. 2. d) tipo 2. e) speudo 1[b]. f) Ex verbis — ad dispergendos omnes *om.* 1[c]. g) Paschas. 1. h) Rodbertum 2. i) *om.* 1[a]. k) satanas 1. l) *des.* 1. m) *ita* 2. *Cr.*; ab exc. nos 1. n) hyldebr. 1[a]. o) *deest Cr.* p) sim. 2. q) Goth. 1. r) qꝫ 2. s) *om.* 1[c]. t) leodienses 2. u) disperdendos 2. v) clamat 1[c]. w) Esaia *Cr.* x) supra 1[a.b]. y) invehimur 2. z) *deest* 1.

1) *Cf. Dicta cuiusdam, Libelli I, p.* 456—460. 2) *In Ioh. euang. c.* 1, *Tract. VI,* § 25, *Opp. III,* 2, *col.* 341; *cf. contra epistolam Parmeniani l. I, c.* 11, § 18, *Opp. IX, col.* 23. 3) *Acta conc. Rom. a.* 1078, *Febr.* 27 — *Mart.* 2; *Jaffé, Bibl. II, p.* 309. 4) *Hist. Tripart. l. XI, c.* 9, *ed. Garetius col.* 368. 5) *Hieronymi V. Malchi, Opp. I* (1579), *col.* 116.

symoniaci[a] idoli[b] adoratorem, ab apostolis et apostolicis excommunicatum' vocat, quasi tot ictus ictibus addit et tot vulnera animae eius infligit, ut, si infirmus in fide esset, desperare posset. Sed qui in feriendo Petrum imitatur, etiam in recondendo gladio Petrum imitetur. Qui enim sanavit auriculam Malchi, potest etiam[c] sanare auriculam 'regis heretici[d]'. Si talis est, quod absit, et pro nobis dolemus et ipsi domino nostro condolemus. Luc. 22, 51.

Nihil modo pro imperatore nostro dicimus. Sed hoc dicimus, quod[e], etiamsi talis esset, tamen eum principari[f] nobis pateremur; quia, ut talis nobis principetur, peccando meremur. Esto, concedimus vobis inviti eum talem esse, qualem dicitis. Nec talis a[g] nobis repellendus esset armis contra eum sumptis, sed precibus ad Deum fusis[1]. Contra Pharaonem, cuius cor contra Deum induravit[h], Moyses ranam, muscam, locustam grandinemque induxerat. Has tamen plagas non nisi orando extensis in caelum manibus avertere potuit. Et[i] Paulus: *Obsecro,* inquit, *primo omnium fieri orationes pro regibus et pro omnibus, qui in sublimitate sunt constituti.* Reges illius tem- poris, pro quibus Paulus orare[k] obsecrabat, non catholici[l], non christiani erant. Baruch quoque ex ore Ieremiae scribit Iudeis a rege Babylonis[m] captivatis: *Orate pro vita[n] Nabuchodonosor regis et Balthasar filii eius, ut sint dies ipsorum[o] sicut dies caeli super terram; et det Dominus virtutem nobis et illuminet oculos nostros, ut vivamus sub umbra Nabuchodonosor regis Babylonis[m] et Balthasar[p] filii eius; ut serviamus ei multis diebus et inveniamus gratiam in conspectu[q] eorum.* Cur pro malis regibus orari debeat, Paulus dicit; scilicet: *ut tranquillam vitam agamus.* Esset apostolicum imitari apostolum; esset propheticum, imitari prophetam. Sed peccatis nostris merentibus apostolicus, qui etiam modo orare deberet pro rege quamvis[r] peccatore, ut tranquillam et quietam vitam agamus, agit bellando, ne tranquillam et quietam vitam agamus. 1. Tim. 2, 1. Bar. 1, 11. 12. 1. Tim. 2, 2.

10. Cum ita sibi consonent apostolica et prophetica verba, quaero humiliter ego filia a matre mea sancta Romana ecclesia: unde haec auctoritas apostolico, ut praeter spiritualem gladium exerat in subiectos alterum occisionis gladium? Non ago pro rege, sed pro aecclesiarum matre, cuius parti timemus nos, eius filiae. Si enim David non meruit aedificare[s] templum Dei, quia vir sanguinum erat, summus pontifex, si vel stilla[t] sanguinis vestem eius tetigerit, quomodo in sancta sanctorum introibit cum sanguine Christi, quem offerat[u] pro sua et populi ignorantia? O[v] utinam non cum Pilato tantum lavet manus suas dicens: *Mundus ego sum a sanguine innocentum,* sed etiam cum Petro dicat: *Domine, lava non tantum pedes meos, sed manus et caput.* Iudei non excusaverunt manus suas a sanguine Christi, quem ipsi hora tercia linguis suis, hora sexta manibus Romanorum crucifixerunt. Apostolicus vero se excusans dicit[w] cum Paulo: *Mundus ego[x] sum a sanguine omnium vestrum.* Quis pontificum Romanorum suis unquam decretis auctorizavit, ut debeat pontifex gladio belli in peccantes uti? Gregorius, primus huius[y] nominis papa, quid omnes ante se papae super hoc senserint et quid omnes post se sentire debeant, ostendit, scribens Sabiniano diacono[2]: *Unum est, quod humiliter suggeras serenissimis dominis nostris, quia, si ego servus* 1. Par. 22, 8. Hebr. 9, 7. Matth. 27, 24. Ioh. 13, 9. Act. 20, 26.

a) sim. 2. b) ydoli $1^{a.b}$. c) san. et. 2. d) *alia manus adiecit* Henrici *in margine* 1^{b}. e) *deest* 1^{c}. f) nobis princ. 2. g) repell. ess. a. n. 2. h) induruit 1^{c}. i) Et 1^{b}. k) orari *Cr.* l) erant *add.* 1^{b}. m) babil. 2. n) Nab. r. v. 2. o) eorum 1^{b}. p) baltasar 2. q) oculis 1^{b}. r) licet 2. s) edifficare 1. t) *ante* stilla *erat* summa; *punctis del.* 2. u) offert 2. v) O — a sanguine omnium vestrum *om.* 1^{c}. w) dicet 2. x) sum ego 2. y) huius — a primo Gregorio contenti *om.* 1^{c}, *ubi pro iisdem verbis nihil legitur nisi* et ab eo omnes.

1) *Cf. Hugo Floriac. I, c.* 4 *(infra p.* 471*)*: pravis regibus spiritualibus potius orationibus quam armis carnalibus resistendum. 2) *Epist. IV,* 47, *Opp. II, col.* 735*; idem locus apud Hugonem Floriac. I, c.* 13.

eorum in mortem vel Longobardorum[a] *me miscere voluissem*[b], *hodie Longobardorum gens nec regem nec duces nec comites haberent*[c] *atque in summa confusione essent*[c]. *Sed quia Deum timeo, in mortem cuiuslibet hominis me miscere formido.* Hoc exemplo omnes a primo Gregorio contenti utebantur solo gladio spirituali usque ad ultimum Gregorium, id est ad Hildebrandum[d], qui primus se et suo exemplo alios pontifices contra imperatorem accinxit gladio belli. Quis[e] possit regem arguere, melius nobis in-
Iob 34, 18. tellexit Heliu, qui in libro Iob de Deo ait: *Qui vocat duces impios,* et: *Qui regnare*
ib. 30. *facit hipocritam*[f] *propter peccata populi.* Quod Gregorius exponens: *Nullus,* inquit, *qui talem rectorem patitur, eum, quem patitur, accuset*[g]*; quia nimirum sui fuit meriti, perversi rectoris subiacere ditioni. Culpam ergo proprii magis accuset*[g] *operis quam*
Os. 13, 11. *iniusticiam*[h] *gubernantis. Scriptum namque est: 'Dabo*[i] *tibi reges in furore meo'. Quid ergo illos nobis preesse despicimus, quorum super nos regimina ex Domini furore suscipimus*[i]*? Sic*[2] *ergo secundum merita subditorum tribuuntur personae regentium, ut sepe, qui videntur boni, accepto mox regimine permutentur*[k]*; sicut Saul, qui cor cum dignitate mutavit. Sic ergo pro qualitatibus subditorum disponuntur acta regentium, ut sepe pro malo gregis etiam vera*[l] *boni rectoris vita delinquat. Certum vero est, quod ita sibi invicem et rectorum et plebium merita connectantur*[m]*, ut sepe ex culpa rectorum*[n] *deterior fiat vita plebium, et sepe ex merito plebium mutetur vita rectorum*[n]*. Sed*[3] *quia rectores habent iudicem Deum*[o]*, magna cautela subditorum est non temere iudicare vitam regentium.* Haec Gregorii verba agunt pro nobis: quod vos Deo iudi-
Am. 5, 15. cium suum tollatis; nec attendatis[p], quod dicit Amos propheta: *Ve desiderantibus diem Domini.* Diem Domini desiderat qui iniuste vel inportune vel intempestive de subiectis iudicat vel voto cordis iudicium Dei preoptat. Non dicimus, imperatorem nostrum esse ipocritam[q]. Sed vos, qui eum habetis pro ipocrita, miramur, quod non atten-
cf. Iob 34, 30. datis[p]: qua causa Deus regnare faciat ipocritam. Si enim cessarit causa peccati, cessabit et pena peccati[r].

11. Quid de eo dicimus, quod H[einricum] 'ab apostolis et apostolicis viris excommunicatum sancti Spiritus iudicio' dicit? Nimis illum detestatur, quem nec regis nec imperatoris nomine dignatur. Quis poterit discernere causam regni a causa sacer-
cf. Phil. 4, 7. dotii? Nisi pax Dei, quae exuperat omnem sensum, copulet regnum et sacerdotium uno angulari lapide concordiae, vacillabit[s] structura ecclesiae super fidei fundamentum. Ut potestatem regni probat vel improbat causa modusque regendi[t], sic potestatem sacerdotii probat vel improbat causa modusque ligandi et solvendi. Nam Clemens scribit dixisse Petrum[4]: *Ligabis*[u] *quod oportet ligari, et solves*[u] *quod expedit solvi;* et: *Qui preest ceteris, oportet agere vicem medici, non bestiali furore commoveri.*
Eccli. 10, 11. Qui[v] ergo debet agere vicem medici, audiat etiam consilium sapientiae: *Omnis,* inquit,
ib. 12. *potentatus brevis est vita. Languor*[w] *prolixior gravat medicum. Brevem languorem*[w] *precidit medicus. Sic et rex hodie est et*[r] *cras morietur.* Cum ab omnibus indicatur prelato virtus discretionis[x], quare apostolici succedentes sibi invicem quasi hereditario bello excommunicandi indiscrete in regem insurgunt, cui pro regali dignitate etiam ipsi subici iubentur[5]? Qui excommunicatur Spiritus[y] sancti iudicio, utique repellendus est

a) langob. 2. b) voluisse 2. c) haberet — esset *Cr.* d) Hiltebrandum 1[c]. e) Quis — imperatoris nomine dignatur *om.* 1[c]. f) hypocr. 1. g) acuset. 2. h) iusticiam 1. i) *ita Greg.* 2; suscepimus 1. k) permutantur 2. l) vere boni delinquat pastoris vita *Greg.* m) conectantur 2. n) pastorum *Greg.* o) suum *Greg.* p) adt. 1. q) ypocr. 1. r) *deest* 2. s) vacillabat 1. t) regendi — modusque *om.* 1[c]. u) ligabit — solvet *Cl.* v) Qui — sancti spiritus iudicio *des.* 1[c]. w) Langor 2. x) *alia manu add.* interrogatio 1[b]. y) s. spir. 1.

1) *Moralium XXV, c.* 14, § 34, *Opp. I, col.* 807. 2) *Ibid.* § 35. 3) *Ibid.* § 36. 4) *Epist. Clementis ad Iacobum fr.* § 2, *Decretales Ps.-Isid. ed. Hinschius p.* 31. 5) *Hugo Floriac. I, c.* 3 *(p.* 468*):* Unde rite regi subiacere videntur omnes regni ipsius episcopi *etc.*

a Dei domo. Quocienscunque autem aliquis excommunicatur aut ex causae aut ex personae preiudicio, quis dicat hunc excommunicatum esse sancti Spiritus iudicio? Dicitis cum Gregorio[1]: *Quoquo modo*[a] *liget pastor, timeat grex vinculum pastoris.* Dicimus et nos cum Gregorio[2]: *Ligandi et solvendi potestate se privat qui subiectos pro suo velle et non pro eorum merito ligat et solvit.* Dicitis: 'Quoquo modo excommunicatur, si morte prevenitur, dampnatur'. Hic nobis succurrit Romanae ecclesiae auctoritas. Gregorius enim scripto et facto auctorizavit, quod potest Romanus praesul absolvere excommunicatum iniuste ab aliquo. Si hoc potest Romanus praesul, quis neget etiam Deum posse absolvere, si quem presul Romanus iniuste excommunicaverit? Nemo enim ledi potest ab alio, nisi prius ledatur a semet ipso[3].

12. *Nullum profecto,* inquit, *gratius Deo sacrificium offerre poteris.* Qualiter hoc sacrificio nihil sit gratius Deo, quero a te, o mater mea, Romana ecclesia. Deo enim non placet sacrificium, nisi sit mundum et inmaculatum, ita[b] ut etiam illum, qui offert, faciat mundum et inmaculatum. Ideo enim lex in pascha offerebat Deo agnum inmaculatum, ut etiam offerentes essent inmaculati. Quomodo ergo tam gratum est Deo hoc bellandi sacrificium, quod non potest fieri sine macula culparum? Dicit[c] enim Malachias: *Si offeras Deo pecus claudum, cecum vel languidum, nonne malum est?* Apostolicus, qui hoc sacrificium belli indicit R[oberto] filio suo, vellet puto redire ad zelum Finees, vellet facere quod fecit Moyses, ut manus levitarum consecret in sanguine[d] fratrum suorum. Perierunt filii Aaron offerentes ignem alienum; utinam non pereat hic, qui etiam modo offert Deo ignem alienum et non illum ignem, quem venit Iesus mittere in terram et vult, ut ardeat. Quomodo, inquam, gratum est Deo sacrificium, quod non videtur esse mundum et inmaculatum? Sacrificium de rapinis pauperum erit gratum illi, qui odit rapinam in holocaustum? Nec sacrificio de lacrimis viduarum et pupillorum delectabitur Deus, ut ait Iesus, filius Sirach[e]: *Non despiciet Deus gemitum pupilli et viduae. Nonne lacrimae viduae ad maxillam descendunt et a*[f] *maxilla ascendunt usque ad caelum et Dominus non delectabitur in illis.* Sacrificium de oppressionibus aecclesiarum quomodo grate accipiet ille, qui dixit: *Ad quem respiciam nisi ad pauperculum et contritum spiritu et trementem sermones meos.* Hac calamitate apostolici belli quot[g] sunt oppressi, de quibus Deus dicit: *Qui tangit vos, tangit pupillam oculi mei.* Sacrificium humano sanguine inquinatum, miror, si placebit illi qui dixit: *De manu cunctarum bestiarum et de manu hominis sanguinem hominis requiram.* Quod per modos sacrificandi discurrendo[h] querimus, Iesus in euangelio tribus pene verbis concludit: *Omnis sacrificans*[i] *igne salietur, et omnis victima sale salietur.* Quam plane est[k] hoc conclusum: quis grate Deo sacrificet vel quod sit gratum Deo sacrificium. Si sacrificans igne sancti Spiritus salietur, victima quoque sacrificantis sale sapientiae salitur. Et penetrans Iesus altius ad intentiones cordis, addit: *Bonum est sal. Quodsi sal insulsum fuerit, in quo condietis illud? Habete in vobis salem, et pacem habete inter vos.* Tenorem huius euangelici capituli quis melius exponet, quam rei et presentis temporis consequentia? Non possumus habere pacem inter nos, nisi habeamus salem in nobis. Sed salem non habemus in nobis. Ideo non habemus pacem inter nos.

cf. Lev. 3, 1. Ex. 12, 5. Malach. 1, 8. cf. Num. 25, 7. 8. Ex. 32, 29. Lev. 10, 1. 2. Luc. 12, 49. Is. 61, 8. Eccl. 35, 17. ib. 18. ib. 19. Is. 66, 2. Zach. 2, 8. Gen. 9, 5. Marc. 9, 48. ib. 49.

13. *Hoc,* inquit, *tibi ac militibus tuis in peccatorum remissionem et apostolicae sedis familiaritatem precipimus, ut his laboribus et triumphis ad caelestem Ierusalem*

a) Quomodo 1[c]. b) ita — inmaculatum *om. Cr.* c) Dicit — ardeat *om.* 1[c]. d) sanguinem 1[b]. e) Syrach 1[a. b]. f) ad 1. g) quod 1[a. b]. h) disc. quer. *om. Cr.* i) victima 2. k) hic est 1.

1) *In euang. II, hom. XXVI,* § 6, *Opp. I, col.* 1556. 2) *Cf. ibid.* § 5, *col.* 1555.

3) *Quam sententiam Iohannes Chrysostomus libro proprio inscripto:* Liber quod qui se ipsum non laedit nemo laedere possit *exposuit.*

pervenias. Hactenus euangelicis, apostolicis et propheticis testimoniis innitebamur; et quod minus habebat materia augebat exemplorum copia. Hic vero quid dicam nescio; quo me vertam non video. Si enim utriusque legis totam bibliothecam, si omnes totius bibliothecae veteres expositores revolvam, exemplum[a] huius apostolici precepti non inveniam. Solus Hildebrandus[b] papa ultimam manum[c] sacris canonibus inposuit, quem legimus precepisse Mathildi[d] marchisae[e] in remissionem peccatorum suorum, ut debellaret H[einricum] imperatorem. Quod iuste nec ne ipse vel alii fecerint, nulla auctoritate discimus. Hoc solum discimus[f], quia non potest aliquis aliquem indiscrete
cf. Ioh. 11, 33. 35. solvere vel ligare. Ad hoc occurrit nobis ex euangelio exemplum. Iesus Christus totum hominem sine peccato agens, resuscitaturus Lazarum, videns alios pro illo plorantes, fremuit spiritu, turbavit semet ipsum, lacrimatus est. Rursum[g] fremuit in semet ipso; iussit tolli lapidem mortuo superpositum, elevatis oculis oravit, voce magna clamavit: *Lazare, veni foras.* Quo prodeunte, ligatis manibus ac pedibus institis et sudario facie ligata, dixit Iesus discipulis, ut solverent eum. Ecce in Lazaro peccatorem, in Iesu video predicatorem[h]. Quot affectus ostendit Iesus in Lazaro suscitando, tot ostendat[i] predicator in peccatore suscitando. Si peccator vel pro peccatore predicator turbaverit se ipsum penitendo, si lacrimatus fuerit, si clamaverit: 'Veni foras confitendo peccata', si tulerit lapidem de duro corde peccantis, tandem ad iussum Dei solvat institas excommunicationis, tollat etiam a facie eius laboriosum penitentiae sudarium et sic liberum sinat abire. Hinc Gregorius ait[l]: *Mortificat non morientem, qui iustum dampnat. Nititur vivificare non victurum, qui reum supplicio solvere conatur. Vera*[a] *est absolutio presidentis, cum sequitur arbitrium interni iudicis. Sic*[k] *discipuli Lazarum iam viventem solvunt, quem Iesus suscitaverat mortuum. Si enim mortuum solverent, fetorem magis ostenderent quam virtutem.* Hec Gregorius. Hunc morem discrete ligandi et solvendi hactenus tenebas et nobis tenendum mandabas, o sancta mater[l] Romana ecclesia. Unde ergo hec nova auctoritas, per quam reis sine confessione et penitentia offertur preteritorum peccatorum inpunitas et futurorum libertas? Quantam fenestram maliciae per hoc patefecisti hominibus!

ib. 38—43.

Ioh. 11, 44.

cf. Matth. 6, 13. Te, o mater, liberet Deus ab omni malo. Sit Iesus tibi ostium[m], sit ostiarius.
cf. Ioh. 10, 3. Nullus in te introeat, nisi cui ostiarius aperuerit. Te, inquam, tuumque presulem liberet
Mich. 3, 5. Deus etiam ab his, qui, ut ait Micheas[n] propheta, *seducunt populum Dei, qui mordent dentibus suis et predicant pacem; et si quis non dederit in ore eorum quippiam, sanctificant super eum bellum.*

EXPLICIT[o].

a) exexmplum 1^b. b) hiltebr. 1^c. c) manus 1^c. d) *ita Cr.* 2; Maethildae 1^a; Methildae 1^b; Mathildae 1^c. e) marchionise 1^b. *Cr.* f) dicimus 2. *Cr.* g) Rursum — solverent eum *om.* 1^c, *ubi legitur:* et cetera usque illuc solvite et sinite abire. h) dicatorem 2. i) tot affectus ostendit 1. k) Ecce illum discipuli iam viv. solv., quem magister *etc. Greg.* l) m. s. 1^b. m) hostium 1^b. n) mycheas 1^b. o) *deest* 1^a. 2.

1) *In euang. II, hom. XXVI,* § 5, *Opp. ed. Bened. t. I, col.* 1555. 2) *Ibid.* § 6, *l. l. col.* 1556.

HUGONIS MONACHI FLORIACENSIS TRACTATUS DE REGIA POTESTATE ET SACERDOTALI DIGNITATE.

EDIDIT

ERNESTUS SACKUR.

De vita operibusque Hugonis de Sancta Maria, monachi Floriacensis, hic agere supersedere possum, cum quae de illo auctore dicenda erant, G. Waitz iam SS. IX, p. 337 sqq. proprio acumine exposuerit. Liceat tamen hoc loco addere Miracula S. Benedicti, quae continuavit, tantum usque ad a. 1117. deducta esse, unde auctorem eodem anno vitam terminasse recte conicias.

Quid autem de tractatu de regia potestate et sacerdotali dignitate composito censendum sit, in Annalibus nostris XVI, p. 369—386. fusius demonstravi, ita ut summam hic facere sufficiat. Hoc igitur libro Hugo inprimis in Gregorium VII. eiusque asseclas invehitur, qui terrenum regnum non a Deo, sed ab hominibus pravis initium cepisse contendebant[1]*. Primo libro, quo iura officiaque regis et sacerdotis animo regi propensiore definierat, concluso alterum annexuit, quo 'Deum duas specialiter potestates in aecclesia sua sancta collocavisse atque constituisse, regiam videlicet et sacerdotalem' exemplis e scriptura sacra historiaque profana sumptis probare sibi proposuerat. De auctoribus ab eo adhibitis inquirenti praeter sacros libros veteris ac novi testamenti amplissimus chronici Hugonis Flaviniacensis usus occurrit*[2]*, unde plurima exempla historica sententiasque verbis saepius iisdem hausisse cognoscitur. Quas particulas monachus Floriacensis e chronico undecumque exscripsit: modo enim Gregorii VII. epistolas*[3]*, modo aliorum patrum testimonia allata, modo abbatis Flaviniacensis propria dicta sibi vindicavit. Quae cum ita sint, vix quisquam dubitabit, quin Hugo noster, cum aequivoci opus legeret, ut eum vel potius Gregorium papam ipsum refutaret, commotus fuerit*[4]*. Haud multo igitur post a. 1102, quo chronicon finitum est, etiam opusculum infra edendum conscriptum esse persuasum habeo. Quocum facit, quod liber Heinrico I. regi Angliae dedicatus post pactum inter Heinricum et Paschalem II. factum in lucem prodiisse non videtur*[5] *neque fortasse, cum*

1) *Lib. I, c. 1; 'Neues Archiv' l. l. p. 381.* 2) *'N. Arch.' l. l. p. 376 sq. Cf. Liebermann, 'Anselm v. Canterbury und Hugo v. Lyon. Hist. Aufsätze Waitz gewidm.' (1886) p. 195.* 3) *Scil. Gregorii VII. epist. ad Constantienses a. 1074, Dec., Jaffé, Bibl. rer. Germ. II, p. 531; ad Herimannum Mett., Jaffé II, p. 453; Heinrici IV. epist. ad Gregorium VII. a. 1073, Jaffé II, p. 46.* 4) *Cf. 'N. Arch.' XVI, p. 383.* 5) *Ibid. p. 385.*

in Gallia scriberetur, post reconciliationem Philippi regis Franciae a. 1104. *exeunte effectam*[1]. *Nam controversiam regni et sacerdotii, quo tempore auctor scripsit, etiam tunc floruisse, ex libello ipso intellegitur*[2].

Inter viros ecclesiasticos, qui tum litem illam de investitura actam scriptis suis tractabant, Hugo una cum amico suo Ivone episcopo Carnotensi mediocritatem tanquam tenuit, cum etsi viri vere ecclesiastici tamen regi in episcopis ordinandis et investiendis quaedam iura concessa esse minime negarent[3].

*Libelli primam editionem curavit Baluze, Miscellanea IV (*1683*), p.* 9—68, *codice Parisino lat.* 1977 *(Colb.* 4321*) etiamnunc servato nisus, quam Mansi in altera Miscellaneorum editione III, p.* 184 *sq. iteravit. Hunc textum postea Migne in Patrologiae lat. cursus t. CLXIII, col.* 930—976. *typis denuo mandavit. Nos praeter cod. Parisinum saeculi fortasse ineuntis XII. a v. cl. A. Molinier collatum, quem* 1. *signavimus, alium Abrincatensem nr.* 17[4], *saec. XIII, adhibuimus (*2*), procul dubio ex eodem exemplo quo* 1. *exscriptum, quem et ipsum v. cl. A. Molinier contulit. Rationem scribendi codicis* 1 *plerumque secuti sumus*[5].

Dabam Berolini a. 1890, *mense Novembri.* *E. SACKUR.*

INCIPIT PROLOGUS.

Henrico Anglorum regi gloriosissimo frater Hugo monachorum omnium extremus, sanctissimi Benedicti Floriacensis monachus, pacis perpetuae munus.

Considerans, domine rex, discrimen discordiae, in quo sancta versatur aecclesia de potestate regia et sacerdotali dignitate, quas quidem ab invicem secernunt et dividunt, libellulum istum pia cura et fraterno compunctus amore condere statui, quo contentio haec aliquatenus sopiatur et error, qui longe lateque diffunditur, pariter mitigetur: error, inquam, illorum, qui sacerdotalem[a] dignitatem a regia dignitate temere secernentes ordinem a Deo dispositum evertunt, dum opinantur se scire quod nesciunt. Putant enim, quod terreni regni dispositio non a Deo, sed ab hominibus sit ordinata sive disposita. Et ideo sacerdotalem dignitatem maiestati regiae praeferunt, cum ei subesse ordine, non dignitate, debeat, sicut praesens libellulus declarabit. Erroris igitur huius depulsa tenebrosa caligine, forsitan divinis dogmatibus et verbis rationabilibus adquiescent. Error quippe non tantum in maioribus, sed etiam in rebus minoribus est vitandus. Error autem nichil aliud est quam putare falsum quod verum est, et verum quod falsum est, vel pro incerto verum habere seu a rationis tramite deviare. Illi vero, qui suo furori tantummodo satisfacere cupientes rerum ordinem, quem Deus disposuit, student pervertere[b], sacrilegii crimen incurrunt, et pharisei merito nuncupantur. Nam ideo noster conditor et salvator dominus Iesus Christus rex simul et sacerdos sacrosancto misterio vocari dignatus est, ut nobis ostenderet, quanto foedere[c] vel affinitate rex et sacerdos sibi invicem debeant convenire. Indissociabile enim est quod in unitate coniungitur. His nempe potestatibus invicem dissidentibus et confligentibus pax dissolvitur, et aecclesia, quam ipse Christus suo sanguine redimere dignatus est, infeliciter perturbatur. Proinde, domine rex, idcirco vobis opus hoc assignare vel dedicare

a) sacerdatalem 2. b) p̄vertere 1. c) fe̦dere 1; federe 2.

1) *Luchaire, 'Louis le Gros', 1890, introd. p. CXXII sq.* 2) *Quod etiam contra Liebermann l. l. p.* 196 *defendo.* 3) *Cf. Bernheim, 'Zur Gesch. des Wormser Concordats', Göttingen* 1878, *p.* 12—17; *Schum, 'Die Politik Papst Paschalis II. gegen Kaiser Heinrich V', Erfurt* 1877, *p.* 13; *'N. Archiv' XVI, p.* 373. 4) *'Catalogues des manuscr. des départ. X, p.* 12. 5) *Tituli capitulorum numeris carentium in cod.* 2. *omnes, nonnulli etiam in cod.* 1. *in margine collocati sunt.*

decrevi, ut auctoritatis vestrae privilegio confirmetur et corroboretur, et per loca plurima dispergatur, vel si fuerit inutile, disrumpatur. In hac etiam re sequor antiquorum virorum vestigia, qui sua studia olim regibus imbutis litterarum studiis praesentabant. Precor denique excellentiam celsitudinis vestrae, ut illud et seorsum et cum viris sapientibus, qui vobiscum sunt, retractetis et diligenter examinetis, et ut quaecunque in eo confutanda videritis, detegere[a] satagatis. Scio enim, quia ab his[b], qui rerum ordinem sua temeritate conantur evertere, non solum damnabitur[c], sed etiam conspuetur, vel eo quod ab eorum sententia deviare videtur, vel ideo, quod rem propositam explanare rusticano sermone videtur. Nam caecis corde plerumque sua, pro dolor! caecitas atque temeritas placet. Verumptamen precor eos per eorum magnificentiam, ne eis sordescat meum rusticanum eloquium, sed malint veros quam disertos audire sermones. Caeterum scio, quia tucius veritas auditur quam praedicatur. Unde nunc deprecor omnes venerabiles praesules et reliquos sanctae aecclesiae praelatos et clericos simul sensatos, qui haec lecturi sunt, ne me praesumptorem iudicent aut temerarium, quasi ego eos in cathedris sedentes et divinae philosophiae arcana[d] scientes superbe[e] coner instruere. Non, queso, ita existiment, sed haec pie et aequanimiter legant atque suscipiant. Opto enim, ut et ipsi omnes venerabiles patres et domini mei cotidie proficiant in Christo Iesu domino nostro et ut aecclesiae sanctae corpus eorum temporibus ordine congruo dispositum corroboretur et firmo pacis foedere[f] iugiter perfruatur. Vos autem, domine rex, Deus omnipotens sua gratia per longa temporum curricula nobis sanum et incolumem conservare dignetur. Amen.

EXPLICIT PROLOGUS.

INCIPIT LIBER [PRIMUS].

1. Quod[g] non sit potestas nisi a Deo.

Scio quosdam[1] nostris temporibus qui reges autumant non a Deo, sed ab his[b] habuisse principium qui Deum ignorantes, superbia, rapinis, perfidia, homicidiis et postremo universis pene sceleribus in mundi principio diabolo agitante supra pares homines dominari caeca cupiditate et inenarrabili affectaverunt praesumptione vel temeritate. Quorum sententia quam sit frivola liquet apostolico documento, qui ait: *Non est potestas nisi a Deo. Quae enim sunt a Deo ordinatae sunt.* Constat igitur hac sententia, quia non ab hominibus, sed a Deo potestas regia in terris est ordinata sive disposita. Ipse quippe primum hominem in mundi statim primordio dote sapientiae praemunitum omnibus mundi praeposuit creaturis. In qua re ei subtiliter intimavit unum esse tocius creaturae caeli et terrae regem ac dominum, cui illa iure caelestis curia, quae supra nos est, certis distincta gradibus et potestatibus militat et obaudit. Et ut hoc etiam pariter in nostri forma corporis agnoscamus, videmus omnia nostri corporis menbra capiti subiacere. Omnia, inquam, humani corporis menbra capiti esse subiecta atque subposita positione simul et ordine patet. Unde nobis liquido claret Deum omnipotentem non solum humanum corpus variis menbrorum distinxisse lineamentis, sed et totum mundum certis gradibus ac potestatibus, sicut illa caelestis curia cognoscitur esse distincta, in qua ipse solus Deus pater omnipotens regiam optinet dignitatem, et in qua post ipsum angeli, archangeli, throni et dominationes,

Hugo Flav. SS. VIII, p. 455.

Rom. 13, 1.

a) detergere 2. b) hiis 2. c) damp. 2. d) archana 2. e) superbę 1. f) federe 2. g) *titulus in marg.* 1. 2.

1) *Gregorium VII. intellegit, qui quae sequuntur ad verbum in litteris a.* 1081, *Mart.* 15. *Herimanno Mettensi episcopo missis exposuerat; cf. Jaffé, Bibl. rerum German. II, p.* 457. *Auctor noster haec ut multa alia ex Hugone Flavin. habuit.*

et quaeque caeterae potestates sibi invicem praeesse mirabili et mod[illegible]tatum varietate noscuntur. Alia tamen est persona Patris, et alia Filii, et alia [illegible]cti. Sed Pater et Filius et Spiritus sanctus unus est Deus. Verum[illegible]men [illegible]de alio non est, Filius vero de Patre natus est. Patris tamen et Filii, sicut iam dictum est, est una divinitas et una maiestas. Unus, inquam, est Deus pater, a quo omnia, et a quo Filius, per quem omnia; ut unius[a] principii auctoritas in omnibus conservetur et in tribus personis una Deitas adoretur.

2. Quod sicut caput in corpore, ita rex in regno suo principatum debeat optinere.

In mundo quoque Deus unum formavit hominem, a quo postmodum omne genus humanum traxit originem. Proinde sicut de Deo patre natus est Deus Dei filius, ut per ipsum omnis fieret creatura, ita et de viro formata est mulier, per quam fieret omnis humani generis genitura. Non est, inquam, mulier de viro nata, sed facta; quia non poterat de simplici corpore nasci. De patre vero Deo natus est Deus Dei filius ineffabiliter et incomprehensibiliter, utpote spiritus de spiritu, Deus de Deo, ut per ipsum omnis fieret creatura. Mulier vero facta est de viro, ut per eam nativitas oriretur. Unius tamen substantiae vir et mulier est; sed gradu maior est vir, quia ex
1. Cor. 11, 3. viro mulier, sicut testatur apostolus, dicens: *Caput mulieris est vir.* Unius etiam substantiae Pater et Filius est; sed ordine, non natura, Pater[b] maior esse cognoscitur,
ib. Paulo teste, qui ait: *Caput Christi Deus.* Nam, sicut iam praemissum est, Pater a nullo est, Filius vero de Patre est, ut summae Trinitatis essentia in unitate Deitatis adoretur
Hugo Fl. p. 455. et veneretur. Principales[1] etiam potestates, quibus hic mundus regitur, duae sunt regia et sacerdotalis. Quas duas potestates in sua sola persona ipse dominus Iesus Christus sacrosancto mysterio[c] gestare decrevit, qui rex simul est et sacerdos: rex, quia nos regit, sacerdos vero, quia nos sui corporis immolatione a peccatorum nostrorum sordibus emundavit et Patri suo reconciliavit.

3. Quod rex Dei patris imaginem optineat[d], et episcopus Christi.

Verumptamen rex in regni sui corpore Patris omnipotentis optinere videtur imaginem, et episcopus Christi[2]. Unde rite regi subiacere videntur omnes regni ipsius episcopi, sicut Patri Filius deprehenditur esse subiectus, non natura, sed ordine, ut universitas regni ad unum redigatur principium. Cuius mysterii sacramentum in
Ex. 7, 1. Exodo Dominus evidenter aperit, ubi ad Moysen dicit: *Ecce constitui te deum Pharao-*
ib. 35, 36. *nis, et Aaron erit propheta tuus.* Porro Moyses in Ebraico populo regis imaginem, et Aaron sacerdotis obtinuisse visus est: salva alia sancta sacramenti significatione. Unde ipse Moyses sacrosancto mysterio tabernaculum aedificat atque sanctificat, et Aaron consecrat et populo legis divinae decreta proponit, et Aaron in virga, quam ei
ib. 7, 10. tradiderat Moyses, operatur signa et prodigia coram Pharaone et optimatibus[e] eius.

4. De officio legitimi regis.

Regis igitur ministerium est populum sibi subiectum ab errore corrigere et ad aequitatis atque iusticiae semitam revocare. Unde etiam in libro Iudicum repperies, quia antequam regem haberent filii Israhel, Ionathas, filius filii Moysi, cum inter levitas
Iud. 17, 6. 21, 24. deputatus esset, praesumpsit sibi sacerdotium: *Quia unusquisque,* inquit, *sibi placita*

a) eius 1. b) potest 2. c) mist. *semper* 2. d) obtineat 1. e) obtimatibus 2.

1) *Cf. verba Gelasii in epistola Gregorii memorata:* Duo sunt quippe, imperator auguste, quibus principaliter mundus hic regitur: auctoritas sacrata pontificum et regalis potestas. 2) *Cf. Humbertum contra symon. l. III, c.* 21, *Libelli de lite I, p.* 225.

faciebat, eo quod non esset rex in Israel. Ex quibus verbis liquido patet, quia, ubi rex non est qui populum regat et a temeritate revocet et abducat, totum regni corpus vacillat. Unde ille rex merito vocitatur qui mores suos competenter regere et sibi subiectos bene novit modificare. Ideo, inquam, Deus omnipotens caeteris hominibus regem, cui cum eis una nascendi moriendique conditio[a] est, praetulisse cognoscitur, ut et suo terrore sibi subiectum populum a malo coherceat, et ut ad recte vivendum legibus subdat. Unde per terrenum regnum sepe caelesti proficit, dum quod sacerdos non praevalet efficere per doctrinae sermonem, regia potestas hoc agit vel imperat per disciplinae terrorem[1]. Populus enim regis metu facile corrigitur. Rex vero nisi solo Dei timore et metu gehennae ab iniusto tramite[b] minime deterretur. Debet[c] tamen semper animo recolere illud viri sapientissimi dictum: *In maiori fortuna minor licentia est.* Ipse etiam sibi subiecto populo debet semper magis proficere quam nocere. Verumptamen secundum meritum subditorum tribuuntur plerumque personae regentium; et ita nonnunquam sibi invicem conectuntur merita subiectorum atque rectorum, ut ex culpa rectorum fiat deterior vita subditorum, et ex meritis subditorum mutetur vita rectorum. Sed et sic Deus omnipotens et dominus universe creature suam ordinavit creaturam, ut et de bonis et de malis bene faceret. De bonis, inquam, et de malis bene facit Deus, qui omnia iuste facit atque disponit[d]. Et sic fit, ut et malus angelus et malus homo divine militent providentie, licet nesciant quid boni de illis operetur divina providentia vel voluntas. Porro ipsius voluntas, etiam cum mala inrogat, iusta esse dinoscitur[e]. Et quia iusta est, mala non est. Et quod bene fit, iuste fit. Ita, inquam, non tantum omnes homines, sed etiam omnis creatura in genere suo et in ordine suo divinae providentiae legibus subditae sint, ne aliquid iniustum possit accidere creaturae. Quod ostendit euangelista, ubi ait: *Nonne duo passeres asse veneunt, unus eorum non cadit in terra sine voluntate Patris vestri?* Igitur liquet hoc documento illud etiam, quod homines in terra vilissimum putant, Dei omnipotentia gubernari. Sed quia mundas et rationabiles animas ipse per se Deus specialiter curat atque gubernat, sive per obtimos angelos, qui amministratorii spiritus sunt, propter eos, qui haereditatem sunt percepturi, sive per homines tota sibi voluntate servientes, caetera vero per pravos quosque disponit atque gubernat, verissime illud ab apostolo dici potuit quod scriptum est: *Nunquid de bobus cura est Deo?* Itaque rex bonus hominibus datur Deo propicio, et pravus Deo irato, sicut ipse per prophetam testatur Israhelitico populo dicens: *Dabo,* inquit, *tibi regem in furore meo.* Et in alio loco: *Regnare permittit,* inquit, *Deus hypocritam propter peccata populi.* Quapropter tolerandi sunt a subditis quique reges ac principes, nec est eis a quoquam temere resistendum, ne dum eorum iniusticia reprehenditur, ipsa magistra rectitudinis humilitas amittatur. Ita, inquam, a subditis circa reges et principes est tenenda via rectitudinis et humilitatis, ut ita reprehensibilia suorum rectorum facta despiciant, quatenus eorum mens a praelatorum reverentia non recedat. Quod bene boni filii Noe tunc fecisse leguntur, cum verenda ipsius aversis vultibus velare studuerunt. Quos imitantur subditi quique, quibus sic praepositorum suorum mala displicent, ut tamen haec ab aliis occultent. Qui etiam tunc aversi operimentum deferunt, quando iudicantes factum et venerantes magistrum nolunt videri quod[f] tegunt. Hanc etiam formam humilitatis et mansuetudinis dominus

Matth. 10, 29.

1. Cor. 9, 9.

Os. 13, 5. Iob 34, 30.

Gen. 9, 23.

a) condicio 2. b) spramite 2. c) deberet 2. d) disposuit 2. e) dignosc. 2. f) quos 2.

1) *Cf. Isidori Sent. III, c.* 51, *n.* 4, *Opp. ed. Arevalus VI, p.* 344: quod non praevalet sacerdos efficere per doctrinae sermonem, potestas hoc imperet per disciplinae terrorem; *cf. Deusdedit Lib. contra invasores prol., Libelli II, p.* 300; *Placidi Nonantulan. L. de honore eccl. c.* 37, *infra; Humbertum l. III, c.* 15. 21, *Libelli I, p.* 217. 226.

noster Iesus Christus in terris positus nobis evidenter ostendit, cum Herodem regem truculentissimum humiliter evitavit[1]. Nam illum valebat sua illa nimirum potestate perimere, qua ad se adorandum magos a longinquis regionibus dignatus est evocare. Ipse etiam postmodum sevientes in se principes sacerdotum sepe sua mansuetudine declinavit, et leprosis iussit, ut iuxta legis decreta se eis ostenderent, quamquam sciret eos indignos dignitate sacerdotali, ne eis praeiudicium facere videretur. Honorandi etiam sunt omnes, qui in potestate positi sunt, ab his quibus praesunt, etsi non propter se, vel propter ordinem et gradum, quem a Deo acceperunt. Sic enim iubet apostolus dicens: *Omnibus*, inquit, *potestatibus sublimioribus subditi estote. Non est enim potestas nisi a Deo. Quae enim sunt, a Deo ordinatae sunt.* Ipse nempe, sicut iam superius ostensum est, per pravas malorum hominum voluntates explere nonnunquam consuevit suam aequam ac iustissimam voluntatem, sicut per Iudeos malivolos, bona voluntate Patris, Christus pro nobis occisus est. Quod scientes atque credentes, et praeceptum apostoli pariter observantes, etiam gentiles in potestate positos honoramus, et mala quae nobis ingerunt aequanimiter toleramus, ne Deo iniuriam facere videamur, qui illos ordinis titulo super homines extulit atque sublimavit[a], licet illi indigni sint ordine quo fruuntur. Nam et reges reprobos divinis revelationibus cernimus honoratos. Pharaoni nempe futurae famis sompnium[b] divinitus est revelatum. Et Nabuchodonosor, multis astantibus, filium Dei in camino ignis inter tres pueros legitur agnovisse. Caiphas quoque sceleratissimus pontifex prophetasse cognoscitur euangelico documento, non utique merito suo, sed ordinis sacerdotalis gratia, qua Dei iusto certoque fruebatur iudicio. David etiam Saulum regem, quem a Deo sciebat esse reprobatum atque depositum, honorificavit, ita ut in illum extendere manum nequaquam praesumeret, cum eum Deus suis manibus tradidisset. Multis enim annorum curriculis ipse rex Saul, patientia Dei subportante, quae peccatoribus examinis sui dignam censuram inferre plerumque detrectat, regalis officii obtinuit dignitatem, postquam a Deo propter suam superbiam et inobedientiam meruit reprobari. Et cum iam illum Deus, sicut legitur, reprobasset, Samuel propheta sanctissimus oraculo divino profectus est in Bethlehem ad domum Iesse, non manifeste, sed occulte, ut videretur regem metuere, quando David in regem inunxit. Quid de Helia propheta sanctissimo dixerim, qui Aab regem et uxorem eius Iezabel contra se furentes fugiendo maluit declinare quam eis aliquam molestiam inferre? Non enim eum pena latebat, quae legis divinae transgressoribus imminebat. Sed malum, quod eis eventurum quandoque sciebat, patienter expectare quam eos aliquo penarum detrimento ledere gestiebat. Declinavit igitur sapienter vir sanctissimus regis sevi tirannidem et uxoris eius stultam et ineptam proterviam. In manu quippe Dei est et superbos de sublimi sede deponere et humiles quosque ad culmen dignitatis erigere. Oportet denique, sicut praecipit apostolus Paulus, ut *omnis anima sublimioribus potestatibus subdita sit*, et ut reddantur omnibus omnia quae, salvo domini nostri Dei cultu, principibus redduntur. *Obsecro*, inquit idem apostolus, *primum fieri deprecationes et orationes pro regibus et omnibus qui in sublimitate*[a] *positi sunt, ut securam et tranquillam vitam agamus, cum omni pietate et caritate.* Praecipit etiam, ut *quicunque sunt sub iugo servitutis, dominos suos omni honore dignos arbitrentur*, et ut *qui infideles habent dominos, eos non contemnant, sed magis eis serviant, quia fideles sunt*, propter eum qui eos illis subiecit, scientes, quia, sicut alias idem apostolus dicit: *Omnis praevaricatio et inobedientia accipit dignam mercedis retributionem.* Cuius subiectionis et humilitatis exemplum ipse per se dominus Iesus Christus nobis

cf. Luc. 23,9. Rom. 13, 1. cf. Gen. 41, 1 sq. cf. Dan. 3, 92. cf. Ioh. 11, 51. 1. Reg. 26, 11. ib. 16, 13. 3. Reg. 19, 3. Rom. 13, 1. 1. Tim. 2, 2. ib. 6, 1. 2. Hebr. 2, 2.

a) sullim. 2. b) sumpnium 2.

1) *Cf. Orthodoxa defensio imper. ed. Giorgi, 'Archivio della società Romana' II (1879), p. 478 et infra.*

radere visus est, cum pro capite suo caesari tributum solvere non dedignatus est. De hac etiam mansuetissima servitute quidam sapiens perhibet dicens, quia *iustus liberaliter, iniustus vero compeditus servit.* Pro illis denique orare, non eis contumeliose resistere praecipimur, sicut Samuel orasse legitur pro Saule, qui tamen exauditus non est. Iam enim Dei iusto iudicio[a] rex ille superbus et impenitens reprobatus erat. Quapropter orare pro regibus divinae legis transgressoribus sancta consuevit aecclesia, quia patet sancta lectione librorum pluries sanctos viros oratione pura tyrannos vicisse et plures hostes sepe almis precibus quam armis fudisse. Nam Moyses orabat, non dimicabat, quando divisum est mare et per medium eius populus transmeavit; Pharao vero cum curribus et equitibus suis demersus est in fluctibus ipsius. Nil enim ipse Moyses contra Pharaonem nisi solam virgam levavit. Amalech denique victus est, cum Moyses manus ad Deum levaret. Sacrarum etiam tubarum sonitu muri Hierico cecidere. Sed et rex Ezechias non armis se, sed cilitio induit et pro galea cinere caput texit, quando Sennacherib rex Assiriorum adversus eum multis vallatus satellitibus venit. Verum Ezechiae regis mitissimi oratio ad Deum ascendit et in castris Sennacherib superbissimi angelus descendit, qui de eius exercitu octoginta quinque milia virorum interfecit. Quis haec et eiusmodi prodigia considerans non ammiretur et non intelligat pravis regibus spiritualibus[b] pocius orationibus quam armis carnalibus resistendum? Proinde[1] sanctus Ambrosius Mediolanensis episcopus, cum ei Iustina imperatrix, Arianorum fautrix, multas pro defensione fidei catholicae inferret iniurias, non illi studuit armis violenter resistere, sed eius ferocitatem continuis, id est diurnis et nocturnalibus, orationibus refrenare. Nam armis praesulem quemlibet contra regem vel imperatorem contendere, et sacra loca ac Deo dicata humano sanguine polluere nefarium et temerarium est. Quod dominus Iesus Christus salvator et conditor noster tunc manifestissime docuit, cum Petrus apostolus gladium suum extrahens pontificis servum apprehendit et eius auriculam amputavit. Ait enim illi: *Converte gladium tuum in vaginam. Omnes enim qui acceperint gladium, gladio peribunt.* Ac deinde: *An putas[c], quia non possum rogare Patrem meum, et exibebit mihi modo plus quam duodecim legiones angelorum?* Unde illi qui non zelo Dei, sed sua temeritate vel arrogantia potestati resistunt, Deo rebellare videntur, qui dixit: *Per me reges regnant et principes obtinent potestatem;* cuius iudicia, etsi manent occulta, nunquam tamen sunt iniusta. Illis, inquam, armis temere resistere aut eis aliqua fraude interitum machinare nullatenus sancta consuevit aecclesia, revolvens illud praeceptum dominicum, quo suis fidelibus ait: *Michi vindictam[d], et ego retribuam.* Non enim qui bonus permanet polluitur, si malo societur; sed qui malus est in bonum vertitur, si boni exempla sectetur. Pacienter etiam nos Dominus quotidie peccantes expectat dans nobis spacium penitendi, ut nostram pacientiam exerceat et informet suo exemplo, quo noverimus quantum nos oporteat tolerare malos, cum ignoremus quales futuri sunt, quando illis[e] parcit et sinit eos vivere quem nichil futurorum latet. Unde, si contigerit rebelles pro hac contumatia mori, nequaquam de martyrii[f] nomine glorientur, qui furum more merito supplicio condempnantur. Verum ad malum perpetrandum nullus potestatibus debet adhibere consensum: quia, si illis debetur a Christi cultoribus terrena militia, Deo debetur innocentia. Unde, si forte

Matth.22,21. Marc. 12,7. Luc. 20,15. 1.Reg.15,11. Ex. 14,15. ib. 16. ib. 17,11. Ios. 6,20. 4. Reg. 19. Matth.26,52. ib. 53. Prov. 8,15. ib. 16. Hebr.10,30.

a) inditio 2. b) spiritalibus 2. c) amputas 2. d) vidictam 2. e) ille 2. f) martirii 2.

1) *Hugo Flavin., quem noster exscribit, p.* 302. *dicit:* Tanta enim beatus Ambrosius, cum undique Iustinae Arrianae reginae et regis appeterentur insidiis, in ecclesia Dei laboravit et desudavit industria, ut per eum ad ultimum rectae fidei tota subderetur Italia. *Bonizo autem (Libelli I, p.* 576*) expresse dicit:* Quorum Ambrosius ne ab ecclesia iussu Valentiniani et Iustine pelleretur, armis populorum defensatus est; nec vituperavit Dei sacerdos divinum populi fervorem, sed potius laudavit. *Cf. V. Ambrosii c.* 12, *Opp. ed. Ballerini VI (Mediol.* 1883*), col.* 890.

coactus fuerit aliquis christianus, ut aut eis obediendo iusticiae vel innocentiae regulam infringat aut quamlibet pœnam aut mortem pro contentu huiusmodi solvat, eligat Deo fidelis anima magis fugitivam vitam amittere, quam reatum peragere, recolens illud quod
Matth.10,28. in euangelio scriptum est: *Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere; sed pocius eum timete qui potest et animam et corpus perdere in gehennam.* Adulatores vero regum ac principum, eos videlicet qui pro terreno commodo
Is. 5, 20. eorum pravitates suis laudibus efferunt, detestatur sancta scriptura, quae ait: *Ve qui*
Luc. 16, 3. *dicunt bonum malum et malum bonum.* Et alibi: *Nemo potest Deo servire et mammonae,* et caetera quae secuntur in eodem capitulo. Quomodo autem[a] fidelibus regibus
Matth.22,21. Marc.12,17. Luc. 20, 25. et potestatibus serviatur, Dominus ostendit, ubi dicit: *Reddite quae sunt caesaris caesari, et quae sunt Dei Deo,* id est: regi vel principi terrenam iubet reddi militiam et honorificentiam, et Deo servare mentis et corporis inviolabilem puritatem.

5. De electione episcopi.

Igitur rex instinctu[a] Spiritus sancti potest, sicut existimo, praesulatus honorem religioso clerico tribuere. Animarum vero curam archiepiscopus debet ei committere. Qua discreta consuetudine usi sunt quondam quique christianissimi reges et principes in promovendis viris aecclesiasticis atque sanctissimis usque ad haec tempora nostra. Clericus vero ille religiosus videtur existere quem amor pecuniae minime vexat, nec reprobi mores aut conversatio reprehensibilem reddunt vel contemptibilem. Ubi vero eligitur episcopus a clero vel populo secundum morem aecclesiasticum, nullam vim ac perturbationem eligentibus rationabiliter rex per tyrannidem debet inferre, sed ordinationi legitime suum adhibere consensum. At si reprehensibilis ille qui eligitur fuerit inventus, non solum rex, sed nec plebs provintiae debet electioni ipsius suum assensum favoremque tribuere, sed etiam crimina, quibus ille detestabili maculatur infamia, voce publica denudare, ut vel hac contumelia eligentium temeritas comprimatur. Post electionem autem[1], non annulum aut baculum a manu regia, sed investituram rerum secularium electus antistes debet suscipere, et in suis ordinibus per annulum aut baculum animarum curam ab archiepiscopo suo, ut negotium huiusmodi sine disceptatione peragatur, et terrenis et spiritalibus potestatibus suae auctoritatis privilegium conservetur. Quod si regulariter fuerit conservatum, implebitur illud quod Salvator noster in euangelio praecipiens dixit: *Reddite quae sunt caesaris caesari, et quae sunt Dei Deo,* nec fluctuabit res firmiter et ordinabiliter stabilita, et procul aberit ab aecclesia sancta magnus tribulationum acervus. Rex enim, sicut iamdudum premissum est, Dei patris obtinere videtur imaginem, et episcopus Christi. Quamvis ipse dominus Iesus Christus
Ioh. 15, 16. in euangelio suis discipulis eorumque sequacibus dicere videatur: *Non vos me elegistis, sed ego elegi vos, et posui vos, ut eatis et fructum afferatis et fructus vester maneat;*
Luc. 22, 27. *et ego dispono vobis sicut disposuit mihi pater meus regnum;* regnum videlicet sanctarum animarum, non regnum seculi huius, sicut ipse passionis suae tempore Pilato
Ioh. 18, 36. testatus est dicens: *Regnum meum non est de hoc mundo.* Nam, sicut scribit ad
2. Tim. 2, 4. Timotheum apostolus Paulus: *Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus.*

a) intinctu 2.

1) *Cf. Placidum Nonantulan. c.* 85: Si vero imperator fidelis vel aliquis princeps, quod sibi iure competit, pastori ecclesiae dare voluerit, investitura caeteris hominibus consueta concedere debet, non pastorali virga seu episcopali annulo, quibus mysteria domini Christi signantur et ideo sacrata verissime comprobantur; *Bernheim, 'Zur Geschichte des Wormser Concordats', Göttingen* 1878, *p.* 16. 19; *R. Kayser, 'Placidus von Nonantula', Kiel* 1888, *p.* 26.

6. Item de officio legitimi regis.

Porro legitimi regis[1] officium est populum in iusticia et aequitate gubernare et aecclesiam sanctam totis viribus defendere. Oportet etiam eum esse pupillorum tutorem, et viduarum protectorem, et pauperum auxiliatorem, ut cum beato Iob Domino dicere possit: *Oculus fui ceco et pes claudo, et rem quam nesciebam diligenter investigabam.* Debet proinde Deum omnipotentem, qui multis hominum milibus eum praeposuit, toto mentis affectu diligere, et populum sibi a Deo commissum tanquam se ipsum. Egregii etiam regis et principis est aecclesias regni sui aedificiis venustissimis decorare, et eas suis laboribus ampliare, et in eis religionis cultum propensius conservare, sicut Constantinus pius imperator et alii quique reges ac principes priscis temporibus fecisse noscuntur. Debet etiam quattuor principalibus maxime pollere virtutibus, sobrietate videlicet, iusticia, prudentia ac temperantia. Nam sobrietate ab omni desidia vel torpore mentis defenditur; iusticia vero Deo simul et hominibus sensatis acceptabilis invenitur. Per prudentiam autem iustum ab iniusto separat et discernit, et temperantia omnem nimietatem evitat. Preter haec etiam virtutum insignia decet illum esse litteris eruditum, ut acuatur cotidie eius ingenium lectione divinorum librorum, et informetur et corroboretur tam antiquorum quam modernorum exemplis virorum. Vana enim esse deputari potest scientia, quae litterarum noticia non fulcitur. Nam semper fluctuare cognoscitur. *Initium tamen sapientiae timor Domini est.* Teste quippe Salomone, *qui sine timore Domini est non poterit iustificari.* Nam animositas et iracundia eius ipsius subversio est. Qui autem diligit sapientiam, dirigetur a Domino. Quod idem Salomon non ignorans, humiliter Dominum rogitabat, dicens: *Deus patrum nostrorum et Deus misericordiae, qui fecisti omnia verbo tuo, et sapientia tua condidisti hominem, ut dominaretur creaturae tuae, quae a te facta est, et ut disponat orbem terrarum in aequitate, et ut in iustitia et in directione cordis iuditium iudicet, da mihi sedium tuarum assistricem sapientiam, et noli me reprobare a pueris tuis; quoniam servus tuus sum ego et filius ancillae tuae, homo infirmus et exigui temporis, et minor ad intellectum iudicii et legum. Tu autem elegisti me, Domine, praesidere populo tuo, et iudicem filiorum ac filiarum tuarum. Revela ergo mihi quod placitum est in oculis tuis et quod directum est in praeceptis tuis; quoniam ipse sapientiae dux es et sapientium emendator, et nos et sermones nostri in manu tua sunt, et omnis sapientia et operum scientia et disciplina. Mitte,* inquam, *Domine, sapientiam in praecordiis meis de caelis sanctis tuis et a sede magnitudinis tuae, ut mecum sit et mecum laboret, et sciam quid acceptum sit apud te. Scit enim omnia et intelligit, et deducet me in operibus meis sobrie, et custodiet me in potentia sua; et erunt accepta opera mea, et disponam populum meum iuste. Quis hominum, Domine, poterit scire consilium tuum, aut quis poterit cognoscere quod voles, nisi spiritus scientiae tuae de altissimis tuis repleverit illum? Corpus enim quod corrumpitur adgravat animam, et deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. Sed per sapientiam sanati sunt quicunque tibi placuerunt. Misereris enim omnium, quia omnia potes; et dissimulas peccata hominum propter penitentiam. Diligis enim omnia, et nichil odisti eorum quae fecisti. Nec enim odiens aliquid constituisti. Quomodo ergo posset aliquid permanere nisi tu voluisses conservare? Parcis vero omnibus, quia creaturae tuae sunt. O quam bonus es, Domine, et suavis in omnibus;* qui cui vis misereris, et quem vis induras! Et hos quidem iustificas, alios autem vindicta

Hugo Fl. p. 436.
Iob 29, 15. 16.
Ps. 110, 10.
Eccli. 1, 28.
Sap. 9, 1.
ib. 2.
ib. 3. 4.
ib. 7.
ib. 9.
ib. 7, 15.
ib. 9, 10.
ib. 11.
ib. 12. 13. 17.
ib. 15.
ib. 19.
ib. 11, 24.
ib. 25.
ib. 26. 27.
ib. 12, 1.

1) *Hugo Flav. p.* 436: Regale ergo est ministerium Dei populum gubernare et in iustitia et equitate regere; defensorem esse ecclesiarum, tutorem pupillorum et viduarum, liberare pauperem a potente et inopem, cui non est adiutor; et cum beato Iob molas iniqui conterere et de dentibus illius praedam auferre; patrem esse pauperum, oculum caecorum et pedem claudorum; *cf. infra l. II, p.* 493.

iusticiae tuae in perpetuum exerces. Alios vero per quae peccant, per haec etiam in praesenti torques. Omnibus tamen flagellis et miserationibus tuis multis consulis et alloqueris, ut relicta malitia ad te revertantur. Et homo quidem propter[a] malitiam perdit animam suam. Nam manum tuam nequaquam effugere potest. Ve autem omni-
Sap. 15, 1. bus qui non cognoverunt te, Domine. *Tu vero, Deus noster, in te confidentibus omnibus*
ib. 2. *suavis et verus, patiens*[b] *et misericors es, et misericorditer disponis omnia. Etenim si peccaverimus, tui sumus, scientes magnitudinem tuam. Et si non peccaverimus, scimus*
ib. 3. *quoniam apud te sumus computati. Nosse autem te, Domine, consummata iusticia est;*
ib. 16, 10. *et scire iusticiam tuam, radix est immortalitatis. Negantes autem te impii, fortitudine*
ib. 12, 11. *brachii tui conterentur. Non enim timens aliquem, veniam dabis peccatis ipsius.*
ib. 12. *Nam quis dicet tibi: Quid fecisti sic? Aut quis stabit contra iuditium tuum? Aut quis in conspectum tuum veniet iudex iniquorum hominum? Aut quis inputabit tibi,*
ib. 13. *si perierint, [nationes] quas tu fecisti? Non enim est alius Deus quam tu, cui est*
ib. 14. *cura de omnibus, et omnia iusto disponis iuditio. Et neque rex neque tyrannus in*
ib. 18. *conspectu tuo inquirent de his*[c] *quos perdidisti. Tu autem, Domine Deus virtutum,*
ib. 12, 25. *cum tranquillitate*[d] *iudicas, et cum magna reverentia disponis nos. Insensatis autem iuditium in derisum dedisti: et qui ludibriis non sunt correpti, dignum iuditium sunt*
Eccli. 2, 11. *experti. Respicio, Domine, nationes hominum, et video quia nullus speravit in te et*
ib. 12. *confusus est, et permansit in mandatis tuis et derelictus est. Et quis invocavit, et*
ib. 13. *despexisti eum? Quoniam pius et misericors es, et remittis peccata in tempore tribu-*
ib. 14. *lationis omnibus exquirentibus te in veritate. Ve duplici corde et labiis scelestis et*
cf. 1, 37. ib. 2, 15. *manibus malefacientibus. Ve hypocrite in conspectu hominum. Ve dissolutis corde,*
cf. 2, 18. *qui non credunt tibi. Ideo non protegentur a te. Qui vero credunt in te, non erunt*
ib. 21. *incredibiles; sed pacientiam habebunt usque ad conspectionem tuam, dicentes: Si*
ib. 22. ib. 3, 27. *patientiam non habuerimus, incidemus in manus tuas. Horrendum est, Domine, in-*
cidere in manibus tuis. Cor quoque, quod est durum, male habebit in novissimo; et
ib. 16, 16. ib. 17. *qui amat periculum peribit in illo. Scio, Domine, quia non abscondar in populo*
ib. 18. *magno, nec latebo in inmensa creatura: quia tu caelorum contines thronum, et abyssos intueris, et respicis interiora filiorum hominum. Parce michi, Domine, quia loquor ad te, cum sim pulvis et cinis et diversorum peccatorum plenus putredine; sed scio, quia*
ib. 23, 4. *secundum magnitudinem tuam, sic misericordia tua apud te est. Domine pater et Deus vitae meae, ne derelinquas me in cogitatu maligno, et delicta mea non appareant*
ib. 2, 3. ib. 5. *in conspectu tuo, nec gaudeat de me inimicus meus. Extollentiam oculorum meorum ne dederis mihi et omne desiderium pravum averte a me. Averte a me ventris et*
Prov. 30, 8. *concubitus concupiscentiam, et animae irreverenti et infrunitae ne tradas me, sed victui meo tribue necessaria.*

Haec est Salomonis oratio, quam a libris eius sparsim colligendo in hunc librum ad erudiendum regem inclusimus, et ut sciret quae a Deo petere deberet.

7. Item de officio legitimi regis.

Sed his[c] interim sepositis rursus eum monemus, ut mores subditorum exhortando, terrendo, blandiendo, corrigendo, et boni operis exempla monstrando diatim emendare procuret. Studeat quoque sapientes homines honorare et omnes pariter aecclesiae servitores. Monita etiam sanctorum virorum ac si Dei oracula suscipiat et episcopis sanctis rationabiliter adquiescat[e]. Nam sic Christi servis et sapientibus viris quasi quibusdam basibus firmissimis[f] regni sustentatur et corroboratur sublimitas[g]. Multo enim utilius Pharaonem sanctus iuvit Ioseph consilii providentia, quam si ei contulisset grandem pecuniam. Nam pecunia facile consumitur, consilia vero virorum sapientium

a) per 2. *B*. b) paciens 2. c) hiis 2. d) transquillitate 2. e) acqu. 2. f) fimissimis 2. g) sullim. 2.

nequeunt exauriri. Unde apparet, quia melior est sapientia negotiatione argenti et auri, primi et purissimi fructus eius. Sit proinde largus atque munificus, affabilis et tranquillus. Habeat etiam animum iucundum, linguam eruditam, sensum expeditum, verbum verax, fidem puram, devotionem[a] praecipuam risumque modestum. Sit ei motus impiger, et habitus et incessus honestus, et victus habundans[b], non tamen talis qui superfluus sit. Invidiam autem, luxuriem[c], et vinolentiam tanquam sordes pessimas abiciat ab animo suo, et pessimam cupiditatem, quia *radix omnium malorum est cupiditas.* 1. Tim. 6, 10. Sint ministri illius modesti et consiliatores sensati, et praepositi fideles atque prudentes. Fideles quoque suos honoret et diligat, et sibi servientes sublimet et protegat. Porro regibus transgressoribus modi curationum tales sunt adhibendi, ut et maiestas regia in eis honoretur, et reatus puniatur censura iusticiae. Sub religionis enim disciplina regia potestas posita est. Nam quamvis sit rex potestatis culmine praeditus, nodo tamen christianae fidei tenetur adstrictus[1]. Corrigendus tamen est, non cum tumore superbiae, sed karitatis[d] affectu[e] sapienterque. De iracundo quippe vel insipiente doctore Salomon dicit: *In ore stulti virga superbiae.* Prov. 14, 3. Stulti proinde et superbi doctores disciplinae rigorem in rabiem furoris et ad immanitatem convertunt crudelitatis. Verumtamen[f] reges legitimi propter reprobos spernendi non sunt: quia caelestis curiae sacer principatus ideo non est a Deo reprobatus vel spretus, quod diabolus eorum princeps contra eum superbiens tyrannidem arripuit et sibi subiecta agmina secum nefanda suasione peccare pellexit; sed ipse dominus Iesus Christus postmodum ad eundem[g] diabolum comprimendum, qui dignitatem nominis ipsius et sedem sibi praesumpserat, de caelo descendit. Post Deum enim patrem diabolus[2] dici voluit Deus et ad dexteram Dei patris sedere temere concupivit, cum hoc illi non contingeret[h], sed esset filii Dei, qui post patrem Deum, secundum quod iam dictum est, secundus est, non natura, sed ordine. Venit ergo dominus Iesus Christus in mundum, sicut decebat, et manifestavit se, non omnibus hominibus, sed tantum suis sequacibus, ut reprobata persona diaboli hunc esse cognoscerent, cuius principatum et potestatem ipse sathanas sibi temeritate propria praesumpsisset. Diabolus autem et principes mundi huius Christi divinitatem in carne latentem penitus cognoscere nequiverunt: quia, sicut apostolus testatur, *si cognovissent, nunquam Dominum gloriae crucifixissent.* 1. Cor. 2, 8. Unde contigit, ut qui arte, non violentia, primum hominem per consensum peccati sibi subegerat, Dei circumventus arte illum amitteret, dum illi mortem per suos satellites intulit quem immunem ab omni peccato necare praesumpsit. Itaque tali commertio Christus et angelorum numerum restauravit, et humanum genus suo sanguine a iugo diaboli liberavit. Contigit denique, ut diabolus, qui per unum hominem peccantem totum genus humanum sibi subposuerat, per unum non peccantem hominem amitteret quod habebat. Sed haec de diabolo et de eius tirannide dixisse sufficiat. Hoc tamen exemplo lucide patet, quia principatus[3], quem aut seditio extorquet[4], aut ambitus occupat, solet esse pernitiosus. Difficile quippe bono exitu terminantur que malo sunt inchoata principio. Propterea huiusmodi principes, non reges, sed tyranni merito vocitantur; et episcopi, qui eos ordinare praesumunt, aut perverse ordinationi eorum praebent consensum, anathematis iaculo sunt puniendi.

a) devocionem 2. b) abundans 2. c) luxuriam 2. d) carit. 2. e) affectus 1. 2. f) veruntamen? 1. g) eum 2. h) contingeraet 1.

1) *Cf. Hugo Flav. p.* 437: Meminerint se esse non supra aecclesiam, sed intra aecclesiam. 2) *Idem exemplum affert Manegoldus c.* 30, *Libelli I, p.* 366. 3) *Ex Leonis I. epist. ad Africanos episc., Opp. I, col.* 659; *Hinschius p.* 622. 4) *Hoc aperte ad Rudolfum regem spectat.*

8. De tyranno et rege heretico.

Sed et regem hereticum auctoritate divina pro defensione fidei catholicae condempnare et anathematis sententia praefocare sancta consuevit aecclesia, ne illius contubernio sanctorum catholicorum collegium maculetur. Nam[a] ab eo apostolus Paulus
Tit. 3, 10. nos separat et dividit dicens: *Hereticum hominem post primam et secundam correptio-*
ib. 11. *nem devita sciens, quia subversus est qui huiusmodi est, et delinquit proprio iuditio condempnatus.* Salomon etiam gentilem hominem heretico meliorem esse pronuntiat,
Eccl. 9, 4. ubi ait: *Melior est canis vivus leone mortuo* canem vivum appellans gentilem, et leonem mortuum hereticum. Sed plerique principum terrenorum in sanctis et iustis hominibus veritatem persecuntur, quoniam nolunt ab eis sua facta dampnari. Veruntamen[b] qui veritatem odit, Deum profecto non amare cognoscitur, qui veritas est. Quod praevidens Dominus episcopum, qui non sua temeritate, sed zelo Dei, terrenis principibus videtur esse contrarius, exhortans ad mundi odia perferenda, de se ipso exemplum proponit et
Ioh. 15, 20. dicit: *Non est servus maior domino suo. Si me persecuti sunt, et vos persequentur.*
ib. 18. *Si sermonem meum servaverunt, et vestrum servabunt.* Et item: *Si mundus vos odit,*
scitote, quia me priorem vobis odio habuit. In hoc loco mundum illos appellans, a
ib. 8, 47. quibus huius mundi scelera diliguntur. Porro ille, *qui ex Deo est, verba Dei audit.* Unde rex ammonitionibus episcopalibus debet aurem suam libenter accommodare et sacerdoti salubria suggerenti fideliter obaudire, quoniam de his videtur Dominus suo
Luc. 10, 16. ore dixisse: *Qui vos audit, me audit. Et qui vos spernit, me spernit.* At si rex aurem suam a sana et salubri doctrina ceperit avertere proprio fastu vel tumiditate, non episcopo, sed Deo contumax et rebellis videtur existere, cuius iram incurrere nimis
1. Petr. 5, 5. periculosum est ac formidabile. Scriptum est enim: *Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam.* Mortem autem aut scandalum illis inferre nullatenus rex praesumere debet. Nam pro hoc facinore comperimus multos reges et imperatores miserabiliter et inopinabiliter ex hac vita migrasse. De his[c] nempe, id est de praesulibus et
Zach. 2, 8. sanctis hominibus, Dominus dicit: *Qui vos tangit, quasi qui tangit pupillam oculi mei.* At si contigerit, ut haec viro catholico conditio proponatur, ut aut heretico faveat aut pro defensione fidei catholice subeat mortem[1], eligat magis mori quam vivere violata sanctae fidei sinceritate, revolvens illud in corde suo quod scriptum est in euangelii
Matth. 16, 26. libro: *Quid prodest homini si universum mundum lucretur, animae vero suae detrimentum paciatur*[d]. *Aut quam dabit homo commutationem pro anima sua?* Et illud
ib. 10, 32. item quod Dominus suis repromittit fidelibus dicens: *Qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor et ego eum coram patre meo qui in celis est.*

9. De reprobis regibus atque principibus.

Porro ipsi reges et principes atque tyranni[e], dum Deo subesse et eius praecepta custodire renuunt, dominationis suae vim et potestatem plerunque[f] solent amittere[2], sicut primus homo dominationis suae vigorem et dignitatis praerogativam post suam transgressionem cognoscitur amisisse. Postquam nempe divino noluit esse subiectus imperio, ipsa etiam corporis sui membra[g] sibi rebellare et ignitos aculeos carnalis concupiscentiae statim contra suam voluntatem in sua carne sevire persensit. Pisces quoque maris et volucres caeli et bestiae agri, quae illi ante commissum facinus quasi privata animalia subiacebant, iugum dominationis eius a se ceperunt abigere, et iam ei

a) non 2. b) verumptamen 2. c) hiis 2. d) patiatur 2. e) tyrancii 2. f) plerumque 2. g) membra 2.

1) *Epist. Gregorii VII. a.* 1076, *Jaffé p.* 238; *Hug. Flav. p.* 441: Melius enim est nobis debitam mortem carnis per tyrannos, si oportuerit, subire, quam nostro silentio, timore vel commodo christianae legis destructioni consentire. 2) *Cf. Manegoldum l. l. p.* 365.

amplius solito servire nolebant. Quae tamen omnia vi rationis suae caepit demum paulatim sibi subigere[a] et ad suos usus exquisitis artibus retorquere. Itaque pari modo regi Deo contrario populus sibi subiectus multocies[b] incipit adversus eum insurgere et variis ac multiplicibus insidiis illum appetere et multis adversitatibus fatigare. Ad quam rem pertinere videtur, quod Deus regem Babilonium non bestiis ferocibus, sed muscis et serpentibus punire decrevit, ut intelligat humana superbia, quod per humiles et infimos homines soleat sepe tumidos et superbos quosque comprimere et a sua sublimitate deponere. Solent etiam homines huiusmodi ignominiosa morte vitam terminare aut in turpi paupertate deficere, sicut Herodes et Pilatus; quorum Herodes vermibus scaturriens[c] miserabiliter expiravit, et Pilatus exilio condempnatus, pauper et inobs defunctus est. Illi quoque, qui recta pervertunt iuditia amore, odio, metu, misericordia, incuria, temeritate, aut gratia questus, circa finem vitae horribilibus infirmitatibus molestari solent, vel vilitate vel inopia rerum, aut menbrorum[d] languore suorum. cf. Act. 12, 23.

10. De dignitate sacerdotum[e].

Verum quia iam satis de his, sicut reor, secundum ingenii mei facultatem visus sum perorasse, restat nunc, ut de[f] his quae ad episcopum pertinent pauca subiciam. Igitur episcopo a Deo et domino Iesu Christo privilegium est concessum aperire et claudere caelum hominibus. Huic etiam reges et omnes terrenae potestates pro Christi amore capita subdunt: quia licet rex vel imperator culmine regni sit praeditus, nodo tamen fidei tenetur adstrictus. Hic quoque propter condimentum doctrinae, quo mentes fidelium[g] debet condire, sal terrae vocatur, et rex propter ducatum, quem praebere populo[h] debet, et angelus, quia bona nuntiat, et pastor, quia divini verbi dapibus homines explet. Quibus etiam moribus debeat pollere et quibus virtutibus effulgere, apostolus Paulus declarat in epistola sua dicens: *Oportet,* inquit, *episcopum inreprehensibilem esse, sobrium, pudicum, hospitalem, prudentem, non neophitum, non vinolentum, non percussorem, non litigiosum, sed modestum. Oportet etiam illum habere bonum testimonium ab his*[i] *qui foris sunt.* Nam, sicut alio continetur in loco, ipse debet *exemplum bonorum operum,* non solum sibi subiecto populo, sed etiam discolis hominibus, id est gentilibus, vitae melioris ostendere, ut fiat in eo, quod in euangelio Dominus suis apostolis praecipiens dixit: *Si luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona et glorificent patrem vestrum qui in caelis est.* Hic quoque debet divitibus praecipere *non sublime sapere nec sperare in incerto divitiarum*[k], *sed in Deo vivo* et vero, *qui praestat omnibus omnia ad fruendum, bene agere, divites fieri in operibus bonis, facile tribuere, thesaurizare sibi fundamentum bonum in futurum, ut possint apprehendere vitam aeternam.* Caeterum contra regem catholicum armis dimicare nullatenus debet[1], licet ministerii dignitate multum illi praemineat[2], tantum scilicet quantum officia divina sua sanctitate noscuntur negotiis secularibus eminere. Nam et regalem dignitatem habere sanctae scripturae testimonio videtur episcopus. Ait enim dominus Iesus Christus suis apostolis eorumque sequacibus: *Ego dispono vobis, sicut disposuit mihi Pater meus regnum.* Et apostolus: *Vos estis genus electum, regale sacerdotium.* Unde, si contigerit, ut episcopus reprehensibilis inveniatur — non est enim homo qui non peccet —, non in curia seculari, sed in synodo generali res huiusmodi terminetur. Ipse proinde episcopus inter regem et oves sibi creditas officium optimi pastoris debet peragere et pro grege sibi commisso discrimini se pronus obicere. Ipse, inquam, toto cf. Matth. 5, 13. 1. Tim. 3, 10. ib. 3. ib. 7. Tit. 2, 7. Matth. 5, 16. 1. Tim. 6, 17—19. Luc. 22, 29. 1. Petr. 2, 9.

a) subbigere 2. b) multociens 2. c) scaturiens 2. d) membr. 2. e) sacerdotali 2. f) et de hiis 2. g) filium 2. h) debet populo 2. i) hiis 2. k) diviciarum 2.

1) *Cf. Sigeberti epist. ad Paschalem supra p.* 461. 2) *Cf. epist. Gregorii VII. ad Herimannum datam, Jaffé, Bibl. II, p.* 458 *sq.; Hugo Flav. l. l. p.* 455.

nisu regis ac principis iram a populo debet avertere et pro regis et populi salute pariter piis precibus ante Deum nocte dieque persistere. Vices enim Christi, filii Dei summi, in terra videtur obtinere, qui se pro nobis peccatoribus obtulit immolandum. Unde inter nos et Deum mediator debet existere. Ipse est sanctus sanctorum, clericorum scilicet ac presbiterorum, quibus omnibus eminet ac praecellit. Hic est aecclesiae sponsus, hic Christi vicarius, ut compatiatur[a] infirmitatibus nostris, de quo Paulus
Hebr. 5, 1. apostolus dicit: *Omnis pontifex ex hominibus*[b] *assumptus, pro hominibus constituitur in his*[c] *quae sunt ad Deum, ut offerat dona et sacrificia pro peccatis eorum.* Honorandi igitur sunt omnes episcopi, sicut regni caelestis clavicularii et iudices culparum humanarum. Ad eorum enim ius pertinet viros seculares pro illis criminibus quae in locis Deo consecratis committunt iuditiali severitate distringere et pro aliis criminibus iusta consideratione penitentias dare. Ipsi quoque debent omnes presbyteros et clericos sententia iuditiali distringere, ut et terrenis et spiritalibus iudicibus suae auctoritatis privilegium conservetur. Ipsi denique sunt qui bonum, quod[d] per gratiam sancti spiri-
2. Tim. 4, 2. tus intelligendo didicerunt, subiectorum mentibus profuturum secundum apostoli Pauli praeceptum, arguendo, obsecrando et increpando inserere nituntur, corda fidelium divinis dogmatibus quasi imbribus inrigantes caelestibus, ut proferre inmarcescibilem bonorum operum possint fructum.

11. De his[c] quos episcopus excommunicat.

Quapropter summopere caveat rex, ne his[c] quos ipsi ab aecclesia pro suis cri-
Rom. 1, 32. minibus anathematis sententia pepulerunt aliquo pacto communicet. Nam teste scriptura facientes et consentientes par pena constringit[1]. Consentit autem criminoso et reatum eius sustentat qui, postquam ab aecclesia crimine suo exigente proiectus est, illi communicat. Verum plerique ideo divinum minus formidare iuditium videntur, quod eorum con-
Od. Coll. I, 24. temptum non statim pena prosequitur. Unde quod regi cuidam olim ex hac re contigerit, breviter intimare curabo. Legitur[2] enim in historia gentis Anglorum, quod quidam episcopus duos fratres palatinos viros pro repudio uxorum excommunicaverit. Contigit autem, ut rex ipsius gentis iuxta domum ipsorum transiret. Qui multis blandimentis delinitus, ut apud eos ad prandendum diverteret, tandem consensit. Expleto autem convivio cum iam rediret, obviavit episcopus, qui fratres illos excommunicaverat. Quem cum vidisset, intremuit et exiliens de equo, in media ut erat via prostravit se coram ipso. Episcopus vero ferula, quam manu ferebat, tetigit eum dicens: 'O rex, non est meum ignoscere tibi, quia Deum contempsisti, quando te excommunicatis scienter sociasti. Idcirco data est sententia in te, et hoc anno in ipsa domo morieris, in qua excommunicatis[e] te sociasti'. Quod et factum est; et evoluto anno rex ibidem mortuus est. Ecce rex non potuit hunc reatum nisi morte piare, nec episcopus illi prostrato valuit ignoscere. Ex qua re colligitur, quia nec episcopus, cuius excommunicatio contempnitur, sine gravi penitentia facinus huiusmodi ignoscere potest. Ergo, sicut praecipit beatus papa Gregorius[3], *sub magno moderamine pastores aecclesiae solvere studeant aut ligare. Sed utrum iuste an iniuste obliget pastor, pastoris tamen sententia gregi timenda est*[f], *ne is qui*[g] *subest, et cum iniuste forsitan ligatur, ipsam obligationis suae sententiam ex alia culpa mereatur.*

a) cumpotiatur 1; compaciatur 2. b) omnibus 2. c) hiis 2. d) quos 2. e) excummunicatis 2. f) *deest* 2. g) quę 1.

1) *Similiter Gregorius VII. ad Theutonicos a.* 1074, *Dec., Jaffé II, p.* 532; *Hugo Flav. p.* 428: Testante divina scriptura facientes et consentientes par poena complectitur, *cum* 1. *Rom.*, 1, 32. *legatur:* digni sunt morte et non solum qui ea faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus.
2) *Sequentia ad verbum ex Odonis abb. Cluniac. Collat. l. I, c.* 24. *(Bibl. Cluniac. ed. Marrier et Quercetanus, Paris.* 1614, *col.* 175*) excripta sunt.* 3) *In euang. l. II, hom. XXVI,* § 6, *Opp. ed. Bened. I, col.* 1556.

12. De pravis praesulibus.

Verum repperiuntur quidam in numero sacerdotum, qui per pecuniam[a] sacerdotes appellari contendunt; et cum non sint ulla scientia praediti aut aliqua religione suffulti, legis divinae volunt videri magistri. Sed hi[b] nimirum merito contempnuntur, et non episcopi, sed simoniaci a Simone mago[c] vocitari merentur. Non enim eis est pars in sermone sacerdocii, sed a gratia Spiritus sancti extorres habentur; quae et gratis datur et gratis accipitur. Nam, teste euangelio, *qui non intrat per hostium*[d] *in ovile ovium,* Ioh. 10, 1-3. *ille fur est et latro. Qui autem intrat per hostium, pastor est ovium, et huic hostiarius aperit, et oves vocem eius audiunt.* Et post pauca: *Alienum autem non secuntur, quia* ib. 5. *non audiunt vocem alienorum.* Quidam etiam episcoporum se contra morem aecclesiasticum extollere cupientes in solvendis et ligandis subditis suae voluntatis motus, non causarum merita, exercent. Unde populus iam legis onus per devia currens plus solito spernit, iaculumque anathematis ingens, dumque furit, nullas rationis sentit habenas. Nam religioni christianae obprobrium[e] nascitur, et sacerdotalis dignitas inde valde contempnitur, quod sacerdotalis infula ambitione pocius[f] quam meritorum existimatione defertur et inperitis[g] quibusque confertur. Nam quidam illorum illos, qui iuramento dominis suis constricti tenentur, a sacramento fidelitatis absolvunt. Quod quam sit absurdum, Dominus indicat ubi dicit: *Non periurabis in nomine meo, nec pollues nomen* Lev. 19, 12. *domini Dei tui.* Et ad Sedechiam[1] regem Iudae, qui iuramentum, quod Babilonio regi praebuerat, violaverat, ore prophetico dicit: *Vivo ego, quoniam iuramentum, quod sprevit,* Ez. 17, 19. *et foedus*[h]*, quod praevaricatus est, ponam in capite eius.*

13. De illo qui contra christianum frangit sacramentum.

Intelligat ergo quilibet christianus, qui contra dominum suum aut alterum christianum frangit sacramentum, quid mereatur, cum propter hoc scelus Sedechias vir Iudeus avulsis oculis a gentili rege in Babiloniam captivus ductus esse cognoscatur. cf. Ier. 52, 11. Non enim illi considerandum est cui iurat, sed per quem iurat. Alioquin et illum despicit per quem iurat; et hostis fidelior invenitur, qui sacramento decipitur. Multum enim desipit qui illum decipit cui iuramento divini nominis fuerat federatus. Caeterum sacramentum incaute prolatum non est conservandum, veluti si quispiam adulterae perpetuam cum ea permanendi fidem polliceatur. Tolerabilius enim est non implere sacramentum, quam permanere in stupri flagitium. Verumptamen de fatuis doctoribus in euangelio Dominus dicit: *Caecus si caeco ducatum praebeat, ambo in foveam cadunt.* Matth. 15, 14. Superbi etiam et iracundi doctores nonnunquam discipline rigorem in rabiem furoris et ad immanitatem convertunt crudelitatis. Sed, sicut item dicit[2] beatus papa Gregorius, *iudicare digne de subditis nequeunt qui in subiectorum causis sua vel odia vel gratiam secuntur*[i]. De qua re propheta etiam dicere videtur: *Mortificabant animas quae* Ez. 13, 19 *non moriuntur et vivificabant animas quae non vivunt. Non morientem quippe mortificat qui iustum dampnat, et non victurum vivificare nititur qui reum de supplicio absolvere conatur.* Causae ergo pensandae sunt, et tunc ligandi atque solvendi potestas est exercenda. Considerandum est denique atque cavendum episcopo, ne ipsius vitio doctrina divina vilescat. Nam qui sicut decet non vivit, ipsam quam praedicat veritatem contemptibilem reddit. Cavendum etiam est illi, qui pontificatus officium assecutus[k] est, ut se talem exhibeat, ne forte aliis praedicans, ipse reprobus inveniatur. Subditis quoque considerandum est, quia licet talis iudicandi locum teneat, cuius vita loco minime concordat, locum tamen apostolorum in ligandi

a) pecumiam 1; peccuniam 2. b) hii 2. c) mogo 1. d) ost. *et porro* 2. e) oppr. 2. f) potius 2. g) imp. 2. h) fedus 2. i) sequ. 2. k) assequutus 2.

1) *Cf. Widonem Osnabrug., Libelli I, p.* 470. 2) *In euang. II, hom. XXVI,* § 5, *Opp. I, col.* 1555.

et solvendi officio retinet. Quapropter excommunicatio et praedicatio illius non ex eius persona debet contemni, sed ex auctoritate summi iudicis observari. Nam pastor animarum nostrarum Christus esse cognoscitur, qui in praesulibus auditur atque contemni-
Matth. 23, 2. tur. De quibus Dominus in euangelio dicit: *Super cathedram Moysi sederunt scribae et pharisei. Quae dicunt vobis, facite; quae autem faciunt, nolite facere.*

Et non solum episcopi, sed et omnes presbyteri et clerici ab universis Dei fidelibus sunt honorandi sicut Dei domestici, cui servire nocte dieque videntur. Porro praesules atque presbyteri bases et columpnae[1] videntur esse sanctae aecclesiae, et clerici et monachi eius videntur esse ministri. Horum[2] enim manibus ministrorum sacro baptismate quisque fidelis abluitur, et horum iterum manibus sacratissimum mysterium corporis et sanguinis Christi conficitur; per quae misteria Deo regeneramur atque coniungimur. Omnis, inquam, qui de Christi corpore est, eis merito subdi debet et eorum salutaribus monitis obedire et paternam eis reverentiam exhibere. Ipsi, inquam, sunt qui nostrorum munera precum[a] offerre et Deo pro nobis incessanter supplicare noscuntur. Ipsis, inquam, pro nostris criminibus Deum exorantibus fit nobis ipse Deus propicius, et avertit iram suam a nobis. Ipsi pro vivis ac defunctis ante Deum semper indefessis precibus instant, et ipsi nobis frugum ubertatem obtinent, et ipsi tempestates et queque discrimina a Christi grege repellunt. Ipsis etiam mater nostra, sancta videlicet aecclesia, quasi nobilibus satellitibus decoratur, inlustratur atque servatur[b]. Et si reprehensibiles quidam illorum fore repperiuntur, ideo caeteri cotempnendi non sunt, quia et in angelis pravitas reperta est.

Iob 14, 4. Consideranda quippe est hominibus illa beati Iob sententia dicentis: *Quis potest mundum statuere de immundo*[c] *conceptum semine, nisi tu qui solus es?* subaudis, mundus. Unusquisque proinde, sive laicus, sive clericus, Dei munere est quod est, si tamen
Luc. 6, 37. aliquid est. Unde dicitur in euangelio: *Nolite iudicare, et non iudicabimini; et nolite condempnare, et non condempnabimini.* Verum, quamvis de filiis Dei scriptum sit:
Rom. 8, 14. *Quotquot spiritu Dei aguntur, hi*[d] *filii sunt Dei* tamen omnes mortales, quandiu[e] in hac corruptibili carne tenentur, peccant. Sed ne facinora ad immensum cumulum peccatorum prorumpant, aliqua pena in hoc seculo plecti debent[f]. Unde pro illis, qui sceleratissime vivere decreverunt nec volunt vitam suam moresque corrigere, id est, propter fornicatores et adulteros, sive propter fures atque sacrilegos et alios flagitiosos comprimendos et corrigendos, regem Deus hominibus praeesse voluit, ne aeterni pena supplicii eis reservetur in posterum. Nam illa crimina, quae in hoc seculo puniuntur, profecto in futuro seculo non nocebunt. Fit igitur in his[g], quod ab apostolo dictum
1. Cor. 11, 31. est: *Si nosmet ipsos diiudicaremus, non utique iudicaremur. Cum iudicamur autem,*
ib. 32. *a Domino corripimur, ut non cum hoc mundo damnemur*[h]. Multa enim bona invitis praestantur, quando eorum consulitur utilitati, non voluntati, qua sibi inveniuntur esse
Ps. 10, 6. inimici. Scriptum quippe est, quia *qui diligit iniquitatem, odit animam suam.* Igitur amici malignantium hominum sunt illi, qui eorum iniquitates corripiunt, et pro commissis criminibus eorum corpora aliqua pena emendatoria puniunt. Peccata enim, quae feriri gehennae ignibus possunt, disciplinae sunt verbere corrigenda; ut qui Dei mandata contempnunt temporalia supplicio terreantur. Quod psalmista dicere videtur, cum ait:
ib. 31, 9. *In chamo et fraeno*[i] *maxillas eorum constringe, qui non approximant ad te.* Verum, sicut sub igne aurum rutilat et palea fumat, et quemadmodum sub eadem tritura fru-

a) precium 1. 2. b) seruetur 1. 2. c) inmundo 2. d) hii 2. e) quamdiu 2. f) debentur 2. g) hiis 2. h) dampnemur 2. i) freno 2.

1) *Cf. Gregorii VII. epist. ad Theutonicos a.* 1077, *Febr., Jaffé II, p.* 546; *Hugo Flav. p.* 446: qui in ecclesia Dei columpnae esse debuerunt. 2) *Cf. epist. ad Herimannum Mettensem l. l.; Hugo Flav. p.* 456.

menta purgantur et paleae conteruntur, ita communis pena bonos purgat[a], malos exterminat. Nam boni quique igne tribulationum exquoquuntur[b], et mali murmurant et puniuntur. In quibusdam autem gravis inest iusticia; et sic eos iniquitas obligat, ut a culpa nec pena compescat. Alii vero mala perpeti inmerito videntur. Sed haec divinitas fieri sinit, ut cruciatibus et flagellis erudiantur. *Flagellat* enim Deus *omnem* Hebr. 12, 1. *filium quem recipit.* Sed licet non sint omnes filii, qui flagellantur, tamen nullus est filius, qui non flagelletur. Porro quidam sine verbere relinquuntur. Unde ad aeterna tormenta, mala agendo, liberius festinant. De quibus in beati Iob libro scriptum est: *Vidi stultum firma radice.* Stultus, inquam, firma radice stare conspicitur, quando in Iob 5, 3. hac vita continua prosperitate laetatur. Verumptamen in futurum districtus iudex tanta adversitate feriet quos reprobat[c], quanta nunc severitate corripit quos amat. Sed ne facinora ad inmensum cumulum peccatorum prorumpant, aliqua pena, sicut premissum est, plecti debent. Nam inordinata pietas cum temporaliter parcit, et ad aeterna supplicia pertrahit et vicia pullulare permittit. Discretionis tamen modus in omnibus est a iudicibus observandus; et ut sit ordinata pietas, ad scientiam est transeundum, ut sciat iudex quid iuste puniat et quid ex misericordia dimittat. Sic denique debet prudentia iudicum corda in bonum semper acuere, ne aut ipsa prudentia rectitudinis modum excedat aut simplicitas in ignorantiae fallacia corruat. Porro ipsi reges, imperatores ac iudices, cum iustae rationis imperio sceleratos morte puniunt, aut aequitate dictante bella gerunt, nequaquam contra praeceptum legis facere putandi sunt, quo dictum est: *Non occides.* Nam ideo criminosi lege perimuntur, ne mortifero peccato Ex. 20, 13. pernitiosa securitas detur. Et idcirco non iniuste bella geruntur, ut pax adquiratur. Moyses namque, vir mitis atque sanctissimus, legis divine mandato multos legitur homines occidisse et multas etiam gentes, Deo sibi ducatum praebente, armis victricibus extincxisse. Hoc etiam multi alii principes novi ac veteris testamenti divino fervore succensi fecisse leguntur. Timor enim Dei et timor supplicii retrahit hominem a peccato. Verum illa principum vel praelatorum omnium cautela utilis est atque laudabilis, in qua totum agit ratio et furor nichil sibi vindicat. Pro penitentibus vero Deus episcopum in aecclesia statuit, quamvis ipse cor contritum et humiliatum non despiciat. Ps. 50, 19. Debet enim episcopus quosdam eorum, id est penitentium, secundum modum culpae in accione penitentiae a corpore Christi et sanguine separare, et quibusdam certum penitentiae pondus imponere; qua peracta, reconcilientur, et fidelibus fratribus rursus adgregentur et in gremium sanctae recipiantur aecclesiae, a cuius societate aberraverant peccando. Extra quam aecclesiam non remittuntur peccata; nec quisquam, nisi per eam, vitam potest assequi sempiternam. Ipse denique pro suo officio alios corrigit, et alios erudit, et alios censura iusticiae dictante excommunicat. Ipse quoque quosdam nonnunquam obiurgare detrectat, quia vel aptius tempus expectat vel metuit, ne increpati deteriores fiant. Non est enim omnibus hominibus una adhibenda doctrina; sed pro qualitate morum diversa debet esse exortatio doctorum. Nam quosdam increpatio dura, quosdam vero exortatio corrigit blanda. Non omnia denique tempora congruunt doctrinae; sed secundum Salomonis sententiam *tempus tacendi, et tempus loquendi.* Eccle. 3, 7. Unde etiam sepefatus papa Gregorius in vicesimo Moralium libro dicit[1]: *Sancti,* inquit, *viri cum vident quosdam sua verba despicere, intelligunt eos divinitus deseri, et ideo gementes conticescunt.* Verumptamen non dicimus, ut conticescat episcopus odio malorum hominum territus, sed consilio caritatis; cui iubet apostolus dicens: *Insta oportune,* 2. Tim. 4, 2. *inportune; obsecra, increpa, in omni pacientia et doctrina.*

a) *superscr. in utroque codice:* purificat. b) *ita* 1. 2. c) *abhinc alia manus* 1.

1) *Moral. l. XX, c.* 21, § 47, *Opp. I, col.* 1581.

Haec nos de duabus sufficiat dixisse potestatibus, quibus in praesenti vita sancta regitur et gubernatur aecclesia, quibus etiam post Deum sic inlustrari cognoscitur sicut duobus magnis luminaribus[1], sole videlicet et luna, tota mundi fabrica, aut sicut duobus oculis totum humanum corpus decoratur et illuminatur. Quas nimirum potestates sanctas fore nemo debet ambigere. Ipsas enim Deus et Dominus in sua persona sacravit, univit et sanctificavit. Quibus etiam liber Sapientiae praecipit dicens: *Diligite iustitiam, qui iudicatis terram. Sentite de Domino in bonitate, et in simplicitate cordis querite illum; quoniam invenitur ab his qui non temptant illum, apparet autem eis, qui fidem habent in illum.* His, inquam, potestatibus ac principatibus terrenum regnum est distinctum atque dispositum. Unde illi qui hanc positionem ab omnipotente Deo congruo ordine distinctam atque dispositam conantur pervertere[a], de illorum numero videntur existere qui ignorantes Dei iusticiam et suam volentes constituere, iusticiae eius non sunt subiecti. Nonne ipse Deus omnia in numero et mensura et pondere fecit? Nonne elementa huius mundi, quamvis unum ab altero valde diversum sit, sibi invicem concordare noscuntur? Nonne Dominus in euangelio dicit: *Omne regnum in se ipsum divisum desolabitur, et domus supra domum cadet?* Denique quidam sapiens dicit[2]: *Concordia res minimae crescunt et discordia res maximae dilabuntur.* Verum nunc opere precium est illud audire vel considerare quod olim Gregorius papa sanctissimus Sabino Constantinopolitano diacono scripsit. Ait[3] enim: *Unum est quod breviter suggeras serenissimo domino nostro imperatori, quia ego servus eius, si in eius mortem vel in Languobardorum[b] consiliis me voluissem inserere, hodie Languobardorum[b] gens nec regem nec duces nec comites haberet, sed in summa confusione essent omnia. Sed quia Deum timeo, in mortem cuiuslibet hominis me miscere formido.*

Sap. 1, 1. ib. 2. Luc. 11, 17.

Proinde ego non astruo, ut liceat cuiquam[c] regi vel imperatori quicquam contra Dei praecepta aut sanctorum canonum constituta facere vel instituere[4]. Sed dico quod[d], sicut bonus christianus regum legibus contra Deum constitutis obedire non debet, sic et qui rationabiliter constitutis non obedit male facit. Nam, sicut beatus testatur Augustinus[5]: *Pax omnium rerum est tranquillitas ordinis. Ordo vero est parium et disparium rerum sua cuique rei dispositio.*

Sed, quia iam noster sermo forsitan nimis in longum protrahitur, restat, ut amodo terminetur, ne prolixitate sua generet legenti fastidium. Claudendus, inquam, est liber iste, quem ego Dei opitulante clementia, non tumore superbiae, sed fraterno compunctus affectu composui, desiderans, ut non tantum hae duae, de quibus hactenus tractavimus, potestates, sed etiam omnes Christi cultores concordes et sibimet invicem sint coherentes. Quod etiam praecepit sanctus et sapiens apostolus dicens: *Pacem,* inquit, *sectamini cum omnibus et sanctimoniam, sine qua nemo videbit Deum.* Hoc quoque mandatum pium ac saluberrimum Christus dominus suis tradidit discipulis dicens: *Mandatum novum do vobis, ut diligatis invicem.* Et passioni iam proximus iterum dixit eis: *Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis.* Porro ego praesentem libellum exemplis sanctae scripturae diligenter corroborare curavi, ne forte inveniatur vacuus et inutilis labor meus. Opto proinde, ut omnes, qui eum pio et benigno animo suscepturi sunt, valeant semper in Christo Iesu domino nostro. Amen.

Hebr. 12, 14. Ioh. 13, 34. ib. 14, 27.

EXPLICIT LIBER PRIMUS.

a) p̄uertere 1. 2. b) *deest* 2. c) q̄quam 1. 2. d) quia 1.? 2.

1) *Eadem comparatio ap. Gerhoh Reichersberg., De investigatione Antichristi I, c.* 20. *ed. Scheibelberger p.* 52. 2) *Sallust., De bello Iugurthino c.* 10; *cf. Ivonis epist.* 238, *Opp. ed. Paris. II (*1647*), p.* 103. 3) *Epist. V,* 6, *ed. Ewald I, p.* 286; *Jaffé* 1322. 4) *Hoc ad Hug. Flav. p.* 433. *pertinere videtur, ubi Augustinum ita loquentem inducit:* Qui . . . resistit potestati, Dei ordinationi resistit; sed quid, si illud iubeat, quod non debes facere? *Cf. Placidum Nonantulan. c.* 67. 5) *De civit. Dei l. XIX, c.* 13, § 1, *Opp. VII, col.* 557 *C.*

INCIPIT[a] LIBER SECUNDUS.

1. Finito precedenti libello tacere deliberaveram, id est, a presenti negotio quiescere, et alias animum applicare, cum ecce venit michi in mentem illud quod scriptum est, quia *in ore duorum vel trium testium stabit omne verbum.* Et mox recaluit animus meus, et oportunum esse iudicavi, ut de hac eademque re, de qua iam unum librum edideram, facerem et secundum, quatinus duobus libris res una validius firmetur et corroboretur. Porro libro superiori omnem potestatem a Deo esse dispositam satis, sicut reor, ostendimus. Nunc autem legentibus evidenter notificare decrevimus, quod ipse Deus duas specialiter potestates in aecclesia sua sancta collocavit atque constituit, regiam videlicet et sacerdotalem, non absque magno ac saluberrimo sacramento. Quas duas potestates ipsa Dei sapientia carnem, in qua videri posset, assumens, in unitate suae personae suscepit, et eas in ea ideo quadam germanitate sibi mutuo sociavit atque coniunxit[1], ut et unum sit in eis vinculum caritatis semper, quod numquam disiungatur, et ut ambae sibi invicem fideliter adherentes mutuo socientur et conpaginentur. Vicaria enim sui ope vel opitulatione semper indigent[2]; et nisi sibi invicem conveniant, fluctuat omne corpus aecclesiae, et per incerta populus evagatur[3]. Proinde quia in duobus praeceptis totam legem et prophetas pendere ipse Dominus dixit in euangelio, et quia caritas gemina esse dinoscitur — duo quippe sunt ipsius caritatis praecepta, sicut iam diximus, — duas convenienter potestates Deus et dominus omnium in aecclesia statuit, quibus dispensationem omnium, quae intra ipsam geruntur, committere procuravit. His, inquam, duabus potestatibus quasi aliis duabus fulcitur et sustentatur; et his praedita[b] libero volatu penetrat caelum. Harum etiam industria potestatum olim tam in Iudea quam et inter gentiles meruit exaltari et nobiliter sublimari et harum potestatum pia cura ac vigilanti sollercia extendit palmites suos a mari usque ad mare. Quod quomodo contigerit, id est qualiter per has duas potestates Dei gratia comitante creverit et adoleverit, pro modulo nostrae scientiae nostris nunc auditoribus referemus. Summatim tamen quedam perstringam[c], quia cuncta ad hec pertinentia generatim complecti non valeo.

2. Cor. 13, 1.

cf. Hugo Fl. SS. VIII, p. 425.

cf. Matth. 22, 40.

ib.

A regibus tamen et prophetis Iudaicae gentis exordium sumam. Moyses igitur dux pariter et propheta Hisraheliticae gentis, ut modo melius Davidico utamur eloquio, *percussit Egiptum cum primogenitis eorum,* et *eduxit Israel de medio eius in manu potenti et in*[d] *brachio excelso* et *divisit mare Rubrum in divisiones, et eduxit Israhel per medium eius, et excussit Pharaonem et virtutem eius in mari Rubro,* et *transduxit populum suum per desertum, et percussit* gentes multas, *et occidit reges fortes, Seon regem Amorreorum, et Og regem Basan, et dedit terram eorum hereditatem* populo suo, illum significans regem ac pastorem mitissimum, qui transfert in se credentes per spem et fidem de mortalitate ad inmortalitatem. Unde, sicut in libro superiori iam diximus[4], sacrosancto misterio in heremo Dei tabernaculum edificavit, et Aaron consecravit, ac populo divine legis praecepta proposuit. Aaron vero in virga, quam ei

Ps. 134, 10—21.

a) *deest* 1. b) prodita 1. c) perstringuam 2. d) *deest* 2.

1) *Epist. Heinrici IV. ad Gregorium a.* 1073, *Jaffé II, p.* 46; *Hugo Flav. p.* 425: Cum regnum et sacerdotium, ut in Christo rite administrata subsistant, vicaria sui ope semper indigeant, oportet nimirum, domine mi et pater amantissime, quatinus ab invicem minime dissentiant, verum potius Christi gluttino coniunctissima indissolubiliter sibi cohereant. Namque sic et non aliter conservatur in vinculo perfectae caritatis et pacis, et christianae concordia unitatis et aecclesiasticae simul status religionis; *cf. prologum.* 2) *Cf. Deusdedit Lib. contra invasores prol., supra p.* 300; *Humbertum contra simon. III,* c. 21, *Lib. I, p.* 225. 3) *Cf. infra p.* 485. 4) *L. I, c.* 3, *p.* 468.

ipse tradiderat, operabatur signa et prodigia coram Pharaone et obtimatibus eius. Post
cf. Eccli. 46, 5. Moysen vero surrexit Iesus filius Nave; cuius imperio inpeditus est sol ab itinere suo, donec expugnaret hostes populi Dei. Hic quoque fuit vir magnus et fortis, secundum nomen suum inter reges atque prophetas gerens figuram Salvatoris nostri, qui est rex pariter et sacerdos; qui et in figura et misterio Iordanis alveum transiens divisit populo terram repromissionis in funiculo distributionis. Post hunc autem Samuel propheta renovavit regnum, ungens Saulem in regem; qui et hostes populi Dei superavit et fines regni sui feliciter ampliavit. Verumptamen postea fortunae suae prosperitatibus evectus, superbiens Deo displicuit. Unde pro eo modo dictus propheta frequenter Dominum oravit; sed tamen exauditus non est. Iam enim iusto iudicio Dei con-
1.Reg.17,49. dempnatus est. Post Saulem autem regnavit David, qui interpretatur 'rex fortis[1]', qui vicit Goliam hostem inmanissimum, significans regem illum fortissimum, qui devicit diabolum tocius humani generis inimicum. Porro David in toto corde suo dilexit eum,
2.Reg.15,29. qui exaltavit illum, et primus intulit archam Dei in Ierusalem cum laudibus et gloria magna; ediditque volumen egregium, quod appellatur psalterium. Quapropter transtulit Deus peccatum illius et confirmavit regnum eius in multas generationes. Cum
ib. 11, 4. enim in occulto, non in aperto, Uriae militis sui uxorem adulterii contagio maculasset[a]
ib. 11, 17. et postmodum ipsum Uriam, ut facinus admissum tegi posset, hostium[b] manibus mala
ib. 12, 13. fraude necari fecisset, Nathan[2] illum propheta de suo facinore invectione publica[c] redar-
cf. Hugo Fl. p. 437. guens increpavit, et confessione correptum consequenter absolvit. Post David autem regnavit Salomon filius eius. Hic condidit templum domino Deo suo ex lignis inputribilibus et preciosis lapidibus, in quo sancta figurabatur aecclesia; et constituit in eo sacerdotum officia in ministeriis suis, et levitas in ordine suo, ut ministrarent Domino iuxta ritum uniuscuiusque diei, sicut praeceperat ei David pater eius. Sed et hic repletus sapientia composuit syrasirim, in quo per epitalamium carmen canit mistice coniunctionem Christi et aecclesiae. In proverbiis quoque et in interpretationibus factus est ammirabilis, et divulgatum est nomen eius longe lateque. Sed cum polleret magnis opibus et gloria magna nimis, intumescens corde effrenatus est in libidinem, et exarsit in concupiscentia feminarum alienigenarum, et insuper adoravit deos earum. Quam ob rem indignatus est
cf. 3. Reg. 11, 26. Dominus et concitavit adversus eum Ieroboam, filium Nabat, servum ipsius. Scidit quoque regnum de manu filii eius. Nam in Ierusalem regnavit Roboam, filius ipsius[d] Salomonis, super decem vero tribus Israel regnavit Ieroboam, filius Nabat. Sed ne in singulis inmorer, dum regnaret postmodum in Ierusalem rex Ezechias et fecisset quod erat placitum coram domino Deo, iuxta omnia quae fecerat David pater eius, surrexit contra eum Sennacherib rex Assiriorum multo vallatus exercitu. Tunc surgens rex Ezechias et Isaias[e] propheta oraverunt ad Dominum; quos Dominus exaudivit[3]. Et
cf. 4. Reg. 19, 35. in castris Sennacherib angelus descendit, qui de eius exercitu centum octoginta quinque milia interfecit. Igitur reges gloriosi a Deo inspirati pro viribus suis sanctam extulerunt aecclesiam; et eorum pia cura ac vigilanti sollertia adolevit primum in Iudea, et demum in gentibus suos palmites dilatavit. Nichilominus etiam sancti prophetae illam suarum virtutum decore pariter ornaverunt, et auro suae sapientiae nobilitaverunt. Constat ergo reges atque prophetas sanctissimos vicaria sui ope semper indiguisse. Aecclesiam autem sinagogam appello; quoniam illa quae in ea fiebant praesentis aecclesiae figuram gerebant; et in illo sacrificio Christi figurabatur occisio, cuius sumus san-

a) maculassed 1. b) ost. 2. c) puplica 1. 2. d) *verba* ipsius — filius *om.* 1. e) Ys. 2.

1) *Cf. Isid. Etymol. l. VII, c.* 6, *ed. Arevalus III, p.* 323. 2) *Epist. Gelasii I. ad episc. Dardaniae, Thiel, Epist. pont. Roman. I, p.* 408; *Hugo Flav. p.* 437: Nathan propheta palam publiceque in facie regi David et commissum denunciavit errorem et ipsum commitisse non tacuit et confessione correctum consequenter absolvit. 3) *Cf. Lib. I, c.* 4, *p.* 468.

guine redempti atque reparati. Sed et per sabbati ocium figurabatur requies beatorum. Ipsa etiam lex novum testamentum in figura praecessit. Unde superveniente euangelica luce umbra consequenter abscessit. Nunc autem sanctorum prophetarum vicem in aecclesia Christi retinent sacerdotes. Sic enim Dominus ad ipsam loquitur per Isaiam[a] prophetam: *Ecce,* inquit, *constituam principes tuos sicut antea, et consiliarios tuos sicut ab initio.* Et psalmista: *Pro patribus tuis nati sunt tibi filii: constitues eos principes super omnem terram.* Igitur regiam et sacerdotalem dignitatem Deus in terris ordinavit sive disposuit non absque magno ac saluberrimo sacramento. Unde congruit et valde conveniens est, ut hae duae potestates sibi invicem fraterna caritate semper adhereant, et ut se mutua sollicitudine tueantur. Nam nisi invicem conveniant, fluctuat omne corpus aecclesiae, et per devia populus agitatur[1]. His enim duabus potestatibus quasi duabus columpnis fortibus atque firmissimis fulcitur atque sustentatur. His etiam duabus potestatibus quasi alis duabus ab adversitatibus[b] mundi huius fetus eius ambiuntur et[c] proteguntur. Illi vero qui his alis ambiri refugiunt rebellare Deo noscuntur. Haec et de regibus et prophetis Iudaicae gentis dixisse sufficiat, ut paulatim et seriatim quod proposuimus explanemus. Is. 1, 26 Ps. 44, 17.

2. Igitur postquam Deus ac dominus noster Iesus Christus hominem quem fecerat morte sua a morte redemit aeterna, et captivitate nostrae carnis resuscitavit a mortuis et invexit in caelum, vetus evacuatum est testamentum, sicut evacuari solet puerilis aetas forciori aetate superveniente. Unus enim Deus per sanctos prophetas et famulos suos secundum ordinatissimam distributionem temporum dedit minora praecepta populo, quem timore adhuc alligari oportebat, et per filium suum maiora populo, quem caritate iam liberari convenerat. Quorum praeceptorum geruli Christi fuere discipuli qui cognominantur apostoli. Ipsi quippe et eorum sequaces probati in fide, longanimes in spe, potentes in opere et sermone, pacientes in tribulatione, et eruditi in omnibus quae fecit ipse dominus Iesus Christus, abierunt per orbem universum vomere[2] verbi Dei mentes hominum proscindentes, et in eis novorum praeceptorum semina iacientes, et aecclesiae fundamenta locantes super lapidem angularem Christum Iesum, in quo ambo parietes e diverso venientes de Iudeis videlicet et gentibus, gemina caritate copularentur. Beatus vero Petrus[3] descendit Antiochiam, et ibi fundavit aecclesiam, in qua primum a nomine Christi cognominati sunt christiani. Inde quoque Romam venit; et ibi verbum Domini predicans per annos viginti et quinque tenuit ipsius urbis papatum. Ad cuius pastoris solatium divinitus est missus Paulus apostolus gentium, ut alter alteri solatio esset. Sed hos ambos apostolos Nero saevissimus[d] imperator mortis dampnavit sententia. Porro post cf. Hugo Fl. p. 308. ib. p. 289.

a) Ys. 2. b) aversitatibus 2. c) ac? 2. *Bal.* d) sevissumus 1.

1) *Cf. initium l. II, supra p.* 483. 2) *Hugo Flav. p.* 308*:* cum ad martyrii gloriam capessendam quilibet de populo, cuius cor Dominus illustrando praeparasset, quiret sufficere, ad proscindenda vero vomere verbi corda incredulorum et eroganda semina divinorum dogmatum . . . perpauci invenirentur, quibus committi posset sacerdotale officium; *p.* 309*:* in qua lapis, qui ab edificantibus reprobatus est, angularis missus est. 3) *Ibid. p.* 289*:* Petrus descendit Antiochiam et per bis septenos annos Antiochiam fundavit et rexit ecclesiam, ita ut cognominarentur primum Antiochiae christiani. Hinc secundo anno . . . Romam venit . . . et praedicando praedicationemque signis confirmando XXV annis ipsius urbis papatum tenuit. . . . Ad tanti igitur pastoris solatium et praedicationis augmentum Paulus post multa viarum laboris et inediae pericula vinctus Romam mittitur . . . non quod Iudei et gentiles ita voluerint, sed quia Christus, ut alter esset alteri solatio, ita praeordinavit et voluit . . . destitutum se idem Nero videns solatio tam fidelis amici apostolus Dei, hunc crucis supplicio, illum dampnavit sententia capitali. . . . Post Petrum ab ipso Petro consecratus aecclesiam regendam suscepit Clemens episcopus.

Petrum apostolum Clemens, vir sapientissimus, ab ipso Petro consecratus, Romanam regen-
cf. Hugo Fl. p. 308. dam suscepit aecclesiam; qui et ipse non multo post[1] maris gurgitibus inmersus pro nomine Christi conplevit martirium. Et cum adhuc fere per orbem universum tirannorum imperio simulacra colerentur, Marcellus urbis modo dicte papa sanctissimus in domo Lucie matrone, quam Deo dicaverat, ad animalia publica custodienda deputatus, vitam finivit[a]. Et quae maior nominis christiani iniuria quam summum pontificem, id est sanctae Romanae praesulem aecclesiae, iumentorum stabularium esse? Omitto, inquam, multa alia crudelia et exquisita tormenta, quibus plures Domini sacerdotes tam Romae quam alias, ut de aliis christicolis taceamus, per annos ferme trecentos et decem ab incarnatione Domini per martirii coronam ad aeternam pervenere felicitatem. Quo in tempore quisque, qui christiano gregi praeerat iure sacerdocii, ad martirii tormenta primus rapiebatur, et supplicia graviora paciebatur.

cf. Matth. 4, 16. Sed postquam populo sedenti in umbra mortis, id est in tenebris infidelitatis, lumen ostensum est veritatis, Constantinus Romanorum clementissimus imperator edicto
Hugo Fl. p. 298. 299. proprio[2] constituit per totum Romanum imperium templa gentilium claudi, et aedificavit in eadem urbe plures aecclesias; inter quas construxit aecclesiam beati Iohannis baptistae, et beatorum apostolorum Petri et Pauli, quas etiam magnis possessionibus ditavit, auroque[3] et argento locupletavit, atque eorundem apostolorum sacras reliquias auro purissimo ac gemmis preciosissimis inclusit. Dedit[4] etiam beato papae Silvestro et successoribus
ib. p. 300. eius vigorem et honorificentiam imperialem, privilegio suo decernens, ut principatum obtineant tam super quatuor principales sedes, Antiochenam videlicet, Alexandrinam[b], Constantinopolitanam et Ierosolimitanam, quam etiam super universas per totum orbem aecclesias, et ut pontifex sanctae Romanae aecclesiae celsior existat cunctis sacerdotibus mundi huius. Congruum quoque duxit imperii et regni Romani potestatem in orientali regione transferre[5], ut ibi lex sancta caput teneat principatus, ubi apostolorum princeps Petrus crucis patibulum sustinens occubuit, et ibi gentes colla flectant, ubi earum doctor Paulus extenso collo pro Christo martirio est coronatus, et ibi Domini nostri famulentur officio, ubi quondam terreni regis serviebant imperio. Ad[6] summum proinde tradidit Romano pontifici palacium suum Lateranense et coronam capitis sui et clamidem purpuream et cetera omnia ornamenta imperialia et omnem gloriam suae potestatis et processionem imperialem et dignitatem imperialium equitum palacio praesidentium. Decrevit etiam[7] clericos sanctae Romanae aecclesiae servientes habere potentiam et praecellentiam, id est consules atque patritios effici, nec non et ceteris dignitatibus imperialibus decorari, ut sicut ornabatur imperialis milicia, ita et ipse clerus ornetur et sancta Romana decoretur aecclesia, ut amplissimo honore apex
ib. p. 299. pontificalis effulgeat. Quod privilegium obtulit super corpora sanctorum apostolorum Petri et Pauli, eligens sibi ipsum principem apostolorum eiusque vicarios firmos apud Deum intercessores atque patronos. Et hoc quidem honore dignissimo Constantinus Romanorum clementissimus imperator sanctam aecclesiam extulit ac[c] honoravit. Verum episcopalis dignitas longe gloriosius a Deo meruit exaltari. Dedit enim eis, id est epi-

a) finiunt 2. b) Alexandriam 1. c) et 2.

1) *Ibid. p.* 308: Quid enim tercius a Petro Clemens? nonne maris gurgitibus inmersus complevit martyrium? Quid Marcellus? nonne in domo Lucinae matronae, quam Deo dicaverat, stratis plancis ad animalia catabuli publici ibidem ad eorum custodiam deputatus vitam finivit? Quae maior nominis christiani iniuria quam Dei summum sacerdotem et ecclesiae sanctae rectorem mutorum animalium dici vel esse custodem? Itaque hi, ut taceamus interim de pluribus, per martyrii coronam ad aeternam pervenere felicitatem *etc.* 2) *Sequentia item ex Hugonis chronico hausta sunt.* 3) *Constitutum Constantini* § 13, *ed. K. Zeumer, p.* 55 (*'Festgabe für Rudolf von Gneist', Berlin* 1888). 4) *Ibid.* § 12, *p.* 54; *cf. Petri Damiani Disceptatio synod., Libelli I, p.* 80. 5) *Hugo Flavin. p.* 299. 6) *Constit. Constant.* § 14, *p.* 56. 7) § 15, *p.* 56.

scopis, Deus ac dominus noster Iesus Christus potestatem[1] aperire et claudere caelum hominibus. Quo eos pollere privilegio intelligens memoratus imperator Constantinus, in Nichea sinodo post omnes episcopos ultimus residens, nullam iudicii sententiam super eos dare voluit, sed illos omnes deos vocans, non suo eos subesse debere iudicio, sed se ad eorum pendere iudicavit arbitrium. Nam eorumdem praesulum officium est ab iniusto tramite revocare regiam potestatem, et si ei non adquieverit, eciam excommunicare[2]. Quod et[a] in veteri lege sancti prophetae fecisse comperiuntur. Nathan quippe propheta, sicut iam praemissum est[3], peccatum, quod rex David fraudulenter et occulte commiserat, ei publice denudavit, et confessione correctum[b] consequenter absolvit. Et in novo testamento beatus Ambrosius Mediolanensis[4] episcopus maiorem Theodosium imperatorem pro suo facinore ab aecclesiastica communione publice palamque suspendit, et ad penitentiam redegit regiam potestatem. Sanctus etiam Germanus[5] Parisiorum[c] episcopus Aribertum regem Francorum, quia uxore sua legitima derelicta duas sibi subintroduxerat uxores, excommunicavit. Et quia correctus[d] non est, Dei iudicio percussus, in eadem excommunicacione mortuus est. Necesse est enim, ut temeritas malorum principum sanctorum auctoritate praesulum refrenetur et dignis coercionibus comprimatur: quae si non fuerit digna castigatione restricta praebebit populo facilem peccandi facultatem. Fornicatores[6] autem et adulteros apostolus Paulus a contubernio ceterorum separat christianorum, ubi cum eiusmodi nec cibum dicit esse sumendum. Unde merito ab aecclesia segregantur, et a sacramentis altaris arcentur. Aecclesiasticae vero disciplinae iugum nemo catholicus a cervice sua debet abigere, sed sacerdoti salubria sibi suggerenti parere: quia, sicut Samuel[e] propheta testatur, melior[7] est obedientia quam victimae, et auscultare magis quam offerre adipem arietum. Obedientia ergo victimis iure praeponitur: quia per victimas aliena caro, per obedientiam vero voluntas propria mactatur. Tanto, inquam, quisque Deum cicius placat, quanto ante eius oculos arbitrii sui repressa superbia gladio timoris Dei voluptates suas a se praecidendo debilitat. Obedientia nempe est virtus, quae principaliter fidei meritum possidet: qua quisquis caruerit, infidelis esse convincitur, etiamsi fidelis esse probetur; quam qui sacerdotibus non exibet[f] Deo repugnare videtur. Ab eis enim, id est a sanctis praesulibus, sicut supra retulimus, per universum orbem quondam fides catholica diffusa est. Apostoli quippe, quorum ipsi sunt haeredes sive discipuli, adherentes Christo summo pontifici, inventi sunt praecipue persecutionis tempore fide firmi ac religione praecipui et metu mortis interriti. Unde nunc

cf. Hugo Fl. p. 455.

ib. p. 437.

ib. p. 438.

cf. 1. Cor. 5, 11.

Eccl. 4, 1. Hugo Fl. p. 427.

a) *deest* 1. b) *ita H.;* correptum 1. 2. c) Parisiensis 2. d) correptus 1. 2. e) Samuhel 2. f) exhibet 2.

1) *Sequentia ex epistola Gregorii VII. ad Herimannum scripta sumpta sunt:* Nonne miserabilis insaniae esse cognoscitur, si filius patrem, discipulus magistrum sibi conetur subiugare et iniquis obligationibus illum suae potestati subicere, a quo credit non solum in terra, sed etiam in coelis se ligari posse et solvi? Haec . . . Constantinus Magnus imperator . . . evidenter intelligens, in sancta Nycena synodo *etc.* 2) *Quod idem Gregorius in eadem epistola exponit.* 3) *V. supra p.* 484. *Sequentia ex epistola Gelasii I. ad episc. Dardaniae (Thiel, Epist. pont. Roman. I, p.* 408*) ab Hugone assumpta fluxerunt.* 4) *V. Ambrosii a. Paulino c.* 24, *Opp. ed. Bened. III, app. col.* VII, *ed. Balierini VI, col.* 894. 5) *Gregorius Turon., Hist. Franc. IV, c.* 26, *SS. rer. Meroving. I, p.* 102*; idem exemplum apud Manegoldum c.* 29, *Libelli I, p.* 363*; Bernaldi Apologeticae rationes, supra p.* 97. *Hugo Floriacensis ex Hugone Flavin. p.* 438. *ad verbum exscripsit.* 6) *Cf. Epist. Gregorii VII. ad Ottonem Constant. a.* 1074, *Dec., Jaffé II, p.* 528*; Hugo Flav. p.* 426*:* Apostolica namque beati Pauli praepollet auctoritas, qui fornicatores et adulteros cum ceteris excommunicatis connumerans diffinitam suae iussionis sententiam subicit cum eiusmodi nec cibum sumere. 7) *Quae de oboedientia sequuntur Gregorii I. (Moral. XXXV, c.* 28*) sunt atque in epistola Gregorii VII. ad Constantienses data (Jaffé II, p.* 531*) leguntur. Auctor noster hic quoque Hugonis chronicon p.* 427. *in usum vertit, ubi eadem epistola inserta est.*

omnis christianus recte eorum expetit suffragio a peccatorum suorum nexibus enodari, et eos honorat et excolit velut patres[1] atque magistros.

3. Verum quia de his pro tempore satis iam diximus, decet, ut iterum de regum antiquorum magnificencia vel liberalitate, qua sanctam extulerunt aecclesiam, pauca
Hugo Fl. p. 351. nescientibus retegamus. Pipinus[2] rex Francorum Adriani papae precibus invitatus Romam venit, et eundem[a] Romanum antistitem ab infestatione Haistulfi regis Italiae magnifice
ib. p. 352. liberavit, et praedia ei erepta restituit. Adriano[3] vero papae Leo successit[b]; quem Romani multis iniuriis affecerunt et a sua sede pariter expulerunt. Sed et hunc Karolus rex Francorum magnificus Romam veniens loco suo restituit, et inimicos eius morte multavit multaque in auro et argento aecclesiae beati Petri largitus est munera. Imperatoris[4]
ib. p. 402. quoque Henrici secundi temporibus iterum Romani Clementem papam multis contumeliis affectum a sua cathedra pepulerunt. Quod praefatus audiens imperator Romam venit, et eum in propria sede reposuit. Post decessum vero papae Clementis, rursus Romani quemdam inutilem puerum[5] papam ordinaverunt. Sed et hunc Henricus tercius, Henrici supradicti successor[c] et filius, a sede deposuit et Gregorium sextum illi sustituit. Quidam denique regum et imperatorum pro Dei amore et dilectorum suorum expiacione alios benignitatis fructus indigentibus exibuere. Alii vero pro sibi subdita gente multas pertulerunt anxietates, et quidam pacem regni suis praetulere periculis. Sed et quidam illorum fures, adulteros et omnes equę sacrilegos exquisitis interimentes suppliciis, magna populo suo beneficia contulerunt. Alii quoque leges discretione praecipuas et honestas[d] populis tradiderunt. Alii vero fuerunt benignitate praecipui, et alii sensati, et alii facundia[e] praediti[f], et alii pacifici, et alii universa morum probitate conspicui. Alii ipsorum etiam diversis edificiis aecclesias ornaverunt, et alii victricibus armis gentem perfidam a regni sui finibus expulerunt: quibus omnibus indiget aecclesia. Quidam etiam in suis fundis edificaverunt aecclesias, in quibus viros posuere religiosos, et eis sua praedia contulerunt, ut ex eorum reditibus viverent[6], et ibidem sine sollicitudine nocte dieque Domino ministrarent, homines sanctos et honestos eis praeponentes, quos appellamus abbates, qui eos diligenter divinis mandatis imbuerent, et eis pariter necessaria providerent. Ex eo quoque tempore ceperunt etiam praesulatus honorem quibusque viris religiosis et divinis dogmatibus diligenter excultis regali munificentia tribuere et aecclesiae Dei pastores dignissimos providere[7]. Qua discreta consuetudine usi sunt multi reges et principes usque ad tempora nostra in promovendis viris doctissimis atque
ib. p. 422. sanctissimis, sicut in superiori iam diximus libro. Unde etiam ille magnus papa Gre-

a) eumdem 2. b) suscessit 2. c) suscessior 2. d) onestas 2. e) fecundia 2. f) proditi 1.

1) *Cf. Gregorii epist. ad Herimannum l. l.:* Quis dubitet sacerdotes Christi regum et principum omniumque fidelium patres et magistros censeri? 2) *Cf. Hug. Flav. p.* 351*:* Compositis itaque Carolus rebus in Aquitania . . . precibus Adriani pontificis Romani bellum contra Langobardos cepit . . . et res a Langobardis ereptae Adriano papae restitutae. *Patet igitur auctorem nostrum perperam hic quae de Karolo et Desiderio regibus narrantur ad Pipinum et Aistulfum retulisse.* 3) *Ibid. p.* 352*:* Successerat post Adrianum in pontificatu Romano Leo . . . Hunc Romani letania maiore captum multis affectum iniuriis — fidem regis implorare compulerunt; *et paulo superius:* Colebat prae omnibus sacris locis aecclesiam sancti Petri apud Romam, cui etiam multa contulit in auro et argento. 4) *Sequentes ineptias et ipsas auctor chronico Flaviniacensi p.* 402. *debuit, ubi Rodulfi Glabri notae insanissime corruptae leguntur; cf. 'N. Archiv' XIV, p.* 414. *Similiter has res confundunt Hug. Floriac. Modern. Franc. regum Actus, SS. IX, p.* 389. 5) *Benedictum IX; cf. Rodulf. Glaber, Hist. IV, c.* 5, § 12. *V, c.* 5. 6) *Cf. Epist. Melchiadis II, c.* 11, *Hinschius p.* 248. 7) *Cf. Humbert. III, c.* 11, *Libelli I, p.* 211.

gorius[1], cuius hodie sacri flores eloquii redolent in sancta aecclesia, Mauricio imperatore iubente consecrari non renuit[2]. Quod et ante eum beatus fecisse legitur[3] Ambrosius Mediolanensis archiepiscopus, vir sanctissimus atque doctissimus; qui Valentiniano imperatore iubente praesulatum praedictae suscepit aecclesiae. Hoc etiam fecere multi viri catholici, quos et decorabat morum elegantia atque sanctissima vita. De quorum numero fuisse noscuntur sanctus Audoenus Rothomagensis archiepiscopus[4] et sanctus Eligius Noviomensis antistes[5], viri Deo gratissimi, sicut eorum indicant actus, qui regis Dagoberti[6] munere pontificari meruere. Verumptamen[a] propter eos, qui violenter in aecclesia se ingerunt et praesulatus honorem ab inreligiosis principibus peccunia comparant, amantes superbiam et temporalem dominationem cum vana ponpa[b] et arrogantia mundi huius, statuit sancta Nichena synodus[7], ne quis praeter voluntatem et consensum metropolitani sui ullatenus fiat episcopus. Quod et postmodum venerabiles Romani corroboravere pontifices, videlicet Gelasius, Celestinus et Leo sanctissimus, decernentes[8], *ut nulla ratione fiat episcopus qui nec a clericis est electus, nec a plebibus expetitus, nec a provincialibus episcopis metropolitani iudicio consecratus.* Unde salutiferum et oportunum esse speramus, ut si rex aut quislibet pius princeps praesulatus honorem viro sancto ordinabiliter tribuere vult, ne hoc suo solo faciat arbitrio, sed consilio et consensu metropolitani episcopi. Nam pro eis, qui se contra censuram religiosam provehunt et culmen reginiminis pocius sibi rapiunt quam assequuntur, solet sepe dissensio pullulare, et oritur nonnumquam[c] in populo gravis pernicies. Unde nobis cautum fore videtur, ut, si res huiusmodi pravorum studiis obstantibus competenter minime perfici potuerit, ut tamdiu differatur, donec in generali synodo rationabiliter atque legitime terminetur.

cf. Hugo Fl. p. 412.

ib. p. 328.

Proinde regis officium est etiam dissidentes episcopos reconciliare, sicut multis documentis possumus approbare. Imperatoris quippe Valentiniani iunioris temporibus[9] Sixtus Romanus pontifex incriminatus est a quodam Basso. Quod audiens modo dictus augustus pia cura iussit concilium celebrari; in quo purgatus est papa Sixtus a crimine, et Bassus condempnatus est. Theodorici etiam regis Italiae temporibus[10] Simmacus sedem optinuit apostolicam, et eodem die Laurentius provectus est ad eundem gradum per sedicionem. Quod senatus Romanus regi Theodorico intimavit et, ut eis mitteret qui ordinaretur apostolicus, suggessit. At ille misit eis Petrum Altinae civitatis episcopum. Sed Symmacus convocavit concilium centum et viginti quinque episcoporum, in quo purgavit se ab his quae ei obiciebantur; et ita demum usque ad diem suae dormicionis permansit apostolicus et Laurentius privatus est sede sua. Anno[11] quoque incarnationis dominicae DCCCCLX[d] secundo Octhovianus papa, cum de inreligiositate culparetur, Othone Romano imperatore iubente a sua sede expulsus est, et Iohannes septimus ei est substitutus. Verum cum modo dictus im-

ib. p. 303.

ib. p. 319.

ib. p. 364.

a) verumt. 1. b) pompa 2. c) nunnunquam 2. d) nongentesimo sexagesimo sec. 2.

1) *Hugo Fl. p.* 422: His ergo interim sepositis beati patris Gregorii VII. Romanae ecclesiae pontificis, magni illius Gregorii, cuius hodie flores eloquii in ecclesia redolent, univoci et aequivoci. 2) *Iohannis V. Gregorii I, c.* 39. 40, *Opp. ed. Bened. IV, col.* 36 *C. D.* 3) *Paulini V. Ambrosii c.* 7. 8, *Opp. ed. Baller. VI, col.* 888. 4) *V. S. Audoeni altera II,* § 14, *Acta SS. Aug. IV, p.* 813. 5) *V. Eligii, SS. rer. Gall. III, p.* 557. 6) *Immo Chlodovechi II, filii Dagoberti I.* 7) *C. VI, Hinschius, Decretal. Pseudois. p.* 258; *Hugo Flav. p.* 412. 8) *Epist.* 167, *inquis. I. ad Rusticum episc. Narbon., Opp. ed. Ballerini I, col.* 1420; *Hinschius l. l. p.* 616. *Auctor noster procul dubio ex Hugone Flav. hausit, ut e Celestino atque Gelasio utrimque laudatis apparet. Neque enim in decretis huius neque illius de metropolitano cooperante aliquid statuitur.* 9) *Liber pontif. ed. Duchesne I, p.* 232. 10) *Ibid. p.* 260; *cf. Dicta cuiusdam de discordia papae et regis, Libelli I, p.* 457; *Manegoldus c.* 43, *p.* 356. 11) *Harum ineptiarum iterum Hugo Flavin. auctor est, nisi quod rectius de Iohanne XII. loquitur.*

perator a Roma discessisset, Romani Othovianum receperunt, et Iohannem ab urbe expulerunt, et Benedictum papam ordinaverunt. Quod imperator Otho comperiens Romam rediit[a], et praefatum papam Benedictum iudicio synodali deposuit et Iohannem loco suo restituit.

4. Itaque, sicut evidenter sermo noster aperuit, regi rite subiacere videntur omnes regni ipsius episcopi, sicut patri filius deprehenditur esse subiectus, non natura, sed ordine, ut universitas regni ad unum redigatur principium. Ad eum denique pertinet illas quae ad querelas veniunt causas in toto regno suo prudenter audire et auctoritatis[b] suae privilegio corrigere vel pacificare. Unde reprehendi a quibusdam solet[1], quod Gregorius septimus consecrari vitavit consensu et licencia imperatoris. Pro qua re dissensio ista processit, et fiunt cotidie cedes christianorum, et loca Dei sacrata humano[c] sanguine polluuntur et contaminantur, aecclesiae solo tenus evertuntur, et christicolae a suis domibus excluduntur, et castella et vici et ville flammis ardentibus consumuntur; et nullus, pro dolor! invenitur qui causam istam caute discutiat, prudenter examinet ac iuste determinet. Clerus et populus in ambiguo positus est, et magniloqui sive magnates nolunt brachia sua, id est vires suas, extendere contra impetum tribulationis; sed facti sunt quique potentes[d] velut arietes invicem se debellantes. Reprehenditur[2] etiam illud decretum ipsius, in quo continetur[3], *ut nullus episcoporum investituram episcopatus vel abbatiae*[e] *de manu regis vel imperatoris suscipiat,* propter viros sanctos, qui dudum regum vel imperatorum munere, sicut supra retulimus[4], pontificatus honorem recipere non recusaverunt, quod nunquam fecissent, si in hac re culpam latere novissent. Nec, ut speramus, Deus illos tantis miraculis choruscare faceret, nisi eorum vita coram ipso laudabilis extitisset. Supervacua igitur esse videtur. Porro ponpa mundi huius quibusque principibus superbiae et elacionis tumorem ingerere solet[5]; et dum illicita committunt[f], reprehensoribus suis dicere solent[6]: 'Nos a nemine debemus iudicari, et sub nullius sumus positi potestate'; indomabiles se praebentes medicis spiritalibus, id est sanctis doctoribus, qui eorum delicta paterna scirent possentque pietate curare. Itaque in languore suo permanent donec deficiant; non attendentes illud sapientissimum dictum: *Omnia,* inquid, *mihi licent, sed non omnia expediunt.* Qui si Deum timerent et ignem illum, qui paratus est diabolo et satellitibus eius, nimirum illud animo sepe revolverent quod in beati Iob libro scriptum est: *Nunquid iustificari potest homo comparatus Deo, aut apparere mundus natus de muliere? Ecce et luna non splendet, et stelle non sunt munde in conspectu eius. Quanto magis homo putredo, et filius hominis vermis? Corpus enim, quod corrumpitur, adgravat animam, et terrena inhabitatio sensum multa cogitantem.*

cf. Hugo Fl. p. 456.

1. Cor. 6, 12.

Iob 24,4—6.

Sap. 9, 15.

5. Verum nunc vereor, ne quis me redarguens dicat: 'Non est tuum, frater, honorabiles ac sublimes increpare personas, quorum peccata Deus iudicanda suo reservat iudicio.' Sed meminerit quisquis ille est, quia beatissimus Petrus apostolus, qui ceteris omnibus apostolis praeminebat, et cui Deus ac dominus noster Iesus Christus

a) dediit 2. b) actoritatis 1. c) Romano *ed.* d) petentes 2. e) abaciae 1. f) comittunt 1.

1) *Idem monet Hugo Floriac. in Modern. regum Franc. Act., SS. IX, p.* 391; *cf. Dicta cuiusdam l. l. p.* 458. 459; *Wido Ferrar. ibid. p.* 552. 2) *Cf. Manegoldum c.* 51, *p.* 400; *Hugo Floriac. Modern. reg. Franc. Actus, SS. IX, p.* 391. 3) *A.* 1078, *Nov.; Jaffé, Bibl. II, p.* 333; *Hugo Flav. p.* 423. 4) *P.* 472. 488 *sq.* 5) *Cf. Epist. Gregorii ad Herimannum Mett. l. l.:* Scimus enim, quia mundana gloria et secularis cura eos maxime, qui praesunt, ad elationem trahere solet. 6) *Ibid.:* Numquid hic sunt reges excepti aut non sunt de ovibus, quos filius Dei beato Petro commisit? *Cf. Deusdedit Lib. contra invas. l. II,* § 11, *supra p.* 329.

ore proprio locutus fuerat dicens: *Tu es Petrus, et super hanc petram edificabo aecclesiam meam, et portae inferi non praevalebunt adversus eam, et tibi dabo claves regni caelorum, et quodcunque ligaveris super terram erit ligatum et in caelis, et quodcunque*[a] *solveris super terram erit solutum et in caelis,* quod hunc Paulus nuper ad fidem conversus ausus est reprehendere, ac divino zelo succensus coram omnibus increpare. Sic etenim idem apostolus Paulus scribens ad Galathas dicit: *Cum venisset Cephas Antiochiam, in faciem ei restiti, quia reprehensibilis erat. Prius enim quam venirent quidam ab Iacob, cum gentibus edebat. Cum autem venissent, subtrahebat et segregabat se, timens eos qui ex circumcisione erant. Et simulationi eius consenserunt ceteri Iudei, ita ut et Barnabas duceretur ab eis in illam simulationem. Sed cum vidissem, quod non recte ambularent ad veritatem euangelii, dixi Cephae coram omnibus: 'Si tu, Iudeus cum sis, gentiliter vivis, et non Iudaice, quomodo gentes cogis iudaizare? Nos natura Iudei, et non ex gentibus peccatores. Scientes autem, quod non iustificatur homo ex operibus nisi per fidem Iesu Christi, et nos in Christo Iesu credimus, ut iustificemur ex fide Christi, et non ex operibus legis'.* Ergo si tantus apostolus, carnis infirmitate praepeditus, reprehensibilis inventus est, quanto magis ille reprehensibilis est, cuius cor tumet, et quasi magna cogitans attonitos habet oculos? Veruntamen[b] ille qui ceteris apostolis eminebat, et quem dominus Iesus Christus magister optimus ore suo docuerat et Spiritus sanctus illuminaverat, Paulum nuper ad fidem conversum salubria sibi suggerentem humiliter audire non renuit, sed illi protinus[c] adquievit. Homo vero fastu potentiae seculi huius praeditus, sicut in libro Iob legitur, *in superbiam erigitur, et tanquam pullum onagri se liberum natum putat,* ideoque reatum suum cognoscere et sanctis hominibus assensum praebere detrectat. Veruntamen[b] Deus sapientes homines sepe per simplices quoque[d] solet instruere. Unde et Balaam propheta, qui mercedem amavit iniquitatis, correctorem habuit suae vesaniae animal mutum cui insidere solebat. Excelsus quippe Dominus et humilia respicit et excelsa a longe cognoscit. Humilia, inquam, respicit, ut attollat, et excelsa, id est superba, ut deiciat. Quapropter oportet ut quicunque culmen honoris optinet, se diligenter attendat, et nulla se ipsum adulacione seducat, sed intelligat, cum quanto periculo mortis aeternae et cum quanta penuria perfectae iusticiae peregrinemur a Domino. Nam licet sint speciosi pedes euangelizancium pacem, euangelizancium bona, tamen de terra sicca pulverem contrahere solent. Et si hoc dispensatores verbi Dei et ministri sacramentorum eius, quanto magis quaedam provincia magni regis? Unde psalmista Domino dicit: *Beatus quem tu erudieris, Domine, et de lege tua docueris eum.*

Matth. 16, 18. ib. 19. Gal. 2, 11—16. Iob 11, 12. cf. Num. 22, 23—33. cf. Ps. 137, 6. Rom. 10, 15. Ps. 93, 12.

Sed his modo sepositis, operae precium est beati papae Leonis[1] decretum nostris auditoribus propalare, et quid de ordinando papa sanxerit nescientibus intimare. Qui cum anno incarnationis dominicae MLVIII. papae Leoni[2] successisset[3], anno ordinationis suae secundo concilium habuit in basilica Lateranensis mense Aprili, indicione duodecima, in qua residens omnibus sibi circumsidentibus dixit:

Hugo Fl. p. 408.

Novit[4] *modestia*[e] *vestra, fratres*[f] *karissimi et coepiscopi, inferiora quoque membra*[g] *non latuit, defuncto piae memoriae domno*[h] *Stephano decessore nostro, haec apostolica sedes, cui Deo auctore de-*

a) quodcumque 2. b) verumptamen? 1. c) penitus? 2. d) quosque 1. e) beatitudo *Flav.* f) dilectissimi fr. et coep. *Flav.* g) membra 2. h) donno 2.

1) *Nicolaum II. dici non est quod moneam.* 2) *Haec quoque veritati repugnant; nam inter Leonem IX. et Nicolaum II. Victor II, Stephanus X, Benedictus X. sederunt.* 3) *Cf. Hugo Flav. p.* 408: Successit ei Nicholaus, qui II. anno ordinationis suao concilium habuit in basilica Lateranensi, mense Aprili, indict. XII, ubi considentibus venerabilibus archiepiscopis, episcopis, abbatibus seu venerabilibus presbiteris et diaconis, de electione summi pontificis decernens ait. 4) *De textu cf. 'N. Arch.' XVI, p.* 379 *sq.*

servio, quot adversa pertulerit, quot denique per simoniacae heresis trapezetas malleis et crebris tunsionibus subiacuerit, adeo ut columpna Dei viventis iamiam pene videretur nutare, et sagena summi piscatoris, procellis intumescentibus, in naufragii profunda submergi. Unde, si placet fraternitati vestrae, debemus auxiliante Deo futuris casibus prudenter occurrere et ecclesiastico statui, ne rediviva, quod absit! mala praevaleant, in posterum praevidere. Quapropter instructi praedecessorum nostrorum aliorumque sanctorum patrum auctoritate decernimus atque constituimus, ut obeunte huius Romanae universalis aecclesiae pontifice, in primis cardinales episcopi diligentissima simul consideratione tractantes, mox sibi clericos cardinales adhibeant, sicque reliquus clerus et populus ad consensum novae electionis accedant. Et[a] *ne venalitatis morbus qualibet ocasione subripiat, religiosi viri praeduces sint in promovendi pontificis electione*[b], *reliqui autem sequaces. Et certe rectus atque legitimus hic electionis ordo perpenditur, si perspectis diversorum patrum regulis seu gestis, etiam illa beati Leonis sententia recolatur: 'Nulla*[1]*', inquid, 'ratio sinit, ut inter episcopos habeantur qui nec a clericis sunt electi, nec a plebibus expetiti, nec a comprovincialibus episcopis metropolitani iudicio consecrati'. Quia vero sedes apostolica cunctis in orbe terrarum praefertur aecclesiis, atque ideo super se metropolitanum habere non potest, cardinales episcopi procul dubio metropolitani vice fungantur*[c]*, qui electum antistitem ad apostolici culminis apicem provehant*[c]*. Eligant autem de ipsius aecclesiae gremio, si repertus fuerit idoneus; vel, si de ipsa non invenitur, ex alia assumatur. Salvo debito honore et reverentia dilecti filii nostri Henrici, qui in praesentiarum rex habetur, et futurus imperator Deo concedente speratur, sicut iam sibi concessimus, et successorum illius, qui ab hac apostolica sede personaliter hoc ius impetraverint. Quod si pravorum atque iniquorum hominum ita perversitas invaluerit, ut pura, sincera atque gratuita electio fieri in Urbe non possit, cardinales episcopi cum religiosis clericis catholicisque laicis, licet paucis, ius potestatis obtineant eligere apostolicae sedis antistitem, ubi congruentius iudicaverint. Plane postquam electio fuerit facta, si bellica tempestas vel qualiscunque hominum conatus malignitatis studio restiterit, ut is qui electus est in apostolica sede iuxta consuetudinem intronizari non valeat, electus tamen sicut papa auctoritatem optineat regendi sanctam Romanam aecclesiam et disponendi omnes facultates illius: quod beatum Gregorium ante electionem suam fecisse cognoscimus. Quod si quis contra hoc decretum nostrum sinodali sententia promulgatum per sedicionem vel praesumptionem aut quodlibet ingenium electus aut etiam ordinatus seu intronizatus fuerit, auctoritate divina et sanctorum apostolorum Petri et Pauli perpetuo anathemate cum suis*[d] *auctoribus, factoribus, sequacibus, a liminibus sanctae Dei aecclesiae separatus, subiciatur sicut Antichristus et invasor atque destructor tocius christianitatis, nec aliqua super hoc audientia aliquando ei reservetur, sed ab omni aecclesiastico gradu, in quocunque prius fuerat, sine retractatione deponatur: cui quisquis adheserit, vel qualemcumque*[e] *tanquam pontifici reverentiam exibuerit*[f]*, aut in aliquo eum defendere praesumserit*[g]*, pari sentencia sit mancipatus. Quisquis autem huius nostri decreti vel sententiae violator*[h] *extiterit, et Romanam aecclesiam sua praesumptione confundere et perturbare contra hoc statutum tempta-*
cf. Ps. 1, 5. *verit, perpetuo anathemate atque excommunicatione dampnetur, et cum impiis, quando resurgent in iudicio, reputetur. Omnipotentis scilicet Dei Patris et Filii et Spiritus sancti contra se iram sentiat, et sanctorum apostolorum Petri et Pauli, quorum praesumit confundere aecclesiam, in hac vita et in futura furorem*
Ps. 68, 26. ib. 108, 9. *repperiat. Fiat habitatio eius deserta, et in tabernaculis eius non sit qui inhabitet. Fiant filii eius*
ib. 10. *orphani, et uxor eius vidua. Commotus commoveatur*[i] *ipse et filii eius, et mendicent, et eiciantur de*
ib. 11. *habitationibus suis. Scrutetur fenerator omnem substantiam eius, et diripient*[k] *alieni labores eius. Orbis*
cf. Sap. 5, 21. *terrarum pugnet contra illum, et cetera*[l] *elementa sint ei contraria; et omnium sanctorum quiescentium merita illum confundant, et in hac vita super eum apertam vindictam ostendant. Observatores autem huius nostri decreti Dei omnipotentis gratia protegat, et auctoritate beatorum apostolorum*[m] *Petri et Pauli ab omnibus vinculis absolvat peccatorum*[n].

Ecce iste papa sanctissimus sano ac saluberrimo consilio et discretione praecipua in ordinatione domini papae debitum honorem et reverentiam imperatori reservans, illud apostoli Petri mandatum observat quod scripsit idem apostolus in epistola sua dicens:
1. Petr. 2, 13—16. *Subiecti estote omni humanae creaturae propter Deum, sive regi quasi praecellenti, sive ducibus quasi ab eo missis ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum; quia sic*[o] *est voluntas Dei, ut benefacientes obmutescere faciatis imprudentium hominum*

a) ut nimirum ne *Flav.* b) electionem 2. c) funguntur — provehunt *Flav.* d) scīs 2. e) qualemcunque 2. f) exhib. 2. g) praesumps. 2. h) temerator *Flav.* i) amoveatur *Flav.* k) d. *Flav.* l) cuncta *Flav.* m) apostolorum *om.* 1. n) *deest Flav.* o) si 2.

1) *Cf. supra p.* 489.

ignorantiam, quasi liberi, non quasi velamen habentes maliciae libertatem, sed sicut servi Dei. Per terrenum quippe regnum celeste tunc proficit, dum quod sacerdos non praevalet efficere per doctrinae sermonem, regia potestas hoc agit vel imperat per disciplinae terrorem[1]. Decet igitur, ut unicuique potestati suae auctoritatis privilegium sibi semper salvum et incolume perseveret. Denique, sicut Paulus apostolus docet: Nemo sacerdocium sibi[a] praeripere debet[2], *sed qui vocatur a Deo tanquam Aaron.* Hebr. 5, 4. Nam et Christus non semet ipsum clarificavit, ut pontifex fieret, sed qui locutus[b] est ad eum: *Filius meus es tu, ego hodie genui te.* Et in alio loco: *Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech; qui in diebus carnis suae preces supplicationesque ad eum qui possit eum a morte salvum facere cum clamore valido et lacrimis offerens, exauditus est pro sua reverentia. Et quidem cum esset filius, didicit ex his quae passus est obedientiam, et consummatus, factus est in omnibus optemperantibus*[c] *sibi causa salutis aeternae, appellatus a Deo pontifex iuxta ordinem Melchisedech.* ib. 1, 5. ib. 5, 6—8 Ergo decet, ut episcopi quique sequantur formam quae praecessit in capite, ut et ipsi inveniantur digni offerre spiritales hostias acceptabiles Deo per eundem Christum dominum nostrum, cuius membra[d] noscuntur existere. Denique regia potestas spernenda non est; quia regis officium est[3] totum sibi subiectum populum ab errore corrigere et ad aequitatis atque iusticiae semitam revocare. Unde in libro Iudicum repperies, quia cf. Iud. 17, 6. antequam regem haberent filii Israel, Ionathas, filius filii Moysi, cum inter levitas ib. 21, 24. deputatus esset, praesumpsit sibi sacerdocium; *quia unusquisque*, inquid, *sibi placita faciebat, eo quod non esset rex in Israel.* Ipsius etiam officium est[4] molas iniqui conterere et de faucibus eius praedam eripere, ut recte pater pauperum et oculus caecorum et pes claudorum nominari possit et esse. Ipse quoque debet esse sanctae defensor aecclesiae. Hugo Fl. p. 436.

6. Unde honorandus est tam ab omnibus sui regni praesulibus quam a ceteris omnibus, quibus praeest, etsi non propter se, vel propter honorem et gradum, quem a Deo accepit. Nec nos movere debet, quia multi pravi et pauci boni reges inveniuntur. Frumentum enim in comparatione palearum valde exiguum esse videtur. Sed novit agricola quid faciat de ingenti acervo palearum, et novit Deus qui sunt eius. Sustinet tamen pravos, ut suorum electorum fidem atque prudentiam per illorum perversitatem exercendo confirmet, et quia de numero eorum multi convertuntur et corriguntur. Sustineamus ergo et nos eos quos esse videmus iniustos, et amemus eos quos iustos esse videmus. Non tamen dico, ut toleremus malos carnali timore, sed Dei amore. Nec dico, ut amemus eos expectantes ab eis pro nostro amore carnalem retributionem, aut ut serviamus ei propter commoda temporalia aut propter gloriam temporalem, nec ut ponamus in eis spem nostram: quoniam maledictus est homo, qui spem suam ponit cf. Ier. 17, 5. in homine. Nec dico, ut exibeamus eis nosmet ipsos ministros ad male faciendum, ut eis placere possimus: quoniam dissipabit Deus ossa eorum qui hominibus placent, sicut cf. Ps. 140, 7. psalmista testatur: sed ut amemus iustos, quia iusti sunt, et toleremus malos caritate illius qui eos nobis equo iudicio praetulit atque praeposuit. Legem quippe non implet nisi caritas. Et si nos diabolus per eos occultus inpugnat, clamemus illud psalmistae: *Deus meus, eripe me de manu legem praetereuntis et iniqui, quoniam tu es pacientia mea a iuventute mea.* Et precemur illum, ut misericordiae suae dulcedinem instillet in nobis. Etenim, sicut testatur psalmista: *Custodit Dominus omnes diligentes se, et omnes peccatores disperdet.* Et liber Sapientiae dicit: *Multi potentes oppressi sunt valide, et gloriosi traditi sunt in manus exterorum.* Et Iob: *Adprehendet impium quasi aqua inopia, nocte opprimet eum tempestas, et tollet illum ventus urens.* Deni- Ps. 70, 4. ib. 5. ib. 144, 20. Eccl. 11, 6 Iob 27, 30. ib. 21.

a) si 2. b) loquutus 2. c) obt. 2. d) membra 2.

1) *Cf. supra p.* 469. 2) *Hoc ad Gregorium VII. spectare videtur.* 3) *Cf. supra I, c.* 4, *p.* 468. 4) *V. supra p.* 473.

que si per eos, id est, si per pravos praelatos diabolus nos instigat verbo aut urget
Act. 5, 29. tormento, ut malum peragamus, mox illis respondeamus, quia *obedire Deo oportet magis*
Rom. 8, 18. *quam hominibus.* Nec quibuslibet tormentis exsuperemur, quia *non sunt condignae passiones huius temporis ad futuram gloriam, quae revelabitur in nobis.*

7. Proinde movet plerosque, quod iusti in hac vita multa paciantur adversa, mali vero magnis prosperitatibus gaudent. Sed de suis tribulationibus exsultat Paulus apo-
ib. 5, 3. stolus dicens: *Gloriamur in tribulationibus, scientes, quoniam tribulatio pacienciam*
ib. 4. *operatur, pacientia vero probationem, et probatio spem. Spes autem non confundit, quia caritas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis.* Quo Spiritu referti vel inebriati quique viri perfecti omnes adversitates mundi huius propter eum tolerant, qui pro eis mori non dedignatus est. Pro eo, inquam, quod ardenti amore diligitur[a], omnia tolerantur. At impaciens, dum mala, quae ei iuste a Deo inferuntur, pati renuit, non efficit, ut a malis eruatur, sed ut mala graviora paciatur. Nemo enim leges Omnipotentis evadit; sed omnis creatura, velit nolit, militat Deo et illius subiacet potestati. Sed boni[1] libera voluntate, sicut boni filii, Deo servire noscuntur, et faciunt quod bonum est. Mali quoque Deo serviunt, sed necessitate; et fit de illis quod iustum est. Itaque et de bonis et de[2] malis Deus bene facere consuevit. Veruntamen[b] quicquid ab eo fit, iuste fit. Igitur equius est, ut nos eius sequamur quam ille nostram sequatur voluntatem; ut eo ipso quo nos eius sequimur voluntatem, ordinati esse incipiamus.

Unde congruum est, ut si quis uspiam est qui duas has de quibus loquimur potestates ab invicem per discordiam seiunxit ac separavit, ne negligat agere penitenciam, et nequaquam loetali[c] et mortiferae plagae[d] per pudorem addat tumorem. Nichil enim est infelicius, nichil scelestius, quam de vulnere quod latere non potest non erubescere et de ligatura eius erubescere. Satagat, inquam, qui hoc scelus admisit[e] Deo satisfacere per penitentiae dolorem et per humilitatis gemitum et per contriti cordis sacrificium, cooperantibus elemosinis. Non enim praecipitur nobis, ut tantummodo cessemus a peccatis; sed et de praeteritis, inquam[f], deprecare Dominum. Omnibus denique peccatoribus penitentia necessaria est: quam qui contempnit agere, aut Dei flagello plerunque percutitur aut morte conteritur. Unde peccatorem ammonet liber
Eccli. 5, 8. Sapientiae dicens: *Fili, ne tardes converti ad Dominum, et ne differas de die in diem.*
ib. 9. *Subito nempe veniet ira illius, et in tempore vindictae disperdet te.* Et de penitente
Iob 22, 23—27. in libro Iob hoc invenies scriptum: *Si reversus fueris ad Omnipotentem, edificaberis et longe facies iniquitatem a tabernaculo tuo. Dabit tibi pro terra silicem, et pro silice torrentes aureos; et argentum coacervabitur tibi, et affluies deliciis; et rogabis*
ib. 25. 28. *eum, et exaudiet te. Erit Omnipotens contra hostes tuos, et decernens rem, et veniet*
ib. 29. *tibi.* Et paulo post: *Qui inclinaverit oculos, ipse salvabitur.* Plura parabam adhuc dicere. Sed ne legentibus tedium ingeram, non placet amplius producere librum ac protelare sermonem; maxime cum super haec omnia multa in altero libro dixisse me recolo, quae semel audisse sapienti sufficere debent.

EXPLICIT LIBER SECUNDUS.

a) dirigitur 2. b) verumptamen 2. c) letali? 2. d) plage 1. e) amisit 1. 2. f) inquid 1. 2.

1) *Hic Augustini sententia, quam Hugo Flav. p.* 437. *affert, variari videtur:* Bonus si serviat, liber est; malus etiam si regnet, servus est. 2) *Pelagius ad Iohannem patr. ap. Hug. Flavin. p.* 429*:* qui *(Deus)* etiam de malis hominum actibus bona operari consuevit.

TRACTATUS
DE INVESTITURA EPISCOPORUM.

EDIDIT

ERNESTUS BERNHEIM.

Tractatum de investitura episcoporum, quem infra edimus, anno 1109. *paullo post festum sanctae paschae scriptum esse computatio illius anni sub finem adiecta testatur. Quam cuiuslibet scribae auctoritati attribuere minime licet. Nam cum praeter unum codicem Bambergensem P. T.* 9, *nr.* 64, *alioquin lacunosum, nulli desit omnesque codices sui iuris esse atque duos ipsius duodecimi saeculi prima vel media parte exaratos esse infra demonstremus, non est cur dubitemus quin computatio illa ab ipsius opusculi auctore sit adscripta. Accedit quod res in libello tractatae vel brevius tactae idem in tempus cadunt, ut ego in 'Forschungen zur deutschen Geschichte', vol. XV, p.* 286 *sqq., necnon Gerson Peiser in dissertatione 'Der deutsche Investiturstreit unter König Heinrich V.' (Lipsiae* 1883*) aliique probaverunt*[1].

De auctore nihil constat nisi quod ex ipso opusculo haustum l. l. collegi, cum nomen Walthramni episcopi Naumburgensis unius Schardii libitu editioni inscriptum indeque a posteris receptum sit.

Quanti momenti libellus fuerit quantique habitus sit, ut in dissertatione mea l. l., pag. 289 *sq., demonstravi, ita et exemplarium, quae adhuc exstant aut olim exstitisse editionibus infra laudatis ostenduntur, numerus — in tali libello sane inauditus — manifesto docet.*

Ad editionem parandam haec nobis adfuerunt subsidia:

1*a) Codex Monacensis bibliothecae regiae Monacensis latin., nr.* 17736 *(olim bibliothecae SS. Andreae et Magni in oppido Stadt-am-Hof) membr.* 4, *saec. XII.*

1) *Wilhelm Martens in opusculo 'Die Besetzung des päpstlichen Stuhles unter den Kaisern Heinrich III. und IV.' (Friburgi Brisgoviae* 1886*) p.* 289 *sq. libellum nostrum non ante concilium Lateranense anno* 1112. *habitum compositum esse contendit. Sed unica causa, propter quam ceteris argumentis neglectis computationem sub finem libelli, ut diximus, adiectam tamquam falsarii figmentum respuit, sane nulla est: nam ideo post annum* 1112. *Martens l. l. libellum editum statuit, quod non ante hunc annum spuria illa, quae in eodem laudantur, privilegia Hadriani I. et Leonis VIII. paparum prolata essent; at dum hoc l. l. p.* 286 *sqq. probare studuit, non vidit privilegia illa iam in Anselmi Lucensis episcopi libro contra Wibertum inter annos* 1085. *et* 1086. *confecto ita esse notata (v. in priori huius seriei volum. p.* 522, *lin.* 9 *sq.), ut omnino dubitari non possit, quin tum iam fuerint circumlata.*

med. post annum 1139. *scriptus: continet enim fol.* 120 *sqq. canones concilii Innocentii II. papae illo anno acti; qui fol.* 128 *verso — fol.* 133 *verso tractatum nostrum satis accurate perscriptum exhibet, praecedentibus spuriis Gregorii I. et Bonifacii IV. paparum epistolis (Jaffé-Ewald nr.* 1366 *et nr.* 1996*), subsequentibus ordine quodam poenitentiario nonnullisque capitulis ex vetustioribus conciliis, decretalibus paparum, sententiis patrum ecclesiae collectis. Cf. Catalogum codicum latinorum bibl. regiae Monacensis t. II, part. III (Monachii* 1878*), pag.* 119 *et 'Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde' II, pag.* 89—91. — *Codex Monacensis lat. nr.* 569, *anno* 1498. *exaratus apographum codicis nr.* 17736 *praebet, cf. Archiv II, p.* 87 *sq. et Catalogum cod. latin. bibl. regiae Monac. t. I, part. I, p.* 117.

1*b) Codex Londiniensis mus. Brit. Arundel mss. nr.* 242, *chart., saec. XV, fol.* 125 *verso sqq., qui prae ceteris codicibus cum* 1 *a convenit, attamen sui iuris est, a v. cl. I. H. Ieayes, mus. Brit. custode, neglectis nominum propriorum variis lectionibus, collatus. Cf. Archiv VIII, p.* 759 *sq., nr.* 414.

2*) Codex Bambergensis Q VI,* 31, *bibl. regiae Bambergensis (olim monasterii s. Michaelis Bambergensis) membr.* 4, *saec. XI—XII in., qui inter alia litis imperatorum et pontificum documenta tractatum nostrum, fol.* 58 *recto —* 62 *recto praebet satis nitide scriptum, sed non paucis mendis depravatum nimirum scribae insipientis culpa, qui multa perperam legit vel potius audivit (velut* ordinaverunt *pro* ornaverunt, unum *pro* unde, prebe *pro* perhibe, italicus *pro* alicuius, persecutus *pro* percussus *etc.), singula vocabula omisit totamque partem* Si Romani pontifices — vitam agere debemus *suo loco omissam post finem posuit. Kunstmann omnibus fere mendis servatis nonnullisque novis additis ex hoc codice libellum in 'Theologische Quartalschrift' (Tubingae* 1837*), p.* 186 *sqq. edidit. Cf. H. J. Jaeck, 'Vollständige Beschreibung der öffentlichen Bibliothek zu Bamberg', Theil I (Norimbergae* 1831*), p.* 43, *nr.* 323, *et accuratiorem notationem meam in 'Westdeutsche Zeitschrift für Geschichte und Kunst', t. I (*1882*), p.* 378 *sq.*

3*) Codex Bambergensis, P I,* 9, *nr.* 64 *bibl. regiae Bambergensis (olim bibl. Capituli Bamb.), membr. fol. min. saec. X. XI. XII, qui inter alia litis imperatorum et pontificum documenta fol.* 121 *verso —* 123 *verso libellum habet nostrum, saec. XII. in. satis festinanter scriptum, cum saepissime non singula tantum verba, sed etiam ampliores elocutiones desiderentur. Cf. 'Vollständige Beschreibung der öffentl. Bibl. zu Bamberg' l. c., nr.* 384 *et Archiv VII, p.* 822 *sqq. Post me socius noster E. Sackur denuo codicem contulit.*

4*) Codex Ratisponensis bibl. principis Thurn et Taxis, nr.* 182, *chart. saec. XVI in., fol.* 244 *sqq., quem G. Waitz b. m. contulit. Cf. Ottonis et Rahewini gesta Friderici I. imperatoris ed. alteram rec. Waitz (Scriptores rer. Germ. in usum scholarum,* 1884*), p. XXVII.*

5 *a) Codex Vindobonensis bibl. palatinae Vindobonensis cod. ms., nr.* 532 *(olim hist. eccles. nr.* 110*), membr.* 4, *saec. XII et XIV, qui fol.* 127 *recto—*130 *verso exemplar libelli nostri saec. XIV. scriptum continet, saeculo XVI. addita in margine hac inscriptione*: Pro imp. Henrico V. contra papam Paschalem II. A. C. 1109. Auctor est Walthramnus episcopus Naumburgensis. Extat opusculum hoc impressum in Simonis Schardii Syntagmate variorum Tractatuum de iurisdictione Auctoritate et Praeeminentia imperiali. *V. Cl. Victor Bayer codicem contulit. Cf. Tabulas codicum manuscriptorum . . . .* in *bibliotheca palatina Vindobonensi asservatorum, vol. I (*1864*), p.* 90, *nr.* 532.

5 *b) Codex, Vindobonensi propinquus, quo usus Matthias Flacius Illyricus in Catalogi testium veritatis editione altera (Argentinae* 1562*), p.* 212—216. *tractatum primus publici iuris fecit, cum in priori editione Catalogi (Basileae* 1556*) frustra eum quaeras.*

5 *c) Codex duobus iam memoratis propinquus, sed et ipse sui iuris, quem Melchior Goldast in 'Apologiis pro d. n. imp. Henrico IV. . . . . adversus Gregorii VII. papae . . . . impias et malignas criminationes (access. ad Replicationem pro caesarea et regia Francorum maiestate . . . adversus Iacobi Gretseri Iesuitae . . . crimina laesae maiestatis' etc.), Hanoviae* 1611, *p.* 226—232 *inprimis secutus est. Quamvis enim Flacii, Schardii, Wolfii editiones (vide infra) prae manibus habuerit (vide dissertationem Goldasti 'De auctoribus', l. c., p.* 30*), dubium non est, quin codicem aliquem manuscriptum ad editionem suam instituendam adhibuerit, cum in margine nota* al. *addita interdum lectiones discrepantes Flacii vel Schardii, interdum [ter] proprias lectiones — et has quidem adnotavimus —, semel lectionem ceterorum codicum nostrorum posuerit multisque contextus locis et ab editionibus illis dissentiat et cum codicibus nostris conveniat.*

Omnes sane quos nominavimus codices cum sui iuris sint neque ullum affinitatis stemma definiri possit, tamen prae ceteris 1 *b cum* 1 *a nec non* 5 *b et* 5 *c cum* 5 *a paullulum inter se conveniunt ideoque eisdem numeris hos et illos significavi. Omnium praestantissimi* 1 *et* 5 *a esse videntur.*

Littera S apposita quibusdam adnotavi locis Schardii lectiones, cuius editionem infra laudabo. Quae cum ad verbum tota pendeat a Flacio et nonnisi raro varietates nullius fere momenti praebeat, in quas vel Schardius suo arbitrio vel etiam typotheta potuit incidere (velut revolvit *pro* revolverit, retinuerint *pro* retinuerunt, enim *pro* autem, animarum *pro* animorum, statuta *pro* constituta, aridam *pro* aridum, advocatiis *pro* advocatis*) duobus tantum locis dubitatio oritur, an codex manuscriptus adhibitus sit: paullo enim post initium nomen* Thraciae, *quod Flacius inter vocabula* Byzantium *et* civitas *omisit, cum omnibus codicibus nostris additur — at suo arbitrio haud scio, an Schardius id addiderit; praeterea ad Pippini matris nomen, quod secundum Flacium* Aspaide *scriptum est, annotatur*: alii legunt Alphaide — *sed ne hoc quidem loco Schardium codicis alicuius quem prae manibus habuerit lectionem indicare voluisse concedemus, cum hanc lectionem apud alios quoscumque auctores nempe historicos usitatam in animo habere potuerit. Utcunque res se habet, raras illas varietates editionis Schardianae litera S indicatas, ut nihil praetermittam, adieci.*

Editionem primam Flacio Illyrico (v. supra sub 5 *b) debemus, non Schardio, ut Goldastus in praefatione Apologiarum loco supra lin.* 7 *laudato censet. Simon Schardius illam potius repetivit, et primum quidem in opere suo 'De iurisdictione, auctoritate et praeeminentia imperiali ac potestate ecclesiastica deque iuribus regni et imperii variorum authorum, qui ante haec tempora vixerunt, scripta collecta et redacta in unum', Basileae* 1566, *p.* 711—717, *deinde in aliis quae variis sub inscriptionibus easdem fere res praebent operibus. Iohannes Wolf, Schardii ut videtur editione usus, in Lectionibus memorabilibus et reconditis,* 1600 (*opera omnia theologico-historico-politica* 1671, *t. I, p.* 241*) sententias nonnullas notabiliores ex libello nostro electas dedit. Melchior Goldast in Apologiis a.* 1611. *editis (v. supra sub* 5 *c) superioribus editoribus necnon proprio codice manuscripto fultus optimam hucusque editionem curavit. I. P. de Ludewig in Reliquiis manuscriptorum omnis aevi diplomatum ac monumentorum ineditorum, tom. XII, Halae* 1741, *p.* 432—443 *Schardii editionem perscripsit. Denique Kunstmann uno vitiosoque codice usus (vide supra sub* 2*) prioribus editoribus multum cessit.*

In hac nostra editione omnes quidem vel minimi momenti varietates lectionum adnotavimus, scribarum autem vel typothetarum errores manifestos levesque referre superfluum habuimus.

Gryphiswaldiae, Kal. Augusti 1891. *E. BERNHEIM.*

DE INVESTITURA EPISCOPORUM[a].

Leo[b] Constantini filius imperavit annis quinque in regno Grecorum et Romanorum[1]; post quem uxor eius Hyrene, filia chaiani[c] Avarum — id est Hunorum regis —, cum filio suo Constantino imperavit annis X.[2] Verum Constantinus matrem suam Hyrenen imperio privavit solusque annis sex imperavit[3]. Hyrene[d] autem super erepto[e] sibi imperio[f] femineo dolore abusa, Constantinum filium suum oculis et imperio privavit et sola annis sex[f*] imperavit[4]. Romani autem, qui ab imperatore Constantinopolitano iam animo desciverant, propter tardum et infructuosum illius[g] auxilium contra tyrannos, accepta occasionis oportunitate quia mulier excecato imperatore Constantino[h] filio suo[i] imperabat, uno omnium[k] consensu Karolo magno imperatorias laudes acclamaverunt[l] eumque per manus[m] Leonis pape coronaverunt, Cesarem et Augustum appellantes[5]. Igitur ex quo Byzantium Tracie[n] civitas[o] a primo Constantino in novam amplificata et in regiam urbem est exaltata et[p] translata in illam omni Romane dignitatis gloria[q], in sedem Romani imperii dedicata et nova est[r] Roma appellata, evolutis annis circiter CCCCLXVIII, diviso a Constantinopoli Romano imperio, Karolus magnus rex Francorum primus imperavit Romanis annos XIIII[6].

Ex tunc a Grecis in reges Francorum translata est imperatoria dignitas, et[7] Adrianus papa, collaudantibus Romanis et plena[s] synodo primatum archiepiscoporum, episcoporum[t], abbatum, ducum et principum acclamante, Karolo magno eiusque successoribus, futuris imperatoribus, sub anathemate concessit patriciatum Romanum, et per se vel per[t] nuncios suos confirmationem in electione vel[u] in[t] consecratione Romani pontificis concessit; et investituras episcoporum eis determinavit, ut non consecretur episcopus, qui per regem vel[v] imperatorem non introierit pure et integre, exceptis[s] quos papa Romanus investire et consecrare debet ex antiquo dono regum et imperatorum cum aliis que vocantur regalia, id est[w] a regibus et[x] imperatoribus[y] pontificibus Romanis data in fundis et reditibus. In hac concessione continentur regales[z] abbatie[a], prepositure.

Ex hoc constituto Karolus magnus Aistulfum[b], Desiderium aliosque reges et tyrannos bello et[c] cede et exilio[d] delevit, qui fundos et bona ecclesię Romanę aliarumque ecclesiarum invaserant, omnia reddens libertati. Alii reges et imperatores,

a) *superscriptio deest in* 1*a*. 1*b*. 2. 3; ex quodam vetusto libro sumpto 4; sequitur de investitura episcoporum 5*a*; de investitura episcoporum scripta anno Domini 1100 [*sic*] ex veteri codice manuscripto desumpta 5*b*; de investitura episcoporum per imperatores facienda Walthrami episcopi Naumburgensis libellus ex veteri codice manuscripto desumptus *S*; reverendissimi et illustrissimi principis Walthrami Naumburgensis episcopi tractatus de investitura episcoporum et abbatum, pro iuribus imperatoris et regum contra Paschalem papam 5*c*. b) Leo — appellantes. Igitur *om.* 3. c) cahiani 2; caiani 1*b*. 5*c*; Gaiani 4. d) hyrenen 1*a*. e) adempto 5*b*. f) regno 1*a*. f*) III *Sig.* g) ipsius 5*b*. h) constantino *post* suo 2. i) eis *add.* 2. k) uno omni 4. 5*a*; unamini [*sic*] 5*b*. l) exclamaverunt 2. m) manum 1*a*. n) *om.* 5*b*. o) tertio *add.* 5*b*. 5*c*. p) et — appellata *om.* 5*a*. 5*b*. 5*c*. q) gloriam 3; gloriam *ex* gloria *corr.* 4. r) est *post* Roma 2. s) placata 3. t) *om.* 1*b*. 4. u) et 5*c*. v) et 3; per *add.* 2. w) idem *pro* id est 5*a*. x) vel 5*c*. y) principibus 1*a*. z) *om.* 2. a) et *add.* 3. 5*c*. b) astulfum 2; Eistulfum 5*b*. c) *om.* 5*a*. *b*. *c*; caede, bello 5*c*. d) exillo 1*a*.

1) *Cf. Sigeberti Chron. SS. VI, p.* 334, *lin.* 42. 2) *Cf. Sigebertum l. l. p.* 334, 66 *sq.* 3) *Sigeb. l. l. p.* 335, 42. 4) *Ibid. p.* 336, 1 *sqq.* 5) *Ibid. p.* 336, 19—21. 6) *Ibid. p.* 336, 29—32. 7) *Quae secuntur una sententia excepta (cf. n.* 8*) auctor ex spurio illo Hadriani I. papae privilegio, quod ca. a.* 1084. *fictum esse in 'Forschungen zur Deutschen Geschichte' t. XV, p.* 618 *sqq. demonstravi, hausit, sed ad aetatis suae rationem ea, quae ibi de papae electione statuta sunt, accommodavit.* 8) *Cf. spurium Leonis VIII. papae privilegium in LL. II,* 2, *p.* 167, 39 *sq., de quo in 'Forschungen z. D. G.' l. l. egi.*

succedentes[a] exemplo[b] Karoli magni defensionem Romanę ecclesię et aliarum ecclesiarum timore Dei et caritate[c] sancti Petri devote prosecuti[d] sunt, investituras episcoporum facientes, eorum[e] consecrationibus[f] per se vel per nuntios suos assistentes, iuxta quod Paulus apostolus ait ad Corinthios: *Non primum quod*[g] *spirituale, sed quod* 1.Cor.15,46. *animale, deinde quod*[h] *spirituale.* Magnus etiam Gregorius Theoderico[i] et Theodeberto[k] et Brunichildi[l] scribit[m], monens[n] ut absque symonia investituras episcoporum faciant[o]. Hic etiam primus Gregorius non est consecratus, donec Mauricii imperatoris[o] interfuit assensus[1]. Iohannes papa investituram Leodicensis episcopatus, quam Karolus rex fecerat[p] Richario Prumiensi[q] abbati, plane confirmat et invasionem Hilduuini[r] per Gisilbertum[s] comitem[c] de Capremonte sub anathemate dampnat[2].

Papa Leo primo[t] Ottoni aliique plures pontifices Romani idem confirmaverunt sub anathemate regibus et imperatoribus[3].

Unde[u] mirum est[v], immo periculosum in salutem animarum: quod[w] sancti antecessores ex magna necessitate et patenti[x] ratione sub anathemate confirmaverunt, hoc[h] a tempore Gregorii, qui et Hildebrandus[y], sub absolutione inmutatur[z]. Qui a primo Constantino, quem Silvester baptizavit[a], gesta et decreta revolverit[b], patenter inveniet, quod per reges et[c] imperatores et devotos laicos Romana ęcclesia alieque in orbe terrarum ecclesię in fundis et mobilibus[d] ditate et exaltate sunt sibique tutelas et defensiones[e] contra tyrannos et raptores retinuerunt[f], ut gladius regalis et stola Petri sibi invicem subveniant[g] quasi duo cherubim conversis vultibus respicientia in propiciatorium. Romani[h] pontifices aliique presules de rebus et fundis per devotos laicos et laicas adquisitis et a seculari potestate confirmatis struxerunt et ornaverunt[i] ecclesias, et a quibus acceperunt gratiam, non debent[k] inferre contumeliam. Et si de investituris peccaverint[l], exemplo primi Gregorii exhibeatur[m] quod Paulus dicit: *Argue, obsecra,* 2. Tim. 4, 2. *increpa in omni patientia et doctrina.* Ieronimus in epistolis suis dicit[4]: *Quadringentos episcopos imperiales litterę ad synodum contraxerunt;* in hoc virtus imperialis egit, quod excommunicatio pontificis agere non potuit[5], ut sine captione, sine depredatione[n], sine contumelia tot episcopi ierint[o] et[p] redierint[q]. Excommunicatio enim Exod.25,20. 37, 9.

a) successores 5*a. b. c.* b) *om.* 1*a. b.* 4. c) *om.* 3. d) persecuti 2. e) eorumque 1*b.* 4; eorum — deinde quod spirituale *om.* 3. f) vel *add.* 5*b. c.* g) non quod primum 1*a.* 5*a. c.* h) *om.* 5*c.* i) Theodorico 5*c.* k) theodoberto 1*a.* 5*a*; Theodberto 5*b.* l) brunichilli 1*a. b*; Brunihildi 5*b*; brunnihildi 5*a. c*; brunicildi 2; brunhildi 3. m) scripsit 2. n) *om.* 3. 5*a. b. c*; monensque 1*a.* o) *om.* 2; non *add.* 5*b.* p) concesserat 5*b.* q) pruniensi 1*a*; prumensi 3; brumensi 2. r) hildiuuini 1*a.* 4; hilduini 3. 5*b.* s) gisibertum 3; gisebertum 4; giselbertum 5*b*; cunebertum 2. t) primum 2. u) unum 2. v) *om.* 2. w) ea quae *add.* 5*c.* x) potenti 5*b.* y) Hyldebrandus 4; hiltibrandus 5*a. b*; Hiltiprandus 1*b.* 5*c.* z) immutantur 5*c.* a) quem — baptizavit *om.* 5*b.* b) revolvit *S.* c) per *add.* 2. d) et mobilibus *om.* 3. e) offensiones 5*c.* f) detinuerunt 2; retinuerint *S.* g) subveniantur 5*a.* h) Romani — doctrina *om.* 3. i) ordinaverunt 2. k) eis *add.* 5*b. c.* l) peccaverunt 5*b.* c. m) exhibebantur 1*a*; exhibeant *corr. ex* exhibebantur 1*b*; exhibeantur 5*a. b. c*; exhibeant 4. n) damnatione 1*a. b.* 4. 5*a. b. c.* o) ierunt 2. p) vel 1*b.* 5*a.* q) redierunt 2. 4.

1) *Epist. IX,* 110 *et* 109, *Opp. ed. Bened.* 1705, *t. II, col.* 1016 *sq. et* 1014 *sq.; Jaffé nr.* 1744. 1743. 2) *Cf. Folcuini gesta abbatum Lobiensium SS. IV, p.* 63*; Gisilbertus, qui ducatum Lotharingiae affectavit, castrum Chèvremont possedit (vide Flodoardi annales SS. III, p.* 371, 8*).* 3) *Hoc loco diserte auctor spurium Leonis VIII. papae privilegium laudat, de quo vide supra p.* 498, *n.* 8*; successorum eiusmodi privilegia usque ad famosum illud Paschali II. anno* 1111, *ab Heinrico V. rege extortum ne ficta quidem exstant nec exstitisse videntur.* 4) *Epist.* 108. *ad Eustochium, Opp. ed. Vallarsius t. I,* 2, *col.* 693, § 6, *sed numerus episcoporum ibi non propositus est.* 5) *Cf. Sigeberti libellum contra Paschalem II. anno* 1103. *scriptum, c.* 7, *supra p.* 459, 23 *sq.*

quanto[a] intelligitur et[b] timetur[c], tanto[d] cavendo vitatur; et punicio corporalis in vita vel in membris, in rebus vel in[e] fundis plures resipiscere facit ex iusticia[f] regali.

Omni[g] autem[h] pontifici summopere cavendum est ex medulla scripturarum[1], ne quando[i] ligat in terris[k], Deus solvat in celis, vel[l] quando solvit in terris, Deus liget in celis! Hoc evenit ex illa gloria prelationis nimiisque[m] motibus animorum[n], quando succedentes pontifices precedentium pontificum decreta et excommunicationes inmutant
Ioh. 18, 23. et solvunt. Unde cum dominus Iesus, ipsa veritas, dicat: *Si male locutus sum, testimonium perhibe*[o] *de malo*, mirum est et periculosum in Christi pusillos, quod antiqua constituta[p] sub anathemate confirmata[p] novis inmutationibus solvunt et inde nolunt reprehendi, obicientes: 'Romana iudicia non sunt retractanda'. Si[q] Romana iudicia non sunt retractanda, non videtur pusillis Christi canonicum et salubre, ut a tempore Gregorii, qui et Hildibrandus[r], ea solvantur, que sub anathemate confirmaverunt Silvester, Leo, Adrianus, primus Gregorius, Leo, Benedictus erga reges et imperatores de investiendis episcopis per illos, a quibus — et[s] etiam a devotis laicis et feminis — fundi et alia mobilia ecclesiis Dei[t] in orbe terrarum provenerunt[u] sibique tutelas et defensiones rerum ecclesiasticarum[v] retinuerunt[w] contra tyrannos et raptores. Si in successione quisque solvit, quod predecessio sub anathemate confirmavit, ecce oritur confusio pusillis Christi, cui parti potius assentiendum sit, antique an novę. Pars antiqua in paupertate mediocri et honesta arguit, obsecravit in patientia et doctrina et parcendo iusticie maiores et inferiores personas ad correctionem adduxit; nova autem pars, ex votis fidelium insolescens, sub specie religionis omnia trahit ad se manibus
Matth. 22, 21. expansis, cum Dominus dicat[b]: *Reddite cesari que sunt cesaris*[x], *et Deo, que sunt Dei.* Gregorius, Augustinus, Ambrosius ea que sunt data ęcclesiis a seculari potestate et[y] confirmata, testantur[z] potius a seculari potestate retinenda. Legitur etiam de episcopis Hyspanię[a], Scotię[b], Anglie, Ungarię, quomodo ex antiquo[c] usque ad modernam novitatem per reges introierint cum pace temporalium pure[d] et integre — qui pacifice sollicitus est, revolvat vitas patrum et hystorias, legat et intelligat[e]. Sed episcopatus, qui sub Romano degunt imperio, maioribus fundis et amplioribus vigent iusticiis et ideo propter maius scandalum a stola Petri discretius[f] tractandi sunt, quia non omnes sunt Petrus, qui tenent sedem Petri, sicut scribę et pharisei non[g] omnes fuerunt Moyses,
cf. Matth. 23, 2. qui sederunt super cathedram Moysi. Elatio enim ex prelatione et indiscretio[h] ex correctione[i] pariunt scandalum in[k] confusione[l], et fit manifeste illud, quod Dominus
Matth. 23, 15. in euangelio dicit: *Vos scribe et pharisei*[m] *circuitis mare et aridam*[n], *ut faciatis unum proselitum, et cum inveneritis, faciatis*[o] *filium gehenne duplo*[p] *quam vos.*

Longe etiam ante[q] decretum Adriani pape eiusque successorum reges, qui non[r] erant uncti, et maiores domus investituras episcoporum fecerunt[s]: Dagobertus[t], Sige-

a) quantum 2. 5*b. c.* b) *om.* 2. c) cavetur 4. d) tantum 2. 5*b. c.* e) *om.* 2. 3. f) industria 2. g) dei 2; domno 4. 5*c.* h) enim *S.* i) ille *add.* 5*b. c.* k) quod *add.* 2; quae *add.* 5*c.* l) et 5*c.* m) nimiis 5*b.* n) animarum *S.* o) prebe 2. p) statuta *S*; 5*c in margine, nota per errorem post verbum* confirmata *posita.* q) si — retractanda *om.* 2. r) hildebrandus 2. 3; hyldebrandus 4; Hildeprandus 1*b.* 5*c.* s) *om.* 1*a.* 5*b.* t) Domini 5*b. c*; omni 5*c in margine.* u) prevenerunt 2; pervenerunt 3. v) sibi *add.* 1*a.* 2. w) retinuerint 2. x) cesari 1*a.* y) et — potestate *om.* 2. z) testantur *post* Ambrosius 5*c.* a) hypanie 2. b) scottice 1*a.* 5*a.* c) antiqua institutione 5*a. b. c.* d) pureque 1*a. b.* 2. 4. e) intelliget 3. f) disertius 5*b.* g) non — Moyses *post* Moysi 5*a. b. c*; non *post* omnes 1*a. b.* 4; omnes *om.* 2. h) condiscretio 2. i) correptione 1*a.* k) ex 2. l) confusionem 1*a.* 5*a. b. c*; *fortasse corrigendum* et confusionem. m) vos *add.* 1*a.* n) arida 2; aridum 5*b.* o) *ex* faciatis *corr.* facitis 2; facitis 3, *add.* eum. p) magis *add.* 5*b. c.* q) an n̄ 1*a. b.* r) *om.* 5*a. b.* s) scilicet *add.* 5*a. b. c.* t) dagebertus 3.

1) *Cf. Sigeb. c.* 11, *supra p.* 462.

bertus[a], Theodericus[b], Hildericus[c], Pippinus filius Begge maior domus, Theodobertus[d]; ab his[e] inthronizati sunt Remaclus[f], Amandus, Audomarus[g], Autpertus, Eligius[h], Lantpertus[i] aliique sanctissimi presules, cum reges isti in moribus suis satis fuerint notabiles et solo nomine regum per maiores domus vivebant. Postquam autem Romani ingruentibus vicinis et gravibus bellis desciverunt[k] a Grecis imperatoribus ex causis supradictis[l], papa Stephanus ob infestationem Longobardorum venit Parisius[l] et assensu[m] Romanorum et Francorum in regem et[n] imperatorem unxit Pipinum, filium Karoli Martelli[o], nati ex Alpaide[p], propter quam ex pelicatu increpatam pontifex Lantbertus[q] martyr factus est[2]. Unxit etiam idem pontifex Stephanus filios eiusdem[r] Pipini Karolum, qui agnominatus est Magnus, et Karlomannum[s] fratrem eius, confirmans stirpem illorum[t] in regia et[u] imperatoria dignitate[3]. Ibi de investiendis episcopis per reges antiquam consuetudinem confirmavit[4].

Ex horum[v] collectione pure et integre servanda est antiqua constitucio, ne pusilli Christi scandalizentur[w].

Nil enim refert, sive verbo sive precepto sive baculo[x] sive alia re, quam in manu teneat[y], investiat aut intronizet rex et imperator episcopum[5], qui[z] die consecrationis[a] veniens anulum et baculum ponit super altare et in[b] curam pastoralem singula suscipit[c] a stola et ab auctoritate sancti Petri; sed[d] congruum magis[e] est per baculum, qui est duplex, id est temporalis et[f] spiritualis. Operarius enim in seminan- cf. Luc. 10,7.
dis spiritualibus dignus est mercede sua in[g] accipiendis temporalibus iuxta quod Paulus ait: *Si spiritualia vobis seminamus, non est magnum, si carnalia id est temporalia a* 1. Cor. 9, 11.
vobis metamus. Precedens investitura per regem in fundis et rebus ecclesię contra tyrannos et raptores quieta et pacifica reddit omnia; sequitur autem consecratio, ut bannus episcopalis banno regali conveniens in comunem salutem operetur, et si episcopis faciendum est regibus hominium[h] et sacramentum[i] de regalibus, aptius[k] est ante consecrationem[6]. Cum Paulus apostolus[b] dicat: *Unusquisque in suo sensu habundat*[l], Rom. 14,5.
omnia divina et ecclesiastica per magistros ęcclesiarum ad pacem et quietem pusillorum Christi tendere debent.

Legitur etiam[n] in libris Regum et Machabeorum, quod a regibus Iudeis et gentilibus sacerdotes investituras acceperunt[o] in iudaismo. A Petro[p] usque ad Silvestrum, qui Constantinum baptizavit, imperatores Romani erant[q] gentiles et christianorum persecutores, et[r] in fundis et rebus ecclesiasticis pauperes erant ecclesię, et a timoratis

a) sigibertus 4. 5*a. b. c.* b) theodoricus 4. c) heldricus 2; hildricus 5*a. b. c.* d) theodobertus 1*a*; Theobertus 5*b*. e) iis 4. f) rematius 3. g) adonaurus 4. h) egidius 3. i) lambertus 2; lampertus 5*a. b. c.* k) desciverant 2, *puncto subter literam* a *posito.* l) Parisios 5*b. c.* m) asensu 1*a.* n) et imperatorem *om.* 2. o) marcelli 1*a.* 4. 5*b.* p) Aspaide 5*b*; *item S, qui appositis uncis addit:* alii legunt Alphaide (*cf. praefationem nostram*). q) lambertus 2; lantpertus 3; lanbertus 4; lampertus 5*a. b. c.* r) eiusdem *post* Pipini 1*a.* s) calomanitum 1*a*; carolomannum 1*b.* 4. 5*b. c.* t) eorum 5*a. b.* u) in *add.* 4. 5*a. b. c.* v) harum 2. w) scandalizarentur 5*a.* x) sive aliam rem in manu tenens *pro* sive baculo — tenuerit 2. y) tenebat 1*a. b.* 4; tenuerit 5*a. b. c.* z) quo 5*b.* a) ordinationis 1*a.* b) *om.* 3. c) accipit 5*b.* d) sed — metamus *om.* 3. e) magis *post* est 1*a.* f) sed 1*a.* g) non *ante* in *add.* 5*b. c*; non *pro* non in *corr.* 4; non *pro* in 1*a. b.* 5*a.* h) hominum 1*a*; homiium 1*b*; homagium 5*a. b*; hominium et *om.* 3. i) sacr. *post* regalibus 1*a*; de regalibus *om.* 3. k) apertius 1*a.* 5*a. b. c*; aperitius 4. l) abundet 5*b.* m) omnia — debent *om.* 3. n) enim 5*b. c.* o) a *add.* 5*a*; etiam *add.* 5*c.* p) autem *add.* 5*b.* q) erant *post* gentiles 1*a.* r) *om.* 2.

1) *Supra p.* 498. 2) *Cf. Sigeb. chron. SS. VI, p.* 328, 41. 3) *Ibid. p.* 332, 22 *sqq.* 4) *Haec noster prorsus commentus est.* 5) *Cf. Ivonis episcopi Carnotensis epist.* 60. *anno* 1097. *scriptam, Opp. ed. Fronto II, p.* 27, *et opusculum meum 'Zur Geschichte des Wormser Concordates', 1878, p.* 12 *sqq.* 6) *Cf. opusculum meum 'Zur Geschichte' etc. p.* 15 *sq.*

christianis, qui tunc pauci erant, Rome et alibi constituebantur episcopi. Postquam autem a Silvestro per christianos reges et imperatores dotate et[b] ditate et exaltate sunt[c] ecclesię in fundis et[d] aliis mobilibus, et iura civitatum in theloneis, monetis, villicis et scabinis[e], comitatibus, advocatiis[f], synodalibus bannis per reges delegata sunt episcopis[1], congruum fuit et consequens, ut rex, qui est unus in populo et caput populi[2], investiat et intronizet episcopum et contra irruptionem hostium sciat, cui civitatem suam credat, cum[g] ius suum in domum[h] illorum transtulerit! Primus Gregorius conqueritur dolendo de quodam episcopo[3], qui adeo pauper erat, ut[i] de episcopatu suo contra frigus vestem[k] hiemalem habere non posset[l] — a tali episcopo forsitan sancto non erat regi necessarium exigere hominium[m], sacramentum, obsides.

Ex hoc, prout sunt consuetudines in regnis per orbem terrarum, de episcopis investiendis servanda sunt antiqua iura.

Sicut enim primus Gregorius dicit[4]: *Si voluissem*[n], *hodie gens Longobardorum nec regem nec duces*[o] *haberet*, et: *quia Deum*[p] *timui, in alicuius*[q] *sanguinem me*[r] *miscere nolui*, ita successores ipsius Gregorii cavere debent scandalum nec[s] contristent noviter[t] reges in suis antiquis iuribus[u], per[v] quorum antecessores caput et membra exaltata et confirmata sunt, sed[w] iuxta Paulum[5] a[x] pontifice Romano et regibus omnia fiant in caritate et humilitate, remotis[y] superbia et contentione. Quapropter apud pontifices et reges fiant ecclesiastica pure et integre, quia dominus Iesus dicit: *Si oculus tuus fuerit*[z] *simplex, totum corpus tuum lucidum*[a] *erit*, id est[b] si intentio bona[c], et opus[d]. Si Romani pontifices intendunt regibus auferre antiqua iura de[e] investiendis episcopis, timent, dubitant, dolent[f] pusilli Christi. Reges enim[6], si[g] in episcoporum investituris excesserint, possunt a timoratis viris et pontifice Romano argui et ad rectam correctionis lineam reduci; si autem in promotione et consecratione episcoporum pontifex Romanus[h] exorbitaverit et sub verbo summę prelationis ad voluntatem suam egerit, non vult, ut reprehendatur, cum dominus Iesus se reprehendi concesserit, dicens: *Si male locutus sum, testimonium perhibe de malo!* Isti autem: 'Summus', inquiunt, 'pontifex a nemine iudicetur'. Et si ab illa summa auctoritate sub specie religionis introducuntur personę contra oculos Dei, ecce periculum[i] et[k] in capite et in membris, id est eorum[l] qui scienter operantur et scienter cooperantur. Unde dominus Iesus[m] ypochrisin et avariciam et cupiditatem sacerdotum[m] in euangeliis[n] super omnia arguit, vocans illos[o] sepulchra dealbata, et peccatum mulieris adulterę misericorditer suscipit[p], et tria genera eunu-

Matth. 6, 22.
Ioh. 18, 23.
Matth. 23, 27. Ioh. 8, 3 sqq. Matth. 19, 12.

a) in *add.* 5*b*. b) *om.* 5*a. b. c.* c) sunt *ante* et exaltate 1*a*. d) et — mobilibus *om.* 3. e) scabiniis 2; et scab. *om.* 3. f) advocatus 2; advocatis 5*b*. g) cui 2; cum — obsides *om.* 3. h) donum 1*a*. 5*c*. i) quod 1*a*. 2. 4. k) vestem *post* hiemalem 5*a. b. c.* l) non haberet *pro* habere non posset 1*a*. 2. 4. m) homagium 5*a. b.* n) inquit *add.* 5*a. c.* o) ducem 2. 3. p) Dominum 5*c*. q) italicus *pro* in alicuius 2. r) *om.* 2. s) ne 2. 3. 5*b. c.* t) *om.* 3; vaniter 5*b*. u) moribus 5*b*. v) per — sunt *om.* 3; sunt *ante* et conf. 1*a*. w) si 2. x) a — regibus *om.* 3. y) remotis — bonum est *om.* 3. z) quare 2. a) *om.* 4; est *post* simplex 1*a*. b) lucerna 5*c in margine cum nota* al. c) idem *pro* id est 2. d) *om.* 2; est *add.* 5*a. b. c.* e) bonum est *add.* 5*a. b. c; in* 2 *hoc loco iam sequitur pars posterior tractatus inde a verbis* Notandum est *usque ad finem.* f) de — episcopis *om.* 3. g) *om.* 3. h) *om.* 2. i) excesserit vel *add.* 2. k) animarum *add.* 2. 3. l) est 5*b. c*; *om.* 4. m) *om.* 3. 5*a. b. c.* n) in euang. *post* omnia 1*a et addit* in omnibus et. o) illa 5*c*. p) suscepit 1*b*. 2. 4.

1) *Cf. quae in pactis anno* 1111. *inter regem et papam factis enumerantur regalia; Jaffé, Bibl. rer. Germ. t. V, p.* 271. 273. 2) *Cf. Ivonis episcopi Carnotensis epist.* 60. *loco supra laudato:* in quantum sunt caput populi (*scil.* reges). 3) *Epist. XII,* 47, *Opp. ed. Bened.* 1705, *t. II, col.* 1211; *Jaffé* 1992. 4) *Epist. V,* 6, *ed. Ewald I, p.* 287, *Jaffé* 1322; *cf. supra p.* 461. 5) *Vide locum supra p.* 499 *a nostro laudatum, et infra p.* 503. 6) *Cf. Sigeberti libellum c.* 7, *supra p.* 459, *lin.* 16 *sqq., c.* 8, *p.* 460, *lin.* 3 *sqq.*

chorum humane definit[a], pro se et pro[b] Petro tributum solvit, regibus iubet debita reddi[c]. Petrus[d], Paulus aliique in orbe terrarum viri sanctissimi concedunt in sententiam[e] domini[f] Iesu[g], qui omnibus dixit: *Beati pacifici, quoniam regnum Dei possidebunt.* Matth. 5, 9. Sunt autem pacifici, qui ex contentione, arrogantia, cupiditate, ex[h] nimiis motibus animarum[i] non movent[k], non adinveniunt commutationes contra antiqua iura propter pacem constituta; maxime propter potestates superiores, in quorum pace iuxta Paulum Rom. 13, 1. 1. Tim. 2, 2 tranquillam vitam agere debemus.

Notandum[l] est autem pontificibus Romanis et eorum civibus, quando orta fuit[l] divisio in electione[m] pontificum vel[n] in communione[o] civium, non est pax restituta, nisi per Grecos imperatores, quamdiu imperium ibi fuit, vel[p] per Francos[q] imperatores, ex quo imperium Romanum datum est eis. Et quidam Greci imperatores christiani quosdam Romanos pontifices, viros sanctissimos, usque ad exilium et mortem inmisericorditer tractaverunt, sicut legitur de Agapito[2] et de[r] Iohanne[3]; imperatores autem ex Francis honeste et pie deduxerunt, sicut legitur de Stephano[s·4], de Leone[5] excecato. De divisione cleri et populi in electione[t] Romani pontificis compressa[u] per Honorium Augustum ex Grecis ita[v] legitur[6]: *Bonifacius XL. Romane*[w] *presedit*[x] *ecclesię; contra hunc Bonifacium ordinato Eulalio et per hoc dissidente ęcclesia ambo iussu Honorii Augusti*[y] *urbe egrediuntur, et sic, reprobato Eulalio, iussu Augusti Bonifacius, quia prior*[z] *ordinatus fuerat*[a], *sedi apostolicę restituitur.* De divisione Romanorum civium in electione[b] pontificum per imperatores ex[c] Francis adnichilata ita legitur[7]: *Otto primus Iohannem, quem Adelbertus*[d] *papam*[e] *constituerat, iudicio canonico deponi fecit et Leonem ordinari fecit; et iste Iohannes se cum uxore cuiusdam oblectans a diabolo percussus*[f] *est ac sine viatico mortuus. Post reditum Ottonis Romani ex ambitione quendam Benedictum superposuerunt. Imperator rediens, obsessa Roma, Romanos cede et fame adeo afflixit, ut Leonem papam se recepturos promitterent et iurarent. Benedictus reiectus*[g] *non solum papatu, sed etiam sacerdotio a Leone exordinatur.* Item[h.8]: *Benedictus, symoniace papatu Romano invaso, cum esset rudis litterarum, alterum ad vices ecclesiastici officii exequendas secum*[i] *papam consecrari fecit. Quod cum multis non placeret, tercius superducitur, qui vices duorum expleret*[k]. *Rome uno*[l]

a) diffinivit 2; diffuit 4; et dum *add.* 2. b) *om.* 1*b*. 3. 4. c) debita iubet reddi 1*b*. 3. 4; debita reddi iubet 2. d) Petrus — excecato *om.* 3. e) scientiam 1*a*. *b*. 4. 5*a*. f) nostri *add.* 5*b*. *c*. g) Christi *add.* 5*b*. h) *om.* 2. i) animorum 2. 5*c*. k) moventur 5*c*. l) fuerit 5*a*; fuerat 5*c*. m) electionem 5*a*. n) et 5*c*. o) communionem 1*a*. 5*a*. *b*; commotione 2. p) et 5*c*. q) reges et *add.* 1*a*. r) *om.* 2. 4. s) et *add.* 5*a*. *b*. *c*. t) electionem 1*a*; electioni 3. u) comprehensa 5*c* *in margine cum nota* al. v) ita *ante* ex Graecis 1*a*. w) Romanorum 5*b*; Rome 1*a*, *om. sicut et* 4 ecclesie. x) presedit *post* ecclesię 2. y) *om.* 3; ab *add.* 5*b*. z) prius 1*b*. 4. a) erat 3. b) electionem 1*a*. c) imperatorē sex 1*a*. d) adalbertus 5*a*. *c*; adalpertus 1*a*. 4. e) pontificem 5*b*. f) persecutus 2, *alia manu superscriptum est* suffocatus. g) *om.* 3. h) idem 5*c*. i) socium 4. k) punctum *post* Rome *posuerunt S.* 5*c*. l) itaque *add.* 5*c*.

1) *Cf. Sigeberti libellum c.* 8, *supra p.* 459, *lin.* 38 *sqq.* 2) *Scil. I. papae, qui ann.* 535—536. *sedit.* 3) *Scil. I. papae, qui ann.* 523—526. *sedit. At regum Ostrogothorum culpa potius quam imperatorum Graecorum hi male tractati sunt.* 4) *Scil. II, qui ann.* 752—757. *sedit.* 5) *Scil. III, qui ann.* 795—816. *sedit.* 6) *In Sigeberti chron. SS. VI, p.* 307, 5—8. 7) *In Sigeberti chron. l. l. p.* 350, 35—51, *primis verbis* (Otto — fecit) *exceptis, ad verbum ita legitur.* 8) *In Sigeberti chron. p.* 358, 34—37 *et* 41—45, *ubi fere ad verbum eadem leguntur, nisi quod noster* filius Chŭnradi *et* eiusque successorum *addidit; numerum* CXLVI *cum noster e Sigeberti chron. l. l. transscripserit, non est cur corrigas, ut Paulus Ewald in dissertatione 'Walram von Naumburg' (Bonnae* 1874*) p.* 85, 1 *cum n.* 1, *voluit; de ratione, quam in ordine paparum numerando Sigebertus secutus est, vide Sigfridi Hirsch dissertationem 'De vita et scriptis Sigiberti' (Berolini* 1841*) p.* 48 *sqq.*

contra duos, et duobus contra unum de[a] *papatu altercantibus, rex Heinricus*[b], *filius Chůnradi*[c], *contra eos Romam vadit, et eis canonica et imperiali censura depositis Suidgerus*[d] *Babenbergensis episcopus*[e], *qui et Clemens*[f], *Romanę ecclesię CXLVI. presedit*[g], *et*[h] *ab eo rex*[i] *Heinricus in*[l] *imperatorem benedictus est, iurantibus Romanis se sine eius consensu eiusque successorum numquam papam electuros.*

Igitur hęc scandala gravia[m] pastores animarum cavere debent coram Deo[n] in vera simplicitate propter pusillos Christi[o].

Ex quo[p] imperium Romanorum Karolo magno acclamatum est, sunt anni CCC et novem. Est autem annus presens[q] millesimus centesimus nonus, quando[r] ultimum pascha fuit, ab incarnatione Domini secundum cyclum Dionysii[s. 1].

a) de papatu *om.* 3. 5*b*. b) hainricus 5*a*; Henricus 5*c*. c) conradi 2. 5*b*; cŏnradi 3; cunradi 4; chonradi 5*a. c*. d) suidegerus 2; suidkerus 3; swiggerus 5*a*; Suingerum 5*b*; suiggerum 5*c*. e) Bab. episcopum 5*b. c*, *et addunt* papam fecit. f) vocatus est *add.* 5*c hoc loco*, 5*b post* CXLVI. g) presidet 2; *om.* 5*b*. h) vicissim *add.* 5*b. c*. i) *om.* 3. k) hainricus 5*a*; Henricus 5*b. c*. l) ad 5*a*; *om.* 1*a*. m) *om.* 5*b*. n) Domino 5*b. c et addunt* ambulantes. o) *om.* 1*a. b.* 4. 5*a*; Christi *ante* pusillos 5*b. c*. p) cum *add. S.* 5*c*; Ex quo — Dionysii *om.* 3. q) 2 *hoc loco* secundum cyclum Dionysii. r) 2 quando — fuit *post* Domini, *et eadem manus in margine paragraphis adiectis addidit* die VII. Kal. Mai. s) dyonisii 1*a*. 5*a*; dionisii 4.

1) *De hac computatione vide praefationem nostram. Verborum* quando — pascha fuit *sensus 'als letzthin Ostern war' id est 'bald nach Ostern' mihi videtur; scriba codicis* 2 *haec verba alio modo ('als zuletzt Ostern war') intellexisse ideoque diem paschae desiderasse et ordine verborum mutato addidisse videtur.*

RANGERII EPISCOPI LUCENSIS
LIBER DE ANULO ET BACULO.

EDIDIT

ERNESTUS SACKUR.

Rangerius episcopus Lucensis, qui inde ab anno c. 1097.[1] *usque ad annum* 1112.[2] *sedebat, Donizone teste duo carmina, alterum de vita sancti Anselmi, alterum de lite investiturae composuit, quae apographo nostris diebus reperto servantur. Opusculi, quod de anulo et baculo — sic enim inscribitur — condidit, prologum Donizo in Vita Mathildae lib. II, vv.* 395 *sqq. (SS. XII, p.* 387*) exhibet, haec praefatus:*

Dictavit pulchrum nuper librumque secundum,
Qui baculi litem diffinit, misit eique.
Principium cuius sit hic, et non (*corr.* ne) hesitet ullus
Lector, sed noscat, quod caetera sint metra docta.

Haec verba, quamvis quid sibi velint vix dubitari possit, nonnulli tamen, antequam opera ipsa in lucem protracta essent, perperam interpretati sunt. Cum enim Tengnagel[3]*, Fabricius*[4]*, Barsocchini*[5] *versus a Donizone insertos partem carminis de S. Anselmo compositi existimarent, Lucchesini*[6] *Rangerium non duo carmina, sed unum in duos libros divisum scripsisse opinabatur, qui errores hodie operibus ipsis prorsus confutantur. Sed aliam difficultatem Lafuente*[7] *invenit, cum libellum infra edendum cum parte a Donizone tradita compararet: nam primi, quos hic praebet, versus ab exemplo nostro discrepant. Cum enim apud Donizonem*[8] *ita legatur:*

1) *Antecessor eius postremo a.* 1091 *('Memorie e documenti per servire all' istoria del ducato di Lucca' t. IV,* 2*, p.* 156*), ipse primo a.* 1097 *('Memorie Lucch.' IV,* 2*, p.* 159*) occurrit.* 2) *Diem obitus, scil.* 25. *Ian. exhibet Fabricius, Bibl. med. aevi t. V. et VI, p.* 352. *'ex veteri Necrologio' et Necrol. capit. Luc. 'Neues Archiv' III, p.* 137. *Ultima Rangerii charta d.* 15. *Kal. Aug. a.* 1111*, prima Rodulfi successoris d.* 15. *Kal. Iun. a.* 1112. *data est. Cf. 'Memorie Lucch.' t. IV,* 2*, p.* 163. 165. *Fusius de vita Rangerii in editione Vitae S. Anselmi agemus.* 3) *Vetera Monumenta contra schismaticos etc., Ingolstadae* 1612*, p.* 86. 4) *Bibl. med. aevi t. V. et VI, p.* 352. *iisdem verbis.* 5) *'Memorie e documenti Lucch.' t. V,* 1*, p.* 374*, n.* 1*:* Scrisse Rangerio la vita di S. Anselmo in versi eroici, di cui ci è rimasto qualche brano riportato da Donnizone. 6) *'Memor. Lucch.' t. IX, p.* 64*:* Di qui si vede, che esso era diviso in due libri, nel secondo de' quali l'autore parlava della celebre quistione delle investiture. 7) *In praefatione ad editionem suam Rangerii Vitae S. Anselmi p. x.* 8) *Lib. II, v.* 395.

Filiolae Petri violae post lilia dentur,
Detur ei de fonte Dei ros, unde rigentur.

apographum, quo utimur, hoc modo incipit:

Eximio Petri socio Paulique Iohanni
Rangerius iam dimidius sub fauce Alemanni.

Itaque Lafuente Donizonis versus, quos recte ad Mathildam comitissam refert, in epistola dedicatoria scriptos fuisse coniecit, quae folio primo in archetypo deficiente vel alio modo perdita esset. Immo, mea quidem sententia, Donizo codice Mathildae dedicato usus fuisse videtur, cum codex noster ex alio descriptus esset, qui Iohanni cuidam missus erat, ita ut in exemplis nostris inscriptiones diversae habeantur. Quis Iohannes iste fuerit, ex eo, quod 'Petri Paulique socius' appelletur, satis elucet: constat enim neminem nisi Iohannem Gaetanum, Urbani II. et Paschalis II. cancellarium et consiliarium, postea ipsum papam creatum fuisse[1]*, qui sine dubio cognomine illo dignissimus erat.*

Quod carmen ex Donizone scimus post Vitam Anselmi et paulo ante a. 1114.[2]*, quo poeta iste cecinit, vel a.* 1112*, quo Rangerius diem supremum obiit, compositum esse. Quod ipse — ut eius verbis utar —* iam dimidius sub fauce Alemanni *scripsit, quin carmen nostrum mense Decembri a.* 1110*, cum Heinricus V. per Tusciam Romam versus proficisceretur*[3]*, condiderit, vix quisquam dubitabit. Controversia de investitura episcoporum Paschali papa sedente renovata*[4] *Rangerius, ut opusculum aggrederetur, commotus est; sed cum nusquam res illo tempore gestas in libello nostro tetigerit, quid de investitura cogitaverit breviter sufficit indicare. Cum enim omnes ordines ecclesiasticos singulos percurrens nihil muneris vel sacri a rege dari probet, immo omnia a Christo accipi, quomodo regi, quaerit, ut omni clerico inferiori, episcopos ordinare et investire liceat?*

Rangerii operum Donizonis versus quos dixi usque ad hoc saeculum fuerunt unicum testimonium[5]*: carmina ipsa nemo in lucem protraxit. Quo factum est, ut, ex quo tempore Tengnagel*[6] *in editione principe vitae Mathildae ad hunc locum Rangerii opera 'aut periisse aut alicubi cum pulvere ac situ, blattisque et tineis adhuc luctari' notavit, viri eruditi mediique aevi historiae investigatores saepius cogitationes ad carmina illa perdita aut in bibliothecis abscondita intenderent, ut Bollandistae*[7]*, Muratori*[8]*, Ughelli*[9]*, Fabricius*[10]*, Fiorentini*[11]*, alii recentiores*[12]*. Sed hoc demum saeculo ea in codice quodam monasterii S. Mariae de Ripoll in Catalonia siti saec. XII. exarato asservari Iacobus a Villanueva O. S. D. vir de armariis tabulariisque Hispanicis investigandis optime meritus in libro suo, qui inscribitur: 'Viage literario a*

1) *Cf. Vitam Gelasii II. auct. Pandulfo ap. Watterich, Vitae pontif. t. II, p.* 92. 93. *Inter Urbani II. sodales in satira supra p.* 433. *memoratur.* 2) *Lib. II, v.* 395*:* dictavit — nuper *etc.* 3) *V. Giesebrecht, 'Kaiserzeit' t. III, p.* 805. 4) *Cf. in prolog. v.* 17*:* Iam redeunt, qua fronte queunt, qui prosiliere; *v.* 29*:* De baculo lis est populo cum patribus orta. 5) *Quod Barsocchini 'Mem. Lucch.' V,* 1, *p.* 374. *dicit, Manrique in Annalibus ord. Cist. de Rangerii operibus aliquid tradere, et Wilmans et ego in hoc opere, cuius neque tomus neque pagina adnotantur, frustra quaesivimus. Cf. SS. XII, praef. n.* 65. *Quae Caietanus in praefatione ad Petri Damiani librum testimoniorum veteris ac novi testamenti (P. Dam. Opp. t. IV, p.* 34*) ut ex Rangerii Vita Anselmi exhibet, non ex ista, sed e Bardonis opere sumpta sunt.* 6) *Vetera monumenta p.* 86. 7) *Acta SS. Boll. Mart. II, p.* 648. 8) *SS. rer. Ital. V, p.* 369, *n.* 5. 9) *Italia sacra ed.* 2. *t. I, col.* 816. 10) *Bibl. med. aevi t. V. et VI, p.* 352. 11) *'Memorie della gran contessa Matilda' ed.* 2 *(Lucae* 1756*) p.* 232. 12) *Barsocchini in 'Mem. Lucch.' t. V,* 1, *p.* 374*; Lucchesini l. l. t. IX, p.* 64.

las iglesias de España' vol. VIII, p. 53. *patefecit. Hoc vero codice ipsius abbatiae incendio*[1] *concremato omnis spes, ut carmina tamdiu desiderata tamen iuris publici fierent, in schedulis librisque Iacobi a Villanueva, qui se ea transscripsisse ipse testatus erat*[2]*, inveniendis collocata est. Sed demum anno* 1868[3]*, postquam G. H. Pertz per litteras, ut illa requirerentur, frustra operam impendit*[4]*, neque minus H. Knust*[5] *ipse in Hispania verisimiliter morbo et morte intercedentibus successu caruit, cum inter schedulas Ignatii Herrero inventa in possessionem Regiae Academiae Historiae Hispanicae venirent, Rangerii opera tot et tantis impedimentis obstantibus posteritati conservata esse palam factum est*[6]*. Editionem tandem Vitae Anselmi, quam Lafuente duobus annis post fecerat*[7]*, usque ad annum* 1878.[8] *a nostris neglectam P. Ewald in Hispaniam profectus anno sequenti cum apographo contulit, opusculum vero, quod Rangerius de anulo et baculo condiderat, nondum editum ipse transscripsit*[9].

Codex saec. XII. membr., ex quo apographum nostrum fluxit, in monasterio S. Mariae de Ripoll sub nr. 115. *asservatus in Italia*[10] *scriptus fuisse videtur. Continebat praeter Rangerii opera S. Gregorii M. epistolas, catalogum pontificum Romanorum usque ad Clementem IV. cum chronico, quaedam carmina de sanctis, iuramentum Heinrici regis, versus de sibyllis, de tribus particulis Dominici corporis libellum*[11]*. Apographum orthographia excepta accurate*[12] *per vices ab Ignacio Herrero (m.* 1*) et a Iacobo a Villanueva (m.* 2*) ita scriptum est, ut hic postremo omnia corrigeret lacunasque, quas Herrero reliquerat, suppleret. In tegumento recenti manu legitur:*

Documentos y papeles correspondientes al viage literario de P. frai Iaime Villanueva á las iglesias de España.

Historia de los sucesos de San Gregorio VII. y San Anselmo.

Poema de mas de setecientos (!) versos exametros y pentametros escrito por Rangerio obispo de Luca que floreció á principios del siglo XII. cuadernillos 1—11. 106. hojás.

1) *Cf. 'Archiv' t. VII, p.* 464. *Hoc ante a.* 1835. *accidit, v. Ewald in 'Neues Archiv' t. VI, p.* 338. 2) *'Viage literario' l. l.:* Nuestro codice la conserva entera y bien escrita, de donde la he copiado, y se publicara en la colleccion separada de opusculos ineditos. *Anno* 1820. *Valenciae typis mandata est: 'Noticia del viage literario à las iglesias de España, emprendito de orden del Rey en el año* 1802. *Escrito en el de* 1814. *La publica un amigo del autor'. Lafuente in editione Vitae Anselmi post praefationem partem illius noticiae praebet, ubi 'Coleccion miscelánea de opúsculos ineditos' et sub nr.* 5. *apographum Iacobi a Villanueva commemorabatur.* 3) *'Noticia de las actas de la Real Academia de la historia' (*1868*) p.* 7. 4) *'Archiv' VII, p.* 465. 5) *Cf. Heinrici Knust epistolas in 'Archiv' VIII, p.* 191. 214*; maioris momenti epistolam ad V. quendam Valentiensem p.* 246. 6) *Ewald in 'Neues Archiv' VI, p.* 336 *sq.* 7) *Sancti Anselmi Lucensis episcopi vita a Rangerio successore suo saeculo XII. ineunte latino carmine scripta. Opus hactenus ineditum valdeque desideratum nunc primum annotationibus illustratum iurisque publici factum a Doctore Dño Vincentio de la Fuente, Matriti* 1870. 8) *Cf. Wattenbach, 'Deutschl. Gesch.-Q.' t. II, ed.* 4, *p.* 172. *Anno* 1879. *Morel-Fatio de editione nostra in 'Revue historique' egit, ubi etiam de bibliotheca monasterii S. Mariae de Ripoll se tractaturum esse promisit. Quod nescio num aliquo loco fecerit.* 9) *Ewald in 'Neues Archiv' l. l.* 10) *Quod eo ipso ad veritatem proxime accedere videtur; formae quoque hispanicae perrarae sunt, quae scribis illis duobus apographi nostri attribui possunt, ut* proienies *(V. Ans. v.* 3559, *de anulo et baculo v.* 9101*);* brebiabitur *(V. Ans. v.* 3554*).* 11) *Codex describitur in epist. Prosperii de Bofarull in 'Archiv' VII, p.* 465. *et in diversis catalogis hisp., quos Ewald in 'N. Archiv' VI, p.* 537. *laudat.* 12) *Quod ex similitudine diversarum partium elucet.*

In hoc volumine servantur:

1) *Vita Anselmi, quam inter SS. rerum Italicarum edemus.*

2) *Libellus de anulo et baculo, duobus quaternionibus quinorum foliorum exaratus, nunc primo edendus.*

Berolini 1888, *mense Novembri.* *E. SACKUR.*

INCIPIT[a] LIBER EIUSDEM[1] RANGERII DE ANULO[b] ET BACULO.

PROLOGUS.

Eximio* Petri socio Paulique Iohanni[2]
Rangerius iam dimidius sub fauce Alemanni[c].
Pugna fuit, donec potuit saevire Guibertus,
Perfidiae dux ecclesiae vastator apertus.
Sed quid ei temptare Dei firmissima castra?
Numquid eo regnante Deo pervenit ad astra?
[Mortuus[d] est et traditus est in perditionem
Quique reum defendit eum contra rationem.]
Gregorium vas egregium, quicunque negavit
Iam videat, si forte queat, quia[e] falso putavit.
Quique duas fregit statuas[3] Urbanus, ab illo
Fonte fluit longeque cluit non segnius illo[f].
[Quisquis[g] eum non ante Deum vel sero fatetur,
Reprobus est et devius est, poenamque meretur.]
His ducibus mirabilibus collectio nostra
Non tacuit, donec tenuit latrantia rostra.
Iam redeunt, qua fronte queunt, qui prosiliere,
Quos video tangente Deo plerumque dolere.
Sed redeant et nos habeant et nostra libenter,
At[h] videant, ut non redeant post terga latenter.
Nunc igitur non exigitur quicunque mederi,
Qua valuit, donec voluit divisus haberi.
De precio[i], de flagicio, de seditione
Et sapiunt et nos aiunt in cognitione;
Nam pretium[i], nam flagicium non complacet illis;
Qui cupiunt et[k] diripiunt, dampnantur ab illis.
Par ratio, par tradicio pro parte videtur,
[Prestet[l] ei censura Dei, quod deesse videtur.]

*) *Duorum primorum versuum loco Donizo, Vita Math. lib. II, v.* 395. *sequentes exhibet:*

Filiolae Petri violae post lilia dentur,
Detur ei de fonte Dei ros, unde rigentur,

ubi violae *opusculum de anulo et baculo,* lilia *carmen, quod antea composuerat, de S. Anselmo interpretamur.*

a) *man.* 1. b) annulus, annulo *c. saepe.* c) demanni *c.*; d *littera aliter quam ceteris locis ducta.* d) *versus uncis inclusi in apographo nostro des.* e) quam *Don.* f) *man.* 1 *corr.* ab illo. g) *des. v.* 13 *et* 14 *in c.* h) Sed *Don.* i) praecio, praetium *c.* k) qui *Don.* l) *incl. des. c.*

1) *Scil. qui Vitam S. Anselmi scripserat.* 2) *V. praef. p.* 506. 3) *Heinricum et Guibertum. MUR.*

De baculo lis est populo cum patribus orta
Ista fuit, quae non caruit caligine, porta,
Ista fuit, quae diripuit Paulumque Petrumque, f. 1'.
Ista fuit, quae par habuit regemque Deumque.
Haec frenesis non est heresis? non est laberintus?
Per tenebras et per latebras non est labor intus?
Hanc volumus, quicunque sumus de dogmate Christi,
Ut fugiant et reiciant communiter isti.
Unde volo, ne forte dolo circumveniamur,
Ut breviter, sed non leviter pensanda loquamur.
Christe, sapis, quo corda rapis succensa calore,
Fac fieri, quae scis fieri, pro pacis amore!

INCIPIT LIBER.

f. 2.

Anulus et baculus duo sunt sacra signa, nec ullo
De laici manibus suscipienda modo.
Anulus est sponsi, sponsae datur anulus, ut se
Noverit unius non alium cupere.
Gemma notat sponsam, sponsus signatur ab auro
Haec duo conveniunt, sicut et illa duo.
Atque ideo clamat primi vox illa parentis
Propterea matrem cum patre linquit homo
Et sic haerebit uxori, quatenus ultra Matth. 19, 5.
Non sunt carne duo, sed magis una caro.
At baculus prefert signum pastoris opusque,
Ut relevet lapsos, cogat et ire pigros.
Christus utrunque sibi nomen tenet officiumque
Christus habet sponsam, Christus ovile regit.
Qui Christum credit, sicut sacra leccio monstrat,
Natum virgineo credit eum thalamo.
Quid vero thalami nomen signare putetur,
Si non ex utero prodiit, ut thalamo?
In thalamo sane coniux cum coniuge dormit,
Cum natura duplex munus utrumque capit;
Cum Deus humanam sumpsit de virgine formam
Sermo Dei sponsus, at caro sponsa fuit.
Et coiere duo sibi naturaliter[a], ut se
Prorsus ab alterutro non secet alteruter.
Unde gigas geminae naturae dicitur atque
Fortis, et ire celer atque redire viam.
Hinc Ysaias sponsum sponsamque vocavit Is. 61, 10.
Et diadema simul atque monile dedit:
In Christo monstrare volens hominemque Deumque
Et de muneribus haec duo iuncta probans
Sponsum regali signans diademate, sponsam
Per clausi signum pectoris insinuans
Nec baptizantem labor est audire Iohannem, f. 2'.
Cum populus Christum pene putaret eum:
'Non sum Christus', ait, 'nec debeo nec volo credi, Ioh. 1, 25 sq.

a) *m. 2 supersc.* personaliter.

Cum non sim sponsus, nec merear fieri.
Sponsus habet sponsam carnem de virgine sumptam,
Quam despondet ei gratia sola Dei.
At vero sponsi quicunque videtur amicus
Adstat et auscultat, quid fieri iubeat.
Hinc et gavisus ego sum iam matris ab alvo,
Sed magis atque magis gaudia plena fero,
Cernens praelatum mihi post me tempore natum,
Qui prior est alia conditione mihi,
Cuius corrigiam non sum dissolvere dignus
Qui vobis videor clarus et altus homo,
Haec ita testatur, quo maior non fuit alter
Inter progenitos de muliere viros.
Huius coniugii signum tenet anulus ille,
Quem dat pontifici, qui sacrat ipse Deus.
Scilicet, ut medius sponsi sponsaeque maritum
Exprimat uxori, quam fovet ecclesia.
Aurum cum gemma deitas cum carne videtur:
Carnem[a] gemma notat, aurea virgo Deum.
Altera res summit de virginitate nitorem,
Altera principio de deitate caret.
Gemma nitet, quia virgo[b] parit, coniungitur auro,
Cum coit in Christum cum deitate caro.
Et quid tam sanctum, quid tam[c] deitatis imago?
Aut quid caesarei munera ista tenent?
Christus distinxit, quando numisma notavit,
Hos inter titulos caesaris atque suos:
Ergo quod est Christi, prebeto vicariis[d] eius,
Caesarei signi caesar habeto decus.
Ut neque caesareum tangat, nisi caesar honorem,
Nec Christi donum caesaris esse queat.
Sed rex[1] iam pascit et ubi collectio clamat
Immo, quod ipse sacro personat ore suo:
'Longius inter oves ego sum pastor bonus', inquid
Et pastoris opus exprimit et sequitur.
'Qui pastor bonus est et vitam quaerit ovilis
Adveniente lupo non timet atque fugit.
Si fugit, odit oves et mercennarius esse
Iam patet et lucrum propter amare pecus.
Si manet et moritur bonus est, ego sum bonus', inquit,
'Nec timeo morsus insidiasve lupi,
Immo per mortem descendi perdere fortem
Et revocare gregi, quae male fugit, ovem'.
Qui sibi tantarum quaerit signacula rerum
Et quod signatur, debet habere simul.
Si non est pastor, baculum pastoris habere
Sano iudicio nulla sinit ratio.

Matth. 22, 21. Marc. 12, 17. Luc. 20, 25.

f. 3.

Ioh. 10, 11—14.

a) carmen *c.* b) virgo iugo *c.*; virgo *primo del., sed man. 2. denuo suprascr.* c) quam *pro* quid tam *c.* d) vicarii *c.*

1) *Heinricus V.*

Sic quoque, si non est iunctus sponsaliter illi,
Anulus ecclesiae ludibrio fit ei.
Si tamen haec habeat, auctorem muneris edat,
Nam nisi suscepit, prorsus habere nequit.
Cum Paulus nullum penitus confirmet habere,
Quod non accepit, ergo det, unde tulit. 1. Cor. 4, 7.
Si non est Christus, nec ad ista vicarius eius,
Non habet, unde probet haec data signa sibi.
Si non ipse potest, sicut iam constat habere
Nullo iure patet, non data posse dare.
Si cleri signum non dat, nisi clericus ante
Et sic se in reliquis res habet ordinibus:
Qua laicus ratione potest insignia tanta
Summis ordinibus praesulibusque dare?
Nam signum non esse negat, nisi perfidus atque
Qui vult in reliquis sic alios sapere.
Sed per tonsuram discernimus, et nova prebet
Nomina de sacris sortibus ordo novus.
Vox est Graeca quidem, quam sortem lingua latina f. 3'.
Dicit et a Graeco ritus et iste venit.[1]
Ut quia pro Iuda successit sorte Mathias, Act. 1, 26.
Omnis in ecclesia sorte gradum capiat.
Scilicet ut sicut praelium sors nescit et omne
Quod facit illicitum vel parat introitum,
Sic gratis a principio veniatur ad istam
Miliciam nullo postve priusve dato.
Ianua subsequitur, et ianitor inde vocatur
Qui populo pandit hostia, quando venit.
Vidisti laicum per cleri signa remotum,
Iam patet a sacris aedibus esse procul.
Lector adest, quem nemo sibi presumit honorem,
Ut legat ad placitum vel ferat ante librum.
Sicut non aperit laicus vel prorogat ulli,
Ut veniat per eum quilibet ante Deum:
Si quicunque legit, de Christi munere debet,
Ut legat, accipere ianitor ante tamen.
Ut pateat, quia falso putat tam maxima posse,
Per quem nec primus panditur introitus.
Sufficiat laico quantalibet arce fruenti,
Ut pandatur ei ianua prima Dei.
Et quamvis sapiens et noverit, omnia longe
A lectore suo commodius legere
Audiat et sileat; sors est, quae separat illum
Atque hic dicend noni habet ille locum.
Regia regis habet, quos ordinat ille ministros,
Et nichil inter eos clericus omnis habet.
Si sua sunt illis et non communia nobis,
Non debent quod eis non datur arripere.
Sit rex purpureus, gemmis fulgescat et auro,

1) *Cf. Isidori Etymol. l. VII, c.* 12, § 1, *Opp. ed. Arevalus III, p.* 339.

Sed non idcirco clericus esse potest.
Si vult esse tamen, quae fert insignia, ponat,
Et quod maius habet officio careat.
f. 4. Ut sic vel nimium sortiri possit honorem,
Quo minus est etiam[a] quod sibi maius habet.
Nec medici desunt, verbo curare potentes,
Exorcista venit daemoniumque fugit.
Hoc genus et virtus contraria desiit olim.
Sed quare? Nequeam dicere, cum videam
Crimina per terras longe lateque vagari,
Pro quibus arcendis haec data cura fuit.
1. Tim. 1,20. Sicut ait Paulus Sathanae se tradere quosdam,
Ut se corrigerent et melius saperent,
Cum ferveret adhuc fidei nova gratia, multa
Cum peccavissent turpiter et legerent.
Corripiebantur a demone, non quia daemon
Non exultaret et fieri faceret,
Sed cogebat eum virtus divina fateri,
Et commissa novis prodere supliciis;
Ut scirent homines, quos ad perversa sequuntur,
Insidiatores carnificesque fore.
Nunc ubi refrixit pietas, curatio languet,
Et fruitur placito non bene liber homo.
Cum pecat, nec corripitur manifestius atque
Non metuit prodi, cum mala multa tegit;
Sed tanto patitur magis, et magis illaqueatur,
Quanto non forte[b] est, qui facit et patitur.
Et credi fortasse potest, quia desiit ille,
Non, quia non valuit ledere vel voluit,
Sed cum sentisset multos prodendo iuvari
Et de suppliciis auxilium capere,
Ingemit et vires, dum vult ostendere, victum
Se cernens, latebras quaerit et insidias.
Sed non sic etenim pietas curare remisit,
Tollit serpentes atque venena premit,
Per quae exorcistam languentem visitat, atque
Impositis manibus mandat habere bene.
f. 4'. Nec levis ista salus vel adhuc comunis habenda
Aut cuiquam regum credita sive ducum,
Quando[c] nec ista potest presumere clericus omnis,
Quive patere facit ostia, quive legit.
Acolitum non preteream, quae gratia quarta
Fertur et a cera[1] nomen opusque trahit,
Namque quod acolitus hoc ceroferarius esse
Dicitur et Grecum lingua Latina sapit.
Ecce gradus maior et praecellentior illis,
Et quid tam gratum creditur ante Deum?

a) et *c.* b) fortis *c.* c) *abhinc manu* 2.

1) *Latine ceraferarii dicuntur; cf. Isid. Etymol. l. VII, c.* 12, § 29, *l. l. p.* 343.

Numquid et ipse Deus non est lux vera? Quid ergo
Ante suum regem lucifer iste facit?
Quam portat lucem, nisi lucis cognitionem?
Et quid tam magnum gloria regis habet?
Et tamen, ut regem vel regia dona notemus,
Ad primum limen excubat aedituus.
Quos vult admittit[a], quantis placet hostia claudit,
Et tenet hoc munus nobile magna domus.
Si qua latent porcina lues, feralia monstra
Fortiter excludit et foris esse facit.
Qui legem informat et quae sententia regis
Et quibus imineat, omnia scire facit.
At ne quis lateat, speciem mentitus amici
Et populo turbam quaerit[b] et imperio,
Scrutari, capere, convincere, subdere legi
Et dampnare novo, quo velit, exilio:
Alta quidem res est et formidanda potestas,
Privatisque valens usibus et publicis.
At vero lumen qui portat, sepius eius
Aspectu fruitur, sepius alloquio,
Et per lumen ei, quod prebet, qua sine luce
Cuncta parum faciunt, tam fere cuncta facit.
Ordo sequens et ab acolito plus posse videtur.
Et minus a pleni iure diaconii,
A quo nomen habet cum quadam subditione,
Ut pateat medius inter utrumque locus.
Officii vero tam maior gratia pollet,
Quo magis a medio cessit in alta loco.
Et ne cuncta sequar ex ordine cepta revolvens, f. 5.
Qui lumen portat omnia clarificat;
Stat tamen et necdum sacranda videre iubetur,
Iste gradus laticem preparat ad calicem.
Et vinum cum pane parat; iam tercius illi
Qui sacrat et vinum[c] sumit agitque cibum.
Quod si rex aliquis credit sibi tanta licere,
Et cum pane putat lumina posse dare,
Non miretur opes, non regia tecta decusve,
Nec de militia, quam regit, intumeat.
Respiciat regem, qui solus regnat ubique
Et rex est regum, qui prohibet facere,
Inque domo magna, quae nos sumus, ordinat esse,
Quos vult, inque quibus iudicat ordinibus.
Atque sciat laicis, hoc est popularibus atque
Amotis sacro prorsus ab officio,
Se prodesse datum vel, non contendo, praeesse
Non tamen, ut quemquam debeat oprimere.
Ergo foris signet, foris ordinet, imperiumque
In laicos habeat, sed tamen, ut timeat.
Intus in ecclesia minor est, quam clericus omnis

a) admittat *c.*, *cum* i *superscripto*. b) quaerat *c.* c) *in* vivum *corr.*

Nec maior minimo quolibet a laico.
At vero levita, cibos qui ponit in ara,
Quos sibi vel populo presbiter exhibeat,
Quid gerat officii, quid muneris enucleare
Res est alta quidem, non tamen absque fide.
Act. c. 2. Si quis apostolicos actus legat et meditetur,
Arbitror, inveniet, quod sibi sufficiet.
Assumpto domino pro carnis conditione,
Et iam commissa Spiritui ecclesia,
Spiritui sancto, quem Filius a Patre misit[a],
Et qui procedens est ab utroque simul
Iamque novis linguis et misso desuper igne
Multiplicabatur in Domino, atque novo
Instituebantur ritu comunia cuncta,
ib. 6, 1 sq. Inter se et proprium prorsus habere nichil.
Hinc est a Grecis in Hebreos mota quaerela
Et pia de viduis lis agitata suis.
De viduis hoc murmur erat, quod despicerentur,
Inque ministerio non, prout esset opus,
Cuique daretur eis, sicut pietatis haberet
Et rationis in hoc regula principio.
f. 5'. At Petrus, ut semper aliis ardentior, inquid:
'Non est officii munus apostolici
Talia curare, fratres, mentisque vacare;
Unde placet vestro querere de numero
Prudentes, qui provideant et cum pietate
Curent, ne fiat, quod minus expediat'.
Sic est electus Stephanus, vir religiosus,
Et sunt adiuncti sex sub eo socii:
Quos et levitas dixerunt ex ratione
Scilicet antiqua, quam Moyses docuit.
Inde sacerdotes primi, leviticus ordo
Subsequitur nullo iam mediante gradu.
Sed quoniam veteri de traditione suborta est
Mentio, si volumus singula discutere,
Et levitarum ritus et agenda, secundum
Quod Moyses docuit, pleniter exprimere,
Deficiet tempus; at rerum copia tanta est,
Quae non deficiet deficiente die.
Atque ideo cum sufficiat primordia tanti
Non sine laude sua praeterisse gradus,
Ad Stephanum redeo, quem mensae praeposituram
Suscepisse supra commonuit ratio.
Sed quis Iudeos sic arguit aut sinagogam
Sic est agressus[b]? Porro quis in populo
Talia signa dedit? Sed cum iam praedicat, atque
Signa facit, monstrat, quid gradus iste ferat.
Ante diaconum Stephanus probitate vigebat
Et fuerat patribus cognita vita viri.

a) missit *c*. b) agresus *c*.

Qui non eligerent viduisque praeesse iuberent,
Si sibi non esset cognitus aptus eis.
Ast ubi suscepit curam de munere curae
Atque ministerii, gratia maior adest:
Fervet maiore[a], Christum docet in sinagogis
Et convincit eum per nova signa Deum.
Erigit elisos, curat languore solutos,
Et quicumque videt, de novitate stupet.
Sic non tam viduis datus est servire minister,
Quam potius vitae sacra statuta dare.
Ex hoc principio bellis cessantibus, ut pax f. 6.
Floruit et mundus caepit amare fidem,
Cura fuit formare gradus, ornare ministros
Et data levitae sella secunda fuit.
Proque ministerio vel sollicitudine mensae
Mensam procurat, quam Deus ipse sacrat.
Offert et calicem, quae dum[b] duo sanctificantur,
Iam non sunt, quod erant, sumptaque sanctificant.
Ut, qui sanctificat et quotquot sanctificantur,
Iam sibi conveniant; quod bene grana notant,
Dumque multa prius atque inconiuncta fuerunt,
Tritura crescunt et per aquam coeunt.
Dum magis atque magis humor solidatus ad ignem
Panem perficiat, ut cibus esse queat,
Et liquor ex uvis[c] prelo torquente liquatur,
Posset ut ex illis qui sumus esse calix.
Iam vero Pauli qui vult precepta videre,
Quem velit esse virum, qui sit ad officium
Hoc assumendus, qualem se gesserit ante,
Inveniet multa cum gravitate decus.
Et quid opus multis? quaecunque videntur habenda
Presbiteris ante, tanta diaconibus.
Iam sileant reges, sileat quaecunque potestas,
Et non per baculum decipiant populum.
Et se contineant, quia non conceditur illis,
Signa diaconibus quaelibet imprimere.
Quando nec ipse potest vel rex vel quilibet horum
Huius in officii cardine habere locum.
Iam de presbitero quid agam? Qui cum potiora
Cum reliquis habeat, maxima solus habet.
Presbiter est, qui prebet iter, si lingua latina
Consulitur nostro vel placet ore loqui.
At si de Graeco cedit haec quoque dictio fonte,
Presbiter est senior, aut ego decipior[1].
Sed quod prebet iter? vel quaenam est ista senectus?
Non opus est longum texere funiculum.
Alta quidem ratio, sed longis expedienda f. 6'.

a) maiore magis *c.* b) dum *manu 2 super* duo *scriptum.* c) ubis *c.*

1) *Cf. Rang. V. Anselmi v.* 585; *Isid. Etymol. l. VII, c.* 12, § 20, *l. l. p.* 342; *De officiis II, c.* 7, *Opp. VI, p.* 425.

Non est indicii, sed brevitate magis.
Qui Christum nescit, nimia sub nocte quiescit,
Et nescire viam creditur ad patriam.
Si scit nec curat, graviori nocte laborat,
Et quo plura videt, hoc magis arte caret.
Vir morum gravitate carens, quo tempore crescit,
Hoc magis ad puerum cum levitate redit.
Et dampnat puerum sapientia cum maledicto
Iam male grandevum tempore, non animo.
Dan. c. 13. Et quis non laudet Danihelem, quando seniles
Luxus dampnavit iunior et domuit?
Unde patet, cum presbiter est querendus, agendum
Omnino morum de gravitate prius.
Tit. 1, 6 sq. Egregius doctor super his consultus: 'Oportet
Esse virum', dixit, 'irreprehensibilem,
Qui populo debet cum libertate praeesse,
Multaque subiungit non numeranda modo'.
Atque nota Graeci virtutem nominis, ex qua
Praesbiter[a] et praesul sunt in honore simul.
Unde puta, quae sit reverentia praesbiteratus[a],
Et quam sublimis ad sacra summa gradus.
Sacra voco corpus cum sanguine sacraque summa,
Quo nichil in sacris altius esse potest.
Mira quidem, sed vera fides, nisi Christus ineptit,
Qui caenans corpus hoc ait esse suum.
Nec scrutare fidem: si virgo concipit atque
Parturit et salva virginitate manet;
Si deitas cum carne coit, si milia multa
Pascuntur paucis panibus et manuum
De virtute cibus . . .[b] ille nutritur in esum,
Si caret adiunctis arsque laborque suis:
Tu quis es, ut dubites quod Christus dicit et esse,
Imperat et toto sparsit in orbe fides?
Denique, quod seritur, per mortem vivificatur,
Id saltem expediat, qui sacra scire probat.
f. 7. Ergo fidem penes est archani notio tota,
Et nisi credideris, discere non poteris.
Et quae capta putas, quasi viva cognitione,
Si bene discuties, ut nichil invenies.
Si verbum, quod in ore facis, cui cordis operta
Mandas ferre tui cordis ad alterius
Aures, ignoras, quid sit, quid fiat et unde
Et quae corpus agit, nec capis hanc animam.
Scire putas secreta Dei? rarissima mens est,
Quae nisi nota prius credere nulla potest.
Ergo difficilis labor est aput Omnipotentem,
Quod si suscipitur, cetera cuncta patent.
Si non suscipitur, deitas non esse probatur;
Nam nisi iure potest omnia, nec Deus est.

a) *ita c.* b) nunc *fortasse supplendum est.*

. . . . . .

Nam nisi cuncta potest, nec Deus esse potest.
Ergo si Christus Deus est, quod qui negat errat,
Mentiri nulla conditione potest.
Si non mentitur, et panis vivificatur,
Atque fit ille liquor per sacra verba cruor.
Si miraris, habes istum lenire stuporem:
Si circumspicies, quanta stupere potes?
Baptismum credis per aquam peccata lavare,
Dic, rogo, si certa cognitione capis.
Sed rem visibilem nemo neget esse liquorem
Et peccata quidem nemo videre potest.
Sordes sunt animae, quoniam contagio prava
Cordis ab ede venit, quod bene Christus ait, cf. Matth. 15, 19. Marc. 7, 21.
Quando Iudei de patrum traditione
Moti discipulis opposuere manus cf. Matth. 15, 2. 20.
Lotas[b], ut . . .[c] eos sine religione probarent
Nec sanum sapere, qui docuisset ea.
Ergo baptismus animae contagia mundat;
Non tamen, ut sit aquae lotio, sed fidei.
Atque per hoc pensare decet magis interiora,
De sacramentis cum mihi verba facis.
Si pensamus aquam vel quae sunt exteriora,
Sordes corporeas sufficit abluere.
Sed latet interius vis de virtute superna,
Quae si credatur, interiora lavat.
Sic et in hac specie panis vinique fluento f. 7'.
Non capit aspectus, quod facit alma fides:
Res est interior substantia corporis atque
Sanguinis ipsius, qui mala nostra tulit,
Quem peperit virgo, qui mortem morte fugavit,
Qui fregit baratrum, qui superos adiit.
Qui cum patre Deo vivit per secula regnans,
Quem sine lesura plebs bibit et comedit,
Quem tractat manibus ipso faciente sacerdos,
Sicut eo sordes mentis agente lavat.
Et quis eum prohibere potest? quis dicere qua vi
Aut quo consilio perficere ista potest?
Qui vult scire Dei quaecumque abscondita, maior
Aut par vult fieri, quod via nulla sinit.
Non ita desipuit animaliter architriclinus, Ioh. 2, 9.
Cum vinum factam tollere iussit aquam.
Denique, qui novit unde haec nova vina minister,
Non inquisivit qua ratione facit.
Nos, quia non sapimus rerum secreta, stupemus,
Et iam posse Deo non nisi nostra damus.
Sed pietas adsit, fidei timor associetur,
Iamque Deo liceat quod placet, ut faciat.
Verax est, non fallit eos, quos dicit amare,

a) *hexameter deest.* b) Motas c. c) *verbum deest* ut esse illos *fortasse legendum est.*

Pro quibus, ut vivant, aspera tanta tulit.
Et quibus ad fidei robur convenit, ut essent
Illi pene pares prodigii operum,
Dixi pene pares atque audeo dicere ipso
Attestante pares: obsecro te, quis ait:
Ioh. 14, 12. 'Et maiora horum facietis'? Porro quid obstat,
Ut possit servus, quod dat ei Dominus?
Si servus maiora facit Domino sibi dante,
Iam non ipse facit, sed per eum Dominus.
Act. 3, 16. Quando Petrus sanat quosdam virtute vel umbra,
Qui dedit hoc Petro non magis ipse facit?
Et tam maior ei debetur gloria, quanto,
Quod per se potuit, in famulante facit.
Quam plures possunt vel dicere vel meditari,
Qui non et possunt haec bona cuique dare.
Scimus virtutem multos habuisse medendi,
Sed sine doctrina non tribuisse suis.
f. 8. Pugnandi vires et agendi strenuitatem
Non quisquis habuit et dare praevaluit.
Christus virtutem purgandi demoniosos[a]
Et quando placuit et quibus exhibuit.
Matth. 14, 29. 30. Sub pedibus firmavit aquam Petrumque vocavit,
Et dum non timuit, sicut in arce stetit.
Expavit, cecidit, sed Christo restituente,
Substitit et solidas sub pede pressit aquas.
Scripturas novit Christus, cum non didicisset
Et sine doctrina scire dedit famulis.
Et baptizavit, si non male credimus, ille,
Et dedit in turbas purificare animas.
Et sicut verbo laxavit crimina multis,
Sic et solvendi munus habere dedit.
Iam cum cenaret, panem benedixit, et inde
Vinum, discipulis et facienda dedit.
Luc. 22, 19. 1. Cor. 11, 24 sq. 'Haec', inquit, 'facite, quotiens sumetis, et este
In faciendo mei, qui facio, memores.
Nam si non estis per vos aliquando loquentes, —
Sed patris est intus spiritus alta loquens —
Hoc opus egregium super omnia posse putare
Non est consilii de ratione mei,
Qui lavat et sacrat, ego sum, qui munus utrumque
Exhibeo, sed vos exteriora datis.
Atque ministerio fiunt haec omnia vestro,
Per quos intus agens et loquor et facio'.
In[b] paucis verbis haec arbitror accipienda
Quae dixit Dominus, cum daret illa sacra.
Iam saltem reges sileant, iam mistica dona,
Si possunt, tribuant, aut melius videant.
Saepe noto, sed saepe volunt tam magna notari.
Incoat a minimo, quisquis ad alta venit.

a) detuoniosos *c*. b) *m*. 1.

Iam de misteriis sileamus, non ea namque
Quaestio summa fuit mistica discutere.
Non tamen absurde sumus in hac parte morati
Dum fere iam summum quaerimus officium.
At nunc ad summum veniamus, si tamen ultra
Est aliquid Paulo significante satis.
Cum, sicut supradictum est, designat utrumque
Et sub episcopii nomine claudit eum[1]. Tit. 1, 7.
Quem non presbiterum modo dicimus et manifeste, f. 8'.
Qui par nomen habet, par habet officium.
Sed Dominus, cum discipulos elegit, in uno
Noluit esse gradu. Primus apostolici
Culminis ordo patet, post illos vero sequuntur,
Quos septem decies addidit atque duos Luc. 10, 1.
Quos et praemisit binos, quocumque venire
Disposuit, quorum munus habere volunt[a]
Presbiteros, ut sit et eis distantia quaedam
Et non multa quidem, quippe quod ille gradus
Ad quaedam facienda valet, quae non habet iste.
Si res discutitur, gratia deprimitur.
In sacramentis nullum reor alcius esse,
Quam Christi corpus ex aliis facere,
Et vini calicem in vinum mutare cruorem.
Sed, qui presbiter est, haec quoque summa potest,
Crisma facit, sacrat ecclesias, impendit honores.
Subicitis gradibus altior ille gradus.
Sed cum presbiterum praesul sacrat atque perungit,
Presbiteri assistunt et simul haec faciunt,
Nec sine presbitero licet illi crisma novare,
Quo sine pontificem non valet efficere.
Unde patet, quia presbitero communia tollit
Quisquis ei non haec summa licere sapit.
Quod[b] pontificem non ordinat, ecclesiamve
Non sacrat, aut quaedam talia non peragit,
Idcirco visum est fieri, ne pontificalis
Vilescat passim multiplicatus honor.
Hinc etiam baculum non accipit, anulus atque
Non confertur ei, cum nova sponsa datur.
Roma tamen dat presbiteris de cardine summo
Hoc decus in signum vel speciale bonum.
Iam quoniam satis est facilis distinctio visa,
Et commune bonum iam patet expositum:
Crisma vide[c], quo presbiteri de more sacrantur,
Quod baptisma facit et mala nostra lavit,

a) volunt *cum* i *superscripto exhibet c.; sed neque pentameter neque sensus, ut* voluit *legatur, permittunt.* b) *in marg. m.* 2 Qui. c) *primo* video, *ut videtur; sed ultima littera deleta est. Fortasse* vides *legendum, ut in v.* 519.

1) *De quaestione, utrum episcopatus proprius ordo sit necne, vide Hinschius, 'Kirchenrecht' I, p.* 5.

Quo sine nec regum quisquam diadema meretur,
Quisquis sub Christo degit in imperio.
f. 9. Hic etiam, si vis sola exteriora notare,
Quanta potest oculus exterior capere,
Non carisma vides, quod crisma sonare videtur
Et redit in dubium causa soluta prius.
Spiritus est, qui vivificat potumque cibumque,
Et maiora facit, quae sibi nemo capit.
Spiritus est, qui tangit aquam peccata lavantem,
Spiritus est, cuius gratia sola lavat.
Spiritus est, qui crisma facit, de munere cuius
Ad quodcumque iubet, gratia plena fluit.
Hoc ex unguento vel crismate fronte peruncta
Post lavacrum septem munera suscipimus.
Quod per baptismum nondum poteramus habere,
Quamvis abluti sanctificante fide.
Spiritus est, qui purificat baptismate mentem,
Spiritus est etiam, qui magis armat eam.
Et quia pugnandi restat locus atque palestra
Mundi suscipitur et nova lis oritur,
Gratia dividitur et munera multiplicantur,
Indivisibilis attamen ipse manet.
Gratia prima [et] amor[a], quoniam faciente amore[a],
Ut non peccemus, incipimus sapere.
Additur et pietas fomentum religionis,
Per quam diligitur iam Deus et colitur.
De pietate venit et amore scientia, per quam
Discitur et scitur dignus amore Deus.
Si tamen haec eadem non est ad grandia fortis,
In preceps fertur et duo prima premit!
At nisi consilii teneat moderatio fortem,
Quo plus conatur quam valet, opprimitur.
Iamque ita disposita per amorem consiliumque
Firmataque domo proficit intus homo.
Iam videt et sese rerum dulcedine pascit,
Quas in misterio cogitat atque legit.
Nec desiderio satis est; iam percipit ipsum
Qualicumque valet cognitione Deum.
f. 9'. Non sicut superi cives, quos credimus esse
Et laudes illi continuas canere;
cf. 2.Tim. 3,17. Sed sicut Paulus speculo vel enigmate dicit,
Donec perfectum iam tribuatur ei.
Haec est pontificis largicio propria, sicut
Diximus, ex usu vel ratione nova,
Ne modus a Domino praefixus pretereatur[b],
Quando pares famulos noluit esse suos.
Levit. 21,10. Quod Moyses etiam per legem significavit,
Quando sacerdotes pontificemque dedit
Atque ministerium distinexit, pontificique,

a) prima timor . . . timore *c.*; *sed ex v.* 541 *ut supra legendum esse patet.* b) preteratur *c.* 50

Quem summum dixit, summa licere dedit,
Ac sic vestivit, ut [nunc[a]] de veste loquamur
Et de misterio, quanta potest ratio.
Expediat libros contexere propositumque,
Ad quod nos revocat actio, deserere,
Si quem forte movet, quia delibutio talis
Consignat latices insuper et calices,
Et lapides etiam, quae non, cum sanctificantur,
Amplius accipiunt aut melius sapiunt.
Noverit haec propter[b] sese non esse sacranda,
Sed magis, ut videant quid faciant homines.
Qui sunt et lapides vivi, qui sanctificantur,
Et debent calicem sumere post laticem.
Denique manna pluit Dominus populique per ora
Unicuique fuit, sicut ei placuit.
Ergo si cibus est tot gentibus unus et omnis,
Ne mirare Deum, si facit hoc oleum.
Cera liquet, durescit humus, fervore sub uno
Lux eadem privat lumine, quae reficit.
Iam quia de veteri satis est ratione probatum
Hunc[c] indivisum primo fuisse gradum,
Constat et hanc, quae dividitur per munera VII,
Virtutum summam presbitero esse datam,
Sicut pontifici, quia nominis unio cogit,
Ut quae circunstant, omnia conveniant.
Hinc et Gregorius cum decretale dedisset: f. 10.
'Ne quisquam puerum presbiter oblineret[1]',
Audita[d] veteri de traditione querela
Legem damnavit, quam prius exhibuit.
At nos ad nostrum morem redeamus, et istum
Tractemus solita proprietate gradum.
Ut liqueat, quod apostolicum pervadit honorem
Qui secumque putat ponere pontificem.
Ecce gradus alios percurrimus, et nec in uno
Cernimus esse datum quidlibet a laico.
Ad summos apices ratio perduxit et, ecce,
Liberior minimus iam patet esse gradus.
Clericus ornatur et non a rege creatur,
Solus pontificum non bene servit honor
Et sic de reliquis regum censura quiescit,
Solum pontificem regia cura facit.
Et cum presbiteri sacra tangere pervereatur,
Solum pontificem curia vult facere[2].
Sed, qui provehitur ad curam pontificalem
Omnino debet presbiter esse prius.

a) nunc *deest c.; sed, ne dactylus deficiat,* nunc *vel similis vox supplenda esse videtur.* b) *corr. man.* 2 *ex* papa. c) Haec *c.* d) *man.* 2.

1) *Frustra hoc decretum quaesivi; sed cf. Decret. Grat. Dist. LXVIII, c.* 1. *et* 2. *et Laspeyres ap. 'Ersch u. Gruber' ser. III, vol.* 5, *p.* 9. 2) *Cf. Rang. Vita Anselmi v.* 193 *sqq.*

Qua[a] propter, si presbiter est sine munere regis,
Non eget illius gratia pontificis.
Si rex presbiterum non induit, et sine rege
Munus habet plenum pontificale bonum;
Si, cum presbiter est sacra ratione creandus,
Non per eum caligas induit aut ocreas,
Ne serpens noceat, quando calcaverit illum,
Aut pes in lutea contaminetur humo;
Si pro lorica talarem non dat amictum[b],
Qui fluat ex humeris et tegat ima pedum;
Si non et zonam circumligat, ut malus humor,
Qui iacet in lumbis, non sine lege fluat;
Porro si galeam non exhibet, ut tueatur
Contra temptantis spicula mille caput:
Sique iugum, quod colla premens dependet utrimque,
Non solet ad regis arbitrium tribui;
Si longum latumque decus planeta sacrandis,
Cum sine rege datur, rex videt et patitur,
f. 10'. Si rex aut laicus quisquam praebere maniplum
Iure nequit, sicut nec meritis operum
Respondere potest, quae nunc lacrimando secuntur,
At mox ante Deum gaudia longa ferent:
Unde sibi regum quisquam maiora licere
Credit, quando nequit inferiora dare?
Denique si per eum baculus datur anulus atque,
Quid confertur ei, qui bona tanta capit?
Si rem respicimus solummodo materialem,
Hanc licet et laicos a laicis capere.
Et laicus tondere potest et cetera quaeque
Quisque potest laicus tam dare, quam capere.
Et libros aperire potest, populumque docere,
Et vinum altari ferre cibumque potest.
Sed cum discutitur virtus et gratia Christi,
Non sunt haec laici vel dare vel capere.
Sordescit ratio, si munus spirituale
Quamlibet elato subiacet imperio.
Si tamen hic nichil est aliud, divinitus ipse
Confiteor nulla de ratione dari.
Confiteor vanum condemnandumque tumorem
Et, quem Christus habet, turpiter excutere;
Et iam nec regem quicquam conferre per ista
Munera nec sacrum qui facit officium.
Sed de rege magis derisio ceca videtur,
Ut castella, domos conferat hoc baculo[1].
Si tamen hoc signo, quia res est materialis,
Exterius regimen cuilibet atribuit,
Cum dat gemmatum, quod sponso convenit, aurum,

a) *corr. ex* que papa. b) æmictum *c.*

1) *Cf. Rang. V. Anselmi v.* 5452 *sqq.*

Quid nisi praebet ei coniugium facere?
Ut prius uxorem ducat sub rege licenter,
Quam Christi sponsam sentiat, aecclesiam.
Et bigamus fiat, cum debeat unius esse,
Sicut praefixit Paulus et instituit. cf. Tit. 1, 6.
Quod si ridiculum nimis aut nichil esse videtur,
Restat, ut in baculo plus aliquid videas.
*Quando[a] per ecclesias omnes omnino tenetur, f. 11.
Ut quicumque sacrat quidlibet, hoc habeat,
Quando domus sacranda Deo secedit ab usu,
Et fetore suo cum malus eicitur,
Spiritus inde venit qui sacrat, prae foribusque
Quid dicat novit, qui sacra nostra capit.
Principibus clamat et cum terrore minatur,
Ut tollant portas longius inde suas,
Et fiant portae pro portis spirituales,
Ut rex glorificus ingrediatur eas.
Haec est in baculo virtus de munere Christi,
Quam novit nequam spiritus atque fugit.
Sentit pastorem signo pastoris adesse,
Et baculum metuit et fugit ille lupus.
Da sceptrum regale mihi, da militis arma
Principibusque malis praecipe inire fugam:
Iam videas, quantum valeas mucrone vel arcu
Atque utinam videas, et sapere incipias.
Elatis foribus e templo principibusque
Fortiter exclusis, ut tenet alma fides,
Incipit esse Dei domus atque habitatio Christi,
Ut iam regnet ibi gloria sola Dei.
Iamque vidi, quid de reliquo pro culpa[b] sequatur,
Cum cinis in quadrum spargitur, et baculo
Scribitur in cinere Grece prius[1], inde Latine,
Hanc quia noticiam Grecia prima habuit.
Et quia quamquam alios apices et verba sequantur,
Una tamen domus est, quam Deus unus habet.
At cum per baculum cinis accipit ille figuras,
Ad cor pulvereus ire iubetur homo,
Ut se iam cinerem videat, cineremque futurum,
Quod bene si scierit, hedificatus erit.
Ad mensam venio, quae Christo sanctificatur,
Qui lapis est unus et caput aecclesiae:
Qui nos et reficit sacro potuque ciboque,
Ne per tam longum deficiamus iter:
Qui sese nobis in[c] potum vertit et escam
Et nos vivificat, quando cruore cibat.
Quod fit in hac mensa tota prius atque peruncta, f. 11'.
Hoc quia pro nobis sumpsit et ipse prior.

a) *quat.* 2. b) per clama *c.* c) vi *c.*

1) *'anathema' scilicet.*

Baptizatus enim fuit atque liquore perunctus
Inter consortes amplius et melius,
Sicut ait magnus admirandusque propheta
Inter divinos altius alta videns.
Oro, quis aut sapuit aut intellexit ut ille,
Quae duo de septem munera prima fluunt?
Quis consultor ei similis? quis fortis ut ille?
Quis tam multa sciens, tam pietate valens?
Quem timor usque adeo replevit? Sed timor ille,
Qui non eicitur supliciumve fugit.
Hoc oleo Christus in regem pontificemque
Unctus et ipse fuit et fieri docuit.
Quod lapis iste notat, ideoque perunguitur ante,
Quam populo panem conferat aut calicem.
Qui si non esset in Christo pleniter ante,
Non esset nobis potio sive cibus.
Unguitur ergo lapis divinitus, ungitur, inquam,
Et baculum portat, qui bona tanta facit,
Ut videas hominem per sese non operari,
Sed per eum potius qui regit omne pecus.
Ioh. 10, 14. Qui cognoscit oves, proprium quem novit ovile,
Qui nos in thalamo querit habere suo.
Qui carnem nostram primo sibi nubere fecit,
Inde sibi per eam iunxit et aecclesiam.
Hinc sicut baculum debet qui sacrat habere,
Et sponsale decus debet habere manus.
Et quando portas aperit et praecipit ire
Pestes demonias longius inde foras,
Et quando cinerem spargit, scribitque vel ungit,
Vel lavat interius omnia sive foris;
Cum sine coniugio non sit pastoria cura,
Nec pastoris ope coniugium careat.
Iam quia pontificis curam tetigisse videmur
Res est pontificis enucleanda magis.
f. 12. Sed[a] quia sunt cum presbitero comunia multa
In vestimentis ordinibusque sacris,
Quae satis edidimus comunia pretereamus;
Cum dicenda tamen plurima liquerimus.
In quibus est, quod presbiteri manus ungitur; unde
Unctas pontificis quis neget esse manus?
Ungitur ergo manus, quia gratia spiritualis
Et confirmat opus et bona nostra facit.
Et quia presbitero conceditur ungere multa,
Ungit ei praesul sanctificatque manus.
An non quando lavat scapulas pectusque perungit,
Ut facienda sciant et patienter agant?
cf. Marc. 6, 13. Nunquid presbiteri non inducuntur ad egros
Atque oleo signant, ut male non habeant?
cf. Luc. 7, 46. 47. Et peccata etiam sacro medicante liquore

a) *manu* 1.

Cedunt[a], sicut ait qui docuit fieri.
Haec unctura tamen non est de munere regis,
Quamvis, quod regnat, ex oleo capiat.
Hanc igitur manuum, quoniam comunis habenda
Unctio, tractari non opus est iterum.
Mos est pontifici caput ungi, quando sacratur,
Hoc cum presbitero non habet ille gradus.
Mos est, ut sacram non unus prebeat uni
Sed tres, ut trinus adsit agatque Deus.
Ponitur in scapulis codex euangeliorum,
Ut sciat hoc verbi ferre ministerium.
At quid significet, quoniam caput ungitur illi,
Non est in paucis pleniter exprimere.
Cum Moyses Aaron oleo divinitus unxit, Lev. 8 10 sq.
Haec ad agenda liquor misticus ille fuit.
Quem psalmista bonum testatur, cum simul esse Ps. 132, 1. 2.
Fratres iocundum predicat atque bonum.
Eius ad unguenti formam, quod fluxit Aaron
A capite in barbam, si bonus iste liquor
Non esset, si non iocundus, concio fratrum f. 12'.
Non esset simili de ratione bonum.
Christum vero caput recte credentibus esse
Qui recte credit, non habet ambigere.
Hoc caput est unctum, quia gratia spiritualis,
Sicut iam patuit, a patre fluxit ei.
Atque in discipulos quasi barbam fluxit ab illo;
Vestis habet speciem non male turba sequens.
Unde putare potest aliquis, quia stillat in illam
Per barbae medium desuper hoc oleum
Ut sicut capitis de munere barba rigatur,
Sic etiam vestem barba rigata riget.
Sed non Iohannes ita sensit, cum docet omnes cf Ioh. 1, 3.
A summo capite quicquid habent capere,
Qui putat ex equo benedicere vel benedici
Christum, blasphemat et male scripta legit.
Nam si descendit, quaerendum primitus unde,
Mox ubi constiterit, quo fluat, ordo petit.
Unde? patet, si grammaticae via cognicionis
Non fallit, quoniam sic ait: 'in capite',
Qui si dixisset magis: 'in caput', ex ratione
Quaeri deberet, unde caput caperet.
Nunc caput est huius fons et via prima liquoris.
Hinc fluit in barbam, vestis et ima, quod est
Horam, quo constet vestem perfundere totam,
Ut nichil in toto iam vacet hoc oleo.
Quod patet in barba, quia sermo poscit Ebreus,
Ut, quando geminat, omnia contineat.
Ut Moises, cum dicit: 'homo' repetitque, per omnem
Quod iubet aut proibet currere vult hominem
In vestimento, quia cum perfunditur hora,

a) Caedunt c.

Quod pars inferior obtinet et pocior,
Non tamen a barba vestis perfunditur hora,
Sed magis a capite, sicut et illa, suo.
f. 13. Quod bene si quaeris, manifeste littera monstrat.
Cum quod descendit tam prope bis posuit.
Sed cum dico: 'caput perfundere', non tamen ipsum
Abnego perfundi, cum mihi constet homo,
Sed quoniam vere Deus est, et pleniter illum
Cum Patre confiteor omnia posse Deum.
Qui cum discipulos[a] necdum sibi consociasset,
Et barba caruit et sine veste fuit.
Robur apostolicum quando sibi consociavit,
Protulit in faciem de cute cesariem,
Quae mentum tegeret signum virtutis habendae,
Ut faceret sciri, se caput esse viri.
Vestivit sese[b], cum plures cepit habere,
Qui circumfluerent latius et tegerent.
Inter quos omnes non est qui dicere possit,
Vel sua largiri vel nichil accipere.
1. Cor. 1, 12. 13. Sin alias, Cephae foret alter, et alter Apollo,
Et iam divisus[c] Christus in orbe foret.
Hunc Paulus refugit et detestatur honorem,
Et tumidos homines arguit atque notat.
Quosdam de Pauli se nomine glorificantes
Quosdam de Cephae scismaticosque vocat.
Cum tres ergo sacrent et tres operentur in unum,
Unus verba facit altius[d] atque alii
Circumstant medium, sed non omnino tacentes,
Et caput impositis sanctificant manibus.
Unus vero super oleum perfundit et ungit,
Non tamen, ut barbam perlinat aut tunicam.
Ut videat quicumque potest, quia gloria Christi
Cum patre, cum sacro flamine plena manens,
Sicut sola lavat, sic ordinat atque perungit,
Deque suo dictos nomine sola facit.
Quae spes ergo boni? quae laetificatio fratrum?
Quae non scire caput unguere membra suum?
Ex quo perfusi laetantia corda liquore
Non possint aliter aut alium sapere.
f. 13'. Si sic sentimus fraterna pace ligati,
Ps. 132, 3. Et rorem[e] montis Hermon habere iuvat[f],
Quatenus et reliqua, quaecumque minora videntur,
Ex ipso nobis noverimus fluere.
E speculo[g] cauti contemplantesque[h] futura
Usti non erimus sole gravique gelu,
Et benedicemur et longa luce fruemur,
Quae non ex alio principio esse potest.
Hanc ergo nobis praesignat cognitionem
David caelesti praeditus eloquio;

a) *abhinc m.* 2. b) sesse *c.* c) divissus *c.* d) alterius *c.* e) novem *c.* f) vivat *c.* g) *an* specula *legendum sit, incertum.* h) contemplanteque *c.*

Et quasi scissuras cernens quandoque futuras
De sacramentis muneribusque sacris
Exhilarat fratres, quos credere sentit in unum,
Et caput et barbam denotat et tunicam:
Et constare docet ritum hunc per tempora cuncta
Et Christum semper ungere de proprio,
Quatenus in Christum regem saevire sciatur
Qui quos ille sacrat non timet oprimere.
Praesule sacrato sollemniter atque peruncto
Anulus et baculus in sacra signa datur.
Anulus, ut sponsum se noverit et sibi iunctam,
Non sibi, sed Christo, diligat ecclesiam.
At vero baculus, ut Christi servet ovile
Et caveat sevos terrificetque lupos.
Si sic est, imo quoniam sic esse negari
Nequaquam sobria de ratione potest,
Quae ratio vel quae magis est insania contra
Aecclesiae ritus quemlibet arripere?
Quod sibi concessum numquam fuit, et pietatem
Solvit et errorem suscitat aecclesiae.
Contendunt reges haec signa dedisse priores[a]:
Ostendant, vel quos vel quibus et faciant.
Quod si non possunt ostendere, cesset abusus,
Nec iam sub gladio serviat hic baculus.
An quia ditavit pia munificentia regum
Aecclesias, debet posteritas rapere?
Vel quid deterius, et libertatis honorem f. 14.
Et, quae non tribuit, omnia deprimere?
An non eripitur libertas pontificalis,
Quando iuratur regibus et dominis?
Quando manus dantur, et per sacra iura[b] ligantur,
Et ius et ratio subditur imperio.
Subditur et Christus, et Christi iure soluto
Curia curetur, curia diligitur.
Iam canones sperni decretaque conciliorum,
Qui contra canones dixerit esto reus.
Hinc ereses nasci iam tempora nostra queruntur
Et decus aecclesiae deperiisse dolent.
Dum tamen iste dolor maneat, spes esse videtur,
Et spes, quae valeat vel revocare fidem.
Sed dico, si rex aliquis castella vel agros
Contulit aecclesiae, contulit et Domino.
Si vult servitium, Christum sibi subdere querit,
Qui dicit christos quos levat in famulos.
Sed Christus liber, et nulli subditur umquam,
Et nulli christos subdidit[c] ille suos.
Sicut nec tangi patitur, testante propheta, 1.Par.16,22. Ps. 104, 15.
Et Moysen famulum non tacet esse Dei[d],
Ut per eum Pharao virtutem sciret adesse

a) priorem *c.* b) vira *c.* c) subdididit *c.* d) deum *c.*

Divinam plagis prodigiisque novis.
Denique quod semel est oblatum non licet ultra
Quaeri vel quaquam conditione premi.
Si pecus est vel homo, sub libertate manere
Debet, sive domus aut ager aut aliud.
Sin alias, non est oblatio gratuitumve
Munus, mercatum forsitan esse potest,
Quando pauca damus, ut plurima suscipiamus;
Quod facit ex animo semper avarus homo.
Hoc ita iam priscae docuere traditiones,
Hoc euangelicum lumen habere patet.
Ios. 1, 6. 18, 10 sq. Cum Iosue terram populo divisit, et omnes
Ex equo partes iussit habere tribus,
f. 14'. Levi progeniem[a] vetuit sibi sumere partem,
Quo magis illius pars foret ipse Deus.
Sed tamen et populo praecepit et annumeravit
Urbes, quas Domino prorsus habere daret.
Num. 18, 21. In quibus ordo manens leviticus, et decimarum
Partes accipiens liber et absque iugo
Viveret et Domino soli serviret, et esset
Intentus sacris, ut docuit Moyses.
Et quia pro decimis datus est et sanctificatus,
Ipse primicias tolleret et decimas.
Sicque sacerdotum numerus, qui praesidet illis
Et gradus est maior et potiora facit.
Ecce vetus ratio: iam saltem confiteantur,
Reges iam doleant, iam melius videant.
Cum Domini populus ex libertate vigeret,
Cum sub iudicibus degeret et ducibus,
Quando sacerdotem iudex ad bella coegit,
Aut in levitas iussa minasve dedit?
Ut vero Samuhel, sterili de matre creatus,
Solamen lacrimis oprobrioque datus,
1. Reg. 8.5. A populo regem cum seditione rogatus
Regem constituit et sibi consuluit,
Rex novus ad modicum puerili simplicitate
Usus, dum timuit, absque labore fuit.
Mox insperata de prosperitate levatus,
Quo nimis intumuit, in mala plura ruit,
Contemnit Samuhel et cum Samuhele iubentem.
Iussus[b] enim regem perdere nec pecori
1. Reg. 15,9. Parcere, non fecit: regi pecorique pepercit,
Et quando Samuhel venit, ut argueret,
Respondit dure . . .[c] nimiumque superbe
Et non penituit, sed magis intumuit.
Insidias tendit Samuheli David, ut unctum
Comperit, ut perimat, sublevat in generum,
Et modo cenantem, modo vero sopore solutum,
Cogitat oprimere, dum fuga solvit eum.
f. 15. Iud. 9, 5 Dampnat et Abimelec cum tota prole trucidans

a) proieniem c. b) Missus c. c) *verbum deest in* c.

Omnes in gladio cum senibus pueros,
Nec Dominum veritus, nec honorem presbiteratus,
Quamvis de nullo crimine vel modico,
Quod panes illi sanctos sociisque dedisset,
Cum tamen et missos esse putasset eos.
Sed quoniam liquit et linquitur, et moriturum
Mortuus alloquitur atque futura canit.
Concidit et Ionathas sine crimine, David amicus, cf. 2.Reg.1,17.
Et David miserans flevit utrumque diu.
Et montes posuit cum Gelboe sub maledicto, ib. 21.
Ut ros et pluvia non recrearet eos.
Ut vero regnum tenuit mitissimus ille,
Semper sub Domino vixit, et obsequio
Astitit et tantum sese contempsit, ut ante
Archam saltaret[a] nudus, et obprobrium 2. Reg. 16, 16. 20.
Ex hoc perpessus a coniuge diceret illi
Se magis abiectum ridiculumque fore:
Pro qua re meruit proli quoque perpetualem
In regno cathedram post decus et requiem.
Sic[b] sic fecere, quotquot non intumuere;
Qui vero tumuit, non sine clade ruit,
Qualis Ieroboam regnum partitus et aram cf. 3.Reg.12,28.
Et coram populo turificans vitulo.
Quod quia non licuit, quamvis sacra falsa fuissent,
Vates [in]sonuit[c], dextera diriguit.
Sic et Acab elatus homo cum coniuge saeva, ib. 22, 38.
Dum sanctos laedit, traditus est canibus
Atque sepultura caruit; sic ille superbus
Ozias lepram pertulit a Domino, 2.Par.26,21.
Quod presumpsisset[d] offerre altaribus ignem,
Quod non est licitum regibus, ut faciant.
Longa nimis series non iam tractare viritim[e]
Reges, reginas, qui temerare sacra
Atque sacerdotes offendere non timuerunt,
Sed nec summatim commemorare leve est.
Certa fides, ritus veteres moremque sacrorum, f. 15'.
Quem didicit Moyses celitus et docuit,
Figere paxillos, vectes, aulea movere,
Arcam cum vasis omnibus excipere
Non licuisse homini, qui non de stirpe fuisset
Aaron et Levi sanguine progenitus,
Nedum vestiri, procedere, sacrificare
Hircum sive pecus, thus adipemve dare.
Quod probat ille Dathan et Abiron, thus adolere
Ausi, cum vivos terra voravit[f] eos. Num. 16, 32.
Ergo si vetus haec fuit observantia tanti,
Quando coequari non valet arra[g] rei;
Iam magis atque magis reus est, qui pontificales

a) salutaret *c.* b) Si *c.* c) sonuit *c.* d) pressumpsisset *c.* e) uiritim *man.* 2 *add.*
f) vocavit *c.* g) verra *c.*; *m.* 1 *corr.* verba.

Affectat cathedras vultque subesse sibi.
Lex vetus umbra fuit, nova lex est arbor ad umbram
Tam foliis vocum, quam studiis operum.
Umbra fovet lassum, sed non alit esurientem,
Arbor utrumque facit, et fovet et reficit.
Quod docet et sapiens Salomon, cum cantica scribens,
Verbum cum nostra carne coire facit.
Cant. 2, 3. Tanquam si quaedam mulier pulcherrima sponsum
Quaerat et in calido tempore deficiat,
Et pausare velit sedeatque sub arbore densa,
Quae solis nimios excipiat radios.
Et recreet sese; iam vero calore remisso
De fructu capiat, quod sibi sufficiat.
Et refocillatis iam viribus inchoet ire,
Et canat aplaudens, sed meliora volens,
Ut sponsum teneat sponsique fruatur amore,
Non iam per speciem, sed magis ad faciem.
Hoc inter legem distat veteremque novamque,
Hoc iniusticiis distat et officiis.
Umbra et iusticiae non iustificatio vera,
In baptismatibus sanguinibusque sacris,
Hebr. 9, 12. Quando Paulus ait, ircorum vel vitulorum
Sanguine non tolli quae mala sunt hominum.
f. 16. Iam, nisi fallor, et hoc exinde patere probamus
Peccatum legis invaluisse minus,
Hoc est peccantes in legem sive magistros
Illius, Moysen, Aaron et reliquos,
Qui placuisse Deo per talia facta sciuntur,
Peccavisse minus et meruisse minus
Irae et supplicii, quam qui sub dogmate nostro
Adversantur ei, qui docet, et fidei:
Unde et merguntur in terrae viscera vivi
Et vivos baratri devorat alta palus.
Leprosi fiunt et non abscondere possunt,
Et frontem laceram sole vidente gerunt.
Hoc et Christus ait manifeste iusticiamque
Matth. 5, 20 sq. Phariseorum dicit habere minus.
Et longis probat[a] hoc racionibus et docet iram[b],
Quam non causa[c] facit, iudicio esse ream.
Qui pene locus est homicidii atque[d], quod ultra
ib. 22. 'Racha', vox vehemens, additur ad gravius.
Dampnat supplicium, quod signat de gravitate
Concilii 'fatue', quod mage crimen habet.
Quanto et confundit, manifeste ducit ad ymma
Et pro delicto ponit in igne lacus
Ardentis; quid iam mereantur crimina summa
Furta, cruor fusus, denotat iste gradus.
Lev. 20, 10. Iam qui mechatur puniri morte iubetur,
Mechatur vero carnis amica caro.
cf. Matth. 5, 28. Sed Christus dicit mechum quamcunque[e] videntem

a) hoc probat c. b) nostra c., *quod ex Matthaeo correxi E. D.* c) causam c., *versus minus placet.* d) iamque c.; *corr. E. D.* e) quaecunque c.

Si contemplatur, sic ut habere velit.
Et quis non timeat? Moysis[a] precepta timentur[b],
Et qui presumpsit frangere, morte luit,
Et quantus Moyses clarus, sed clarior iste
Et multum Moyse iudice maior eo,
Et Moyses sicut famulus per multa fidelis
Inque domo magna strenuus atque vigil,
Sed sicut famulus; at vero Christus in illa
Ut, qui fecit opus, arbiter et dominus.
Ex hoc contuitu quia Christus filius esse f. 16'.
Creditur et scitur cum genitore Deus,
Debet honorari magis et magis atque timeri,
Quem constat posse fortius ac[c] Moyse.
Qui cum discipulos premitteret[d] et sine pera, cf. Matth.10,10.
Et sine subsidio iussit abire suos.
Nec leve mandatum dedit, ut quocunque venirent,
Tanquam de propriis omnia susciperent.
Si tamen esset homo, qui contradiceret illis, ib. 14.
Sordida quaeque pedum proicerent in eum,
Et pulvis fieret illis confusio caeca
Conturbans occulos impediensque gradus.
Et paucos misit sine nobilitatis honore,
Et reges magnos obtinuit per eos.
Perque rudes homines fecit nescire scientes
Et Constantinum subdidit in famulum,
Cum Silvester eum metuens Soracte sub ipso[1]
Quaesisset latebras religiosus homo.
Sed quia quaerebat demens extinguere Christum
Christus eum caepit et simul imperium,
Lepra percutitur medicamina nulla valere
Possunt, pontifices consilium capiunt,
Mittunt per terras, teneros a pectore matrum
Tollunt infantes et lacerare volunt;
Ut cum piscina fuerit de sanguine plena,
Rex in ea mundus fiat ab ulceribus.
Sed cum iam ratio miserendi tempus haberet,
Ut Christi toto staret in orbe fides,
Subvertit plenum vas impietatis, et ecce
Utile perficitur ad pietatis opus.
Dum vehitur reda, matres videt et stupefactus
Perstat et inquirit, quid sibi turba velit.
Ut vero didicit scelus, horret, mandat habire
Sumptibus et redis in redeundo datis[2].

a) Moysi *c.* b) timetur *c.* c) *a c.; versum vix sanum esse crediderim. E. D.* d) premiteret *c.*

1) *Cf. Constitutum Constantini ap. Brunner et Zeumer, 'Die Constantinische Schenkungsurkunde', Berlin* 1888, *p.* 51, *c.* 7: Silvester . . . ad montem Seraptem persecutiones tuas fugiens in cavernis petrarum cum suis clericis latebram fovet. 2) *L. l. c.* 6, *p.* 50: cernens serenitas nostra lacrimas matrum eorum, ilico exhorrui facinus, misertusque eis, proprios illis restitui precipimus filios suos, datisque vehiculis et donis concessis, gaudentes ad propria relaxavimus.

f. 17.

Petrus adest Paulusque[1], docent, quid oporteat illum,
Ut purgetur ab his vulneribus, facere.
Evigilans mittit, Silvestrum mandat adesse,
Ut venit, docuit, mergitur et valuit.
Et sanus factus Silvestro donat honorem,
Et Petro tribuit, quod melius potuit[2].
Aecclesias aperit, templorum limina claudit,
Et privat rebus et sine lege facit.
Lege sua, qua se sub libertate tegebant,
Dum Christus famulos ferret acerba pati.
Et quis iam referat, quae et qualia fecerit ille
Saevus et insipiens, et maledictus homo,
Dum fremeret, dum daemoniis se sacrificaret.
Sed pius et sapiens et benedictus homo,
Ex quo Christus ei semel et dignatus adesse,
Et sibi dilectos mittere discipulos.
Nonne dedit Romam? nunquid non prestitit illi,
Ut praeter papam non regat alter eam?[3]
Nunquid non apicem regni portare per urbem
Contulit et palmam, quando placeret ei?
Nunquid ob hoc regum precellentissimus atque
Solus in orbe potens est dominatus ei?
Nunquid vel vestem vel lignum[4] praebuit illi,
Per quod sciretur subditus esse sibi?
Denique cum causas habuisset pontificalis
Conventus, voluit eius in arbitrio
Ponere, sed timuit et legem fixit, ut ultra
Pontificum nullus curreret ad laicos
In rebus dubiis, et clericus omnis adiret
Pontificem proprium litis ad arbitrium[5].
Sic est, sic legimus; sed quid? non antea praesul
Romanus leges et sacra iura dedit?
Nunquid pontifices longe lateque per orbem
A Christo similes non habuere vices?
Num iam prefuerat Cornelius et Ciprianus[6]
Et plures, quorum nomina nemo potest
Dicere? tam multi per tempora plurima passi
Emisere animas sponte per ecclesias?
Ergo libertas, quae dicitur ecclesiarum,
Non habet a quoquam principe principium.
Et de rege quid, qui Christo militat? Haec est
Sufficiens ratio; quodque dedisse putant
Et nos magnifice comendavisse videmur,
Inde fuisse patet, quod revocasse manus

1) *L. l. c.* 7, *p.* 51: adsunt apostoli, sanctus Petrus et Paulus. 2) *L. l. c.* 11, *p.* 54: sacrosanctam Romanam ecclesiam decrevimus veneranter honorare, et — sedem sacratissimam beati Petri gloriose exaltari, tribuentes ei —. 3) *L. l. c.* 17, *p.* 58. 4) *I. e. sceptrum, sed fortasse* signum *legendum; cf. Constit. Constant. l. l. c.* 14, *p.* 56: et imperialia sceptra, simulque et conta atque signa. 5) *Cf. Rang. V. Ans. v.* 167 *sq.; cf. Decretum Gratiani XI, qu.* 1, *c.* 5. 33, *Pseudoisid. p* 256. 6) *Numquam papa eius nominis sedebat.*

A gladiis et saevitia quandoque videntur,
Qua Christo servos eripuere suos,
Sicut enim, quasi vivificat, qui mortificare
Cum valeat hominem, non tamen interimit.
Unde ferebatur David non vivificare,
Quod quantos posset vivere non sineret.
Sic libertatem dare vel firmare videtur,
Qui cum prevaleat, non facit, unde premat.
Hic iam non opus est Moysi mandata videre,
Qui soli Domino subdidit in famulos
Levitas et eis praelatos pontificemque
Et populo regem noluit esse hominem,
Ne premeret, ne diriperet, sed solus in illis
Regnaret Dominus legifer atque bonus.
Ritus gentiles inducere res aliena est,
Et male[a] tam sancto conveniens operi.
Nec multum mirer, regi sacra supposuisse
Qui potuere Deum ponere sub lapide.
Et desertores cultus et cognicionis
Fecere statuas et coluere nichil.
Hic igitur finis, ut tempora nulla putemus f. 17'.
Non sacris sacras supposuisse manus,
Atque per hoc constet, sicut iam sepe probatum est
Deprensumque pia cognitione, quia
Anulus et baculus duo sunt sacra signa, nec ullo
De laici manibus suscipienda modo.

EXPLICIT DE ANULO ET BACULO.

a) malet *c.*

GREGORII CATINENSIS MONACHI FARFENSIS
ORTHODOXA DEFENSIO IMPERIALIS.

EDIDIT

LOTHARIUS DE HEINEMANN.

Ludovicus Bethmann b. m. cum in SS. t. XI Historias Farfenses publici iuris faceret, de Gregorii Catinensis monachi Farfensis operibus disserens: 'Quintus, ait, Gregorii, ni fallor, liber est Orthodoxa defensio imperialis, de investitura, scripta nomine congregationis Farfensis sub Heinrico imperatore. Quae quamvis in unico, quem vidi, saeculi XV. codice nomen auctoris non praeferat, animus tamen, sententiae, argumentatio, sermo, tota denique indoles eiusmodi sunt, ut vix possit ab alio esse composita atque a nostro Gregorio'[1]. *Cui sagacissimo iudicio libenter assensurus est qui libellum hic edendum cum Gregorii*[2] *operibus contulerit*[3]. *Multo autem difficilius est diiudicatu, quo tempore Gregorius opusculum suum composuerit. Cuius quaestionis summa pendet ex verbis (p.* 539*):* Quis olim catholicum nostrum dominum et imperatorem H., Dei fidelissimum, benivolum, piissimum, bellicosissimum, quoquo modo ausus fuit condempnare? Quis eciam nunc invictissimum eius filium Deo auxiliante patris iniurias vindicantem spernere audebit et evadet iudicium Dei? *Quibus apparet libellum nostrum tempore Heinrici quinti scriptum esse. Sed cum loco laudato Heinricus quintus nondum imperator appelletur, Ignazio Giorgi, qui primus opusculum edidit*[4], *ante mensem Februarium a.* 1111. *Defensionem conscriptam esse censuit. Neque tamen haec ad disceptationem solvendam ullius momenti esse affirmaverim, cum Heinricus neque* rex *neque* imperator *dicatur. Econtra cum auctor in conscribendo opusculo hoc sibi proposuerit, ut cum investituram imperatoriae potestati deberi, tum imperatoris aut principis condemnationem numquam neque cuiquam hominum licere comprobaret, Defensionem compositam esse crediderim, cum Heinricum V. imperatorem anathemate percussum iri ferebant. Quare non multo postquam Paschalis II. papa ab imperatoris militibus comprehensus Heinrico quinto investituram concessit, Gregorius libellum nostrum conscripsit. Quocum facit, quod auctor Heinricum 'iniurias patris vindicantem' dicit, et quae sequuntur verba:*

1) *SS. XI, p.* 558. 2) *De cuius vita et scriptis cf. quae affert Bethmann l. l. p.* 548 *sqq.* 3) *Conferas quaeso Chronici partes, quae exstant SS. XI, p.* 568—571, *cum Orthodoxa defensione et eundem auctorem utrumque opus confecisse facile tibi persuaseris.* 4) *Cf. infra finem prooemii.*

Ipse vero piissimus augustus, si in aliquo deliquit aliquando, quasi insipiens factus a Dei eclesiae pacem perturbantibus nimis est coactus. *Nam hic Gregorius facinus dicere videtur quod Heinricus quintus imperator imperii coronam adeptus in Paschalem papam commisisse narratur.*

Quae cum ita sint, aestate fere a. 1111. *Defensionem conscriptam esse contenderim*[1], *praesertim cum Placidus Nonantulanus, qui libellum suum exeunte anno* 1111. *scripsisse videtur*[2], *Gregorii opusculo iam usus sit.*

Exstat Orthodoxa defensio imperialis in unico codice Casanatensis bibliothecae D III, 16, *chart. fol., saec. XV, fol.* 1—10, *qui non solum neglegentius est scriptus, sed etiam lacunas et gravissima prae se fert menda, quae saepius coniecturis corrigere conati sumus. Ex eodem codice iam ante novem annos opusculum edidit I. Giorgi in 'Archivio della società Romana' II, p.* 456—473, *cuius lectiones aut emendationes interdum adnotare libuit, litera G signatas. De codice cf. Decretal. Pseudo-Isid. ed. Hinschius p.* XXXIX.

Berolini, mense Februario 1888. *L. DE HEINEMANN.*

INCIPIT ORTHODOXA DEFENSIO IMPERIALIS.

1. Peritorum est consuetudo medicorum ad omnes egritudines diversas herbas vel species e campis aliisque elementis colligere, confectasque salutifera singulis antidota tribuere. Ita sane prudentibus agendum est viris, ut ad omnium causas varietatum sanctorum auctoritates patrum perquirantur, et iuxta quod ipsi egerunt et docuerunt illorum exempla sine offensione sequantur. Huius rei gratia nos calogeri[3] divino munere haud ignari cenobii[a] plurimorum sententias catholicorum pariter[b] collegimus et quibusdam magniloquis[c] nos calumpniantibus[d] atque indiscrete blasphemantibus in nomine Domini per eos rationabiliter respondere curavimus. Ipsi enim nos execrantes culpant[e] et fatentur nos extra catholicam eclesiam manere propter[f] imperatoriam fidelitatem, quam secundum antecessorum religionem cernunt[g] nos firmissime semper observare, et quia imperatori consuetum debitumque deferimus honorem. Nos enim nulli imperium dedimus et auferre minime valemus nec debemus. Contenti[h] enim sumus his que patres nostri portaverunt, et in his speramus salvari; doctrinam quoque domini nostri Iesu Christi apostolis traditam super hoc retinemus et eius eclesiam capite membrisque singulis ab eo comptam et unitam absit ut in aliquo[i] dehonestemus. In primordio vero huius narrationis oportunum arbitramur presumptivas eorum novitates sive subrectiones introducere, ut omnibus seriatim respondeamus catholice. Fatentur enim, quod regnum et imperium[k] fastigium[l] in sancta eclesia nullum omnino celsitudinis habeat locum, nec in pontificis electione requirendus sit eius assensus, nec alicui eclesiae prelato[m] baculum vel anulum secundum auctenticam consuetudinem more investiturae sit ab eo concedendum. Sed primo omnium videamus sanctam eclesiam quibus gradibus vel dignitatibus quibusque constet ordinibus. Deinde compaginationem capitis et membrorum eius indissolubilem custodiamus diligentius.

a) *supplendum videtur:* Farfensis *G.* b) patrum *propos. Giorgi; quae emendatio vix necessaria sit.* c) magniloquis *corr.* magniloquiis *c.* d) *ita corr. manu recent. ex* culumpn. *c.* e) culpantur *c.* f) proptem *corr.* propter *c.* g) cēn̄t *c.* h) Contempti *c.* i) aliquando *corr. manu rec.* in aliquo *c.* k) imperatorium? *S.* l) fatigium *c.* m) *ita emend. G.;* prelatum *c.*

1) *Quocum facit, quod Gregorius se inter calogeros monasterii, i. e. monachos seniores, numeret, quippe qui a.* 1112. *quinquagesimum annum ageret.* 2) *Vide infra p.* 566. *Cum nostro iudicio consentit Kayser, 'Placidus von Nonantula: De honore ecclesiae. Ein Beitrag zur Geschichte des Investiturstreits', Kieler Diss.* 1888, *p.* 41. 3) *V. n.* 1.

2. Postquam denique dominus Iesus Christus pro nobis salvandis in cruce est exaltatus, secundum quod ipse predixit, ad se ipsum omnia traxit, sanctamque eclesiam sanguinis sui misterio consecrans, membris singulis decoravit et variis virtutibus ditavit. Ps. 44, 10. Sicut psalmista dicit: *Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato circumamicta varietate.* Hanc autem, sicut apostolus docet, idem Dominus sibi sponsam elegit, cf. Eph. 5, 27. sanctam nimirum et inmaculatam et non habentem maculam aut rugam, et constituit in ea, deditque quosdam quidem apostolos, quosdam prophetas, alios vero euangelistas, alios autem pastores et doctores ad consumationem sanctorum in opus ministerii, in aedificationem[a] corporis Christi. Constituit etiam in ea principes[b] sublimmioresque[c] 1. Tim. 2, 12. potestates, pro quibus semper orare precipit idem apostolus, dicens: *Obsecro primum omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro regibus et omnibus qui in sublimitate*[d] *sunt.* Hinc[e] Hysidorus[1]: *Principes seculi nonnumquam intra eclesiam potestatis acceptae culmina tenent, ut disciplinam eclesiasticam muniant et quod non prevalet sacerdos efficere per doctrinae sermonem, potestas imperet per disciplinae terrorem, ut*[f] *qui intra eclesiam positi contra fidem et disciplinam eclesiae agunt, rigore principum conterantur; ipsamque disciplinam, quam eclesiae utilitas*[g] *exercere non valet, cervicibus superborum potestas principalis imponat.* Quod vero caput eclesiae regem debeamus intelligere, ammonet 1. Reg. 15, 17. scriptura divina inquiens ad Saulem: *Cum esses parvulus in oculis tuis caput in Israel* Eccl. 32, 1. *te constitui.* Item: Quod principem te constituerunt, *noli extolli, sed esto in illis quasi* Is. 1, 5. *unus ex illis.* Item propheta Isaias: *Omne caput languidum et omne cor merens.* De quo Iohannes Chrisostomus inquit[2]: *Habet autem sancta eclesia caput quod est regnum, habet cor quod est sacerdotium. Sicut enim cor sapientiae locus est, ita sacerdotes receptacula sunt sapientiae spiritualis; et sicut*[h] *stomachus si sanus fuerit, totum corpus est validum, et si fuerit dissipatus, totum corpus infirmabitur: ita si sacerdotium fuerit integrum, tota eclesia floret; si autem corruptum fuerit, omnium fides est marcida. Cor autem et stomachus intelligitur sacerdotium, quia in rebus spiritualibus per eos totus populus gubernatur.*

3. Habet[i] etiam sancta eadem eclesia singula membra propriis officiis deputata, Cant. 8, 3. habet levam, habet dextram. Ipsa enim dicit in Canticis canticorum: *Leva eius sub capite meo et dextera illius amplexabitur me;* et per levam regnum, per dexteram vero intelligitur sacerdotium. Leva enim sponsi, id est Christi, sub capite eclesie dicitur, quia prelatis secularibus tuetur temporaliter et substentatur. Dextera autem eius amplexabitur, quia sacerdotali institutione ipsum novit auctorem, quo vitam eternam Ioh. 17, 3. merebitur habere, sicut patri ipse dicit: *Haec est vita eterna, ut cognoscant te unum et verum dominum et quem misisti Iesum Christum.* Noticia ergo Dei per sacerdotum constitutionem ostensa fidelibus largitur vitam aeternam[k]. Sicut enim in uno corpore multa membra unum corpus faciunt, ita fidelium multitudo coniuncta per fidem et dilectionem capiti suo, quod est Christus, unum corpus sunt cum illo. Sicut autem oculi vident toto corpore et aures audiunt et os loquitur et manus cooperantur suo corpori, sic debent agere et spiritualia membra eclesiae, ita ut unumquodque membrum sanctae eclesiae proprium exibeat munus. Oculi

a) aedificatione *G.* b) princeps *corr.* principes *c.* c) et sullimiores *expressis verbis G.* d) sull. *corr.* subl. *c.* e) Hic *c., corr. G.* f) *sic Isid.;* et *c.* g) humilitas *Isid.* h) sicut si *post corr.* sic ait *c.* i) Hec est *corr.* Habet *c.* k) vita aeterna *c.; emend. G.*

1) *Sententiarum l. III, c.* 51, § 4. 5, *ed. Arevalus VI, p.* 344; *cf. Humberti adversus simoniacos l. III, c.* 21, *Libelli I, p.* 226. 2) *Hunc locum in Iohannis Chrysostomi operibus non inveni, fortasse Gregorius noster sermone eius IX. in Genesim, Opp. ed. Montfaucon a.* 1721. *IV, p.* 691. *libere usus est.*

Oculi enim sunt doctores, qui aliis administrant spirituale lumen; aures vero boni auditores, qui verba magistrorum humiliter audiunt; nares, qui odores virtutum a fetoribus discernunt viciorum; os, qui alios erudiunt; manus, qui aliis ministrant necessaria, sicut elimosinarii; pedes, qui pro sanguine innoxio liberando et infirmos visitando currunt. Sicut enim membra unius corporis, si invicem adversa fuerint, ad nihilum devenient deficientes, sic regnum et sacerdocium, si fuerint discordantes, totius christianitatis confundetur decus. Ne autem eveniat, unicuique gradui vel membro proprium non denegetur munus, et iubente domino Christo, reddatur cesari quae cesaris sunt et Deo quae Dei sunt. Ubi animadvertendum, quia prius dixit: *Quae sunt cesaris reddendum cesari;* deinde vero: *quae Dei sunt Deo,* ut capiti eclesiae, videlicet imperatori, debitum prius reddatur subiectionis, deinde sacerdotibus munus impendatur honoris, et imperatori quidem terrestria, sacerdotibus vero, id est pontificibus vel reliquis clericis, spiritualia commoda. In quo etiam precepto Domini non incongruum videtur, si prelati eclesiae ab imperatore prius suscipiant proprii honoris, investitura baculi vel anuli assensum, quam a pontifice consecrentur; quia[a] si princeps caput eclesiae predicatur, a menbrorum suorum officii sive ministerii creatione nullo modo est repellendus. cf. Matth.22,21.

4. Videamus interea et consideremus summi pontificis insignia ornamenta et discamus, a cuius sublimitatis potestate acceperit ea. Nunquid dominus noster Iesus Christus largitus est illa beato Petro apostolo, quando tribuit ei claves regni celorum? Minime. Sed quis concessit ipsa insignia ornamenta Romano pontifici? Relegamus sane[b] decretum Constantini magni imperatoris sancto videlicet pape Silvestro delegatum, et ibi procul dubio inveniemus. Sic enim legitur illic: *Concedimus*[1] *ipsis sanctis apostolis dominis meis Petro et Paulo imperii nostri Lateranense palatium atque contradimus beato Silvestro patri nostro summo pontifici et omnibus eius successoribus usque in finem mundi diadema, videlicet coronam capitis nostri; frigium etiam eius*[2] *sacratissimo vertici manibus nostris imposuimus, nec non et superhumerale, videlicet lorum, quod imperiale solet circumdare collum, verum etiam et clamidem purpuream atque tunicam coccineam et omnia imperialia indumenta seu et dignitatem imperialium equitum et omnem processionem imperialis culminis.* In quibus nimirum verbis audenter et catholice conicere[c] possumus, quia, si Constantinus, qui utique erat terreni dominus tantummodo iuris, super vertice pape manibus suis posuit imperiale frigium et non est hoc agere veritus, ym[m]o benignissima devotione fidelique peregit mente, nec papa quoque dedignatus est suscipere illud: quare orthodoxo imperatori interdicitur, ut baculum vel[d] anulum episcopis vel prelatis eclesiae, qui certe inferioris ordinis pape sunt, et in eorum manibus non largiatur[e]? Manifestum quippe est, quod non hoc divina religione, non ulla[f] Dei emulatione, sed potius contendere et agi videntur invidiose magnaque honoris aviditate ad offuscandum eclesiarum decus et ad destruendum imperiale munus. Nonne sanioris dignitatis est eclesiae imperiale patrocinium habere eique debita subdi devotione, quam nova et inaudita presumere, quibus lites et contentiones generentur, odia execrabilia et discensiones oriantur, periuria sanguinumque effusiones exerceantur et omnia christianitatis opera evacuentur? Veruntamen ve animabus eorum, qui tam crudelium inventionum auctores incentoresque fuerunt! Non enim gloriam[g] summi Dei, sed sui ultra modum honoris quesierunt. Nec sanctae eclesiae oviumque Christi, ut veri pastores, salutem, sed tanquam lupi crudeles[h] detestabilem exercere studuerunt mactationem.

a) q̄ *c.*; *corr. G.* b) certe *G.* c) *ita proposuit Giorgi*; coniceri *c.* d) *post suppl. c.* e) largiantur *c.* f) verba *corr.* ulla *c.* g) gloria *c.* h) rapaces *G.*

1) *V. textum donationis Constantinianae ed. Zeumer* § 14, *p.* 56. 2) eius — imposuimus *ex* § 16, *l. l. p.* 57.

5. De investitura ergo baculi vel[a] anuli, quam rex vel imperator quilibet eclesiae prelatis faciunt, exemplo Constantini contenti imperatoris, adhuc perscrutemur, si quid inrationabile aut infidele in ipsa invenire[b] valeamus, et per quam non sacri honoris gradum, non munus praelacionis sanctae, non ministerium spirituale, non eclesiarum vel clericorum consecrationes, nec aliquod divinum sacramentum, sed potius sui defensionem[c] tribuunt officii, secularium rerum seu temporalium atque corporalium possessionum omniumque eclesiae eiusdem bonorum iuris confirmationem; in qua eciam cernitur concordia principis, oblatio obsequii eiusdem potestatis et ministerium ipsius principis benigne professionis. Ergo eiusdem ratio investiturae sanum sapienti non videtur contra fidem, quia regibus et imperatoribus quoquo modo fuit concessum antiquitus, dum[d] omnimodis venalitas caveatur. Nec unquam legitur a quoquam sanctorum catholicorum fuisse interdictum. Magis vero per multa annorum curricula idcirco inolitum[e] credimus, quoniam fideliter ab orthodoxis et in nomine Rom.14,23. Domini gestum dignoscitur. Apostolus[f] nempe docet, quod quicquid extra fidem agitur peccatum omnino censeatur et quodcunque vera fide operatur divino iudicio minime condempnatur. Desinant itaque pseudoloqui sive rudiloqui imperii vigorem dissipare et eclesias Dei quibusdam scissionibus dilacerare et variis surreptionibus belligerare, et quia inimici sunt non querant in sirpo nodum[1] et imperii decus nunquam amplius calumnientur.

6. In pontificis quoque electionis summi confirmatione quod principum concordia vel imperiale decretum interesse debeat, sanctorum canonum auctoritates et antiquissimam habemus consuetam institutionem, et qui sine his agi fatentur aut machinantur, scismata et discensiones in eclesia operari videntur levamque Christi de sub capite eclesiae precidere crudeliter nituntur. Celestinus denique papa decrevit[2], ut in ordinatione episcopi cleri, plebis et ordinis consensus et desiderium requiratur. Item Hieronimus[3]: *Tria in ordinationibus necessaria sunt: consensus bonorum, testimonium sanctorum, electio principis.* Eugenius papa[4]: *Episcopum consecrari non oportet, nisi a clericis et populo postulatus fuerit.* Beatus quoque Gregorius presul Romanorum primus passus non est absque principis consensu presulari, immo postmodum librum utillimum[6] edidit denunciando presulis[g] transitum exarcho et de electione futuri pontificis et confirmatione principis in ea, et qualiter ipse presul caucione propria iurare sacramento debeat eclesiasticam censuram et integrae fidei puritatem. Ergo si plebem vel populum in episcopi oportet interesse ordinatione, quanto magis caput plebis, id est principem, non convenit abesse. Quomodo enim regnum et sacerdotium unitatem et concordiam habere poterunt, si in initio eorum ordinacionis dissentiunt? Nam reges et imperatores propter sacram unctionem[h] christi nuncupantur et sic suorum ministerio[i] vel officio sive prelatione sacramentis eclesiae sunt uniti, ut in nullo debeant separari[k]. Postquam autem regnum et sacerdocium dominus Christus, sacro ex utroque corpore subscepto in se, misericorditer adiunxit, quis vel demens esse poterit, qui fucata ratione eos dicat deberi separari[i]. Ergo concordia principis pontifex ordinetur, ut eius obsequio in rebus temporalibus eclesia fulceatur. Dei enim ministri sunt principes,

a) et *corr.* vel *c.* b) *corr. ex* inveniret *c.* c) defensione *c.* d) dummodo *pro* dum omnimodis *coni. Waitz.* e) *ita coni. G.;* molitum *c.* f) Ap. — censeatur *in marg. c.* g) presul trasitu *c.;* presulatum trasitu *G.* h) uncionem *c.* i) misterio *c.; corr. G.* k) seperari *c.*

1) *Proverbium apud Romanos pervulgatum; cf. Plauti Men.* 2, 1, 22; *Terent. Andr.* 5, 4, 38. 2) *A.* 422, *Jul.* 26; *Mansi Coll. IV, col.* 464; *Jaffé, Reg.* 369. 3) *Locum non invenimus.* 4) *A.* 826, *Nov.* 15; *Conc. Rom. c.* 5, *Capitul. reg. Franc. I, p.* 372. 5) *Nescio quem librum auctor noster dicere velit, cf. Libell. I, p.* 411. 462; *SS. XI, p.* 569.

et si ipsorum ministeriis eclesia caruerit, defensionem amittet terreni dominii, quam nisi habuerit, ab impiis invadetur, a tirannis[a] opprimetur et a quibuscumque perversis destruetur[b]. Sacramentum autem eclesiasticis viris iuxta sanctorum canonum interdictionem nulli seculari convenit[c] prebere. Sed in hoc utenda est matre virtutum, vera scilicet discretione, que sicut sal pulmentis omnibus, ita hec necessaria est religiosorum omnium actis.

7. In principio denique fidei eclesie possessiones non habebant, sed tantum victum et vestitum, hisque contente erant. Nunc autem religione aucta possessiones creverunt, eclesie sub se milites, comites personasque sublimes, quibus imperarent, habere ceperunt; quos si rex vel imperator in suis contemptores iussis habuerint, magnum immensumque detrimentum capient imperii. Necesse est ergo, ut prelatus eclesiae, qui a suis militibus sacramentum fidelitatis suscipit ex regia vel imperiali dominacione[d], ipse militum suorum fidelitatem suamque spondeat regali vel imperiali personae. Quoniam sacramentum licet interdicatur in canonibus, prebenti tamen officere non legitur, nisi forte incurrat periurium. Scriptum quippe est: *Iuravi et statui custodire iuditia iustitiae tuae.* Sublimiores[e] vero potestates, id est regia vel imperialis magnitudo, a Deo aut permissa aut constituta, aut a nullo contemnatur aut condemnetur sive destruatur[b]. Sanctorum habemus auctoritates plurimorum et in testamento veteri et in nova gratia euangelii, qui magis huiusmodi sufferentes portarunt quam condemnare presumpserunt. Nec eciam scandalizari convenit celsitudo imperialis in suis muniis, quoniam qui scandalizat[f] eclesiae[g] maximum, maiori pena erit puniendus quam his[h] qui scandalizat minimum, et si mala fuerit eclesiastica potestas, non est omnino ab aliquo nisi a solo Deo condemnanda. Quod si ita habetur, certissime in omnium auctoritatibus sanctorum, prophetarum, apostolorum ac reliquorum orthodoxorum, quorum nullus potestatem regiam vel imperialem, licet iniquam, licet impiam, licet hereticam, condemnare vel deponere ausus est nec aliquo modo presumpsit: quis olim catholicum nostrum dominum et imperatorem H[einricum], Dei fidelissimum, benivolum, piissimum, bellicosissimum, quoquo modo ausus fuit condempnare? Quis eciam nunc invictissimum eius filium Deo auxiliante patris iniurias vindicantem[i] spernere audebit et evadet iudicium Dei? Nam scriptura docente *in multis offendimus omnes.* Ipse vero piissimus augustus si in aliquo deliquit aliquando, quasi insipiens factus a Dei eclesiae pacem perturbantibus nimis est coactus. Denique prelati eclesiae qui vitae ministri fore debebant, facti sunt mortis latores et iussores sanguinis effusionis, contra imperium moderantes[k] calcaneum suum levantes et iura regni nequiter usurpantes, eclesiae ministeria abusive ac indebite potentumque per vim optinentes; quod omnimodis interdictum canonice habetur. Si quis enim eclesiastica ministeria sive prelationes per aliquam vim secularem molitur optinere, et ipse et eius fautores eclesiastico percussi anathemate, digni sunt morte, quia proprium et universalem spernentes, ymmo contemnentes a Deo ordinatum imperatorem, contra Deum pacis unitatisque[l] eclesiae elegerunt exactores bonorumque ipsius eclesiae morum perversores. Quare autem haec machinantur? Utique quia non quae Christi sunt, sed quae sua sunt querunt et patrum itinera[m] sanctorum, perfectas et a Deo confirmatas auctoritates pro nihilo ducunt, pacem eclesiae ac unitatem subvertunt, principes auctenticos solitosque eclesiae destruunt, et suae tantum utilitatis causa, non autem eclesiae, rudes constituunt peccatores, quos[n], nisi eis pecunias offerant, spernunt et impios iustificant propter munus. Subditos autem regno et imperio exhibentesque debita obsequia eclesiae principibus excommunicatos[o] asserunt, et non pacem in eclesia, sed bella et sanguinis effusiones sanctificant, quia zelum Dei habere

Ps. 118, 106.

Iac. 3, 2.

cf. Ioh. 13, 18.

a) tirannisque *G.* b) dextr. *c.* c) conveniat *corr.* convenit *c.* d) donacione *coni. Waitz.* e) sull. *corr.* subl. *c.* f) scandaliczat, *deleto* c *c.* g) eclesiae — scand. *in marg. suppl. c.* h) *pro* is. i) iudic. *c.*; *corr. G.* k) moderantem *G.* l) unitatique ecl. elegerunt auctores *c.* m) *cf. SS. XI,* p. 575, *lin.* 52: sĭ exorbitaverit a patrum itinere priscorum. n) *coni.*; quoque *c.* o) *ita coni. Waitz;* excommunicato *c.*

cf. Rom. 10, 2. videntur, sed non secundum scientiam. Sapientes enim sibi videntur et de sua scientia presumentes suamque doctrinam[a] statuere querentes, iusticiae Dei non sunt subiecti.

8. De imperatore quoque vel rege sacra peruncto unctione aduc utiliora[b] studeamus proferre. Veteris enim et novi actus historias relegentes et bonos principes invenimus et malos, sed nunquam repperimus conscripto iudicio ab aliquo sanctorum cf. Rom. 5, 17. fuisse condempnatos. De ipsis enim sapientia, quae Christus est, dicit: *Per me reges regnant.* Per ipsum ergo solum condemnandi sunt, per quem solum regnare noscuntur. Si quis vero id[a], quod soli Deo reservandum est, voluerit condemnare, numquam evadet punitionem. Denique Saul peccavit et a Deo recessit et Deus ab eo, cf. 2. Reg. 12. et tamen propheta Samuel non illum condemnare a se ausus est. David quoque regem tribus pessimis criminibus delinquentem propheta Natan non condemnavit, sed magis penitentem recepit. Ex quibus prefatis regibus duobus apud gnaros non dubitatur[c], quia unus penituit et alter impenitens corde extitit, et tamen, ut diximus, non illos condemnatos legimus. Nam in eum, qui se iactaverat malum occidisse Saulem, bonus David festinanter studuit vindictam exercere propter sacram qua perunctus fuerat unctionem. Itaque si omnes discuciantur historiae vel leges, contra hoc notissimum dictum non invenies proposicionem. Nam multi regum vel imperatorum et ante et post advenctum Christi pessimi vel heretici fuerunt, quos prophetae vel apostoli sanctique patres et reliqui doctores eclesiae ad mortem non condemnarunt nec debitum obsequium vel decus illis proprium abstulerunt[d], sed soli hoc Deo reliquerunt et eorum nephandas malicias vel persecuciones ad tempus Christi amore substinuerunt, quia eius omnimodis 1. Ioh. 2, 6. membra extiterunt. De quo dicit apostolus Iohannes: *Qui dicit se in Christo manere,* cf. Matth. 5, 17. *sicut ipse ambulavit debet ambulare.* Christum enim, qui legem non venit solvere, sed adimplere, neminem legimus condemnasse adhuc in carne vivens. Sicut reliqua Christi membra neminem condemnarunt, sed potius pertulerunt, sic egregii[e] doctores et omnes eclesie veri doctores, et qui dissimilis est illis, non esse docebitur de Christi membris. Omnes enim pravorum nequicias principum pacienter substinuere, eosque audaci lingua increpare, coercere vel assidue studuerunt[f] ammonere. Ut autem de paganis imperatoribus sileamus, ad eos qui de christianis effecti sunt heretici veniamus. Denique Basilius episcopus Neo-Cesariensis Iulianum imperatorem apostatam substinuit eiusque tyrannidi occurrens quaedam munera mandavit[1]. Valentis quoque imperatoris[g] decretum utillimum[1] eclesiae non sprevit[h. 2]. Ambrosius nempe[i] Mediolanensis episcopus Maximum pro effusione sanguinis domini sui a comunione segregavit[3], Theodosium imperatorem pro iniusta contra monachos preceptione constanter in eclesia coercuit et copiam illi ingrediendi ecclesiam denegavit[4] pro civibus Thesalonicensibus interfectis, donec publice penitentiam egit[4]; Eugenium autem augustum[k] aspectu ad tempus declinavit eumque scriptis corrigere curavit[5]. Hilarius vero Pictavensis episcopus Constantini imperatoris Arriani persecutionem passus est et exilium[6]. Enimvero Gregorius theologus, Constantinopolitanae sedis episcopus, eclesiae diligens pacem et propter Arrianam heresim sedare volens validam persecutionem, episcopatus amisit honorem[7]. Iohannes quoque Chrisostomus Eudoxiae imperatricis contra se nimis succensae crudelitati locum dedit seque in exilium ministris ferre volentibus presentavit[8]. Gregorius eciam papa secun-

a) *post add. c.* b) utiliore *c.* c) dubitetur *G.* d) astulerunt *c.* e) eg̃r *c.*; egerunt *G.* f) stuerunt *corr.* studuerunt *c.* g) Arriani *add. G.* h) spūm *c.* i) sanctus *add. G.* k) agust. *c.*

1) *Unde Gregorius haec sumpserit nescio.* 2) *Cf. Cassiod. Hist. tripart. VII, c.* 36. 3) *Cf. Vita S. Ambrosii auct. Paulino Opp. ed. Bened. II, p. VI, c.* 19. 4) *Vita S. Ambrosii auct. Paulino l. l. p. VII, c.* 24. 5) *Vita S. Ambrosii l. l. p. VII, c.* 27. 6) *Rufini Hist. eccl. I, c.* 20, *ed. Vallarsius p.* 249. 7) *Ibid. II, c.* 9, *l. l. p.* 281. 8) *Cassiod. Hist. tripart. X, c.* 13. 14, *Opp. ed. Garetius p.* 359. 360.

dus Romanos omnesque Italicos Constantinopoli pergere atque Leonem augustum[a] volentes interficere et alium imperatorem eligere compescuit[1]. Iusserat enim idem imperator sacras imagines[b] deponi et impie concremari et prefatum pontificem sibi[c] in hoc non obedientem crudeliter occidi.

9. Preterea sunt et multa sanctorum patrum dicta et gesta, concordiam, pacem et pacientiam voce et actu indubitanter proclamantia; quibus docemur, sicut in die honeste ambulemus et ut non transgrediamur terminos patrum nostrorum. Qui vero sublimiores principes maluerit condemnare et honorem a Deo illis aut datum aut permissum auferre magis quam eorum offensa portare, noverit se contra Domini precepta et acta sanctorumque auctoritates perpetrare. Unde si in grave delictum et penam incurrit qui aliena quamquam minima tollit, et nisi digne emendet, penitenciam accipere non potest, multo amplius qui regnum regi et imperium imperatori auferre conatur, catholicis sanctionibus erit[d] per omnia detestatus, licet iniqui fuerint. Melius est enim iniquae potestati iustum debitumque exhibere honorem quam Dei pacem eclesiae impie perturbare, quia nunquam legimus aliquem apostolicum reges vel imperatores unquam tirannice deposuisse, cum magis verissime legamus, quam sepe plurimos imperatores quosdam apostolicos confirmasse et sibi iure placitos constituisse. Qui[e] vero malorum adversa principum substinere nequit, si de capitis est membris, exemplum sequitur Christi, qui impium Herodem fugit et a Iudeis se lapidare volentibus abscondit[f]. Aliter autem si agit, caput, quod non sequitur, offendit. Ideoque precidi videtur de corpore Christi. Non enim attendunt apostoli dictum: Aut *solliciti sint servare unitatem* Eph. 4, 3. *Spiritus in vinculo pacis.*

10. Haec idcirco omnia prenotavimus, ut Deum solummodo omnipotentem regnorum et imperii omniumque potestatum ordinatorem, concessorem translatoremque evidentissimis sanctorum catholicorum documentis ostenderemus. Ordinatas autem a Deo potestates qui condemnare vel secundum apostolum eis resistere presumit, Deo eiusque Rom. 13, 1. 2. ordinationi resistit, quia[g] non est potestas nisi a Deo, et licet mala sit potestas, sicut Saul vel sicut Nabuchodonosor et multi alii ante adventum Domini in diebus prophetarum, et post adventum Domini temporibus apostolorum eorumque successorum orthodoxorum fuerunt, nullus tamen eam condemnare vel ei vectigal vel censum sive debitum honorem contemnere debet, maxime[h] cum dominus Christus et magister noster pro se tributum reddere est dignatus. Si enim ipse reddidit, qui pro nobis pauper extitit nihilque in hoc seculo possedit, quis demens, quis vecors, quis stultus Christo religiosior aut sublimior vel esse temptet sanctior? Et quis prepotens sine gravi offensione in Deum condemnare potest eum, quem Deus omnipotens, qui celestia simul et terrena moderatur, inextimabili providentia suffert? Denique ipse solus ordinator et sibi tempore placito cuiuscunque potestatis interemptor est et translator, quia in Ps. 94, 4. manu eius sunt omnes fines terrae et ipse omnium[i] flatum viventium continet. *Quis* Rom. 11, 34. *enim cognovit sensum Domini? aut quis consiliarius eius fuit?* Quis Faraonem[k] submersit? Quis Nabuchodonosor ab hominibus eiecit? Quis Olofernem interemit? Quis Balthasar interfecit? Quis etiam antichristum, nisi qui omnipotens est, interficiet cf. Dan. 5, 30. spiritu oris sui et[l] destruet illustratione adventus sui? Sed qui omnia haec operatus est virtute potenti sicut voluit, idem ipse divina dispensatione Pontium Pilatum substinuit. Denique Pilatus domino Christo dicebat: *Nescis, quia potestatem habeo cruci-* Ioh. 19, 10. 11. *figere te et potestatem habeo dimittere*[m] *te.* Cui Christus: *Non haberes potestatem in me, nisi desuper tibi datum fuisset.* Quae vero peior potestas Pilato, qui dominum

a) agust. *c.* b) imaginas *c.* c) *post suppl. c.* d) exit *c.?* e) Quod *c.?* f) asc. *corr.* absc. *c.* g) q̄ *c.* h) magis *G.* i) omnem *G.* k) faraones *c.* (?), faraonem *G.* l) et — sui *in marg. suppl. c.* m) dimictere *c.*

1) *Cf. Liber pont. ed. Duchesne I, p.* 404—405.

Christum inique iudicabat et crucifigebat? Et si illi desuper potestas dabatur adversus Christum, qui sine peccato erat ac sine aliqua mundi possessione, quis peccator legisque
cf. Act. 9, 5. prevaricator contra stimulum audeat[a] calcitrare vel resistere Dei ordinationi, maxime cum dominus Christus in mundo natus, sub lege factus, terrene potestati subditus et legatur et sine scrupulo credatur? Enimvero si velut Saul caput in Israel, sic a Deo solo princeps est in eclesia constitutus, quod[b] unquam membrum condemnasse legitur caput suum? I[m]mo scriptum est[1]: *Qui super se lapidem emiserit, super eum decidit.*
cf. 1. Cor. 12, 12. Ergo sicut apostolus ait: *Esto[te][c] sufferentes invicem, quia multi unum corpus sumus in*
Gal. 6, 2. *Christo, singuli autem alter alterius membra.* Item: *Alter alterius onera portate, et sic adimplebitis legem Christi.* Sustinendi sunt delinquentes principes, non condemnandi, quia si membra singula eclesiae invicem se portare debent, multo magis capud suum quemque fidelem sufferre decet et minime iudicare. Denique Dominus dicit in
Matth. 7, 1. euangelio: *Nolite iudicare et non iudicabimini; nolite condemnare et non condemnabimini.* Item Ieronimus[d]: *Quamvis mali sint principes eclesiae Dei, tamen eclesia*
Ez. 18, 20. *sine culpa est*[2]. Quoniam dicente propheta: *Anima quae peccaverit ipsa morietur, et filius non portabit iniquitatem patris, atque iusticia iusti super eum erit et impietas impii super eum erit.*

11. Has igitur Christi doctrinas et institutiones sanctorum Pfarfensis cenobii unanimis coetus de imperiali fastigio fideliter ab initio retinuit et in evum retinebit, malens et blasphemias et obprobria adversariorum impii[e] sufferre quam a patrum catholicorum semitibus[f] deviare. Confidimus in verbis Domini et speramus salvari in his quibus
cf. Matth. 5, 10. recta fide salvati sunt patres nostri: ideoque secundum apostolum persecuciones patimur, sed non derelinquimur, nec timemus pro iusticia et equitate[g] constitute fidei maledici, quoniam terminos patrum non presumimus transgredi. Via enim gradere contendimus recta et nolumus declinare ad dexteram nec ad sinistram. Euangelica enim vox
ib. beatos asserit, *qui propter iustitiam persecutionem patiuntur, quia*[h] *ipsorum est regnum celorum.* Idem eciam dominus noster Iesus Christus in sua fide corroborans aposto-
ib. 11, 12. los, dicit eis: *Beati eritis cum vos oderint homines et persecuti vos fuerint et dixerint omne malum adversum vos mencientes, propter me. Gaudete et exultate, quia*[i] *merces vestra copiosa est in celo.* Horum igitur spe sive constantia verborum apostoli confirmati ibant gaudentes a conspectu concilii qui digni habiti sunt pro nomine suo[k] contumelias pati. Quapropter licet et nos cor nostrum non reprehendat[l], nos in hoc quod ab imperii iura perturbantibus detestamur et secundum nostram patrumque nostrorum conscientiam in die iudicii integram habeamus fiduciam, rationem tamen huius rei reddidimus orthodoxam et congruam prescriptis catholicorum patrum sententiis. Ne in nobis adversariorum nostrorum scandalum simplicioribus fiat offendiculum, et ne per huius scandali factas seditiones nomen Domini habeant blasphemandi occasionem. Cum enim sediciones imperatorum equa ratione sedare valemus, non negligere, sed in omnibus studere debemus, providentes bona non tantum coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus. Patrocinium autem imperatorum numquam amittere[m] voluimus, nec eius fidelitatem aliquando deserimus, quia[g], ut viros antiquiores prenuntiasse novimus, quotiens in hoc loco dominium imperiale deficit, eius pro certo dignitas totiens minuitur[n] et in quantum hic fastigium imperiale vigescit, in tantum huius sacri cenobii vigor acrescit.

a) ad. *corr.* aud. *c.* b) quando *G.* c) Esto *c.*; Estote *G.* d) *corr.* Hier. *c.* e) imperii *G.* f) semitis *G.* g) equittate *corr. c.* h) quę *c.*; *corr. G.* i) q̄ *c.* k) *ita coni. Waitz;* in *c.* l) reprendat *corr.* reprehendat *c.* m) admictere *c.* n) *coni.;* minuit *c.*

1) *Nescio ubi.* 2) *Locum non invenimus.*

BRUNONIS EPISCOPI SIGNINI LIBELLUS DE SYMONIACIS.

EDIDIT

ERNESTUS SACKUR.

Bruno, cuius libellos nunc edemus, Lombardiae provinciae in villa quae Soleria dicebatur patre Andrea, matre Squilla natus in monasterio S. Perpetui in dioecesi Astensi sito a parentibus Deo oblatus est[1]. *Postea Bononiam migravit, ut artes liberales disceret. Unde reversus Senas petiit, ubi inter canonicos ecclesiae maioris assumptus est. A.* 1079, *mense Februario, Romanam curiam adiit, hospitioque et favore Petri Ignei cardinalis episcopi Albanensis fruebatur*[2]. *Eodem tempore Gregorius VII. papa synodum Lateranensem celebravit, ubi inter alia etiam Berengarii archidiaconi Andegavensis causa examinaretur. Quid? quod Romanus pontifex a canonico Senensi postulavit, ut de sacramento corporis et sanguinis Domini cum doctissimo illo viro disputaret? Neque ille successu caruit; Berengarius adversarii argumentis convictus iureiurando, quod in concilio praestitit, doctrina sua haeretica renunciavit*[3].

Eodem tempore episcopus Signinus mortuus est; neque Gregorius, cum ingenium doctrinamque Brunonis cognovisset, huic sedi eum antistitem destinare dubitavit. Petro igitur Albanensi, quem cum canonico nostro Signiam misit, ut illum eligendum curaret, imperavit. Clero Signiense huic annuente Bruno licet invitus sedem episcopalem ascendit. Ut favorem Gregorii VII. sibi adsciverat, ita cum Urbano II, cuius inter electores fuerat[4], *amicitiam iunxit. Saepissime cum hoc pontifice ei commercium erat*[5], *quem etiam in Italiam meridionalem et in Galliam proficiscentem comitari solebat.*

1) *Vita S. Brunonis* § 3, *Acta SS. Iul. IV, p.* 479; *Petri Chron. Cassin. IV, c.* 31, *SS. VII, p.* 774. *eum* ex illustri Astensium civium prosapia . . . Astensis episcopii *canonicum dicit; sed cum Vita de posterioribus rebus fide dignior est, etiam de iuventute eam sequimur.* 2) *V. Brun.* § 6; *annus* 1079. *inde sequitur, quod tum mense Februario synodus Romana habita sit (Jaffé, Bibl. II, p.* 352); *deinde V. Brun.* § 30. *Bruno a.* 41. *episcopatus sui mortuus refertur, qui cum a.* 1123. *obiret, eum a.* 1079. *sedem episcopalem ascendisse opus est. Quodsi Chron. Cassin. IV, c.* 31. *Brunonem Urbano II. regnante Romam venisse et episcopum Signiensem electum esse legitur, e Brunonis Libello c.* 3. *auctorem iam cum Gregorio VII. familiaritate coniunctum fuisse elucet.* 3) *V. Brun. l. l. p.* 479. 4) *Jaffé V, p.* 503. 5) *Subscripsit epistolae ad Velitrenses datae a.* 1089, *Iul.* 8, *J.* 5403; *A.* 1092. *Aug. cum papa in Salernitano palatio sedebat, v. Pflugk-Harttung, Acta pont. Roman. II, nr.* 184, *p.* 149; *a.* 1093, *Ian.* 14. *iterum Salerni cum papa fuit, Jaffé* 5749; *Acta pont. Roman. II, nr.* 185, *p.* 150.

Cuius amicus in satira quoque supra edita inter compotores Urbani illusus est[1]. *A.* 1095. *cum papa in Gallia fuit, ubi Urbano iubente in monasterio Cluniacensi tria altaria dedicavit*[2]. *Paschali II, qui a.* 1099. *successit, eadem familiaritate coniunctus erat. A.* 1100.[3] *et* 1101.[4] *non semel inter comites papae Salerni et in monasterio Cassinensi occurrit. In Romana curia iam a temporibus Gregorii magni momenti fuit; cum Iohanne episcopo Tusculano et Richardo Albanensi ei amicitia intercessit*[5]. *Primis Paschalis temporibus, cum papa eum in Apuliam duxisset, episcopus Signinus — aegritudine gravatus, ut memoriae proditur*[6], *sed, ut verisimilius est, simultate comitis Signini et civium coactus*[7] *— S. Benedicti habitum sumere et in coenobii solitudinem se recipere constituit. Neque reprehensione papae, qui hoc consilium improbavit, deterreri potuit, quin in monasterio Cassinensi sub Oderisio abbate monachili regulae se subderet*[8].

Hic proximis annis latuit[9], *donec Paschalis ei a.* 1106. *legationem in Galliam suscipiendam mandavit. Profectus est cum Boamundo principe Antiochiae, qui ut Constanciam, filiam Philippi I. regis Franciae, in matrimonium peteret et christianos ad bellum contra Sarracenos gerendum impelleret, in occidentales partes advenerat*[10]. *Cuius nuptiis cum Carnoti praesentibus rege et Ludovico, filio eius, paschali tempore adstitisset, magnum concilium die* 25. *Iunii Pictavis habuit, ubi multa correxit et emendavit, praecipue autem auxilium christianorum contra paganos petiit*[11]. *In Italiam reversus Paschali II. occurrisse videtur, cum hic eodem anno Oct.* 22. *Guastallae concilium celebraret*[12].

Paucis hebdomadibus postquam in monasterium rediit, Odo abbas a. 1107, *mense Octobri, obiit. Tum fratres Brunonem una voce abbatem elegerunt*[13]. *Neque vero in rebus publicis versari desiit. Cum enim papa sequenti mense Octobri in Montem Cassinum adveniret*[14], *abbatem sibi sociavit in Apuliam profecturus, ubi in synodo Beneventana*[15] *laicorum investituras denuo interdixit. Hic quoque Paschalis abbate rogante ecclesiam S. Benedicti, quae Cassinensium erat, dedicavit.*

Turbida illa tempora a. 1111, *quo Heinricus V. ab apostolico capto privilegium episcopos investiendi extorsit, sequebantur. Multi cardinales aliique viri ecclesiastici, qui in curia Romana versabantur, Iohannes Tusculanus, Leo Velitrensis, Guala episcopus Legionensis, alii quod papa concesserat moleste tulerunt. Quomodo Bruno noster, quo praesente papa modo laicorum investituram damnaverat, tantam carnis*

1) *V. supra p.* 433. 434. 2) *Bibl. Cluniac. col.* 518. 3) *D.* 30. *Aug. Salerni (Jaffé* 5837*); Nov.* 10. *apud Casinum (Jaffé* 5843*) cum papa moratur.* 4) *Mart.* 31. *Laterani chartae Cassinensibus datae (Jaffé* 5864*) subscribit.* 5) *Cf. Libellum infra p.* 553. 6) *V. Brunonis* § 20*; Chron. Cassin. eum ut votum expleret in coenobium se recepisse narrat.* 7) *Ab Aynulfo comite captus tamdiu in castro quodam detentus est, donec civitatem Signiensem traderet; V. Brun.* § 16. 8) *A.* 1105, *Ian.* 13. *eum in hoc coenobio moratum esse ex charta Roberti comitis Calacianorum apparet, Gattula, Hist. Cassin. Access. II, p.* 222. 9) *Demum a.* 1105, *Sept.* 8. *in privilegio Paschalis II. iterum occurrit; Jaffé* 6038. 10) *Sugeri Vita Ludovici VI, ed. Molinier p.* 22. 23*; Ordericus Vitalis l. VIII, c.* 20, *ed. Prevost III, p.* 391. 11) *De hac legatione v. V. Brunonis* § 21. 22*; Chron. Cassin. l. IV, c.* 32*; Chron. S. Maxentii a.* 1106, *ed. Marchegay et Mabille, 'Chron. des églises d'Anjou' p.* 423*; Chartam pro monasterio Maiori Turon., Mansi XX, col.* 1207*; Ivonis Carnot. epist.* 166 *(ed.* 1610, *p.* 284*); Goffridi Vindocin. epist. II,* 14 *(ed. Sirmond* 1610, *p.* 70*); Sugeri V. Ludovici l. l.; cf. Hefele, 'Conziliengesch.' V, p.* 284. 12) *Nov.* 2. *in comitatu papae Parmae invenitur; Jaffé* 6098. 13) *Chron. Cassin. IV, c.* 33. 14) *Chron. Cassin. (Gattula, Hist. Cassin. Access. II, p.* 828*)* 1107. *Abbas Cassinensis in chartis occurrit apud Gattula, Hist. Cassin. I, p.* 174. 376. 421*; Hist. Cassin. Access. II, p.* 228*; Tosti, 'Storia della badia di Monte Cassino' II, p.* 97. 15) *Cf. Ann. Benevent. a.* 1108, *SS. III, p.* 184.

infirmitatem tolerare, nedum probare potuisset? Tantus denique tumultus inter viros ecclesiasticos ortus est, ut ne apostolicae dignitati quidem parceretur[1].

Iohannes Tusculanus, Leo Velitrensis, Bruno Signinus cum aliis cardinalibus congregati papam vel publice perstringere non erant veriti[2]. *Quam rem Paschalis aegerrime ferens eo graviore ira in Brunonem succensus est, quod inimici eius praecipue deteriores monachi nomen abbatis, quasi ducis et signiferi talis discidii, deferre non dubitaverunt*[3]. *Quamvis autem Bruno apud papam se excusaret, Paschalis ei abbatiam Cassinensem abiudicavit.*

Sic episcopus in dioecesim suam redire coactus est. Sequentibus annis raro in publicum prodiit. Concilio Lateranensi a. 1112. *quidem interfuit, et damnationem privilegii, licet paulo post, approbavit*[4]. *A.* 1116. *autem synodo Romae celebratae adsistens occasionem non praetermisit, quin de laicali investitura quid sentiret pontifici parum reverenter exprimeret*[5]. *Septem annis post, a. scilicet* 1123, *die* 18. *Iulii Signiae diem obiit supremum*[6].

Inter Brunonis opuscula, quae ad seriem nostram spectant, libellus, quem de S. Leone IX. papa et simonia composuit, primo in lucem prodiit. Accidit enim, nisi fallor, tempore Urbani II, ut auctor visione, quam Iohannes episcopus Tusculanensis habuit, commoveretur, ut aliquid memoria Leonis dignum scriberet. Iisdem enim diebus Ubaldus episcopus Sabinensis vita fruebatur[7], *iisdem ipse nondum in monasterium Cassinense se receperat*[8]. *Denique etiam Hugo abbas Cluniacensis, qui a.* 1109. *obiit, superstes fuit*[9]. *Huc accedit simoniacam haeresim posteriori tempore non iam tanti momenti fuisse, ut longioribus tractatibus disputaretur. Perpauca tamen de Leone IX. ad aures episcopi Signini venerant. De electione eius Gregorius VII. quaedam haud spernenda, cum ipse testis fuisset, ei narraverat*[10]*; miraculum quoddam, quod etiam Desiderius abbas Cassinensis memoriae tradidit, Iohanni episcopo Portuensi debet*[11]. *Quae Bruno praeter ea lectoribus suppeditat, omnia ita ex Libuini Miraculis S. Leonis*[12] *excripta sunt, ut auctor consulto verba mutaret transponeretque, ne unde hausisset facile liqueret. Wiberti Vitam Leonis non modo non consuluit, sed ne novit quidem*[13].

Neque vero eum effugerat pontificem illum simoniacos vehementer impugnasse, quibus eius tempore ecclesia abundabat. Erant autem qui inde conicerent omnes etiam recentiores clericos simoniacos esse, cum non fuissent a quibus consecrarentur, nisi simoniaci. Cui sententiae Bruno in fine libelli fusiore disputatione obsistit. Postquam de sacramentis simoniacorum, quae virtute carere probare conatur, disseruit, de

1) *Cf. epistolam, quam Paschalis II. Iohanni Tusculano et Leoni Velitrensi scripsit, Mansi XX, col.* 1008*; cf. Hefele l. l. V, p.* 314. 2) *V. Brun.* § 25. 3) *Chron. Cassin. IV, c.* 42. 4) *Mansi XXI, col.* 70*: . . .* Bruno Signius et Iohannes Tusculanus episcopi, cum essent Romae, illa die concilio non interfuerunt. Qui postea lecta dampnatione privilegii consenserunt et laudaverunt. 5) *Ekkehardi Chron. a.* 1116, *SS. VI, p.* 250*:* Bruno autem episcopus Signinus altius exorsus ait: Gratias agimus omnipotenti Deo, quod domnum Paschalem papam, qui presenti concilio presidet, audivimus proprio ore dampnantem illud privilegium, quod pravitatem et heresim continebat; *cf. Giesebrecht, 'D. Kaiserzeit' III, p.* 874. *Fragmenta actorum huius concilii exstant apud Gerhohum Reichersberg., Dialog. de clericis secul. et regal., Migne CXCIII, col.* 1395*; De aedificio Dei ib. col.* 1317. 6) *V. Brun.* § 30. 7) *Libellus de symoniacis c.* 9. 8) *Ibid.:* Cum autem ab aeclesia domum redirem et hanc visionem nostris clericis narrassem *etc.* 9) *C.* 3*:* regit adhuc. 10) *C.* 3*:* Multa nobis beatus Gregorius papa . . . de hoc viro narrare solebat, a quo et ea quae usque modo dixi magna ex parte me audisse memini. 11) *C.* 8. 12) *Acta SS. April. II, p.* 668 *sqq.; Watterich I, p.* 170 *sqq.* 13) *C.* 3*:* Qui *(Gregorius)* cum nobis audientibus aliquando de ipso loqueretur, coepit nos increpare . . . quia beati Leonis facta scilentio perire pateremur.

eis agit qui a simoniacis ordinantur. Et in hac parte inter eos discernit, qui ordinantes simoniacos esse comperissent et qui ignorassent. Hos, si ordinatio canonica fuisset, non esse simoniacos argumentatur.

Edidit libellum illum primo D. Maurus Marchesius in S. Brunonis Astensis Opp. t. II, p. 146—153, *cuius editionem iteraverunt Maxima bibliotheca patrum Lugdun. t. XX, col.* 1730 *sqq., Muratori, SS. rerum Ital. t. III,* 2, *col.* 346—355, *Bruni, S. Brunonis Ast. Opp. t. II, col.* 607 *sqq.; Migne, Patrologiae cursus lat. t. CLXV, col.* 1109 *sqq.; Watterich, Vitae pontif. Rom. I, p.* 95—100. *ex parte.*

*Marchesius sine dubio eodem codice (*1*), quem usui nostro O. Holder-Egger noster contulit, scil. Ambrosiano Mediolanensi Q.* 54. *sup., mbr. fol. min., saec. XII, f.* 140.[1] *nisus est. Qui nitide et eleganter una manu exaratus* metropolitanae[2] ecclesiae Mediolan. ab archiepiscopo Picolpasso legatus tandem iussu Ill^mi^ Federici cardinalis Borromaei bibliothecae Ambrosianae fundatoris a ill^mo^ eiusdem ecclesiae capitulo emptus fuit anno 1607. Antonio Olgiato eiusdem bibliothecae Ambros., quam primus omnium tractavit praefecto. *Continetur libellus infra edendus f.* 96—110'.

*Praeter hunc alterum codicem Guelferbitanum (*2*) nr.* 782, *olim Helmstad. nr.* 718, *saec. XII, mbr., contuli, quem primus M. Sdralek in libro: 'Kirchengeschichtliche Studien, herausgegeben von Dr. Knöpfler, Dr. Schrörs, Dr. Sdralek. I. Band. II. Heft. Wolfenbüttler Fragmente' p.* 101 *sqq. descripsit. Continet hic codex f.* 18'—26' *libellum nostrum iis omissis quae ad vitam Leonis IX. pertinebant. Attamen ad textum emendandum haud parum inde subsidii hausimus.*

Capitulorum distinctiones cod. 1. *sequens institui.*

Dabam Argentorati, mense Iulio 1892. *E. S.*

[INCIPIT[a] SERMO VENERABILIS BRUNONIS EPISCOPI DE SYMONIACIS.]

Bruno[b] Signiensis episcopus omnibus fidelibus et catholicis universis. Gratia vobis et pax a Deo patre nostro[c] et domino Iesu Christo. Psalmista loquitur dicens:
Ps. 33, 4. *Magnificate Dominum mecum, et exaltemus nomen eius in id ipsum.* Qua in re manifestissime docet, ut nos quoque ad Dei[d] laudem et magnificentiam quoscunque possumus invitemus[e]. Omnis enim laus, omnis virtus et gloria sanctorum ad illum
cf. Ps. 67, 36. refertur qui est mirabilis in sanctis suis. Qui suis quoque discipulis ait: *Sine me*
Ioh. 15, 5. *nichil potestis facere.* Ipse in singulis coronatur et in omnibus honoratur. Ipse in eis loquitur, ipse in eis pugnat et vincit. Unde et ipsi fideles et servi ipsius non inmerito
Ps. 17, 14. dicunt: *In Deo faciemus virtutem, et ipse ad nichilum deducet inimicos nostros.*

1. Laudemus igitur sanctos Dei, honoremus amicos Dei, siquidem[f] ipse laudatur et magnificatur in eis, qui hanc tantam gloriam, virtutem[g] et magnificentiam dedit eis.
ib. 34, 4. Rogo itaque: *Magnificate Dominum mecum,* et in hac tanta sollempnitate[3] beati Leonis
cf. 1. Ioh. 5, 19. summi pontificis et universalis papae exaltemus nomen eius in[h] id ipsum. Mundus totus in maligno positus erat, defecerat sanctitas, iusticia perierat, et veritas sepulta erat. Regnabat iniquitas, avaritia dominabatur, Symon magus aeclesiam possidebat, episcopi et sacerdotes voluptati et fornicationibus dediti erant. Non erubescebant sacer-

a) *inscriptio deest* 1, *ubi manu saec. XV. scriptum est:* De beato Leone papa. b) *littera initialis* B *deest, cui inserendae spatium vacuum relictum est* 1. c) *om.* 2. d) laudem Dei 2. e) imitemus *codd.* f) sic quidem 2. g) virtutemque et 2. h) in id ipsum *des.* 2.

1) *Cf. 'Archiv' XII, p.* 612. 2) *Quae verba manu saec. XVII. codici praemissa sunt.*
3) *Apr.* 19.

dotes uxores ducere, palam nuptias[a] faciebant, nefanda matrimonia contrahebant et[b] legibus eas dotabant, cum quibus secundum leges nec in una domo simul habitare debebant. Sacri namque canones[1] nullas alias mulieres simul cum hoc ordine habitare permittunt nisi eas solas quae omni careant[c] suspicione. Sed quod his omnibus deterius est, vix aliquis inveniebatur qui vel symoniacus non esset vel a symoniacis ordinatus non fuisset. Unde etiam usque hodie inveniuntur quidam qui male argumentantes et aeclesiae dispensationem non bene intelligentes, ab illo iam tempore sacerdotium in aeclesia defecisse contendant. Aiunt enim: Si omnes tales erant, id est, si omnes vel symoniaci erant vel a symoniacis ordinati [erant[d]], vos, qui nunc estis, unde huc venistis? Per quos, nisi per illos transistis? Non fuit[e] via aliunde. Ergo illi qui vos[f] ordinaverunt, ab illis et non ab aliis suos ordines susceperunt, qui vel symoniaci erant vel a symoniacis ordinati erant. His[g] autem postea respondebimus, quoniam haec quaestio non parvam quaerit disputationem.

2. Nunc interim ea quae coepimus prosequamur. Talis erat aeclesia, tales erant episcopi et sacerdotes, tales et ipsi Romani pontifices, qui omnes alios[h] illuminare debebant. Omne sal erat infatuatum, neque erat aliquid in quo condiretur, et nisi dominus Sabaoth reliquisset nobis semen, quasi Sodoma fuissemus et quasi Gomorra similes essemus. In hac igitur tanta tempestate beatus Leo apostolici culminis cathedram suscepit, ut haec talis tantaque lucerna universali candelabro superposita luceret omnibus qui in domo sunt. Erat[2] enim hic Tullensis episcopus, Bruno nomine, nobilis genere, forma speciosus, sed speciosior sanctitate, litteris instructus, doctrina potens, moribus ornatus[3], et quaecumque huic ordini necessaria sunt, simul in eo cuncta convenerant. Et talis quidem magister necessarius erat, qui tali tempore et tales discipulos habiturus erat. Convenerunt itaque viri religiosi simul cum Heinrico imperatore[4], viro per omnia prudentissimo, et legatis[i] Romanorum, qui tunc temporis ibi erant[5], praefatum episcopum multum deprecantes, ut pro amore apostolorum principum Petri et Pauli Romanae aeclesiae subveniret seseque pro fide et religione[k] christiana periculis tradere non timeret. Timebat enim gens illa huius nostrae terrae habitationem, utpote quae de locis sanissimis ad loca infirma transmearet. Beatus autem ille episcopus non loci infirmitatem, sed tantae aeclesiae sublimitatem ascendere metuebat. Sic enim Moyses fecisse legitur, quem cum Dominus Israhelitico populo preponere voluisset, ait: *Obsecro, Domine, mitte quem missurus es.* Victus tandem eorum precibus, quod illi postulabant se sub hac conditione facturum esse promisit[6]: 'Ego', inquit, 'Romam vado ibique, si clerus et populus sua sponte me sibi in pontificem elegerit, faciam quod rogatis, aliter autem electionem nullam suscipio'. At illi gavisi confirmant sententiam et laudant conditionem. Illis autem diebus erat ibi[7] monachus quidam Romanus, Ildeprandus nomine, nobilis indolis adolescens, clari ingenii sanctaeque religionis. Iverat autem adolescens[l] illuc tum discendi gratia, tum etiam, ut in aliquo religioso loco sub beati Benedicti regula militaret. Hunc igitur beatus

cf. Luc. 14, 34.

Ex. 33, 12.

a) nu nuptias, nu *linea rubra del.* 2. b) et leg. eas dot. *des.* 2. c) carent 2. d) *deest* 1. e) *eadem manu superscr.* 1. f) nos 2. g) *sequentia usque ad verba:* Quibus nunc respondendum est *(p.* 554, *l.* 16*) om.* 2. h) illuhi *add., sed linea subducta del.* 1. i) le *add., sed del. c.* k) *sic in marg. manu saec. XVII. corr.;* religiose 1. l) *linea, ut videtur, recentiori manu subducta* 1.

1) *Concil. Nicenum c.* 3, *Mansi II, col.* 679*; Hinschius, Decretales Pseudoisidor. p.* 258.
2) *V. Wiberti Vita Leonis IX. I, c.* 1, *ed. Watterich, Pontificum Roman. Vitae I, p.* 128.
3) *Cf. Bonizonis Liber ad amicum V, Libelli de lite I, p.* 587*:* moribus decenter ornato.
4) *III.* 5) *Wiberti V. Leonis II, c.* 2, *l. l. p.* 149. 6) *V. Leonis c.* 2, *l. l. p.* 150*:* ea conditione, si audiret totius cleri ac Romani populi communem esse sine dubio consensum.
7) *Secundum Wibertum (II, c.* 2*) conventus Heinrici regis apud Wangionem urbem convocatus erat; Bonizo l. l. Brunonem in comitatu suo Hildebrandum habuisse dicit.*

episcopus vocavit ad se, cuius propositum, voluntatem et religionem mox ut cognovit, rogavit eum, ut simul cum eo Romam rediret. Cui ille: 'Non fatio', inquit. Respondit episcopus: 'Quare non'? At ille: 'Quia non secundum canonicam institutionem, sed per secularem et regiam potestatem Romanam aeclesiam arripere vadis'[1]. Ille autem, ut erat natura simplex atque mitissimus, patienter ei satisfecit, reddita de omnibus sicut ille voluerat ratione. Quo nimirum in facto beati Petri apostoli, cuius successor mox ipse futurus erat, exemplum imitatus est. Qui postquam Cornelium baptizavit,
cf Act. ap. 11, 3 sqq. hominem scilicet gentilem, et a Iudeorum religione extraneum, ab aliis apostolis reprehensus, quare ad hominem intravit preputium habentem, non est dedignatus eis de omnibus reddere rationem. Et tunc episcopus Romam veniens predictum monachum secum adduxit, multum in hoc ipso beato Petro apostolo serviens, quod illum hominem secum reducebat, cuius conscilio et sapientia Romana aeclesia aliquando regenda et gubernanda erat. Hic est enim Gregorius septimus papa, cuius prudentiam, constantiam et fortitudinem, cuius pugnas et labores enarrare alterius temporis et operis est — et secundum Romanam consuetudinem cum magnis laudibus a clero et populo in pontificem electus est, deinde vero in beati Petri apostoli cathedram elevatus, divina, ut
1049. Febr. 12. opinor, operante providentia, mutato nomine Leo vocatus est[2]. Vicerat enim Leo de
cf Gen. 49, 9. tribu Iuda, a quo iste Leo originem ducens, factus fortissimus bestiarum, ad nullius timeret occursum. Cuius quidem rugitus mox terram commovit, terruit sacrilegos, turbavit symoniacos et coniugatorum sacerdotum exercitum vulneravit[a]. Iste enim beatissimus pontifex sancti Spiritus igne inflamatus, maxime contra symoniacos exarsit et, ut clericorum ordo caste et religiose viveret, antiquos canones[3] confirmavit. Multum in hoc ipso, ubi necessarium fuit, dispensatorie condescendens, et parva indita penitentia, apostolica auctoritate de preteritis parcens, ne tale aliquid ulterius committerent, ammonebat. Hoc autem in exemplum suscipi non oportet, quod pontyfex non voluntate, sed necessitate agebat, nisi et causa fortasse similis sit, quae multotiens aeclesiae rectores ea tollerare cogit quae corrigi non possunt. Quanta ei benignitas circa omnes, quanta humilitas, quanta mansuetudo, quam largus, quam affabilis, quam omnibus
cf. 1. Cor. 9, 22. compatiens fuerit, quis dicere valeat? Omnibus omnia factus est, ut omnes lucrifaceret. Sermo eius sale conditus et mulcebat pios et terrebat impios.

3. Sed iam nunc ad ea veniamus quae per eum Dominus operatus est, non quod omnia scribere velimus quae vel de eo audivimus vel etiam scripta repperimus. Multa nobis beatus Gregorius papa, cuius superius mentionem fecimus, de hoc viro narrare solebat, a quo et ea quae usque modo dixi magna ex parte me audisse memini. Qui cum[b] nobis audientibus aliquando de ipso loqueretur, coepit nos increpare et me precipue, ut michi videbatur, siquidem in me oculos intentos habebat, quia beati Leonis facta scilentio perire pateremur, et quod ea non scriberemus quae Romanae aeclesiae ad gloriam et multis audientibus forent ad humilitatis exemplum. Sed quia in commune verba fundebat, et nulli nostrum specialiter hoc agere videbatur[c], nemo fuit qui ea scriberet quae omnibus scribenda mandabat. Nec ego quidem nunc ea scripsissem, nisi quodammodo, ut ea scriberem, coactus essem, sicut in sequentibus manifestabo. Parcat michi uterque pontyfex, quia utrumque me in hoc offendisse cognosco. Hoc igitur primum dicamus quod in partibus Galliae admirabili Dei potentia per eum factum audivimus. Cum enim beatus Leo ibi concilia[4] caelebraret,

a) uiolauit *linea subducta del., et eadem manu superscr.* uulnerauit 1. b) cum *h. l. manu s. XVII. suppl.* 1. c) videbat 1.

1) *Cf. Bonizonem l. l. p.* 587. 2) *V. Leonis c.* 3, *l. l. p.* 152. 3) *Scil. Clementis papae; cf. Petri Damiani Liber grat. c.* 37, *Libelli de lite I, p.* 70. 4) *Scil. Remis a.* 1049, *Oct.* 3—5; *Moguntiae Oct.* 19; *Romae a.* 1050, *Apr. ex.*

multique ibi episcopi de symoniaca heresi accusarentur[a], inter caeteros accusatus est quidam, qui pre caeteris suspectus amplius habebatur. Sed cum eius accusatio certis inditiis probari non posset, adiuravit eum pontyfex, ut ipse de se ipso diceret veritatem. Qui cum veritatem dicere nollet et suam iniquitatem modis omnibus caelare conaretur, ait ad eum beatus Leo: 'Si ergo, ut asseris, symoniacus non es, et si in Spiritum sanctum non peccasti, dic modo, si potes: "Gloria Patri et Filio et Spiritui sancto"'. Cumque ille dixisset: 'Gloria Patri et Filio', quamvis multum conaretur, nullo modo 'et Spiritui sancto' dicere valebat[1]. Atque id ipsum sepius repetens, cum aperto ore Spiritum sanctum nullatenus nominare potuisset, omnibus qui aderant manifestum apparuit in Spiritum sanctum eum deliquisse, cuius nomen dicere non valeret. Omnes igitur in commune Deo gratias agebant, qui tam novum signum tamque[b] inauditum miraculum eis ostendere dignatus fuerat. Huius itaque iuditio nonnulli perterriti, ipsi per se ad pontyficem veniebant seque ipsos accusantes, suas conscientias ei revelabant. Tunc quoque Cluniacensis abbas[2], bone spei adolescens, cum a beato Leone interrogaretur, si de illa sua tanti cœnobii prelatura aliquando ambitionem habuisset, ut veritatis discipulus id quod erat respondit dicens[3]: 'Secundum carnem quidem habui, secundum spiritum non habui'. Quae responsio tam grata tamque laudabilis omnibus fuit, ut statim pre nimio gaudio in corde omnium scriberetur. Sequę vicissim quid responderit interrogabant, ut eadem ipsa verba tenere valuissent. Ipse autem nunc senex et plenus dierum[4] cunctis venerabilis cunctisque amabilis idem ipsum monasterium venerabile sapientissime regit adhuc, vir per omnia laudabilis, difficilis comparationis et singularis religionis. Gen. 35, 29.

4. Aliud quoque miraculum de eodem pontyfice beatum Gregorium dicentem audivi, quod ego quidem nullatenus pretereundum puto. Habuerat, inquit, beatus Leo magistrum quendam[5], virum sapientem et bene religiosum, qui unum scyphum ligneum[6] ei mandavit, postquam Romanae aeclesiae pontificatum suscepit. Hunc autem scyphum pontifex venerabilis mirabiliter carum habebat et pro beati Remigii veneratione, cuius ille scyphus fuisse dicebatur, libentius in illo quam in vasis aureis et argenteis bibere solebat. Factum est autem, ut incaute positus, in terram cadens in duas partes divideretur. Cum autem secundum consuetudinem beatus pontifex vinum sibi afferri iussisset, stabat pincerna facie turbatus, sibique conscius de dampno, quod sibi acciderat. Cui pontifex: 'Quid habes'? inquit. At ille: 'Quia scyphus fractus est'. Dixitque beatus Leo: 'Vere fractus'? Et pincerna: 'Fractus, mi domine'. Cui ipse: 'Affer', inquit, 'illum ad me'. Qui cum attulisset, suscepit eum pontifex in manus suas, et coaptans particulas ad se, secundum convenientias, quibus prius ad invicem sibi herere videbatur, tenuit eum paulisper in manibus, deinde vero sanum et integrum reddidit ministro et ait: 'Vade et misce'. Huic autem miraculo beatus Gregorius interfuit nobisque narravit. Cui alius quidam non tantae auctoritatis vir[7] se nichilominus interfuisse et vidisse postea michi dixit. 1050.

a) acus. 1. b) tamquam 1.

1) *Eadem Bonizo l. VI, Libelli I, p.* 592. *de archiepiscopo Hebroniensi et de synodo ab Hildebrando in Gallia celebrata; cf. quae ibi n.* 2. *et* 3. *annotata sunt.* 2) *Hugo.* 3) *Idem dictum omnes Vitae illius scriptores tradunt: Gilonis V. S. Hugonis ed. L'Huillier p.* 583; *Hildeberti V. c.* 2, *Bibl. Clun. col.* 418; *Rainaldi V. c.* 4, § 25, *A. SS. Apr. III, p.* 652. *In Actis concilii Remensis (Mansi XIX, col.* 738*) dixisse legitur:* Pro adipiscendo abbatiae honore, Deo teste, nihil dedi vel promisi: quod quidem caro voluit, sed mens et ratio repugnavit. 4) *Mortuus est a.* 1109. 5) *Herimarum scilicet abbatem S. Remigii coenobii Remensis; v. Wiberti V. Leonis II, c.* 6, *l. l. p.* 157. 6) pretiosi mazeris *V. Leonis l. l.* 7) *Fortasse Hugo archiep. Gratianopolitanus, quem huius miraculi testem Wibertus l. l. commemorat.*

5. Cum autem beatus Leo Romae esset et sedem apostolicam in pace rexisset, multi ex Apuliae finibus veniebant, oculis effossis, naribus abscissis, manibus pedibusque truncatis, de Normannorum crudelitate miserabiliter conquerentes. Unde factum est, ut vir mitissimus, pietate et misericordia plenus, illi tam inmensae miserorum afflictioni compatiens, illius gentis superbiam conaretur humiliare. Collecto igitur modico quidem, sed fortium militum suae gentis exercitu super Normannos preliaturus vadit[1]. Zelum quidem Dei habens, sed non fortasse secundum scientiam, utinam non ipse per se illuc isset, sed solummodo illuc exercitum pro iusticia defendenda misisset! Sed quid multa? Conveniunt utriusque partis exercitus, multi cum paucis pugnaturi. Fit cedes inmensa, multus hinc et inde sanguis effunditur. Isti fortitudine, illi multitudine instant. Poterant isti dicere in morte sua, quod Salvatorem nostrum dixisse legimus in passione sua: *Non haberent in nos potestatem, nisi datum eis fuisset desuper.* Sed quid est hoc, quod boni vincuntur et mali vincunt? *O altitudo divitiarum sapientiae et scientiae Dei, quam incomprehensibilia sunt iuditia eius, et investigabiles viae eius?* Superantur illi qui pro iusticia pugnant, superant illi qui iusticiam impugnant. De talibus tamen apostolus nos consolatur dicens: *Scimus quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum*[a]. Sive moriantur sive vivant, bonum est illis. Quicquid eis accidat bonum est illis. Omnia eis cooperantur in bonum, et melius quidem mors, quam vita talibus operatur. Preciosa est enim in conspectu Domini mors sanctorum eius. Firmissime enim credendum est et nullatenus dubitandum, quod omnes qui pro iusticia moriuntur inter martyres collocantur[b]. Collocet eos Dominus cum principibus populi sui.

cf. Rom. 10, 2. — 1053. Iun. 18. — cf. Ioh. 19, 11. — Rom. 11, 33. — Rom. 8, 28. — cf. Ps. 112, 8.

6. Multa preterimus et ex multis pauca colligimus, quoniam non totum, sed partem de[c] toto scribere iussi sumus. Ecce subito fama volat, repletur terra, narrat ubique praelium esse factum, Christi milites et sanctorum exercitum superatum. Tunc vero miserandus pontyfex rediit Beneventum[2], civitatem utique beato Petro fidelem et familiarem. Audito itaque adventu pontyficis tota civitas obviam ruit. Viri et mulieres, iuvenes et virgines, senes cum iunioribus, non quasi ad processionem, sed velut ad lacrimas et plorationem. Stant attoniti, spectant de longe venientes, et iam pontyfex propinquabat, episcopis et clericis tristi vultu et inclinata facie precedentibus. Postquam autem papa venerabilis venit inter eos et elevata manu eis benedixit, clamor et ululatus tollitur in caelum, tota terra resonat fletu atque plangore. Tali itaque processione civitatem ingreditur talique psalmodia ad aeclesiam venit. Aliquanto autem tempore ibi commoratus Romam revertitur, atque per singulas civitates fletus et lacrimae innovantur. Quis enim se a lacrimis cohibere poterat, qui eum cum tali exercitu euntem viderat? Postea vero illa tam nobili milicia desolatum cum solis clericis redire videbat. Veniens igitur Romam[d] ad beati Petri apostoli aeclesiam quantotius[e] festinavit[3], suppliciter multumque devote eorum animas ei commendans, qui pro eius amore sibi usque ad mortem oboedientes pro defendenda iusticia proprium sanguinem fundere non meruerunt. Cumque ibi moraretur, per revelationem in somnis ostensum est illi, quod cito de hoc mundo exire debuisset. Iussit igitur episcopos et cardinales aliosque clericos vocari ad se[4] et benigne satis hortatus est eos, ut caste viverent et contra symoniacam heresim viriliter pugnarent[f], et ait eis: 'Sciatis, fratres mei, quia post paucos dies

Iun. 23. — 1054. Apr. 3. — Apr. 17.

a) et melius quidem mors quam vita talibus *iam h. l. add., sed minio del.* 1. b) col || collocantur 1. c) pro *expunct., et eadem manu superscr.* de 1. d) al *add., sed del.* 1. e) quã totius 1. f) vir. pugn. *eadem manu in loco raso* 1.

1) *Cf. Leonis Cassin. Chron. II, c.* 84, *SS. VII, p.* 685; *Ann. Benevent. a.* 1053. 2) *Vita Leonis II, c.* 12; *Jaffé, Reg. pont. I, p.* 545. 3) *Cf. V. Leonis II, p* 14. 4) *Libuini de obitu sancti Leonis IX. c.* 2, *ed. Watterich I, p.* 171: vocavit omnes episcopos et clericos ad se. *Sequentia quoque Bruno ex eodem libro hausit.*

ego de hoc seculo exiturus sum; hac enim nocte ego infelix et huius aeclesiae sede indignus, per visionem fui in illa alia vita, pro[a] qua iam tedet me habitare in ista vita. Gaudeo vero vehementer, quia vidi ibi inter martyres Christi illos fratres et amicos meos, qui me in Apuliam secuti pro defensione iusticiae mortui sunt. Erant autem bene ornati, palmas in manibus habentes, ut per hoc eos victores esse intelligant qui eos victos fuisse putabant. Et revera. Omne enim quod natum est ex Deo vincit mundum, et haec est victoria quae vincit mundum fides nostra. Clamabant autem magna voce omnes ad me dicentes: "Veni, dilecte nobis, et mane nobiscum, quia hanc tantam gloriam per te consecuti sumus". Audivi autem ex adversa parte alios quosdam dicentes: "Nequaquam, sed die tercia venies ad nos". Si ergo post diem terciam in hac vita fuero, sciatis hoc non fuisse verum quod vidi'. Nemo autem miretur, si maligni spiritus eum, cui tam leta nuntiabantur in visione, terrere[b] voluerunt, qui ipsum quoque Dominum et Salvatorem nostrum quondam adire ausi fuerunt. Sic enim ipse Dominus ait: *Venit enim princeps mundi huius, et in me non habet quicquam.* Deinde vero ait: *Ite, fratres mei, unusquisque in domum vestram. Crastina autem die revertimini ad me.* Tota autem illa nocte oravit ad Dominum, procumbens super genua sua. Mane autem facto tumulum sibi parari iussit. Convenerunt iterum episcopi et sacerdotes, sicut hesterna[c] die vir ille beatissimus eis preceperat. Quibus in aeclesia residentibus ipse in lecto sedens ait: 'Audite me, fratres et coepiscopi nostri, simulque omnes, qui huc convenistis. Ante omnia precipio vobis, ut terras aeclesiae, vineas, castella, domos caeterasque res aeclesiae non vendatis, nullusque sibi per possessionem eas defendere velit. Non habeatis usum iurandi. Cavete a consanguineis vestris. Servis beati Petri qui huc veniunt iniuriam non faciatis nec eos in negotiis decipiatis. Date decimas libenter de omnibus quae possidetis'. Deinde conversus ad crucem magnas preces pro omnibus fudit ad Dominum, supliciter rogans et deprecans, ut omnia eorum peccata eis dimittere dignaretur. Et cum hoc fecisset, iterum aspiciens in caelum dixit: 'Domine Iesu Christe, pastor bone, qui pro nobis servilem formam induisti, et ad conversionem omnium gentium duodecim apostolos elegisti et beato Petro apostolo tuo dixisti: *Quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum et in caelis, et quodcumque solveris super terram erit solutum et in caelis,* ego indignus vicarius eius deprecor inmensam clementiam tuam, ut illos servos, fratres meos, qui pro amore iusticiae interfecti sunt, ab omnibus eorum peccatis absolvas et in beatorum requiem introducas. Eos etiam, Domine, quos ego excommunicavi, tu absolve et ad[d] veritatis viam converte. Symoniacam heresim et omnem hereticam pravitatem destrue, fideles tuos Beneventanos[e], qui in tuo nomine tam honeste me susceperunt tamque affluenter michi servierunt, et caeteros omnes tuos fideles benedicere et custodire dignare, quia tu es Deus benedictus in secula seculorum. Amen.' Postquam autem a locutione[f] quievit, paululum ibi commorati, redierunt omnes unusquisque in domum suam. Tota autem illa nocte, sicut et superiori, in vigiliis et oratione permansit. Altera autem die, tercia videlicet quae beato Leoni summo pontifici in hac vita ultima erat, multo maiori frequentia convenerunt omnes. Surgens autem beatus pontyfex perrexit ante altare et quasi unius hore spatio multum lacrimans perstitit in oratione. Inde vero ad lectum rediens, brevem sermonem fecit eis. Quo peracto, vocavit episcopos ad se, et facta confessione suscepit corpus et sanguinem domini nostri Iesu Christi. Tunc reclinavit se ad lectulum, et paulo[g] post obdormivit in Domino. Surgens autem unus de episcopis tetigit eum, putans quod adhuc viveret et dormiret. Cumque eum iam obisse cognoscerent, mox omnes undique convenerunt et fecerunt planctum magnum super

Lib. c. 2.

Ioh. 14, 30.

Lib. c. 3.

Lib. c. 4.

Matth. 16, 19.

Lib. c. 6.

Apr. 19. Lib. c. 7.

a) piqa *add., sed del.* 1. b) terrore 1. c) est. *eadem manu corr.* hest. 1. d) *eadem manu supersc.* 1. e) beneventan[c]os, e *eadem manu supersc.* 1. f) alocutione 1. g) paulō 1.

eum. Obiit autem beatus pontyfex tercio decimo Kal. Mai. regnante domino nostro Iesu Christo, cui cum Patre et Spiritu sancto est honor et gloria in secula seculorum. Amen.

Lib. c. 8. 7. Altera autem die post excessum beati Leonis advenit mulier quaedam de Tusciae partibus, quae cum per gradus sursum ascenderet, coepit vexari a demonio et diras voces magnosque ululatus emittere. Cumque beatum Leonem nominasset, ad tumulum eius ab his qui ibi erant tracta est. Unus autem episcoporum interrogavit demonem, qui eam vexabat, dicens: 'Adiuro te per viventem et regnantem in secula, ut dicas nobis, si Leo papa inter sanctos habet potestatem'. At ille respondens ait: 'Vere inter sanctos est Leo, de quo interrogas, et magnam inter eos habet potestatem, et ipse maleficus hodie me de hac domo eiciet, quam ego iam per novem annos et menses duos in mea habui possessione'. Tunc autem mulier alia[a] quaedam infelix, quae ibi erat, coepit beato Leoni derogare et dicere: 'Leo papa fugabit demonia, qui tot homines occidere fecit. Illa namque hora, qua ipse demonia fugabit, ego utique ero regina et omnes eos resurgere faciam, quos ipse suo facinore interemit'. Vix autem illa verba finierat, et statim a demonio arrepta[b] mirabiliter vexari coepit. Mox autem illa alia mulier liberata est, quam de Tusciae partibus convenisse diximus[c]. Tunc omnes qui aderant in stuporem et admirationem conversi coeperunt clamare et dicere: 'Sancte Leo, parce nobis, sancte Leo, indulge nobis, et quia multum peccavimus,
ib. c. 9. miserere nobis'. Eadem autem hora duo quoque contracti sanati sunt, qui per se ambulare non poterant. Ipsa autem eadem die iam circa vesperum venit ad tumulum beati viri homo quidam surdus et mutus, qui etiam ad cumulum tanti mali paralisi gravissima tenebatur. Statim autem ut ad tumulum accessit, sanus et incolumis factus loquelam pariter et auditum recepit[1]. Multa quidem et alia miracula[d] ipsis diebus per beatum Leonem Christus dominus operatus est, ut cuius esset meriti nobis suis fidelibus revelaret.

8. Illud quoque miraculum pretereundum non est, quod Iohannes vir egregius Portuensis episcopus michi narravit. Dicebat enim, quod de partibus transalpinis Curiae civitatis episcopus[2] eisdem fere diebus Romam venerat, in cuius comitatu[e] erat quidam homunculus, qui ab infantia mutus, nunquam locutus fuerat. Hunc autem servientes episcopi super sagmarios secum ferebant, quoniam ad sarcinas custodiendas fidelis valde et idoneus erat. Die autem quadam cum adhuc predictus episcopus in urbe moraretur, mutus ille, de quo diximus, beati Petri aeclesiam ingressus est. Qui cum ad beati Leonis sepulchrum turbas omnium undique confluere conspexisset, ipse quoque accessit illuc. Tunc vero circumstantes intelligentes, quod mutus esset, ut talibus hominibus facere solent, signis ei quibusdam innuere coeperunt, ut se ad beati viri sepulchrum humiliaret, preces funderet et pro sua salute Salvatorem omnium exoraret. Significantes ei hoc esse sepulchrum, in quo beatus Leo quiescebat. Iam enim illius virtutis fama ubique divulgata erat, et multi undique illuc venientes variis egritudinibus sanabantur. Accessit igitur ille ad tumulum et se toto corpore in terram prostravit. Cumque diutius ibi iaceret, somno gravatus obdormivit. Post paululum vero expergefactus surrexit tamque absolute loqui coepit, acsi linguae impedimentum nullum aliquando passus fuisset. Stupent[f] omnes, gaudent et exultant, nec illum semel audisse sufficit. Iuvat eum interrogare et eum loquentem et respondentem audire. Tandem ad sotios revertitur. Qui postquam eum loquentem audiunt, laeti valde cum

a) aliâ 1. b) arepta 1. c) dicimus *eadem manu corr.* diximus 1. d) eiusdem *add., sed del.* 1. e) commitatu 1. f) *corr. ex* Stupet 1.

1) *Mirac. S. Leonis c.* 9*:* solutus est a vinculis, quibus corpus illius tenebatur. 2) *Thietmarus. Idem miraculum narrat Desiderius abbas Cassin., Acta SS. Apr. II, p.* 672.

magna admiratione ante episcopum eum ducunt. Interrogat eum episcopus, qualiter haec ei omnia evenissent. Narrat ille cuncta per ordinem. Dicit se vidisse beatum Leonem, et cum ante eius tumulum obdormisset, ille veniens in ore[a] illius digitos posuit et diu ligatam linguam[b] absolvit.

9. Nunc autem tempus ammonet, ut quod superius promisi exponam, videlicet quod ego non sine imperio ista dictaverim. Hac enim preterita quadragesima cum Rome essemus, vir valde venerabilis Iohannes Tusculanensis[1] episcopus, quadam die cum ad aeclesiam convenissemus, venit ad me ubi ego stabam, praesente Ubaldo viro religiosissimo, Sabinensi episcopo[2] et aliis quibusdam, et dixit michi: 'Ego ad te nuntius missus sum'. Stabam autem ego attentus, quid michi dicere voluisset. Tunc ille: 'Mandat', inquit, 'tibi Leo papa, ut des illi centum milia solidorum'. At ego: 'Quid narras'? inquam. Et ait: 'Verum dico tibi, sic tibi mandat', et tunc ea quae viderat michi per ordinem narrare cepit. 'Hac', inquit, 'nocte, cum ego dormissem, beatus Leo cum pontificali apparatu michi in somnis apparuit dicens: "Vade et dic Signiensi episcopo, ut det michi centum milia solidorum". Cumque ego infra me cogitarem te tam divitem non esse, ut tantam peccuniam ei dare potuisses, ille meam cogitationem[c] intelligens ait: "Vade et dic ei, ut det michi centum milia aut quinquaginta milia". Haec mandat tibi. Vide ergo quid ei respondeas'. Tunc ego sollicitus mecum ipse cogitare coepi, quid haec talis visio michi significaret, et post paululum interrogavi episcopum, si beatus Leo me illam peccuniam dare aut mutuari aut reddere iussisset, et ille respondit: 'Non, sed dare'. Tum ego aliquantulum confortatus sum. Multum enim distat an dare an reddere aliquid debeamus. Timebam enim, ne forte in aliquo eum offendissem, quod ex debito solvere et necessario reddere debuissem. Memineram preterea, quod eius festivitas olim in nostra aeclesia caelebraretur, in qua, quia ego me neglegenter habui, tota ibi festivitas ipsa cessavit. Parcat ipse michi, quia non parum me in hoc peccasse cognosco. Cum autem ab aeclesia domum redirem et hanc visionem nostris clericis narrassem, eadem michi exposuerunt quae iam ego ipse mente conceperam. Dixerunt enim: 'Nos nullam aliam pecuniam hunc esse putamus, quam beatus Leo a te requirit, nisi ut de eo aliquid scribas quod eius memorie conveniant. Haec est enim peccunia tua. Neque ipse alia peccunia indigere videtur'. Placuit michi quod meo intellectui aliorum quoque intellectus concordabant; et bene quidem scientia in peccunia significatur. Quod in euangelio quoque eo loco intelligitur, ubi Salvator noster servis suis talenta partitur. Sed quare centum milia vel quinquaginta milia requirit? Horum enim duorum numerorum[d] alter est perfectus, alter vero inperfectus. Cencies namque mille vel milies centum fiunt centum milia. Qui uterque numerus, id est centum et mille, ideo perfectus est, quia non habet ubi crescat. Omnis enim res tam diu inperfecta[e] est, quam diu in aliquo crescere potest. Centenarius autem vel millenarius numerus replicari quidem potest, crescere autem non potest. Est igitur perfectus. Omnis enim qui numerat, postquam venit ad centum vel ad mille, ibi finem facit iterumque ab uno numerare incipit. Quinquagenarius autem numerus inperfectus est, quia in medio centenario positus, neque finem facit et ultra se tendere potest. Quod igitur vir beatissimus mandavit michi, ut darem sibi quinquaginta milia solidorum, quoniam, ut sibi videbatur et ei cui ipse loquebatur, centum milia dare non poteram, quid aliud significat, nisi ea quae ad ipsius laudem et gloriam pertinent, perfecte narrare inciperem? Dedi igitur ei solidorum quinquaginta milia, quia dare

cf. Matth. 25, 15.

a) eius *add., sed del.* 1. b) *deest* 1. c) ē *e corr.* (*ex* e᷑?) 1. d) nu᷑ 1. e) *in marg. manu saec. XVII.* imperfecta; inperfectus 1.

1) *Nescio utrum Iohannes I. an II.* 2) *Anni regiminis eius non constant. A.* 1102. *iam Crescentius episc. Sabin. occurrit; cf. Gams, Series episc. p.* XIII.

non potui centum milia, id est quia perfecte omnia narrare non potui, — neque enim ad meam noticiam omnia pervenerunt — vel quaedam narravi sicut potui. Precor autem, beatissime pontyfex, ut grata habeas haec munuscula mea, tuisque sanctis precibus optineas apud Iesum Christum salvatorem nostrum, ut dimittat michi debita mea. Qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat Deus in secula seculorum. Amen.

10. Restat autem, ut nunc ad eam quaestionem respondeamus, ad quam nos superius responsuros fore promisimus. Diximus enim iam tunc a temporibus beati Leonis sic aeclesiam fuisse corruptam, ut vix aliquis inveniretur qui vel symoniacus non esset, vel a symoniacis ordinatus non esset. Unde etiam usque hodie inveniuntur quidam, qui male argumentantes et aeclesiae dispensationem non bene intelligentes ab illo iam tempore sacerdotium in aeclesia defecisse contendunt. Aiunt enim: 'Si omnes tales erant, id est, si omnes vel symoniaci vel a symoniacis ordinati erant, vos, qui nunc estis, aut unde venistis? Per quos nisi per illos transistis? Non fuit via aliunde: Ergo illi qui vos ordinaverunt, ab illis et non ab aliis suos ordines susceperunt, qui vel symoniaci erant, vel a symoniacis ordinati erant. Haec est igitur quaestio, cui nos respondere debemus. Sed* prius, quid sint[a] symoniaci et unde dicantur, dicere oportet. Deinde vero, quia multum distat inter symoniacos et eos qui ordinantur a symoniacis, si tamen non eos symoniacos esse cognoscunt. Qui enim[b] episcopum aliquem symoniacum esse non dubitat, si ab eo ordinatur, parum quidem[c] in ordine distat ab eo, a quo ordinatur: scit enim eum furem esse et latronem, nichilque[d] aliud in sua ordinatione suscepisse, nisi maledictionem et maledicendi potestatem: sic enim symoniaci[e] omnes ordinantur, sicut ipse Symon ordinatus est. Cui in ipsa sua ordinatione beatus
Act. 8, 20. Petrus ait: *Peccunia tua tecum sit in perditione, quia existimasti donum Dei peccunia*
ib. 21. *possideri: non est enim tibi pars neque sors in sermone isto.* Sunt igitur symoniaci, qui donum Dei, id est gratiam Spiritus sancti, emere contendunt. Sive enim emant, sive non emant, si tantum peccuniam offerant et aliquid pro hac gratia dare promittant, symoniaci sunt. Nam neque ipse Symon aliquid emit. Non enim fuit qui venderet, sed tamen, quia emere voluit, maledictus est. Quam utique maledictionem omnibus suis discipulis hereditariam dereliquit[f]. Ab hoc[g] autem Symone symoniaci dicuntur quicunque eum[h] in hoc facto imitantur. Hic enim Symon baptizatus a Philippo, adherebat ei. Qui cum vidisset ab apostolis multas virtutes et miracula fieri
ib. 19. per manus impositionem, obtulit eis peccuniam dicens: *Date vos hanc potestatem*[i] *michi, ut cuicunque manum imposuero accipiat Spiritum sanctum.* Cui, ut modo
ib. 20. superius diximus, beatus Petrus ait: *Peccunia tua tecum sit in perditione, quia*[k]
ib. 21. *existimasti donum Dei peccunia possideri: non est enim tibi neque pars neque sors in sermone isto.* Haec[l] est igitur ordinatio Symonis. Sic ordinantur symoniaci qui peccuniam offerunt. Quare? Quia existimant donum[m] Dei peccunia possideri. Sed quam benedictionem suscipiunt? Dicat beatus Petrus, cuius vox efficacissima est, cuius maledictio interiora penetrat: *Peccunia,* inquid, *tua tecum sit in perditione.* Haec benedictio datur eis. Haec oratio eorum[n] nefandis capitibus imprecatur. Sic benedicuntur, sic consecrantur, sic ordinantur. Statim enim ut peccuniam offerunt, cuicunque offerant, adest apostolus, eorum consecrator. Nam etsi a catholicis sacrentur episcopis, — quod quidem[o] sepe contingit — adest tamen apostolus inter eos.

*) *Hic pergit* 2: Quibus nunc respondendum est, postea vero ea quae cepimus prosequamur. Sed prius *etc.*

a) sym. sint 2. b) *deest* 2. c) quid 1. d) nichil 2. e) omnes sym. 1. f) dereliquid 2. g) eo 2. h) *om.* 1. i) in potest. 2. k) quia — isto *om.* 2, *ubi* et cetera. l) hec 2 *saepe.* m) dī donū 2. n) eorum *post* cap. 2. o) *om.* 2.

Dicant illi quicquid velint, fundant sanctum chrisma[a] super capita eorum, Symon[b] tamen Petrus non mutat sententiam: quia non ignorat quod illi[c] obtulerint, et[d] quantum obtulerint, et cui optulerint. Illi benedicunt, iste maledicit, decipiuntur illi, hic autem decipi non potest[e]. Putant illi eos esse catholicos, putant canonice[f] electos, ac per hoc eis benedicunt. Si enim eos cognovissent, ipsi quoque simul cum apostolo dixissent: *Peccunia tua tecum sit in perditione.* Merito igitur eorum benedictio in maledictionem convertitur, quia non ad labia, sed ad cor respicit Deus. Hoc enim timebat Iacob, qui cum a matre ad patrem mitteretur[g], ut ei nesciens benediceret, ait: *Nosti quod frater meus Esau homo pilosus sit, et ego lenis? Si ergo attrectaverit*[h] *me pater meus et senserit, timeo, ne putet me*[i] *sibi voluisse*[k] *illudere, et inducat super me maledictionem pro benedictione.* Sed non erat ei timendum, quia a matre mittebatur. Isti autem non[l] mittuntur a matre, isti non mittuntur ab aeclesia, qui Isaac[m] illudunt, qui episcopos decipiunt, qui furtim et per latrocinium patris benedictionem subripere volunt. Unde et non immerito inducitur super eos maledictio pro benedictione. Illi enim soli[i] mittuntur a matre, illi[n] mittuntur ab aeclesia qui non per peccuniam, non per aliquam promissionem, non per secularem potestatem, sed sola cleri et populi electione, et ipsa pura et sine pravitate mittuntur ad patres, mittuntur ad episcopos, ut ab eis benedicantur et consecrentur. Diximus igitur de consecratione Symonis, diximus de consecratione symoniacorum, quomodo ordinantur, quomodo consecrantur, quomodo Petrus apostolus eos maledicit, quomodo episcoporum benedictio in maledictionem eis convertitur. Sic igitur ordinati, sic consecrati, sic maledicti, sic lepra infecti, ad sibi commissas aeclesias veniunt: ubi, si tamen manifeste tales sint, preter baptismum et sana conscilia, quae ipsi quoque sepe dant, quicquid agunt, vanum et inutile[o] est. Haec autem qualiter[p] intelligantur, amodo disseremus. Gen. 27, 11.

11. Baptismus namque a quocumque detur bonus est, quia non in fide dantis, sed in suscipientium fide consistit. Ubi autem fides catholica non est, ibi baptismus non operatur. Unde et qui extra aeclesiam[q] baptizatur, priusquam ad aeclesiam redeat, non solvitur a peccatis. Nusquam enim nisi infra[r] aeclesiam fit remissio peccatorum. Potest tamen fieri, ut aliquis fidelis quacunque occasione extra aeclesiam baptizetur, qui, quoniam mente in aeclesia est, extra quoque remissionem[s] accipiat peccatorum. Sic tamen, si corpore quoque et conversatione[t] ad[u] eam redeat, a qua mente non recesserat. Alioquin, si extra baptizatur et extra maneat, et cum baptizatur, redeundi voluntatem non habeat, huic tali homini nec ad momentum quidem fit remissio peccatorum. Sed quid mirum, cum illi quoque qui intus baptizantur — qui ętiam absque dubio a peccatis omnibus emundantur — si inde exeant, et priusquam moriantur, ad eam non redeant, pereant in aeternum? Hoc autem significavit illa arca, in qua intus posita salvata sunt omnia, extra vero inventa perierunt universa[v]. Audi ętiam quid Dominus dicat: *Ego sum vitis et*[i] *vos palmites, qui manet in me, et ego in eo, hic fert fructum multum: Si quis in me non manserit, mittetur foras sicut palmes et arescet, et colligent eum, et in ignem mittent et ardet*[w]. Si ergo Christus vitis est, palmites vero christiani: sicut palmites vivere non possunt, si separentur a vite, ita neque christiani, si separentur a corpore Christi. Corpus Christi aeclesia est. Qui ergo non vult separari a Christo, maneat in corpore Christi, ut possit esse membrum Christi. Si enim non manserit in corpore Christi, si non manserit in aeclesiae unitate, mittetur foras sicut palmes et arescet. Et quid amplius? Ioh. 15, 5. ib. 6.

a) crisma 2 *semper.* b) symom *vel* symoni 2. c) obt. illi 2. d) et — optul. *om.* 2. e) postest 1. f) catholice 2. g) mittitur 2. h) attract. 1. i) *om.* 2. k) ill. v. 2. l) a matre non mittuntur 2. m) ysaac 2. n) enim *add., sed linea subducta del.* 1. o) utile *corr.* inutile 1. p) quomodo 2. q) baptizantur ęccl. 2. r) in ęcclesia 1. s) acc. rem. 2. t) conŭsione 2. u) accipiat peccatorum *linea subducta del. et eadem manu superscr.* ad eam redeat, a qua 1. v) omnia 1. w) ardent, n *expunctum* 1.

Et colligent eum maligni spiritus. Illis enim traditur qui ab aeclesia separatur. Sed quid illi facient? Et in ignem mittent. Ad quid? 'Ut ardeat.' Verba Christi sunt, alios canones non queramus. Manifestum est itaque, quod extra aeclesiam nemo salvabitur, sive in ea sive extra eam baptizatus fuerit. Unde hoc? Dicat iterum ipse
Ioh. 15, 6. Dominus: *Si quis in me non manserit, mittetur foras sicut palmes et arescet, et colligent eum et in ignem mittent, et ardet.* Si ergo ille perit qui aliquando[a] in Christo fuit, sed in eo non[b] manet, quomodo ille non pereat, qui nunquam in eo fuit nec in eo mansit? Qui enim extra aeclesiam baptizatur, nisi prius quam de hac vita exeat, aeclesiae sotietur, hic nunquam fuit vel erit in Christo, quia nunquam fuit vel erit in corpore Christi. Membrum namque Christi non est nisi in corpore Christi. Si enim separetur a corpore Christi, iam non est membrum Christi. Corpus autem Christi extra aeclesiam non est. Alioquin ipsa aeclesia esset[c] extra se ipsam, — si quidem ipsa aeclesia est corpus[d] Christi — quod est inconveniens. Baptismus igitur[e] extra aeclesiam dari potest, prodesse autem non potest. Baptismus enim, qui extra aeclesiam datur, formam quidem sacramenti habet, virtutem autem sacramenti non habet[1]; formam quidem habet, quia fit in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Virtutem autem non habet, quia remissionem peccatorum non operatur. Quare ergo non rebaptizantur qui ab hereticis veniunt? Vis audire, quare? Quia formam baptismi habent, id est quia iam ad invocationem Trinitatis ex aqua regenerati sunt. Restat nunc, ut [et[f]] Spiritu sancto regenerentur, qui operetur in eis remissionem peccatorum, quod illa forma visibilis dare non potuit. Nisi enim[f] quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu sancto, non intrabit in regnum Dei[g]. Utrumque [enim[h]] ibi[i] necessarium est: et forma sacramenti et virtus sacramenti. Utrumque necessarium est: et aqua et Spiritus. Nam neque aqua sine Spiritu, neque Spiritus sine aqua solvit hominem a peccatis. Forma sacramenti et intus et extra dari potest; virtus autem sacramenti non[k] nisi intra aeclesiam datur. Unde sancti[f] Romani pontifices spiritu Dei pleni admirabili providentia constituerunt, ut hi qui ab hereticis veniunt, quoniam formam baptismi habent, nullatenus rebaptizentur[2]; quia vero virtutem huius sacramenti non habent, ad invocationem sancti Spiritus, qui ab hereticis dari non potest, per manus impositionem sacrosancto chrismate confirmentur. Queris fortasse auctoritatem? Dabitur tibi. Et hoc quidem necessarium est, quoniam in hac sententia non omnes concordare videntur, videlicet ut qui ab hereticis veniunt rebaptizari quidem non debeant, sacro autem chrismate confirmari iterum debeant. Praesertim cum beatus Augustinus[l] dicat[3], quod nulli sacramento iniuria facienda sit. In qua re multum[m] ab aliis discentire videtur. Quid est enim iniuria sacramenti nisi sacramenti reiteratio? Quod autem quaedam sacramenta reiterentur, et exemplo habundamus et auctoritatibus. Quaedam autem dixi, quia baptismi et sacrorum ordinum reiterationem fieri non licet. Unde et in[n] conciliis Africanis legitur[4]: *Non licet*[o] *fieri rebaptizationes et*[p] *reordinationes et episcoporum translationes.* At vero in concilio Niceno praecipitur de Paulianistis[q.5], ut ad aeclesiam venientes iterum baptizentur, et eorum clerici, si digni fuerint, iterum ordinentur.

a) aliq̄d 1. b) *alia manu superscr.* 1. c) extra semetipsam esset 2. d) chr. corp. 2. e) $\overset{\text{t}}{\text{X}}$ (= Christi) 2. f) *om.* 2. g) cel 2. h) *deest* 1. i) *eadem manu, sed alio atram suppl.* 1. k) non *suprascr.* 2. l) augustinus, *primum* u *expunct.* 1. m) multum videtur ab aliis differre vel dissentire 2. n) *eadem manu superscr.* 1. o) licent 2. p) et reord. *des.* 1. q) paulianitis 2.

1) *Cf. Deusdedit l. II,* § 7, *supra p.* 324. 2) *Cf. Petri Damiani Liber gratissimus c.* 32. 33, *Libell. I, p.* 63 *sqq.* 3) *Epist.* 87. *ad Donatistas* § 9, *Opp. ed. Bened. II, col.* 212; *cf. supra Deusdedit l. II,* § 6, *p.* 324. 4) *Concil. Carthagin. III, c.* 38, *Mansi Conc. III, col.* 886, *Hinschius p.* 299. 5) *Concil. Nicaenum c.* 19, *Mansi Conc. II, col.* 683, *Hinschius p.* 260.

In quo manifeste ostenditur hoc in his tantum[a] et non[a] in aliis fieri debere. Isti enim non secundum aeclesiae[b] formam baptizabantur, id est in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Unde ętiam ab aliis hereticis differebant, qui aeclesiae formam in baptizando tenebant. Si enim secundum hanc formam, quam modo diximus, baptizati essent, non utique talis lex de eis specialiter promulgata esset, praesertim cum de aliis omnibus hereticis dicatur, ut ad aeclesiam venientes nec rebaptizentur nec reordinentur[c], sed sola episcopalis manus impositione aeclesiae reconcilientur. Quod autem haec duo sacramenta, id est baptismus et ordines sacri, reiterari non debeant, tota aeclesia idem sentit, nullaque inter[d] sanctos dissensio[d*] est. Unde[e] et beatus Agustinus ait[1]: *Manus autem impositio sicut et baptismus reiterari non debet*, de illa manus impositione loquens, de qua ad Timotheum apostolus dicit: *Manum cito nemini imposueris.* Nam 1.Tim.5,22. et chrismatis consignatio et penitentum reconciliatio, manus impositio dicitur. Unde et sacri canones prohibent[2], ne inter alios penitentes manus ab episcopis clericis imponatur.

12. Quod vero quaedam sacramenta reiterari liceat[f], et frequens usus aeclesiae et unum beati Gregorii exemplum apertissime manifestat. Cotidie[g] namque aeclesiarum consecrationes non solum pro necessitate, verum ętiam pro episcoporum voluntate reiterari videmus. Unde et quidam canones de[h] aeclesiis precipiunt[3]: *ut si altare motum fuerit, denuo consecretur.* Beatus quoque Gregorius, sicut ipse testatur, consecravit Rome quandam aeclesiam in Subura, quoniam longo tempore ab Arrianis possessa fuerat[4]. Cuius consecratio sive[i] reiteratio, quantum Deo accepta fuerit[k], virtutes et miracula ostendunt, quae ipsis diebus, quibus consecrata fuerat, ibidem Dominus operatus est. Quomodo ergo[l] verum est, quod nulli sacramento iniuria facienda sit? Similiter autem, quod chrismatis consignatio in hereticis reiterari debeat, subsęquenti sanctorum auctoritate probabitur. De qua videlicet consignatione Eusebius papa sic ait[5]: *Hereticos omnes quicunque Dei gratia convertuntur et in sanctae Trinitatis nomine credentes baptizati sunt, Romanae aeclesiae regulam tenentes per manus impositionem reconciliari*[m] *precipimus* et mox, de qua manus impositione loqueretur, adiunxit: *Manus*[n.6] *impositionis sacramentum magna veneratione tenendum est. Quae ab aliis perfici non potest, nisi a summis sacerdotibus. Nec tempore apostolorum ab aliis quam ab ipsis apostolis legitur aut scitur peracta*[o] *esse. Neque ab aliis, sicut iam dictum est, quam ab illis qui eorum locum tenent unquam*[p] *perfici potest aut fieri debet. Nam si aliter presumptum fuerit, irritum habeatur et vacuum, nec inter*[q] *aeclesiastica unquam reputabitur sacramenta.* Audiamus ętiam, quid tempore beati Silvestri[r] Romae de hac re in concilio statutum[s] est[a]: *Eodem,* inquit[7], *tempore tercio decimo kalendarum Iuliarum die, quando memoratum magnum concilium in Nicea congregatum est, canonica iam fatus papa vocatione in urbem*[t] *Romam, et ipse cum consilio*[u] *Constantini augusti congregavit ducentos*[v] *septuaginta septem episcopos*[w], *et dampnavit iterum tam Calixtum quam Arrium atque Sabellium, et constituit, ut*[x] *presbyterum Arrianum resipi-*

a) *deest* 2. b) ęcclesiam 2. c) ordinentur *eadem manu corr.* reord. 1. d) nullaque dissensio inter sanctos 2. d*) disscensio 1. e) *verba* Unde — impositio dicitur *om.* 2. f) non liceat 2. g) cottidie 2. h) de eccl. *in marg. suppl.* 2. i) vel iteratio 2. k) fuerat 2. l) ergo *om.* 2. m) reconc. — impositione *om.* 1. n) autem *add.* 1; *deest* 2. *Eus.* o) peractum *Eus.*; esse peracta 2. p) *om.* 1. q) intra 2. r) silu. 2. s) constitutum 2. t) urbe Roma 2. u) conscilio 1. v) CCLXVII 2. w) episc. — Sabellium *om.* 2. x) ep̄ *add., sed linea subducta del.* 1.

1) *De baptismo contra Donatistas l. III, c.* 16, *l. l. col.* 117; *Grat. Decret. C. I, qu.* 1, *c.* 74. 2) *Cf. Concil. Carthag. V, c.* 11, *Mansi III, col.* 970; *Hinschius p.* 307; *Grat. Dist. L, c.* 65. 3) *Grat. De consecratione Dist. I, c.* 19: Hyginus papa. 4) *Cf. Deusdedit II,* § 9, *l. l. p.* 326. 5) *Epist. III,* § 21, *Hinschius p.* 242; *cf. Humberti Cardin. Lib. adversus simon. I, c.* 10, *Libelli I, p.* 116. 6) *Sequentia in editione Humberti huic auctori falso attribuuntur; immo litteris Italicis excudi debuissent.* 7) *Gesta Silvestri* § 1, *Hinschius p.* 449.

scentem non aliquis susciperet, nisi episcopus eiusdem loci eum reconciliaret et sacro sancto chrismate per episcopalis manus impositionem sancti Spiritus[a] *gratia, quae ab hereticis dari non potest, eum confirmaret.* Quid apertius, quid manifestius dici potuit? Numquid nam hoc sacramentum non reiteratur? Demus[b] adhuc et alia[c] exempla, quatenus[d] haec sententia, cui a pluribus contradicitur, manifestior et certior fiat. Dicat igitur[e] papa[f] Siricius[1]: *Prima itaque*[g] *paginae tuae fronte signasti baptizatos plurimos ab impiis Arrianis ad fidem catholicam festinare, et quosdam de fratribus nostris eosdem*[h] *denuo baptizare velle, quod non licet, cum hoc et apostolus vetet et canones contradicant. Et post cassatum*[i] *Ariminense consilium*[k] *missa ad*[l] *provincias a predecessore*[m] *meo Liberio venerandae memoriae generalia decreta prohibeant. Quos nos cum Novatianis aliisque hereticis, sicut est in synodo constitutum, per invocationem solam septiformis Spiritus episcopalis manus impositione catholicorum conventui sotiamus. Quod etiam totus*[n] *Oriens Occidensque custodit.* Videamus etiam quid Leo primus dicat, qui fidem iam perituram sua constantia et fortitudine corroboravit; cuius sententiae contradicere, ut opinor, nemo[o] audebit: *Hi*[2] *autem de quibus scripsisti non se baptizatos nesciunt, sed cuius fidei sint, qui eos baptizaverint, se nescire profitentur. Unde quoniam quolibet modo formam baptismatis acceperunt, baptizandi non sunt, sed per manus impositionem virtute*[q] *Spiritus sancti, quam ab hereticis accipere non potuerunt, catholicis copulandi sunt.* Item[r] idem ipse: *Nam*[3] *hi qui baptismum ab hereticis acceperunt, cum baptizati ante non fuissent, sola sancti Spiritus invocatione per impositionem manuum confirmandi sunt, quia formam tantum baptismi sine sancti Spiritus virtute sumpserunt. Et hanc regulam, ut scitis*[s]*, servandam in omnibus aeclesiis predicamus, ut lavacrum*[t] *semel initum nulla iteratione*[u] *violetur, dicente* Eph. 4, 5. *apostolo: 'Unus Deus, una*[v] *fides, unum baptisma'. Cuius ablutio nulla iteratione temeranda*[w] *est, sed, ut diximus, sola sanctificatio sancti Spiritus invocanda; ut quod ab hereticis nemo accipit a catholicis sacerdotibus consequatur.* In Laodicensi[x] quoque concilio sic scriptum est[4]: *De his qui ab hereticis convertuntur, id est Novatianis aut Fotinianis, sive baptizati sint illi seu catecumini, non ante suscipiantur, quam omnes hereses anathematizent, et praecipue illam, qua detinebantur, et tunc demum hi qui apud eos dicebantur fideles nostrae fidei simbolo imbuantur et uncti sancto chrismate sic misteriis. communicent sacrosanctis.* Possemus de his alias adhuc auctoritates dare, sed, ut puto, istae sufficiunt. Dubitari autem potest[z] de eo, quod[a] beatus Augustinus ait[5]: *Nulli sacramento iniuria facienda est,* cum idem ipse alibi dicat eos, qui ab hereticis veniunt, ideo per manus impositionem episcoporum in aeclesiam recipi, ne forte sibi ab aeclesia nichil collatum putarent, quod extra aeclesiam non haberent[b]. Quid autem sit manus impositio, ipse quoque definiens ait[6]: *Quid*[c], inquid[d], *est manus impositio, nisi oratio*[e] *super hominem? Si igitur eiusdem sacramenti oratio reiteratur super hominem, et ipsa manus impositio reiteratur: siquidem nichil aliud est manus*

a) *eadem manu in loco raso* 1. b) Debemus 2. c) iungere *add. super lineam* 2. d) quatinus 2. e) iterum 2. f) sir. papa 2. g) *ita* 2. *Sir.;* igitur 1. h) eodem 1. i) causatum Arrianense 2. k) conscilium 1. l) *deest* 2. m) re (in pred.) *in loco raso alia manu* 1. n) oriens totus occidensque 2. o) nullus 2. p) baptizati (*alia manu?*) *corr.* baptizandi 1. q) virtutē 1. r) Itemque 2. s) sciatis 1. t) lavachrum 1. u) iteracio violet 2. v) u. bapt. u. fides 2. w) tēmeranda 1; tenenda 2. x) laodecensi *post corr.* laodicensi 1. y) communicet 1. z) ꝙ (quod) *add., sed eras.* 1. a) quod ait b. Aug. 2. b) habet (= haberet) 1. c) Quid — nisi *in marg. suppl.* 2. d) inquit 2. e) orationē, nē *linea subducta del.* 1.

1) *Epistola I. ad Himerium c.* 1, *Schoenemann p.* 408. 409, *Hinschius p.* 520. 2) *Quod supra producitur hac in epistola (scil.* 159*) non reperitur nec alibi mihi occurrit. BRUNI.* 3) *Epist.* 159. *ad Nicetam c.* 7, *Opp. ed. Ballerini I, col.* 1334. 4) *Concil. Laodic. c.* 7. *ex vers. Dionysii, Mansi II, col.* 577. 5) *V. supra p.* 556. 6) *V. supra p.* 326.

impositio quam oratio super hominem. Non igitur reiteretur oratio super hominem in illis sacramentis, quae reiterari non licet. Dictum est autem, quod quaedam sacramenta reiterari licet, quaedam autem non licet, et hoc quidem auctoritatibus probatum est. Dictum est etiam[a], quod ab[b] hereticis venientes non nisi per manus impositionem suscipi debeant. Et illud quidem dictum est, quod omnia sacramenta extra aeclesiam formam quidem habeant, virtutem autem non[a] habeant. Illud autem[c] diximus, quod extra aeclesiam nemo salvetur. Diximus et de symoniacis, quando consecrantur, quod omnis benedictio in maledictionem eis convertitur. De parvulis autem hereticorum, si quis interroget, quare pereant, cum baptizati sint, respondeo: quia in aeclesia non sunt. Quod si dicat: 'Quid illi peccaverunt, ut in aeclesia non sint?' dico et ego: 'Quid paganorum et Iudeorum parvuli peccaverunt, ut baptizari non mererentur?' Ipse tamen Dominus ait: *Ego scio quos elegerim.* Excommunicatorum autem filii, si in aeclesia baptizantur, nichil eis nocet parentum excommunicatio; filius enim non portabit iniquitatem patris. Postquam tamen ad aetatem veniunt, ut iam sua peccata cognoscere valeant, ulterius a peccatis immunes iudicari[d] nequeunt. Quodsi extra aeclesiam baptizantur, — sunt enim[e] extra aeclesiam omnes excommunicati — nisi prius quam de hac vita exeant[f] per episcopos aeclesiae[e] reconciliantur[g], in magno periculo michi esse videntur.

Ioh. 13, 18. Ez. 18, 20.

13. His[h] autem sic expeditis, de illis nunc dicere debemus, qui quamvis non symoniacę, a symoniacis tamen ordinati sunt. De symoniacis namque manifestum est, quod nullomodo in suis ordinibus aliquando suscipi debeant: *Non est enim eis neque*[i] *pars neque sors in sermone Dei.* Apostolus est qui loquitur. Sed dicis: 'Quare ergo alii heretici in suis ordinibus suscipiuntur[k], symoniaci non suscipiuntur? Numquid symoniaci sunt peiores quam Arriani, quam Novatiani[l], quam Donatiste, quam Nestoriani, et Euticiani? Ex his enim in[m] ordinibus suis omnibus[n] et episcopos et presbyteros susceptos legimus, nec propria dignitate privatos. Dico ergo: Utrum symoniaci peiores sint, nescio[1]: unum tamen scio, quia magnum scelus est vendere vel emere Spiritum sanctum[n]. Si enim magnum peccatum fuit vendere vel emere Christum, magnum utique[o] peccatum est vendere vel emere Spiritum sanctum: equales enim sunt et Pater et Filius et Spiritus sanctus. Iudas est qui vendit, Iudeus est qui emit. Utrumque autem, et vendentem et ementem de templo Dominus eiecit. Et multa quidem dispensatorie[p] in aeclesia fiunt pro temporis necessitate et negotii qualitate, quae utique non fierent, si districto[q] canonicoque[r] iuditio fierent. Cum de frumento et zizania Dominus loqueretur, ait: *Sinite utraque crescere usque ad messem.* Magna tamen consideratione hec talis dispensatio fieri debet. Et alii quidem heretici in suscipiendis ordinibus non errabant, sed alia causa erat atque doctrina, quae eorum fidem impediebat. Symoniacorum vero heresis et peccatum ipsa eorum ordinatio est. Si ergo suae ordinationi reconcilientur, quae utique, ut superius ostendimus, nichil aliud[s] quam maledictio est, cui nisi suae heresi suoque peccato et ei, quam acceperant, maledictioni reconciliantur? Non quaerant igitur reconciliationem, ne forte incurrant maledictionem. Querant gratiam Spiritus sancti, non ad episcopalem dignitatem, sed ad delendam iniquitatem. Merito ergo symoniaci in suis ordinibus non suscipiuntur, quoniam in[e] ipsis ordinibus[t] peccaverunt. Arriani vero non in episcopali dignitate, sed in fide Trinitatis errabant[u]

Act. 8, 21. Matth. 13, 30.

a) *om.* 2. b) his *add., sed linea subducta del.* 1. c) etiam 2. d) vindicari 1? e) *deest* 1. f) exeant 1. g) reconcilientur 1. h) is, *litterae initiali* (H) *minio inserendae spatio vacuo relicto* 1. i) neque sors neque pars 2. k) et *add.* 1. l) novitiani 2. m) in suis ordinibus *post* presbyteros 2. n) *deest* 2. o) est ut. pecc. 2. p) dispensarie 2. q) districtio 1. r) canonico iudicioque 2. s) est q. mal. cui 2. t) *superscr.* 2. u) erraverunt 2.

1) *Humbertus hoc annuit l. I, c. 7, Libelli I, p.* 111.

et peccabant, et alii heretici similiter, unusquisque[a] in sua heresi. Soli autem symoniaci in emendis sacris ordinibus peccant. Unde et merito ipsi soli nulla aeclesiastica dispensatione in his, quibus peccaverant, ordinibus[b] suscipiuntur. Alios autem preter ipsos heresiarchas multis locis divinae scripturae[c] in suis ordinibus susceptos legimus. Nam et Nicenum concilium[d] Cataros[e] sive Novatianos per manus impositionem suscepit et eorum clericos in suis ordinibus manere precepit[1]. De hac autem manus impositione, sine qua heretici non suscipiuntur, satis superius diximus. Beatus quoque Gregorius Hiberis episcopis de Nestorianis scribens ait[2]: *Hanc igitur veritatem*[f] *nativitatis Christi quicunque a perverso errore Nestorii convertuntur, coram sancta fraternitatis vestrae congregatione fateantur, eundem Nestorium cum omnibus suis sequacibus ac reliquas hereses anathematizantes; venerandas quoque synodos*[h], *quas universalis aeclesia recipit, se recipere et venerari promittant, et absque ulla dubitatione sanctitas vestra servatis eis propriis ordinibus in suo cetu*[i] *eos recipiat, ut dum et per sollicitudinem oculta mentis eorum discutitis atque eos per scientiam veram recta, quae tenere debeant, docetis et per mansuetudinem nullam eis contrarietatem vel difficultatem de propriis ordinibus facitis, eos ab iniqui*[k] *hostis hore rapiatis.* Sunt autem et multa alia, quibus hoc ipsum probari potest, sed de suscipiendis hereticis et propriis honoribus non privandis haec duo exempla sufficiant.

14. Multum digressi sumus, nunc ad propositum revertamur et de his dicamus, qui a symoniacis ordinati sunt. Qui enim a symoniacis ordinantur aut sciunt esse symoniacos aut putant eos esse catholicos[l]. Si vero symoniacos eos esse sciunt et se ab illis[m] ordinari permittunt, nulla venia digni sunt, ut propriis servatis ordinibus suscipiantur. Multum enim ambiciosi[n] esse probantur qui alicuius honoris gratia ab illis se sacrari permittunt, a quibus se maledici non dubitant. Quis enim dubitat symoniacos esse hereticos? Quis igitur ei parcat, qui se ab illo ordinari permittit, quem hereticum esse non dubitat? Si vero catholicus esse putatur et simul cum catholicis in aeclesia conversatur, ratum debet esse quod ait[o], quoniam non ad ipsum, sed ad illius devotionem et fidem respicit Deus, qui se illius[p] manibus subicit quasi catholico episcopo propter Deum. Respicit ętiam ad aeclesiam suos filios ei corde[q] simplici offerentem et in tali consecratione nichil mali suspicantem. Quia enim infra aeclesiam est, adest utique Spiritus sanctus, qui etiam[r] per malum hominem sacros ordines operatur. Homo est qui loquitur, sed Spiritus sanctus est qui sanctificat. Hoc autem totum suscipientis et offerentis fides facit. Multis[s] enim ipsum Dominum dixisse
cf. Matth. 9, 29. legimus[s], ut secundum eorum fidem fieret illis. Si ergo illi sua fide sanabantur, quare non isti sua fide sacrarentur[t]? Nichil enim hic contra fidem agitur, sed fidele est totum quod agitur. Si enim temere vel contra fidem facerent, merito abesset Spiritus
Sap. 1, 5. sanctus, siquidem *Spiritus sanctus disciplinae effugiet*[u] *fictum*. Diximus superius de symoniaco, quia, si, dum se catholicum esse fingit, a catholicis[v] episcopis consecratur, tota illa[w] eorum benedictio in maledictionem ei[x] convertitur: quoniam non ad labia, sed ad cor respicit Deus. Non enim est in corde eorum, ut symoniaco[y] benedicant. Similiter igitur econtra[z] dicere possumus: Dum symoniacus catholicum se esse[a] fingens

a) in sua her. unusquisque 2. b) *deest* 1. c) scriptē 1. d) conscilium 1. e) chataros 2. f) *eadem manu superscr.* 1. g) nativitates *corr.* nativitatis 1. h) synodas 2. i) cętu 1. k) antiqui *Gr.* l) *om.* 2. m) ipsis 2. n) ambitiosi 2. o) *corr. eadem manu ex* agit 1. p) ipsius 2. q) simpl. corde 2. r) *deest* 2. s) legimus *post* multis 2. t) consecrantur 1. u) fugiet 1. v) cath. consecretur episcopis 2. w) *om.* 2. x) eis 2. y) symoniacos 2. z) contra 2. a) fing. esse 2.

1) *Concil. Nicaenum c.* 8, *Mansi II, col.* 680, *Hinschius p.* 258. 2) *Epist. XI,* 67, *ed. Bened. II, col.* 1169; *Jaffé* 1844.

catholico benedicit, quamvis eius benedictio[a] maledictio sit, omnis tamen eius maledictio in benedictionem convertitur. Adest enim Spiritus sanctus, qui non ad loquentis et consecrantis heretici fictiones, sed ad suscipientis mentem et devotionem respicit. Quodsi extra aecclesiam tale aliquid contingat, non debet haec ratio ei subvenire, qui extra aecclesiam a symoniaco ordinatur, quamvis non symoniacum esse putet, quoniam neque a matre aecclesia offertur[b], neque eius devotio bona est[c], qui extra aecclesiam a quocunque ordinatur. Manifestum est igitur[d] de his, qui intra[e] aecclesiam a symoniacis, quos tamen catholicos esse putant, non symoniace ordinantur, quod[f] eorum ordinatio rata esse debet. Taceant igitur qui a temporibus beati Leonis papae iam sacerdotium in aecclesia defecisse garriunt, eo quod omnes aut symoniaci essent aut a symoniacis ordinati. Similiter autem et de aliis hereticis intellegendum[g] est, quia, si intra aecclesiam ordinati sunt, et catholici[h] esse putantur, quam diu ibi sunt, sacramenta, quae agunt, rata esse debent.

15. Nunc autem illis respondendum est, qui[i], quoniam ipsos sacros ordines non emerunt, se symoniacos non esse contendunt, quamvis aecclesias vel aecclesiarum partes emissent. Sed velim[k] respondeant, si per illam emptionem et venditionem ad sacros ordines pervenerunt, vel si in illis aecclesiis, quas emerunt, per illam emptionem sacra misteria caelebrandi potestatem susceperunt. Si enim ita[l] est, vix se defendere poterunt se symoniacos non esse. Symoniacus enim est qui per pretium ad sacros ordines venire contendit[m]. Symoniacus est et ille qui eam potestatem emere nititur, per quam sancti[n] Spiritus dona prestantur[o]. Hic autem episcopus, qui[p] ante canonicam electionem vel consecrationem non pro sacris ordinibus, ut ipse fingit, sed pro terris et vineis, pro castellis et villis pretium dedit vel promisit, si hoc tali modo episcopus fieri disponebat, per pretium utique ad sacros ordines venire tendebat[q]. Neque enim ideo hoc faciebat, ut ea solummodo quasi laicus possideret, sed potius ut episcopalem dignitatem aliquando per ea[r] haberet. Multo enim instantius hos tales, quam eos qui canonice eliguntur post hanc talem invasionem instare videmus, ut quantotius ad sacros ordines pervenire valeant. Qua in re suam[s] intentionem apertissime manifestant, et quid illa emptio significaverit, ostendunt. Quocunque igitur tempore ad consecrationem veniant, aderit ibi beatus Petrus, qui eis more solito dicat: *Peccunia tua*[t] *tecum sit in perditione, quia existimasti donum Dei peccunia possideri.* Act. 8, 20. Quodsi ad consecrationem non venerint, sed prius penituerint, et illa tam prava existimatione caruerint, dubitari quidem potest, solvi[u] autem facile non potest, an in aliis aecclesiis praeponi[v] aliquando debeant. Considerari tamen convenit id quod beatus Petrus dixit[w] ad Symonem: *Penitentiam,* inquit[x], *age ab hac nequitia tua et roga Deum, si forte remittatur tibi haec cogitatio cordis tui.* ib. 8, 22. Si enim penituisset, fortasse gratis postea habuisset quod[y] prius pretio[z] habere non potuit, quamvis in his verbis apostoli sola peccati remissio significetur. Quod[a] autem de toto episcopatu diximus, id de singulis aecclesiis vel earum[b] partibus intelligimus. Simile namque peccatum est et cum divite et cum paupere fornicari. Qui[a] enim unam aecclesiam vel eius partem emit, quanto[c] libentius, si posset, totum emeret episcopatum? Qui enim aliquam aecclesiam emit[d], illam utique potestatem emit, de qua Symon magus apostolis dicebat: *Date vos michi*[d] *hanc potestatem*[e], *ut cuicunque manus imposuero, accipiat Spiritum sanctum.* ib. 8, 19. Ille enim qui

a) maled. bened. *signis appos. corr.* bened. maled. 1. b) offert 2. c) *deest* 2. d) itaque 1. e) infra *codd.* f) q̄ (= quia) 2. g) intellig. 2. h) catholicis 2. i) quoniam qui *manu recent. numeris* 2. 1 *superscr. corr.* 1. k) velint, *manu recent. in marg. corr.* velim 1. l) ista 2. m) contendunt 2. n) spir. sancti 2. o) pr̄anī c. p) quasi can. 1. q) contendebat 1. r) eā 2. s) apertissime suam intent. 2. t) t. s. ī. p *praebet* 2; tecum *om.* u) s. a. n. p. fac. 2. v) al. prep. deb. 2. w) dic̄ 2. x) inquid 1. y) quam 2. z) per pretium 2. a) Nota *prima manu in marg.* 1. b) partibus earum 2. c) quanto — potest. emit *in inferiore marg. suppl.* 2. d) *deest* 2. e) po. u. c. m. ip. a. *etc. praebet* 2.

aeclesiam emit, priusquam eam[a] emeret, liberam potestatem in ea non habebat vel baptizandi vel sacrificandi vel alia quaelibet misteria caelebrandi; que quidem omnia et dona sunt et operationes Spiritus sancti. Emit igitur illam[b] potestatem, si quidem baptizandi vel sacrificandi potestatem emit, quam utique in illa aeclesia non[c] habebat, priusquam emeret. Sicut enim impium est existimare[d], quod Spiritus sanctus peccunia possideatur, ita et illud existimare[e] impium est, quod eius dona et operationes pretio dari vel exerceri debeant. Sed dicis: 'Ego hanc potestatem, scilicet baptizandi et similia operandi, habebam prius ętiam, quam aeclesiam emissem'. Cur[e] ergo eam emisti? 'Quia non concedebatur mihi[f] haec agere in ea[g] priusquam emissem'. Iam cognosco intentionem tuam, et video illam[h] intentioni Symonis[i] quam maxime convenire. Habebas quidem potestatem, sed nolebas habere otiosam, quoniam aut parum aut nichil tibi conferebat, nisi ubicunque eam exerceres. Nunquam eam emeres, nisi lucrum inde sperares. Haec[k] igitur est intentio Symonis; sic ille[l] faciebat, volebat emere, quod multum se vendere[m] posse sperabat. Neque enim dixit: 'Date michi hanc potestatem, ut habeam Spiritum sanctum'. Sed quid dixit? *Date michi hanc potestatem*[n], *ut, cuicunque manum imposuero, accipiat Spiritum sanctum.* Nulla enim lucrandi spes ei[o] remansisset, si eam solummodo habuisset et dare aliis non potuisset. Similiter autem et tu, si hanc potestatem solummodo habeas et[p] ubi eam lucrative exerceas[q] non habes, nichil tibi videtur esse quod habes. Quomodo ergo symoniacus non es, si in hoc tanto malo Symoni similis es?

16. Haec autem de illis dicta sunt qui post ordinationes aeclesias emunt. Si enim ante ordinationes eas emant, et per illam[r] emptionem[s] ad ordines veniant, symoniaci utique sunt, et maxime illi, qui aeclesiam emendo[t] ad sacros ordines venire contendunt. Si autem non ad ordines ipsos, sed ad aeclesiarum benefitia per pecuniam venire desiderant[u], — multos enim tales videmus qui, postquam aeclesias emunt, ordinari omnino despiciunt — hi quidem non tantum symoniaci, quantum fures et latrones
Ioh. 10, 1. dici videntur: *Qui enim non intrat per hostium*[v], *fur est et latro.* Qui vero per peccuniam intrat, per hostium[v] non intrat, fur est igitur et latro. Sed sive hoc nomine sive illo alio vocentur, aeclesiam tamen tenere non debent: omnes enim vendentes et
cf. Matth. 21, 12. ementes Dominus[w] eiecit de templo. In magno quoque Calcedonensi concilio *constitutum*[x] *est*[1], *ut, si quis quemlibet clericum vel aeclesiae dispensatorem sive ministrum per peccuniam ordinaverit, uterque et*[c] *dans et accipiens deponatur, consentientes vero anathemate feriantur.* Vides igitur, quia non solum clerici, verum ętiam dispensatores de aeclesia eiciuntur, si per peccuniam eam intraverint[y]. Uno igitur eodemque modo de aeclesia eiciuntur omnes qui sacros ordines et qui ipsas aeclesias earumque partes emunt vel vendunt. Cum ergo pęna similis sit, cur de nomine contentio fiat? Sive enim symoniaci dicantur sive non, pęna tamen eadem est. Haec[z] autem ad illam questionem nos respondisse sufficiat, ad quam superius nos responsuros esse promisimus. Pertinent autem ad laudes beati Leonis ętiam ista, cuius instanti admonitione maxima ex parte correcta sunt omnia ista.

a) em. eam 2. b) pot. ill. 2. c) *deest* 2. d) Nota *m.* 1. *in marg.* 1. e) Quur 1. f) mĥ 1; hoc mihi agere in ea 2. g) ĥ p̄s *add., sed del.* 1. h) illa 2. i) Sym. — maxime *om.* 2. k) hec est igitur 2. l) illud 2. m) sp. posse vend. 2. n) p. ut. c. m. īp. a. s. s. *praebet* 2. o) ei *om.* 2. p) *deest* 1. q) non exerceas nichil 1, *ubi* non habes *des.* r) illas 1. s) ordinationes *del., et eadem manu superscr.* emptionem 1. t) emundo 2. u) contendunt 2. v) ostium 2. w) templi *add.* 1. x) est const. 2. y) intravēt 2. z) *quae sequuntur usque ad finem om.* 2.

1) *Concil. Chalcedon. c.* 2, *Mansi t. VI, col.* 1225, *sed non ad verbum.*

BRUNONIS EPISCOPI SIGNINI EPISTOLAE QUATUOR.

EDIDIT

ERNESTUS SACKUR.

Quatuor epistolae, quae deinceps eduntur, omnes eodem fere tempore a. 1111. *Februario mense scriptae sunt, quo Paschalis captus investiturae privilegium imperatori concesserat. Quod quo animo Bruno Signinus tulerit ex eis lucide apparet.*

*Primam et alteram epistolam codex Cassinensis (*1*) nr.* 522, *membr., saec. XII, f.* 4 *et* 5 *servavit. Ex eodem codice eas ediderunt Baronius, Annales XVIII, col.* 215, *Marchesius in Opp. S. Brunonis Ast. t. II, p.* 154 *(Bibl. patr. max. XX, p.* 1738*), Bruno Bruni in Opp. S. Brunonis t. II, p.* 625 *sq.*[1]*, Caravita, 'I codici e le arti a Monte Cassino' t. II (Monte Cassino,* 1870*), p.* 101 *sqq.*[2] *Denuo contulit V. Cl. Kaufmann.*

*Quatuor epistolas omnes continet codex Florentinus bibliothecae Riccardianae (*2*) nr.* 276, *mbr., fol., saec. XV, f.* 221'—222'. *Quartas litteras, cum codex ultimo quaternione careat, non integras servatas esse valde dolemus. Eandem et primam epistolam ex hoc codice publici iuris fecerunt Lami in Catalogo bibl. Riccard. p.* 84. 85 *et Bruno Bruni in Opp. S. Brunonis l. l. Denuo contulit O. Holder-Egger. E. S.*

1. *Bruno episcopus Signinus Petro episcopo Portuensi scribit nullum alium haereticum esse nisi eos qui haeresim defendunt et tenent.*

Petro[a] venerabili Portuensi episcopo Bruno[b] peccator episcopus beati Benedicti servus salutem. Audivimus, quod quidam de fratribus nostris non solum non damnant ea que modo contra sanctam[c] aecclesiam facta sunt, verum etiam satis impudenter defendere conantur. Omnis autem qui heresim defendit hereticus[d] est. Nemo autem hanc non esse heresim dicere potest, quam sancta et apostolica aecclesia in multis conciliis heresim nominavit et simul cum suis auctoribus damnavit et excommunicavit. Et illae[e] quidem specialiter dicuntur esse hereses, quae in conciliis iudicatae et damnatae sunt. Unde et Guibertus[f] non immerito heresiarcha dictus est simulque cum[g] suis sequacibus damnatus et excommunicatus. Quicumque igitur catholicam aecclesiam relinquentes ad partem Guiberti[h] transierunt, et[i] eius impiam heresim defendunt et tenent, eos hereticos excommunicatos et apostolicis vinculis ligatos esse non dubium est. Qui vero excommunicati et ligati sunt neque se ipsos neque alios vel[k] ligare vel solvere possunt.

a) P. 1. b) B. 1. c) *deest;* tra — sunt *in loco raso* 2. d) ereticus, h *antescript.* 2. e) ille 1. f) guibbertus 1. g) sanctis *add., sed del.* 2. h) guibberti 1. i) et eius — tenent *supra lin.* 1. k) *deest* 2.

1) *Cuius editionem repetivit Migne, Patrol. lat. t. CLXV, col.* 1139 *sqq.* 2) *Nonnullas lectiones ab editione Baronii discrepantes ex eodem codice, quem descripsit, dedit F. Thaner, 'Neues Archiv' IV, p.* 404.

[Has[a] litteras misi ego Portuensi episcopo, in quibus nullum alium hereticum esse dixi, nisi eos tantum qui heresim defendunt et tenent. Et eos quidem fugiendos esse iudicavi, etiamsi affectu parentum et oculorum et manuum eos diligamus. Dictum namque fuerat nobis, quod illi qui impii regis proditione capti fuerant, omnes preter paucissimos una et consona voce dicebant[1]: 'Quod predicavimus predicamus; et quod damnavimus damnamus'. Eos autem qui[b] hoc dicunt quis dubitat esse catholicos?]

2. *Bruno episcopus Signinus Paschalem papam admonet, ut privilegium investiturae Heinrico V. concessum condamnet, eique oboedientiam promittit.*

Paschali[c] pontifici Bruno[d] peccator episcopus, beati Benedicti servus, quod tanto domino et patri. Inimici mei dicunt tibi, quia te non diligo et quia de te male loquor, set mentiuntur. Ego enim sic te diligo, sicut patrem et dominum diligere[e] debeo et nullum alium te vivente pontificem habere volo, sicut[f] ego cum multis aliis
Matth.37,38. tibi promisi. Audio tamen Salvatorem nostrum[g] mihi[h] dicentem: *Qui amat patrem*
1.Cor.16,22. *aut matrem plus quam me, non est me dignus.* Unde et apostolus dicit: *Si quis non diligit dominum Iesum, sit anathema maranatha.* Debeo igitur diligere te, sed plus debeo illum diligere[i] qui et te fecit et me. Huic enim tanto amori nichil umquam preferendum est. Fędus[2] autem illud tam fedum, tam violentum, cum tanta proditione factum, tam omni pietati et religioni contrarium, ego non laudo. At vero neque tu, sicut a pluribus referentibus audivi. Quis enim illud laudare potest, in quo[k] fides violatur, aecclesia libertatem amittit, sacerdotium tollitur, unicum et singulare ostium aecclesiae[l] clauditur, aliaque multa ostia aperiuntur, per que quicumque intrat fur est et latro? Habemus canones, habemus sanctorum patrum constitutiones a temporibus apostolorum usque ad te. Via regia incedendum est, neque ab ea in aliquam partem declinandum. Constitutio tua et constitutio apostolorum una est, et ipsa quidem multum laudabilis. Apostoli[3] enim omnes illos damnant et a fidelium communione segregant quicumque per secularem potestatem aecclesiam obtinent[m]. Laici[4] enim quamvis religiosi sint, nullam tamen disponendi aecclesiam habent facultatem. Similiter et constitutio tua, quae de apostolico fonte manavit, omnes illos clericos damnat et a fidelium communione separat quicumque de manu laici investituram suscipiunt et quicumque eis manum imponunt[5]. Hec namque constitutio apostolorum et tua sancta est, catholica est, cui quicumque contradicit catholicus non est. Illi enim soli sunt catholici, qui catholicae aecclesiae fidei et doctrinae non contradicunt. Sicut econtra illi sunt heretici[6] qui catholicae aecclesiae fidei et doctrinae obstinato animo contradicunt. Hanc igitur tuam et apostolorum constitutionem, pater venerabilis, iterum confirma, hanc in tua ecclesia, quae omnibus aecclesiarum caput est palam et cunctis audientibus predica. Et hanc heresim, quam tu ipse heresim esse sepe dixisti, apostolica auctoritate damna, et mox videbis totam ecclesiam tibi esse pacatam; mox omnes videbis ad tuos pedes

a) *reliqua des.* 2. b) quis *ut videtur* 1. c) P. 1. d) B. 1. e) *bis scr., alterum del.* 2. f) sicut — promisi *des.* 2. g) meum 2. h) dic. mihi 2. i) dil. ill. *corr.* ill. dil. 1. k) qua 2. l) eccl. *plerumque* 1. m) *reliqua des.* 2, *spatio mediae partis paginae vacuo relicto.*

1) *Cf. Ivonis epist.* 233. *et* 236. *infra; Schum, 'Die Politik Papst Paschalis II. gegen Heinrich V.' p.* 20; *cf. etiam epistolam Paschalis II. ad Guidonem Viennensem ibid. p.* 88. 2) *Privilegium Heinrico V. a.* 1111, *Febr. concessum dicit.* 3) *Canones apostol. c.* 31, *Mansi I, col.* 52, *Hinschius p.* 29. 4) *Cf. Synodus Rom. a.* 502, *c.* 3, *Mansi VIII, col.* 267; *Thiel I, p.* 688. 5) *Concil. Guastall. a.* 1106, *Mansi XX, col.* 1211; *Concil. Benevent., Ann. Benevent. a.* 1108, *SS. III, p.* 184; *cf. decretum Paschalis II. Benevent., quod Sdralek, 'Wolfenbüttler Fragmente' p.* 138 *edidit.* 6) *Cf. Gotfridi Vindocin. epist. ad Calixtum infra:* Sed sciendum est, quod ille maxime et magis proprie hereticus nominatur, qui fidem Christi, quam accepit, obstinato animo impugnare videtur.

confluentes et cum magna letitia sicut patri et domino obedientes. Miserere ecclesie Dei, miserere sponse Christi. Et per tuam prudentiam suam recuperet libertatem, quam modo per te amisisse videtur. Ego autem illam obligationem et illud iuramentum, de quo iam superius diximus, parvipendo; neque pro eius violatione minus unquam tibi obediens ero.

3. *Bruno episcopus Signinus B. praeposito S. Georgii scribit papam consilium suum non diligere ipsumque vero in sententia sua perseveraturum esse.*

Bruno Signinus episcopus dilectissimo fratri B.[1] praeposito Sancti Georgii et cunctis fratribus, qui cum eo sunt, salutem et benedictionem. Significastis nobis per litteras vestras, quia sancti et venerabiles episcopi Lucensis[2] et Parmensis[3] et sanctarum congregationum magistri Camaldulensis[4] et Vallis-umbrose, nostram voluntatem cognoscere volunt de heresi, quae dicitur de investitura, et si dominus papa nostrum consilium suscepit vel suscepturus[a] est. Primum autem hoc sciatis, quia dominus papa neque me diligit neque consilium meum. Voluntas autem bona mutari non debet. Et ego quidem quod dixi hoc dico et in Gregorii et Urbani sententia firmissime maneo[5], et spero de omnipotentis Dei misericordia, quia in hac voluntate usque in finem permanebo. Misi autem vobis hunc parvum libellum et rogo vos, ut sicut alias litteras nostras supradictis venerabilibus episcopis caeterisque Christi fidelibus ostendistis, ita istas quoque eisdem ostendatis.

4. *Bruno episcopus Signinus episcopis et cardinalibus Romanae ecclesiae exponit quid de investiturae quaestione inter se et Wibertinos distet.*

Episcopis et cardinalibus sanctae Romanae aecclesiae Bruno Signinus episcopus salutem. Iam pridem misi litteras[6] Portuensi episcopo, dilectissimo amico meo, in quibus eos qui heresim defendunt, hereticos esse dixi. Dixi preterea omnes illos hereticos esse qui catholicam aecclesiam relinquentes ad partem Guiberti transierunt et eius impiam heresim defendunt et tenent. Neque vero ad partem Guiberti eos transisse intelligo qui eius heresim nunquam laudaverunt, nunquam defenderunt, et si cogente necessitate vel aliqua alia ratione ad horam consensisse visi fuerint. Haec autem heresis, quae est de investitura, ideo Guiberti et Enrici specialiter esse dicitur, quoniam ad hoc Guibertus ab Enrico rege, immo ab ipso diabolo, papa ordinatus est, ut rex per eum optinere potuisset quod sibi a parentibus suis relictum esse dicebat, investituram scilicet et aecclesiarum ordinationes. Hoc enim erat quod ipse quaerebat, hoc erat quod per Guibertum se obtinere sperabat, hoc erat in quo ipsi a nobis maxime differebant. In aliis enim non multum a nobis differre videbantur. Dampnabant[c] enim et ipsi symoniacos, et[d] alia vitia aspernabantur, sicut et nos. Sed ipsi servitutem, nos aecclesiae libertatem quaerebamus. Quicumque igitur dicit Guibertum hereticum non fuisse[e], negat nos catholicos esse. Catholici enim sunt qui catholicae aecclesiae fidem et doctrinam laudant et defendunt. Sicut econtra heretici sunt qui[f] catholicae aecclesiae fidei et doctrine obstinato animo contradicunt. Quomodo autem contra fidem et doctrinam catholicae aecclesiae ibi malitiose pugnaverunt, in sequentibus ostendemus. Erat inter nos et illos de investitura quaestio non parva. De symoniaca namque heresi, ut iam superius diximus, nulla inter nos et illos quęstio erat, quoniam et a nobis et ab ipsis pariter illa heresis dampnabatur[g]. Insuper et rex ipse plenam nobis securitatem[h] . . .

a) susceptus 2. b) *alio atram., sed eadem manu superscr.* 2. c) Damnabant, *littera* p *erasa* 2. d) sed 2. e) esse *expunct., et alio atram. superscr.* fuisse 2. f) *eadem manu superscr.* 2. g) damnabatur, *littera* p *erasa* 2. h) *syllaba* se *codex finitur; reliqua folia perierunt; in inferiore margine iam legitur* curitatem.

1) *Nescio quis hic sit.* 2) *Rangerius.* 3) *Bernardus Uberti.* 4) *Guido I.* 5) *Cf. Ivonis epist.* 233: De investituris ecclesiarum quas laici faciunt, sententiam praecedentium patrum Gregorii et Urbani, quantum in me est, laudo atque confirmo. 6) *V. epist.* 1.

PLACIDI MONACHI NONANTULANI LIBER DE HONORE ECCLESIAE.

EDIDERUNT

LOTHARIUS DE HEINEMANN ET ERNESTUS SACKUR.

Postquam Heinricus V. imperator, accepto a Paschali II. papa imperatoriae potestatis apice, consecratorem ipsum in artam custodiam tradendo, ut investiturae ius sibi redderetur, coegit, multa hinc inde ab utraque litigantium parte scripta sunt opuscula, quibus hi clericum a laicis investiri canonum praeceptis interdictum esse comprobare studuerunt, illi imperatoriae potestati hoc privilegium iure deberi contenderunt. In quibus ecclesiasticae partis praeco praestantissimus exstitit Placidus monachus, ut videtur, S. Silvestri coenobii Nonantulani in dioecesi Mutinensi siti, de cuius vita nihil amplius cognitum habemus[1].

Librum autem, quem tunc scripsit Placidus de honore ecclesiae, exeunte anno 1111. *compositum esse plurimis indiciis apparet. Nam cum auctor aperte Paschalem papam admoneat, ut privilegium Heinrico imperatori concessum revocet*[2], *haec ante mensem Martium a.* 1112. *scripta necesse est, quo tempore papa publice privilegium illud condemnavit*[3]. *Econtra Placidus Gregorii Catinensis opusculo supra edito iam usus est, quod aestate a.* 1111. *compositum esse demonstravimus*[4]. *Quocum facit, quod in libello nostro Paschalis papa Romam urbem relicturus fuisse aut iam reliquisse*[5] *et Bruno Signinus abbatiam Cassinensem amisisse videtur*[6], *quod auctumno a.* 1111.

1) *Neque episcopi neque prioris munere functum esse recte contendit Kayser, 'Placidus von Nonantula: De honore ecclesiae. Ein Beitrag zur Geschichte des Investiturstreites',* 1888, *p.* 7. 8, *qui a.* 1117. *et* 1123. *inter monachos Nonantulanos Placidum quendam chartis subscripsisse (Tiraboschi, 'Storia dell' aug. badia di Nonantula' II, p.* 228. 234*) refert, quem scriptorem libelli nostri fuisse verisimillimum est, id quod etiam viderat M. Denis (Codices manuscr. biblioth. Vindobon. I,* 2, *col.* 2055*). [Mihi quidem R. Kayser minime persuasit Placidum priorem non fuisse, quippe cum ille neglexerit non Pezium sed Anonymum Mellicensem c.* 115 *auctorem priorem dixisse; neque ad quas Kayser revocat chartas huic testimonio repugnare video. S.]* 2) *C.* 118*; cf. etiam c.* 134 *sq., in quibus Placidus comprobare studuit interdum sacramentum non esse servandum, neque in prava sententia perseverandum.* 3) *Cf. Jaffé, Reg. I, p.* 745. 4) *V. supra p.* 534. 5) *C.* 169*:* Urbanus etiam . . . Qui tamen non cessit, sed patienter ferens *etc. [Hoc vix e verbis allatis coniciendum sit, cum auctor ipse Urbanum Roma egressum esse dixerit vocemque* cessit *ad Urbani constantiam in controversia investiturae praestitam, non ad id referendam esse ex contextu appareat, quod Roma urbe non cesserit. S.]* 6) *C.* 96*:* Quod privilegium *(sc. ut eiusdem monasterii abbas numquam episcopus dioecesanus eligeretur)* ita est illius aecclesiae ut

factum esse constat. Quibus omnibus apparet Placidi opusculum exeunte a. 1111. *esse compositum, ut recte iam Michael Denis l. l. cognovit.*

De auctoribus vero, quibus Placidus in conscribendo volumine usus sit, latius ut disputemus opus est. Ac primum quidem nonnulla opuscula in controversia illa inter regnum et sacerdotium orta inspexit, legit, refutavit. Inter quae Gregorii Catinensis Defensionem orthodoxam primum locum obtinere iam supra diximus. Porro vel Widonis Ferrariensis librum de scismate Hildebrandi vel fontem, ex quo Wido hausit, vel libellum, cuius auctor Widone usus est[1]*, epistolam episcoporum Gallicorum Iosceranno archiepiscopo Lugdunensi a.* 1111. *missam*[2] *et nonnulla huius generis opuscula nunc amissa*[3] *cognita habuit et refellere studuit. Quod ut assequeretur, permagnam copiam sententiarum ex pontificum Romanorum decretis et epistolis haustarum attulit, quae ex perampla canonum collectione nobis etiamnunc ignota mutuatus esse videtur. Quam Burchardi Wormatiensis quae exstat decretorum collectionis fuisse persimilem conicere licet. Praeterea autem Gregorium Nazianzenum, Sulpicium Severum, Ambrosium Mediolanensem, Augustinum, Hieronymum, Gregorium Magnum, Cassiodorium, Isidorum, Regulam sancti Benedicti noster laudat et Cassiodori Historiam tripartitam, Librum pontificalem et Humberti de Silva-Candida opusculum adversus simoniacos scriptum*[4] *in usum suum convertit. Quorum nonnulla, et vix crediderim omnia, non ipsis auctoribus debuit, sed ex decretorum et canonum collectione, quam diximus, hausit. Auctores suos Placidus ipse non semper tamen recte in margine adnotavit.*

Berolini, mense Maio a. 1888. *L. DE HEINEMANN.*

Socius noster L. de Heinemann editionem opusculi Placidi iam perfecerat, cum codice Vindobonensi postea reperto necessarium fieret, ut liber ille retractaretur. Quo labore absoluto lecturos de codicibus adhibitis rationeque, quam secuti sumus, edendi certiores faciamus oportet.

Libelli duae recensiones ad nos venerunt, altera, cuius nonnisi exigua fragmenta uno codice Veneto servata sunt, altera integra, quod sciamus, cuius trium codicum cognitionem habemus. Breviorem autem etiam priorem esse eo liquet, quod capitum catalogus in codice alterius recensionis Admuntensi praemissus ad capita codicis Veneti interdum propius accedit[5]*, quam ad capita eius recensionis, quae codice Admuntensi ipso continetur, necnon in alius codicis Vindobonensis capitulorum indice brevioris recensionis vestigia inveniantur; unde catalogum primo quidem mutatum non esse, cum auctor libellum retractaret, facile tibi persuadeas. Huc accedit, quod nonnulla in codice Veneto melius inter se cohaerent atque conveniunt, quam in amplioribus codicibus*[6]*, in quibus ordinem contextumque postea turbatum esse nemo est quin intellegat. Cum librum suum postea corrigeret augeretque saepius auctor ipse acriora verba certioresque sententias minus expressis substituit*[7]*.*

His igitur signis codices laudavi:

A) Cod. Venetus[8] *bibliothecae S. Marci Cl. IV, nr.* 95, *membr.* 8, *saec. XII, f.* 1—18′, *cap.* 18—59 *medium, quorum tamen numeri desunt, complectens. Contulit V. Cl. H. Simonsfeld.*

communem legem regibus vel abbatibus omnino dare non possit. Non enim, quod uni specialiter conceditur, statim omnibus convenit. *Haec verba ad Brunonis depositionem referenda esse recte Kayser l. l. p.* 37. *censuit. Cf. Jaffé nr.* 6302—6304. 1) *V. Kayser l. l. p.* 49. *et infra p.* 568. 2) *Ibid. p.* 36. 3) *Inter quae unus libellus Paschalem papam defendisse videtur; cf. c.* 70. 78. 118. 142. *et Kayser l. l. p.* 13. *et* 49. 4) *V. c.* 97. 98. 5) *Cf. Kayser l. l. p.* 42. 43. 6) *Kayser p.* 45. 7) *Cf. c.* 37. 56. 8) *Cf. 'Neues Archiv' II, p.* 369; *III, p.* 219.

B 1) *Cod. Vindobonensis nr.* 2235, *saec. XII, membr.*, 8, *qui fol.* 1'—57' *Placidi libellum neque vero plenum continet. Desinit enim media in pagina in cap.* 118. *Praeterea totus quaternio V. excidit. Ceteros quaterniones* (1—4. 6—9 *med.) impari cura etsi eadem manu exaratos esse tituli plerumque deficientes, numeri capitulorum tantum in tertio quaternione neque recte appositi, notae marginales initialesque litterae modo rubris lineis circumdatae vel minio depictae modo hoc ornamento carentes probant. Praemissus est index titulorum, qui cum inscriptionibus ipsis melius concordat quam codicis Admunt. Codex mendis in priore parte praesertim abundat, postea tamen plerumque meliorem textum praebet, qua de causa eum prae ceteris secutus sum. Ipse Berolini contuli. Cf. Tabulae manuscr. in bibl. Vindob. asservator. II, p.* 40.

B 2[a]) *Cod. Admuntensis nr.* 735[1], *membr.* 8°, *saec. XII, f.* 65—115. *Contulit V. Cl. L. de Heinemann. Ex eodem codice, quo iste,*

B 2[b]) *Cod. Gottwicensis hodie deperditus descriptus est, quo nisus Bernardus Pez, 'Thesaurus anecdot.' II,* 2, *col.* 75—180, *editionem suam curavit (cf. Dissertat. isagogic. p.* XXIII).

Cum cod. A paucas tantum partes exhibeat, non hanc recensionem, sed recentiorem fundamenta posui, ita tamen ut si maiores partes discreparent, eas in duas columnas distribuerem, ceteras cod. A. lectiones varias, si maioris momenti erant, signis appositis adnotarem.

Pezii editionem Migne, Patrol. lat. tom. CLXIII, col. 615—690. *repetivit.*

Berolini, mense Ianuario 1890. *E. SACKUR.*

IN[a] NOMINE DOMINI INCIPIT PROLOGUS IN LIBRUM[b] DE HONORE[c] ECCLESIAE[d].

Verbum et sapientia Dei patris, dominus noster Iesus Christus, qui pro aecclesia sua salvanda de caelis descendere dignatus est, eam gratia sui spiritus confirmare et contra omnes hereses lumine verae sapientiae semper illustrare dignatur. Inde est, quod etiam nostris diebus contra perversi dogmatis defensores eam armare et munire non solum eiusdem sancti Spiritus gratia, verum etiam et doctrinis tam veteris quam novi testamenti et sanctorum catholicorum dictis dignatus est. Dicebant enim quidam[2]: 'Aecclesia spiritualis est, et ideo nichil ei terrenarum rerum pertinet, nisi locus tantum, qui consueto nomine aecclesia dicitur[3]. Si quid autem terrenarum rerum desiderant qui ei serviunt, iure[e] aecclesiae optinere non possunt. Nisi enim nos dederimus, episcopi vel clerici nil possidere possunt, exceptis his, quae altari inferuntur, et decimis, et primitiis; nam aliae possessiones nostrae sunt. Igitur episcopatus et abbatias qui desiderant, aut per nos optineant aut nequaquam nostra possideant. Si vero solummodo decimis et primitiis et oblationibus, quae sibi ad altare inferuntur, contenti esse voluerint, eorum in voluntate pendeat; sin autem quae olim data sunt aecclesiae habere desiderant, per nos optineant'. Quam rationem omnes catholici abhorrentes[f], utpote donis sancti Spiritus contrariam, qui non solum spiritualia, sed etiam corporalia aecclesiae suae donare dignatur[g] et per se haec[h] episcopos vult[i] habere, ut qui consecratus est tam parvas quam magnas possessiones, quae Deo sanctificatae sunt, in potestate habeat, se contra tantam impietatem divinis verbis armare curarunt. Tunc etiam[k] ego,

a) In — Domini *des. B* 2. b) libro *B* 1. c) honestate *B* 1. d) *titulus minio scr. codd.* e) iurę *B* 1. f) aborrentes *B* 1. g) dignantur *B* 1. h) oms *B* 1. i) habere vult *B* 2. k) ego etiam *B* 1.

1) *'Archiv' X, p.* 644. 2) *Cf. Widonis Ferrar. l. de scismate Hildebrandi II, Libelli I, p.* 564 *sq. S.* 3) *Eandem opinionem iam Abbo Floriac. in Apologetico (Migne, Patrol. CXXXIX, col.* 466) *refutavit. S.*

omnium christianorum ultimus, sententias sanctorum patrum colligere studens, libellum parvulum pro honore et defensione[a] sanctae matris aecclesiae catholicae edidi, in quo prius de primatu sancti Petri super omnem aecclesiam loquens, consequenter, quid sit aecclesia, et quanti pretii apud Deum habeatur, exposui. Deinde annectere curavi[b], quia non solum spiritualibus, sed etiam corporalibus donis sancta aecclesia honoranda est[c], ideoque recte facere eos qui sui iuris aliquid ei donantes vice Christi eam honorant. Quod confirmantes probamus: quia quod aecclesiae tribuitur Christo utique donatur; quod autem aecclesiae est in potestate praesulum debere consistere sanctorum patrum dictis probantes, pastores ei non ab aliqua potestate terrena, sed electione[d] communi clericorum et laicorum decerni docuimus. Quam electionem iudicio episcoporum firmari oportere monstravimus, nichilque sanctam aecclesiam regibus debere, nisi tantum tributum persolvere. Ubi etiam annectentes de rebus aecclesiae non auferendis, probamus sacrilegos esse qui quod aecclesiae donatum est ei[e] auferre non timent. Ubi etiam et de investitura aecclesiarum, a quibus fieri debeat, demonstrantes, utrum non sui ordinis viro aliquis episcoporum aecclesias subdere debeat, luce clarius demonstrare curavimus[f]. Quod vero sanctus Adrianus[1] vel alii sancti pontifices dicuntur[2] huic rei assensum dedisse, si verum est, quomodo intellegendum sit docentes, hac occasione contra ius divinum fieri non debere monstravimus. Quae omnia testimoniis veteris et novi testamenti probantes, etiam auctoritate canonum et sanctorum patrum dictis firmare curavimus. Quibus verbis exempla sanctorum, qui pro iustitia mori maluerunt quam flecti, annectentes, paucis admonere[g] curamus, ut praesentem pro amore Dei et eius aecclesiae vitam despicientes, mori non timeamus[3], certi, quia pro amore sanctae aecclesiae qui moritur, pro Christo utique, qui pro ea propriam animam posuit, mori probatur. Pro eo autem qui mortuus fuerit, in aeternum vivet. Haec autem omnia testimoniis, ut diximus, tam veteris, quam novi testamenti, et sanctorum patrum dictis probantes, ubi iustum visum est, his sacratissimis verbis, quasi de medio petrarum dantes vocem, etiam nostri aliquid verbo dumtaxat, non sensu addere studuimus. Ex quo autem doctore verba protulimus, eius et nomen et librum deforis annotavimus[h]. Nostra vero, quae nobis gratia divina collata sunt, 'ex ratione' esse signavimus. Pro quibus omnibus non ab hominibus, sed a Christo domino, qui Matth.10,42. pro calice aquae frigidae se mercedem donaturum promisit, in caelesti regno misericordiam exspectantes[i], caritatem Spiritus sancti exoramus, ut labor noster in defensione et honore sanctae matris aecclesiae catholicae, in imitatione antiquorum patrum sanctis praesentis temporis[k] praesulibus et omnibus orthodoxis inanis non sit, sed corroborante nos gratia Spiritus sancti mala respuamus, quae vero bona sunt, firmissime retineamus. Amen.

I.[l] Dominum nostrum Iesum Christum specialius beato Petro sanctam aecclesiam commendasse.
II. Quid sit aecclesia?
III. Quod sancta aecclesia sponsa Christi sit.
IIII. Quod Christus caput[m] aecclesiae, et sancta aecclesia corpus Christi sit.
V. Quod honor sanctae aecclesiae honor Christi sit.

a) ędificatione *B* 1. b) curari *B* 1. c) sit *B* 1. d) electioni *B* 1. 2a? 2b. e) ea *B* 1. f) curamus *B* 2. g) ammon. *B* 2. h) adn. *B* 2a. i) expect. *B* 2a. k) temporibus *B* 1. l) *capitula linea non interrupta scripta sunt, initiali cuiusque capitis littera minio picta; numeri des. B* 1. m) capud *B* 1.

1) *Dicit Hadriani privilegium inter a.* 1084—1087. *fictum; cf. Bernheim, 'Forsch. z. Deutschen Gesch.' XV, p.* 635. *S.* 2) *Primo a Widone Ferrar. l. l. p.* 565. *in medium profertur. S.* 3) *Idem Hildebertus episc. Cenoman. praedicat, cuius epistolas infra edemus. S.*

VI. Quod sancta[a] aecclesia non solum in spiritualibus[b], sed etiam in corporalibus rebus intellegatur[c].
VII. De possessione aecclesiae.
VIII. De eadem re.
VIIII. Item de eadem re.
X. Quod votum Deo sit per omnia solvendum.
XI. Ut laici aecclesiastica non disponant.
XII. Quae poena maneat eis, qui aecclesiasticas res invadunt.
XIII. Quod excommunicandus[d] sit qui aecclesiasticas res invadit.
XIIII. Quid sit proprium sacerdotum et populorum?
XV. De eo, ut potestates terrenae non impediant episcopos.
XVI. De eo, quia principes sub disciplina fidei retinentur.
XVII. De imperatoria lege.
XVIII. Quomodo intellegendum sit: *Reddite quae sunt caesaris cesari, et quae sunt Dei Deo?*
XVIIII. Ammonitio[e] ex his[f] verbis sancti Ambrosii.
XX. Item confirmatio eiusdem rei.
XXI. De episcopis, a quibus ordinari praecipiantur.
XXII. Ad[g] quos proprie electio sacerdotum pertineat.
XXIII. [De[h] eo, quia[i] illi qui contra canones ordinantur episcopi non sunt habendi.]
XXIIII. De eo, quia electio pontificis imperatori minime pertinet.
XXV. De eo, quia concordia omnium in electione requiritur.
XXVI. De eadem re.
XXVII. De eo[k], quia sacri canones imperatoribus electiones episcoporum non tribuunt.
XXVIII. Electus pastor quid regendum susceperit?
XXVIIII. Quod* praedicatores ex euangelio vivere debeant.
XXX. Quod** ecclesiastici viri duplici honore honorandi sint***.
XXXI.[l] Quod episcopi aecclesiasticas res in potestate sua habere debeant.
XXXII. Quia aecclesia etiam[m] terrenas res habere debeat.
XXXIII. Quod res aecclesiasticae ad laicos disponendae non respiciant.
XXXIIII. De eadem re.
XXXV. Admonitio[n], ut[o] bene intellegantur hae sententiae.
XXXVI. Sinodale[p] decretum sancti Simmachi[q] papae[r] de laicis, qui per se aecclesiam ordinare desiderant.
XXXVII. De eo, quia ab electione pontificum non segregantur principes, sed a dominatione.
XXXVIII. Quae sit canonica episcoporum electio[s].
XXXVIIII. De eadem re.

*) Omnium[t] aecclesiarum rerum curam ad episcopum proprie pertinere *B* 2.

**) Ut curam aecclesiasticarum rerum episcopus habeat *B* 2.

***) *Sequitur B* 2: XXXI. Quod episcopus aecclesiasticarum rerum pro dispensatione pauperum habeat potestatem. *Caput ipsum deest B.*

a) sancti *B* 2a. b) spatalib9, *sed* ta *del. B* 2a. c) intelligatur *B* 2a. d) *corr. ex* excommunicandis *B* 2a. e) Qdmonitio, *qui error per rubricatorem* Q *pro* A *scribentem commissus est B* 1. f) *deest B* 2b. g) Qd *B* 1; *v. notam* e. h) *totus titulus deest B* 1. i) qui contra illi can. *B* 2a. k) *superscr. B* 2*a*. l) XXXII *B* 2, *et sic porro*. m) et *B* 2. n) Amon. *B* 2a. o) ut heę sent. b. intell. *B* 2. p) Synod. *B* 2. q) Symm. *B* 2. r) pp *B* 1. 2a. s) ęlectio *B* 1. t) *hoc caput et quae sequuntur cum textu libri non convenire iam observavit B. Pez (Dissert. isag. p. XXIV).*

XL. Non licere imperatoribus episcopos in aecclesiam introducere.
XLI. Quod non debeant officia aecclesiastica pecuniis optineri[a].
XLII. De eo, quia gratia Dei etiam terrena nobis donat[b].
XLIII. De possessione aecclesiae.
XLIIII. De[c] oblationibus parrochiarum[d].
XLV. Quot[e] portiones de reditibus aecclesiae fieri debeant.
XLVI.[f] Quod non debeat umquam aecclesiae tolli quod semel ei donatum est.
XLVII.[f] De rebus terrenis Christo donandis.
XLVIII. De[g] his, qui ea quae sunt donata aecclesiae auferunt.
XLVIIII. Ut omnes aecclesiae cum omnibus, quae possident, in episcopi potestate[h] sint.
L. Ea quae sunt clericorum ad eas aecclesias pertinere, in quibus titulantur.
LI. De eo, quia omnia, quae Deo[i] offeruntur, oblationes appellantur.
LII. Quantum mali[k] sit res aecclesiae tollere.
LIII. [Aecclesiasticas[l] res dona Dei esse.]
LIIII. Quare antiqui patres nominatim non contradixerint[m] investituras aecclesiarum[n] a laicis fieri?
LV. [Ut[l] laici aecclesias nullo modo investire audeant.]
LVI. Quia grave scelus est laicos baculo[o] vel anulo aecclesias investire.
LVII. Contra eos qui dicunt ideo nos[p] hoc docere, ut honor[q] regni minuatur.
LVIII. Ut nostri temporis venerabiles[r] imperatores sequi dignentur exemplum magni Constantini imperatoris.
LVIIII. Exemplum magnae[s] humilitatis Constantini imperatoris.
LX. Exemplum verae[t] humilitatis Valentiniani imperatoris et de electione sancti Ambrosii.
LXI. De eo, quia sanctus Ambrosius Theodosium imperatorem excommunicavit.
LXII. De Martiano imperatore.
LXIII. Exemplum[u] obedientiae Caroli[v] imperatoris.
LXIIII. Ubi Carolus[v] imperator unde ab apostolico ammonitus fuerat emendare[w] promittit.
LXV. De eadem re.
LXVI. Admonitio[x] imperatorum, ut sequantur praecedentium imperatorum exempla.
LXVII. De eadem re.
LXVIII. Quare sanctus Adrianus investiri aecclesias permittere[y] imperatoribus potuit?
LXVIIII. De investitura, quid significet; [et[z] quam grave scelus sit, sanctuarium Dei investiri velle].
LXX. Quia investitura aecclesiarum fieri non debeat.
LXXI. Romano[a] pontifici summo studio procurandum est, ut sanctorum instituta serventur.

a) possideri *B* 1. b) donare *B* 1. c) XLV *B* 2 *(ubi hoc caput in textu deest); caput ipsum tantum A.* d) parrâchiarum *B* 2[a]. e) Quod *B* 2[b]. f) *in marg. add. B* 1[a]. g) De his quę donata s. eccl., qui ea auf. *B* 2. h) sint pot. *B* 1. i) *deest B* 1. k) malum *B* 1. l) *hic titulus deest B* 1. m) contradixer *B* 1. n) eccliç *B* 1. o) vel baculo *B* 1. p) hoc nos *B* 1. q) regni honor *B* 2[b]. r) veri *B* 2[b]. s) uerę *superscr.* magne *B* 2[a]. t) magne *B* 1. u) *titulus in margine superiore suppl. B* 1. v) Karol. *B* 2. w) emendari *B* 1. x) *in cod. B* 2[b] *hic titulus errore post sequentem legitur.* — Qd monitio *B* 1; *v. supra p.* 570, *n.* e; Ammonitio *B* 2. y) imp. perm. *B* 1. z) *verba* et — velle *om. B* 1. a) imperatori *perperam add. B* 1.

LXXII. De eo, quia pro[a] terrenis, quae aecclesia possidet, non debet iuri imperatorum addici.
LXXIII. De eo, quia[b] pastores non tantum animarum, sed etiam corporum curam agere debeant.
LXXIIII. Nullum episcoporum debere aliquam aecclesiam laicis subdere.
LXXV. Exempla, quibus probatur sanctam aecclesiam Romanam maiores Dei aecclesias semper ordinasse.
LXXVI. De excommunicatione et zizaniis.
LXXVII. Quia Dominus ipse excommunicationem praecepit, et[c] quid intersit inter excommunicare et eradicare?
LXXVIII. De excommunicatione, qua intentione fieri debeat.
LXXVIIII. Non posse episcopum vices suas in aecclesiasticis rebus[d] laicis tribuere.
LXXX. Contra adulatores[d*], qui contra canones auctoritatem[e] dare contendunt.
LXXXI.[f] Utrum alicui pro honore terreno aecclesiam ordinare concedendum sit.
LXXXII. Qualiter[g] intellegenda sint quaedam privilegia, quae contra hanc quam defendimus rationem esse videntur.
LXXXIII.[h] Contra eos qui ideo putant iuste[i] competere imperatoribus aecclesias investire, quia nonnulli antiquorum, qui investiti sunt, sancti fuerunt.
LXXXIIII. Vera et certa comprobatio, quia, sicut[k] ille, qui per avariciam pecuniarum ordinatur, simoniacus est, ita[l] et ille, qui per avariciam sublimatur[m], simoniacus[n] certissime comprobetur.
LXXXV. Quanta gloria et honore digni sint sancti[o] sacerdotes?
LXXXVI. Vera comprobatio, quia simoniacus[n] est qui officia aecclesiastica a laicis accipit.
LXXXVII.[p] Quia grave sacrilegium sit auferre aecclesiae quae ei donata sunt.
LXXXVIII. Quod episcopi vices apostolorum in aecclesia habeant.
LXXXVIIII. De temporali virtute sanctae matris aecclesiae.
XC. De officiis aecclesiasticis non vendendis.
XCI. De honore, quem sacerdotibus imperatores exhibere debent.
XCII. De eo, quia regnum terrenum de honore sanctae aecclesiae crevit.
XCIII. Contra eos qui dicunt: 'Tanta donantur aecclesiae, ut regno vix pauca remaneant'.
XCIIII. Quo ordine, sanctis canonibus non contrario, sacerdotium et regnum concordari[q] possit?
XCV. De districtione regum contra symoniacam heresim.
XCVI. De eo, quia privata lex communem legem facere non potest.
XCVII. Quia gratia, nisi gratis accipiatur, non[r] est gratia.
XCVIII. De eo, quia simoniaci[n] peiores sunt, quam Arriani.
XCVIIII. De eo, quia regnum terrenum sanctae aecclesiae servire debet.
C. Qua in re potestatem in aecclesia terreni[s] principes habere debeant?
CI. De Gregorio VII. papa.

a) de *B* 2; *inscriptio autem capitis ipsius hic cum B* 1 *cod. congruit.* b) quod *B* 1. c) et quid inter *vix legi possunt B* 1. d) *deest B* 1. d*) adolatores *B* 2b. e) autoritatem *B* 1. f) *num. deest B* 2a. g) Qualiter — videntur *des. B* 2; *in textu hae ipsae partes exciderunt B* 1; *deest eadem inscriptio B* 2, *immo caput illud inscriptionem accepit per errorem sequentis, quod nunc inscriptione quidem carens, in initio tamen lacunam titulo destinatam praebet. Rectum ordinem ex indice capitulorum cod. B* 1 *restitui.* h) LXXXII *et sic porro, ita ut abhinc numeri cod. B* 2a *cum nostris concordent;* LXXXIII *B* 2b. i) iuste imperatores aecel. *B* 2. k) sicut symoniacus est ille qui per av. pec. ord. *B* 2. l) ite *B* 1. m) sublimitatis ordinatur *B* 1. n) sym. *B* 2a. o) *deest B* 2; *legitur in inscriptione cap.* p) LXXXV, *et qui sequuntur numeri uno semper minores sunt B* 2a. q) concordare *B* 2; *cf. inscr. cap.* r) *ita B* 1 *inscr.*; gratia non est *B* 2. s) *iterum scriptum, sed del. B* 2a.

CII. Quam pure et sancte[a] aecclesiastica officia tractari debeant.
CIII. Quomodo Adrianus papa anathematizavit principes electioni praesulum se inserentes[b].
CIIII. Quare permissum sit imperatoribus aecclesias investire.
CV. Qualiter electio pastoris canonice facienda sit.
CVI. Non debere eligi[c] archiepiscopum sine iussu vel scientia vicariorum domini papae.
CVII. Quod ex iactantia cordis desiderium primatus nascatur.
CVIII. Quod clerus et plebs sacerdotem sibi eligere debeant.
CVIIII. Ut[d] personarum acceptio[e] in sacris honoribus dandis non fiat[f].
CX. Quod non sint veri episcopi, qui per ambitionem ordinantur.
CXI. De[g] eo quia humiles ad sacrum ordinem provehendi sunt.
CXII. Quam grave sit aliqua fraudulentia sacrum ordinem temerare.
CXIII. Quia difficile bono exitu consummantur[h] quae male inchoata sunt.
CXIIII. Quod[i] haec sacra verba demonstrent.
CXV. Quam grave sit praerogativam sacerdotii[k] ambitione quaerere, et qua penitentia illi subveniatur.
CXVI. De principibus sanctae aecclesiae catholicae*.
CXVII. Exemplum de vita sancti Martini, ubi ostenditur, quantam reverentiam terreni principes etiam in terrenis rebus sacerdotibus habere debent[l].
CXVIII. Quanta mala de potestate laicorum in aecclesia[m] nata sint?
CXVIIII. Exhortatio, ut in bono[n], quod ceptum[o] est, perseveretur, malum vero omnimodis emendetur, et de statere in ore piscis invento.
CXX. De eo, quod populus[p] ad voluntatem Dei implendam cogendus est.
CXXI. De eo, quia prava sententia emendanda est.
CXXII. Quia cum magno studio[q] perversis resistere debemus, et Deum[r] magis timere quam hominem.
CXXIII. De eadem re.
CXXIIII. Item de eadem re.
CXXV. De eadem re.
CXXVI. De eadem re**.
CXXVII. De eadem re[s].
CXXVIII. Quia nichil[t] pretiosius[u] nobis debet esse, quam veritas.
CXXVIIII. Alios ab errore revocandos.
CXXX. De eadem re.
CXXXI. Quia[v] pro amore Dei perversorum odia contra nos excitare debemus[p].
CXXXII. Quia[v] bonum sit emendare, quod male protulimus.

*) *B* 2 *hic titulus sequitur:* CXVII. De eo, quia consuetudo quae temporibus sancti Gregorii Romanae aecclesiae inerat, non praeiudicat canonicae rationi. *Capitulum ipsum in textu desideratur.*

**) *B* 1 *add.:* Item de eadem re. Item de eadem re. De eadem re.

a) sanctę *B* 1. b) iferentes *B* 1; immiscentes *B* 2[b]. c) *corr. ex* elegi *B* 2[a]. d) *hic titulus obtinet num. CXI. post c. CX. B* 2. e) actio *B* 1. f) *ex textu hic supplendus est titulus in indice omissus:* Ut nullum habeat locum in aecclesiasticis officiis pecunia. g) *caput ipsum codd. B classis deest.* h) consumpt[2] *B* 1. i) Quid *B* 1; Ad *B* 2; *discrepat titulus in textu B.* k) sacerdotum *B* 1. l) debeant *B* 1. m) ecclesia fiant *B* 1. n) bono persev. q. cept. est *B* 1. o) inceptum *B* 2[b]. p) *deest B* 1. q) *deest B* 2[a]. r) D. m. q. h. tim. *B* 1. s) *deest in indice titulus:* Deum timentem nichil praesumere contra sanctorum patrum instituta. t) nil *B* 1. u) precios. *B* 2. v) *hoc et sequens capita in textu des. B* 2; *aliud ita inscriptum:* De eadem re *post c. CXXX. legitur.*

CXXXIII. Quid agendum sit, quando ita concludimur, ut sine peccato evadere[a] non possimus.

CXXXIIII. De eadem re.

CXXXV. Non esse faciendum malum, quod[b] iuramento promisimus.

CXXXVI. De eo, quia pro nostro honore maculam sacro ordini non debemus inferre.

CXXXVII. Quid agendum sit, quando turbatur aecclesia.

CXXXVIII. De eo, quia in prava sententia perseverare non debemus.

CXXXVIIII. Quia non solum nobis, sed etiam imperatori[c] praestamus[d], si ei ad malum non consentimus.

CXL. De[e] eo, quia aecclesia Dei, id est hereditas Christi, imperatori tradi non debet.

CXLI. Contra eos qui dicunt contra imperatorem nos facere, quia praedicamus aecclesiasticas res sine eius investitura pastores possidere debere.

CXLII. Item confirmatio eiusdem sententiae.

CXLIII. Contra eos, qui dicunt in potestate Romani pontificis esse, aecclesias Dei imperatoribus tradere.

CXLIIII. Hic[f] ostenditur falsum esse quod quidam dicunt: 'Omnia terrena imperatoris[g] sunt'.

CXLV. De eo, quia sacerdotes seditionem[h] populi excitare non debent; si vero pro iusticia, quam praedicant, excitata fuerit, non eis esse[i] asscribendum.

CXLVI. Exaggeratio huius sententiae, et[k] quam grave sit aecclesiam tradere.

CXLVII. De eo, quia tam graves temptationes non uni homini, sed universae aecclesiae fiant, et quia in divinis nullum ius imperator[c] habeat.

CXLVIII. Quam firmus in his sacris sententiis beatus Ambrosius[l] fuerit.

CXLVIIII. Exortatio[m], ut sic serviatur imperatori, ut Deus non offendatur.

CL. De eo, quia non tantum vasa altaris sacra[n] sunt, sed etiam omnia quae Deo offeruntur.

CLI. De eadem re.

CLII. Vera comprobatio, quia sicut minima, ita et maiora, quae Deo offeruntur, aecclesiae iure competunt[o].

CLIII. Contra eos qui dicunt: 'Terrena aecclesiae imperatoris sunt, et nisi pastores de manu eius accipiant, ea habere non debent'.

CLIIII. Quia episcopi vel abbates per suos fideles de magnis possessionibus, quas possident, servire imperatoribus debent.

CLV. Contra eos qui dicunt: 'Ideo imperatores aecclesiam investire, quia sacrati sunt'.

CLVI. Contra eos qui dicunt: 'Spiritualia episcopis pertinent, secularia [vero[p]] nequaquam'.

CLVII. Constitutio Theodosii[q] imperatoris.

CLVIII. Diversa praecepta legum eadem firmantium[r], quae et sacri canones.

CLVIIII. Quid observandum[s] sit in ordinatione episcopi[k]?

CLX. Quia quod sanctis locis datum est firmiter eis permanere debet[t].

CLXI. Item de eadem re.

a) *corr. ex* evandere *B* 1. b) q̄ *B* 1. c) inper. *B* 1. d) p̄ramus *B* 1. e) Quia Christi hereditas imperatori *etc. B* 1. f) Sic *B* 2b. g) esse imperatoris *B* 1. h) excit. sed pop. n. d. *B* 1. i) ascrib. esse *B* 1. k) *deest B* 1. l) aug̃ *B* 1. m) *corr. ex* Exor. *B* 2a. n) sacrata *B* 1. o) competant *B* 2b. p) *deest B* 1; *cf. titulum capitis ipsius.* q) theodii *B* 1. r) firmantia *B* 1. s) ops. *B* 2a. t) *corr. ex* debent *B* 2a.

CLXII. De hereditate in nomine Christi relicta.
CLXIII. De hereditate relicta martyribus.
CLXIIII. Res episcopi in ius aecclesiae legaliter devenire.
CLXV. Res aecclesiae firmiter permansuras.
CLXVI. De episcopis pro rebus aecclesiae exactione non constringendis.
CLXVII. Quid agere debeat imperator, si commutare voluerit cum aecclesia.
CLXVIII. De reverentia imperatorum in clericos.
CLXVIIII. Exempla sanctorum, quibus pro veritate usque ad mortem certare plenissime admonemur[a].
CLXX. Adhortatio, ut pro his sacris dogmatibus Deo nos corroborante usque ad mortem certemus.

INCIPIT LIBER PLACIDI[b] MONACHI DE HONORE SANCTAE CATHOLICAE ET APOSTOLICAE AECCLESIAE.

I. Dominum nostrum Iesum Christum specialius beato Petro sanctam aecclesiam commendasse.

Cunctis fidelibus liquet ovilis dominici curam beato Petro apostolo ab ipso Domino commendatam. Nam cum resurrexisset a mortuis, et suis discipulis veritatem suae resurrectionis non solum videndo, sed etiam convescendo ostenderet, inter alia ait beato Petro: *Symon Iohannis, diligis me plus his?* Quo respondente: *Tu scis, Domine, quia amo te,* ait ei Dominus: *Pasce oves meas.* Hoc semel, hoc bis, hoc etiam tercio ei indicens, scilicet ut amorem, quo se[d] eum diligere fatebatur, in pascendis ovibus eius ostenderet. Cui etiam ad passionem vadens[e] dixerat: *Symon, ecce satanas expetivit vos, ut cribraret sicut triticum: ego autem rogavi pro te, ut non deficiat fides tua; et tu aliquando conversus confirma fratres tuos.* Cui etiam antea dixerat: *Tu es Petrus, et super hanc petram aedificabo aecclesiam meam.* In quibus verbis, ut omnibus sanctis doctoribus verissime visum est, specialis quaedam praerogativa in sancta aecclesia custodienda beato Petro iniungitur. Et quamvis omnes apostoli pastores sint[f], praesertim qui ab ipso Domino audierunt: *Vos estis lux mundi.* Et item[g]: *Ego elegi vos de mundo, ut eatis et fructum afferatis, et fructus vester maneat.* Et item[g]: *Euntes docete omnes gentes.* Et rursum die resurrectionis eis apparens ait: *Quorum remiseritis peccata, remittentur*[h] *eis;* tamen propter unitatis vinculum artius[i] commendandum[k] specialius beato Petro aecclesiae cura committitur.

Evangelium[c] Iohannis. 1. Ioh. 21, 15. Luc. 22, 31. 32. Matth. 16, 18. Ib. 5, 14. Ioh. 15, 16. Matth. 18, 19. Ioh. 20, 23.

II. Quid sit aecclesia?

Ex[l] ratione.

Aecclesiam esse congregationem fidelium vel potius convocationem notissimum est. Unde beatus Augustinus ait[1]: *Dominus Iesus Christus aedificat domum suam. Domus autem Dei est populus Dei, id est aecclesia Dei. Quid est domus Dei? Templum Dei. Et quid dicit apostolus: 'Templum enim Dei sanctum est, quod estis vos'. Omnes autem fideles, quae est domus Dei, non solum qui modo sunt, sed et qui ante nos fuerunt, et iam dormierunt, et qui post nos futuri sunt, adhuc qui nasci habent in rebus humanis usque in finem, congregati in unum, fideles innumerabiles, sed Deo numerati. De quibus dicit apostolus: 'Novit Dominus, qui sunt eius'; grana illa, quae modo gemunt inter paleam, quae massam unam factura sunt, quando area in fine*[m] *fuerit ventilata. Omnis ergo numerus fidelium sanctorum ex hominibus*

Augustinus in expositione psalmi CXXVI. 1. Cor. 3, 17. 2. Tim. 2, 19. cf. Matth. 3, 12.

a) amm. *B* 2[a]. b) Plac. mon. *des. B* 1. c) Euangelista Iohannes *B* 2. d) eum se *B* 2[b]. e) vad. ad pass. *B* 2. f) s[i] *B* 1. g) iterum *B* 2. h) remittuntur *B* 2[b]. i) acrius *B* 2. k) *corr. ex* commendando *B* 1. l) Ratio *B; sed cum A postea semper* Ex ratione *praebeat, atque auctor ipse se* ex ratione *scripsisse dicat, ut supra semper correxi.* m) finem *B* 1.

1) *Enarr. in ps. CXXVI, c.* 3, *Opp. ed. Bened. IV, col.* 1429.

commutandorum, ut fiant aequales angelis Dei, adiunctis[a] *etiam*[b] *ipsis angelis, qui modo non peregrinantur, sed exspectant nos, quando a peregrinatione redeamus, omnes simul unam domum*[c] *Dei faciunt, et unam civitatem. Ipsa est Hierusalem*[d]*, id est aecclesia sancta Dei.*

III. Quia[e] sancta aecclesia sponsa Christi sit.

Os. 2, 19. 20. Osea propheta[f].

Sanctae aecclesiae Dominus per prophetam promittit dicens: *Et sponsabo te mihi in sempiternum, et sponsabo te mihi in iusticia et iudicio et in misericordia et miserationibus, et sponsabo te mihi in fide, et scies, quia ego Dominus.* Unde etiam et

2. Cor. 11, 12. beatus apostolus loquens aecclesiae ait: *Despondi vos uni viro virginem castam exhibere Christo.* Et psalmista ait: *Uxor tua sicut vitis*[g] *fertilis.*

Ps. 127, 3.

Augustinus[h] in expositione psalmi CXXVII.

Quod exponens sanctus[i] Augustinus dicit: *'Uxor tua' Christo dicitur; ergo uxor eius aecclesia est. Non sine causa ipsa coniunx de latere facta est viro dormiente*[k] *Eva, quia facta est moriente Christo aecclesia. Et illa de latere viri cum costa detracta est; et ista de latere viri, quando latus lancea percussum est, et sacramenta, unde aecclesia formaretur, profluxerunt.*

Ps. 127, 3.

IIII. Quod[l] Christus caput aecclesiae, et sancta aecclesia corpus Christi sit.

Paulus. Eph. 1, 22. 23.

Beatus Paulus apostolus loquens de Domino ait: *Deus pater omnia subiecit sub pedibus Christi, et ipsum dedit caput supra omni aecclesia, quae est corpus ipsius, plenitudo eius, qui omnia in omnibus adimpletur.* Qui iterum de Christo ait: *Omnia*

Col. 1, 17. 18. *in ipso constant, et ipse est caput corporis aecclesiae.* Unde etiam ipse Dominus per

Ysaya[m]. Is. 61, 10. prophetam dicit: *Induit me Dominus vestimento salutis, et indumento laeticiae circumdedit me, quasi sponsum decoratum corona, et quasi sponsam ornatam monilibus suis.*

V. Quod honor sanctae aecclesiae honor Christi sit.

Ex ratione.

Apparet liquido, quia cum Christus caput aecclesiae sit, et sancta aecclesia corpus Redemptoris sui, his sacris testimoniis comprobetur, qui eam honorat, honorat et[n] Christum, et qui eam spernit, spernit et Christum. Non solum autem[o] haec in divinis rebus, ubi est fons verae caritatis, ratione veritatis ostenditur, sed etiam humano modo istud considerare possumus, quia quisquis sponsam alicuius honori vel despectui habet, hoc ipsi[p] sponsus verissime fieri clamat. Sed tamen et[o] huic apertae rationi testimonium divinum suffragari demonstremus. Dixit[q] enim ipse Dominus sanctis suis:

Luc. 10, 16. *Qui vos honorat, me honorat, et qui vos spernit, me spernit.*

VI. Quod sancta[r] aecclesia non solum in spiritualibus, sed etiam[o] et in corporalibus rebus intellegatur[s].

Ex[t] ratione.

Sanctam aecclesiam spiritualem esse et spiritualibus donis ditari manifestum est. Inde est, quod gratia septiformis Spiritus semper illustratur, et spirituales Deo filios cottidie[u] generat. Sed tamen et corporalibus rebus honorifice eam venerari sancti patres studiose sanxisse sacratissima eorum institutio aperte testatur. Nam ut honor Dei exinde amplius cresceret[v], non solum tantum in corde nos Deum venerari, sed etiam in eius honore templa nos fabricare docuerunt, ubi populus conveniens Domini

a) adiuncti etiam ipsi *Aug.* b) et *B* 2. c) *ita Aug. B* 2[b]; Dei dom. *B* 1. 2. d) Ierusalem *B* 2[b]. e) *titulus deest B* 1. f) ph̄ *B* 1. g) vinea *B* 2. h) Aug. — CCXXVII *des. B* 2. i) et *B* 1. k) dormienti *B* 1. l) *titulus, cuius vestigia adhuc cernuntur, erasus est B* 1. m) Isayas *B* 2[a]; Isaias *B* 2[b]. n) et Chr. hon. *B* 1. o) *deest B* 2[b]. p) sibi *B* 2. q) Ait *B* 2. r) *ita B* 1. s) intellig. *B* 2[b]. t) ratio *B* 2. u) cotidie *B* 2. v) crescere *B* 1.

1) *Enarr. in ps. CXXVII, o.* 11, *l. l. col.* 1442.

praecepta audiret[a] et Deum[b] invisibilibus misteriis coleret, ubi Deum iugiter laudaremus, ubi eius corpus et sanguis per ministerium sacerdotum ineffabili Spiritus sanctificatione cottidie[c] sumeretur, ubi sacrum chrisma conficeretur, ubi per adoptionem in baptismo Dei filii efficeremur. Qui locus etiam aecclesia nuncupari institutus est, ideo videlicet, quia fidelem populum ibi in honore Dei congregari sancitum[d] est[1]. Attestatur huic rei beatissimus et praeclarus doctor Ambrosius Mediolanensis aecclesiae archiepiscopus, in ymno[f], quem in dedicatione aecclesiae fecit, taliter[g] Domino dicens[2]: Ex dictis sancti[e] Ambrosii.

Haec domus rite tibi dedicata
Noscitur, in qua populus sacratum
Corpus assumit, bibit et beatum[h]
Sanguinis haustum.
Hic sacrosancti latices veternas
Diluunt culpas perimuntque noxas,
Chrismate vero genus[i] *ut creetur*
Christicolarum.
Hic locus nempe vocitatur aula
Regis inmensi[k]*, niveaque caeli*
Porta, quae vitae[l] *patriam petentes*
Accipit omnes.

Unde factum est, ut multi fidelium se suasque res Deo tradere volentes aecclesiae, videlicet sponsae Christi, hoc vice Dei cum magna cordis humilitate donarent. Alii etiam in iure proprio aecclesias et monasteria facientes, servis Dei ibi[m] Deo servientibus omnia sua fideliter tradiderunt[n], ita se veraciter implere credentes, quod Dominus ait: *Vende omnia quae habes, et da pauperibus, et veni, sequere me.* Cui rei omnes piissimi imperatores, Constantinus videlicet primus Romanorum imperatorum[o] Christo credens, Theodosius etiam et Iustinianus[p] cum multis aliis christianis imperatoribus robur et firmitatem imperialem conferentes, firmare et stabilire ad honorem Christi curarunt. Matth. 19, 21.

VII. De possessione aecclesiae.

Quod semel aecclesiae datum est in perpetuum Christi est, nec aliquo modo alienari a possessione aecclesiae potest in tantum, ut etiam idem ipse fabricator aecclesiae, postquam eam Deo voverit et consecrari fecerit, in ea deinceps nullum ius habere possit. Non enim per eum ordinari, non investiri ulterius potest. Testatur haec non solum novi, sed etiam veteris instrumenti sacratissima[q] scriptura. Quae igitur aecclesiae dantur, ideo, ut omnibus notum est, ei donantur, ut pauperes Christi inde alantur, utque servientes Deo in sacrario habeant unde pascantur, ut videlicet[r] contemplationi divinae et eius assiduae laudationi sine seculi huius sollicitudine devotissime semper intenti, adherere Deo iugiter possint. Illis namque[s] qui aecclesiae suae sumptus praebent, id est sanctis pauperibus in hoc seculo ministrant, Dominus ait: *Facite vobis amicos de mamona*[u] *iniquitatis, ut, cum defeceritis, recipiant vos in aeterna tabernacula. Thesaurizate vobis thesauros*[v] *in caelo, ubi nec erugo nec tinea demolitur.* Quantum autem malum[w] sit, quod semel Deo datur, iterum aliquo ingenio velle auferre, idem ipse demonstrat dicens: *Nemo mittens manum suam in aratrum*[x]*, et respiciens*[y] *retro* Ex ratione[p*]. Euangelium[t]. Luc. 16, 9. Matth. 6, 20. Luc. 9, 62.

a) audire *B* 1. b) dm̄ *B* 1. c) cotidie *B* 2. d) sanctitum *B* 1. e) *deest B* 2[b]. f) hymno *B* 2. g) concini dicens *B* 1. h) beati *Ambr.* i) ut creetur genus *B* 2[b]. k) aeterni *Ambr.* l) sanctos *Ambr.* m) Deo ibi *B* 2[b]. n) traderent *B* 1. o) imperator *B* 2. p) *corr. ex* Iustianus *B* 2[a]. p*) Ratio *codd.* q) Testantur . . . sacratissimae scripturae *B* 2[b]. r) scilicet *B* 2. s) utique *B* 2. t) *deest B* 1. 2[a]. u) mammona *B* 2. v) thaes. *B* 2[a]. w) mali *B* 2. x) aratro *B* 1. y) aspiciens *B* 2.

1) *Cf. supra c.* 2. 2) *Hymnus LXXVII. De dedicatione ecclesiae ap. Migne, Patrol. lat. XVII, col.* 1257. *S.*

Actuum[a] apostolorum. cf. Act. 9.

aptus est regno Dei. Unde etiam et[b] in Actibus apostolorum Anania et Saphira, qui quod[c] Deo voverant occulte auferre conati sunt, increpatione beati Petri apostoli morti traditi sunt. Ubi etiam cum gravi timore pensandum est, qua poena multandi[d] sint qui non solum sua Deo non tribuunt, verum etiam oblata ab aliis auferre non timent; si mortis sententiam meruerunt qui non aliena[e], sed sua, quae iam Deo voverant, contra eius sacrum institutum auferre conabantur.

VIII. De eadem re.

Ex Deuteronomio.* *23, 21.

Quia igitur novi testamenti sententiam protulimus, proferamus et veteris. De hac enim re ita sanctus Moyses legislator sententiam protulit dicens[f]: *Cum voveris votum domino Deo tuo, non tardabis reddere, quia requirit illud dominus Deus tuus.*

ib. 22, 23.

Et si moratus fueris, reputabit tibi in peccatum. Si nolueris polliceri, absque peccato eris. Quod autem semel egressum[g] est de labiis tuis, observabis et facies, sicut promisisti domino Deo tuo, et propria voluntate ex ore tuo locutus es.

VIIII. Item[h] de eadem re.

In[i] Exodo.

Qui etiam et cum praeciperet decimas et primitias, et vota spontanea Deo offerenda, praecepit[k] insuper, ut quod semel quis optulit Deo, subtrahendi vel mutandi ulterius non haberet[l] potestatem. Quod si fecerit, et quod prius vovit et quod postea mutavit, in ius Domini venire manifestissime decrevit. Quae autem Domino dabantur sacerdotum fuisse notissimum est, quibus etiam urbes et suburbana donata sunt. Quae omnia sine alicuius controversia legitime possidebant.

X. Quod votum Deo sit per omnia solvendum[m].

Ps. 75, 12.

Vovere nos Domino vota et reddere, etiam psalmista admonet[n] dicens: *Vovete et reddite domino Deo vestro[o] omnes, qui in circuitu eius offertis munera.*

Augustinus in expositione psalmi LXXV.

Quod exponens sanctus pater[p] Augustinus ait[1]: *Fratres mei, quis quod potest voveat et reddat. Ne voveatis, et non reddatis. Quid autem debemus vovere? Credere in illum, sperare in illo, bene vivere, mala non facere. Haec autem communia omnibus. Deinde quidam vovent castitatem, alii[q] virginitatem, alii domum suam esse hospitalem omnibus sanctis advenientibus; magnum votum vovent. Alius vovet relinquere[r] sua omnia, distributa pauperibus, et ire in communem vitam et in societatem sanctorum. Magnum votum vovit. Attendat tantum, ut quod vovit, Deo adiuvante, reddere studeat.*

Ex[s] sermone sancti Augustini ad populum.

De hac re iterum sanctus Augustinus[2] ait principibus et populis christianis: *Hortamur christianitatem vestram, ut iuxta sanctorum canonum instituta nec[t] aecclesiis a vobis fundatis aliunde veniens presbyter suscipiatur, nisi a vestrae[u] fuerit aecclesiae episcopo consecratus aut ab eo per commendaticias literas suscipiatur.*

XI. Ut laici aecclesiastica non disponant.

Ex[v] registro sancti Gregorii papae primi.

Rationis[3] *ordo non patitur, ut res monasteriorum vel aliarum aecclesiarum ad arbitrium suum[p] laica persona vendicare[w] debeat.*

a) Actus apost. *paulo inferius B* 2[b]. b) et in *des. B* 1. c) *iterum scr., sed del. B* 1[a]. d) multari habent *B* 2. e) aligena *B* 1. f) inquiens *B* 2. g) ęgressum *B* 1. h) Item *deest B* 1. i) In *deest B* 1. k) cepit *atramenti litura coopertum; posteriore manu restitutum:* p̄cipit. l) habeat *B* 2[b]. m) persolvendum *B* 2; *cf. autem indicem titulorum supra p.* 570. n) amm. *B* 2[a]. o) *superscr. B* 2[a]. p) *deest B* 1. q) al. virg. *des. B* 2[b]. r) *ita Aug. B* 2; linquere *B* 1. s) Ex — pop. *alia m. iterum in marg. add. B* 2[a]. t) nęc *B* 1. u) vestrę ecclesię fuerit *B* 1. v) Ex reg̃ gg̃ *etc. B* 1. w) vind. *B* 2.

1) *Enarr. in ps. LXXV, c.* 16, *Opp. IV, col.* 801. 2) *Dist. LXXI, c.* 8; *in citato Augustini libro hic locus non invenitur; cf. Kayser l. l. p.* 58. 3) *Ep. VIII, (30)* 31, *Opp. II, col.* 920, *Epp. IV, p.* 32; *Jaffé* 1519, *sed non ad verbum.*

XII. Quae poena[a] maneat eis[b] qui aecclesiasticas res invadunt.

Si quis regum, sacerdotum, iudicum atque secularium personarum res aecclesiarum iniuste ab aecclesiis alienare praesumpserit, potestatis[d] *et honoris sui dignitate careat et reum se in divino iudicio cognoscat. Et nisi ea quae abstulit*[e] *restituerit, vel digna penitentia acta defleverit, a sacratissimo corpore et sanguine domini nostri Iesu Christi alienabitur et in aeterno examine districtae ultioni subiaceat*[f]*. Conservantibus autem haec*[g] *sit*[h] *pax, et benedictio domini nostri*[i] *Iesu Christi*[i] *servet*[k] *eos in aeternum.*

Ex[c] registro sancti Gregorii papae primi[l].

XIII. Quod excommunicandus[l] sit qui aecclesiasticas res invadit[m].

Quicunque[2] *militum vel cuiuscunque ordinis vel professionis persona praedia aecclesiastica, a quocunque rege seu seculari principe, vel ab episcopis invitis seu abbatibus aut ab aliquibus aecclesiarum rectoribus suscepit vel susceperit vel invasit, vel etiam eorundem rectorum depravato seu vitioso*[q] *consensu tenuerit, nisi eadem praedia aeccclesiis restituerit, excommunicationi subiaceat.*

Ex[n] concilio Romano tempore[o] Gregorii VII. papae[p].

XIIII. Quid sit proprium sacerdotum et populorum.

Vestrum[3]*, qui legatione Domini fungimini, o sacerdotes, est docere populos, eorum vero est vobis obedire ut Deo.*

Ex[n] epistola sancti[r] Clementis papae.

XV. De eo, ut potestates terrenae non impediant episcopos.

Nullus[4] *comes nullusque iudex, nullus omnino in clericatu vel seculari habitu constitutus, legationem episcoporum impediat vel conturbare praesumat.*

Ex[n] epistola Alexandripapae.

XVI. De eo, quia principes sub disciplina fidei retinentur.

Sub[5] *regiminis*[s] *disciplina seculi potestates subiectae sunt, et quamvis culmine regni sint praediti, vinculo tamen fidei teneantur adstricti*[v]*, ut quae Christi sunt praedicent*[w]*, et quae praedicant operibus monstrent.*

Ex[t] dictis sancti Ysidori episcopi[u].

XVII. De imperatoria lege.

Lex[6] *imperatorum non est supra legem Dei, sed subtus.*

Ex[x] decreto Pii papae cap.[y] V.

XVIII. Quomodo intelligendum sit[z]: *Reddite quae sunt cesaris cesari et quae sunt*[a] *Dei Deo.*

Multi invidiam nobis inferunt dicentes nos iniuste facere, quia praedicamus imperatorem in aecclesia nullum[c] ius debere querere et non solum eam investire, sed ne aliquo modo ei dominari debere. Dicunt enim, quia Christus ipse tributum reddidit et, cum ei denarius ostenderetur, ait: *Reddite quae sunt caesaris caesari et quae sunt* Matth. 22, 21.

Ex ratione[b].

a) m. p. *corr.* p. m. *B* 2[a]. b) his *B* 1. c) Ex reg̃ gg̃ p̄p̄ *B* 1; Ex — pr. *alia manu iterum in marg. add. B* 2[a]. d) suae *add. B* 2[b]. e) abstulerit *B* 1. f) *ita Greg. B* 2[b]; subiacebit *B* 1. 2[a]. g) *deest B* 2[a]. h) fit *B* 1. i) *deest B* 2. k) r̃ *B* 1; *deest Greg.* l) excōmuñ *B* 1. m) invadunt *B* 1. n) Ex — p. *iterum alia m. in marg. add. B* 2[a]. o) INP̄R *B* 1. p) *deest B* 2[b]. q) vic. *B* 2[a]. r) *deest B* 1. s) disc. reg. *B* 1. t) S. Ysydori *iterum in marg. alia m. add. B* 2[a]; Isidori *B* 2[b]. u) episc. *deest B* 1. v) astr. *B* 2[a]. w) p̄dicnt̃ *B* 1. x) Ex — c. V. *iterum in marg. al. m. add. B* 2[a]. y) c. V *des. B* 2[b]. z) *hic incipit A.* a) *deest B* 1. b) Ratio *B*; *iterum in marg. alia m. add. B* 2[a]. c) nullus *B* 2[a].

1) *Gregorii Magni Ep. XVI*, 8, *Opp. II, col.* 1223; *Jaffé* 1875. *Locum laudat Gregorius VII, Jaffé, Biblioth. II,* 456; *cf. Libelli I, p.* 495, *n.* 8. 2) *Conc. Romanum a.* 1078, *c.* 1; *Jaffé, Bibl. II, p.* 332. 3) *Clementis I. Epist. c.* 57, *ed. Hinschius p.* 53. 4) *Alexandri I. papae Epist. c.* 13, *ed. Hinschius p.* 102. 5) *Isid. Hisp. Sent. III, c.* 51, *Opp. ed. Arevalus VI, p.* 343. 6) *Cf. Ambrosii epist.* 21, § 10 *(ed. Bened. II, col.* 861*)*: legem enim tuam nollem esse supra Dei legem; *Dist. X, c.* 1.

Dei Deo. Quod non esse ita intelligendum, ut aecclesia imperatori subdatur, testatur[b] sanctus Ambrosius dicens[1]: *Solvimus*[c] *quae sunt caesaris caesari et quae sunt Dei Deo. Tributum caesaris est, non negatur; aecclesia Dei est, caesari utique non debet addici, quia ius caesaris*[d] *esse non potest templum Dei. Quod cum honorificentia imperatoris dictum nemo potest negare. Quid enim honorificentius quam ut imperator aecclesiae filius esse dicatur? Quod cum dicitur, sine peccato dicitur, cum gratia dicitur. Imperator enim intra aecclesiam, non supra aecclesiam est. Bonus enim imperator querit auxilium aecclesiae, non refutat. Haec ut humiliter dicimus, ita constanter exponimus.*

Ex[a] epistola sancti Ambrosii de traditione basilicae.

XVIIII. Admonitio[e] ex his verbis sancti Ambrosii.

Videant itaque qui affirmant pastores aecclesiae ab imperatoribus dandos[g], quam graviter resistant verbis Spiritus[h] sancti, quae per os beati Ambrosii locutus est. Quo enim modo umquam gravius addici aecclesia imperatori potest, quam ut in ea pastor, nisi ipse miserit et investierit, esse non possit? Quo etiam modo amplius imperator ius vel dominium in aecclesia habere potest? Non autem dominari, sed magis custodire et salvare imperator aecclesiam debet, utpote sacratissimae matris piissimus filius.

Ex ratione[f].

XX. Item[e] confirmatio eiusdem rei.

Quamvis de verbis sanctissimi Ambrosii neminem catholicorum dubitare credamus, tamen de hac re etiam

Ex[i] ratione.

A.

sanctorum apostolorum verba ad medium deducamus, qui in suis sanctis canonibus ita praecipiunt[2]: *Ut aecclesia seculari potentiae minime pervadatur. Si quis episcopus secularibus potestatibus usus aecclesiam per ipsas optineat, deponatur et segregetur omnesque qui illi communicant.*

Ioh. 10, 9.

Item de eadem re.

Electio vero pastoris qualiter agenda sit et quam nichil in ea principes mundi sibi vendicare debeant, iudicant sancti canones dicentes:

B.

domini nostri Iesu Christi proferamus verba dicentis: *Ego sum ostium.* Quod exponens sanctus Augustinus ait[3]: *Qui vult intrare ad ovile, per ostium intret, id*[m] *est, Christi gloriam querat, non suam; nam multi quaerendo*[n] *gloriam suam, oves Christi sparserunt potius quam congregaverunt*[o]. *Humilis est enim ianua dominus*[p] *noster Iesus Christus. Qui intrat per hanc ianuam oportet ut humiliet se, ut sano capite possit intrare. Qui autem se non humiliat, sed extollit, per maceriam vult*[q] *ascendere. Qui autem per maceriam ascendit, ideo exaltatur, ut cadat.* Per maceriam bene vana[r] huius seculi gloria intelligitur. Nam sicut maceria circumdat quidem, sed quia cito labitur, non diu protegit locum, quem ambit: ita et vana mundi[s] huius gloria, quamvis ad tempus in se confidentem protegere videatur, tamen una cum eo qui

Ex[k] tractatu sancti[l] Augustini super Iohannem.

Ratio.

a) Ex — bas. *iterum al. m. add. B* 2a. b) *in marg. add. B* 2a. c) solvimus — Deo *des. B* 1. d) caesari *A*. e) *titulus deest B* 1. f) *ita A*; Ratio *B* 1; *deest B* 2. g) *corr. ex* dandas *B* 2a. h) Sp. s. *des. B* 1. i) Ratio *B* 2. k) Ex — tr. super Iohannem Aug. *B* 1. l) *deest B* 2a. m) sed Chr. *Aug.* n) quęrendo *B* 1. o) congregarunt *B* 1. p) dominus — ianuam *des. B* 2b. q) ascendere vult *B* 1. r) *deest B* 1. s) huius mundi *B* 2b.

1) *Sermo contra Auxentium c.* 35. 36, *Opp. II, col.* 873. 2) *Canones apost. c.* 31, *Mansi Coll. I, col.* 53, *Hinschius p.* 29; *C. XVI, qu.* 7, *c.* 14. 3) *In Iohannis evang. tract. XLIV,* § 5, *Opp. III, col.* 596.

B.

in se confidit cito casura est. Unde et propheta ait: *Aedificabant parietem absque temperatura. Dic ad eos qui aedificant absque liniamento, quod casurus sit. Erit enim imber inundans et ventus vehemens.* Paries absque temperatura linitur, cum potestas humana humano favore, et non gratia Spiritus sancti corroboratur. Qui ergo per maceriam ascendens oves Christi optinere desiderat, noverit quia casurus est, et non est pastor, sed fur, quia non per humile ostium intrat ad Christum. Ez. 12, 10. 11.

XXI. De[a] episcopis, a quibus ordinari precipiantur.

Ut[1] *episcopi iudicio metropolitanorum et eorum episcoporum*[b], *qui circumcirca sunt, provehantur*[f] *ad aecclesiasticam dignitatem, his*[g] *videlicet qui plurimo tempore probantur tam verbo fidei quam rectae conversationis exemplo.* Ex[c] concilio Laodicensi[d] c. V[e].

A.

[XXII[h].] Ad quos proprie electio sacerdotum pertineat.

Ex[2] concilio Bracarensi cap. *Non licet populo electionem facere per se eorum qui ad sacerdotium provocantur, sed in iudicio episcoporum esse debet, ut ipsi eum qui ordinandus est probent, si in sermone et fide et spirituali vita edoctus sit.*

B.

XXII. Qualis[i] debeat eligi[k] episcopus.

Apostolus ad Titum loquens, qualiter eligi pastor aecclesiae debeat, demonstrat dicens: *Huius rei gratia reliqui te Cretae, ut ea quae desunt corrigas et constituas per civitates presbiteros, sicut ego tibi disposui. Si quis sine crimine est, unius uxoris vir, filios habens, non in accusatione luxuriae, aut*[m] *non subditos. Oportet enim episcopum sine crimine esse, sicut Dei dispensatorem, non superbum, non iracundum, non*[n] *vinolentum, non percussorem, non turpis lucri cupidum, sed hospitalem, benignum, sobrium, iustum, sanctum, continentem, amplectentem eum, qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem, ut potens sit exhortari in doctrina sana, et eos, qui contradicunt, redarguere.* Paulus[l]. Tit. 1, 5—9.

a) *titulus deest B* 1. b) *deest A.* c) *iterum in marg. al. m. scripta B* 2[a]. d) Laudiensi *A.* e) XII? *A.* f) promoveantur *B* 1. g) hii *A* 1; ii *B* 2[b]. h) *num. cap. des. A.* i) *titulus deest B* 1; Qualiter *B* 2[a]. k) elegi *h. l. B* 2[a]. l) *deest B* 2. m) autem *B* 1. n) non vinol. *des. B* 2.

1) *Conc. Laodic. ex interpret. Dionysii c.* 12, *Mansi II, col.* 578; *cf. Manegoldi ad Gebehardum liber c.* 65, *Libell. I, p.* 417. *S.* 2) *Immo ex Concil. Laodic. c.* 12. 13. *ex Martini Bracar. Collect. canonum c.* 1, *Harduin III, p.* 391; *concilio Bracarensi attribuunt etiam Burch. I, c.* 10; *Ivo V, c.* 64; *Manegoldus c.* 65, *Libell. I, p.* 417. *S.*

XXIII. De[a] eo, quia illi, qui contra canones ordinantur, episcopi non sunt habendi.

Leonis[b] papae c. XV. *Nulla*[1] *ratio sinit, ut inter episcopos habeantur, qui nec a clericis sunt electi nec a plebibus expetiti nec a comprovincialibus episcopis cum metropolitani iudicio consecrati.*

XXIIII. De[a] eo, quia electio pontificis imperatori minime pertineat[c].

Ex ratione[d]. Beatus Leo apostolicus tempore Marciani christianissimi imperatoris, ut notum est, fuit. Et ecce in electione pontificis non solum dominium imperatoris, sed ne nomen quidem interposuisse cognoscitur.

XXV. De[a] eo, quia concordia omnium in electione[e] requiritur.

Celestini[f] papae c. XVIII. *Nullus*[2] *invitis detur episcopus; cleri, plebis et ordinis consensus et desiderium requiratur.*

XXVI. De[a] eadem re.

Ex[g] concilio Aurelianensi c. II. *Nullus*[3] *est ordinandus episcopus, nisi convocatis clericis et parrochianis et in unum consentientibus.*

A.

[XXVII.] Notandum, quia sacri canones ad electionem pontificum non admittunt imperatores.

Ex ratione[h]. Notandum et memoriae commendandum, quia in nullo sanctorum patrum capitulo principibus terrenis tribuitur electio pastoris sanctae aecclesiae.

B.

XXVII. De eo, quia sacri canones imperatoribus electiones episcoporum non tribuunt.

XXVIII. Electus[a] pastor quid regendum[i] susceperit.

Ex ratione[i*]. Electus autem vel[l] consecratus pastor tam animarum quam corporum eum[m] curam suscepisse manifestum est. Unde et[n] beato Petro Dominus ait: *Ego rogavi pro te, ut non deficiat fides tua, et tu aliquando conversus confirma patres tuos.* Et item[o]: *Si diligis me, pasce oves meas.* Idem autem ipse beatus Petrus de corporum cura sibi subiectorum ait pastoribus sanctae aecclesiae in epistola sua inquiens: *Seniores, qui in vobis sunt, obsecro [ego[q]] consenior et testis Christi passionum, qui et eius quae in futuro revelanda est gloriae communicator, pascite, qui in vobis est, gregem Dei.* Quod exponens sanctus Gregorius ait[4]: *Hoc in loco quam pastionem[s], cordis an corporis, suaderet, aperuit, cum subiunxit[t]: 'Providentes non coacti[u], sed[v] spontanee secundum Deum, neque turpis lucri gratia, sed voluntarie[w]'. Quibus profecto verbis pastoribus pie praecavetur, ne, dum subiectorum inopiam satiant, se mucrone ambitionis occidant; ne cum[x] per eos carnis subsidiis reficiuntur proximi, ipsi[y] remaneant*

Euangelium[k] Luc. 22, 32. Ioh. 21, 15. Epistola[p] Petri. 1. Petr. 5, 1. 2. Gregorius[r] papa. 1. Petr. 5, 2.

a) *titulus deest B* 1. b) *iterum in marg. al. m. scripta B* 2[a]. c) pertinet *A*. d) *ita A*; Ratio *B*. e) electio esse *A*. f) Celestini papae *A*; Celestinus papa c. XVIII *B* 2, *iterum in marg. post. add. B* 2[a]. g) Ex — c. II *iterum in marg. al. m. add. B* 2[a]. h) *ita A*; Ratio *B*; *idem alia manu in marg. postea add. B* 2[a]. i) regnandum sit *A*. i*) Ratio *B* 1. 2[b]; *deest A. B* 2[a]. k) *deest A. B* 2[a]. l) *deest B* 1. 2[a]; et *B* 2[b]. m) eam *B* 2[b]. n) etiam *A*. o) iterum *B* 2. p) Ep. P. *des. A. B* 2. q) *deest B*. r) *des. A*. s) passionem *B* 2[b]. t) subiungit *B* 2. u) coacte? *B* 2[b]. v) *corr. ex* sub *B* 2[a]. w) voluntarię *B* 1. x) dum *B* 2[b]. y) *corr. ex* ipse *B* 2[a].

1) *Leonis epist.* 167, *inquis. I, ad Rusticum Narbonensem episcopum, Opp. ed. Ballerinii I, col.* 1420; *Hinschius p.* 616; *Jaffé* 544; *Burch. I, c.* 11: Ca. Leonis papae XV. 2) *Celestini I. ep.* 4, *c.* 5, *Schoenemann p.* 765; *Hinschius p.* 560; *Jaffé, Reg. nr.* 369. 3) *Burchardi Wormat. Decr. I, c.* 12: Ex concilio Aurelianensi c. 2. 4) *Regula pastor. II, c.* 17, *Opp. II, col.* 26.

a iustitiae pane ieiuni. Hoc in loco considerandum est, quia, si beatus Petrus[a] apostolus et eius discipulus, sanctus Gregorius, pastores aecclesiae in sua potestate ea quae aecclesiae sunt habere non decernerent, nequaquam pastoribus[c] ista praedicarent. Hoc autem in tempore multarum aecclesiarum pastores quae aecclesiae iure[d] competunt in sua potestate non habent, pro eo scilicet, quia principes huius mundi quae aecclesiae sunt sibi subiugantes ipsam aecclesiam suo iuri vendicare non timent. Ideoque ipsarum aecclesiarum pauperes multis incommodis pressi omnipotenti Deo, ut dignum est, servire non possunt. Ex ratione[b].

A.

[XXVIIII.] Omnium aecclesiasticarum rerum [curam[d*]] ad episcopos pertinere.

Omnium autem aecclesiasticarum[e] rerum cura et dispensatio ad episcopum proprie pertinere etiam ipsi sancti apostoli in suis canonibus docent dicentes[1]:

[XXX.] Ut curam aecclesiasticarum rerum episcopus habeat.

Ex concilio apostolorum c. XXX. *Omnium negotiorum aecclesiasticorum curam episcopus habeat et ea velut Deo contemplante dispenset.*

[XXX*.] Quod episcopus aecclesiasticarum rerum pro dispensatione pauperum habeat potestatem.

Ex eodem canone apostolorum c. XL. *Praecipimus*[2], *ut in potestate sua episcopus aecclesiae res habeat. Si enim animae hominum pretiosae illi sunt creditae, multo magis oportet eum curam pecuniarum gerere, ita ut in potestate eius indigentibus omnia dispensentur per presbiteros et diacones et cum timore omnique sollicitudine ministrentur. Ex his autem quae indiget ad suas necessitates et ad peregrinorum fratrum usus, et ipse percipiat, ut nichil eis possit omnino deesse. Lex enim Dei praecipit, ut qui altari deserviunt de altari pascantur, quia nec miles propriis stipendiis contra hostes arma sustollit.*

De[f] hac re etiam alii sancti patres ita praecipiunt.

B.

XXVIIII. Quod[g] predicatores ex euangelio vivere debeant.

Omnes praedicatores ex euangelio vivere ordinans Dominus dixit: *Dignus est operarius mercede sua.* Unde et[i] apostolus ait: *Qui altari*[k] *deserviunt, cum altari*[k] *participantur.* Qui etiam beatus apostolus non solum digne praedicatores ex euangelio vivere demonstravit, sed etiam secularia negocia si haberent fideles, non nisi apud sanctos iudicare permisit dicens: *Audet aliquis vestrum, habens negocium adversus alterum, iudicare apud iniquos et non apud sanctos? An nescitis, quoniam*[l] *sancti de hoc mundo iudicabunt? Et si in vobis iudicabitur hic mundus, indigni estis, qui de minimis iudicetis? Nescitis quoniam*[m] *angelos iudicabimus, quanto magis secularia? Secularia igitur iudicia si habueritis, contemptibiles, qui sunt in aecclesia, illos constituite ad iudicandum.* Ex ratione[g*]. Euangelium[h]. 1. Tim. 5, 18. Apostolus ad Corinthos. 1. Cor. 9, 13. 1. Cor. 6, 1—4.

XXX. Quod[g] aecclesiastici viri duplici honore honorandi sint.

Sanctus apostolus spirituali et seculari honore aecclesiasticos honorandos viros scribens ad Timotheum praecipit dicens: *Qui bene praesunt presbiteri, duplici honore digni habeantur, maxime qui laborant in verbo et doctrina.* Dicit enim scriptura: *Non infrenabis os bovi trituranti,* et: *Dignus est operarius mercede sua.* Ad[n] Timotheum. 1. Tim. 5, 17. ib. 5, 18.

a) ap. P. *B* 1. b) Ratio *B*; *deest A.* c) eis ista praeciperent *A.* d) iurę *B* 1. d*) *deest A.* e) ecclesiarum *A.* f) De — praec. *rubro col. A.* g) *titulus deest B* 1. g*) Ratio *codd.* h) *deest B* 2. i) *deest*? *B* 2a. k) altario *B* 2. l) qñ̄o *B* 1; quō *B* 2a; quo *B* 2b. m) qñ̄o *B* 1. n) A. T. *des. B* 2b.

1) *Canon. apost. c.* 39, *Mansi I, col.* 58; *Hinschius p.* 29. 2) *Ibid. c.* 41, *Mansi I, col.* 55; *Hinschius p.* 30, *C. XII, qu.* 1, *c.* 24.

XXXI. Quod episcopi aecclesiasticas res in potestate[a] sua habere debeant.

Ex[b] concilio Antioceno c. XXV[c].

Episcopus[1] *aecclesiasticarum rerum habeat*[d] *potestatem ad dispensandum erga omnes qui indigent cum summa reverentia et timore Dei.*

XXXII. Quia[e] aecclesia etiam terrenas res habere debeat[f].

Ex[g] eodem cap.

Quod autem aecclesia agros habere debeat, ostendunt sancti[h] patres dicentes de episcopo[2]: *Quae pertinent ad aecclesiam ex agris vel ex alia qualibet aecclesiastica facultate male non tractet episcopus.*

XXXIII. Quod[e] res aecclesiasticae[h*] ad laicos disponendae non respiciant.

Ex[g] concilio ad[i] Compendium c. X.

Synodali[3] *decreto sancitum*[k] *est, ne laici vel seculares de viris*[l] *Deo dicatis aecclesiaeque*[m] *facultatibus aliquid ad se putent vel praesumant praeter reverentiam pertinere, quorum quarumque sacerdotibus disponendi indiscusse a Deo cura commissa doceatur*[n]. *Si quid contra haec venire praesumpserit, anathemate feriatur.*

XXXIIII.[o] De[e] eadem re.

Ex[g] eodem concilio[h] c. III.

De[4] *viris*[p] *Deo dicatis vel aecclesiasticis facultatibus aliquid disponendi nulla legitur laicis, quamvis religiosis, umquam attributa facultas.*

XXXV. Admonitio[e], ut bene[q] intellegantur hae sententiae.

Ex ratione[q*].

Hic[r] considerandum summopere est, quae praesumptio sit ipsum aecclesiae rectorem velle disponere, cui tanta interminatione quae aecclesiae sunt aliquo modo disponendi facultas omnimodis tollitur.

XXXVI.[s] Sinodale[t] decretum sancti Simmachi papae de laicis, qui per se aecclesiam ordinare desiderant.

Ex[u] decreto[v] Symachi[w] papae.

Tempore[5] sancti Symmachi[x] Romanae aecclesiae praesulis facta est quaedam pactio secularium hominum, potentum videlicet et magnatum, quibus interfuit[y] patricius seu praefectus apud beatum Petrum apostolum. Ubi praedicti viri, quasi zelo christianitatis et amore sanctae aecclesiae ducti, statuere ausi sunt nullum deinceps Romanorum pontificum eligi sine illis deberi[z]. Quod cognoscens papa Symmachus[a] convocavit synodum[b]; et haec scriptura in auribus eorem lecta est, in qua scilicet statuebant sine sua consultatione cuiuslibet electionem[c] celebrari non debere. De rebus vero aecclesiasticis dispensandis, quae canonice episcopis et non laicis pertinent, simili modo firmabant non debere aliquem episcoporum sine illis aliquid agere. Quod audientes venerabiles archiepiscopi[d] Laurentius Mediolanensis et Petrus Revennatis[e], Eulalius etiam Syracu-

a) pot. habeant *A*. b) Ex — XXV *iterum al. m. in marg. add. B* 2a. c) c. XXV *des. A*. d) ht(!) *B* 1. e) *titulus deest B* 1. f) debeant *corr.* debeat *B* 2a. g) Ex — c. *iterum al. m. in marg. add. B* 2a. h) *deest A*. h*) ecclesiae *B* 2b. i) apud *A*. *B* 2a? k) sanctitum *B* 1. l) iuris *A*. *B* 1. m) vel aecclesiae fac. 1. n) docetur *Burch. B* 2a. o) *numerus partim abscisus B* 2a. p) iuris *B* 1. q) ut hae sententiae bene considerentur *A*. q*) Ratio *codd.* r) Sic *A*. *B* 2b. s) *num. cap. abhinc des. B* 2a. t) *titulus deest B* 1; synodale *B* 2b. u) *iterum al. m. in marg. add. B* 2a. v) decretis *A*. w) simmachi *A*; simachi *B* 2. x) simmachi *A*. y) interfuerunt *A*. z) debere *B* 1. a) sim. *A*. *B* 1. b) sin. *A*. c) electio *A*. *B* 1. d) episcopi *B* 1. e) Ravennates *B* 2.

1) *C. XII, qu.* 1, *c.* 23. 2) *Cf. Symm. Decr. c.* 5, *Thiel I, p.* 686. 3) *Cf. Symmachi Decr. syn. c.* 11, *cf. c.* 36; *Burchardi Decr. VIII, c.* 71: Ex concil. apud Compendium c. X. 4) *Ibid. c.* 72; *Epist. Stephani II. c.* 12, *ed. Hinschius p.* 186. 5) *Quae sequuntur sumpta sunt ex Symmachi synodali decreto a.* 502, *Nov.* 6, *Thiel I, p.* 682 *sqq., Hinschius p.* 659—662; *Jaffé, Reg. p.* 98.

sanus[a], omnisque[b] sancta sinodus, dixerunt: *Non licet laicis neque ullis principibus, quamvis religiosis, statuendi in aecclesia habere aliquam potestatem, neque de facultatibus aecclesiasticis aliquid disponendi ius habere possunt. Ideoque hanc scripturam nullius momenti esse decernimus. Et quamvis quidam episcopi in ea interfuerint, nullius roboris est, quia contra sacros canones esse manifestissimum[c] est. Ideo enim ordinatur episcopus, ut quae aecclesiae sunt sub cura sua habeat. Enervari autem et ad irritum deduci hanc scripturam, etiam si aliqua possit subsistere ratione, modis omnibus in synodali[d] conventu oportebat, ne in exemplum remaneret praesumendi quibuslibet[e] laicis quamvis religiosis vel potentibus in quacunque civitate quolibet modo aliquid decernere de aecclesiasticis facultatibus, quarum solis sacerdotibus disponendi indiscusse a Deo cura commissa docetur.* Et subscripserunt Symmachus[f] papa et archiepiscopi[g] tres et alii episcopi numero LXV[h].

XXXVII. De[i.*] eo, quia ab electione pontificum non segregantur principes, sed a dominatione.

Nunc ista considerate[k], karissimi[l] fratres, qui nos reprehendere soletis dicentes: Ex ratione.
'Quomodo non omnes aecclesiae propter terrenas res quas possident ad illum pertinent, cui omnis terra subiecta est? Si[l] enim populus in electione pastoris adesse et consentire debet, quanto magis imperator vel principes'? De quibus verbis valde miramur. Nos enim ab electione pontificum non segregamus principes, sed hoc[m] dicimus, quia ipsi sua potentia non debent pastores in aecclesia[n] mittere, neque investiendo neque aliquo modo dominando, sed magis communi electione[o] clericorum et consensu[p] populorum, maiorum scilicet et minorum, inter quos videlicet tam[q] reges quam[r] principes numerantur, — in eis dumtaxat[s] aecclesiis, quarum specialius filii deputantur — pontifex eligi debet. Ubi imperator vel eius princeps[t] non sicut dominus adesse debet, sed sicut filius.

A.	B.
Quae electio dum canonice facta fuerit,	Quae electio[u] dum taliter facta fuerit,
eam imperator firmare in tantum debet,	canonica est et gratiae sancti Spiritus reputatur. Quae vero potentia humana contigerit, gratiae spirituali contraria est.
	Canonicam itaque electionem religiosus et pius imperator firmare[v] in tantum debet,

ut, si quis contra eam aliquid temptaverit, etiam gladio materiali persequendum putet. Quod faciens officium suum rite implebit. Ideo enim eius gladius in aecclesia permissus est esse, ut qui gladium spiritualem non timent timore materialis gladii ad iusticiam revocentur. Ideo et Dominus apostolis[w] duos gladios se habere dicentibus ait: *Satis est;* id est sufficit vobis, asserere iusticiam spirituali et materiali gladio. Luc. 22, 38.

XXXVIII. Quae sit canonica episcoporum[x] electio.

Quae autem sit canonica electio, quamvis plenissime iam demonstraverimus, tamen Ex ratione[y].
etiam[z] statutum sancti Niceni concilii, quod operante Constantino imperatore et eo

*) Admonitio, ut bene intelligatur quod dicimus; non enim ab electione pontificum segregamus principes, sed a dominatione *A*.

a) sirac. *A*. b) omnis etiam *A*. c) manifestum *B* 1. d) sin. *A*. e) quaelibet *A*. f) simm. *A*; sym. *B* 2. g) tr. arch. *A*. h) LXII *A*. i) *titulus deest B* 1. k) considerantes *A*; te *loco raso B* 1. l) fr. kar. *B* 1. m) non *add. B* 1. n) *sic codd.*; ecclesiam *B* 2[b]. o) consilio *A*. p) *deest A*. q) *om. B* 2[b]. r) et *B* 2[b]. s) scilicet *A*. t) principes *A*. u) electio *B* 1. v) formare? *B* 2[a]. w) *deest B* 1. x) *deest A*; el. episc. *B* 2[b]. y) *ita A*; ratio *B*. z) et *B* 2.

1) *Cf. Orthod. def. supra p.* 538: Ergo si plebem vel populum in episcopi oportet interesse ordinatione, quanto magis caput plebis id est principem non convenit abesse? *Ivon. Carnot. epist. ad Hugonem Lugdun., infra. S.*

simul cum eis praesente factum est, ad medium deducamus. Est autem Nicenum concilium, quod omnibus supereminet et cui omnes christiani sicuti sancto euangelio obedire per omnia debent.

XXXIX. De[a] eadem re.

Ex[b] concilio Niceno c. IIII[c].

Episcopum[1] *convenit*[d] *maxime quidem ab omnibus qui sunt in provincia episcopis ordinari. Si autem hoc difficile fuerit aut propter instantem necessitatem aut propter itineris longitudinem, tribus tamen omnimodis in id ipsum convenientibus et absentibus quoque pari modo decernentibus et per scripta consentientibus, tunc ordinatio celebretur. Firmitas autem eorum quae geruntur per unamquamque provinciam metropolitano tribuatur episcopo.*

XL.[e] De[f] honore aecclesiastico quo ordine suscipi et retineri debeat.

Ex moralibus sancti Gregorii papae[2].

Tunc solum potestas bene geritur, cum non amando, sed timendo retinetur. Quae ut ministrari recte valeat, oportet primum, ut hanc non cupiditas, sed necessitas imponat. Percepta autem nec per formidinem debet deseri[g] *nec ex libidine amplecti. Ne autem quis peius quasi ex humilitate superbiat, si divinae dispensationis ordinem fugiendo contempnat, aut eo iugum superni rectoris abiciat, quo eum super ceteros privatum regimen delectat.*

XLI.[h] Non licere imperatoribus episcopos in aecclesiam introducere.

Ex ratione[i].

In[k] Niceno concilio praesens erat magnus Constantinus, et tamen sancti patres nichil ei in ordinatione episcopi pertinere[l] dixerunt. Sed sunt qui dicunt[3]: 'Ordinatio, id est sacratio[m], vere ad solos episcopos pertinet, rerum vero secularium donatio ad imperatorem pertinet; ideo quia aecclesia multa quae regni sunt possidet. Ideoque ab imperatore investiri et donari debet'. Hi non se[n] bene dicere[o] pacifice dignentur advertere.

A.

Si enim secularia, quae aecclesia possidet, optinere per seculares episcopus deberet, nunquam sancti apostoli in suis sanctis canonibus dicerent[p] quod supra[4] protulimus: *Si quis episcopus secularibus potestatibus usus aecclesiam per ipsas optineat, deponatur et segregetur omnesque qui illi communicant.* Quod de secularibus rebus aecclesiae eos dixisse quamvis nullum sapientem ambigere posse credamus — quis enim umquam secularis spiritualia tradere se posse dicere ausus est? — tamen propter contentiosos idem ipsi hoc

B.

Si enim secularia, quae aecclesia possidet, per seculares optinere episcopus debet et spiritualia per spirituales, ergo quodammodo dividitur aecclesia. Sicut autem qui corpus ab anima dividit, destruit hominem, ita qui corporalia aecclesiae a spiritualibus dividit[5], destruit aecclesiam. Sicut enim homo[q] sine corpore in hac vita non subsistit, ita sancta aecclesia in hoc seculo sine corporalibus rebus non[r] subsistit. Nam non solum alia Dei dona, sed etiam ipse baptismus sine corporalibus rebus adhibitis[s] non perficitur. Ergo qui dogmati-

a) *titulus deest B* 2. b) Ex — c. IIII *iterum al. m. in marg. add. B* 2[a]. c) III *B* 2; *deest A.* d) max. conv. *B* 1. e) XLIII *B* 1, *ubi abhinc inscriptiones exstant numeris minio in margine appositis.* f) *hoc caput deest A.* g) desiri *B* 1. h) XLIIII *B* 1. i) ratio *codd., iterum post al. m. in marg. add. B* 2[a]. k) Ecce hic praesens erat magnus Constantinus *A.* l) esse dix. pert. *B* 2. m) consecratio *B* 1. n) *deest B* 2[a]. o) benedĕ *B* 1. p) *deest A.* q) anima homo *B* 2[b]. r) non — rebus (*l.* 37) *des. B* 2[a]? s) adhibitus *B* 2.

1) *Conc. Nicen. c.* 4. *ex interpr. Dion., Mansi II, col.* 679. *S.* 2) *Mor. l. XXIV, c.* 25, § 55, *Opp. I, col.* 786. 787. 3) *Wido Ferrar. II, Libelli I, p.* 564. 565; *cf. Orthodoxa def. supra p.* 538. *S.* 4) *C.* 20, *supra p.* 580. 5) *Cf. Humbert. III, c.* 26, *Libelli I, p.* 231. *S.*

A.

praevidentes de manus impositione alium[a] capitulum fecerunt dicentes[1]:

Quod[b] non debeant officia aecclesiastica pecuniis optineri.

Si quis episcopus aut presbiter aut diaconus per pecunias hanc optinuerit dignitatem, deiciatur ipse et ordinator eius et a communione modis omnibus abscidatur sicut Simon Magus a Petro.

B.

zat, spiritualia per spirituales, corporalia vero per seculares principes optineri debere, quasi duo ostia ovium Christi constituere cupit. Quod illi qui unum se ostium dixit aperte contrarium est. Unde et sacri canones seculi principes etiam valde religiosos non disponere aecclesiastica iubent et irritum haberi si quid aecclesiarum reges seculi aliquibus dare voluerint. cf. Iob. 10, 9.

[XLII.] Gratia Dei non solum spiritualia, sed etiam terrena donari.

XLII.[c] De eo, quia gratia Dei etiam terrena nobis donat.

Nunc itaque, [fratres[d]] karissimi, hoc adtendite[e] et vanas contentiones abicite, et quod Dei est Deo solummodo dantes eius gratia vobis non solum spiritualia, sed etiam terrena donari certissime credite. Ex ratione[f].

XLIII[g]. De possessione sanctae[h] aecclesiae.

Sunt autem qui dicant[a] aecclesiis non competere nisi decimas[i], primitias et oblationes, in mobilibus tantum scilicet rebus. Nam immobilia[k], videlicet castra, villae vel rura ei non pertinent, nisi de manu imperatoris pastor susceperit. Quod male eos dicere multis modis et diversis sanctorum sententiis supra docuimus. Sed tamen et nunc inferamus, quia omne[l] quod semel Deo offertur in perpetuum eius iuri mancipatur. Ex ratione[f].

A.

Quod confirmant sancti patres dicentes:

De[m] oblationibus parrochiarum, cuius esse debeant.

Ex concilio Toletano. *Quae[3] ad parrochianas aecclesias offeruntur in terris, vineis, mancipiis, peculiis, antiquorum canonum instituta serventur, ut omnia in episcopi potestate consistant.*

B.

Sic enim et sanctus Moyses in Levitico ait: *Omne quod Domino consecratur, sive homo erit sive animal sive ager, non vendi[n] nec redimi poterit. Quicquid semel fuerit[o] consecratum sanctum sanctorum erit Domino. Omnes decimae terrae sive de frugibus sive de pomis arborum Domini sunt et illi sanctificantur;* et item: *Possessio consecrata Domino ad ius pertinet sacerdotum.* In Levitico* prope finem libri. *27, 28. 30. ib. 27, 21.

XLIIII.[p] Quot portiones de reditibus aecclesiae fieri debeant.

Quatuor[4] autem tam de reditibus quam de oblationibus fidelium, prout cuiuslibet aecclesiae facultas admittit, sicut dudum rationabiliter est[r] decretum convenit fieri[s] portiones. Ex epistola Gelasii papae [c. VIII q].

a) *sic A.* b) Quod — opt. *rubro A.* c) XLV *B* 1. d) *deest A. B* 2. e) att. *A. B* 2[a]? f) *ita A;* ratio *B* 1. 2[a]; ratione *B* 2[b]. g) XLVI *B* 1. h) *deest A. B* 2[b]. i) et *add. A.* k) inmob. *A. B* 2[b]. l) *deest B* 1. m) De — debeant *minio A.* n) veniet *B* 1. o) consecr. fu. *B* 1. p) XLVII *B* 1. q) c. VIII *des. B; al. m. iterum in marg.* E. ep. G. p. *add. B* 2[a]. r) *ita A. Gel.;* d. e. *B.* s) *ita A. Gel.;* p. f. *B.*

1) *Canones apost. c.* 30, *Mansi Coll. I, col.* 53; *Hinschius p.* 29. 2) *Cf. Wido Ferrar. l. l.* 3) *Burch. III,* 136: Ex concilio Toletano. 4) *Gelasii I. epist.* 27. *episc. Lucaniae* § 27; *Thiel, Epist. pont. Rom. I, p.* 378; *Hinschius p.* 654; *Burchardi Decr. III, c.* 137.

XLV.[a] Quod non debeat unquam aecclesiae tolli, quod semel ei donatum est.

Ex concilio apud Valentiam [c. III[b]].

Clerici[1] *etiam vel seculares, qui oblationes parentum aut donatas aut testamentis relictas retinere perstiterint aut id quod ipsi Deo donaverint aecclesiis vel monasteriis crediderint auferendum, sicut synodus*[c] *sancta constituit, velut*[d] *necatores pauperum, quousque reddant, ab aecclesiis excludantur.*

XLVI.[e] De rebus terrenis Christo donandis.

Augustinus[f] in[g] libro de heredibus.

Sanctus Augustinus homini quae huius[h] mundi sunt multa habenti[i] et Christo dare nolenti ait[2]: *Qua fronte hereditatem a Christo queris, cum Christum tua hereditate fraudaveris, qui nos [in*[k] *sancto euangelio] ammonet dicens: 'Thesaurizate vobis thesauros in caelo'. Et item: 'Quid enim proficit homini*[l]*, si lucretur universum mundum, se autem*[m] *ipsum perdat et detrimentum sui faciat'? Itemque: 'Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, ut, cum defeceritis, recipiant vos in aeterna tabernacula'.*

Matth. 6, 20. cf. ib. 16, 26. Luc. 16, 9.

XLVII.[n] De his qui ea[o] quae sunt donata[p] aecclesiae auferunt[q].

A.

Ex concilio Cangrensi.

Si[3] *quis oblationes aecclesiae extra aecclesiam accipere vel dare voluerit praeter conscientiam episcopi vel eius cui huiuscemodi officia commissa sunt nec cum eius voluerit agere consilio, anathema sit.*

B.

Si quis res aecclesiae iniuste aufert, timere debet, sicut sanctus Benedictus ait[4],

Ex regula sancti Benedicti.

ne forte mortem, quam Ananias et Saphira[r] *in corpore pertulerunt, ipse in anima patiatur.* Nam res aecclesiae omnipotenti Deo consecratae sunt. Et ideo qui eas rapit vel quasi suas proprias alicui tribuit et fidelibus Deo consecratis pacifice iuxta Dei ordinationem habere non permittit, sacrilegium facit.

XLVIII.[s] Ut omnes aecclesiae cum omnibus quae possident in episcopi potestate sint.

Ex* canonibus sanctorum[t] apostolorum.

*In***.[5] *sanctis canonibus decretum est, ut omnes aecclesiae cum dotibus suis et decimis et omnibus rebus suis in episcopi proprii potestate consistant atque ad ordinationem vel dispositionem suam semper pertineant.*

XLIX.[u] Ea quae sunt clericorum ad eas aecclesias pertinere, in quibus titulantur.

Ex[v] concilio Africano.

Placuit[6]*, ut episcopi, presbiteri et diaconi vel quicunque clerici, postquam consecrantur, omnia quaecunque habuerant*[w] *aecclesiarum sint, quibus titulati sunt.*

*) Ex concilio Cabilonensi *A*. **) In sancto Cabilonensi concilio decretum est *etc. A. Burch.*

a) XLVIII *B* 1. b) c. III *des. B*; E. c. a. V. *iterum al. m. in marg. add. B* 2[a]. c) sin. *A*. d) velud *B* 1. e) XLVIIII *B* 1. f) g̃ *A, primis literis* Au *abscisis*. g) in l. de h. *des. B* 2[a]; ffkdinibus *B* 1. h) *deest A*. i) habendi *A*. k) in s. ev. *des. B*. l) homo *B*. m) ipsum autem *B*. n) LI *(sic!) B* 1. o) eaq. *des. B* 2. p) *deest A. B* 1. q) aufertur *A*. r) Saphyra *B* 2[b]. s) LII *B* 1. t) *deest B* 2. u) LIII *B* 1. v) Ex Africano concilio *A*. w) habuerunt *B* 2[b]; habuerint *A*.

1) *Concil. Agath. c.* 4, *Mansi VIII, col.* 324; *Hinschius p.* 332; *Grat. C. XIII, qu.* 2, *c.* 1: Ex concilio Agatensi c. 4; *Burch. III, c.* 140: Ex conc. habito apud Valentias c. IIII. *S.* 2) *Locum in Augustino non invenimus; sed similia habet Burchardus Decr. III, c.* 141: S. Isidorus dicit; *neque vero in operibus Isidori leguntur.* 3) *Concil. Gangr. c.* 7, *Mansi II, col.* 1111, *Hinschius p.* 265; *Burchardi Decr. III, c.* 144: Ex concilio Gangrensi c. 7. 4) *Regula S. Benedicti c.* 57, *Migne Patrol. Lat. LXVI, col.* 802. 5) *Cf. Canon. apost. c.* 41, *Mansi I, col.* 55, *Hinschius p.* 30; *Burchardi Decr. III, c.* 146: Ex concil. Cabilonensi c. I. 6) *Non invenio; Placidus concil. Carthagin. III. c.* 49 *(Grat. C. XII, qu.* 3, *c.* 1*) in animo habuisse videtur, ubi vero tantum de iis agitur, quae ab episcopis ceterisque clericis ante consecrationem nihil habentibus postea aquisita fuerint. S.*

L[a]. De eo quia omnia quae Deo offeruntur oblationes appellantur.

Ipse[b.1] enim res fidelium oblationes appellantur, quia Domino offeruntur[c]. Non ergo debent in alios usus quam aecclesiasticos et praedictorum christianorum fratrum vel indigentium converti, quia vota sunt fidelium et precia[f] peccatorum atque ad praedictum opus explendum[g] Domino traditae. Si quis autem[g], quod absit, secus egerit, videat, ne dampnationem Ananiae et Saphirae percipiat et[h] reus sacrilegii efficiatur[i], sicut illi fuerunt qui precia[f] praedictarum rerum fraudabant; de quibus legitur in actibus apostolorum. Ex decreto[d] Urbani papae [I[e]].

LI.[k] Quantum mali[l] sit res aecclesiae tollere.

Hoc, karissimi filii, reges et principes, hoc etiam eorum consiliarii, attendite et videte, qua[n] poena digni sint qui ea quae alii dederunt aecclesiae tollere audent[g], si[g*] mortis poena multati[o] sunt qui non aliena, sed sua quae promiserant retrahere volebant. Ex ratione[m].

LII.[p] Aecclesiasticas res dona Dei esse.

A.

Hoc etiam sanctae memoriae secundus Urbanus papa affirmans, quia qui res aecclesiae vendit vel emit simoniacus sit, confirmat dicens:

B.

Exteriores res aecclesiae, quae ex consecratione proveniunt, in suum ius vel vi vel aliquo munere aliquem non debere convertere, docens sanctus Urbanus ait: Ex epistola Urbani papae II.

Quisquis[2] res aecclesiasticas, quae dona[q] Dei sunt, quoniam a Deo fidelibus et[g] a fidelibus Deo donantur[r], quaeque ab eodem gratis accipiuntur et ideo gratis dari debent[s], propter sua[t] lucra vendit vel emit, cum eodem Symone[u] donum Dei pecunia possideri existimat.*

LIII.[v] Quare antiqui patres nominatim non contradixerunt investituras aecclesiarum a laicis fieri?

Multi mirantur, quare in antiquorum sanctorum patrum canonibus prohiberi investituras aecclesiarum aperte non invenitur[3]. Sed hac pro re mirandum non est. Quomodo enim prohiberent quod nunquam vel factum vel auditum fuerat? Sed et hoc sciendum, quia tam absurdum eis visum est, ut nunquam crederent in sancta aecclesia tantum nefas[x] posse insurgere. Quod enim senserunt posse fieri, non moderni tantum, verum etiam ipsi apostoli, sicut supra diximus[4], prohibuerunt, interdicentes omnimodis, ut nullus per seculares potestates aecclesiam optineat. Quod qui fecerit deponi et segregari praecipitur. Videtur et alia probabilis ratio, quare sancti patres de hac re tacuerunt[y]; pro eo videlicet, quia firmissime credebant promissionem domini nostri Iesu Christi usque in finem seculi permansuram, quam[z] omnibus suis promisit dicens: *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consumationem seculi.* Dicit etiam[a] et sanctis martiribus[b]: *Dum stabitis ante reges et praesides, nolite cogitare, quomodo aut quid loquamini. Dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. Non enim estis[c] vos loquentes, sed Spiritus sanctus.* Et item[d] per prophetam: *Non te deseram* Ex[w] ratione. Matth. 28, 20. Marc. 13, 9. 11. Hebr. 13, 5.

a) LIIII *B* 1. b) *sic Ps.-Is. A. B* 1. 2[a]; iuste *B* 2[b]. c) proferuntur *B* 1. d) decretis *B* 2[b]. e) *deest B.* f) praetia *A.* g) *deest A.* g*) *om. B* 2[b]. h) *recentiore manu add. B* 1. i) efficiantur *B* 1. k) LV *B* 1. l) malū *B* 1. m) *ita A; ratio B.* n) quanta p. sit quae al. *A.* o) multandi *B* 1. p) LVI *B* 1. q) D. d. *A.* r) offeruntur *B* 2[b]. s) qui *add. A.* t) lucra sua *A.* u) Simone *A. B* 2[b](?) v) LVII *B* 1. w) Rat. *B* 1; *deest B* 2[b]. x) nephas *A.* y) tacuerint *A.* z) qua *A.* a) *deest B* 2. b) martyr. *B* 2. c) vos estis *B* 2[b]. d) iterum *B* 1.

1) *Epist. Urbani c.* 4, *Hinschius p.* 144; *Burchardi Decr. III, c.* 143. 2) *Epist. ad Lucium praepos., Mansi XX, col.* 660; *C. I, qu.* 3, *c.* 8; *cf. infra c.* 82. 102. 3) *Cf. Orthod. def. supra p.* 538. 4) *C.* 20 *et* 41, *p.* 580 *et* 586.

neque derelinquam. Sciebant itaque[a] sancti patres, quia, si novi aliquid emergeret[b], Deus, qui in cordibus electorum esset[c] suorum, ipse consilium daret. Quod verum esse testatur concilium sanctorum patrum moderno tempore, anno videlicet ab incarnatione Domini millesimo LXXVIII. in urbe Roma sub sanctae memoriae VII. Gregorio universali papa secundum[d] antiquam aecclesiasticam consuetudinem venerabiliter celebratum[e]. In ea namque synodo[f] aperte testati sunt sancti patres investituras aecclesiarum minime fieri[g] debere. Quod etiam, quia iam graviter inoleverat, sub gravi interminatione prohibere studuerunt dicentes:

LIIII.[h] Ut[i] laici aecclesias nullo[k] modo investire audeant.

Ex[l] concilio sancti Gregorii VII. papae.

Quoniam[l] *investituras aecclesiarum contra statuta sanctorum patrum a laicis personis in multis partibus cognovimus fieri et ex eo plurimas seditiones in aecclesia oriri, ex quibus christiana religio conculcatur, decernimus, ut nullus clericorum*[m] *investituram episcopatus vel abbatiae vel aecclesiae de manu imperatoris vel regis vel alicuius laicae personae, viri vel feminae suscipiat. Quod si praesumpserit, recognoscat investituram illam apostolica auctoritate irritam esse, et se usque ad dignam satisfactionem excommunicationi subiacere.*

LV.[n] Quia grave scelus est laicos baculo vel anulo aecclesias investire.

Ex ratione[o].

Quantum nefas hoc sit[p], etiam a minori exempli gratia videamus. Quis enim unquam ferret, si aliquis[q] ante presbiterium vel post de rebus aecclesiae, quae per ordinem presbiterii procurare debet[r], ab aliquo per casulam seu stolam se investiri deligeret[s]? Quis non eum insanum vel si defendere vellet vere[t] hereticum pronunciaret[u]? Et quomodo hoc ferendum est in episcopo vel abbate, si in presbitero pro inaudito antea crimine puniretur? Sed fortasse aliqui[v] sunt qui dicant non convenire ista, quia illa sacrata sunt, baculus vero et anulus nequaquam. Quod non se bene dicere dignentur attendere. Presbiter namque[w] cum ordinatur, casulam et stolam de manu episcopi accipit et in[x] exterioribus signis benedictionem presbiterii[y] se percepisse designat. Episcopus etiam, cum benedicitur, baculum de manu archiepiscopi accipit, simul et anulum. Baculum quidem, ut bene populum regat, anulum vero, ut signum aeterni misterii[z] se percepisse cognoscat. Quae utraque ex euangelio sumpta cognoscimus. Baculum enim praedicatores Dominus ferre praecepit, ubi, sicuti[a] beatus pater Augustinus intellegit[e. 2], subsidia temporalia eis ex ipsa praedicatione deberi monstravit. Unde et nos intellegere[e] decet ideo institutum episcopos vel abbates baculum de manu episcopi, cum consecrantur, accipere, ut noverint se terrenarum rerum, quae aecclesia possidet, de manu Domini veraciter tunc accepisse dominium. In anulo vero misterium[f] sacratissimae coniunctionis, Christi videlicet et eius aecclesiae, designari certissimum est[3]. Quae ideo in episcopo celebrantur[g], quia [quasi[h]] vice Christi aecclesiae sanctae coniungitur. Quam pravum itaque sit quamque perversum haec de

cf. Ex. 12, 11.

In[b] libro de concordia euangeliorum[c] [IIII[d].]

a) namque *A*. b) emergerit *B* 1. c) suorum esset *A*. d) secundam *A*. e) caelebratum *A*; calebratum *B* 1. f) sin. *A*. g) debere fieri *A*. h) LVIII *B* 1. i) Ut — aud. *des. A, ubi nulla cap. distinctio.* k) invest. nullom. aud. *B* 2[b]. l) *des. haec in marg. B* 2[a]. m) laicorum *B* 1[b]. n) LVIIII *B* 1. o) *ita A;* ratio *B* 1; *des. B* 2. p) *supersc. B* 2[a]. q) ante pbriū al. *B* 1. r) ut *add. B* 1. 2[b]. s) delegeret *A*. t) *deest B* 2[b]. u) pronunt. *A*. v) aliqui dicunt non *B* 1. w) nanque *B* 2[a]. x) *deest B* 2. y) *corr. ex* presbiteri *B* 1[a]. z) myst. *B* 2. a) sicut *B* 2. b) *haec des. in marg. B* 2. c) eūg *B* 1. d) *deest B* 1. e) intellig. *A*? *B* 2[b]. f) myst. *B* 2. g) cael. *A*. h) *deest B*.

1) *Ex Romano concilio a.* 1078, *Nov.* 19, *habito; Jaffé, Bibl. II, p.* 332. 2) *Cf. De consensu evang. II, c.* 73, *Opp. III, col.* 63. 3) *Cf. Rangerii L. de anulo et baculo, supra p.* 509.

manu imperatoris seu alicuius humanae[a] potestatis ante consecrationem vel postea velle accipere considerandum est et a tantae iniquitatis perpetratione cessandum.

LVI.[b] Contra eos qui dicunt ideo nos hoc[c] docere, ut honor regni minuatur.

Ex ratione[d].

Nos igitur non ideo hoc dicimus, ut honor regni exinde minuatur, sed ut magis inde[e] adaugeatur. Iuxta euangelium[f] enim quae caesaris sunt, ut ex verbis sancti Ambrosii supra docuimus[1], caesari reddere volumus, et quae Dei Deo. Non enim sola sacratio Dei est, sed et res, quae Deo offeruntur, Dei veraciter esse noscuntur[g]. Hoc enim supra probavimus multis et variis documentis. Possessiones videlicet aliquorum hominum, postquam semel eas Deo devoverint[h], nulli omnino imperatori, regi vel principi huius seculi pertinere, nisi soli Deo et eius aecclesiae.

A.

Sacratissimo autem imperatori quod suum est non negamus, quia et militiam aecclesiae, cum pro tempore opus fuerit, ei deservire omnimodis volumus et ordinatum tributum nequaquam negamus.

B.

Christiano autem cesari sua veraciter concedimus, quia christianum populum ei ad iusticiam favere omnibus modis praedicamus. De nostro etiam ei superaddimus, quia, cum necesse fuerit, caritatis subsidium illi impendimus.

Quod vero Dei est, soli Deo reddere volumus, quia electiones episcoporum vel abbatum, ut est[i] constitutum a sanctis patribus, ab unaquaque aecclesia fieri desideramus. Electus autem res aecclesiae gubernare et ad utilitatem tam animarum quam corporum dispensare debet.

LVII.[k] Ut nostri temporis venerabiles[l] imperatores sequi[m] dignentur exemplum magni Constantini imperatoris.

Ex ratione[n].

Sed quia multociens plus exempla quam verba proficiunt, attendere dignentur christianissimi imperatores venerabilis et Deo amabilis Constantini, qui primus Romanorum imperatorum fidem Christi suscepit, admirandae humilitatis exemplum. Nam cum credidisset[o] Christo, dicens valde indignum esse, ut ibi terrenus imperator sedem regni haberet, ubi Deus omnipotens principem sanctitatis vicarium beati Petri apostoli constituisset, beatissimo papae Silvestro omnes Esperias[q] partes relinquens, sui nominis nobilissimam civitatem aedificans[r], illuc[s] suum transtulit regnum.

Ex[p] privilegio sanctae Romanae aecclesiae.

A.

Hoc enim ipse in privilegio sanctae Romanae aecclesiae testatur inquiens[2]: *Congruum prospeximus nostrum imperium et regni potestatem orientalibus transferri aut transmutari regionibus, in Bizantiae provincia, in optimo loco, nomini nostro civitatem aedificari et nostrum illic constitui principatum*[t] *sive imperium, quoniam, ubi*

B.

desiderans videlicet, omne regnum terrenum vero regi caelesti, domino nostro Iesu Christo ex integro subdi. Et ideo tam ipse quamque omnes[u] populi Romani imperii, qui eius exemplo sanctaque exhortatione[v] et studio relictis idolis Deum vivum et verum[w] adorare iam ceperant, sanctam aecclesiam non solum in spiritua-

a) pot. hum. *B* 1. b) LV *B* 1. c) *ita B* 1. 2[a] *et supra catal. capitum;* hoc dicere *B* 2[b]; haec dicere *A*. d) *ita A. B* 2[a] ?; ratio *B* 1; *deest B* 2[b]. e) tamen *B* 2. f) eū em̄ *B* 2. g) cognoscuntur *B* 1. h) voverint *B* 2. i) est *post* patribus *A*. k) LVI *B* 1. l) *deest B* 2[b]. m) *ita B et cap. catal.;* imitare debeant *A*. n) *ita A;* ratio *B* 1; *des. B* 2. o) *e corr. B* 2[a]. p) Ex — aecc. *des. B*. q) Hesp. *B* 2. r) haed. *A*. s) ibi *A*. t) principatum sive *des. Const.* u) omni populus *B* 1. v) exort. *B* 1. w) iam *add., sed del. B* 2[a].

1) *C.* 18, *p.* 580. 2) *Ex Constituto Constantini ed. Zeumer* § 18, *p.* 58.

A.

sacerdotum principatus et christianae religionis caput ab imperatore caelesti constitutum est, iustum non est, ut illic imperator terrenus habeat potestatem. Unde[1] *etiam, ut non pontificalis apex vilescat, sed magis amplius quam terreni imperii dignitas et gloriae potentia decoretur, tam palatium nostrum quamque Romae urbem et omnes Italiae seu occidentalium regionum provincias et loca et civitates saepe fato beatissimo pontifici, patri nostro Silvestro universali papae, contradentes atque relinquentes suis vel successorum ipsius pontificum potestati et ditioni firma imperiali censura per hanc nostram divalem sacram et pragmaticum constitutum decernimus disponendam atque in iure sanctae Romanae aecclesiae concedimus permanendam*[a].

B.

libus, sed etiam in secularibus rebus praecelsam et praeclaram haberi per omnia voluerunt. Venerat enim[b] iam tempus, quo iuxta prophetam[2] sancta aecclesia in superbiam seculorum[c] poni deberet. Sic enim sanctus Ysayas[d] prophetans ait[3]: *Paupercula tempestate convulsa* magnis scilicet tribulationibus *pressa, pro*[4] *eo quia fuisti derelicta et odio habita, ponam te in superbiam seculorum et suges lac gentium et mamilla regum lactaberis.* Tunc itaque haec omnia[e] compleri, ut notum est et sanctus pater[f] Augustinus affirmat, ceperunt et usque in finem seculi per gratiam Domini adimpleri non dubitantur. Inter haec itaque nos infimi[g] et peccatores caritate cogente sanctos Domini sacerdotes admonere[h] desideramus, ut, quamvis reges seculi eos exaltaverint et[i] sublimaverint, tamen ipsi domini Christi exemplum, qui cum dives esset, pauper pro nobis factus est, in se demonstrantes, negotia secularia nequaquam per se administrent[k]. Non enim eis ideo haec collata sunt, ut spiritualia neglegant et secularibus insistant, sed ut magis magisque animas peccatorum salvare studeant. Nam cum iudices seculi scelestos in crimine capiunt, non eorum saluti, sed suae avariciae servientes, eorum omnia rapiunt[l] vel etiam morti eos addicunt. Pro qua sententia, ut sanctus Augustinus aperte declarat[5], illi qui[n] interficiuntur non evadunt mortem perpetuam. Ideo itaque data est virtus aecclesiae, ut, cum peccatores, pro quibus mortuus est Christus, in crimine conprehenduntur, ab omni avaricia et crudelitate se custodientes pastores taliter eos secundum sanctorum patrum canones tractare studeant, qualiter et animae salventur[o]; et ut quo magis sancta aecclesia in mundo praevalet, eo magis pro auctore mundi saluti hominum insistat. Sed quia paucis ista praelibavimus, nunc

Augustinus[m] in epistola ad Macedonium.

a) permanendum *A*. b) eni *B* 2a. c) *loco raso* *B* 2a. d) Esaias *B* 2. e) per omnia *B* 1. f) *deest* *B* 1. g) infirmi *B* 2b. h) amm. *B* 1. i) et subl. *des.* *B* 2. k) ammin. *B* 2b. l) capiunt *B* 2a. m) Aug. — Mac. *des.* *B* 2. n) illiq; *B* 2a. o) salvantur *B* 1.

1) *Constitutum Constantini* § 17. 2) *Is.* 60, 15. 3) *Ib.* 54, 11. 4) *Ib.* 60, 15. 16. 5) *Cf. Epist.* 155, § 3 *sq., Opp. II, col.* 537. *S.*

B.

ad exemplum venerandae memoriae Constantini nostri temporis imperatores Deum timentes per Christi gratiam provocaturi[a] adhuc eius sanctitatis exempla in medium proferamus.

LVIII.[b] Exemplum magnae humilitatis Constantini imperatoris.

Ex[c] historia ecclesiastica.

Qui[1] venerabilis imperator, dum turbari fidem Christi Arrianorum infestatione doleret, missis a latere suo principalibus viris de universo mundo episcopos congregans concilium universale instituit[d]. Ubi fides Christi ab apostolis et prophetis praedicata firmiter est ore sanctorum corroborata, illuminante eos gratia Spiritus sancti. Ubi ipse tantae humilitatis apparuit, ut humiliori sede quam omnes episcopi sederet in ipso concilio. Cumque[e] quidam eorum alios[f] accusarent, ait: 'Vos dii estis, ego autem[g] sum homo. Non ergo dignum est, ut homo deos iudicet. Inter vos[h] causam audite et pacem facite. Nam ego si viderem sacerdotem Dei peccantem, clamide mea cooperirem eum'. Qui etiam religiosissimus vir primus[2] Romanorum imperatorum fidem veritatis patenter adeptus licentiam dedit per universum orbem suo degentes imperio non solum fieri christianos, sed etiam[i] fabricandi aecclesias, et tribuenda[k] praedia constituit. Denique idem praefatus princeps donaria inmensa et fabricam templi primae sedis beati Petri principis apostolorum instituit, adeo ut sedem imperialem, quam Romani principes praesederant, relinqueret et beato Petro suisque praesulibus, ut diximus[l], profutura concederet. Ab illo etenim[m] tempore et deinceps viri religiosi non solum possessiones et praedia, quae possederant, sed etiam semet ipsos Domino[n] consecrarunt, aedificantes[o] basilicas in suis fundis in honore sanctorum per civitates ac monasteria innumera, in quibus cętus Domino servientium conveniret. Denique reges et praesides ac magistratus non solum hanc licentiam attributi, sed etiam ipsi propria largiti sunt per universa regna terrarum Deo et eius aecclesiae. Haec autem omnia aecclesiasticos viros custodire et administrare[p] synodus[q] Nicena constituit[r]. Quae etiam synodus[q] secularia negotia clericis interdixit. Ubi liquido[r*] patet aecclesiasticas res, quamvis seculi videantur, non tamen mundi, sed Dei[s] veraciter esse. Et ideo non imperatori[t], non regi, non[g] alicui[u] secularium hominum, sed eorum tantum[v] qui Deo consecrati sunt iudicio ac[w] ministerio disponi et ordinari debent.

LVIIII.[x] Exemplum verae humilitatis Valentiniani imperatoris et de electione sancti Ambrosii.

Ex[y] historia[z] tripartita.

Quia igitur protulimus exemplum gloriosissimi imperatoris Constantini, proferamus etiam christianissimi Valentiniani. Qui religiosus[a] imperator veniens ab Oriente ad Hesperias[b] partes, ut refert aecclesiastica historia[z] quae tripartita appellatur[3], mortuo Auxentio, Arrianae perfidiae magistro, qui Mediolanensem aecclesiam ut lupus dilaniaverat[c], cum vellet catholicum[d] Deo ordinante ibi consecrari episcopum, evocans[e] epi-

a) provocatū *B* 1. b) LVII *B* 1. c) Ex hist. eccl. *minio A; des. B* 2. d) constituit *B* 1. e) Cunque *B* 2[a]. f) ei *add. A.* g) *deest B* 2[b]. h) nos *B* 2. i) et *B* 2. k) praed. tr. *A.* l) pred. *B* 2. m) enim *B* 2[a]. n) *deest B* 2. o) ędicantes *B* 1. p) min. *B* 1. *B* 2[b]. q) sin. *A.* r) *sequentis cap. inscriptio hic add., sed eras. B* 2[a]. r*) liquide *A.* s) *corr. ex* v. D. *B* 1[a]. t) imperatoris, non regis *B* 2. u) alicuius *B.* v) tam̄ *B* 2[a]; tamen *B* 2[b]. w) et *B* 2[b]. x) LVIII *B* 2. y) E. h. tr. *des. B* 2. z) hyst. *B* 1. a) religiosissimus *B* 1. b) Esp. *A.* c) dilaniverat *B* 1. d) catholicii *B* 1. e) ev. sinodum episcoporum *A.*

1) *Cf. Rufini hist. eccl. I, c.* 2, *Opp. ed. Vallarsius I, col.* 218; *cf. quae adnotata sunt supra p.* 347. *S.* 2) *Abhinc ad verbum e Melchiadis papae epist. II, c.* 10. 12, *Hinschius p.* 248; *cf. Humbert. III, c.* 8, *l. l. p.* 207. 3) *Cassiod. Hist. trip. VII, c.* 8, *Opp. ed. Garetius I, p.* 305.

scopos haec eis locutus est: *Nostis*[1] *aperte, eruditi divinis eloquiis, qualem oporteat esse pontificem, et quia non decet eum verbo solum, sed etiam conversatione gubernare subiectos et totius semet ipsum imitatorem virtutis ostendere testemque doctrinae conversationem bonam*[a] *habere. Talem itaque in pontificali constituite sede, cui et nos qui gubernamus imperium sincere*[b] *nostra capita summittamus et eius monita, dum tamquam homines deliquerimus necessario, veluti curantes medicamenta suscipiamus'. Haec cum dixisset imperator, petiit synodus*[c]*, ut magis ipse decerneret sapiens et pius existens. At ille: 'Super vos*[d] *est', inquit, 'talis electio. Vos enim gratia divina potiti*[e]*, et illo splendore fulgentes, melius poteritis eligere'. Tunc sacerdotes egressi, de episcopali sede tractabant.* Cum autem ordinatione divina Ambrosius, qui consulatum Emiliensem[f] atque Liguriensem regendum susceperat, electus fuisset, exultans imperator ait: *Gratias*[1] *ago tibi, domine Deus*[g] *omnipotens et salvator noster, quoniam*[h] *huic viro ego quidem commiseram corpora, tu autem animas et meam sententiam*[2] *ostendisti iusticiae convenire'.* Cumque sanctus Ambrosius contristaretur de hoc quod acciderat, ut idem ipse in suis epistolis scripsit[3], confortavit eum imperator et ait: 'Noli[4] timere, quia et Deus, qui te elegit, semper adiuvabit[k], et ego adiutor et defensor tuus, ut meo ordini decet, semper existam'. Sanctus itaque Ambrosius, ut notum est eis, qui eius Vitam vel etiam ipsius epistolas legerunt, dignitatem sui ordinis integre servans, nullis imperatoribus vel iudicibus unquam adulatus est, sed potius quae necesse fuerunt sacerdotali auctoritate Deo se iuvante semper obtinuit.

Epistola[i] Ambrosii.

Ex ratione[l].

LX.[m] De eo, quia sanctus Ambrosius Theodosium imperatorem excommunicavit.

Ex[n] vita sancti Ambrosii.

Unde factum est, ut religiosum principem Theodosium publice[o] excommunicaret et ab aecclesia segregaret propter Thessalonicensis[p] videlicet civitatis excidium. Qui piissimus imperator, Deum in suo sacerdote valde metuens, publice[o] penitentiam egit et malum quod fecerat lacrimis diluit[5]. Propter hanc itaque eius humilitatem victoriam ei de Eugenio tyranno Dominus dedit[6]. Qui in tantum semper excommunicationis sententiam metuit, ut quodam tempore, dum quidam monachus[7] pro quadam querela, quam non cito ei expedierat, eum excommunicare ausus fuisset, Deum[r], cuius nomine et auctoritate excommunicatio fit, metuens, non ante comederet[s], cum iam hora prandii esset, nisi prius monachus inveniretur et eum absolveret. Excommunicationis enim sententiam monachus descripserat in pitatio[t], et ubi ab imperatore inveniretur, proiecerat et abierat. Et cum episcopi multi adessent et ei licentiam darent[u], una cum ipso episcopo supradicti monachi, non eis consensit, priusquam monachus inveniretur. Hinc itaque, hinc videant magnates et principes[8] et omnes populi, quantum timenda sit excommunicatio episcoporum, si imperator christianissimus tantum timuit excommunicationem unius ex ordine monachorum.

Ex[q] vita patrum.

Ex ratione[l].

a) habere bonam *A.* b) sincere *Hist. Trip. B* 2; sincera *A. B.* 1. c) sin. *A.* d) nos *A. B* 1. 2[a]. e) *hic desinit A.* f) Aemil. *B* 2[b]. g) *deest B* 1. h) quō *B* 1. i) Ep. Ambr. *des. B* 2. k) iuvabit *B* 2. l) ratio *B* 1; *deest B* 2. m) LVIIII *B* 1. n) Ex — Ambrosii *des. B* 2. o) publicę *B* 1. p) Tessal. *B* 1. q) Ex v. p. *des. B* 2. r) dum *B* 2. s) comedit *B* 1. t) pytacio *B* 2[a]; pytatio *B* 2[b]. u) licentiam *iterum add., sed eras. B* 2[a].

1) *Abhinc ad verbum ex Hist. trip.* 2) electionem *Hist. trip., quam vocem auctor consilio immutavit. S.* 3) *Similia, sed non eadem scripsit Ambrosius Ep. I,* 21. *ad Valentinianum, Opp. II, col.* 861. 4) *Hic quoque Placidus consilio verba Hist. trip. vitavit, ubi imperator dicit:* non solum non restiti, sed etiam in electione ordinationis tuae socius fui. *S.* 5) *Paulini Vita S. Ambrosii c.* 24, *Opp. II, app. p. XXV.* 6) *Vita S. Ambrosii c.* 31; *cf. Orthodoxa defensio imperialis l. l. p.* 540. *S.* 7) *In Vitis patrum talia non leguntur.* 8) *Cf. Hugo Floriac. I, c.* 11, *supra p.* 478. *S.*

LXI.[a] De Martiano[b] imperatore.

Martianus[b] etiam catholicus[c] imperator tempore sancti Leonis papae concilium universale congregavit[1], et sanctis episcopis se humiliter subdens, in eodem concilio cum magna devotione ipse et eius coniunx[e] suam fidem exposuerunt. Ex[d] libro apostolorum.

LXII.[f] Exemplum obedientiae Karoli imperatoris.

Karolus etiam Francorum rex, ut notum est[2], cum grandi humilitate beato Adriano papae Romae occurrit et deosculatis omnibus gradibus sancti[h] Petri, ad genua sancti papae provolvitur. Qui etiam civitates et castra, quae a Longobardis detinebantur, brachio forti ab eis eripiens, eidem Dei apostolo in perpetuum possidenda restituit. Quem sanctus papa patritium[i] Romanum instituit, et sic demum, ut dicitur, succedentibus prosperis imperator etiam Romanorum levatur. Ex[g] vita sancti Adriani papae.

LXIII.[k] Ubi Karolus imperator, unde ab apostolico ammonitus fuerat, emendare promittit.

Cui ut assolet, dum postmodum nimium episcopi blandiuntur[l], et eius comitatum supra modum adeunt, reprehensus exinde, ipse taliter se corrigens[n] ait[3]: *Secunda vice propter ampliorem abundantiam[o] apostolica auctoritate et multorum episcoporum ammonitione instructi, sanctorum quoque canonum regulis edocti, consultu videlicet omnium nobilium nostrorum nosmet ipsos corrigentes posterisque nostris exemplum dantes, volumus, ut nullus sacerdos in hostem pergat, nisi duo vel tres episcopi tantum electione ceterorum propter benedictionem, praedicationem populique reconciliationem, et cum illis electi sacerdotes, qui bene[p] [sciant[q]] populis penitentiam dare, missas celebrare, de infirmis curam habere sacratique olei cum sacris precibus unctionem impendere, et hoc maxime praevidere, ne sine viatico quis de seculo recedat.* Ex[m] constituto domni Karoli regis, quod probatum est.

LXIIII.[k] De eadem re.

Ecce qualiter venerandae memoriae Karolus ab apostolica sede et aliis sanctis episcopis reprehensus, quia episcopis nimium dominabatur, non superbe tulit, sed se emendaturum[s] proferens, etiam auctoritatem protulit. Ex ratione[r].

LXV.[k] Admonitio imperatorum, ut sequantur praecedentium imperatorum exempla.

Itaque et nostri temporis imperatores, reges et principes eum sequantur, et unde ab apostolica sede et aliis sanctis reprehenduntur, non superbiendo resistant, sed magis sese humiliando emendent, ut Christi gratiam invenire mereantur.

LXVI.[k] De eadem re.

Sequantur exemplum Constantini, cui Deus, quia se sanctae aecclesiae subdidit, omnem orbem[u] Romanum ex integro habere concessit. Imitentur Theodosium et Iustinianum aliosque fideles imperatores, qui serviendo sanctae aecclesiae non solum terrenum regnum, sed etiam caeleste promeruerunt. Ex ratione[t].

a) LXV *B* 1. b) Marc. *B* 2. c) kath. *B* 2[a]. d) E. l. apost. *des.* *B* 2. e) coniux *B* 2[b]. f) LXVI *B* 1. g) Ex — papae *des.* *B* 2. h) P. s. *B* 1. i) patricium *B* 2[a]. k) *titulus deest* *B* 1. l) *corr. ex* pland. *B* 2[a]. m) Ex — est *des.* *B* 2. n) corrigiens *B* 1. o) hab. *B* 1. p) debent *B* 2. q) *deest codd.* r) Ratio *B* 1. 2[a]; Ratione (ex *abscisum*?) *B* 2[b]. s) emendatum *B* 2. t) Ratio *B* 1; *deest* *B* 2. u) urbem *B* 1.

1) *Cf. Liber Pontif., ed. Duchesne I, p.* 238. 2) *Ibid. p.* 497 *sq.* 3) *Cf. Caroli M. Capit. (a.* 769. *vel paulo post) c.* 1, *Capit. reg. Fr. I, p.* 44. *S.; Burchardi Descr. I, c.* 219: Cap. eiusdem *(scil. Caroli M.).*

LXVII[a]. Quare sanctus Adrianus investiri aecclesias permittere imperatoribus potuit.

Ex ratione[b]. Non dicant ergo religiosi imperatores: 'Praeiudicium nobis apostolici faciunt qui non nobis hoc[b*] observant, quod Adrianus sanctissimus papa Carolo[c] dedit'. Non enim credibile est sanctum Adrianum hoc umquam potuisse concedere, ut aecclesia Dei a laicis investiretur[1], nisi fortasse tantummodo pro signo custodiae. Nam dominari aliquem principem aecclesiae Dei non solum non[d] concessit, sed etiam cum gravi interminatione prohibuit dicens[2]: *Non licet imperatori vel cuiquam pietatem custodienti aliquid contra mandata divinitatis praesumere, nec quicquam, quo euangelicis propheticisque[f] seu apostolicis regulis obvietur, agere. Iniustum enim iudicium et[g] diffinitio iniusta, regio metu vel iussu peracta[h], non valeat, nec quicquam quod contra[i] auctoritatem divinam, et sanctorum patrum canones actum fuerit stabit, et quod ab hereticis factum[k] fuerit omnino cassabitur.*

Ex[e] decreto sancti Adriani papae.

LXVIII.[a] De investitura, quid significet, et quam grave sit scelus sanctuarium Dei[l] investire velle.

Ex ratione[b]. Investigandum, quid investitura significet, et quare dicatur. Investitura ideo dicitur, quia per hoc signum quod nostri iuris est alicui nos dedisse monstramus. Quod enim nostrum est, cum alicui ex nostra parte ad[m] possidendum concedere volumus, eum exinde investire curamus, significantes videlicet et[n] hoc signo illud quod damus nobis iure competere, et illum qui accipit quod nostrum est per nos possidere. Ipso itaque nomine, quantae impietatis sit sanctuarium Dei investire desiderare apertissime comprobatur. Alicui enim homini sanctuarium Dei possidere velle, magni sacrilegii esse sanctus[b*] propheta cum gravi interminatione denunciat dicens: *Pone principes eorum[b*] sicut Oreb, Zeb, Zebee, et Salmana[o]; omnes principes eorum, qui dixerunt:* Ps. 82, 12. *Hereditate possideamus[p] sanctuarium Dei.* Ubi insuper adiungit quid[q] eis pro hac iniquitate iuste contingere debeat, inquiens: *Deus meus, pone illos ut rotam,* et caetera usque in finem psalmi. Quo in loco et hoc perspicere licet, quia sicut Giezi[s] et Symon[t] a propheta Eliseo[u] vel apostolo Petro maledicti sunt, quorum alter gratiam Dei vendere, alter mercari voluit: ita et a sancto David eodem spiritu pleno illi, qui sanctuarium Dei sibi in hereditatem vendicare volunt, aeterna maledictione sunt[v] multati. Ubi etiam considerare decet, quia, etsi aliqua ratione symoniacum[w] hoc non esse defendi posset, tamen, quia aeterna maledictione multatur[x], vitandum omnimodis et interdicendum omnibus christianis esset.

ib. 13. ib. 14. Psalmus[r] LXXXII.

LXVIIII.[a] Quia investitura aecclesiarum fieri non debeat[y].

Considerandum autem, quia, etsi vere imperatoribus haec a sanctis concessa fuissent, et eo in tempore valde, utiliter et recte fieri potuissent, tamen[b*] quia tanta

a) *titulus deest B* 1. b) Ratio *B* 1; *deest B* 2. b*) *deest B* 2. c) Kar. *B* 2. d) *recentiore manu supra lin. add. B* 1. e) Ex — papae *des. B* 2. f) vel propheticis *B* 2. g) vel *B* 2. h) ordinata *Marc.* i) contra euangelicam et apostolicam doctrinam institutionemque eorum sive sanctorum patr. actum *Marc.* k) actum *B* 2. l) *deest B* 2[b]. m) ac *B* 1. n) *deest B* 1. o) Salman . . *una littera erasa B* 2[a]. p) nobis *add. B* 1. q) quod *B* 2. r) *des. B* 2. s) iezi *B* 2. t) simon *B* 2[b]. u) Heliseo *B* 2. v) mult. s. *B* 2. w) sim. *B* 2[b]. x) multandum *B* 2. y) debet *B* 2[b].

1) *Auctor respicit privilegium Hadriani I. spurium Karolo imp. datum, Jaffé, Reg. I, p.* 292; *cf. Bernheim, 'Das unechte Decret Hadrians I. im Zusammenhang mit den unechten Decreten Leos VIII. als Documente des Investiturstreites' in 'Forsch. z. Deutsch. Gesch.' XV, p.* 618 *sq.; cf. prolog. p.* 569. 2) *Marcellini epist. II, c.* 4, *ed. Hinschius p.* 222; *Calixti I. epist. I, c.* 6, *ibid. p.* 137.

praesumptio exinde est[a] nata, ut aecclesia Dei veluti secularis res venundaretur, vel[b] etiam pro humano favore alicui concederetur, et hoc maxime a laicis fieret, quod clerici si auderent, ab omni ordine aecclesiastico deponi deberent, emendandum per omnia foret[c]. Nam non solum quod sanctus Adrianus fecisset[d] emendandum omnimodis esset, sed etiam, si aliquis apostolorum vel prophetarum unde aecclesia[e] Dei destrueretur, quod absit, dicere inveniretur, abdicandum radicitus esset. Quapropter beatus apostolus[f] Paulus, aecclesiae Dei consulens, pro abdicando iudaismo[h] beatissimo etiam Petro nequaquam pepercit. Fecit hoc etiam sanctae memoriae Ezechias rex, qui videns Iudaicum populum contra ius divinum venerari serpentem aeneum, non veritus est opus Moysi, hominis Dei, confringere, et populo[i], ut Deum solummodo adoraret[k], praecipere[l]. Ubi sancti patres hoc quod supra diximus intellegunt[m], dicentes[n]: 'Hoc enim maximum documentum est, quod ad aedificationem aecclesiae proficere potest, si est qui hoc animadvertere possit[o], quare Ezechias cum magna sui laude atque pro animarum salute destruxit quod ad salutem illius[p] populi Moyses Deo iubente fecerat?' Quis enim nesciat Moysen maioris esse meriti, quam Ezechiam regem? De Moyse enim in libro Numerorum dixit Dominus ad Aaron et Mariam: *Audite verba mea: Si fuerit propheta inter vos, in visione illi Dominus cognoscar, et in somnio*[p*] *loquar ad illum. Non enim*[q] *eo modo famulus meus Moyses in tota domo mea; os ad os loquar ad illum, in specie, et non per aenigmata*[r] *Dominum videt.* Quia enim serpentem, quem Moyses, sicut iam dictum est, Deo iubente fecerat, ut serpentina morte populus eum aspiciendo non interiret, eundem serpentem, quia Deus eum fieri iusserat, populus eum venerari et colere ceperat, et mortem, quam temporaliter patres illorum ad tempus evaserant, denuo morituri, illi praeripuerunt in perpetuum in anima morituri: et idcirco destruxit iste quod Deo[s] iubente fecerat ille, ac per hoc magna auctoritas ista habenda est in aecclesia, ut, si nonnulli ex praedecessoribus vel maioribus nostris fecerunt aliqua, quae illorum tempore esse potuerunt sine culpa, et superstitionem[t] postea gignere ceperint, sine tarditate aliqua, et cum magna auctoritate a[u] posteris destruantur[2].

Ex[g] epistola ad Galathas. cf. Gal. 1.

cf. 4. Reg. 18.

Ex[n] doctrina sanctorum patrum.

cf. Num. 12, 6—8.

LXX[v]. Romano pontifici summo studio procurandum est, ut sanctorum instituta serventur.

Sunt autem quidam dicentes[3] Romano pontifici semper bene[f] licuisse novas condere leges. Quod et nos non solum non[f] negamus, sed etiam valde affirmamus. Sed sciendum summopere[x] est, quia inde novas leges condere potest, unde sancti patres et pracipue apostoli vel[y] euangelistae aliquid nequaquam dixerunt. Ubi vero aperte Dominus vel eius apostoli et eos sequentes sancti patres sententialiter aliquid diffinierunt[z], ibi[a] non[b] novam legem Romanus pontifex dare, sed potius quod praedicatum est usque ad animam et sanguinem confirmare debet. Si enim quod docuerunt apostoli et prophetae destruere, quod absit, niteretur, non sententiam dare, sed magis errare convinceretur. Sed hoc procul sit ab eis qui semper Domini aecclesiam contra luporum insidias optime custodierunt.

Ex ratione[w].

a) nata est *B* 2. b) vel — concederetur *des. B* 1. c) *corr. ex* forent *B* 2[a]. d) si fec. *B* 2[b]. e) Dei eccl. *B* 1. f) *deest B* 1. g) Ex — Gal. *des. B* 2. h) baptismo *add. B* 2[b]. i) populum *B* 2. k) adorare *B* 1. l) p̄ciperet *B* 2[a]. m) intelligunt *B* 1. n) Ex — patrum *des. B* 2. o) potest *B* 2. p) huius *B* 2. p*) somno *B* 2[b]. q) ita *B* 1. r) enigma videt dominum *B* 1. s) iub. D. *B* 2. t) superstitione *B* 2. u) destr. a post. *B* 2[b]. v) *titulus deest B* 1. w) Ratio *B* 1; *deest B* 2. x) sūopere *B* 1. y) et *B* 2. z) defin. *B* 2. a) ubi *B* 1. b) non *post* pontifex *B* 2[b].

1) *Nescio ubi.* 2) *Cf. Deusdedit II,* § 13, *supra p.* 312 *sq.* 3) *Ivo Carnot., epist.* 237. *infra; cf. Schum, 'Die Politik Papst Paschalis II', Erfurt* 1877, *p.* 22. *S.*

LXXI.[a] De eo, quod pro terrenis quae aecclesia possidet non debet iuri imperatorum addici.

Ex ratione[a*]. Videamus igitur adhuc, utrum haec sententia vera sit, quam quidam dogmatizant[b] propter secularia, quae aecclesia possidet, deberi investiri episcopos vel abbates ab imperatore, terrenorum[c] videlicet principe. Quod quidem[d] non debere satis ex his quae superius dicta sunt patet. Adhuc autem inferamus, quia, sicut sanctus papa Urbanus martyr[1], beatus etiam Melciades[2] et eius successor, sanctissimus Silvester, dicunt, haec consuetudo, ut aecclesia terrenas possessiones habeat, a sanctis apostolis instituta est, eo videlicet tempore[f], quo[g] unus quisque fidelium possessiones suas vendebat et precium eorum ad pedes apostolorum ponebat. Quod quidem tantum in Iudea fecerunt sancti apostoli, quia noverant se[h] ibi non diu permansuros. In gentibus autem, ubi aecclesiam noverant usque in finem seculi permansuram, et ipsi et eorum successores apostolici viri oblationes fidelium, sicut erant, suscipiebant[i], ut melius pauperes ex fructibus eorum alerentur. Sicut itaque sine iussu vel aliqua investitura terreni principis recipiebant apostoli quae eis deferebantur, ita suos[a] discipulos, sanctos videlicet episcopos, facere docuerunt; servato videlicet, ut, sicut[a] apostolus ait: *Cui vectigal, vectigal, cui tributum, tributum, cui honorem, honorem deferrent.* Hoc enim et ipse Dominus fecit, qui tributum pro se et Petro reddidit, non se tamen aliquid eis debere prius respondit. *Pro nobis igitur,* ut beatus Hieronimus ait[3], *Christus tributum reddidit, sicut et crucem sustinuit. Nos pro illius honore tributum non reddimus?* Unum[k] tamen est quod christianis principibus debemus, scilicet ut orando et praedicando eis consulere non desinamus. Nam res[l] pauperum, id est possessiones aecclesiarum, non solum illis[m] tribuere, sed ne quidem in nostros proprios usus convertere debemus, nisi ad hoc tantum, ut habentes de aecclesia victum et vestitum ei servire possimus. Nam ideo Dominus, ut idem sanctus Ieronimus[n] ait[4], non de loculis, quos Iudas ferebat, sed aliunde miraculo facto tributum solvit, quia nefas putavit res pauperum in usos suos suorumque[o] convertere, et nobis idem exemplum praebuit.

Ex[e] decretis Urbani papae, Melciadis et sancti Silvestri papae.

Rom. 13, 7.

LXXII.[a] De eo, quia pastores non tantum animarum, sed etiam[p] corporum curam gerere debeant.

Ex ratione[a*]. Sed et hoc dicendum[q], quia non solum Deo et eius aecclesiae hoc praeiudicium fieri non debet, ut episcopus vel abbas, quem sibi pastorem eligit sine secularium hominum investitura, quae eius sunt habere non debeat, sed ne alicui orfano[r] vel viduae iustum esset hoc interdici, ut sua, quae ei iure obvenerant, alicui famulorum suorum dispensare et ex eis sibi servire non decerneret. Quis enim umquam iudex[s] iustus hoc laudaret? Et sancta igitur aecclesia uni ex suis[t] famulis hoc praecipit, quando ideo pastorem eligit, ut tam animarum quam corporum, infirmorum scilicet suorum membrorum, curam habeat. Quis hoc Dei servus laudabit, ut sine iussu vel investitura[u] humanae potestatis nihil possit[v] in aecclesia agere, cum etiam apostolus dicat: *Oportet episcopum irreprehensibilem*[w] *esse,* sicut[x] Dei dispensatorem? Episcopos autem non solum animarum, sed etiam corporum curam gerere praecipit beatus Petrus

1. Tim. 3, 2.

a) *titulus deest B* 1. a*) Ratio *B* 1; *deest B* 2. b) dogmatizabant *B* 2b. c) terrenarum *B* 1. d) quidam? *B* 2a. e) Ex — Silv. p. *des. B* 2. f) *deest*? *B* 2a. g) quando *B* 1. h) si *B* 2a. i) susceperunt *B* 2. k) unde *B* 2. l) eius *B* 1. m) illi9 *B* 1. n) silr̄ *B* 1. o) que *superscr.* 1. p) et *B* 2b. q) sciendum *B* 2. r) orphano *B* 2b; *corr. ex* orphono *B* 2a. s) iust. iud. *B* 2. t) *deest B* 2. u) investitu *B* 1. v) prosit *B* 2a. w) inrepr. *B* 2. x) tanquam *B* 2.

1) *Cf. Urbani I. epist. c.* 2, *Hinschius p.* 144. *S.* 2) *Epist. II, c.* 9, *ibid. p.* 248. *S.* 3) *Comment. in evang. Matth.* 17, 24. 25, *Opp. ed. Vallarsius VII, col.* 136. 4) *Cf. ibid. col.* 136.

apostolus dicens: *Pascite qui in vobis est gregem Dei*[a], *cum omni sollicitudine providentes ex animo, non turpis lucri gratia.* Unde itaque pascent, si quod aecclesiae[b] est non habeant[c]? Inclinent itaque his sanctis monitis aurem omnes terreni principes et non solum sua tollere aliquomodo sanctae aecclesiae studeant, sed etiam propria ei donare fideliter[d] curent, ut aeternam[e] mercedem ab eo accipiant qui fidelibus suis promisit: *Centuplum accipietis et vitam aeternam*[e] *possidebitis.* 1. Petr. 5, 2. Matth. 19, 29.

LXXIII.[f] Nullum episcoporum debere aliquam aecclesiam laicis subdere.

Spiritus sancti dona specialiter in aecclesiasticis officiis praefulgere manifestum est. Inter quae omnia supereminet episcopalis gratia. Quae non inmissione regum vel principum, sed electione clericorum et petitione seu[g] acclamatione omnium populorum fieri debet. Cuius electionis iudicium domni apostolici et eius vicariorum seu archiepiscoporum ita proprium est, ut nulli non sui ordinis viro haec concedere ulla ratione debeant. Pro salute enim animarum suarum principes eligere speculatorem debent[h] qui gladium venientem super se et super populum videre et denunciare praevaleat; sicut et omnis populus debet non sua potentia vel auctoritate in aecclesiam aliquem introducere. Non enim Spiritus sanctus alicui subici potest, ut ei spiritale donum tribuat, cui princeps avaritiae serviens et sanctuarium Dei hereditate possidere desiderans pro suo et non pro Dei honore praesulatum aecclesiae investiendo dare praesumpserit. Nam qui hoc putat, homini utique subici posse creatorem omnium Spiritum sanctum credit, quod vel existimare inauditum scelus est[i], et Arrianam impietatem supergredi, ut sanctus Urbanus papa[l] docet[k], manifestum est. Non itaque tali manus imponenda est[d], sed, nisi ex corde poenituerit, aeterna dampnatio inminere praedicanda est. Ostendunt autem et sancti Calcedonenses patres, quod sancte[m] et pure aecclesiastica tractanda sint, dum aiunt[n]: *Si quis episcopus per pecuniam fecerit ordinationem, et sub pretio*[o] *redegerit gratiam, quae non potest vendi, ordinaveritque*[p] *per pecunias*[q] *episcopum*[r] *aut presbiterum aut diaconum*[s], *vel quemlibet ex his, qui connumerantur in clero, aut promoverit per pecunias*[t] *dispensatorem aut defensorem, vel quemquam, qui subiectus est regulae, pro suo*[u] *turpissimi lucri commodo, is, cui hoc attemptanti*[v] *probatum fuerit, proprii gradus periculo subiaceat, et qui ordinatus est, nichil ex hac ordinatione vel promotione, quae est per negotiationem facta, proficiat, sed sit alienus a dignitate vel sollicitudine, quam pecuniis quaesivit. Si quis vero mediator tam turpibus et nefandis datis vel acceptis extiterit, si quidem clericus fuerit, proprio gradu decidat; si vero laicus aut monachus*[w], *anathematizetur.* Si itaque iuxta hoc[d] praeceptum laicus mediator, ut dispensator, id est economus aecclesiae, per pecunias ordinetur, anathematizandus est: laico coactori, ut omnem aecclesiam suo iuri subdat, consentiendum est? Numquid qui ab ipso episcopatum acceperit sacrandus est? Nam, si etiam pro solius Dei[y] honore hoc requireret, impetrare minime deberet; quia, ut iam diximus, istud suo ordini nequaquam competit. Quod enim quidam aiunt[3] ideo hoc

Urbani[l] papae II. Ex[n] concilio Calcedonense c. II. Ex ratione[x].

a) Domini *B* 1. b) est eccl. *B* 2. c) *corr. ex* habent *B* 2[a]; hant *B* 1; habent *B* 2[b]. d) *deest B* 2. e) etern. *B* 1. f) *titulus deest B* 1. g) s. accl. *om. B* 2[b]. h) *deest B* 1. i) ēē *B* 1. k) *bis scr., semel del. B* 1[a]. l) U. p. II. *des. B* 2. m) sanctaę *B* 1. n) Ex — II. *des. B* 2. o) precio *B* 2. p) ordinavitque *B* 2[b]. q) pecuniam *syn.* r) episc. aut *des. syn.* s) diaconem *B* 1. t) aut *add., sed del. B* 2[a]. u) sui *B* 2. v) atteptanti *B* 1. w) fuerit *add. B* 2. x) Ratio *B* 1; *deest B* 2. y) hon. Dei *B* 2.

1) *Locum non inveni.* 2) *C.* 2. *ex versione Dionys. Exigui; cf. Humbert. I, c.* 18, *l. l. p.* 130. *S.* 2) *Cf. Orthodoxa defensio l. l. p.* 538; *cf. p.* 540; *Wido Ferrar. Libelli I, p.* 566; *cf. Kayser p.* 16. *V. infra c.* 82. 118. 154.

imperatori competere, quia sacro oleo in regnum unctus est, omnino veritati non congruit. Non enim ideo[a] unctus est[b], ut episcopatus vel abbatias disponat, sed ut Spiritus sancti gratia, quae per unctionem illam signatur, confirmatus iustitiam Dei rectissime teneat. Cum autem ei etiam valde religioso et non pro sui regni honore quaerenti hoc conceditur, ut sine eius licentia clerus vel populus electionem praesulum facere non audeant, et si fecerint, ipse secundum suum libitum emendet, et nullus episcopus ante electum consecrare audeat, quam ab ipso per baculum et anulum investiatur[c], numquid canonicum est? Ubi isti[d] inveniuntur canones, cum sacri canones seculares aecclesias suo iuri subdentes anathematizent? Numquid, si hoc ei conceditur, claves regni caelestis eius dicioni non subduntur[e]? Quod si ei nulla specie religionis istud praerogativum concedi potest, pro honore sui regni quaerenti et vi optinere conanti aliquomodo consentiri debet?

LXXIIII.[f] Exempla, quibus probatur sanctam Romanam maiores Dei aecclesias semper ordinasse.

Sancta vero Romana et apostolica aecclesia per semet ipsam, et non per aliquos laicos, etiam valde religiosos, — quod inauditum apud antiquos patres semper fuit, modernis etiam temporibus magis subreptum[g], quam ordinate factum[a] supra docuimus — hactenus[h] omnes maiores Dei aecclesias ordinare et investire studuit. Inde est, quod beatus Petrus apostolus Alexandrinam aecclesiam[i] fundans Marcum euangelistam ibidem destinavit, Armachorae[k] Aquilegensi[l] patriarchae baculum pastoralem suis manibus dedit, Apollinarem[m] archiepiscopum Ravennae misit, Martialem Lemovigas mandavit. Eius successor Clemens Dionisium[n] Parisiorum aecclesiae direxit. Gregorius primus papa Mediolanenses[o] dignum successorem sancti[p] Ambrosii[q] eligere docuit. Et quid multa? Deficiet enim dies, antequam exempla, in quibus aperte monstratur[r] sanctam aecclesiam Romanam per se sive per suos vicarios vel metropolitanos a se constitutos omni sanctae Dei aecclesiae pastores semper constituisse. Nunc itaque quod constitutum[s] hactenus[h] est usque in finem, Deo auxiliante, custodiatur, ut apostolica doctrina Spiritus sancti gratia semper incrementum accipiat.

LXXV.[f] De excommunicatione et zizaniis.

Ex ratione[t].

Inter haec notandum est, quod quidam[1] contra euangelicam parabolam nos facere contendunt, ubi de zizaniis[u] non eradicandis Dominus praecepit, cum aliquos excommunicatione dignos excommunicationi subicimus. Et aiunt etiam sanctum Augustinum hoc contradicere eo in loco, ubi ait, 'quia non est praecidenda unitas. Feriendi sunt mali, non praecidendi'[2]. Quibus hoc primum respondendum est: Si heretici et mali homines excommunicandi non sunt, quare ipse sanctus[v] pater Augustinus cum legatis sanctae Romanae aecclesiae et cum sanctis[x] coepiscopis suis Pelagium et Caelestinum novam heresim in sancta Dei aecclesia introducentes excommunicavit et ab aecclesia Dei separavit? Quare ipsos Donatistas, contra quos ista et multa his similia loquitur, cum omni aecclesia Dei excommunicatos tenuit, et nisi prius nefandi scismatis eos poenituisset et per manus impositionem reconciliati essent, eis nequaquam communicabat?

In[w] epistola sancti Augustini.

a) *deest B* 2[b]. b) *super lin. scr. B* 2[a]. c) vestiatur *B* 1. d) iste *B* 1. e) subdunt *B* 2. f) *titulus deest B* 1. g) surreptum *B* 2. h) actenus *B* 1. i) f. çccl. *B* 2. k) ermachore *B* 1. l) aquilegiensi *B* 2[b]. m) apolenarem *B* 1. n) dionys. *B* 2[b]. o) mediolanos *B* 2. p) sanctum *B* 2. q) Ambrosium *B* 2; ambr̃ *B* 1. r) demonstr. *B* 2[b]. s) est *add., sed del. B* 2[a]. t) Ratio *B* 1; *deest B* 2. u) zezaniis *B* 1. v) *deest B* 2. w) In — Aug. *des. B* 2. x) omnibus *B* 2.

1) *Cf. Ivonis Carnot. epist.* 236, *infra; Kayser p.* 39. *S.* 2) *Similia affert Augustinus in compluribus locis, sed verba ipsa non inveni.*

LXXVI. Quia[a] Dominus ipse excommunicationem praecepit, et quid intersit inter excommunicare et eradicare?

Nos itaque, quia in longum duximus[b] sermonem, ut in hoc, quod apertum est, inmorari non videamur, breviter huius rei sententiam proferamus. Idem ipse Dominus, qui hoc parabolice[d] hic enarrat[e], aperte alibi excommunicationem fieri iubet dicens: *Frater qui corripitur ab aecclesia et non obedit sit tibi sicut ethnicus et publicanus.* Matth. 18, 15—17. Unde apparet liquido aliud esse excommunicationem et aliud eradicationem. Qui enim excommunicatur, ut apostolus ait, ad hoc excommunicatur, *ut spiritus salvus sit in die* 1. Cor. 5, 5. *Domini.* Disciplina est enim excommunicatio, et non eradicatio, nisi forte contemptu[f] et superbia proveniat. Donatistae autem, quantum in ipsis erat, omnem aecclesiam per universum mundum diffusam de agro Dei eradicaverant et se solos vere christianos esse credebant. In tantum autem hoc malum creverat, ut catholicos etiam rebaptizare auderent; quod vere esse eradicare nulli sapienti incognitum est. Provenerat vero hoc scisma eo[g], quod accusabant Caecilianum episcopatum Cartaginensem iniuste suscepisse, quod[h] concilio universali Romae habito probare non potuerunt. Iudicio itaque episcoporum Caecilianus in episcopatu firmatus est. Quo facto illi indignati scisma fecerunt et diviserunt se omni populo christiano propter unius hominis falsam criminationem. Et inde est, quod beatus Augustinus saepissime dicit[1]: *Etsi vera crimina haec essent, non propterea vos ab omnibus christianis dividere debebatis. Ferendi sunt mali, in agro vobiscum esse possunt, in horreo vero nequaquam.* Videns autem hoc malum sancta Dei aecclesia catholica[i] conciliis factis excommunicavit eos. Qui non timuerunt, sed persequi spiritualiter et corporaliter aecclesiam Dei ceperunt. Quod videntes imperatores Christum adorantes, lege sanxerunt omnia, quae habebant, hereticos perdere et ipsos nunquam certa sede consistere. Quapropter factum est, ut multi ex eis converterentur et severitate legum et clementia sacerdotum, qui, ut eos ad concordiam provocarent, statuerunt, ut episcopi et clerici in suo ordine reciperentur, tantum ut de praeteritis poenitentiam agentes in futuro emendarentur.

Ex ratione[c].

LXXVII. De excommunicatione, qua intentione fieri debeat.

Itaque, non sicut illi aiunt, eos eradicamus, cum excommunicationi subicimus, sed ideo eis disciplinam damus, ut malum, quod agunt, relinquentes iustitiam Dei nobiscum rectissime teneant. At vero quidam ex eis semet ipsos eradicantes et dampnantes fecerunt, constituentes sibi alios episcopos, quosdam quidem iam dampnatos, quosdam vero criminibus irretitos. Nos autem, quamvis et ipsi peccatores simus, tamen veros katholicos in hac re nos[k] demonstrantes, obedientes Christo et sequentes sanctorum exemplum, qui dixerunt: *Si quis frater nominatur in vobis fornicator aut adulter aut ebriosus, cum* 1. Cor. 5, 11. *eiusmodi*[l] *nec cibum sumere.* Et item: *Si quis venit ad vos et hanc doctrinam non affert,* 2. Ioh. 19, 10, 11. *nec ave ei dixeritis; qui enim dicit ei ave communicat eius malignis operibus.* Ideo eos excommunicamus, ut mala quae faciunt relinquentes spiritus eorum salvus sit in die Domini. Nam non propterea hoc agimus, ut nos peccatores non esse veraciter confiteamur, quod et ipsi sancti apostoli confitebantur dicentes: *In multis enim offendimus omnes,* sed ideo Iac. 3, 2. tantum, ut, quia disciplina aecclesiae sine severitate retineri non potest, ad tempus excommunicationi subicimus, ut omnes excommunicationis terrore coacti ad iustitiam

a) *titulus deest B* 1. b) serm. dux. *B* 1. c) Ratio *B* 1; *deest B* 2. d) parabolicę *B* 1. e) *corr. ex* enarravit *B* 2a. f) contentu *B* 1. g) eo, q. a. *iterum scr., sed del. B* 2a. h) *hic incipit quaternio V. cod. B* 1, *qui totus excidit.* i) cath. *sic h. l. B* 2a. k) dem. nos *B* 2b. l) di *post superscr. B* 2a.

1) *Cf. Contra epist. Parmeniani II, c.* 4, § 11, *Opp. IX, col.* 32; *III, c.* 2, § 11. 12, *ibid. col.* 63. *S.*

redeant. Ideo autem cum eis non communicamus[a], ut ex hoc cognoscant[b], quam grave sit a communione sanctorum peccatorum meritis in aeternum secerni.

LXXVIII. Non posse episcopum vices suas in aecclesiasticis rebus laicis tribuere.

Sed ut ad id[c], unde paululum digressi sumus, redeamus, sciendum, quia sunt nonnulli, qui dicunt[1] posse Romanum pontificem vicem suam in praerogativa investiendorum episcoporum imperatori tribuere. Qui attendant, quid exinde sancti patres protulerint, et hoc, quod temere dicunt, emendare procurent. Taliter enim statuerunt dicentes[2]: *Nova actione didicimus quosdam ex nostro collegio contra mores aecclesiasticos habere in rebus divinis constitutos oeconomos. Proinde pariter tractantes elegimus, ut unusquisque nostrum secundum Calcedonensium patrum decreta ex proprio clero oeconomum sibi constituant. Indecorum est enim laicum esse vicarium episcopi, et seculares in aecclesia iudicare. In uno enim eodemque officio non debet dispar*
Deut. 22, 10. *esse professio. Quod etiam in lege divina prohibetur dicente Moyse: 'Non arabis in bove simul et asino'; quod est: homines diversae professionis in officio uno non sociabis. Unde oportet nos et divinis libris et sanctorum patrum obedire praeceptis, constituentes, ut qui amministrationibus aecclesiae pontificibus sociantur, discrepare non debeant nec professione nec habitu. Nam coherceri et coniungi non possunt, quibus studia et vota diversa sunt. Si quis episcopus post haec aecclesiasticam rem ad laicalem procurationem devolverit, aut sine testimonio oeconomi gubernanda crediderit, vere ut contemptor canonum et fraudator aecclesiasticarum rerum non solum Christo de rebus pauperum iudicabitur reus, sed etiam et concilio manebit obnoxius.*

LXXVIIII. Contra adulatores[c*], qui contra canones auctoritatem dare contendunt.

Videant itaque qui hoc quod supra protulimus autumant posse scilicet domnum apostolicum imperatori episcopatus vel abbatias ordinandas vel investiendas tribuere, quid isti sancti patres exinde protulerint[d], qui etiam oeconomum aecclesiae non tribuerunt episcopo potestatem laicum ordinandi et desinant[e] contra statuta apostolica loqui
Ez. 13, 8. et imperatorum animas perdere. De eis enim Ezechiel propheta ait: *Vae, qui convehunt pulvillos sub cubito omnis manus.*

LXXX. Utrum alicui pro honore terreno aecclesiam ordinare concedendum sit?

Attendere vero dignentur et summae sedis apostolici beatissimi patres[4], venerabilis memoriae praedecessor eorum Urbanus quanta execratione dignum duxerit aecclesiastica officia vendere vel emere avaritia imperante, precio muneris a manu vel lingua seu ab obsequio. Nam aperte hoc symoniacum[f] esse testatus est, inquiens[5]: *Qui res aecclesiasticas non ad hoc, ad quod institutae sunt, sed ad propria lucra munere linguae, vel indebiti obsequii vel pecunia largitur vel adipiscitur, symoniacus[f] est, cum principalis intentio Symonis[f] fuerit sola pecuniae avaritia, id est idolatria, ut ait apo-*
Gal. 5, 20. *stolus: 'Et avaritia, quae est ydolorum[g] servitus'.* Et nunc itaque, cum aliquis aecclesiam non quidem precio emit, sed quod dictu etiam execrabile est, gladio optinet et

a) *corr. ex* excom. *B* 2a. b) cogn. *primo, deinde corr.* recogn. *B* 2a. c) *postea add. B* 2a. c*) adolatores *B* 2b. d) protulissent *B* 2a. e) destinant *B* 2a. f) sim. *B* 2b. g) idol. *B* 2b.

1) *Cf. Orthodoxa defensio supra p.* 538. 2) *Concil. Hispal. II, c.* 9, *Mansi Coll. X, col.* 560; *Hinschius p.* 439. 3) *Cf. Dist. LXXXIX, c.* 4; *C. XVI, qu.* 7, *c.* 21. 4) *Scilicet Paschalis II. papa.* 5) *Epist. ad Lucium praepos., Mansi XX, col.* 661; *C.* 1, *qu.* 3, *c.* 8; *cf. infra c.* 101.

pro suae ambitionis avaritia investit et dominatur, nonne Symonis[a] maliciam imitatur, vel etiam transcendit? Nam[b] Symon etsi pretio emere voluit, tamen non vi extorsit. Quod si aliquis, a malo invasionis immunis et non avaritiae pecuniarum inhians, sed tamen sublimitate terreni honoris supra modum ambiens, quae ambitio esse avaritia a beato patre Gregorio apertissime diffinitur[1], aecclesiam investire pro suo terreno honore praesumit, vicium symoniacae[a] heresis non evadit. Ideo enim Symon[a] dampnatus est, quia per avaritiam donum Dei se possidere existimavit. Eodem itaque laqueo terrenae ambitionis ille qui per avaritiam sui et non Dei honoris aecclesiastica officia dari vel accipi posse existimat astrictus tenetur. Accipiens autem, etiamsi bonis polleret moribus et alias canonice electus fuisset, propter dantis tamen secularem ambitionem et suam infidelem existimationem, qua per avaritiam sublimitatis et dominationis se donum Dei accipere posse confidit, sacrandus minime est. Quia si talis sacratur, exemplum beati Petri non tenetur. Nam cum quis non pro salute animae suae episcopum eligere, sed investiendo, id est dominando, insignia praesulatus alicui dare desiderat et eum sacrari expetit, quid aliud vult, nisi ut, cui ipse manus imposuerit, id est potestatem terrenarum rerum aecclesiae dederit, accipiat Spiritum sanctum? Quod non ei esse concedendum testatur exemplum beati apostoli, qui Symoni hoc volenti ait[2]: *Pecunia tua tecum sit in perditione, quia existimasti donum* Act. 8, 20. *Dei pecunia possideri.* Quid enim et iste aliud existimat, nisi donum Dei per avaritiam possideri, cum existimat eum posse fieri episcopum, cui ipse supra modum sublimitatem et honorem terrenum ambiens investituram praesulatus dederit, sibi utique vendicans quod Dei est? Dei autem esse non solum spiritualia, sed etiam corporalia, quae aecclesia possidet, satis[c] habundeque supra docuimus. Omne enim quod Deo offertur sacrum esse, tam veteris quam novi testamenti et sanctorum patrum dictis probavimus.

LXXXI. [Qualiter[d] intelligenda sint quaedam privilegia, quae contra hanc quam defendimus rationem esse videntur.]

Proferuntur a quibusdam quaedam privilegia sanctorum apostolicorum, quibus patrocinantibus se putant canonicam hanc, quam defendimus, rationem destruere et ad nichilum iuste posse redigere. Quibus hoc primum dicendum est, quia *non est discipulus super magistrum.* Matth. 10, 24. Quod enim sancti apostoli ordinaverunt nullus eorum discipulus destruere potest. Quod si quis conatus fuerit, eum iniuste facere christiana ratio clamat. Si igitur verum est haec privilegia sanctos fecisse, primum sciendum est, quia non ob aliud hoc fecerunt, nisi ut discordia, quae saepe in electione provenire solet, regali auctoritate pelleretur. Quod verum esse ipsa illorum scripta declarant, quae ideo haec eos egisse fatentur, ut magna discordia, quae saepe in electione proveniebat, regali providentia sedaretur, et symoniaca[a] heresis, quae aliquando sacrum ordinem fedabat, nulla ex parte surripere posset. Cum vero hoc, quod ipsi remedium fore putaverant, in letale[e] vulnus erumpere et totum pene iam corpus aecclesiae occupare cepisset, iuste interdictum esse manifestum est. Ideo enim illi hoc concesserant, ut supra iam diximus, ut caritas robustius permaneret et symoniaca[a] ambitio locum penitus non haberet. Cum autem inde mors intrare cepisset, unde expelli putata est, digne et iuste alii sancti apostolici hoc prohibuerunt, quia sponsae Christi illud obesse viderunt. Sicut itaque illi pro honore Dei, et non hominum, hoc concesserunt, sic isti

a) sim. *B* 2[b]. b) et *add., sed del. B* 2[a]. c) satisque, que *del. B* 2[a]. d) *hanc inscriptionem ex catalogo cod. B* 1 *sumpsi, cum alia, quam B* 2 *classis codd. praebent* (Contra — fuerunt), *in B* 2[a] *in margine suppletam, ad sequens caput pertineat, nunc in utroque codice titulo privatum.* e) lętale *B* 2[a]; lethale *B* 2[b].

1) *Cf. infra* c. 83, *p.* 606. 2) *Cf. Humbert. I, c.* 3, *Libelli I, p.* 106. *S.*

videntes illud[a] obesse aecclesiae pro honore Dei prohibuerunt. Intentio itaque sancta una fuit utrisque, scilicet salutis aecclesiae et honoris Dei. Sicut autem conservari tunc poterat quod illi fecerant, quia non nocebat, ita nunc deleri oportet, quia certissime nocet. Ad hoc enim pastores claves aecclesiae habent, ut quod nocet auferant quod iuvat inferant. Quod utique pessimae negociationi fomentum subministrare cognoscitur auferendum de sancta aecclesia est, ut ipse Dominus praecipit[b] dicens:
Ioh. 2, 16. *Auferte ista hinc, et nolite facere domum patris mei domum negotiationis.* Non itaque putandum est illos concessisse, ut aliquis secularibus potestatibus usus aecclesiam per ipsas optineat, istos vero quod ipsi male egissent emendasse, sed potius utrique hoc studuerunt, sicut iam diximus, ut pax firmius teneretur et symoniaca[c] heresis confunderetur. Utrique enim decreta antiquorum patrum Clementis et Alexandri et sciebant et custodiebant, qui in suis decretis praecipiunt dicentes[1]: *Si quis episcopus secularibus potestatibus usus aecclesiam per ipsas optineat, deponatur et segregetur, omnesque qui illi communicant.* Et merito. Nam praesulatus non voluntate humana,
cf. Hebr. 5, 4. sed vocatione divina, sicut de Aaron apostolus dicit, provenire debet. Vocatur autem[d] vere a Deo ille, quem clerus et populus christianus, in quorum cordibus Deus habitat, pro salute animarum suarum pure et simpliciter elegerint.

[LXXXII.] Contra[e] eos qui putant iuste imperatorem aecclesias investire, quia nonnulli antiquorum qui investiti sunt sancti fuerunt.

Sunt autem qui dicant: 'Ergo nonnulli antiquorum, qui investituras aecclesiarum a regibus acceperunt, sancti non sunt[2]?' Quibus respondemus: sanctos eos esse non negamus, sed credimus. Sed quia hoc simpliciter agebant, aliis sanctis operibus, divina
Ps. 31, 1. gratia cooperante, eis dimissum est, iuxta quod psalmista praedicans ait: *Beati, quorum remissae sunt iniquitates, et quorum tecta sunt peccata:* sicut etiam et beato Cipriano de baptismo contigisse, teste sancto Augustino[3], cognoscimus, qui tamen karitatis compage et bonis operibus in sanctitate permansit. Investitura enim aecclesiarum heresis primis temporibus non extitit[4], quia simpliciter fiebat, et contentione nondum creverat. Novae enim sententiae, ut ait beatus Augustinus[5] de Pelagianis nimis liberum arbitrium defendentibus, cum ab[f] aecclesia respuuntur, nisi contentione crescant, hereses non sunt; cum eas defendentes increpati fuerint, si discesserint, catholici sunt, si permanserint, et defenderint, heretici fiunt[6]. Ita et in praesenti re factum esse cognoscimus. Primis namque temporibus, cum hoc coepit, vitium extitit; cum vero, postquam generalibus synodis per Gregorium[g] VII.[7] et Urbanum II.[8] apostolicos celebratis interdictum est et nunc non solum verbis defenditur, verum etiam armis optineri contenditur, quam grave scelus sit perspicue patet. Nam quis ambiens maiorem seculi honorem, et plus iusto[h] sibi homines subdi, et divitias huius mundi acquiri, investituras aecclesiarum facere appetit, numquid ambitiosus non est? Quod autem est vitium symoniacae[c] heresis,

a) ob. ill. *B* 2b. b) praecepit *B* 2b. c) sim. *B* 2b. d) enim *B* 2b. e) *cap. inscriptio deest B* 2, *ubi falso capiti praecedenti praemissa est; locus vacuus relictus B* 2a. f) *superscr. B* 2a. g) septimum Gregorium *B* 2b. h) iustos *B* 2b.

1) *Canones apost. c.* 31, *Mansi Coll. I, col.* 53, *Hinschius p.* 29; *Burchard. Decr. III, c.* 109. 2) *Cf. Hugonis Floriac. L. de regia potestate et sacerdot. dignitate II, c.* 4, *supra p.* 490; *Sigeberti epist. ad Paschalem c.* 7, *supra p.* 459. *S.* 3) *De baptismo contra Donat. l. VII, c.* 20, § 39, *Opp. IX, col.* 193. 4) *Cf. supra c.* 53. 5) *Cf. De gestis Pelagii c.* 18, *Opp. X, col.* 201. *S.* 6) *Cf. Humbert. contra simon. praef. Libelli I, p.* 101 *sq.*; *Iosceranni epistola ad Daimbertum Senonensem (Ivonis epist.* 236, *Opp. ed. Paris.* 1647, *p.* 102 *et infra). S.* 7) *A.* 1078, *Nov.* 19; 1078, *Mart.* 7; *Jaffé, Bibl. II, p.* 333. 399. *S.* 8) *Cf. Conc. Melphit. a.* 1089, *c.* 1, *Mansi XX, col.* 721. 722; *Conc. Plac. a.* 1095, *ibid. col.* 803; *Concil. Clarom. c.* 15. 16, *ib. p.* 817; *Conc. Romanum a.*1099, *c.* 1—7, *ibid. col.* 961. 962. *S.*

nisi ambitio spiritualis honoris propter huius seculi commodum vel gloriam? Spiritualis autem honor non tantum in manus impositione intellegitur, sed etiam in exterioribus aecclesiasticis rebus, quae ex consecratione provenire debere sanctus Paschalis primus, apostolicae sedis antistes, testis est[1]. Et recte. Nam sicut corpus vivificatur anima et regitur[2], ita donis sancti Spiritus etiam corporalia aecclesiae sanctificantur, et cui sanctitas spiritualis conceditur, ei recte et corporalia donantur[3]. Ut enim anima in hac vita sine corpore non regitur, ita sancta aecclesia sine corporalibus donis, spiritualibus in praesenti non utitur. Sicut ergo qui hominem mercatur, quamvis corpus et non animam emisse videatur, tamen etiam animam mercasse vere convincitur, pro eo scilicet, quia sine anima corpus se habere non gaudet, sed sepelire festinat. Ita qui corporalia aecclesiae vel vi optinere nititur vel precio, donum Dei pecunia, seu, quod peius est, violentia possidere velle convincitur. Cum itaque imperator vel aliquis princeps investituram aecclesiarum, quo signo possessio et dominatio demonstratur, optinere nitens pro sua et non pro Dei gloria dederit, etiam consecrationem pro sua gloria tribuit. Is enim sacratur qui investitur, et ideo sacratur, quia investitus est. Aperte ergo patet, quia et sacratio illius pro gloria mundi, id est concupiscentia oculorum et superbia vitae, quae non est ex Patre, sed ex mundo, tribuitur. Constat vero, quia ei Spiritus sanctus non datur qui superbiam et avaritiam mundanam, quae non esse ex Patre manifestum est, investitus, sacrationem Spiritus sancti ausus fuerit expetere. *Spiritus enim sanctus* Sap. 1, 5. *disciplinae effugiet fictum.* Vere enim haec fictio disciplinae est, cum quisque se ideo putat sacrandum, quia a populo electus et a rege investitus est, cum disciplina Spiritus sancti sit unum quemque pastorem solummodo pro salute animarum pure et simpliciter ab omnibus clericis uniuscuiusque aecclesiae eligi. Quibus consentire omnes filii illius aecclesiae, quae ordinanda est, et obedire pro salute animarum devotissime debent. Cuius electionis discretio non alicui humanae potestati, sed metropolitano episcopo a Deo collata est. Quae dum canonica probata fuerit, non ab imperatore electus investiri, sed ab archiepiscopo, qui vice Christi eum benedicit, investiri et consecrari debet. Ordinatus autem et sacratus, si quid aecclesia, quam suscepit antiquitus canonice imperatori[a] debet, nisi forte imperator pro remedio animae suae remiserit, solvere per omnia curet. Piissimus autem imperator non gravare aecclesiam, sed magis ei servire, utpote suae spirituali matri, devotissime studeat. Non enim ideo sacro oleo ungitur[4], ut aecclesiae dominetur, sed ut Christo vero regi serviens eius sponsam a malorum insidiis humana potentia tueatur. Electio vero abbatum, quia ad solos monachos pertineat, testis est regula sanctissimi patris Benedicti[5]. Ecce haec est disciplina Spiritus sancti, qua pastor aecclesiae eligi debet. Qui autem contra istam auctoritatem pugnans sua nova auctoritate in aecclesiam pastorem introducit, et qui introducitur, et qui introducit, et qui talibus consentiens introductum sacrare praesumit, manifeste contra disciplinam Spiritus sancti agunt.

LXXXIII.[b] Vera et certa comprobatio, quia sicut symoniacus[c] est ille, (82) qui per avaritiam pecuniarum ordinatur, ita et ille, qui per avaritiam sublimitatis, symoniacus[c] certissime comprobatur.

Sanctos antiquos aecclesiae doctores manifestum est inde suam doctrinam nobis

a) deb. imp. *B* 2[b]. b) LXXXII *B* 2 *et sic deinceps.* c) sim. *B* 2[b].

1) *Cf. Widonis epistola ad Heribertum, Libelli l, p.* 6: Si quis autem obiecerit non consecrationes, sed res ipsas, quae ex consecratione proveniunt, vendi *etc.; cf. Urbani II. epist. ad Lucium, Mansi XX, col.* 661. *S.* 2) *Similis comparatio apud Humbertum III, c.* 21, *l. l. p.* 225; *cf. Abbonis Apologeticus, Migne Patrol. t. CXXXIX, col.* 466. *S.* 3) *Cf. Abbo Floriac. l. l. col.* 466. 4) *Cf. supra c.* 73; *infra c.* 118. 154. 5) *C.* 64; *Migne Patrol. Lat. LXVI, col.* 879. 880.

plenissime reliquisse, unde diebus eorum quaestio erat. Diebus itaque sanctorum Gregorii I.[a] et Ambrosii, reges aecclesiam[b] ab heresibus defendebant; clericalis autem ordo iam in avaritiam ambitionis declinaverat in tantum, ut precio accepto inpositio manuum ab aliquibus venderetur. Alii autem etsi non tam aperte vendebant, tamen sacros ordines[c] vel honores pro humano favore dare non dubitabant. Et inde est, quod in doctrinis eorum vel etiam aliorum doctorum, quos nunc sancta aecclesia specialius retinet, vix praesentis temporis novum nequissimae ydrae[d] caput confutari invenitur. Sed tamen qui subtilius divina inspiratione edoctus oculis mentis istud in eorum doctrinis, quam abhominabile sit, invenire desiderat, perspicue ei divina gratia largiente videre conceditur. Ait enim beatus pater Gregorius, cum de Domini temptatione[e] in expositione euangelii loqueretur[1]: *Antiquus hostis contra primum hominem parentem nostrum in tribus se temptationibus*[e] *erexit; quia hunc vana gloria videlicet et gula et avaritia temptavit*[e], *sed temptando*[e] *superavit, quia per consensum sibi eum subdidit. Ex gula quippe temptavit*[e], *cum cibum ligni vetiti ostendit, atque ad comedendum suasit, dicens*[f]*: 'Gustate'.* cf. Gen. 3, 6. *Ex vana autem gloria temptavit*[e], *cum diceret: 'Eritis sicut dei'. Et ex provectus avaritia temptavit*[e], *cum diceret: 'Scientes bonum et malum'. Avaricia enim non solum pecuniae est, sed etiam altitudinis. Recte enim avaritia dicitur, cum supra modum sublimitas ambitur. Si enim non ad avaritiam honoris rapina pertineret, nequaquam Paulus de unigenito Dei filio diceret: 'Non rapinam arbitratus est esse se aequalem Deo'.* Phil. 2, 6. *In hoc ergo diabolus parentem nostrum ad superbiam traxit, quo*[g] *eum ad avariciam sublimitatis excitavit. Sed quibus modis primum hominem stravit, eisdem modis secundo homini temptando succubuit.* Matth. 4. *Per gulam quippe temptat*[e], *cum dicit: 'Dic, ut lapides isti panes fiant'. Per vanam gloriam temptat*[e], *cum dicit: 'Si filius Dei es, mitte te deorsum'. Per sublimitatis avaritiam temptat*[e], *cum regna mundi omnia ostendit, dicens: 'Haec omnia tibi dabo, si procidens adoraveris me'. Sed eisdem modis a secundo homine vincitur, quibus primum hominem se vicisse gloriabatur*[h], *ut a nostris cordibus ipso aditu captus exeat, quo nos aditu intromissus tenebat.* Si[2] igitur iuxta hunc sensum sancti doctoris avaritia non solum pecuniae est, sed etiam altitudinis, liquido patet, quia sicut ille, qui per avaritiam pecuniae precio dato vel accepto aecclesiastica officia, vel spiritualia videlicet, vel corporalia, mercatur, symoniacus[i] est: ita et ille, qui per avaritiam sublimitatis et non Dei, sed sui honoris cupiditate eadem aecclesiastica officia vel spiritualia vel corporalia dare vel accipere praesumit, symoniacus[i] est. Symoniaci[g] autem secundum auctoritatem Calcedonensium patrum, sexcentorum[k] videlicet et triginta episcoporum, clerici degradandi, monachi vero vel laici anathematizandi sunt[3]. Et merito: nam quia magnae execrationi in conspectu Dei digni habeantur, et quia gratia Spiritus sancti ad eos minime pertineat, et omne corpus per eos vicietur, sanctus pater Ambrosius manifeste in libro de sacerdotibus indicat dicens[4]: *Sunt qui novam prodigialiter regulam hac tempestate peperisse deflentur, et*[l] *Iezi*[m] *sententiam et*[n] *Symonis*[o] *sectantes, sancti episcopatus gratiam pecuniis coemerunt, nequaquam timentes, cum honorem sacerdotalem pecuniis emerent, a beato Petro apostolico*

a) II *codd.*, I *corr. Pez.* b) *postea superscr. B* 2[a]. c) ord. vel *des. B* 2[a]. d) hydrae *B* 2[b]. e) tent. *B* 2[b]. f) dic. gust. *om. Greg.* g) *ita etiam Humb. II, c.* 3; quod *Greg.* h) glāt' *B* 2[a]. i) sim. *B* 2[b]. k) sesc. *B* 2[a]. l) *abhinc quat. VI. cod. B* 1 *incipit, quae iterum exstat.* m) symonis *B* 2. n) et — sect. *des. B* 2. o) Si *corr.* Sy *B* 2[a].

1) *Homil. in evang. I, hom.* 16, *c.* 2. 3, *Opp. I, col.* 1493. 2) *Cf. Urbani II. epist. ad Lucium praep., Mansi XX, col.* 661. *S.* 3) *Conc. Chalced. c.* 2, *Mansi VI, col.* 1225; *cf. Humbertum I, c.* 18, *Libelli I, p.* 130; *Manegoldi liber ad Gebehardum c.* 18, *l. l. p.* 341. *S.* 4) *De informatione episcoporum c.* 5—7, *Ambrosii Opp. II, app. col.* 362—364; *cf. Humbert. adv. simon. I, c.* 16, *l. l. p.* 126: *persimili textu Placidus usus est.*

se cum Symone[a] *fuisse dampnatos, sicut ait: 'Pecunia tua', inquit, 'tecum sit in perditione, quia donum sancti Spiritus te credidisti*[b] *pecuniis comparare'. Et lepram cum Iezi a sancto suscepisse se*[c] *credant Heliseo qui gradum sacerdotalem se existimant pecuniis comparare. Quibus, cum ista dixerimus, sufficere debuit suam comparando lepram possidere. Nam sicut validioribus morbis capite vitiato reliquum necesse est corpus inundatione superioris morbi lętaliter irrigari, ita et hi*[d] *qui caput videntur aecclesiae esse morbo pestifero fraternum vitiant corpus, ut nichil ex totius corporis compage insauciatum*[e] *possit evadere, quod neglegentium*[f] *sacerdotum vitiositatis mortale infecerit*[g] *virus, ita ut videas in aecclesia passim*[h] *quos non merita, sed pecuniae ad episcopatus ordinem provexerint. Nugacem populum et indoctum, qui talem sibi adsciverunt*[i] *sacerdotem, quos si percunctari*[k] *velis fideliter, quis eos praefecerit*[l] *sacerdotes, respondent mox et dicent: 'Ab archiepiscopo sum nuper episcopus ordinatus, centumque ei solidos dedi, ut episcopalem gratiam consequi meruissem. Quos*[m] *si minime dedissem, hodie episcopus non essem. Unde melius est mihi aurum de saccello invehere, quam tantum sacerdotium perdere. Aurum dedi, et episcopatum comparavi. Quos tamen solidos si vivo, recepturus illico non diffido. Ordino presbyteros, consecro diacones*[n]*, et accipio*[o] *aurum. Nam et*[p] *de aliis nichilominus ordinibus pecuniae questum profligare confido. Ecce et aurum, quod dedi, in meo saccello recepi, et episcopatum gratis accepi'. Nempe hoc est quod doleo, quia archiepiscopus carnaliter episcopum fecit. Nam propter pecunias spiritualiter*[q] *leprosum ordinavit: 'Pecunia', inquit, 'tua tecum sit in perditione', quia donum*[p] *sancti Spiritus gratiae*[r] *pretio comparasti et commertium miserabile in animarum exitium peregisti. Et nescii homines et indocti in ordinationibus eorum clamant et dicunt: 'Dignus es, et iustus es'; et conscientia misera: 'Indignus es, et iniustus es', dicit. Pronunciat episcopus huiusmodi ad populum dicens: 'Pax vobis'. Oculis quidem carnaliter*[s] *videtur episcopus magnus, et divinis obtutibus*[t] *inspicitur leprosus magnus. Per pecuniam adquisivit*[u] *indebitum ordinem, et apud Deum perdidit interiorem hominem. Caro suscepit dignitatem, et anima perdidit honestatem. Caro ancilla domina*[v] *facta est animae, et anima, quae erat domina, facta est famula carnis. Caro dominatur populis, et anima servit demoni. Carni sacerdotium comparavit, et animae detrimentum paravit. Et quid prodest huiusmodi*[w] *homini, si totum mundum lucretur, et animae suae detrimentum patiatur? Aut quam dabit homo commutationem pro anima sua? Quod dedit, cum ordinaretur episcopus, aurum fuit, et quod perdidit, anima fuit. Cum ordinaret alium, quod accepit pecunia fuit, et quod dedit lepra fuit. Haec sunt mercimonia iniquorum in pernitie eorum. Interrogo tamen fratrem et coepiscopum nostrum; quia et ego episcopus sum, et cum episcopo loquor: 'Dic ergo mihi paulisper, frater episcope, cum dares pecuniam, quid accepisti?' 'Gratiam episcopalem accepi'. Ergo interrogo te hoc: 'Gratia cur tali vocabulo nuncupatur?' Respondes*[x]*: 'Cur inquiris? Ut reor, pro eo quod gratis datur*[y]*, ideo gratia vocatur'. Ergo, si gratia gratis datur*[y] *et auro non aestimatur, a te cur gratia pecuniis comparatur? Respondes*[x]*: 'Non', inquis, 'mihi daretur, si pecuniis non emeretur; nec episcopus fuissem ordinatus, si pecuniam non dedissem'. Ergo ut apparet ex responsionibus tuis, gratiam, cum ordinareris*[z]*, non suscepisti, quia gratuito eam non me-*

Act. 8, 20.

ib. 8, 20.

cf. Matth. 16, 62.

a) sim. *B* 2[b]. b) *corr. ex* credisti *B* 2[a]. c) se *add., sed del. B* 2[a]; se suscep. *B* 2[b]. d) hii *B* 1. e) insautiatum *B* 1. f) negligentium *B* 2. g) infecit *B* 2. h) sacerdotes *add. Ambr.; deest etiam apud Humb.* i) asciv. *B* 2. k) percontari *B* 2[a]. l) perfecerit *B* 1. 2[b]. m) Quod *B* 2[b]. n) *ita B* 1. *Humb.*; diaconos *B* 2. o) aur. acc. *B* 2; *ut supra B* 1. *Humb.* p) *deest B* 2. q) specialiter *codd.* r) gratiam *B* 2. s) carnalibus *Humb.* t) opt. *B* 2[a]. u) acquis. *B* 2. v) domina *post* est *B* 2. w) eiusmodi *B* 2[b]. x) R. *Humb.* y) dicitur *B* 2[b]. z) re *supersc. B* 2[a].

ruisti. Et ideo, frater, si gratiam non accepisti, quomodo episcopus effici potuisti?
Matth.10,18. *Nam et ad discipulos suos Dominus dicit: 'Gratis accepistis, gratis date'. Cur ergo gratuitam gratiam aestimasti te pretio possidere? Nam ut video, aurum dans perdidisti, et sanctam gratiam non acquisisti. Adhuc tamen semel adiciens*[a] *fratrem perquiro episcopum, ne quid de approbamentis veri iudicii*[b] *nos praetermisisse videamur. Quis dat, frater, episcopalem gratiam? Deus, an homo? Respondes sine dubio: 'Deus; sed tamen per hominem dat Deus. Homo imponit manus; Deus largitur gratiam. Sacerdos imponit supplicem dexteram, et Deus benedicit potenti dextera. Episcopus initiat ordinem, et Deus tribuit dignitatem'. O iusticia! O aequitas! Si homini pecunia datur, qui nichil in ordine amplius operatur*[c]*, nisi solum servitium, quod ei creditur: cur Deo totum negatur, qui per ipsum ordinem tibi largitur? Iustumne tibi videtur, ut servus honoretur, et Dominus iniuriam patiatur, et iniuste accipiat sacerdos pecuniam, et Deus patiatur ab homine iniuriam? Sed quia pro concesso ordine Deus a te nichil exspectat, cur a te sacerdos inprudenter pecuniam exspectat? Deus homini concedere voluit gratis, et episcopus rapax pecuniam ab homine expetit. Gratis? Deus homini, ut certe benignus, gratis donavit, et sacerdos*
1. Cor. 4, 7. *malignus eum sine causa praedavit! 'Quid enim habes, quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis?' Ecce*[d] *ad quae mala volvitur deificus ordo! Ecce ad quae probra sunt prolapsi sacerdotes, qui audire meruerunt a iudice*
Matth. 5, 14. *mundi: 'Vos estis lux huius*[e] *mundi!' Ecce quibus subiciuntur*[f] *gentes, quibus a*
ib. 13. *Domino dictum est: 'Vos estis sal terrae!' Ergo si lux est aecclesiae episcopus, a Domino ordinatus, ita ut imperitiae tenebras praedicationis suae eloquio rutilante, conscientiarum tenebras*[g] *illuminet, cur ipse palpabilibus tenebris tenetur obstrictus*[h]*? Et non solum, quia ipse, dum male agit, digne perit, insuper et alios secum indigne perdit. Si enim meruisti*[i] *salis possidere saporem, ut insipientium possis arva condire, cur infatuatus tali vitio, inmundis te porcorum conculcandum pedibus praebuisti, ita ut nec alios, nec te ipsum possis condire?*

Oculorum etiam in corpore officium, id est, in aecclesia voluntarius appetisti, ut reliquum per te corpus ducatum lucis haberet; et nunc quadam lippitudine et caligine vitiorum obtenebratus[k] *nec te ipsum lucis idoneum praebes, et aliis adimis lucem. De*
ib. 6, 21. *quibus oculis in euangelio dicitur: 'Si oculus tuus simplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit'; id est: Si episcopus, qui lumen promeruit praeesse in corpore, simplicitate est sancta et innocentia decoratus, omnis aecclesia splendore luminis radiatur.*
ib. 23. *'Si autem oculus tuus nequam est, totum corpus tuum tenebrosum erit'; id est: Si episcopus, qui videbatur corpori*[l] *subdito lucem praebere, obnubiletur nequitiae cecitate, quid cetera menbra faciunt, quibus lux adempta est*[m] *oculorum? id est: Quid secularis factura est multitudo, cum voluptatibus illicitis et actionibus vetitis*[n] *ad similem facinorum voraginem episcopus multitudinem populi procreaverit*[o]*? Ut nulli iamiamque illicitum esse videatur quod ab episcopo quasi licitum perpetratur, sed ipsum magis credunt homines esse laudabile quicquid episcopus habuit delectabile; nec quisquam quod*[p] *agere pontifex non dubitat se dubitanter*[q] *agere dicat. Episcopus enim a cunctis indubitanter vocaris, praesertim cum ipso nomine censeris, si tamen actio concordet nomini, et nomen se societ*[r] *actioni. Nam quid aliud interpretatur episcopus, nisi superinspector? Maxime cum solio in aecclesia editiore resideat et ita cunctos respiciat, ut et cunctorum in ipsum oculi respiciant. Ergo quia ita est, cur te*[s] *tetrum speculum universorum oculis demonstras, ita ut non possint obscuritate tua se comptius*

a) aditiens *B* 2b. b) iuditii *B* 1. c) operantur, n *eras. B* 1. d) Ecce — ordo *om. B* 1. e) mundi huius *B* 1. f) subit. *B* 2. g) latebras *B* 1. h) opstr. *B* 2a. i) salis mer. *B* 2. k) obtenebratas *B* 1. l) corporis *B* 1. m) *super lin. add. B* 2a. n) *deest B* 2. o) pcreauit *B* 1. p) q *B* 1. q) indubitanter *B* 1. r) son& *B* 1. s) *deest B* 1.

exornare[a]*? Sufficiat hucusque nunc nostris consacerdotibus paululum dilatasse sermonem, in quo eorum excellentiam*[b] *simul et casum monstravimus, et ne fidentes in sublimitate honorum, minime requirerent perfectionem morum, et in solo se crederent sacerdotes nomine plus quam opere gloriari. Et quamvis sciam pro hoc libello plurimos mihi sacerdotes, qui haec quae loquimur agere nolunt, infideliter esse detracturos, credo tamen plurimos, qui haec agunt vel agere nituntur, fideliter pro nobis oraturos. Sed sicut lacerationibus obtrectatorum minime praegravamur, sic demum probatorum et sanctorum virorum orationibus adiuvamur. Age nunc, sanctificus Spiritus, qui nos in hoc opere divinis inspirationibus adiuvisti, cunctos sacerdotes adiuva, et praesta*[c]*, ut faciant quae in hoc opusculo ipse eloqui inspirasti, ut una eis mecum tribuas caelorum regna, quae sanctis in regno caelorum dare promisisti. Amen.*

LXXXIIII.[d] Quanta gloria et honore digni sint sancti sacerdotes. (83)

Quia igitur, quantae infelicitatis in conspectu Dei mali sacerdotes habeantur, ostendimus, demonstremus etiam, quantae gloriae apud Deum et homines boni episcopi digni habeantur. Nam de eisdem sanctus Ambrosius in eodem libro de sacerdotibus ait[1]: *Honor, fratres, et*[f] *sublimitas episcopalis nullis poterit comparationibus adaequari. Si regum fulgori compares et principum diademati, longe erit inferius, quam*[h] *si plumbi metallum ad auri fulgorem compares; quippe cum videas regum colla et principum submitti genibus sacerdotum, et exosculata eorum dextra*[i] *orationibus eorum credant se communiri. Quid iam*[k] *de plebeia dixerim multitudine, cui non solum praeferri a Domino meruit, sed, ut eam quoque iure tueatur patrio, praeceptis imperatum est euangelicis? Sic certe a Domino ad beatum dicitur Petrum: 'Petre, amas me?' Et ille: 'Tu scis, Domine, quia amo te'. Et cum tertio fuisset interrogatus et trina responsione fuisset subsecutus, repetitum est a Domino tertio: 'Pasce oves meas'. Quas oves, et quem gregem non solum tunc suscepit apostolus Petrus, sed nobiscum eas accepit, et cum illo nos eas accepimus omnes. Unde, quia regendae sacerdotibus*[l] *traduntur, merito rectoribus suis subdi dicuntur. Nam ipse Dominus ait: 'Non est discipulus super magistrum'. His vero praemissis, aperte monstratur nil in hoc seculo excellentius sacerdotibus, nil sublimius episcopis repperiri*[m]*. Unde curandum summopere est, ut sancta vita sancto ordini congruat.*

Ex ratione[e].

S.[g] Ambrosius in libro de sacerdotibus.

Ioh. 21, 17.

Luc. 6, 40.

LXXXV.[d] Vera comprobatio, quia symoniacus[n] est qui officia ecclesiastica a laicis accipit. (84)

Gratia sancti Spiritus, quae in cunctis fidelibus et maxime in aecclesiasticis viris requiescit, illuminati videamus, utrum accipere aecclesiastica officia ab imperatore, vel aliis mundi principibus vitium sit tantum, an et[f] symoniaca heresis verissime comprobetur? Dicit itaque beatus Gregorius[2]: *Sunt nonnulli, qui quidem nummorum*[o] *praemia ex ordinatione non accipiunt, et tamen sacros ordines pro humana gratia largiuntur, atque de largitate eadem laudis solummodo retributionem querunt. Hi nimirum quod gratis acceptum est gratis non tribuunt, quia de inpenso officio sanctitatis nummum*[q] *expetunt favoris. Unde bene cum iustum virum describeret, propheta ait:* Is. 33, 15.

Ex ratione[e].

Gregorius papa in omelia[p] euangelii.

a) exhorn. *B* 1. b) simul excell. *B* 2. c) p̄ra *B* 1. d) *titulus deest B* 1. e) Ratio *B* 1; *deest B* 2. f) *deest B* 2. g) S. — sac. *des. B* 2. h) tamquam *Ps.-Ambr.* i) dextera *B* 2. k) etiam *B* 2[b]. l) pastoribus contraduntur *B* 1. m) reper. *B* 2. n) sim. *B* 2[b]. o) *ita Greg.*; nūerū, *manu posteriore corr.* mūerū *B* 1; munerum *B* 2. p) omne euangelium *B* 2[a]; *des. B* 2[b]. q) fav. exp. *B* 1.

1) *Ibid. c.* 2. 3, *col.* 359; *cf. Gregorii VII. epist. ad Herimannum episc. Mett. a.* 1081, *Mart.* 15, *Jaffé, Bibl. II, p.* 458; *Liber canonum contra Heinricum IV, c.* 22, *Libelli I, p.* 492. *S.*

2) *Hom. in evang. I,* 4, *c.* 4, *Opp. I, col.* 1449.

'Qui excutit manus suas ab omni munere'. Neque enim[a] *dixit: Qui excutit manus suas a munere, sed adiunxit: 'ab omni', quia aliud est munus ab obsequio, aliud munus a manu, aliud munus a lingua. Munus quippe ab obsequio est subiectio indebite inpensa; munus a manu pecunia; munus a lingua favor. Qui ergo sacros ordines tribuit, tunc ab omni munere manus excutit, quando in divinis rebus non*

Ex ratione[b]. *solum nullam pecuniam, sed etiam humanam*[c] *gloriam*[d] *non requirit.* Sicut itaque symoniacus[e] est qui munus a manu tribuens aecclesiastica officia vendit vel emit, ita iuxta hoc exemplum sancti doctoris, quod proposuimus, symoniacus et ille per omnia comprobatur qui a[f] favore humano, non amore divino[g] hoc promeruerit[1]. Si vero qui favore hominum usus etiam ab aecclesiasticis viris aecclesiastica officia adipisci iniuste desiderat dampnatur, sine omni contradictione multo gravius ille dampnandus est qui iniquitati favens et laudans et benedicens peccatorem in desideriis animae suae, et confirmans alicui terreno principi iuste competere, ut aecclesias investiat et dominetur, episcopatum vel aliquod aecclesiasticum officium ab eo accipere studet. Nam ut hoc vere symoniacum esse magis magisque clarescat, duorum episcoporum ponamus exemplum, quorum unus canonice[h] a clero et populo electus investiri ab imperatore ut sacrilegium devitans, episcopatum ab eo accipere nullatenus consentit; alter vero et ipse simili modo canonice[h] a clero et populo electus[i] investiri ab imperatore non solum non recusat, sed etiam valde desiderat, profitetur et hoc iure imperatori competere, ut nemo sine investitura praesulatum aecclesiasticum et terrenas res aecclesiae habere praevaleat. Cum itaque[k] imperator illi qui hoc ei iuste competere dicit praerogativam praesulatus concedit, isti vero qui ei contradicit episcopatum non[l] habere permittit, nonne aperte patet ideo illum honoratum, quia tantae nequitiae favens iniustitiam laudare praesumit[m]? Numquid etsi non dedit nummum pecuniae, nummum favoris non dedisse ullo modo probari potest? An peius est dare pecuniam, quae a Deo creata est, quam dare nequitiam, quae a diabolo inventa est? Manifeste igitur patet et hos vere symoniacos esse et gratiam sancti Spiritus ad eos nullo modo per-

Gregorius[b]. tinere. Nam qui putat[2] gratiam sancti Spiritus symoniacis dari, quam graviter erret,

Ambrosius[b]. ex verbis sanctorum patrum cognoscere potest, quorum alii eos non episcopos, alii vero

Urbanus[b]. leprosos[3], aliique[n] peius quam Arrianos esse definiunt[o. 4].

(85) LXXXVI.[p] Quia grave sacrilegium sit auferre aecclesiae quae ei donata sunt.

Quanta nequitia sit non solum sanctuarium Dei in hereditate possidere desiderare, quod eum velle manifestum est qui sine sua investitura praesules aecclesiarum, quae sanctuarii sunt, habere contradicit, quodque a propheta etiam maledictione multatur, sed etiam ea quae Deo et eius sanctuario oblata sunt aliquomodo auferre aut alienare,

Ex[q] decretis Urbani papae et martyris. ostendit sanctus Urbanus apostolicus martyr, inquiens[5]: *Res aecclesiae a nemine sunt invadendae, ne sacrilegii*[r] *reatum incurrant qui eas inde abstrahunt, ubi traditae*

a) *superscr. B* 2[a]. b) Ratio *B* 1; *deest B* 2. c) humunā *B* 1. d) gratiam *Greg.* e) sim. *B* 2[b] *et sic semper.* f) *deest B* 2. g) domino *B* 2[b]. h) canonicę *B* 1. i) ęlectus *B* 1. k) Cumque imp. *B* 1. l) hab. non *B* 2[b]. m) p̄supsit *B* 1. n) alii quid *B* 2. o) diffiniunt *B* 2. p) *titulus deest B* 1. q) Ex — mart. *des.. B* 2. r) sacrilegium *B* 1.

1) *Cf. Urbani II. epist. ad Lucium, Mansi XX, col.* 661. 2) *Cf. Petri Damiani Lib. gratissimum c.* 18, *Libelli I, p.* 57. 58. *S.* 3) *Cf. Humb. adv. simon. I, c.* 17, *l. l. p.* 128: docemur . . . gratiam episcopalem non possse accipi, sed lepram, et audet quis contra hiscere et gannire, sibi aut cuilibet posse dari ab huiusmodi leprosis, scilicet symoniacis. *S.* 4) *Cf. ibid. I, c.* 3, *l. l. p.* 105: quos peiores Arrianis septima et universalis synodus in epistola patriarchae Tarasii ad Adrianum papam indubitanter diffinivit. *S.; cf. infra c.* 97, *p.* 616. 5) *Epist. Urbani I, c.* 4. 5, *ed. Hinschius p.* 145.

sunt, et quod peius est, anathema maranatha fiant[a]. *Et si non corpore, ut Ananias et Saphira*[b] *fecerunt, qui mortui ceciderunt, anima tamen, quae potior est corpore, mortua et alienata a consortio fidelium cadat, et in profundum inferni labatur. Unde attendendum*[c] *est omnibus*[c*] *et fideliter custodiendum, et illius usurpationis contumelia depellenda, ne praedia usibus secretorum caelestium dicata a quibusdam irruentibus vexentur. Quod si quis fecerit, post debitae ultionis acrimoniam, quae erga sacrilegos iure promenda est, perpetua dampnetur infamia et carceri tradatur, aut exilio perpetuae deportationis servetur, quoniam iuxta apostolum tradere*[d] *oportet huiusmodi hominem satanae, ut spiritus salvus sit in die Domini.* Huic concordans sanctus Lucius apostolicus, et ipse in suis decretis ait: *Res*[1] *aecclesiarum et oblationes fidelium ab aliquibus vexari et aecclesiasticis viris auferri indubitanter maximum est peccatum, testante scriptura, quae ait: 'Qui abstulerit aliquid patri et dicit hoc non*[f] *esse peccatum, homicidae particeps est'. Pater ergo noster sine dubio Deus est*[g], *qui nos creavit, et mater nostra aecclesia, quae nos in baptismo spiritualiter generavit. Et ideo qui Christi pecunias et aecclesiae aufert, fraudat et rapit, homicida in conspectu iusti iudicis esse deputabitur. Unde scriptum est: Qui rapit pecuniam proximi sui, iniquitatem facit; qui autem pecunias vel res aecclesiae abstulerit, sacrilegium facit. Unde et Iudas, qui pecuniam fraudavit, quae usibus aecclesiae, id est pauperibus, quos aecclesia pascere debet, distribuebatur iussu Salvatoris, cuius vicem episcopi tenent, non solum fur, sed fur sacrilegus effectus est. De talibus enim, id est qui facultates*[h] *aecclesiae rapiunt, fraudant vel auferunt, Dominus comminans omnipotens*[i] *per prophetam loquitur, dicens: 'Deus, ne taceas tibi, ne sileas et non quiescas, Deus, quia ecce inimici tui tumultuati sunt, et qui oderunt te levaverunt caput. Contra populum tuum nequiter tractaverunt, et inierunt consilium adversus archanum tuum. Dixerunt: Venite et conteramus eos de gente, et non sit memoria nominis*[k] *ultra; quoniam tacuerunt corde, pariter contra fedus pepigerunt tabernacula Idumeae et Ismahelitarum, Moab, et Agareni*[l], *Iebal, et Amon*[m], *et Amalech, Palestina*[n] *cum habitantibus Tyrum*[o]. *Sed et*[p] *Assur iuxta*[q] *secus eis, facti sunt brachium filiorum Loth. Fac illis*[r] *sicut Madian, et*[s] *Sysarae*[t], *sicut Iabin in torrente Cison*[u]. *Contriti sunt in Endor, fuerunt quasi sterquilinium terrae. Pone principes eorum, sicut Oreb, et Zeb, et*[v] *Zebee*[w], *et Salmana, omnes principes eorum, qui dixerunt: Possideamus nobis pulchritudinem Dei. Deus meus, pone illos*[x] *ut rotam, et*[y] *quasi stipulam*[z] *ante faciem venti. Quomodo ignis comburit silvam, et sicut flamma devorat*[a] *montes, sic persequeris eos in tempestate tua, et in turbine tuo conturbabis eos. Imple facies eorum ignominia*[b]. *Et quaerent nomen tuum, Domine. Confundantur et conturbentur usque in aeternum et erubescant et pereant et sciant, quia nomen tibi*[c], *Dominus; tu excelsus super omnem terram'. Haec fieri prophetae, haec apostoli, haec successores eorum et omnium catholicorum patrum vetant decreta, et tales praesumptiones sacrilegia esse diiudicant. Quorum nos sequentes exempla, omnes tales praesumptores et aecclesiae raptores atque suarum facultatum alienatores una vobiscum a liminibus sanctae matris aecclesiae anathematizatos apostolica auctoritate pellimus et dampnamus atque sacrilegos esse*

cf. 1. Cor. 5, 5.

Ex[e] decretis Lucii papae et martyris.

Prov. 28, 24.

cf. Ps. 82, 2. 3.

ib. 4. 5.

ib. 6. 7.

ib. 8. 9.

ib. 10. 11.

ib. 12. 13.

ib. 14. 15.

ib. 16. 17.

ib. 18. 19.

a) fiunt *B* 1. b) Saphyra *B* 2[a]. c) adt. *B* 2[b]. c*) fidelibus *add. B* 2[b]. d) tradere *post* hominem *B* 2[b]. e) Ex — mart. *des. B* 2. f) *super lin. add. B* 2[a]. g) est *ante* sine *B* 2[b]. h) suas *add.* 2[b]. i) oms *B* 1; *deest B* 2. k) eorum *add. B* 2[b]. l) aggareni *B* 1. m) ammon *B* 2[a]. n) alienigenae *Vulg.* o) Tyri *B* 1. p) *deest B* 2. q) *ita codd.*; iunxit se cum eis *Pseudois.* r) illi *B* 1. s) sicut *add. B* 1. t) sisarae *B* 2[b]. u) Cyson *B* 2[a]. v) sicut *B* 1. w) Zebeç *B* 1. x) ,i. *corr.* illos *B* 2[a]. y) *deest B* 2[a]. z) stibulã *B* 1. a) *corr. ex* devorans *B* 2[a]. b) ignomia *B* 2[a]. c) tuum *B* 1.

1) *Lucii I. Epist. c.* 7, *Hinschius p.* 178.

iudicamus, et non solum eos, sed omnes consentientes eis, quia non solum qui faciunt rei iudicantur, sed etiam qui facientibus consentiunt. Par enim poena et agentes et consentientes comprehendit. Ea quae Deo oblata sunt, sive magna sive prava, ista
Nota[a] istud et tene. regula contineri certissimum est. Si vero imperator fidelis vel aliquis princeps quod sibimet[b] iure competit pastori aecclesiae dare voluerit, investitura ceteris[c] hominibus consueta concedere debet, non pastorali virga[1] seu episcopali anulo, quibus misteria[d] domini Christi signantur, et ideo sacrata verissime comprobantur. Dignum enim[e] non est, ut terrenarum rerum investitura a terrenis principibus episcopalibus insignibus detur, quia, ut diximus, Spiritus sancti donum per haec designatur.

(86) LXXXVII.[f] Quod episcopi vices apostolorum in aecclesia habeant.

In[h] expositione psalmi XLIIII. Ps. 44, 17. Quorum vices in aecclesia episcopi habeant[g], et quis eis hanc dignitatem dare debeat, ostendit sanctus Augustinus[2], inquiens: *Pro patribus tuis nati sunt tibi[i] filii. Quid[k] est: Pro patribus tuis nati sunt tibi filii? Patres missi sunt apostoli; pro apostolis filii nati sunt[l]: constituti sunt episcopi. Hodie enim episcopi, qui sunt per totum mundum, unde nati sunt? Ipsa[m] aecclesia patres eos appellat, ipsa illos genuit, et ipsa illos constituit in sedibus patrum. Non te ergo putes desertam, o aecclesia, quia non vides Petrum, quia non vides Paulum, quia non vides illos[n], per quos nata es.*
ib. *De prole tua crevit tibi paternitas. 'Pro patribus tuis nati sunt tibi filii[o]; constitues eos principes super omnem terram'. Filios genuit aecclesia, constituit eos pro patribus suis principes[p] super omnem terram.*

(87) LXXXVIII.[f] De temporali virtute sanctae matris aecclesiae.

Ex ratione[q]. Magnae auctoritatis etiam ad temporalem salutem sanctam[r] aecclesiam[s] esse et
In[t] expositione psalmi XLVI. omnes confugientes ad se salvare posse ostendens idem pater Augustinus ait[3]: *Multi modo currunt ad aecclesiam nondum christiani, rogantes auxilium aecclesiae; subveniri[u] sibi temporaliter[v] volunt, etiamsi in aeternum nobiscum regnare adhuc nolunt. Cum omnes quaerunt auxilium aecclesiae et christiani et qui nondum sunt christiani,*
Ps. 46, 4. *nonne subiecit plebes nobis et gentes sub pedibus nostris?*

(88) LXXXVIIII.[f] De officiis aecclesiasticis non vendendis.

Ex[w] tractatu super Iohannem Augustinus. cf. Phil. 2, 21. *Qui[4] sunt qui vendunt boves et columbas? Ipsi sunt qui sua quaerunt, non quae Iesu Christi. Venale habent[x] totum, quia nolunt redimi. Emi nolunt, et vendere volunt. Bonum est enim eis, ut redimantur sanguine Christi, ut perveniant ad pacem Christi. Quid enim prodest acquirere in hoc seculo quodlibet temporale et transitorium, sive sit pecunia, sive[y] sit voluptas ventris et gutturis, sive sit honor in laude humana? Nonne omnia fumus et ventus? Nonne omnia transeunt et currunt? Et vae his, qui haeserint transitoriis, quia[z] simul transeunt. Nonne omnia, ut fluvius praeceps, currunt in mare? Et vae, qui ceciderit, quia in mare trahitur. Ergo tenere debemus omnes affectus a talibus concupiscentiis. Fratres mei, qui[a] talia quaerunt,*

a) Nota — tene *des. B* 2. b) sibi *B* 2. c) cęteris *B* 1. d) mysteria *B* 2. e) est *iterum add. B* 2a. f) *titulus deest B* 1. g) habent *B* 1. h) In — XLIIII *des. B* 2. i) *om. B* 2a. k) Quid est — filii *om. B* 2. l) tibi *add. Aug.* m) *corr. ex* Ipse *B* 2a. n) filios *B* 2b. o) et *add. B* 2a. p) super omnem terram princ. *B* 2. q) Ratio *B* 1; *deest B* 2. r) *deest B* 2. s) ecclesiae *B* 2b. t) In — XLVI *des. B* 2a. u) *corr. ex* subvenire *B* 2a. v) vol. temp. *B* 1. w) Ex — Aug. *des. B* 2. x) totum hab. *B* 2. y) *corr. ex* sit *B* 2a. z) qui *B* 2b. a) quoniam qui *B* 2b.

1) *Idem postulat Hugo Floriac. in Tractatu de regia potestate et sacerdot. dignitate I, c.* 5, *supra p.* 472. *S.* 2) *Enarr. in ps. XLIV, c.* 32, *Opp. IV, col.* 398. 3) *Enarr. in ps. XLVI, c.* 5 *(v.* 4*), Opp. IV, col.* 410. 4) *Haec ex August. Tract. in Iohannis evang. X, c.* 6, *Opp. III,* 2, *col.* 370.

vendunt. Nam et Symon ille ideo[a] *volebat emere Spiritum sanctum, quia vendere volebat Spiritum sanctum, et putabat apostolos mercatores*[b] *tales esse, quales Dominus de templo flagello eiecit. Talis enim ipse erat, et quod venderet*[c] *emere volebat; de illis erat, qui columbas vendebant. Etenim in columba apparuit Spiritus sanctus.* cf. Act. 8, 18. 19. cf. Matth. 3, 16
Qui ergo[d] *vendunt columbas, fratres? Qui dicunt: Nos damus Spiritum sanctum. Quare enim hoc dicunt, et quo precio vendunt precium honoris sui? Accipiunt precium cathedras*[e] *temporales, ut videantur ipsi vendere columbas. Caveant a flagello de resticulis. Columba non est venalis, gratis datur, quia gratia vocatur.* Caveant ergo et isti qui exteriorem, ut ita dictum sit, aecclesiam bonum esse aiunt, tradere[g] in manus eorum, qui secundum suum libitum ei dominari per omnia volunt. Nam quamvis in mentibus fidelium habitet Deus, tamen corpora eorum templum Spiritus sancti appellat apostolus. Cum vero disponenda aecclesia[h] eis conceditur, qui regendi sunt et qui animarum ducatum habere non debent, procul dubio error gravissimus est. Ex ratione[f].

XC.[i] De honore, quem sacerdotibus imperatores exhibere debent. (89)

Quantus honor sacerdotibus ab imperatoribus exhiberi debet, ostendit sanctus Gregorius dicens[1] Mauricio imperatori: *Sacerdotibus non ex terrena potestate Dominus noster*[l] *citius indignetur, sed excellenti consideratione propter eum, cuius servi sunt, eis ita*[m] *dominetur, ut etiam debitam reverentiam impendat. Nam in divinis eloquiis*[n] *sacerdotes aliquando dii, aliquando angeli vocantur. Et per Moysen de eo, qui ad iuramentum ducendus est, dicitur: 'Applica illum ad deos', videlicet ad sacerdotes.* Exod. 22, 8.
Et rursum scriptum est: 'Diis non detrahes', scilicet sacerdotibus. Et propheta ait: ib. 28.
'Labia sacerdotis custodient[o] *scientiam et legem exquirent*[p] *ex ore eius, quia angelus Domini exercituum est'.* Mal. 2, 7.
Quid ergo mirum, si illos vestra pietas dignetur honorare, quibus in suo eloquio honorem tribuens, eos aut angelos, aut deos ipse etiam appellat Deus? Aecclesiastica quoque testatur historia, quia cum piae memoriae Constantino principi scripto oblatae accusationes contra episcopos fuissent, libellos quidem accusationis accepit, et eosdem qui accusati fuerant episcopos convocans, in eorum conspectu libellos, quos acceperat, incendit, dicens: 'Vos dii estis, a vero Deo constituti. Ite et inter[q] *vos causas vestras disponite*[r]*, quia dignum non est, ut nos iudicemus*[s] *deos'. In qua sententia, pie*[t] *domine, sibi magis ex humilitate, quam illis aliquid praestitit ex reverentia impensa. Ante eum*[u] *quique pagani in republica principes fuerunt, qui verum Deum nescientes, deos ligneos et lapideos colebant, et tamen eorum sacerdotibus honorem maximum tribuebant. Quid igitur mirum, si christianus imperator veri Dei sacerdotes dignetur honorare, dum pagani, ut praedixi, principes honorem*[v] *impendere sacerdotibus noverunt, qui diis ligneis et lapideis serviebant? Haec ego pietati dominorum non pro me, sed pro cunctis*[w] *sacerdotibus suggero.* Ex[k] epistola ad imperatorem Mauricium.

XCI.[i] De eo, quia regnum terrenum de honore sanctae aecclesiae crevit. (90)

Diximus in superioribus huius libelli[2], regni terreni honorem de honore et possessione sanctae aecclesiae in hoc mundo magis magisque crevisse. Quod quia verum Ex[x] ratione.

a) *deest B* 2[b]. b) esse tal. merc. *B* 2. c) vendere *B* 2[a]. d) vero *B* 2. e) kath. *B* 2. f) *deest B* 2. g) tradunt *B* 2[b]. h) eis eccl. *B* 2. i) *titulus deest B* 1. k) Ex — Maur. *des. B* 2. l) *super lin. add. B* 2[a]. m) eis *iterum add., sed del. B* 2[a]. n) ęloquiis *B* 1. o) custodiunt *B* 2. p) exquirunt *B* 2. q) *super lin. add. B* 1[a]. r) diiudicate *B* 2. s) diiudicemus *B* 2. t) pię dominę *B* 1; pii domini *B* 2[b]. u) enim *B* 2[b]. v) honorē̄ *B* 1. w) cunctis *om. Greg.* x) Ex r. *des. B* 2; ex rat *cetera abscisa B* 1.

1) *Epist. V, 36. ad Mauricium imp., ed. Ewald I, p.* 318. 319, *Jaffé* 1359; *cf. Deusdedit Libell. contra invas. l. III, c.* 3, *supra p.* 343. 2) *C.* 57, *p.* 591.

sit, testatur exemplum magni Constantini, cui Deus per virtutem sanctae crucis victoriam de inimicis donare dignatus est. Cum vero postea per beatum Silvestrum baptizatus fuisset et vera cordis humilitate decrevisset iniustum videri ibi se[a] imperialem sedem habere, ubi Deus vicarium beati Petri constituit, Constantinopolitanam civitatem aedificans ibidem gloriosus regnavit[1]. Cui Deus, quia beatum honoravit apostolum et eius vicario occidentale regnum reliquit, omne regnum Romanum ex integro habere concessit. Beatus enim papa Silvester, quamvis ille dederit, tamen ipse Christi[b] domini sequens exemplum, suo sanctissimo capiti coronam regni imponi passus non est, sed eum magis rogavit, ut regnum tenendo aecclesiae sanctae devote serviret. Unde videntur illi veritatem non tenere, qui ducatus et marchias vel alias praecelsas possessiones aecclesiae nomine possessionis ei subiugari non debere contendunt[2]. Numquam[c] enim hoc sanctissimus Silvester, prudentissimus et sapientissimus existens, sanctae[d] aecclesiae donari permitteret, nisi convenire certissime sciret divinae voluntati et a sanctis prophetis olim praedictum. Divinam[e] enim prophetiam non tantum spiritualiter, sed etiam corporaliter impleri certissimum est. Ait itaque de hoc sanctus propheta, sanctae aecclesiae loquens:

Ysayas[f]. Is 60, 10. 11. *Reges gentium ministrabunt tibi. In indignatione mea percussi te, et in reconciliatione mea misertus sum tui. Afferetur ad te fortitudo gentium, et reges*
ib. 12. *earum adducentur*[g]. *Gens enim et regnum, quod non servierit tibi, peribit.* Et item:
ib. 13. 14. *Gloria Libani*[h] *ad te veniet, abies et buxus, et pinus simul ad ornandum locum sanctificationis meae, et locum pedum meorum glorificabo. Et venient ad te curvi filii eorum, qui humiliaverunt te et adorabunt vestigia pedum tuorum omnes, qui detrahebant tibi.*
ib. 15. 16. Itemque: *Pro eo, quod fuisti derelicta, et odio habita, et non erat qui pertransiret, ponam te in superbiam seculorum, gaudium in generationem*[i] *et generationem*[i]*; et suges lac gentium, et mamilla regum lactaberis; et scies, quia ego Dominus salvans te.* Ostenditur autem et in Vita sancti Iohannis Crisostomi[l], quantum sapientia et potentia sacerdotum regno proficiat[m], cum de eo narratur Godilam[n] quendam tyrannum, ad quem nullum principum imperator mittere poterat, eum adisse, et sua sapientia furorem illius mitigasse. Beatus etiam Leo apostolicus Attilam[p] illum famosissimum[q], Dei Flagella nominatum, ab Italiae finibus sua prudentia exire compulit[4]. Constat autem haec[r] eos perficere non potuisse, nisi aecclesiarum stipendiis adiuti etiam aecclesiae miliciam secum haberent. Tale vero, quod solummodo decimis et oblationibus fultos eos non perpetrasse cognoscentes, adquiescant[s] veritati, qui dicere ausi sunt ad aecclesias non pertinere, nisi decimas et primicias, et oblationes, quae ad altare offeruntur, et noverint verum esse regnum terrenum aecclesiae suffragio muniri atque defendi.

Ex[k] Vita Iohannis Os aurei.

Ex[o] libro apostolicorum.

(91) XCII.[t] Contra eos, qui dicunt: Tanta donantur aecclesiae, ut regno vix pauca remaneant.

Ex ratione[u]. Sunt vero quidam simplices dicentes: Si haec[v] ita permanserint, aecclesia omnia

a) *super lin. add. B* 2[a]. b) d. Chr. *B* 2. c) numquid *B* 2. d) eccl. s. *B* 2[b]. e) divinę .. prophetię *B* 1; divinam — est *om. B* 2. f) Esaias *B* 2[b]; *prima littera a bibliopega abscisa est B* 2[a]. g) *corr. ex* adducantur *B* 2[a]. h) lyb. *B* 2[a]. i) generatione *B* 2[b]. k) Ex — aurei *des. B* 2. l) chrysost.? *B* 2. m) proficiant *B* 2[b]. n) godila *B* 1; godiliam *B* 2. o) ex l. ap. *des. B* 2. p) Atilam *B* 2[b]. q) tyrannum, *add., sed del. B* 2[a]. r) hec *B* 1; hoc *B* 2. s) acq. *B* 2. t) *titulus deest B* 1. u) Ratio *B* 1; *deest B* 2. v) ita haec *B* 2.

1) *Haec ex donatione Pseudo-Constantiniana sumpta sunt.* 2) *Scil. Gregorius in Defensione orthodoxa, supra p.* 538. 3) *Gainam dicere videtur Gothum magistrum militum, de quo non in Vita Iohannis Chrysostomi, sed in Cassiod. Hist. tripart. X, c.* 6, *ed. Garet. p.* 355. 356. *legitur.* 4) *Prosperi Chron. ad a.* 452, *ed. Mommsen, AA. IX, p.* 482; *cf. Lib. Pontif. ed. Duchesne I, p.* 239.

terrena optinere poterit. Quibus quid respondendum est, nisi illud, quod Dominus de virginibus ait: *Non omnes capiunt verbum istud?* Quando enim omnes quae sua sunt aecclesiae dabunt, qui ea ipsa, quae antiquitus possidet, auferre conantur? Matth. 19, 11.

XCIII.[a] Quo ordine, sanctis canonibus non contrario, sacerdotium et regnum concordari possit? (92)

Quia vero Dominus ait: *Pacem meam do vobis, pacem relinquo*[b] *vobis,* studendum est[d] omnimodis, ut pax inter regnum[e] et sacerdotium sit et firmiter Deo auxiliante permaneat. Quae ita, ut Deo inspirante cognoscimus, fieri potest, si, cum pastor aecclesiae canonice electus, investitus et consecratus fuerit, tunc per se vel per suos fideles imperatorem adeat et de rebus aecclesiae sibi commissis imperiale praeceptum expetat. Quod ei piissimus imperator amore suae spiritualis matris libentissime concedens firmare dignetur, quod sui praedecessores illi aecclesiae concessisse manifestum est, promittens eidem aecclesiae et eius pastori suam piissimam defensionem in omnibus. Ideo autem diximus non tantum per se, sed etiam et[f] per suos legatos istud peragere sanctos pastores, quia saepius evenit, ut sancta aecclesia sanctum sibi pastorem vel senem vel etiam debilem[g] corpore eligere studeat, sicuti venerabilis memoriae Gregorium, eximium doctorem, sancta Romana aecclesia fecit, et sicut Mediolanenses successorem beati Ambrosii Simplicianum, bonum senem, eligere studuerunt. Dignum itaque non est, ut tales longo terrarum spatio fatigentur. Si itaque hoc ratum tam sancti[h] episcopi, quamque venerabiles imperatores habuerint, et insolentiam superborum compriment et in pace quiescent[i]; ipsa vero aecclesia concordari et adunari in pace Christi taliter Deo auxiliante potest. Episcopi vel clerici, qui a sancta Romana et[k] catholica aecclesia aberraverint[l] et ex corde poenitentes ad eam regredi voluerint[l], cum consilio sanctorum episcoporum recipiantur, et quamvis multi ex eis exigente iustitia iuste repudientur, tamen misericordia superexaltante iudicium, si ex toto corde convertuntur, pro unitate et concordia sanctae matris aecclesiae bonum est, ut in suis gradibus recipiantur. In eis vero locis, ubi catholici episcopi et scismatici erant, catholici sedem episcopatus obtineant[m], scismatici vero presbyteri honore fungantur. Factum est istud tempore sancti patris Augustini de Donatistis, et aecclesia sancta unita est. Ita et isto tempore si agatur, credimus in illius misericordia, qui duos diversos angulos in se angulari lapide adunare dignatus est, quia aecclesia[n] sancta praesenti discordia carebit et in pace quiescet. Ex ratione[c]. Ioh. 14, 27. cf 1. Petr. 2, 6. 7.

XCIIII.[a] De districtione regum contra symoniacam[o] heresim. (93)

Temporibus sancti Gregorii papae, eximii doctoris, tanta vis religionis principibus terrenis inerat, ut non solum laicos a malo cohiberent, sed etiam clericos iustitiae servire constringerent. Inde est quod Theoderico et Theodeberto, regibus Francorum, scribens ait[1]: *Fertur symoniaca heresis, quae prima contra Dei*[p] *aecclesiam diabolica plantatione surrepsit, et ipso ortu suo zelo*[q] *apostolicae ultionis percussa atque dampnata est, et in regni vestri finibus dominari, cum in sacerdotibus fides et vita eligenda* Ex ratione[c].

a) *titulus deest B* 1. b) relinquam *B* 2. c) Ratio *B* 1; *deest B* 2. d) omnimodis est *B* 2. e) sac. et reg. *B* 2[b]. f) *deest B* 2. g) corp. deb. *B* 2. h) patres *add. in marg., sed del. B* 2[a]. i) quiescñt *B* 1. k) et cath. *des. B* 2. l) *ita B* 2; aberraver̄ — voluer̄ *B* 1. m) opt. *B* 2[a]. n) s. eccl. *B* 2. o) Simonicam *B* 2[b]. p) *deest B* 2[b]. q) telo *Gr.*

1) *Gregorii I. Epist. IX,* 110, *Opp. t. II, col.* 1016. 1017. 1018; *Jaffé* 1744; *cf. Libelli I, p.* 119.

sit, et ambitus omnino cavendus. Proinde[a] *paterno affectu petimus, karissimi filii, ut tam detestabile malum de regni vestri studeatis finibus prohiberi.*

(94) XCV.[b] De eo, quia privata lex communem legem facere non potest.

Ex[c] registro[d] sancti[e] Gregorii papae[e].

Hinc[1] est etiam, quod monasterium seu xenodochium quoddam in eodem Francorum regno constitutum, quia per ambitiones et contentiones quorundam non canonice tractabatur, a perversitate malorum liberare cupiens praecepit, ut sine regali providentia et monachorum electione nullus ibi abbas aliqua unquam surreptione[f] introduceretur[g]. Praecepit etiam, ut eiusdem monasterii abbas numquam ad[h] episcopatum

Ex ratione[i].

eligeretur, ne forte occasione episcopatus abbatia aliquod detrimentum pateretur. Quod privilegium ita est illius aecclesiae, ut communem legem regibus vel abbatibus omnino dare non possit. Non enim quod uni specialiter conceditur statim omnibus convenit[2].

(95) XCVI.[b] Quia gratia, nisi gratis accipiatur, gratia[k] non est.

Ex[l] decretis Leonis papae.

Gratia[3], nisi gratis accipiatur, gratia non est. Symoniaci autem non gratis accipiunt quod accipiunt. Igitur[m] gratiam, quae maxime in aecclesiasticis ordinibus operatur, non accipiunt; si autem non accipiunt, non habent. Si non habent, nec gratis neque[n] non gratis cuiquam dare[o] possunt. Quid ergo dant? Profecto quod habent. Quid autem habent? Spiritum utique mendacii. Quomodo hoc[p] probamus? Quia si spiritus veritatis testante ipsa veritate, de[q] qua procedit, gratis accipitur, qui non gratis accipitur procul dubio spiritus mendacii esse convincitur.

(96) XCVII.[b] De eo, quia symoniaci peiores sunt, quam Arriani.

Ex[r] decretis Urbani papae II.

Qui[4] enim aliorum errorem defendit, multo est dampnabilior illis, qui errant, quia non solum ipse errat, sed etiam aliis offendicula erroris praeparat et confirmat. Unde quia magister erroris est, non tantum hereticus, sed etiam heresiarcha dicendus est. Viderint[s] ergo symoniacorum[5] defensores, quo nomine censendi sint. Denique[6] Arriani quamquam in hoc maxime errent, quod Filium minorem Patre[t] et creaturam esse asserunt, Spiritum quoque sanctum minorem Patre et Filio atque creaturam, Deum tamen utrumque dicunt neutrumque eorum ulli omnino creaturae, nisi Dei patri creatori visibilium omnium et invisibilium subicere contendunt. At symoniaci minime contenti tanto Arrianorum sacrilegio, omnipotentem Spiritum sanctum non tantum minorem Patre[t] et Filio, seu subiectum soli Patri et Filio, sed etiam sibimet ipsis inferiorem atque sibimet ipsis subditum tamquam quodlibet venale et vile mancipium credunt, ut velit, nolit, obediat voluntatibus eorum et[u] vocibus eorum[v] atque funiculis pecuniae attractus, aut velut aureis eorum catenis alligatus, plenitudinem suae sanctificationis et gratiae sacrilegis ipsorum[w] officiis et[v] execrandis consecrationibus administret, eorumque venalitati seu operationi[x] coope-

Valde timendum et per Dei gratiam cavendum.

retur. Quod vel ad momentum aestimare intolerabilis est et forte inremissibilis blasphemiae, quia in Spiritum sanctum est peccare, aut certe verbum dicere in eum. Qua sola aestimatione Symon ille, sectae eorum primus auctor et signifer, a quo et ipsi agnominantur, inrecuperabiliter dampnatus est.

a) Et inde *B* 2[b]. b) *titulus deest B* 1. c) Ex — papae *ad c.* 94 *adnot. versus finem B* 2[b]. d) reg̃ *B* 1. 2[a]. e) *deest B* 1. f) subreptionē *B* 1. g) introduceret *B* 1. h) ad episc. *des. B* 1. i) Ratio *B* 1; *deest B* 2. k) non est gr. *B* 2[b]. l) Ex — papae *des. B* 2. m) Igitur — accipiunt *om. B* 2. n) nec *B* 1. o) *litera* n *add., sed del. B* 2[a]. p) ergo *B* 2. q) da *B* 2[a]. r) Ex — II *des. B* 2. s) vider *B* 1. t) pat^{i} *B* 1. u) et v. *des. B* 2[b]. v) *om. B* 2. w) eorum *B* 2[b]. x) operationē *B* 1.

1) *Quae sequuntur ex Gregorii I. Reg. XIII, ep.* 8, *Opp. II, col.* 1224. *sumpta sunt; cf. supra p.* 391, *c.* 12, *p.* 579. 2) *Haec ad id pertinere videtur, quod Paschalis II. papa autumno a.* 1111. *Brunoni episcopo Signiensi abbatiam Cassinensem abstulit, scribens 'non debere episcopum simul esse abbatem'.* 3) *Ad verbum ex Humberti Cardin. adv. simoniacos l. I, c.* 4, *Libelli I, p.* 108. *S.* 4) *Ibid. praef. l. l. p.* 102. 5) *Nonnulla omissa.* 6) *Humb. I, c.* 3, *p.* 106.

XCVIII.[a] De eo, quia regnum terrenum sanctae aecclesiae servire debet. (97)

Non itaque[b] pro honore regni aecclesiae rex dominari, sed magis pro honore regni caelestis terrenum regnum aecclesiae servire debet. Quod verum esse testatur Spiritus sanctus per os sancti Gregorii[c] in libris Moralium dicens[1]: *Loquitur Dominus beato Iob de terrenis principibus, qui sanctae aecclesiae servituri erant, inquiens: 'Numquid non*[e] *habebis fidutiam*[f] *in magna fortitudine rinocerotis, et derelinques ei labores tuos?' In rinocerotis fortitudine fidutiam*[f] *habere se Dominus asserit, quia vires, quas terreno*[g] *principi contulit, ad cultum suae venerationis inclinavit, ut ex accepta potestate, per quam dudum contra Deum tumuerat, religiosum nunc obsequium latius impendat. Quo enim in mundo plus potest, eo pro mundi auctore plus praevalet. Unde et subditur: 'et derelinques ei labores tuos'? Labores suos huic rinoceroti Dominus reliquit*[h], *quia converso terreno principi eam, quam sua morte*[i] *mercatus est, aecclesiam credidit, quia videlicet in eius manu quanta sollicitudine pax fidei sit tuenda*[k], *commisit.* Itaque modo pro aecclesia leges promulgat, qui dudum contra eam per varia tormenta seviebat. Ecce, ut praediximus, his verbis sancti[m] Spiritus, quae per os sancti Gregorii locutus est, aperte docetur sanctam aecclesiam terrenis principibus non creditam, nisi ad pacem fidei tuendam. Haec autem est vera fidei pax, ut hereticis resistatur et donum[n] Dei ab hominibus non posse tribui veraciter praedicetur. Hanc itaque praedicationem sacratissimi imperatores et principes ita in omnibus confirmare et[o] corroborare studeant, ut in suo regno sanctae aecclesiae devote servientes eius beatitudinis in caelesti regno mereantur esse consortes.

In[d] libro Moralium XXX.

Iob 39, 11.

Ex ratione[l].

XCVIIII.[a] Qua in re potestatem in aecclesia terreni principes habere debeant? (98)

Sane[p] qua in re intra aecclesiam terrenae potestates locum habere debeant, et utrum sua auctoritate an illius evocatione, notandum ex verbis sancti Gregorii in[r] eodem libro dicentis[2]: *Sancta aecclesia ad pravorum hominum, qui humiles premunt, duritiam*[t] *dissolvendam nonnunquam, quia propria virtute non sufficit, terreni principis*[u] *opitulationem quaerit.* Quod dum terreni principes agunt, non sibi, sed Deo deserviunt. In electione igitur pastorum sanctae aecclesiae tunc vires suas exercere, ut Deo deserviant, terreni principes debent, cum de electione, ut assolet, inter partes discordia nascitur, et imperio sacerdotum compesci non potest, tunc iudicium sacerdotum iuvare et pravos homines insectari[v] omnimodis debent. Quod factum[w] etiam in ipsa apostolica sede legimus[3], ubi, dum dissidentes populi duos ordinassent, Eulalium et Bonifacium, rogati a sacerdotibus et populis catholicis, Placidia[x] augusta cum filio suo Valentiniano augusto Bonifacium statuerunt, Eulalium vero de Urbe expulerunt. Sed pro hac re non aecclesiam suo iuri subdiderunt, sed magis ei servitium suum dederunt, quia postmodum in electione Romani pontificis nullum[y] ius quaesierunt. Simili etiam

Ex ratione[q].

In[s] Moralium libro XXX.

Ex ratione[q].

a) *titulus deest B* 1. b) utique *B* 2. c) dicens *add., sed del. B* 2[a]. d) In — XXX *des. B* 2. e) *deest B* 1. f) fiduciam *B* 2. g) treni *B* 2. h) reliquid *B* 1. i) mortem *B* 1. k) tenenda *B* 1. l) R. *B* 1; Ratione *B* 2[b]. m) sanctus *B* 2; sp. s. *B* 2[b]. n) D. d. *B* 2. o) in omnib. et *B* 1. p) *deest B* 2[b]. q) Ratio *B* 1; *deest B* 2, *sed additur in B* 2[b] *versus finem.* r) in — libro *des. B* 2. s) In — XXX *des. B* 2[a]; *ad initium cap. adnot. B* 2[b]. t) dur. *deest B* 1. u) p'ncipe . . s; *inter* e *et* s *locus rasus B* 1. v) insectare *B* 1. w) *deest B* 2. x) Placidus augustus *B* 2. y) *corr. ex* nullus *B* 2[a].

1) *Moral. XXXI, c.* 6, § 8, *Opp. I, col.* 999, *sed primae lineae tantum ad sensum.* 2) *Ibid. c.* 5, § 7, *Opp. I, col.* 999, *cf. Libelli I, p.* 371. 3) *Cf. Lib. Pontif. ed. Duchesne I, p.* 227; *idem exemplum Dicta cuiusdam, Libelli I, p.* 456 *seq.; Widonis Osnabrug. liber etc., ibid. p.* 463; *Wido Ferrar. ibid. p.* 564.

modo in episcopiis et abbatiis catholici imperatores facere debent, si ab aecclesia evocati fuerint. Si vero Romanus imperator catholicus non fuerit, non modo eius adiutorium aecclesia quaerere non[a] debet, sed magis contraire in omnibus. Quodsi in tantum superbierit, ut alium quasi sua[b] virtute vel auctoritate[c] episcopum Romae ordinari faciat, non ipse habendus est episcopus, sed magis ille quem catholica aecclesia sibi elegit. Imperatori autem hoc[d] agenti omnes catholici Deum timentes, non solum non[a] servire, sed etiam, ut praevalent, valde[e] resistere debent, scientes pro hoc se mercedem aeternam a Domino sucepturos, si illud caste et zelo Dei faciant, sicut e[a] contrario peccatum, si neglegant[f].

(99) C.[g] De Gregorio VII. papa.

Ex ratione[h]. Huius rei moderni temporis exemplum habemus, quia, cum Romanus[i] imperator katholicae fidei resistens suum episcopum[l] ibi misisset, omnes katholici eum respuentes anathematizaverunt, Gregorium vero VII. catholicę ordinatum dilexerunt et eum beati Petri vicarium confessi sunt[k]. Cuius doctrinam Deus etiam post mortem eius confirmans portas inferi suae sanctae[e] aecclesiae praevalere nequaquam permisit.

cf. Matth. 16, 18.

(100) CI.[g] Quam pure sancta aecclesiastica officia tractari debeant.

Ex ratione[l]. Symoniacum eum esse, qui res aecclesiae, quae ex consecratione proveniunt, emit vel vendit, precio scilicet muneris a manu vel lingua sive ab obsequio, ut beatus Gregorius testatus est, etiamsi manus impositionem non vendat vel emat, testatur sanctus Ex[l*] concilio[m] Urbani papae. Urbanus apostolicae sedis antistes inquiens[2]: *Cur sinodus*[n] *Calcedonensis DCXX*[o] *episcoporum procuratorem, vel defensorem aecclesiae, vel quemquam*[p] *regulae subiectum adeo per pecuniam ordinari prohibet, ut interventores quoque tanti sceleris anathematizet, nisi quod eosdem symoniacos iudicet? Quod si praefati milites aecclesiae ob huiusmodi scelus taliter*[e] *percelluntur, nemo sapiens negabit non militantes aecclesiae multo dampnabilius hanc ob causam, id est venditionis vel emptionis, debere percelli. Sed et*[q] *beatus praedecessor noster Paschalis*[3] *de consecratione et de rebus, quae proveniunt ex consecratione, affirmat, quod quisquis alterum eorum vendit, sine quo alterum eorum habere non provenit, neutrum non venditum derelinquit.*

(101) CII.[g] Quomodo Adrianus papa anathematizavit[r] principes electioni praesulum se inserentes[s].

Ex concilio Adriani papae. Non debere se inserere imperatores vel principes electioni pontificum sanctus Adrianus papa VIII. synodo[t] praesidens ait[4]: *Promotiones et consecrationes episcoporum concordans*[u] *prioribus conciliis, electione et decreto fieri episcoporum haec*[v] *universalis synodus definivit et statuit atque iure promulgavit neminem laicorum, principum vel potentum semet inserere electioni vel promotioni patriarchae vel metropolitae vel cuiuslibet episcopi, ne videlicet inordinata hinc et incongrua fiat confusio vel contentio, praesertim cum nullam in talibus potestatem quemquam potestativorum*[w]

a) *deest B* 1. b) virtute s. *B* 2. c) sua *add. B* 2[b]. d) hec *B* 1. e) *deest B* 2[b]. f) neglig. *B* 2. g) *titulus deest B* 1. h) Ratio *B* 1; *deest B* 2[a]; *inferius pos. ad:* Cuius doctr. *B* 2[b]. i) pontifex *add., sed del. B* 2[a]. k) sint *B* 2[b]. l) Ratio *B* 1. 2[a]; *deest B* 2[b]. l*) *margine nimis rescisa abhinc semper quaedam litterae in notis marginalibus del. B* 2[a]. m) c.. *ceteris amissis B* 2[a]. n) syn. *B* 2. o) sex centorum triginta *Urb.* p) quemque *B* 1. 2[b]. q) *deest B* 2. r) anathemavit *B* 2[a]. s) inferentes *B* 2[b]. t) sin. *B* 2[a]. u) *corr. ex* concondans *B* 2[a]. v) hoc *B* 1. w) potestavorum *B* 1.

1) *Scil. Wibertum, Clementem III. antipapam.* 2) *Epist. ad Lucium praep., Mansi XX, col.* 661; *cf. supra c.* 52. 80. 3) *Cf. c.* 82. 4) *Ex interpret. Anastasii bibliothec., Mansi XVI, col.* 174; *Deusdedit Coll. can. IV, c.* 16, *ed. Martinucci p.* 353; *Libellus contra invas. I,* § 7, *supra p.* 305; *Grat. Dist. LXIII, c.* 1.

vel ceterorum laicorum habere conveniat, sed pocius silere et attendere sibi, usquequo regulariter a collegio[a] *aecclesiae suscipiat finem electio pontificis. Si quis vero laicorum ad concertandum et cooperandum ab aecclesia*[b] *invitetur, licet huiusmodi cum reverentia, si forte voluerit obtemperare assciscentibus*[c]*. Taliter enim dignum pastorem sibi regulariter ad suae aecclesiae salutem promoveant*[d]*. Quisquis autem secularium principum vel potentum vel alterius dignitatis laicus adversus communem ac consonantem*[e] *canonicam electionem aecclesiastici ordinis agere temptaverit, anathema sit, donec obediat, et consentiat quicquid aecclesia de ordinatione ac electione proprii presulis se velle monstraverit.*

CIII.[f] Quare permissum sit imperatoribus aecclesias investire. (102)

Ex ratione[g].

Cum igitur haec certum sit beatissimum Adrianum de electione pontificis docuisse, mirum, quomodo inveniatur, ut quidam aiunt[1], Karolo imperatori investiendi aecclesias licentiam tribuisse. Quid igitur in his considerandum est, quid aestimandum, nisi quia, etsi verum est hoc ei concessum fuisse, non ideo hoc factum est, ut aecclesiam Dei suo iuri in tempore haberet subiectam, sed ut magis magisque per hoc signum se ei servire et eam ab inimicis defendere quodammodo promitteret[h]?

CIIII.[f] Qualiter electio pastoris canonice facienda sit. (103)

Gregorius[l] Magno episcopo Mediolanensi.

Admone[h*.2] *igitur clerum*[i] *et populum, ut ad eligendum nullatenus dissentiant*[k] *sacerdotem, sed uno consensu talem sibi eligant consecrandum*[m] *episcopum, cuius et actus laudabiles et grata Deo et hominibus possit esse persona, ne, si aliter factum fuit*[n]*, in diversis, quod absit*[o]*, studiis dampnum aecclesiasticis rebus eveniat. De persona autem consecrandi episcopi clerici plebisque consensum metropolitanus episcopus ad fraternitatem tuam referat quodque in provincia bene placuit scire te faciat, ut ordinationem rite*[p] *celebrandam tua quoque firmet auctoritas, quae rectis dispositionibus nichil difficultatis debebit afferre, ne gregibus Domini diu desit cura pastoris.*

CV.[f] Non debere eligi archiepiscopum sine iussu vel scientia vicariorum domni papae. (104)

Ex[r] decreto Celestini[s] papae.

Metropolitano[4] *vero defuncto, cum in locum eius alius fuerit*[q] *subrogandus, provinciales episcopi ad civitatem metropolim convenire debent, ut omnium clericorum atque omnium civium voluntate discussa, ex*[t] *presbiteris eiusdem aecclesiae vel ex diaconibus optimus*[u] *eligatur, de cuius nomine ad tuam noticiam provinciales offerant sacerdotes impleturi vota poscentium, cum quod ipsis placuit tibi quoque placuisse cognoverint. Sicut enim iustas electiones nullis dilationibus volumus fatigari, ita nichil permittimus te ignorante presumi.*

a) collogio *B* 1. b) inv. ab eccl. *B* 2. c) adsc. *B* 2[b]. d) promoveant *corr.* promovent *B* 2[a]; promovent *B* 2[b]; promoveat *Syn.* e) aē sonantē *B* 1. f) *titulus deest B* 1. g) Ratio *B* 1; *deest B* 2. h) permitteret *B* 2. h*) Ammone *B* 2[b]. i) clerum et *des. B* 2[b]. k) dissentiat *B* 2[b]. l) Greg. M. ep. Med. *des. B* 2. m) *ita Greg. B* 1; el. sacerdotem vel episc. consecr. *B* 2. n) fuerit *B* 2. o) *quae sequuntur usque ad finem capitis des. B* 2, *ubi locus vacuus;* defectus *add. in marg. B* 2[a]. p) ritę *B* 1. q) est *B* 2. r) *iterum in marg. add. B* 2[a]. s) Calisti *B* 2[b]. t) et *B* 1. u) optimis *B* 2[b].

1) *Cf. Wido Ferrar., Libelli I, p.* 565, *supra p.* 498; *v. Prolog. Placidi supra p.* 569. 2) *Greg. I. epist. III,* 26. *ad Magnum presb. Mediol., ed. Ewald I, p.* 184; *Jaffé* 1230. 3) *Abhinc Leonis I. epist.* 14, *c.* 6, *Opp. ed. Ballerini I, col.* 688, *Hinschius p.* 619, *Jaffé* 411. *S.* 4) *Ib.; Dist. LXIII, c.* 19.

(105) CVI.[a] Quod ex iactantia cordis desiderium primatus nascatur.

Iohannis Os aurei[b.1]. Opus quidem bonum desiderare bonum est, primatum autem honoris concupiscere vanitas est, quoniam bonum opus implere nostrae voluntatis et nostri operis est et laboris. Propter quod ex primatu honoris, nescio, si aliquam mercedem homo adipisci mereatur. Nam desiderium primatus ex iactantia nascitur cordis. Qui autem humilis est[c] corde, indigniorem se aliis arbitratur secundum apostolicum praeceptum illud, quo

cf. Phil. 2, 3. ait[2]: *Alter alterum existimans superiorem se, et nunquam superiorem*[c*] *se desiderat superior*[d] *apparere; primatus enim fugientem se desiderat, desiderantem se odit.*

(106) CVII.[a] Quod clerus et plebs sacerdotem sibi eligere debeant.

Ex[e] decreto Anastasii papae. *Cum*[3] *ergo de summi sacerdotis electione tractabitur, ille omnibus praeponatur quem cleri plebisque consensus concorditer postulaverit*[f]. *Et si in aliam forte personam partium*[g] *se vota diviserunt, metropolitani iudicio is alteri praeferatur*[h] *qui maioribus et meritis et studiis fuerit.*

(107) CVIII.[a] Ut personarum acceptio in sacris ordinibus dandis non fiat.

Ex[i] dictis Gregorii papae. Iac. 2, 1. Sanctus Augustinus exponens sententiam sancti Iacobi apostoli: *Fratres, nolite in personarum acceptione habere fidem domini nostri Iesu Christi,* ait[4]: *Non putandum est leve esse peccatum in personarum acceptione habere fidem domini nostri Iesu Christi, si illam distantiam sedendi et standi ad honores aecclesiasticos referamus. Quis enim ferat eligi divitem ad sedem honoris aecclesiae*[k] *contempto paupere instructiore atque sanctiore?* Deus enim pauperes, divites in fide elegit.

(108) CVIIII.[a] Ut nullum habeat[l] locum in aecclesiasticis officiis pecunia.

Ex[e] decreto Gregorii papae. *Si*[5] *in aecclesiasticis officiis quemquam*[m] *habet locum pecunia, fit seculare quod*[k] *sacrum est. Quicumque hoc precii*[n] *studet datione percipere, sacerdos non esse, sed dici tantummodo inaniter concupiscit.*

(109) CX.[a] Quod non sint veri episcopi qui per ambitionem ordinantur.

Ex[e] registro Gregorii papae. *Ex*[6] *qua re, si recti libraminis examine pensetur, dum improbe quis ad inanem gloriam locum festinat*[d] *utilitatis arripere, eo ipso*[o] *magis, quo*[p] *honorem quaerit, indignus est. Sicut autem is, qui invitatus renititur*[q], *quaesitus refugit, sacris est altaribus admovendus*[r], *sic qui ultro ambit et inportune se ingerit est procul dubio repellendus.*

(110) CXI.[a] Quam grave sit aliqua fraudulentia sacrum ordinem temerare.

Ex[s] registro Gregorii papae. *Si*[7] *quis neque sanctis pollens moribus neque a Deo populoque vocatus vel pulsatione coactus impudenter Christi sacerdotium, iam quolibet*[t] *facinore pollutus, iniusto cordis*[u] *amore vel sordidis precibus oris*[v], *sive comitatu, sive manuali servitio, seu*

a) *titulus deest B* 1. b) Chrysostomi; Ioh. Chrys. *iterum in marg. add. B* 2[a]; *des. B* 2[b]. c) corde est *B* 2. c*) superiore *B* 2[b]. d) *deest B* 2. e) *iterum in marg. post add. B* 2[a]. f) postulaverint *B* 2. g) paucorum *B* 2. h) p̄ponatur *B* 1. i) Ex — papae *des. B* 2. k) et *add. B* 2. l) l. h. *B* 2[b]. m) q̄quam *B* 1. n) pretio; o *ut videtur eras. B* 1. o) ipse *B* 1. p) quod *Greg.* q) remitti *B* 1; renuit *Greg.* r) advovendus *B* 2[b]. s) Gregorius papa *post in marg. add. B* 2[a]. t) quodlibet *B* 2[b]. u) am. c. *B* 2[b]. v) cordis *B* 2[b].

1) *Hunc locum non inveni.* 2) *Eadem in scriptura sacra non leguntur.* 3) *Leonis I. epist.* 14. *ad Anastasium episc. Thessalon. c.* 5, *Opp. ed. Ballerini I, col.* 688; *Hinschius p.* 619; *cf. Manegoldum c.* 51, *Libelli I, p.* 400. 4) *Ep.* 167, *c.* 18, *Opp. t. II, col.* 601. 5) *Gregorii I. Reg. IX, ep.* 106, *Opp. II, col.* 1007; *Jaffé* 1747. 6) *Ibid.* 7) *C. I, qu.* 1, *c.* 115. *In Gregorii Magni et Gregorii VII. registris haec non inveniri adnotat Friedberg.*

fraudulento munusculo episcopalem seu sacerdotalem, non lucro animarum, sed inanis gloriae avaritia suffultus dignitatem acceperit et in vita sua non sponte reliquerit, eumque aspera[a] *mors in poenitentia non invenerit, procul dubio in aeternum peribit.*

CXII.[b] Quia difficile bono exitu consummantur, quae male inchoata sunt. (111)

Principatum[c.1] *autem, quem aut seditio extorsit aut ambitus occupavit, etiamsi moribus atque actibus non offendit, ipsius tamen initii sui est perniciosus exemplo. Et difficile est, ut bono peragantur exitu quae malo sunt inchoata principio.* Leonis papae.

CXIII.[b] Quam[d] multis testimoniis pateat dignitates sacras per ambitionem non quaerere. (112)

Ecce his sacris testimoniis apertissime patet, quantum mali sit dignitatem sacram per ambitionem quaerere, et quia nichil principes terreni in electione pontificum vel[e] abbatum quaerere debeant. Verumtamen adhuc verba sanctorum Gregorii Nazanzeni[f] et Augustini in medium proferamus.

CXIIII. Quam[g] grave sit praerogativam sacerdotii ambitione quaerere, et qua poenitentia illi subveniatur. (113)

Nam de eo, *qui*[2] *donum Dei studet pretio mercari,* quod ad sacrum ordinem nulla ratione *de cetero permanere aut revocari possit, dubium*[i] *non est,* et a communione modis omnibus abscidatur. Sed valde considerandum est de medicina poenitentiae eius. Nam qui Spiritus sancti donum praesumit pretio comparare, quid aliud est, quam capitale crimen et symoniaca heresis? Liquido aliud invenire non possumus, sed tantummodo prout canonica apostolicaque censura continetur: *Presbyter*[3] *aut diaconus, qui uxorem duxerit aut adulterium fecerit vel capitale crimen commiserit, publice deponatur et in monasterio retrudatur, et illic omnibus diebus vitae suae poeniteat.* De hac vero pestifera heresi canones praecipiunt, ut a communione modis[k] omnibus abscidatur[l]; tamen ad exitum[m] mortis pro misericordia, ut is[n] communicet, iudicamus. Gregorii[h] Nazanzeni.

CXV.[b] De principibus sanctae catholicae aecclesiae. (114)

Beatus vero Augustinus de primatu sanctae aecclesiae sic in expositione psalmorum testatus est dicens[3]: *In sancta aecclesia facti sunt principes abiecta scilicet mundi*[p]. *Numquid enim princeps piscator? Numquid princeps publicanus? Principes plane; sed qui facti sunt in ea. Quales isti principes? Venerunt de Babilone*[q] *principes credentes de seculo, principes venerunt de urbe Roma, quasi caput Babilonis*[q]*, non ierunt ad templum imperatoris, sed ad memoriam piscatoris. Unde enim isti principes? Infirma mundi elegit Deus, ut confundat*[r] *fortia, et ignobilia mundi elegit Deus, et ea quae non sunt*[s]*, tamquam ea*[t] *quae sunt, ut quae sunt evacuentur.* His sacris testimoniis et verbis sancti doctoris liquido patet, quia principes huius[v] mundi non dominari principibus sanctae aecclesiae, id[w] est sanctis pastoribus, debent, sed servire, utpote In expositione ps. LXXXVI[o]. 1. Cor. 1, 27. Ex ratione[u].

a) inaspera *B* 1. b) *titulus deest B* 1. c) Principatus *Grat.* d) quia *B* 2[b]. e) pontificum *add., sed del. B* 2[a]. f) *corr. ex* Nanzanceni *B* 2[a]. g) *hic titulus exstat B* 1. h) Gregorius Naz. *iterum post in marg. add. B* 2[a]; Greg. Naz. *B* 2[b]. i) non d. est *B* 2[b]. k) om. m. *B* 2. l) abscindatur *B* 2[b]. m) exitus *B* 2[b]. n) his *B* 1; bis *B* 2. o) LXXX *B* 2. p) elegit Deus ut confundat fortia *add. Aug.* q) babyl. *B* 2. r) confundat — Deus et *om. B* 1. s) ut quę sunt *add., sed del. B* 2[a]. t) tāquam sint ut *B* 1. u) Ratio *corr.* v) mundi huius *B* 2[a]. w) id *B* 1.

1) *Leonis ep.* 12. *ad Maurit. episc., Opp. I, col.* 659; *C. I, qu.* 1, *c.* 25; *cf. Hugo Floriac. I, c.* 7, *supra p.* 475. 2) *De hoc loco cf. Deusdedit Libellum contra invasores II,* § 19, *supra p.* 339, *n.* 4. *S.* 3) *Quod nescio ubi unquam ita decretum sit. S.* 4) *Enarr. in ps. LXXXVI,* 8 *(v.* 6), *Opp. IV, col.* 924.

quorum[a] filii in sancta aecclesia facti sunt. Ac per hoc idem sanctus pater Augustinus alibi ait[1]: *Melius est, ut Romam cum venerit imperator, ploret ad memoriam piscatoris,*
1. Cor. 1, 27. *quam ut piscator ploret ad memoriam imperatoris, quia infirma mundi elegit Deus, ut confundat fortia.*

(115) CXVI. Exemplum[b] de vita sancti Martini, ubi ostenditur, quantam reverentiam terreni principes etiam in terrenis rebus sacerdotibus habere[c] debent.

Ostenditur autem et in Vita sancti Martini, quantam reverentiam terreni principes sacerdotibus habere debeant, cum de eo narrante Sulpitio[d] Severo ita dicitur[2]: *Cum ad imperatorem Maximum, ferocis ingenii virum et bellorum civilium victoria elatum, plures ex diversis orbis partibus episcopi[e] convenissent, et foeda circa principem omnium adulatio notaretur[f] seque degeneri inconstantia regiae clientelae sacerdotalis dignitas subdidisset, in solo Martino apostolica dignitas[g] permanebat. Nam etsi pro aliquibus supplicandum regi fuit, imperavit potius, quam rogavit, et ad convivium eius frequenter rogatus abstinuit, dicens se mensae eius participem esse non posse, qui duos[h] imperatores, unum regno, alterum vita expulisset. Postremo, cum Maximus se non sponte sumpsisse imperium affirmaret, sed impositam[i] sibi a militibus divino nutu regni necessitatem armis defendisse, et non alienam[k] ab eo Dei voluntatem videri, penes quem tam incredibili eventu victoria fuisset, nullumque ex adversariis nisi in[l] acie occubuisse: tandem victus vel ratione vel precibus ad convivium venit, mirum in modum gaudente rege, quod hoc[m] impetrasset. Convivae autem aderant, veluti ad diem festum[n] advocati[o], summi atque[p] illustres viri, praefectus idemque consul Evodius, vir quo nichil unquam illo[q] iustius fuit, comites duo summa potestate praediti, frater regis et patruus, et medius inter hos Martini presbyter accubuerat. Ipse autem sellula iuxta regem posita consederat. Ad medium fere convivium, ut moris est, pateram regi minister obtulit[r]. Ille sancto[s] admodum episcopo potius dari iubet, exspectans atque ambiens, ut ab illius dextera poculum sumeret. Sed Martinus, ubi ebibit, pateram presbytero suo tradidit[t], nullum scilicet digniorem aestimans qui post se prior biberet, nec integrum sibi fore, si aut regem[u] ipsum aut eos, qui iuxta regem erant proximi, presbytero[e] praetulisset. Quod factum imperator omnesque, qui cum[e] illo[v] aderant,*
Ex ratione[w]. *ita admirati[x] sunt, ut hoc ipsum eis, in quo contempti fuerant, placeret.* Nunc itaque et hoc exemplum considerantes religiosi imperatores, non eis, qui praedicant nullum ius in aecclesia eos quaerere debere, irascantur, sed magis recognoscentes veritatem eos honorent.

(116) CXVII. Quanta[y] mala de potestate laicorum in aecclesia nata sint.

Ut ex dictis sancti Adriani papae et aliorum sanctorum supra multis et variis exemplis docuimus[3], imperator vel alii principes in electione alicuius pastoris sanctae

a) qui eorum *B* 2. b) *haec inscriptio exstat B* 1. c) *ita B* 1 *et index capitul.;* exhibere *B* 2. d) Sulpicio *B* 2. e) *deest B* 2. f) *corr. ex* nataretur *B* 1. g) auctoritas Sulp. h) *deest B* 1. i) impositum *codd.* k) *ita B* 1. *Sulp.;* al. vol. ab eo Dei *corr. ex* ab eo vol. Dei *B* 2[a]; al. vol. Dei ab eo *B* 2[b]. l) inane *B* 1. m) hęc *B* 1; id *Sulp.* n) *corr. ex* fustum *B* 2[a]. o) evocati *Sulp.* p) illustresque *B* 2. q) iust. illo *B* 2; illo *deest Sulp.* r) opt. *B* 2[a]. s) $\overline{\text{scē}}$ *B* 1. t) tradidit *deest; inter* suo *et* nullum *locus rasus B* 1. u) ips. r. *B* 2. v) illi *B* 2[b]. w) Ratio *codd.* x) amm. *B* 2. y) *titulus deest B* 1.

1) *Cf. Enarr. in ps. XXXVI,* § 14, *Opp. IV, col.* 272: Infirma enim mundi elegit Deus, ut confunderet fortia. Et non de oratore piscatorem, sed de piscatore lucratus est oratorem, de piscatore lucratus est senatorem, de piscatore lucratus est imperatorem. *Mirum quantum Placidus huius loci sensum corrupit. S.* 2) *Sulpicii Severi Vita S. Martini l. II, c.* 20, *ed. Halm p.* 129. 3) *C.* 102.

aecclesiae nullum ius vel dominium, vel investiendo vel alio aliquo modo se ingerendo habere debent. Emendandum est igitur quod contra canones et decreta sanctorum patrum eis concessum fuisse a quibusdam asseritur. Quamvis multi[1] dicant melius esse quod quidam[a] sancti apostolici imperatori concesserunt opservare et in pace cum eo quiescere, quia nec sanctitate nec scientia ullus mortalium eis, qui hoc concesserunt, aequari potest: tamen eos audiendos non esse ipsa ratio clamat. Hanc enim pacem non esse illam, quam Dominus dat, manifestum est. Matth. 10, 8. Ait enim ipse: *Gratis accepistis, gratis date,* apostolis utique. Sancti autem[b] apostoli solummodo suis successoribus hanc potestatem dedisse manifestum est. Ergo qui hanc potestatem secularibus tribuit manifeste contra Dei mandata[c] agit. Emendandum est igitur. Quod autem sanctus Adrianus hoc fecisse narratur[2], si verum est, aut non ea intentione fecit, qua isti contendunt, aut sicuti homini surreptum est ei. Quid autem mirum, si beato Adriano surripi potuit, cum et beatissimo Petro hoc evenisse, etiam postquam Spiritu sancto confirmatus est, legamus. Nam teste beato Paulo cf. Gal. 2, 14. timens Iudeos exemplo suo etiam[d] gentes iudaizare cogebat. Cui sanctus Paulus nec ad horam cessit, ut veritas euangelii apud nos permaneret. Ita et praesentis[e] temporis sacerdotes agere debent in hac re, quia tot et tanta mala exinde pullularunt, ut, si cor beati Adriani vel aliorum sanctorum pontificum inspicimus, liquido videamus ante eos potuisse eligere mortem, quam huic rei, si praevidere potuissent, aliquomodo assensum dedissent[3].

Ex hac enim re male confisi principes seculi putantes secundum suam voluntatem vel utilitatem se posse dominari aecclesiae, et non tantum pro defensione eiusdem sibi istud[f] fore concessum[g], non solum clericis, sed etiam laicis secundum suum libitum eam dare non timuerunt. Quin etiam et pretio accepto episcopos vel abbates in aecclesiam introducere veriti non sunt, factumque est[4], ut non solum symoniacae heresi publice[h] deservirent, sed etiam avaritiae, quae simulacrorum servitus ab apostolo com- Col. 3, 5. probatur. De hac autem praesumptione multa et diversa mala in sancta[i] Dei aecclesia emerserunt, ita ut in multis aecclesiis duo episcopi et duo abbates invenirentur. Unde factum est, ut[k], sicut beatus Gregorius de Symone ait[5]: *Ideo utique volebat emere, ut peius venderet,* omnes minores aecclesiae passim non solum, ut diximus, clericis, sed etiam laicis, adhuc insuper, quod dictu nefas est, in quibusdam locis etiam feminis ab[l] episcopis vendebantur[6]. Quibus cum diceretur 'aecclesias nobis vendere non debetis', nescientes quae loquebantur neque de quibus affirmarent dicebant se terram, et non aecclesiam vendere[7]; cum sancti patres, sicuti superius multis et variis documentis probavimus, per Spiritum sanctum loquentes apertissime affirment, quia[m] aecclesiam vendit qui officia aecclesiastica vendere vel investire pro suo commodo vel gloria aliquomodo praesumit, et qui hoc agit, Spiritum sanctum, quantum ad se est, utique[n] vendit. Ex hac autem iniquitate turbatae et spoliatae sunt aecclesiae, et Christi pauperes rapina malorum hominum facti sunt, homicidia multa patrata[8], fames etiam valida

a) apostolici *add., sed del. B* 2[a]. b) *deest B* 2[a]; apost. autem *B* 2[b]. c) voluntatem *B* 2. d) *deest B* 1. e) inpsentis *B* 1. f) illud *B* 2[b]. g) consensum *B* 1. 2[b]. h) publicę *B* 1. i) eccl. d. s. *B* 2. k) quod *corr. ex* ut *B* 2[a]; quod *B* 2[b]. l) ab episc. *des. B* 2. m) quia qui eccl. v. quia *B* 2. n) *deest B* 2.

1) *Sic Ivo Carnotensis in epist. ad Ioscerannum infra. S.* 2) *Cf. Wido Ferrar., Libelli I, p.* 565; *v. supra c.* 103. 3) *Aperte Placidus ad privilegium investiturae a Paschali Heinrico V. concessum respicit; eandem sententiam prosequitur Gotefridus abbas Vindoc. in epistola ad Paschalem data (l. I, epist.* 7, *ed. Sirmond, Opera III, col.* 634—640 *et infra), qui et ipse exemplum Petri et Pauli profert, unde an Placidus has litteras cognoverit nescio. S.* 4) *Cf. Ivonis epist. ad Hugonem infra p.* 644. 5) *Hom. in evang. I, hom.* 4, *c.* 4, *Opp. I, col.* 1440. 6) *Cf. Humbertum III, c.* 12, *l. l. p.* 212. *S.* 7) *Ibid. c.* 1, *l. l. p.* 198. 199. 8) *Cf. Ivonis epist. ad Hugonem infra p.* 645: videmus . . . plurimos autem vexatos, plurimas aecclesias spoliatas,

et cunctis pene[a] retro seculis inaudita, bellis et seditionibus ex hoc concitatis, humanum genus gravissime devastavit. Monasteria etiam pene destructa, aecclesiae[b] multae violatae[1] et dissipatae sunt; quaedam insuper aecclesiae sine pastore multis annis permanserunt, quod[c] contra canones esse manifestissimum[d] est. Nullam enim aecclesiam sacri canones[2] plus tribus mensibus sine pastore esse permittunt. Multis etiam in locis quidam laicorum vel feminarum in tantum aecclesiis dominati sunt, dicentes se ab imperatoribus aecclesias suscepisse, ut omnia[e], unde monachi vel clerici vivere deberent, tollentes in usus suos suorumque fidelium delegarent. Et quid multa? Deficiet[f] enim nobis dies, si cuncta seriatim revolvere voluerimus quae hac occasione patatra sunt mala. Haec igitur tam perversa, ut diximus, si sanctissimi patres apostolici[g] praenoscerent, ante mortem eligerent, quam huic rei assensum praeberent. Quid autem mirum, si moderni patres hoc non praeviderunt, quoniam[h] et sanctus Moyses[3], cum
cf. Num. 21, 9. quo Deus facie ad faciem loquebatur, serpentem aeneum, quem in deserto exaltaverat, in tabernaculo reliquit, quem postea populus adorans pro Deo colebat. Quem errorem
cf. 4. Reg. 18. destruere volens Ezechias rex non veritus, quia Moyses famulus Domini eum fecerat, sed potius reputans, quia contra voluntatem Dei populus eum venerabatur, confregit eum et populo, ut Deum adoraret, quia sua virtute patribus salutem dederat, praecepit. Simili itaque modo in[i] praesenti re agendum est. Postquam enim pastores sanctae aecclesiae hac occasione tanta mala perpetrari cognoscunt, radicitus evellere hoc malum per omnia debent. Eradicare autem istud minime possunt, si investiri aecclesias a secularibus, etiam valde religiosis, permiserint. Non permittant igitur, sed magis aecclesiam Dei sensui apostolorum sanctorum et antiquorum patrum conformare et adiuvante gratia Spiritus sancti instituere verissime studeant.

(117) CXVIII. Exhortatio[k], ut in bono quod ceptum est perseveretur, malum vero omnimodis emendetur, et[l] de statere in ore piscis invento.

Summi et universales pontifices Gregorius VII. et Urbanus II. atque Pascalis[m] II. videntes tot et tanta mala, quae breviter enumeravimus, de investitura aecclesiarum velud[n] ex toxicata radice pullulare, ita ut iam pene totum corpus aecclesiae lepra iniquitatis perfunderet, iustissime synodalibus[o] synodis decreverunt investituras aecclesiarum minime fieri. Quod agente gratia Dei in sancta aecclesia custodiri et opservari devotissime ceperat[p]. At nunc quidam more Iezi[q] vel Symonis — quorum alter Dei gratiam mercari voluit, alter in proprios usus trahere — quod bene gestum est dissipare volentes affirmant hoc iure regibus competere, ut aecclesias investiant, scilicet quia sacro oleo uncti sunt[4], non reminiscentes, quia sanctus David sacro oleo unctus

a) poene *h. l. B* 2[a]. b) et eccl. *B* 2. c) quod — est *des. B* 1. d) manifestum *B* 2[b]. e) omne *B* 2. f) deficient *B* 2. g) et apost. *B* 2. h) quando *B* 2[b]. i) *deest B* 2. k) *titulus deest B* 1. l) etiam statere *B* 2[b]. m) Paschalis *B* 2. n) velut *B* 2. o) sin. *B* 1. p) cęperat *B* 2[a]. q) gezi *B* 2[a].

plurima scandala exorta . . .; *Gotefridi Vindoc. Opusc. IV, Opp. ed. Sirmond. III, col.* 890 *et infra; Humbertum III, c.* 15, *l. l. p.* 216: Proinde attendant bella externa, seditiones internas, gentem super gentem, regnum contra regnum, terrae motus magnos per loca, terrores de caelo et tempestates, pestilentias et famęs, quae sine intermissione christianos conturbant *etc. S.* 1) *Ivonis epist. ad Hugonem p.* 646: Videmus quoque miseros episcopos et abbates nec ruinis morum nec murorum reficiendis velle vel posse vacare. *S.* 2) *Cf. Conc. Chalcedon. c.* 25; *Hefele, 'Conciliengesch.' II, p.* 526; *v. Deusdedit Lib. contra invas. I,* § 10, *supra p.* 309. *S.* 3) *Cf. supra c.* 69. 4) *Cf. Gregorii Defensionem orthodoxam supra p.* 538: Nam reges et imperatores propter sacram unctionem christi nuncupantur et sic suorum ministerio vel officio sive prelatione sacramentis ecclesiae sunt uniti, ut in nullo debeant separari; *Widonis L. de controversia Hildebrandi et Heinrici, Libelli I, p.* 467: quamvis rex a numero laicorum merito in huiusmodi separetur, cum oleo consecrationis inunctus sacerdotalis ministerii particeps esse cognoscitur.

est, et tamen pro hac unctione non solum sacerdotes instituere, sed ne quidem templum aedificare permissus est. Salemon[a] autem, qui templum aedificavit, non ideo hoc promeruit, quia sacro oleo in regnum unctus est, sed quia Christi figuram, qui vere pacificus sanctam aecclesiam aedificat, ipso nomine praemonstrabat[1]. Si igitur sancto David, prophetali[b] gratia pleno, quod minus est, utpote viro bellatori concessum non est, multo magis nostri temporis imperatoribus hoc concedendum non est, ut sacerdotes investientes aecclesiam suo iuri vindicent[c]. Quod enim aecclesia habet Christi, et non imperatoris est, quia non solum spiritualia, sed etiam secularia aecclesiae Christo dicata sunt. Quod igitur Christi est a Christo accipere debemus, et non a terrenis principibus. Si enim aliquis forensium populorum quod iuris sui est et legaliter sibi dimissum sine omni investitura regum[d] possidere dinoscitur, quanto magis[e] dominus Christus uod sibi iuste legatum est possidere et cui voluerit sine alicuius controversia concedere debet? Sunt autem quaedam aecclesiae, quae iuxta quod etiam beatus pater Benedictus in regula sua[f.2], dum de filiis nobilium, qualiter suscipiendi sint, diffiniret[g], docuit, ita quasdam possessiones suscipiunt, ut ex eis donatores aliquid sibi retineant. Quod postquam statutum fuerit, opservandum per omnia est. Quamvis enim aecclesia cum suis omnibus libera sit, tamen exemplum domini Christi sequens hominibus seculi quae illorum sunt negare non debet. Solvit autem[h] Dominus tributum, quod[i] non debebat, cf. Matth. 17. quod in ore piscis inventum est. Piscis vero ille aecclesiam significat. In ore autem piscis stater, unde tributum solveretur, inventus est, quia sepe aecclesia[k] optinet unde hominibus seculi iuste[l] aliquid reddere debeat. Qui vero propterea, quia aliquae aecclesiae iuste aliquid persolvunt, eas secularibus hominibus subdere volunt, non iustitiae favere, sed magis ideo[e] hoc facere convincuntur, ut solitam symoniam[m] iterum aperte exercere possint. Nam etsi non tam manifeste patet, tamen subtilius oculis divina ratione apertis et istud vere symoniacum esse probatur. Nam teste beato Augustino[3] ideo Symon gratiam Dei pretio[n] dato accipere voluit, ut exinde gloriosior apparens divinitatis honorem sibi ascisceret[o]. Nostri vero temporis principes, qui aecclesias Dei possidere desiderant, quare utique hoc ambiunt, nisi ut exinde gloriosiores in conspectu hominum appareant? Quod non esse eis concedendum magna ratio clamat, quia non ideo aecclesias possidere debent, ut ditiores vel gloriosiores inde appareant[p], sed magis ipsi aecclesiae servire pro salute animarum suarum[e] debent. Pastor autem in aecclesia non nisi pro salute animarum eligi debet. Ergo qui dicit: 'Meae sunt aecclesiae, et ego feci eas, — de regno enim meo factae sunt et mihi servire debent, et non possunt habere rectores, nisi ego dedero' — nonne quod Dei est in ius proprium vendicat? Nonne hoc aperte est non solum Symonis malitiam imitari, sed etiam transcendere? An, quia non[q] pecunias pollicetur, sed gladium minatur[4], ideo symoniacus non est habendus?

Huic autem nequitiae[e] vi coactus, compassione videlicet suorum fratrum et filiorum, quos male tractari videbat, dicitur[5] domnus papa Paschalis II. in tantum praebuisse assensum, ut privilegio concesso[6] hoc permiserit, ut episcopus non consecretur, nisi a regibus anulo et baculo investiatur, et papa sine permissu regis pastorem non eligat[7];

a) salomon *B* 2b. b) ꝑphalis *B* 1. c) vendicent *B* 2. d) *deest B* 2. e) *deest B* 2b. f) de *add., sed del. B* 2a. g) defin. *B* 2b. h) *superscr. B* 2a. i) qui *B* 1. k) ꝯclesię *B* 1. l) iustę *B* 1. m) symoniacam *B* 1. n) d. precio *B* 2. o) ascriberet *B* 2b. p) *hic cod. B* 1 *desinit f.* 57′. *in media pagina.* q) pec. non *B* 2b.

1) *Isid. Etym. VII*, 6, 65, *ed. Arevalus III, p.* 323: Salomon dicitur, id est pacificus. 2) *Regula S. Benedicti c.* 59, *ed. E. Schmidt (Ratisbonae* 1880*) p.* 61: reservato sibi, si ita voluerint, usum fructuum. 3) *Cf. Serm.* 197, § 3, *Opp. V, col.* 905. 4) *Scil. Heinricus V. imperator.* 5) *Praecipue ab Ivone, epist.* 236. *l. l. S.* 6) *Mense Aprili a.* 1111. 7) *Hoc in privilegio (Jaffé V, p.* 276 *sq.) non legitur; immo episcopos et abbates libere eligendos statuitur. S.*

quod si fecerit, stare non possit, sed iuxta voluntatem regis pastor eligatur; et non consecretur, nisi prius a regi investiatur. Quod quam sit gratiae Spiritus sancti contrarium et sacris canonibus adversum, satis abundeque supra docuimus. Si enim hoc regibus conceditur, tota aecclesia eis subiugatur, et qui ingreditur sacrum ordinem per seculares potestates optinere convincitur quod symoniacum esse et sacris regulis contrarium aperte omnibus patet. Non igitur sanctus papa hoc opservare debet, sed magis studiosissime emendare[1], imitans beatissimi patris sui Petri[a] apostoli fidem, cuius vicem per gratiam Dei in sancta aecclesia optinet, qui quod timide negavit cum magna cordis dilectione emendare studuit. Emendanda enim haec fore sanctorum patrum exempla et eorum sacratissima verba, et quae iam protulimus et quae adhuc proferemus[b], aper-
Gal. 2, 18. tissime docent. Ait enim apostolus Paulus: *Si enim, quae destruxi, iterum reedifico, praevaricatorem me constituo.* Quod cavendum beatissimo papae omnimodis est, qui hoc pravitatis vitium synodis congregatis ante prohibuerat. Non solum autem ne praevaricator[2] in conspectu Dei appareat, huic rei assensum praebere non debet, sed ne etiam suimet ipsius sententiam incurrat, iuxta eiusdem beati Pauli apostoli verba dicentis:
Gal. 1, 7-10. *Sunt aliqui, qui vos conturbant et volunt evertere euangelium Christi. Sed licet nos, aut angelus de caelo euangelizaverit vobis, praeter quod euangelizavi vobis, anathema sit. Sicut praediximus, et nunc iterum dico: Si quis vobis euangelizaverit praeter id quod accepistis, anathema sit. Modo enim hominibus suadeo, an Deo? Aut quaero hominibus placere? Si adhuc hominibus placerem, Christi servus non essem.* De hac re eius doctrina talis est, ut ordo aecclesiasticus episcopos per civitates constituat, sicut ipse suis discipulis praecepit. Constitutio autem episcoporum non ad spiritualia tantum pertinet, sed etiam ad corporalia.

(118) CXVIIII. De eo, quod populus ad voluntatem Dei implendam cogendus est.

Quod autem dicitur ideo hoc concessum, ut regia potestas dissidentes populos in unum constringat, non dignum et iustum est. Non enim ideo faciendum est contra voluntatem Dei, ut populus sit unitus, sed ideo tenenda[c] est iusticia Dei, ut populus ei concordet. Quod si non fecerit, sacerdotali auctoritate et regia potestate cohibendus est, non investitura, quae ideo adinventa est, ut hoc signo sanctuarium Dei se possidere imperator monstraret. Cui rei non esse assensum praebendum sanctus propheta cum gravi interminatione in psalmo LXXXII.[3] evidentissime docet. Emendandum est igitur quod contra auctoritatem veteris et novi testamenti concessum docetur.

(119) CXX. De eo, quia prava sententia emendanda est.

Corrigendam vero pravam sententiam etiam sanctus Augustinus docet, inquiens[4]: *Magnae sapientiae est hominem semet ipsum corrigere.* Et iterum[5]: *Nimis perverse se ipsum amat, qui et alios vult errare, ut error suus lateat. Quanto enim utilius et melius, ubi ipse erraverit, ut alii non errent, ammonet? Quod si noluerit, saltem comites erroris non faciat. Si enim mihi Deus quod volo praestiterit, ut omnium librorum meorum, quaecunque mihi rectissime displicent, opere aliquo ad hoc instituto colligam atque demonstrem, tunc[d] videbunt homines, quia[e] non sim acceptor personae meae.*

a) ap. Petri *B* 2[b]. b) proferimus *B* 2[b]. c) timenda *B* 2[b]. d) *deest B* 2[b]. e) quam *Aug.*

1) *Quod etiam Gotefridus Vindoc. in epistola ad Paschalem data (Sirmond III, col. 636) postulat.* 2) *Cf. Ivonis Carnot. epist.* 236, *Opp. ed. Paris.* 1647, *p.* 101. 3) *Cf. Ps.* 82, 12. 13. 4) *Cf. infra c.* 131. 5) *Epist. V,* 143, § 2, *Opp. II, col.* 463.

CXXI. Quia cum magno studio perversis resistere debemus et Deum magis timere quam hominem. (120)

Quo[a] autem perversis resistere debeamus studio, ostendit sanctus Gregorius dicens[1]: *Plerunque enim quieti atque inconcussi relinquimur, si obviare pravis pro iusticia non curamus. Sed si ad aeternae vitae desiderium animus exarsit, si iam verum lumen intrinsecus respicit, si in se flammam sancti fervoris accendit, in quantum locus admittit, in quantum causa exigit, debemus pro defensione iusticiae nosmet ipsos obicere et perversis ad iniusta erumpentibus etiam, cum ab eis non requirimur, obviare. Nam cum iusticiam, quam nos[b] amamus, in[c] aliis feriunt, nos nihilominus sua percussione confodiunt, etiam cum venerari videantur.*

CXXII. De eadem re. (121)

Error[2], *cui non resistitur, approbatur, et veritas, cum minime defensatur, opprimitur. Negligere*[3] *quippe, cum possis deturbare*[e] *perversos, nichil est aliud, quam fovere; nec caret scrupulo societatis occultae qui manifesto facinori desinit obviare.* Innocentii[d] papae.

CXXIII. Item de eadem re. (122)

Quid[4] *enim prodest illi suo errore non pollui qui consensum praebet erranti?* Sine dubio contra mandata dimicat, et qui peccat, et qui consensum praestat erranti. Innocentii[d] papae.

CXXIIII. De eadem re. (123)

Consentire[5] *videtur errantibus*[f] *qui ad resecanda*[g], *ut corrigi debeant, non occurrit.*

CXXV. De eadem re. (124)

Qui[6] *metu cuiuslibet potestatis veritatem occultat iram Dei super se provocat, quia magis timet hominem quam Deum.* Augustinus[h].

CXXVI. De[i] eadem re. (125)

Uterque[7] *reus est, et [qui*[k]*] veritatem occultat, et qui mendacium dicit, quia et ille prodesse non vult, et iste nocere desiderat.*

CXXVII. Deum timentem nichil praesumere contra sanctorum patrum instituta. (126)

Qui[8] *vero omnipotentem Deum metuit, nec contra euangelium*[l] *nec contra apostolos nec contra prophetas vel contra sanctorum patrum instituta agere aliquid ullo modo consentit.* Hoc itaque, quod nunc in Domini aecclesia iterum revocatum est, ut seculi potestates electioni et investiturae praesulum dominentur, contra euangelium et contra apostolos et contra sanctorum patrum instituta esse supra manifeste docuimus. Scien-

a) quod *B* 2[b]. b) non *B* 2[b]. c) in a. *super lin. iterum add. B* 2[a]. d) I. p. *iterum al. m. in marg. add. B* 2[a]. e) pers. deturb. *B* 2[b]. f) errabundus *B* 2[b]; erranti *Greg.* g) *sequitur lacuna B* 2[a]. h) *iterum in marg. al. m. add. B* 2[a]. i) Unde supra *B* 2[b]. k) *deest codd.* l) eum *B* 2.

1) *Moral. XXXI, c.* 28, § 56, *Opp. I, col.* 1023; *cf. supra p.* 223. 336. 2) *Dist. LXXXIII, c.* 3; *cf. Anselmi epist. ad Wibertum, Libelli I, p.* 526; *Wido Ferrar. ibid. p.* 544, *supra p.* 223. 3) *Felicis II. pap. decr. c.* 9, *Eleutherii c.* 6, *Hinschius p.* 127. 483; *cf. Anselmi, Widonis libellos l. l.* 4) *Dist. LXXXIII, c.* 4; *Pii I. pap. epist. c.* 3, *Hinschius p.* 117; *cf. t. I, p.* 493. 526. 544. 555. 5) *Gregorii Epist. IX,* 113, *Opp. II, col.* 1020; *Jaffé* 1752; *Anselmi Luc. liber contra Wibertum, Libelli I, p.* 527. *S.* 6) *Cf. supra p.* 335; *Anselmi Luc. liber contra Wibertum l. l.; Widonem Ferrar. I, p.* 545. *S.* 7) *Nescio ubi hoc legitur.* 8) *Epist. Fabiani II, c.* 23, *Hinschius p.* 166; *cf. Libelli I, p.* 527. 545. *S.*

dum autem, quod et propheticae doctrinae manifestissime obviat. Ait enim Dominus
Ez. 33, 2. in Ezechiele propheta: *Fili*[a] *hominis, loquere ad filios populi tui, et dices ad eos: Terra cum induxero super eam gladium, et tulerit populus terrae virum unum de no-*
ib. 3. 4. *vissimis suis, et constituerit super se speculatorem; et ille viderit gladium venientem super terram, et cecinerit bucina*[b]*, et annunciaverit populo; audiens autem quisquis ille est, sonitum bucinae*[b]*, et non se observaverit, veneritque gladius, et tulerit eum,*
ib. 5. *sanguis ipsius super caput eius erit. Sonitum bucinae audivit, et non se observavit,*
ib. 6. *sanguis eius in ipso erit. Si autem se custodierit, animam suam salvabit. Quodsi speculator viderit gladium venientem, et non insonuerit*[c] *bucina*[b]*, et*[d] *populus non se custodierit, veneritque gladius, et tulerit de eis animam, ille quidem in*[e] *iniquitate sua*[f] *captus est, sanguinem autem eius de manu tua*[g] *requiram.* Hoc exponens sanctus Ieronimus ait[1]: *Iuxta spiritualem intelligentiam aecclesia saepe de novissimis populi sui*
cf. 1. Cor. 15. *speculatorem eligit, illum videlicet, quem et apostolus scribens ad Corinthios assumit iudicem.* Et post pauca: *Speculator aecclesiae vel episcopus vel presbyter, qui a populo electus, et scripturarum lectione cognoscens et praevidens quae ventura sint*[h]*, annunciet populo et corrigat delinquentem. Unde magnopere formidandum est, ne ad hoc officium accedamus indigni et assumpti*[i] *a populo, negligentiae nos demus atque desidiae, et quod his peius est, deliciis ventrique et otio servientes honorem nos accepisse pute-*
cf. Matth. 20, 23. *mus, non ministerium. Siquidem Filius hominis non venit ministrari, sed ministrare;*
cf. Ioh. 13. *et pedes discipulorum lavit, ut ostenderet omnes sordes et vicia a magistro in discipulis debere dilui atque purgari. Nec statim respondeamus: 'Quid prodest dicere, si nolit auditor facere quod docueris?' Unusquisque enim ex suo animo atque officio iudicatur. Tu, si locutus fueris, ille, si audire contempserit. De magistris negligentibus*
Eccl. 20, 32. *Salemon*[k] *loquitur: 'Sapientia absconsa, et thesaurus occultus, quae utilitas [in*[l]*]*
Matth. 18, 6. *utrisque*[m]*?' Tale quid significatur et in eum, qui scandalizaverit unum de minimis aecclesiae: Expedit, ut alligetur ad collum eius mola asinaria, ut abiciatur in profundum, quam in specula constitutus plurimis noceat.*

(127) ## CXXVIII. Quia nichil preciosius nobis[n] debet esse quam veritas.

Fabiani papae[2]. *Certissimum namque est, quod neque amicitia neque propinquitas generis, neque regni sublimitas homini debet esse preciosior veritate*[o]*, quia nichil preciosius est Deo, qui veritas est.*

(128) ## CXXVIIII. Alios ab errore revocandos.

Leonis[p] papae[3]. *Qui alios ab errore non revocat, se ipsum errare demonstrat.* Nam si cui facultas suppetit, et a malo non revocat excedentem, et ipse quoque particeps probatur erroris, quia debemus hanc conscientiam caritati, ut neque nos neque alios perire patiamur.

(129) ## CXXX. De eadem re.

Cassiodori p. 4. In praesenti itaque re non solum nobis, sed etiam illis, qui[q] praesumptione sacrilega quae Christi sunt auferre moliuntur, taliter prospiciendum est, ut malum, quod
Ex ratione[r]. faciunt, non valentes perficere a malis operibus cessent.

a) filii *B* 2[a]. b) bucc. *B* 2[b]. c) in *super lin. add. B* 2[a]. d) non *add., sed del. B* 2[a].
e) *om. B* 2[b]. f) *super lin. add. B* 2[a]. g) speculatoris *Vulg.* h) sunt *B* 2[b]. i) assumpta *B* 2[a].
k) Sol. *corr.* Sal. *B* 2[a]. l) *deest B* 2. m) utriusque *B* 2[b]. n) d. nob. *B* 2[b]. o) virtute *B* 2[b].
p) *iterum in marg. al. m. add. B* 2[a]. q) q. pr. *iterum add., sed del. B* 2[a]. r) Ratio *B* 2[b]; *deest B* 2[a].

1) *Comment. in Ezech. proph. lib. X, c.* 33, *Opp. V, col.* 395. 2) *Clementis epist. III, c.* 63, *ed. Hinschius p.* 54; *cf. Anselmi Luc. l. l.* 3) *Cf. Anselmi Luc. l. l.* 4) *Hunc locum non inveni.*

CXXXI. De eadem re. (130)

Item sanctus Augustinus ait[1]: *Magnae sapientiae est revocare hominem quod male locutus est.*

CXXXII. Quid agendum sit, quando ita concludimur, ut sine peccato evadere non possimus. (131)

Beatus Gregorius in Moralibus ait[2]: *Cum mens inter minora et maxima peccata constringitur, si omnino nullus sine peccato evadendi aditus patet, minora semper eligantur, quia et qui murorum ambitu, ne fugiat, clauditur, ibi se in fugam praecipitat, ubi brevior murus invenitur.*

CXXXIII. De eadem re. (132)

Definitio[3] incauta laudabiliter solvenda, nec praevaricatio est, sed temeritatis emendatio.

CXXXIIII. Non esse faciendum malum, quod iuramento promisimus. (133)

Malum, quod facturum se aliquis sacramento devoverat, omnino non faciat, quia stulta vota frangenda sunt. Poeniteat autem, quia nomen Domini in vanum sumpsit iurans se facturum, quod nec sine sacramento nec cum sacramento facere debet.

CXXXV. De eo, quia pro nostro honore maculam sacro ordini non debemus inferre. (134)

Summi itaque pontifices pro honore Dei et sanctae matris aecclesiae viriliter decertantes exemplum sancti patris Ambrosii imitari dignentur dicentis[4]: *Non tanti est Ambrosius, ut propter se deiciat sacerdotium; non tanti*[a] *unius vita, quanti*[b] *est dignitas omnium*[c] *sacerdotum.* Haec autem est vere dignitas sacerdotum, ut quod Dei est a solo Deo se accipere gratulentur. Ex ratione[d].

CXXXVI. Quid agendum sit, quando turbatur aecclesia. (135)

In causa fidei sacerdotum debet esse collatio, sicut factum est sub Constantino augusto[e] piae memoriae, qui nullas leges ante praemisit, sed liberum dedit iudicium sacerdotibus.

CXXXVII. De eo, quia in prava sententia perseverare non debemus. (136)

Ostendens sanctus Ambrosius in prava sententia si contigerit non debere perseverari[f], sed statim ad bonum reverti, subdit de sanctis patribus dicens[5]: *Episcopi Arimino venientes sinceram prius scripserant*[g] *fidem. Sed Constantio imperatore agente dum volunt quidam de fide intra palacium iudicare, id egerunt, ut circumscriptionibus illa episcoporum iudicia mutarentur. Qui tamen inflexam statim revocavere sententiam. Et certe maior numerus Arimini Niceni concilii fidem probavit, Arriana*[h] *decreta dampnavit.* Ita et in hoc tempore agendum est. In hoc enim, quod vel ad horam surrepsit[6], perseverandum non est, sed magis bonum, quod ceptum fuerat, firmius est retinendum. Ex ratione[d]. Ex ratione[d].

a) est *add. B* 2[b]. b) quanta *B* 2[b]. c) *deest B* 2[b]. d) Ratio *B* 2[b]; *deest B* 2[a]. e) Const. augustae memoriae principe *B* 2[a]. f) *corr. ex* perseverare *B* 2[a]. g) susceperant *B* 2[b]. h) Ariana *B* 2[b].

1) *Cf. C. XXII, qu.* 4, *c.* 10, *in Augustino haec non inveniuntur; cf. supra c.* 120. 2) *Moral. l. XXXII, c.* 20, § 39, *Opp. I, col.* 1067. 3) *Nescio utrum Placidi an alius auctoris verba sint.* 4) *Ep.* 21, § 13, *Opp. II, col.* 862. 5) *Ibid.* § 15, *l. l. col.* 865. 6) *Scil. in privilegio Heinrico concesso.*

(187) CXXXVIII. Quia non solum nobis, sed etiam imperatori praestamus, si ei ad malum non consentiamus.

Ambrosius[a]. Item beatus Ambrosius, cum vasa aecclesiae tradere compelleretur, ait[1]: *Me, si de me aliquid compelleretur et posceretur, aut*[b] *fundus, aut*[c] *domus, aut aurum, aut argentum, id quod mei iuris esset libenter offerrem. Templo Dei nichil possum decerpere nec tradere. Illud custodiendum, non tradendum acceperam. Deinde consulere me etiam imperatoris saluti, quia nec mihi*[d] *expediret tradere nec illi accipere. Accipiat enim*[e] *vocem liberi sacerdotis: Si vult sibi esse consultum, recedat a Christi iniuria. Haec plena humilitatis sunt, ut arbitror, plena affectus eius, quem imperatori debet sacerdos.* Hoc itaque in loco considerandum et toto corde ruminandum est, quantum mali sit totam aecclesiam imperatoribus tradere, cum iste vir sanctus etiam vasa aecclesiae cum tanta constantia denegaverit. Totam vero aecclesiam tradit qui pastores non nisi per manum laicam ei habere concedit.

(188) CXXXVIIII. De eo, quia aecclesia Dei, id est hereditas[f] Christi, imperatori tradi non debet.

Sanctam aecclesiam, id est Christi hereditatem, non debere alicui hominum tradi confirmans sanctus Ambrosius ait[2]: *Meministis, quia lectum sit hodie Nabuthe sanctum virum possessorem vineae suae interpellatum petitione regia, ut vineam suam daret, ubi rex succisis vitibus holus*[g] *vile sereret, eumque respondisse: 'Absit, ut ego patrum meorum tradam hereditatem'; regem contristatum esse, quod sibi esset alienum ius negatione iusta negatum, sed et*[h] *muliebri consilio deceptum. Nabuthe vites suas vel proprio cruore defendit.* O sacerdotes Christi! O veri pastores sanctae aecclesiae, quibus Deus fideles suos regendos praecepit! Attendite, quid Christi sacerdos magnus Ambrosius subiungit inquiens: *Si ille vineam suam non tradidit, nos trademus Christi aecclesiam? Quid igitur responsum est contumaciter? Dixi enim conventus: 'Absit a me, ut tradam Christi hereditatem'. Si ille patrum hereditatem non tradidit, ego tradam Christi hereditatem? Sed et hoc addidi: 'Absit, ut tradam hereditatem patrum', hoc est hereditatem Dionysii*[i]*, qui in exilio in causa fidei defunctus est, hereditatem Eustorgii*[k] *confessoris, hereditatem Merocli atque omnium retro fidelium episcoporum. Respondi ego, quod sacerdotis est; quod imperatoris est, faciat imperator. Prius est, ut animam mihi auferat, quam fidem.* Nunc ista consideremus, karissimi patres, et sequentes exemplum sancti patris Ambrosii, absit, ut tradamus hereditatem Christi; absit, ut tradamus hereditatem beatissimi Petri apostoli, cui Christus dicere dignatus est: *Tibi dabo claves regni caelorum.* Qui hanc hereditatem iubente Salvatore omnibus suis successoribus in perpetuum tradidit, ipse beatus Petrus, et omnes sacratissimi praesules, patres nostri, Spiritum sanctum episcopis tradentes baculum et anulum eis dederunt, ut per corporale signum spirituale utique demonstrarent. Nunc autem absit, ut laici et seculares, vanae gloriae servientes et avaritiae, quod spirituale est nostra permissione tradere audeant. Quid enim eis superest, nisi ut manus imponant? Quod si hoc non solum opere, sed et verbo ipso nefas esse creditur, quanto magis a tanta nequitia cessandum est? Valde enim timendum est, quod idem beatus Ambrosius subsequitur, et dicit[3]: *Christus templum suum ingreditur et flagellum prendit et eicit de templo nummularios. Non patitur namque in suo templo esse eos, qui vendant kathe-*

3. Reg. 21, 1 sq.

Matth. 16, 19.

cf. Ioh. 2, 15.

a) *deest B* 2[a]. b) aut si *B* 2[b]. c) *quaedam erasa B* 2[a]. d) *superscr. B* 2[a]. e) autem *B* 2[b]. f) Dei *add., sed del. B* 2[a]. g) olus *B* 2[b]. h) *super lin. add. B* 2[a]. i) dyonii *B* 2[a]. k) Eustorii *B* 2[b].

1) *Sermo contra Auxentium* § 5. 6, *Opp. II, col.* 865. 2) *Ibid.* § 17. 18, *l. l. col.* 868. 3) *Ibid.* § 21, *l. l. col.* 869.

dras, non patitur in suo templo pecuniae esse vernaculos. Quid sunt[a] *kathedrae nisi honores? Quid sunt columbae nisi simplices mentes fidelium vel animae fidem candidam et puram sequentes? Ego ergo inducam in templum, quem Christus excludit? Iubet enim*[b] *exire qui dignitates vendit et honores, iubet enim exire qui vendere vult simplices mentes fidelium.*

CXL. Contra eos, qui dicunt contra imperatorem nos facere, quia praedicamus aecclesiasticas res sine eius investitura pastores possidere debere. (139)

Cum nos pure et simpliciter electionem praesulum debere fieri praedicemus, electum vero investitum per manus sacerdotum et consecratum caesari reddere imperemus quae caesaris sunt, sicut ipse Dominus fecit, quemadmodum etiam beatus Ambrosius et sanctus Iohannes Chrisostomus[d] egerunt, quorum alter ad Gallias, alter vero ad Tracias[e] legationem pacis peregerunt, sicuti et multos[f] sanctorum egisse manifestum est: quidam perverse loquentes asserunt nos supra ipsum imperatorem erigi velle. Quibus nos sancti[g] Ambrosii verbis obviare debemus, qui de persecutoribus suis loquitur, dicens[1]: *Dicebant: 'Plus vult Ambrosius posse quam imperator, ut imperatori vel unam basilicam non tradat'. Quod cum dicunt, apprehendere sermones nostros gestiunt, sicut Iudei, qui Christum versuto sermone temptabant dicentes: 'Magister, licet tributum dare*[h] *caesari, an non?' Semperne de caesare servulis*[i] *Dei invidia commovebitur? Et hoc ad calumpniam sibi arcessit impietas, ut imperiale nomen optendat*[k]*. Et nisi*[l] *non possunt dicere, quod eorum non habeant sacrilegium, quorum imitantur magisterium. Et tamen videte, quanto peiores sunt Arriani Iudaeis. Illi quaerebant, utrum solvendum putaret caesari ius tributi, isti imperatori volunt dare ius aecclesiae. Sed ut perfidi suum secuntur auctorem, ita et nos quae nos Dominus et auctor noster docuit respondeamus.*

Ex ratione[c]. Matth. 22, 17.

CXLI. Item confirmatio eiusdem sententiae. (140)

Hic videndum, hic memoriae catholicorum artius recondendum quod sanctus Ambrosius de symoniacis, qui totam aecclesiam tradere volunt, diceret, qui haec contra Arrianos pro una tantum basilica locutus est. Quo in loco subiungens sanctus pater Ambrosius ait[2]: *Considerans Iesus dolum Iudaeorum dixit ad eos: 'Quid me temptatis? Ostendite mihi denarium'. Et cum dedissent, dixit: 'Cuius imaginem habet et inscriptionem?' Respondentes dixerunt: 'Caesaris'. Et ait illis Iesus: 'Reddite quae sunt caesaris caesari, et quae sunt Dei Deo'. Tributum*[3] *caesaris est; non negamus. Agri aecclesiae solvunt tributum.*

cf. Matth. 22, 18 sq.

CXLII. Contra eos, qui dicunt in potestate Romani pontificis esse aecclesias Dei imperatoribus tradere. (141)

Quod iniustum et Deo placitum non est non posse facere aliquem sacerdotem confirmat sanctus Ambrosius dicens[4]: *Convenerunt me primo viri, comites consistoriani, ut et basilicam traderem et procurarem, ne quid populus turbarum moveret. Respondi quod erat ordinis: templum Dei tradi a sacerdote non posse. Acclamatum est a populo.*

a) sacrae *B* 2b. b) *super lin. add. B* 2a. c) Ratio *B* 2b; *deest B* 2a. d) Chrysost. *B* 2b. e) Thracias *B* 2b. f) multi *corr.* multos *B* 2a. g) *deest B* 2b. h) *ita Ambr. B* 2b; dari *B* 2a. i) famulis *B* 2b. k) obt. *B* 2b. l) isti *B* 2b.

1) *Sermo contra Auxentium* § 30. 31, *l. l. col.* 872. 2) *Ibid.* § 31, *l. l. col.* 872. 3) *Ibid.* § 33, *l. l. col.* 872. 4) *Ambrosii Epist.* 20, § 2. 3, *Opp. II, col.* 853; *cf. supra p.* 384.

(142) CXLIII. Hic ostenditur falsum esse quod quidam dicunt: Omnia terrena imperatoris sunt.

Iterum sanctus Ambrosius ostendens eos contra veritatem loqui qui dicunt[1]: 'Ideo quae aecclesia possidet imperatoris sunt, quia omnia terrena eius sunt', ait[2]: *Convenior ipse a comitibus, tribunis, ut per me basilicae fieret mutua*[a] *traditio, dicentibus imperatorem*[b] *[iure] suo uti, eo quod in potestate eius essent omnia, et*[c] *ideo ei omnia tradi debere. Respondi*[c]*, si me peteret quod meum esset, id est fundum meum, argentum meum, ius huiusmodi meum, [me*[d] *non refragaturum] quamquam omnia quae mea sunt sint pauperum: verum ea, quae divina sunt, imperatoriae potestati non sunt subiecta. Si patrimonium petit*[e]*, invadite: si corpus, occurram. Vultis in vincula rapere? vultis in mortem? Voluptati*[f] *est mihi. Pro altaribus gratius immolabor.*

(143) CXLIIII. De eo, quia sacerdotes seditionem populi excitare non debent[3], si vero pro iusticia, quam praedicant, excitata fuerit, non eis asscribendum.

Et post pauca, cum populus una cum regiis comitibus perturbaretur: *Exigebatur a me, ut compescerem populum. Referebam in meo iure esse, ut non excitarem, in Dei manu, ut mitigaret*[4]*. Itemque populus nutu Dei mitigatus ait*[5]*: Rogamus, auguste, non pugnamus; non timemus, sed rogamus. Hoc christianos decet, ut et tranquillitas pacis optetur, et fidei veritatisque constantia nec mortis revocetur periculo.*

(144) CXLV. Exaggeratio huius sententiae, et quam grave sit aecclesiam tradere.

Et item[6]: *Temptatus est Iob nuntiis coacervatis malorum; temptatus est etiam*
Iob 2, 9. *per mulierem quae ait: 'Dic aliquod verbum in Deum, et morere'. Videtis, quanta subito moveantur, Gothi, arma, gentiles. Advertitis, quid iubeatur, cum mandatur tradere*[g] *basilicam, hoc est: 'Dic aliquod verbum in Deum et morere. Nec solum dic adversus Deum, sed etiam fac adversus Deum'. Mandatur: 'Trade altaria Dei'. Urgemur*[h] *igitur praeceptis regalibus, sed confirmamur scripturae sermonibus. Re-*
Iob 2, 10. *spondit Iob uxori dicens: 'Tamquam una ex insipientibus locuta es'.*

(145) CXLVI. De eo, quia tam graves temptationes non uni homini, sed universae aecclesiae fiant, et quia in divinis nullum ius imperator habeat.

Et item post pauca ostendens, quia aecclesia graves temptationes sustinere deberet, ait[7]: *Quae ratio igitur est adversus hunc vermiculum gravioris*[i] *temptationis, nisi quia non*[k] *me, sed aecclesiam persecuntur? Mandatur denique: 'Trade basilicam'. Respondeo: 'Nec mihi fas est tradere, nec tibi, imperator, accipere expedit. Domum privati nullo potes iure temerare, domum Dei existimasti auferendam?' Allegatur imperatori licere omnia; ipsius esse universa. Respondeo: 'Noli te gravare, imperator, ut putes te in ea quae divina sunt imperiale aliquod ius habere. Noli extollere, sed,*
Matth. 22, 21. *si vis diutius imperare, esto Deo subditus. Scriptum est: 'Quae Dei Deo, quae caesaris caesari'. Ad imperatorem palacia pertinent, ad sacerdotem aecclesia. Publicorum*[l] *tibi moenium ius concessum est, non sacrorum'.*

a) matura *Ambr.* b) *ita Ambr. B* 2b; imperatore *B* 2a. c) *deest B* 2b. d) me — refragat. *des. in codd.* e) petat *B* 2b; petitur *Ambr.* f) voluntati *codd.* g) Trade *Ambr.* h) Urguemur *B* 2a. i) *ita Ambr.*; graviores temptationes *B* 2. k) *super lin. add. B* 2a. l) *corr. ex* Pupl. *B* 2a.

1) *Cf. Orthodoxa defensio supra p.* 538. 2) *Ambrosii epist.* 20. *ad Marcellinam*, § 8; *Opp. II, col.* 854, *cf. Libelli I, p.* 537. 564. 3) *Cf. Hugo Floriac. I*, § 4. *supra p.* 471. 4) *Ambr. l. l.* § 10, *col.* 855. 5) *Ibid.* § 14. 6) *Ibid.* § 16. 17, *col.* 856. 7) *Ibid.* § 18. 19, *l. l. col.* 857, *cf. supra p.* 384.

CXLVII. Quam firmus in his sacris sententiis beatus Ambrosius fuerit. (146)

Quae omnia, qua[a] fidei et devotionis firmitate beatus Ambrosius protulerit, subdens demonstrat[1]: *Pro quibus omnibus ego tyrannus appellor, et plus etiam quam tyrannus*[b]. *Imperator exasperatus comitibus rogantibus, ut deponeret indignationem, ad aecclesiam procederet, ait: 'Si vobis iusserit Ambrosius, vinctum me tradetis'. Quam vocem omnes cohorruerunt. Sed Gallicanus*[c] *praepositus cubiculi mandare mihi ausus est: 'Tu contempnis Valentinianum? Caput tibi tollo'. Respondi: 'Deus permittat tibi, ut impleas quod minaris. Ego enim paciar quod episcopi, tu facis quod spadonis'. Atque utinam Dominus avertat eos*[d] *ab aecclesia! In me omnia tela convertant, meo sanguine suam sitim expleant!* Huic rei attestatur Hystoria tripartita[2], dicens de beato Ambrosio, quia *dum de aecclesia iuberetur exire, ait: 'Ego sponte hoc*[f] *non ago, ne lupis ovium septa contradere videar aut blasphemantibus Deum. Hic si placet, occide, hoc loco mortem prona suscipio voluntate.* Hic vero Valentinianus[g] imperator, qui agente matre Iustina augusta Arriana, beatum Ambrosium persecutus est[3], filius fuit illius Valentiniani, sub quo beatus Ambrosius episcopatum[h] suscepit. Ex ratione[e].

CXLVIII. Exhortatio, ut sic serviatur imperatori, ut Deus non offendatur. (147)

Beatus etiam pater Augustinus in libro[i] de verbis Domini exponens, quomodo intellegenda sint verba sancti apostoli, quibus nos potestatibus sublimioribus subditos esse praecepit, ait[4]: *'Qui resistit', inquit apostolus, 'potestati, Dei ordinationi resistit'.* Rom. 13, 1. 2. *Sed quid, si illud iubeat quod non debet fieri? Hic sane contempne potestatem, timendo potestatem. Si aliquid iusserit procurator, nonne faciendum est? Tamen si contra proconsulem iubeat, non utique contempnis potestatem, sed eligis maiori servire; nec hinc minor irasci debet, si maior praelatus est. Rursum, si aliud ipse proconsul iubeat et aliud imperator, numquid dubitatur, illo contempto illi esse serviendum? Ergo si aliud imperator et aliud Deus, quid iudicatis? Solve*[k] *tributum, esto mihi in obsequium. Recte, sed non in ydolio. In ydolio prohibet*[l]. *Quis prohibet? Maior potestas. Da veniam; tu carcerem, ille gehennam minatur.* Inde est, quod sancti martyres contempserunt potestates terrenas, ut vero Domino deservirent. Hac exposi- Ex ratione[m].
tione omnes sententias sanctarum[n] scripturarum nobis potestatibus terrenis obedire praecipientes[o] intellegere[p] convenit. Quod autem de ydolio sanctus Augustinus ait, hoc de haeresi et de omni iniquitate intellegendum est.

CXLVIIII. De eo, quia non tantum vasa altaris sacra sunt, sed etiam omnia quae offeruntur. (148)

Sacra esse universa, quae aecclesia possidet, non tantum videlicet ea quae usu communi omnes sacrata dicimus, in vasis scilicet[q] seu[r] basilicis vel aliis quibusque sacratis rebus, sed etiam terris[t], vineis, hominibus, bestiis, pecuniis[u] et omnibus omnino rebus quae Domino voventur, superius multis exemplis docuimus. Ubi attendendum, quia omnia ista, quantum ad se, sancta non sunt, sed quantum ad illius supereminentem sanctitatem, cui offeruntur, et illorum, qui offerunt devotionem. Et hoc ita esse intellegendum sanctus Augustinus super Iohannem loquens apertissime declarat de Ex[s] ratione.

a) quae *B* 2[b]. b) *corr. ex* tyrr. *B* 2[a]. c) Calligonus *Ambr.* d) *super lin. add. B* 2[a]. e) Ratio *B* 2[b]; *deest B* 2[a]. f) *corr. ex* hon *B* 2[a]. g) ni *superscr. super lin. B* 2[a]. h) a *super lineam add. B* 2[a]. i) libris *B* 2[b]. k) Salve *B* 2. l) Recte *add. B* 2[b]. m) Ratio *B* 2. n) *in marg. add. B* 2[a]. o) praecipientibus *codd., corr. Pez.* p) intellig. *B* 2[b]. q) videlicet *corr.* scilicet *B* 2[a]. r) et *B* 2[b]. s) E. r. *des. B* 2[a]. t) terrenis *B* 2[b]. u) *corr. ex* pecc. *B* 2[a].

1) *Ibid.* § 27. 28; *Opp. II, col.* 859, *sed non ad verbum.* 2) *IX, c.* 20 *ed. Garetius p.* 339. 3) *Cf. Hugo Floriac. supra p.* 471. 4) *Serm.* 62, *c.* 8, § 13, *Opp. V, col.* 362.

Iuda inquiens[1]: *Ecce fur est Iudas, et ne contempnas, fur sacrilegus, non qualiscunque fur loculorum*[a], *sed fur dominicorum loculorum et sacrorum. Sic crimina discernuntur in foro qualiscunque furti et peculatus. Peculatus est enim furtum de re publica, et non sic iudicatur furtum rei privatae, quomodo publicae. Quanto vehementius iudicandus est sacrilegus fur? Non undecunque tollere, hoc est, et de aecclesia tollere. Qui aliquid de aecclesia furatur, Iudae perdito comparatur.* Perscrutanda sunt verba sancti doctoris, qui eum furem sacrilegum nominavit, qui pecuniam dominicam furabatur. Non autem Iudas de aecclesia corporali quae nondum erat, sed de loculis furabatur. Pecunia vero illa non erat sancta neque loculi sancti. Quare itaque sacrilegus fur, nisi quia pecunia illa, quamvis per se sancta non fuerit, sancta tamen erat, quia sancti Christi domini nostri et eius apostolorum erat? Ita et praesentis temporis aecclesia omnia quae possidet per se quidem sancta non sunt, sed, quia Christi et eius aecclesiae sunt, sancta sunt. Qui ergo ea furatur vel vi rapit, sacrilegus fur sive sacrilegus raptor iudicandus est. Ergo nec imperator in aecclesiasticis rebus ius habere debet, quia videlicet sancta et Deo dicata sunt. Et inde est, quod beatus Ambrosius ait[2]: *Ad imperatorem palacia, ad sacerdotem aecclesia pertinet.* Hoc autem pueriliter intellegere non debemus, sed nomine aecclesiae omnia quae aecclesiae sunt designari scire debemus. Huic autem sensui et sanctissimus pater Benedictus concordans, cum describeret monachorum regulam, ait de cellerario monasterii[3]: *Omnia vasa monasterii cunctamque substantiam quasi altaris vasa sacrata conspiciat.*

(149) CL. De eadem re.

Sanctus etiam pater Gregorius sancta esse quae Deo offeruntur, etiam antequam sacrificentur, in suis Dialogis ostendit, inquiens[4]: *Cum quidam presbyter in aquis calidis sese lavans cuiusdam hominis obsequio frueretur, quadam die detulit secum duas oblationum coronas. Cumque more solito lavisset et eius obsequio in omnibus usus esset, opsequenti sibi viro panem pro benedictione optulit petens, ut benigne susciperet quod caritatis gratia offerret. Cui ille maerens afflictusque respondit: 'Mihi ista quare das, pater? Iste panis sanctus est, ego hunc manducare non possum; sed si vis mihi aliquid praestare, omnipotenti Deo pro me hunc panem offer, et tunc*[b] *te exauditum cognosce, cum huc rediens me non inveneris'.* In his itaque verbis notandum est, quia non solum vivorum testimoniis, sed etiam defunctorum visionibus sancta esse quae Deo offeruntur verissime comprobantur.

(150) CLI. Vera comprobatio, qui sicut minima, ita et maiora quae Deo offeruntur aecclesiae iure competunt.

Sunt vero nonnulli qui dicant[5]: 'Aecclesia quidem et circuitus eius Deo consecratus vere hominum nulli pertinet nisi Deo et eius sacerdotibus, ea vero quae aecclesia possidet nunc per orbem glorificata, id est ducatus, marchias, comitatus, advocatias, monetas publicas, civitates et castra, villas et rura et cetera huiusmodi, ita ad imperatorem pertinent, ut, nisi pastoribus aecclesiae semper, cum sibi succedunt, iterum dentur, nequaquam ea habere debeant'. Et inde est, quod ei ius in aecclesia deberi in tantum contendunt, ut eam etiam investire debere dicant. Sed hi, si pacifice ea quae supra protulimus dignentur advertere, liquido cognoscent, quia non solum parva quae prius aecclesia possederat eius sunt, sed et magna quae nunc possidet

a) *corr. ex* locol. *B* 2a. b) demum *add., sed del. B* 2a.

1) *In Ioh. evang. tract.* 50, § 10, *Opp. III,* 2, *col.* 632. 2) *V. supra c.* 146. 3) *C.* 31, *l. l. p.* 38. 4) *Dial. IV, c.* 55, *Opp. ed. Benedict. II, col.* 464; *narratio valde correpta est.* 5) *Wido Ferrar., Libelli I, p.* 565, *supra p.* 539.

illius sunt. Parvae enim possessiones, quas ante Constantinum imperatorem possedit, ideo eius sunt, quia Deo oblatae sunt, et magnae possessiones, quas post Constantinum possidet, ideo eius sunt, quia Deo oblatae sunt. Sponsus enim eius dominus Christus, qui prius eam erudivit penuria, nunc ditare dignatus est gloria. Imperatori autem pietatem et iustitiam servanti non solum ius aecclesiae temerare, sicut ex verbis sancti Ambrosii docuimus, non[a] licet, sed ne quidem alicuius privati. Quod quidem in iure privati opservant, absit, ut in iure Dei temerare imperator audeat.

CLII. Contra eos qui dicunt: 'Terrena aecclesiae imperatoris sunt; nisi pastores de manu eius accipiant, ea habere non debent'. (151)

Ait enim imperatori beatus Ambrosius[1]: *Domum privati nullo potes iure temerare; domum Dei existimasti ferendam?* Hic attendant qui in tantum perversae sententiae manum dederunt, ut dicant aecclesiam quidem suo iuri subdere non potest imperator, sed ea quae aecclesiae sunt ita imperatoris sunt, ut pastor aecclesiae ea habere non possit, nisi ab imperatore accipiat. Quis enim eos ferret, si dicerent: 'Domum quidem privati temerare non potest imperator, sed tamen possessiones eius ita imperatoris sunt, ut nisi ab imperatore eas accipiat, possidere haec nequaquam praevaleat?' Et si hoc tam absurdum in rebus humanis intellegitur[b], ut nullus etiam iniustissimus iudex hoc iudicare ullo modo audeat, quanto magis hoc dicendum non est de rebus illius qui fecit caelum et terram? Ipse enim, quamvis omnia ipsius sint, tamen specialiter sua dicere dignatur ea quae sponsae suae, sanctae scilicet aecclesiae, donantur. Unde et discipulis suis ait: *Qui vos honorat, me honorat.* Honor autem sanctae aecclesiae non solum in spiritualibus, sed etiam in corporalibus verissime intellegitur. cf. Luc. 10, 10.

CLIII. Quia episcopi vel abbates per suos fideles de magnis possessionibus quas possident servire imperatoribus debent. (152)

Sane sciendum, quia sicut mutare quod sui maiores catholici imperatores fecerunt christianus imperator non debet, ita et si quid aecclesiae eo tempore donatum, ut sibi aliquid imperator exinde reservaverit, si[c] contra canones sacros non fuerit, solvendum ei, nisi forte remiserit, per omnia est. Sicut enim quae iam Deo consecrata sunt hominibus seculi assignare non debemus, ita quae illorum sunt, nisi ipsi donaverint, eis auferre non possumus. Episcopi autem et abbates observantes praecepta canonum secularibus negociis se miscere non debent. De reditu autem illarum magnarum possessionum iuxta constitutum sacrorum canonum[2] quatuor portiones in episcopiis fieri debent; in abbatiis vero communia omnia esse iuxta regulam sanctorum apostolorum.

CLIIII. Contra eos qui dicunt ideo imperatores aecclesiam investire, quia sacrati sunt. (153)

Sunt etiam, qui dicant[3] imperatori, quia sacro oleo unctus est, bene competere, ut pastores aecclesiae donet. Quod quidem miramur, si aliqui sapientium[d] dicunt. Non enim ad hoc ungitur, ut aecclesiam bene disponat[4], sed ut regnum fideliter regat. Aecclesiam enim non debet ordinare, sed ei ut filius obedire. An non et Ozias rex, sicut omnes Iudaeae reges, oleo sancto unctus erat[e]? Cur igitur, si regibus unctis sacra competunt, cum incensum offerre vellet, lepra percussus est? Nonne maius est cf. 2. Reg. 6, 7.

a) *super lin. add. B* 2a. b) intellegi *B* 2a. c) *super lin. add. B* 2a. d) sapientum *B* 2b. e) est *B* 2b.

1) *V. supra c.* 146. 2) *Cf. Gelasii epist.* 14, *c.* 27; *Thiel, Epist. pontif. Roman. I, p.* 378, *ed. Hinschius p.* 654. 3) *Cf. Orthodoxa Def. supra p.* 538. 4) *Cf. supra c.* 75. 83. 119.

praerogativam episcopatus tribuere, quam incensum offerre? Desinant ergo reges vel imperatores ab hac praesumptione, ne forte iratus Dominus lepra spirituali eos percutiat et de aecclesia sua exire eos compellat. Ament regulas catholicae aecclesiae custodire, ut in aeterna aecclesia cum Christo possint regnare. Amen.

(154) CLV. Contra eos qui dicunt: 'Spiritualia episcopis pertinent, secularia nequaquam'.

Sed ne forte aliquis obsistat et dicat: 'Sententiis episcoporum spiritualia subiacere possunt, terrena vero nequaquam', attendat religiosi imperatoris Theodosii praeceptum de hac re dicentis:

(155) CLVI. Constitutio Theodosii imperatoris.

Omnes[1] *itaque causae, quae vel praetorio iure vel civili tractantur negotio, episcoporum sententiis terminatae perpetua stabilitate permaneant, nec liceat ulterius retractari negotium, quod episcoporum sententiis fuerit diffinitum.*

(156) CLVII. Diversa praecepta legum eadem firmantium quae et sacri canones.

Quia vero protulimus multa canonum praecepta et sanctorum exempla, quibus probaremus pure et simpliciter pastores in aecclesia introducendos, et quod aecclesia optinet iure perpetuo possidere debere, et non imperatori vel alicui magnati licere investire vel aliquo modo sibi subiugare aecclesiam vel ea quae possidet aliquo ingenio alienare vel alicui personae tribuere, proferamus nunc et christianorum imperatorum imperialia praecepta, et etiam eos a sacris canonibus non deviare[a]. Taliter enim de ordinatione episcoporum statuerunt dicentes:

(157) CLVIII. Quid observandum sit in ordinatione episcopi.

Debet[2] *enim prius disceptari de vita episcopi, utrum bona sit an reprehensibilis, et utrum bonis testimoniis muniatur an non? Eo autem tempore, quo consecratur, consulat eum is qui consecrat, si possit facere atque custodire omnia quae divini praecipiunt canones, et si quidem denegaverit se posse*[b] *custodire, non consecretur. Si autem pollicitus fuerit opservaturum se, quantum homini possibile est, sancta canonum praecepta, tunc is qui consecrat eum ammonere atque praedicare ei debet, et religiosis episcopis connumerabitur. Nam canones patrum vim legum habere oportet. Sin autem aliquis pecuniam dederit eoque modo consecratus episcopus fuerit, non solum ipse, sed etiam qui consecravit eum, inter episcopos non erit; vel pecunia vel res data consecrationis causa sacrosanctae*[c] *aecclesiae addicantur, sive episcopus sive clericus sit qui dedit. Is autem qui accepit non solum res amittat, sed etiam gradum atque honorem clericatus. Similiter autem et si laicus fuit*[d]*, qui pecuniam vel res accepit, et ipsas amittat, et aliud tantum, quantum accepit, poenae nomine sanctae aecclesiae praestare compellatur. Sed et si magistratum gerat, in magistratu esse desinat et exilio inrevocabili condempnetur.*

(158) CLVIIII. Quia quod sanctis locis datum est firmiter eis permanere debet.

Maneant[3] *iura praestita episcopis et omnia privilegia. Item omnia solatia et liberalitates*[e] *religiosis locis datae firmiter maneant.*

a) *verbum deesse videtur.* b) non posse *B* 2b. c) eccl. s. *B* 2b. d) fuerit *B* 2b. e) ta *super lin. add. B* 2a.

1) *Const. Sirmond. I, Corpus iuris Romani anteiustiniani II,* 6, *col.* 447. 2) *Iuliani Novell. epitome Const. VI, c.* 1 *ed. Haenel p.* 29. 3) *Iul. Constit. CXIX, c.* 4, *p.* 166.

CLX. Item de eadem re. (159)

Possessiones[1] *ad religiosas domos pertinentes nullam descriptionem agnoscant.*

CLXI. De hereditate in nomine Christi relicta. (160)

Si[2] *quis in nomine domini nostri Iesu Christi hereditatem reliquerit, capiat id quod relictum est aecclesia.*

CLXII. De hereditate relicta martyribus. (161)

Si[3] *quis in nomine martyrum hereditatem reliquerit, capiat lucrum eius aecclesia.*

CLXIII. Res episcopi in ius aecclesiae legaliter devenire. (162)

Si[4] *quis post episcopatum vel ante consecrationem*[a] *voluerit proprias res aecclesiae offerre, cuius episcopus erit, hoc laudabile est; quia non est emptio, sed oblatio.*

CLXIIII. Res aecclesiae firmiter permansuras. (163)

Nullam[5] *diminutionem patiantur aecclesiastica iura in rebus, quas*[b] *post episcopatum acquisitas aecclesiae eorum competere disposuimus.*

CLXV. De episcopis pro rebus aecclesiae exactione[c] non constringendis. (164)

Nullus[6] *episcopus pro rebus aecclesiae suae exactionem vel molestiam paciatur.*

CLXVI. Quid agere debeat imperator, si commutare voluerit cum aecclesia. (165)

Si[7] *imperator commutare voluerit cum aecclesia, potestatem habeat tantum, ut melioratas*[d] *res aecclesia pro commutatione suscipiat.*

CLXVII. De reverentia imperatorum in clericos. (166)

Ecce his sacris constitutionibus aperte patet, quantam[e] reverentiam sacri imperatores aecclesiae Dei et ei servientibus habere debeant!

CLXVIII. Exempla sanctorum, quibus pro veritate usque ad mortem certare plenissime admonemur. (167)

Igitur postquam tanta observandae veritatis praecepta praemisimus, nunc breviter sanctorum exempla, qui pro veritate non timuerunt praesentem vitam perdere proferamus, et sic Deo auxiliante praesentem libellum de honore sanctae matris aecclesiae ad finem ducamus. Hic primum[f] occurrit beatus Iohannes[g], Domini praecursor, veritatis in tantum amator, ut iniustum facinus interdicendo regi, mori pro veritate nequaquam timeret. Sic et beatus Helias regi opsistendo persecutionem pati veritus non est. Beatus etiam Moyses, Dei praeceptis populum erudiens, non honorem, sed persecutionem ab eis saepissime passus est. Machabaei vero beati[h] martyres pro patriis legibus mori non recusarunt. Tres pueri in camino ignis pro veritate mitti non refugierunt. Sancti

cf. Marc. 6, 18. cf. 3. Reg. 19, 2 sq. cf. 1. Macc. 9, 18.

a) *iterum scr., sed del. B* 2a. b) ante *add., sed del. B* 2a. c) *deest B* 2b. d) res mel. *B* 2b. e) quantãs, s *del. B* 2a. f) primũ/, *f post ea, ut videtur, add. B* 2a. g) baptista *add., sed del. B* 2a. h) *iterum add., sed del. B* 2a.

1) *Iuliani Constit. CXIX, c.* 5, *l. l. p.* 166. 2) *Ibid. c.* 9. 3) *Ibid. c.* 10, *p.* 167. 4) *Ibid. CXV, c.* 5, *p.* 148. 5) *Ibid. c.* 6, *p.* 149. 6) *Ibid. c.* 47, *p.* 158. 7) *Const. VII, c.* 2, *p.* 32, *ubi verba* tantum — suscipiat *desunt.*

etiam apostoli totius mundi odia contra se concitare pro Christi veritate non refugientes sua morte nos docuerunt pro Christo non timere et mortem libenter amplecti. Beati[a] etiam Stephani protomartyris et omnium eum sequentium martyrum Christi exempla sequenda sunt, qui innumeris et exquisitis tormentis a veritate deflecti non potuerunt. Sunt et alii sacratissimi[b] confessores, quibus non dictum est, ut idola adorarent, sed ut dogmata sacra mutarent, sicuti beatus extitit Athanasius Alexandrinae aecclesiae praesul, Hilarius etiam Pictaviensis[1] et Paulinus Treverensis, Eusebius insuper Vercellensis, qui contra Arrium dimicantes pro veritate Christi pati non dubitaverunt. Quin etiam et beati Martini papae exemplum valde imitandum est, qui et ipse pro fide incarnationis Domini exilium[c] et vincula pati non refugit[2]. Sunt autem et aliorum exempla tanta sanctorum, ut tempus ante deficiat, quam dinumerare possimus veteris
Hebr. 11, 33. et novi testamenti patres, *qui,* ut apostolus ait, *per fidem vicerunt regna, operati sunt iustitiam, adepti sunt repromissiones.* Adhuc autem unum sanctae aecclesiae athletam, Iohannem videlicet Chrisostomum[d] ad medium deducamus. Qui[3] in tantum perfectus, in tantum Spiritu sancto plenus extitit, ut pro cuiusdam viduae defensione, cui augusta vineam suam tulerat, non dubitaret eam arguere et Iezabeli similem dicere. Ad ultimum odio invalescente, quia iniustitiam publice arguebat, et pro quadam imagine, quam augusta iuxta aecclesiam ponere ausa est, eam iterum publice increpavit, concilio pseudoepiscoporum, quos ipse dudum iuste dampnaverat, dampnatus, imperatore etiam Archadio, agente uxore, persequente, exilio directus, pro iustitia mori non recusavit[4]. Quid iste vir, quid istis diebus ageret, quando aecclesia tota calcatur, qui pro unius viduae defensione imperatoris animum contra se usque ad mortem excitare non timuit? Merito sanctus Innocentius papa et omnes occidentales episcopi audientes iniustam necem tanti viri moti sunt et omnes huius rei fautores anathemate dampnaverunt. Moderno etiam tempore venerandae memoriae[e] Gregorius VII. papa pro honore sanctae aecclesiae dimicans multas et varias tempestates sustinuit, sed flecti non potuit, quia fundatus erat supra firmam petram. Urbanus etiam eius successor II. illius sequens exemplum, pro Domini sponsa multa pericula sustinere non renuit. Sciendum enim, quia eius temporibus in tantum scismaticorum persecutio crevit, ut in quodam tempore in tota urbe Romana consistere non auderet[5]. Qui tamen non cessit, sed patienter ferens, Christo pro se optinente, omnis hereticorum vis destructa, et ipse sanctae aecclesiae redditus apud beatum Petrum in sua sede beato fine quievit. Nos itaque haec sanctorum exempla[f], sanctissimi patres, sequentes, custodiamus iuxta propheticam ad-
Ps. 36, 37. 38. monitionem *veritatem,* et videamus *aequitatem, quoniam sunt reliquiae homini pacifico. Iniusti autem,* quamvis ad tempus florere videantur, in aeternum *disperient.* Gratia autem Dei, quam nos, Deo donante, defendimus, et hic et in aeternum nos custodire dignabitur. Amen.

(168) CLXVIIII. Adhortatio, ut pro his sacris dogmatibus, Deo nos corroborante, usque ad mortem certemus.

Attendentes itaque, sanctissimi patres, horum sanctorum exempla, cognoscentes etiam ista sacratissima dogmata sanctae aecclesiae ab ipso domino Christo fore collata, pro eis opservandis usque ad mortem, Deo nos corroborante et confirmante, studeamus certare, certi de misericordia Christi, qui primo pastori, beato Petro apostolo in iudicio[g]

a) e *super lin. add. B* 2a. b) et *add. B* 2a. c) passus *add., sed del. B* 2a. d) Chrysost. *B* 2b. e) mom. *corr.* mem. *B* 2a. f) exemplo *corr.* exempla *B* 2a. g) indicio *B* 2a.

1) *Idem exemplum in Orthodoxa defensione supra p.* 540. 2) *Liber Pontificalis ed. Duchesne I, p.* 338. 3) *Nescio, unde Placidus haec sumpserit.* 4) *Ex Cassiod. Hist. tripart. X, c.* 15, *p.* 360; *idem exemplum in Orthodoxa defensione supra p.* 540. 5) *A.* 1092. 1093.

suae verae dilectionis pascendas suas oves commisit. Quia si[a] pro his occubuerimus, pro iusticia morti trademur. Beati autem, ut ipse Dominus ait, *qui persecutionem propter iusticiam patiuntur, quoniam ipsorum est regnum caelorum.* Iustum est enim pro honore sanctae matris aecclesiae Dei gregem pascendo usque ad mortem certare, adhortante nos etiam beatissimo Iohanne euangelista atque dicente: Sicut Christus *pro nobis animam suam posuit, ita et nos animas*[b] *nostras pro fratribus ponere debemus.* Omnipotens autem Deus, qui[c] per nos infimos[d] et ultimos servos suos haec in vestris auribus[e] loquitur, per se sancti Spiritus gratia in vestris cordibus eadem loqui et confirmare dignetur, qui pro amore suae sanctae aecclesiae de sinu Patris descendere et mortem gustare dignatus est, qui vivit et regnat cum Patre in unitate Spiritus sancti Deus per omnia secula seculorum. Amen.

Matth. 5, 10.

1. Ioh. 3, 16.

Deo patri et filio et Spiritui sancto gratias. Amen.

[EXPLICIT[f] LIBER DE HONORE AECCLESIAE.]

a) *superscr. B* 2a. b) animam nostram *B* 2a. c) *deest B* 2b. d) infirmos *B* 2a. e) *corr. ex* aurebus *B* 2a. f) Expl. — eccl. *des. B* 2a.

IVONIS EPISCOPI CARNOTENSIS EPISTOLAE AD LITEM INVESTITURARUM SPECTANTES.

EDIDIT

ERNESTUS SACKUR.

I.

EPISTOLA AD HUGONEM ARCHIEPISCOPUM LUGDUNENSEM.

Cum Richarius archiepiscopus Senonensis, cui Hugonis Lugdunensis primatum agnoscere recusanti in concilio Arvernensi pallii usus interdictus erat[1], *a.* 1096, *Dec.* 27.[2] *ecclesiae Romanae nequaquam reconciliatus obiisset, octo diebus post*[3] *Daimbertus diaconus*[4], *qui praepositi et archiclavi*[5] *munere functus erat, vicedominus*[6] *ecclesiae Senonensis, vir genere et moribus apprime commendatus*[7], *ab omni clero et populo praesul electus est. Neque multo post ecclesiae S. Stephani clerici ab Ivone episcopo Carnotensi, ut electum die 2. Febr. consecraret, petierunt. Ivo autem, cum quia consecratio canonice ante quadragesimos dies fieri non potuit, tum quia Hugonem archiepiscopum primatem Galliarum legatumque curiae Romanae ei visum erat consulere, ad tempus Senonensium precibus aurem non praebuit, immo ut electus colloquium secum haberet, postulavit*[8]. *Cum vero Hugonem de Daimberto consecrando per litteras interrogasset, ille, ne electus ordinaretur, ex iure primatus sui vetuit, donec sibi praesentatus subiectionem sive oboedientiam, quam Richerius praestare noluerat, professus esset. Praeterea archiepiscopus se audisse contendit Daimbertum a rege episcopatu investitum esse. Quae omnia Ivo epistola infra edenda*[9] *refutavit: oboedientiam postulantem vetera patrum statuta illum transgredi neque regiam investituram, etsi Daimbertus*

1) *Jaffé, Reg. pont. Rom. nr.* 5600. 5788; *cf. Gundlach, 'Der Streit der Bisthümer Arles und Vienne um den Primatus Galliarum' in 'Neues Archiv' XV, p.* 262. 2) *Gallia christ. XII, col.* 41. 3) *Ann. S. Columbae Senon. a.* 1097, *SS. I, p.* 106. 4) *Ivonis epist. ad Hugonem infra p.* 644. 5) *Chron. S. Petri Vivi Senon., Duru, 'Bibl. hist. de l'Yonne' II, p.* 513. 6) *Chron. S. Petri Vivi l. l.; Chronol. Roberti S. Mariani monachi, SS. rerum Gall. XII, p.* 290. 7) *Chron. S. Petri Vivi l. l.; Ivonis epist.* 59 *(Ivonis Opp., Paris.* 1647, *II, p.* 26*) et epist. infra ed.* 8) *Ivonis epist.* 58, *Opp. II, p.* 26. 9) *De qua etiam cf. Esmein, 'La question des investitures dans les lettres d'Yves de Chartres, Bibl. de l'école des hautes études, Sciences religieuses' I (Paris* 1889*), p.* 148 *sq.*

accepisset, sacris canonibus religionive officere. Permitteret igitur, ut vir praeclarus in sede sua inthronizaretur. Hugone vero in obstinatione sua perseverante Ivo Urbano ipsi legati iniuriam exposuit[1]. *Eodem vero tempore Lugdunensis libellum Ivonis ei valde displicentem pontifici Romano miserat*[2], *qui tanta ira in episcopum Carnotensem confestim efferebatur, ut hic longiore epistola*[3] *se purgare, quin immo papae dignitatem derogandam offerre coactus esset. Quibus simultatibus multi anni ducebantur. Denique Daimbertus, cum Hugoni mortuo Ioscerannus archiepiscopus successisset, Ivonem sua voluntate epistolam illam scripsisse negans*[4], *primatis gratiam sibi reconciliare studuit*[5]. *Anno enim* 1111. *Romam proficiscens praesentibus legatis Lugdunensibus in manu Urbani ipsius primati obedientiam et subiectionem promisit*[6]. *Ivo autem huius pacis particeps non factus*[7] *paulo post iterum Lugdunensis archiepiscopi postulationibus vehementer restitit.*

Epistolam Ivonis ad Hugonem datam inter libellos nostros iure recipiendam non modo quae ea continentur, — nam de investitura regis egregie agitur[8] *— sed etiam publicae quae inde proveniebant contentiones optime probant. Quo etiam factum est, ut non modo inter ceteras Ivonis epistolas asservaretur, sed etiam inter alia documenta ad litem regni et sacerdotii pertinentia separatim saepius transscriberetur.*

Ad textum huius epistolae restituendum hi codices nobis praesto fuere:

1) *Berolinensis (olim Mediomontanus), Phillipicus* 1694, *saec. XII, mbr., f.* 8. *Ipse contuli.*

2) *Treverensis (cf. Archiv XI, p.* 492*), quem ex editione Flossii ('Die Papstwahl unter den Ottonen', app. p.* 167—174*) in usus nostros vertimus.*

3) *Bruxellensis nr.* 5576—5604 *(cf. 'Archiv' VIII, p.* 498*), mbr., saec. XII, ubi ita inscribitur:* Epistola Ivonis Karnotensis episcopi ad Hugonem Lugdunensem. *In his tribus codicibus extrema pars inde a verbis:* De caetero, *quae ad litem investiturae minime pertinet, omissa est. Codd.* 2. *et* 3. *epistolam absque ceteris Ivonis epistolis descriptam praebent. Contulit v. cl. E. Ouverleaux.*

4) *Parisinus, Bibl. nat. lat. nr.* 2887 *A, mbr., saec. XII, f.* 31, *quem v. cl. A. Molinier contulit.*

5) *Monacensis nr.* 14408, *mbr., saec. XII, f.* 32. *Ipse contuli. Ex eodem exemplari quo iste descriptus est:*

6) *Monacensis nr.* 23606, *mbr., saec. XII, f.* 39. *Ipse contuli. Sequentes quoque duo codices cum his postremis artius cohaerent, scilicet*

7) *Sanctae Crucis nr.* 188, *mbr., saec. XII. XIII, quo ex vetere collatione inter schedulas nostras inventa usus sum (cf. 'Archiv' VI, p.* 184*; X, p.* 597*).*

8) *Monacensis nr.* 22291, *mbr., saec. XII, f.* 32. *Ipse contuli.*

9) *Parisinus nr.* 4221, *mbr., saec. XII, f.* 111. *Contulit v. cl. A. Molinier.*

10) *Berolinensis lat. theol. Q nr.* 119, *mbr., saec. XII, f.* 119. *Ipse contuli.*

1) *Ivonis epist.* 65, *Opp. II, p.* 31. 2) *Epist.* 67, *Opp. II, p.* 33*; Goffridi Vindoc. epist. II,* 18 *(Opp. ed. Sirmond III, col.* 699*); de tempore, quo haec epistola data sit, cf. quae exposui 'N. Arch.' XVIII.* 3) *Epist.* 67. *l. l.* 4) *Goffridi Vindoc. epist. l. l.* 5) *Cf. Jaffé nr.* 5678. 6) *Goffr. Vind. epist. II,* 18 *l. l.* 7) *Goffridi epist. l. l.* 8) *Cf. Sigebert. Gembl. de illustr. eccl. scriptor. c.* 168: Ivo Carnotensis episcopus scripsit ad Hugonem Lugdunensem archiepiscopum . . . epistolam non multum prolixam, sed multum canonicis et catholicis testimoniis auctorizatam, pro dissidio regni et sacerdotii et pro inusitatis ecclesiae Romanae decretis; *Bernheim, 'Zur Gesch. des Wormser Concordats', Göttingen* 1878, *p.* 12 *sq.; A. Sieber, 'Bischof Ivo von Chartres und seine Stellung zu den kirchenpolitischen Fragen seiner Zeit', Dissert. Regiomont.,* 1885, *p.* 35 *sqq.*

11) *Bambergensis P I 9 (C. 64), mbr., saec. XII, f. 122', qui codex, ut 1—3, postrema parte caret. Multis mendis abundat; saepius singula verba omissa sunt. Ipse contuli.*

Epistolae Ivonis iam pridem ter in lucem prodierunt. Editionem principem a. 1585. curavit Pithoeus. A. 1610. editio altera quibusdam correctis, nonnullis autem corruptis typis mandata, denique in II. tomo Operum Ivonis Carnotensis a. 1647. Parisiis editorum, ubi epistola edenda 60. numeratur, repetita est. Quam postremam Migne in Patrologiae lat. t. CLXII iteravit. Epistola ad Hugonem nunc edenda etiam legitur apud Goldast in Apologia pro Heinrico IV. (1611), p. 183 sqq.

Berolini, mense Martio 1891. *E. SACKUR.*

Hugoni Lugdunensi archiepiscopo sedis apostolicae legato Ivo humilis[a] aecclesiae Carnotensis minister salutem et servicium.

Factum est, ut imperastis, et manus a consecratione Senonensis electi continuimus et litteras vestras per comprovinciales episcopos pro[b] apostolicae auctoritatis[c] obedientia direximus. Petendo itaque consulimus et consulendo petimus discretionem vestram, ut parcius de caetero nos[d] apostolicae obedientiae vinculis astringatis[e], ne humeris nostris importabilia imponendo in[f] inobedientiam labi[g] prohibente[d] aliqua impossibilitate vel imperante aliqua necessitate faciatis, quia facile est vobis comminante[h] arcu de longinquo pugnare, nobis[i] autem nimis periculosum adversantem gladio de presenti ferire. Nos tamen[k] interdicta seu mandata pro fidei defensione[l], pro fidelium correctione[m], pro sceleratorum emendatione, pro imminentium vel futurorum malorum interdictione, promulgata a sede apostolica sic volumus[n] observare, ut parati simus[o] Deo cooperante quaelibet adversa pro eorum defensione tolerare. Cum vero ea quae indifferenter se habent, in[p] quibus non observatis[q] minime[r] salus periclitatur vel observatis minime iuvatur[s], tam obnixe servanda[t] sancitis vel cum ea quae antiquitas sanxit, consuetudo servavit, venerabilium[u] patrum auctoritas[v] sacrata[w] firmavit, prout vultis, minuitis[x] aut mutatis: attendere debet prudentia vestra, quid[y] saluti eorum, quibus per omnia prodesse debetis, conferatis vel quorum institutio pocius[z] sit tenenda[a] vel quibus obedientia[b] pocius[c] sit exhibenda: an illis sanctis patribus, qui adhuc nobis in scripturis[d] suis locuntur[e], an vobis, quibus nichil est[f] aliud propositum, nisi priorum[g] sequi et honorare vestigia. Neque hoc[h] dico, quod contra novos excessus non liceat nova[i] promulgare mandata; sed hoc dico quod dicit papa Zozimus[k] Narbonensibus[l.1]: *Contra statuta patrum concedere aliquid vel mutare*[m] *nec*[n] *huius*[o] *quidem*[p] *sedis potest auctoritas. Apud*[q] *nos enim inconvulsis*[r] *radicibus vivit antiquitas, cui decreta patrum sanxere*[s] *reverentiam.* In libro quoque pontificum, qui dicitur Diurnus, ita continetur de pro-

a) hum. Carn. eccl. m. 5. 6. 7(?). 8. b) apost. pro auct. 5. 6; *signis appos. corr.* 6. c) actoritatis 4; sedis 11. d) *deest* 3. e) adstr. 10. f) *deest* 10, *ubi locus rasus.* g) *deest* 5. 10. h) conminante 2. i) nos autem minus pericul. 8; nimis *post* gladio 10. k) autem 5. 6. 7. 8. 9. l) deffenssione 2. m) correptione 4. n) voluimus 7. o) sumus 11. p) et in *edd.* q) obs. sal. non pericl. 10. r) minime — observatis *om.* 9. s) vivatis eam 8. t) observanda 6. u) et ven. auct. patr. *edd.* v) actoritas 4. w) sacra 3. 5. 6. 7. 8. x) minutis 8. 11. y) quod 9. z) sit potius *edd.* a) tenenda — sit *om.* 10. b) rehibenda potius sit ob. 8. c) sit potius 3. d) scriptis 1. 3. 6. 7. 9. 10. e) loc. *ante* in scr. 11. f) aliud est 10. g) pr. vest. sequi 8. h) haec *edd.* i) prom. nova 10. k) zosimus 9. l) narmonensibus 8; narbonensis 2. m) immutare *edd.* n) ne 1. 2. 4. 8. 9. 10; nec *Ivonis Decr.* o) hoc 8. p) *deest* 5; quippe 8. q) aput 2 *(passim).* r) inconcussis 11. s) desanxere 10.

1) *Epist.* 5. *ad episc. Vienn. et Narbon. prov. ed. Schoenemann p.* 685; *Ivonis Decr. IV, c.* 226; *Grat. C. XXV, qu.* 1, *c.* 7.

fessione Romani pontificis[1]: *Nichil de traditione, quam a*[a] *probatissimis*[b] *predecessoribus*[c] *meis traditam et servatam repperi, diminuere vel mutare aut*[d] *aliquam novitatem admittere, sed ferventer*[e] *ut eorum discipulus et*[f] *sequipeda totis mentis meae*[g] *conatibus, quae tradita canonice comperio, observare ac venerari profiteor.* Beatus quoque[h] Gregorius Maurentio[i] magistro[k] pro causa Theodori[2]: *Grave nimis est contra veterem usum sacerdotes sibi quicquam arripere.* Item[l] idem: *Omnia quae usus*[m] *antiquitatis statuit*[n], *intemerata serventur.* Inde Leo quartus scribit iudici Sardiniae[o.3]: *Nec mos, nec noviter introducta consuetudo nostrae*[p] *aecclesiae nostris predecessoribus fuit contra canonum*[q] *statuta nova vel inusitata presumere.* Item Gregorius universis[r] episcopis Numidiae[4]: *Consuetudinem, quae contra fidem nichil usurpare dinoscitur, immotam permanere concedimus, sive de primatibus constituendis*[s], *sive de ceteris*[t] *capitulis.* Item Leo quartus Lothario[u.5]: *Quod iusta ac sedula consuetudo nos*[v] *imitari non precipit, ita ab hoc veluti*[w] *a magno precipitio nos*[x] *custodire oportet.* Nicholaus[y] quoque inter[z] cetera sic[a] scribit Hincmaro[b] Remensi archiepiscopo[6]: *Ridiculum est et satis abhominabile dedecus, ut traditiones, quas antiquitus a*[c] *patribus*[d] *suscepimus*[e], *infringi patiamur.* Gelasius quoque universis[f] episcopis per[g] Dardaniam de[h] hac eadem re ita[i] scribit[7]: *Quia per ambitiones illicitas non pudet quosdam aecclesiarum iura turbare*[k] *et privilegia, quae*[f] *metropolitanis vel provincialibus*[l] *episcopis decrevit antiquitas, avida presumptione pervadere, non respicientes, quia*[m] *aeterno iudici*[n] *rationem tam de catholicae sinceritatis iniuria, quam de traditionum*[o] *preiudiciis*[p] *paternarum, non sine perpetuae sint*[q] *dampnationis interitu*[r] *reddituri, si in hac obstinatione*[s] *permanserint, caritatem*[t] *vestram duximus instruendam, ut vos omnes in commune fratres per Dardaniam sive per*[u] *contiguam quamque provinciam constituti, qui vos sub metropolitanis vestris esse meministis et ab isdem*[v] *substitui*[w] *decedentes, sicut vetus*[x] *consuetudo deposcit, unanimiter studeatis antistites, et vicissim si metropolitanus humanae conditionis sorte recesserit, a comprovincialibus*[y] *episcopis, sicut vetus forma transmisit, sacrari modis omnibus censeatis*[z]. Cum ergo tam ista quam alia generalia instituta tam[a] absolute consecrationem metropolitani contineant, miramur,

a) *om.* 2. b) predec. m. prob. 8. c) patribus 3. d) vel 6. 11. e) frequenter 1. 2; reverenter 8; *ita superscr.* 6, *ubi in linea* ferventer *del.* f) vel 11; *om.* 10. g) vel 1. 2; et 8. h) *om.* 5. i) Maurentino 2. 3. 5. 6. 7(?). 8. 9. 10. k) *om.* 10. l) It. id. *om.* 4. 5. 6. 7. 8. m) ant. us. 10. n) instituit 3. o) sardianę 5. 6. p) eccl. n. 11. q) canonica p̄cepta 11; instituta 6; stat. can. 8. r) un. ep. Num. *om.* 11. s) constituendū 8. t) cap. cet. 5. 6. u) Lotario 9. v) non prec. nos im. 2. w) uti magno 5. 6. x) *om.* 5; vos 6. 7. y) nicol. 2. 6; nycol. 5. 8; nych. 3. z) inter cet. *om.* 11. a) *deest* 2. b) Ymaro 1; Hinchmaro 2; Hiemaro 9; Hismaro 10; Hincm. — arch. *om.* 11. c) a patr. *om.* 10. d) prioribus 7. 9. e) accepimus 3. f) *om.* 11. g) episc. Dardaniae 8. h) de — ita *om.* 11. i) ita scr. *om.* 1. 3. k) perturbare 10. l) comprovinc. 6. 7. 8. 9. *edd.*; provinc. *Gel.* m) quoniam *edd.* n) *om.* 4. 5. 6. 7. 8; *alia manu aequali add. supra linea* 6. o) patern. trad. preiud. 3. p) preiudicio 5. 6. 7. 8. 9. q) *deest* 2; *post* interitu 3. *edd.* r) introitu 8. s) ordinatione 11. t) kar. 2. 3. u) *om.* 1. 2. v) *ita* 2. 3. 9. 10. 11; hisdem 1. 4; hiisdem 8; eisdem 5. 6. 7(?). 8. w) substituti 5. 6. 7(?). 8; substituti estis 1. x) et *add.* 6. y) *ita* 3. 6. 7. 9. *Gel.*; prov. 1. 2. 4. 5. 8. 10. 11. z) constituatis *ed. princ.* a) *deest ed. princ.*

1) *Liber Diurnus ed. ab Sickel c.* 83, *p.* 92; *Iv. Decr. IV, c.* 197. 2) *Epist. IX,* 69, *Opp. II, col.* 985. 986; *Jaffé* 1573; *Decr. IV, c.* 199. 3) *Mansi XIV, col.* 887; *Decr. IV, c.* 196; *eiusdem, ut videtur, epistolae fragmenta in Coll. Britt., Leonis IV. epist.* 17. 19, *'Neues Archiv' V, p.* 383. 385; *Löwenfeld, Epist. pont. Rom. p.* 21. 4) *Epist. ed. Ewald I,* 95; *Jaffé* 1144; *Iv. Decr. IV, c.* 204; *Grat. Dist. XI, c.* 6. 5) *Coll. Brit. Leonis IV. epist.* 36, *'N. Arch.' V, p.* 390; *Jaffé* 1972. 6) *Epist.* 70. *a.* 867, *Mansi XV, col.* 357; *Iv. Decr. IV, c.* 212; *Jaffé* 2179. 7) *Epist.* 28. *ad episc. Dard., Thiel I, p.* 435. 436; *Grat. Dist. LXIV, c.* 6.

cur privatis legibus et novis traditionibus veteres traditiones[a] et consuetudines removere contenditis, precipiendo, ut Senonensis electus ante consecrationem suam[b] vobis presentetur et iure[c] primatus vestri subiectionem et obedientiam profiteatur. Quod[b] hactenus nec[d] in Senonensi[e] provincia nec in aliis provinciis antiquitas instituit, nec consuetudo servavit[f]. Unde papa Nicholaus[g] inter[h] caetera sic scribit Radulfo[i] archiepiscopo[k] Bituricensi[l] aliqua ultra ius primatis[m] sibi usurpanti[1]: *Primates vel patriarchas nichil privilegii habere prae caeteris episcopis, nisi quantum sacri canones concedunt et prisca consuetudo*[n] *illis contulit, diffinimus*[o] *ita, ut secundum Nicenas*[p] *regulas sua privilegia serventur aecclesiis*[q]. Quod si privilegio vestrae[r] legationis eum vobis contenditis presentari, qui nec apud nos nec[s] apud vos ab aliquo est accusatus, non ita papa[t] Leo[3] Anastasio[u] instituit Thessalonicensi[v] episcopo, vicario suo, sed ut tantum de nomine electi ad noticiam eius provinciales referant[w] sacerdotes: ipse autem nullis difficultatibus, nullis dilationibus iustas fatigaret electiones. Quantum enim audivimus[4], persona nobiliter nata, competenter erudita, boni testimonii inter[x] notos cum in aecclesia sua diaconatus fungeretur officio, sine ulla dissonantia gratuitam habuit electionem. Sed si his exactionibus modo[y] cederet[z], diceretur munere linguae vel officii suam comparasse[a] consecrationem. Quod autem scripsistis[b] predictum electum investituram episcopatus de manu regis accepisse, nec relatum est[c] nobis ab aliquo qui[d] viderit[e] nec cognitum. Quod tamen[f] si factum esset, cum hoc nullam vim sacramenti gerat in constituendo episcopo, vel admissum vel[g] omissum[h] quid fidei, quid sacrae religioni[i] officiat, ignoramus: cum post canonicam electionem reges ipsos apostolica[k] auctoritate a concessione episcopatuum prohibitos minime videamus. Legimus enim sanctae[l] recordationis summos pontifices aliquando apud reges pro electis aecclesiarum, ut eis ab ipsis regibus concederentur[m] episcopatus[n], ad quos electi erant, intercessisse; aliquorum[o], quia[p] concessiones regum nondum consecuti fuerant[q], consecrationes distulisse. Quorum exempla supposuissemus[r], nisi prolixitatem epistolae vitassemus. Domnus quoque papa[s] Urbanus[5] reges

a) trad. et *om.* 11. b) *om.* 11. c) iuri 9. d) *om.* 1. e) senonensis 2. f) observavit 5. 6. g) nicol. 2. 6; nycol. 5. 8. h) inter — scrib. *om.* 11. i) radolfo 6. k) bitur. arch. 10. 11. l) bituriensi 1. 2. m) primatus 5. 8. n) *ita Nic.* 2; illis cons. *ceteri codd.* o) diffinivimus 2; ita diff., ut *ed. princ.* p) reg. Nic. *edd.* q) in eccl. 3. r) nostrę *corr. in* vestrę 6; nostre 7. s) nec apud vos *om.* 10. t) leo papa 5. 6. u) Anasthasio 9; suo 4. v) thesalon. 5. 8; tessal. 11. w) deferant 3. x) inter notos *om.* 11. y) *deest ed. princ.* z) incederet 5. 6. 7. 8; cedere 2. a) compensare 10. b) dixistis 10; *super* scripsistis *scr.* vel dixistis 9; scripsisti *edd.* c) *deest edd.* d) qui vid. *om.* 8. 11. e) vidit *ed. princ.* f) si tamen 6. 8. 9; si *om.* 5. g) vel om. *om.* 5. 6. h) omissum 1. i) relegatione 11. k) auct. apost. 3. 4. 5. 6. 7. 8. l) s. rec. *om.* 11. m) concederetur 2. 11. n) epat^{9} 11. o) *om.* 11. p) qui 4. 6. 7(?). 8. 9. q) fuerint 11; sunt 5. r) proposuissemus 9. s) Urb. papa 11; domnus itaque papa reges 3.

1) *Cf. Epist.* 65. *ad Urbanum, Opp. II, p.* 31*:* De Senonensi electo, cuius consecratio a legato vestro Lugdunensi archiepiscopo ob hoc impeditur, quia iure primatus sui ante consecrationem suam obedientiam non profitetur, quid nobis agendum sit, rescribat vestra paternitas. Cum enim nulla aliquo accusante alia causa praetenderetur, propter quam eius consecratio differretur, eo tamen iubente propter reverentiam vestram manus ab eius consecratione continuimus, cum de professione a metropolitanis primatibus facienda nihil legamus consuetudine firmatum vel legibus institutum: ultra quas metas nihil concessum esse primatibus testatur papa Nicolaus ita scribens inter alia Radulfo Bituricensi archiepiscopo: 'Primates vel patriarchas' *etc.* 2) *Epist.* 19. *ad Rodulfum c.* 2, *Mansi XV, col.* 390*; Jaffé* 2765. 3) *Epist.* 14. *ad Anastasium c.* 1, *Opp. ed. Ballerini I, col.* 686. 4) *Epist.* 59. *l. l. p.* 26*:* Commendant enim eum satis accurate electores eius, et generis nobilitate et morum honestate et publicarum actione strenuitate; *Chron. S. Petri Vivi, Duru II, p.* 513*:* nobilis et clarus. 5) *Cf. Epist.* 233, *p.* 99*:* De investituris ecclesiarum, quas laici faciunt, sententiam praecedentium patrum Gregorii et Urbani, quantum in me est, laudo atque confirmo.

tantum a corporali investitura excludit, quantum[a] intelleximus, non ab electione, in quantum sunt caput populi vel concessione, quamvis octava sinodus[1] solum prohibeat[c] eos interesse electioni, non concessioni[2]. Quae concessio sive fiat[d] manu, sive fiat[e] nutu, sive lingua, sive virga, quid refert, cum reges nichil spirituale[f] se[g] dare intendant[h], sed tantum aut votis petentium[i] annuere, aut villas ecclesiasticas et alia bona exteriora, quae de munificentia[k] regum optinent aecclesiae[l], ipsis electis concedere[3]? Unde Augustinus super Iohannem parte[m] prima, tractatu sexto[4]: *Quo iure defendis villas aecclesiae, divino an humano? Divinum ius in scripturis habemus*[n], *humanum in legibus regum. Unde quisque possidet quod possidet? nonne iure humano? Nam iure divino 'Domini est terra et plenitudo eius'. Iure*[o] *humano dicitur: Haec*[p] Ps. 23, 1. *villa mea est, haec domus mea [est*[q]*], hic servus meus est. Tolle iura imperatorum, quis audeat*[q*] *dicere: Haec villa mea est, meus*[r] *est iste*[s] *servus, mea est ista*[t] *domus?* Item[5]: *Noli dicere, quid michi et regi? Quid tibi ergo et possessioni? Per iura regum possidentur possessiones*[u]. *Dixisti: Quid michi et regi? Noli dicere possessiones tuas, quia ad*[v] *ipsa iura renuntiasti humana, quibus possessiones*[w] *possidentur.* Quod si[x] haec[y] aeterna[z] lege sancita[a] essent, non esset[b] in manu[c] presidentium[d], ut ea in quibusdam districte iudicarent[e], quibusdam[f] misericorditer relaxarent, ipsis in honore accepto permanentibus, contra quos[g] ista loquuntur. Nunc vero, quia ea illicita[h] maxime[i] facit presidentium[k] prohibitio[6], licita quoque[l] eorundem pro sua[m] aestimatione remissio: videmus nullos[n] aut pene nullos pro huiusmodi transgressione dampnatos[o], plurimos autem vexatos, plurimas[p] aecclesias[q] spoliatas, plurima scandala exorta, divisum regnum et sacerdotium, sine quorum concordia[7] res humanae nec incolumes[r] esse[s]

a) qu. int. *om.* 11. b) syn. 1. 3. 5. 6. c) prohibebat 10. d) vestiat 11. e) *deest* 3. 5. 6. 7. 9. *edd.* f) spiritale 9. g) sese 9; *om.* 11. h) intelligant 11. i) petentum 3. k) munificentiis 3. l) obtinetur 5. m) prima parte 4. *edd.*; parte pr. super Ioh. 8; parte — sexto *om.* 11. n) *om.* 10. o) Iure ergo 1; tamen *Aug.* p) h. v. est mea 10. q) *add. codd. praeter* 10; *deest Aug.* q*) audet 2. *edd.* r) hic servus m. est 8. s) hic 5. t) hęc, h̄ 3. 11; domus ista 8. u) *deest* 5. 6; *superscr. alia manu* 6. v) *deest* 3. w) possid. possess. 3. x) i̇ 11. y) *deest* 9. z) et ęt. *ed. princ.* a) sanctita 6; sanccita 9; sancta 2. b) essent 5. 6. 7. 8; erant 9. c) *deest* 2. d) possidentium 5. 6. 7. 8. 9. e) vindicarent 4. 8. 9. f) in quib. *edd.* g) *om.* 5. 6. h) max. ill. 9. i) *om.* 5. 8; facit max. 3. k) possidentium 5; p̄cedencium 6. l) vero 7. m) sui 3. n) nullos aut *om.* 11; nonnullos, n̄ *supra lin. add.* 6. o) damnari 5. p) plurima 6. q) *om.* 5. 6. r) incolomes 5. 6. s) poss. esse 10.

1) *Regulae VIII. synodi ex interpret. Anastasii c.* 22, *Mansi XVI, col.* 175; *Migne CXXIX, col.* 160; *Grat. Dist. LXIII, c.* 1; *cf. Ivonis epist.* 102 *l. l. p.* 48: Non enim licet regibus sicut sanxit octava synodus . . . electionibus episcoporum se immiscere vel aliqua eas ratione impedire. 2) *Cf. Orthodoxa defensio supra p.* 538; *Placidus Nonantul. c.* 37. *supra p.* 585; *cf. Kayser, 'Placidus von Nonantula', Kiel* 1888, *p.* 23. 3) *Epist.* 171, *p.* 72: Et quia dispensationes rerum temporalium regibus attributae sunt et basilei id est fundamentum populi et caput existunt, si aliquando potestate sibi concessa abutuntur, non sunt a nobis graviter exasperandi *etc.* 4) *In evang. Ioh., tract. VI,* § 25, *Opp. III,* 2, *col.* 340; *Ivonis Decr. III, c.* 194; *Grat. Dist. VIII, c.* 1; *cf. Libell. I, p.* 373 *sq.* 5) *Ibid.* § 26, *l. l. col.* 341. 6) *Cf. Iv. Epist.* 190, *p.* 82: Petimus ergo flexis genibus cordis, ut hoc eodem intuitu caritatis et pacis veniale habeat paterna moderatio, quod illicitum facit non aeterna lex, sed intentione acquirendae libertatis praesidentium sola prohibitio . . . Si enim vult apostolica auctoritas omnia quae medicinali condescensione dispensantur districte iudicare, oportebit pene omnes ministros administrationibus suis renuntiare aut de mundo exire; *Epist.* 55, *p.* 25: inveniemus principes ecclesiarum quaedam pro rigore canonum districtius iudicasse, multa pro personarum utilitate dissimulasse. 7) *Cf. Iv. Epist.* 106, *p.* 50: Et quia res omnes non aliter bene administrantur, nisi cum regnum et sacerdotium in unum convenerint studium *etc.*

possunt nec tutae. Videmus quoque miseros episcopos et abbates nec ruinis morum[a] nec murorum reficiendis[b] velle vel posse vacare, solum ad hoc intentos, ut possint sibi aliquam linguam magniloquam amicam[c] facere, cuius nundinis[d] se possint utcumque defensare[e]. Multi quoque[f] electi, qui gratuitam et canonicam habent[g] electionem, quia huiusmodi dilationibus vel[h] fatigationibus impediuntur[i.1], comparatis sibi pecunia mediatoribus et prolocutoribus, ne turpem[k] patiantur repulsam, in symoniacam offendunt[l] aliquando consecrationem. Cum ergo omnis institutio aecclesiasticarum legum[m] ad salutem referenda[n] sit[o] animarum, istarum institutionum[p] transgressiones aut districtius essent corrigendae, ut saluti prodessent, aut interim silentio premendae, ne[q] spiritualia vel temporalia commoda[r] supradictis modis impedirent. Nec ista dico, tanquam velim[s] adversus sedem apostolicam caput erigere[2] vel eius salubribus[t] dispositionibus obviare vel meliorum sententiis preiudicium facere, si vivis nitantur[u] rationibus et evidentioribus veterum[v] patrum auctoritatibus. Sed hoc[w] vellem cum multis mecum[x] pie sentientibus, ut Romanae aecclesiae ministri tamquam probati medici maioribus morbis sanandis intenderent[3] et non ab irrisoribus suis audirent: *Culicem colantes*[y] *et*[z] *camelum glutientes*[a], *mentam, rutam, ciminum*[b] *et anetum*[c] *decimatis, graviora autem legis*[d] *pretermittitis,* cum per totum pene[e] mundum flagitia et facinora videamus publice perpetrari, nec ea a vobis[f] aliqua iusticiae falce resecari. Quorum exempla quia vel a vobis[g] non sunt remota vel vobis[h] non[i] ignota, non est meum eos[k] speciali sermone[l] taxare. Vos videritis[m] quid de his et similibus[n] agere debeatis. Nunc vero[o] specialiter[p] ad hoc intendit stilus[q] meus, ut electum[r] Senonensis aecclesiae, si nichil in eo, quod sacris canonibus obviet, repertum fuerit, secundum morem antiquum consecrari permittatis: quia de tantillo iure, quod habent aecclesiae nostrae nec volumus cedere[s] nec debemus, cum beatus dicat[t] Ciprianus[u.4]: *Quam periculosum sit*[v] *in divinis rebus, ut quis cedat iure*[w] *suo et potestate, scriptura sacra declarat, cum Esau primatus*[x] *suos inde perdiderit, nec recipere id postmodum potuerit, quo*[y] *semel cessit.* Quodsi huic[z] peticioni

Matth. 23, 23. 24.

a) mor. nec *om.* 5. 6. b) *om.* 5. 6; reficiendis *post* posse *supra linea* 6 *alia manu.* c) *om.* 5. d) auxilio 8. e) defendere 11. f) multi ergo quoque 5. g) el. hab. 11. h) et 3; vel fat. *om.* 11. i) imped. — prolucutoribus *om.* 4. k) pat. turp. 11. l) al. off. 5. 6. 7. 8. m) rerum 5. 6. n) sit ref. 3; *deest* 5. 6; *m. 2 suprascr.* 6. o) sint 11. p) legum 10; *super* institutionem *scr.* vel legum 9. q) ne vel spir. 5. 6. 9. r) *om.* 5. 6. 7. 8. s) velim *post* apostolicam 5. 6. t) salutaribus *edd.* u) nit. et evid. patrum auct. 3. v) *deest* 11. w) haec *ed. princ.* x) pie mecum 10. y) excolantes *edd.* z) *om.* 5. 6. 7. 8. 11. a) deglut. 11. b) cyminum 2. 3. 5; cuminum 6. 8. 11. c) anecum 10. d) *deest* 10; praecepta *add. ed. altera.* e) fere 5. 6. f) nobis 5. 6. 11. g) nobis *ed. princ.* h) nobis 11. *ed. princ.* i) *om.* 11; sunt *add.* 5. 6. k) spec. eos 5. l) nomine 11. m) videtis 11. n) de sim. 2. 5. 9. 10. o) cum 5. p) ad hoc spec. int. 3. q) st. m. *om.* 3. r) electus 11. s) *post* iure 5. 8. 10. 11; *post* debemus 7(?). *edd.*; *deest* 3. 4. 9; recedere 6. t) c. dicat 3. 6. 11. *edd.* u) cyprianus 2. 5. 6. 8. 11. v) *om.* 11. w) suo iure 4. x) primatẽs(!) 6. y) quod 7. 8. *edd.* z) huic pet. n. *om.* 3.

Cf. Epist. 214, *p.* 91; *Hugonis Floriac. tract. de regia potestate et sacerdot. dignitate supra p.* 466. 483. 494; *'Neues Archiv' XVI, p.* 374. 1) *Cf. Epist.* 55, *p.* 25: Tantum provideat vestra vigilantia, ne ulterius suspendendo ordinationem electi, laboret et periclitetur ecclesia. 2) *Epist.* 67, *p.* 33: Nec occurrit mihi, nisi quod dixerunt quidam mihi quasdam litteras me composuisse adversus Romanam disceptantes ecclesiam, quas miseram legato vestro Lugdunensi archiepiscopo pro causa Senonensis electi. Sed cum has apud me reperiens diligenter perlegissem, multa ibi pro Romana ecclesia, nihil contra Romanam ecclesiam in his scriptum intellexi. 3) *Epist.* 109, *p.* 51: Cum enim a latere vestro mittitis ad nos cardinales vestros tanquam filios uterinos; quia in transitu apud nos sunt, non tantum non possunt curanda curare, sed nec curanda prospicere. 4) *Epist.* 73. *ad Iubaianum c.* 25, *ed. Hartel p.* 798; *Grat. C. VII, qu.* 1, *c.* 8.

nostrae adquieveritis[a], consecrato omni studio persuadebimus, ut primatum Lugdunensis aecclesiae recognoscat, vobis sicut primati[b] suo deferat[c] omnem debitam reverentiam [et[d]] secundum traditiones patrum exhibeat. Qui si adquiescere[e] noluerit nostris persuasionibus, nos[f] tamen ab his quae preceperit[g] apostolica[h] sedes[i] non recedemus. Si autem peticionibus nostris non adquieveritis[k] et aliquod scisma[l] fuerit[m] inde[n] exortum contra votum nostrum secure[o] dicam, neque iniquitas mea neque peccatum meum neque vos poteritis dicere vobis non fuisse predictum.

De[p] caetero praedam a Puteacensibus[1] in me et in Carnotensem ecclesiam factam iure possem a vobis repetere, si reverentiam vestram in ius possem[q] vocare, qui ad suggestionem[r] emulorum meorum predictos[s] sacrilegos[s] a me et coepiscopis[t] meis communione privatos[s] me nesciente communioni[u] reddidistis ac per hoc scelerum suorum impunitatem[v] ad perpetranda maiora sacrilegia relaxastis. Quod utrum faciendum fuerit[w], vel post factum cognita veritate corrigendum, iudicet[x] iustitia vestra, cum iusta vincula non solvat nisi vera penitentia. Si ad haec omnia respondere non licet vel non placet, ad haec saltem[y] ultima[z] duo respondeat sanctitas vestra. Valete[a].

II.

EPISTOLA AD IOSCERANNUM ARCHIEPISCOPUM LUGDUNENSEM ET RESPONSIO IOSCERANNI.

Cum Heinricus V. Paschali papae investiturae privilegium extorsisset, magnum clamorem et lamentationem inter viros ecclesiasticos orta esse nemo est qui ignoret. Imprimis in Italia et Gallia multi fuere dignitatis et honoris ecclesiae studiosissimi defensores, qui papam, ut privilegium illud perniciosum rescinderet imperatoremque excommunicaret, vehementer impulerunt[2]. *Interea Paschalis, quem Heinrico tanta concessisse valde poenituit, paulo post, ut videtur, ad nonnullos episcopos Gallicos, Ivonem scilicet Carnotensem, Girardum Engolismensem*[3]*, alios*[4] *fortasse epistolas satis conci-*

a) acq. 5. 6. 7 (?). 8. 10; adquiescere nolueritis; *sequentia usque ad* et aliquod *om.* 3. b) pati 1. c) referat 1; referat *superscr.* vel de 2; et *add. edd.* d) *deest omn. codd. praeter* 4. e) acqu. 5. 8. 10. f) vos tantum 8. g) ap. sed prec. 10. h) Romana 4. 5. 6. 7. 8. 9. i) ęcclesia 5. 6. k) acq. 11; aquev. 10; acquiescitis 5. 6. 7 (?). 8. l) schisma 3. m) inde fuerit *edd.;* schisma contra votum vestrum ex. fu. 3. n) exortum inde 2. o) ego 3. p) *reliqua des.* 1. 2. 3. 11. q) vocare possem *edd.* r) sugestionem 9. s) predictis sacrilegis . . . privatis 5. t) a coepiscopis 5. 10. u) communionem 5. v) impunitate 10. *ed. princ.* w) sit 5; *deest* 10. x) videat 5; vidt 6; videlicet 8. y) saltim 9. 10. z) duo ultima 7 (?). 10. *edd.* a) *ita* 2. 9; Bene val. 4. 10; bene vale *edd.;* vał 5. 6. 7. 8; vł 1.

1) *Adelicia Puteacensi ('Le Puiset') domina et Hugone filio eius; v. epist.* 76, *p.* 38; *de re ipsa cf. epist.* 75. 76. 111. 112. 204; *Merlet in 'Mémoires de la société archéol. d'Eure-et-Loir' VIII (*1885*), p.* 121, *n.* 1. 2) *Cf. Schum, 'Die Politik Papst Paschalis II. gegen Kaiser Heinrich V. im Jahre* 1112' *in 'Jahrbücher der Akademie gemeinnütziger Wissenschaften zu Erfurt' l. l. (*1877*), p.* 21 *sqq.; Bernheim, 'Zur Gesch. des Wormser Concordats', Göttingen* 1878, *p.* 11. 3) *Ed. Schum l. l. p.* 89. 4) *Cf. epistolam infra edendam, ubi Ivo dicit:* quibusdam nostrum scripsit. *Eadem verba Paschalem sibi scripsisse Ivo in epist.* 233. *ad abbatem Angeriacensem indicat. Non recte Loewenfeld litteras Ivoni missas a.* 1112. *post concilium Lateranense collocavit. Eas enim antequam Paschalis investiturae privilegium retractaret datas esse ex epist.* 233. *conicciendum esse videtur, ubi legimus:* familiaribus et caritatem redolentibus litteris admonendus

nentes dedit, quibus se coactum fecisse excusavit, quod fecit et adhuc se prohibere, quod prohibuisset, quamvis quaedam nefanda quibusdam nefandis scripta permiserit[1]. *Attamen Ioscerannus*[2] *archiepiscopus Lugdunensis episcopos Senonensem, Turonensem, Rotomagensem ad concilium apud Ansam celebrandum vocare non dubitavit, quo de laicorum investitura tractare et de eo quod papa commiserat peccatum iudicare constituerat.*

Ioscerannus enim in metropolitanis provinciarum, quas primo Gregorius VII. sedi Lugdunensi subdiderat[3], *in iure suo primatus non minus persistere cogitabat, quam qui praecesserat Hugo Diensis. Sed ut huic Richerius archiepiscopus Senonensis diu et obstinate repugnaverat, ita ne nunc quidem eiusdem provinciae praesules primati oboedire voluerunt. Ante omnes Ivo Carnotensis honorem ecclesiae Senonensis defendere studens, ut iam antea fecerat, omnium episcoporum eiusdem provinciae nomine Ioscerannum iure primatus episcopos aliarum dioecesium ad se invitantem longioribus litteris refutavit*[4].

Primo enim primae sedis antistiti alios extra provinciam suam, nisi iussu papae aut episcopo provinciali aliquo appellante, in concilio congregare licere negavit. Deinde si de investituris laicorum tractare archiepiscopus sibi proposuisset, pudenda patris, i. e. pontificis Romani, illum nudaturum esse, qui necessitate coactum se Heinrico privilegium illud concessisse ipse declarasset. Neque Deum alios viros sanctos propter infirmitatem carnis peccantes respuisse. Praeterea non utile videri convenire ad eas personas iudicandas, quae nullius hominum iudicio subiacerent. Paschalis II. excessum potius approbandum, si imminente strage populi se tantis periculis voluisset obicere, ut maioribus morbis posset sincera caritate subvenire. Denique investituram laicorum heresim, quam nonnulli dicerent[5], *minime esse, nisi quis putaret se virgam dando aliquid sacramenti dare. Sed et talem praevaricationem, nisi sine schismatis periculo auferri posset, esse tolerandam.*

In responso quod Ioscerannus dedit se Senonensem archiepiscopum extra provinciam trahere voluisse negavit, in Notitia illa Galliarum nisus, qua Rotomagensis, Turonensis, Senonensis provinciae Lugdunensis provincia altera, tertia, quarta dicuntur, ut partes Lugdunensis Galliae, provinciae Romanae. Si imperatores a iudicio ecclesiastico excludere vellet, — quod Ivo nunquam dixerat — exempla Constantini, Theodosii, aliorum consideraret. Ceteroquin exteriores a laicis factas investituras non proprie hereseos nomine se censere, heresim autem procul dubio esse, ut eae fieri deberent, defendere.

Quas epistolas ante concilium Lateranense a. 1112. *mense Martio habitum scriptas esse attente legentem non effugiet; alioquin enim Ivo, cum epistolam sibi missam commemoraret, papam publice factum suum iam retractasse tacere non potuisset. Neque vero constat, concilium Ansanum utrum celebratum sit necne, etsi multo verisimilius*

mihi videtur, ut se iudicet aut factum suum retractet. Quodsi fecerit, referamus Deo gratias *etc. Tum igitur, nisi fallor, synodus a.* 1112. *nondum congregata erat.* 1) *Eadem fere verba leguntur in epist. ad Girardum. Similia papa etiam in concil. Lateran. (Mansi XXI, col.* 50*; V. Paschalis II, apud Watterich, Vitae pontif. II, p.* 74*) pronuntiasse dicitur, quibuscum conferenda ea sunt, quae in initio epist.* 233. *exstant.* 2) *Sic recte in cod. Berolin. Theol. lat.* 116*; editiones et codd. Paris.* 15165. *et* 16250. *Iohannem falso vocant. Corrigendi igitur omnes libri sunt, quorum auctores inscriptione illa falsa perducti Iohannem in catalogo archiepiscoporum Lugdunensium inseruerunt.* 3) *Jaffé, Bibl. rerum german. II, p.* 370*; cf. Gundlach, 'Der Streit der Bistümer Arles und Vienne um den Primatus Galliarum' 'N. Arch.' XV, p.* 260 *sq.* 4) *Cf. Esmein, 'La question des investitures dans les lettres d'Yves de Chartres, Bibliothèque de l'école des hautes études, Sciences religieuses' I (Paris* 1889*), p.* 165 *sqq.* 5) *Ex. gr. Goffridus abbas Vindocin., Bruno episc. Signinus.*

est id numquam habitum fuisse, quia apud nullum auctorem eiusdem vel posterioris temporis eius mentio fit.

Hi codices perpauci nimirum inter tot epistolarum Ivonis subsidio mihi fuerunt, quibus adiutus textum nonnullis locis emendare potui:

1) *Codex Parisinus nr.* 2887 [4], *mbr., saec. XII, f.* 114. 116'. *Contulit V. Cl. A. Molinier.*

2) *Codex Parisinus nr.* 11381, *mbr., saec. XII, f.* 138. 140'. *Contulit V. Cl. A. Molinier.*

3*a*) *Cod. Monacensis nr.* 14408 *mbr., saec. XII, f.* 100', 8°. *Ipse contuli.*

3*b*) *Cod. Monacensis nr.* 23606 *mbr., saec. XII, f.* 110, 8°, *qui praecedentis persimilis ex eodem codice quo ille descriptus est. Contuli ipse.*

3*c*) *Cod. S. Crucis nr.* 186 *mbr., saec. XII/XIII*[1].

3*d*) *Cod. Monacensis nr.* 22201 *mbr., saec. XII, f.* 89, 8°. *Contuli ipse.*

4) *Cod. Berolinensis, Theol. lat.* 119 *mbr., saec. XII, f.* 121'. 124', 4°. *Ipse contuli.*

Editae sunt haec epistolae (nr. 236. *et* 237.*) in editionibus operum Ivonis, quas supra p.* 642. *enumeravi.*

Dabam Berolini, mense Ianuario a. 1891. *E. SACKUR.*

1.

[Ivonis epistola ad Ioscerannum.]

Iosceranno[a.2] Dei gratia Lugdunensis primae sedis archiepiscopo Daimbertus eadem gratia Senonensis[b] archiepiscopus, Ivo[c] Carnotensis episcopus, Walo Parisiensis episcopus, Iohannes Aurelianensis episcopus cum ceteris coepiscopis[d] Senonensis provinciae institutam a patribus reverentiam.

Iure[e] primatus vestri invitastis nos[f] ad concilium apud Ansam[g] celebrandum, in quo tractare disposuistis de fide et investituris laicorum. Ad quod venire minime contempnimus, sed terminos, quos posuerunt patres nostri[h], terminos antiquos transgredi formidamus. Nusquam enim[i] reverenda patrum sanxit auctoritas, nusquam hoc[k] servare consuevit antiquitas, ut primae sedis episcopus episcopos[l] extra[m] provinciam propriam[n] positos invitaret[o] ad concilium, nisi hoc aut[p] apostolica sedes imperaret, aut una de provincialibus[q] ecclesiis pro causis, quas intra provinciam terminare non poterat, primae[r] sedis audientiam appellaret. Quod non de corde nostro prophetamus, sed apostolica auctoritate muniti[s] irrefragabilibus sententiis approbamus. Unde scribit papa Nicholaus[t] in haec verba Radulfo[u] Aquitaniarum primati ultra ius primatis[v] aliqua[w] sibi

a) *tota inscriptio deest* 1. 2. 3 *et multis aliis codd.; in margine al. manu:* Senonensis Lugdunensi 3[b]; Iohanni *codd. Paris.* 15165. 16250; *cod. Carnot.* 19 *(cf. Mém. de la société archéol. d'Eure-et-Loir' VIII* (1885) *p.* 421*) et edd.* b) *ita codd. Paris.* 15165. 16250; Senonensium 4. c) *verba* Ivo — Aurel. episcopus *om.* 4; *assumpsi ex codd. Paris.* 15165. 16250. d) Senon. prov. episc. 4. e) auctoritate 3[a.b]. f) *deest* 3[c]; me 3[a.b]. g) casā 3[a]; causā 3[d]; massā *corr. ex* cansā 3[b]. h) vestri 3[a]. i) *deest* 2. k) *deest* 3[a.b.c]. l) episcopus 4. m) ꝑtra 4. n) *deest* 3. 4; propr. prov. 2. o) invitasset 3[a]; invitare 4. p) ut 4. q) c̄provincialibus 3[c.d]. r) *deest* 4. s) *alia manu in lacuna suppl.* 4; moniti 3[a.b.c]. t) nicol. 3[b.d]. *edd.*; nycol. 3[a]. u) Rodulfo 1. v) primatus 3[d]. w) aliquid 3[d].

1) *Cf. 'Archiv' VI, p.* 184; *X, p.* 597. 2) *Et epistolarum editiones et codd. Paris., S. Crucis Carnot. nr.* 19, *quo usus Lucianus Merlet versionem Gallicam in 'Mémoires de la société archéol. d'Eure-et-Loir' VIII (*1885*), p.* 421. *publici iuris fecerat, praebent* Iohanni, *quod nomen falsum, ut Merlet recte coniecit, procul dubio ex initialis litterae I malo supplemento ortum est.*

usurpanti[1]: *Conquestus est apostolatui nostro*[a] *frater noster Sigebodus*[b] *archiepiscopus Narbonensis, quod clericos suos eo invito ad iudicium*[c] *venire compellas et de rebus ad ecclesiam suam pertinentibus eo inconsulto quasi iure patriarchatus tui disponas, cum hoc nec antiquitas, cui patres*[d] *sanxere reverentiam, habeat*[e] *et auctoritas sanctorum*[f] *canonum penitus interdicat, nisi forte pro causis, quae*[g] *apud se terminari non possunt, ad te quasi ad patriarcham suum provocaverint*[h], *vel si episcopus suus decesserit*[i] *res ecclesiae suae iudicio tuo dispensare voluerint*[k]. *Primates enim vel patriarchas nichil privilegii habere pre ceteris episcopis nisi quantum sacri*[l] *canones concedunt et prisca consuetudo*[m] *illis antiquitus*[n] *contulit diffinimus*[o] *ita, ut secundum Nicenas*[p] *regulas sua privilegia serventur ecclesiis.* Huic sententiae concordant[q] Clemens[2] et Anacletus[3], qui post apostolos ordinaverunt[r] in quibus civitatibus essent primae sedes, in quibus metropolitanae, statuentes ita demum iudicium episcoporum ad primates esse referendum, si ad eorum audientiam fuerit appellatum. His auctoritatibus muniti[s] nolumus[t] ecclesiis nostris[u] inauditam novitatem inducere vel iura earum[v] antiquitus instituta permutare. Preterea quia in hoc concilio de investituris laicorum, quas quidam[4] inter hereses computant, tractare disponitis, potius[5] pudenda[w] patris nostri[x]
2. Reg. 1, 20. nudabitis, quae publicanda non essent in Geth[y] nec in compitis[z] Ascalonis, deridenda exponetis[a], quam[b] post dorsum ea velando[c] benedictionem paternam[d] vobis acquiratis[e]. Quod enim propter vitandam populi stragem paterne in se admisit summus pontifex coegit necessitas, non[f] approbavit[g] voluntas. Quod inde constat, quia postquam[h] evasit periculum, sicut ipse quibusdam nostrum[i] scripsit[7], quod[k] iusserat iussit, quod[l] prohibuerat prohibuit, quamvis quibusdam[m] nefandis urgente periculo quedam
Ioh. 18, 25–27. nefanda scripta permiserit. Sic[8] Petrus trinam negotionem trina confessione purgavit et apostolus mansit. Sic Marcellinus[9] papa deceptus a prophanis coram fano[n] thurificavit[o] et tamen a fratribus[p] minime iudicatus post paucos dies martirio coronari pro-
Exod. 32, 4. meruit[q]. Sic Aaron in heremo moram faciente Moise[r] in monte propter importabilem

a) *deest* 3d. b) sigeboldus 1; sichebodus 3d; sigegodus, sygegodus 3a.b.c. c) concilium 4. d) patri 3a.d. e) habeant 3d. f) et *add. edd.* g) qui 4. h) non prov. 3b. i) discess. 4. k) noluerunt 4. l) can. sacri perm. 3a; s. conc. can. 3b. m) illis consuet. 2. n) *deest* 2. o) definimus 2. p) nich. 4. q) concordat 3b. r) ordinarunt 2. s) moniti 3a. t) *deest* 3a. u) vestris *edd.* v) eorum 3b.d. 4. w) prudenda 4. x) vestri 3a.b.c. *edd.* y) geht 3d. z) competis 3b; copitis 4. a) magis exponetis 3b; exponitis 3a.d. b) qua 4. c) volando 3d. d) patrinam 4. e) adquiratis 2; acquiritis 3a.b. f) sed non 3a; si non 3b. g) approbant 3d. h) per quod 4. i) vestrum 4. k) quia quod 3a.b. l) *deest* 4. m) quibus 4. n) prophano 2; *ed.* 1. o) turificat 4. p) febribus 4. q) meruit 3d; promeruint 4. r) moyse 3. *edd.*

1) *Epist.* 19. *ad Rodulfum c.* 2, *Mansi XV, col.* 390; *Jaffé* 2765; *cf. epist. ad Hugonem supra p.* 644; *epist.* 83, *p.* 41. 2) *Epist. I, c.* 29, *Hinschius p.* 39. 3) *Epist. II, c.* 26, *l. l. p.* 79. 4) *Exempli causa Gotefridus abbas Vindoc. in epist. I,* 7. *ad Paschalem II. a.* 1111. *missa, Opp. ed. Sirmond III* (1696), *col.* 638. 5) *Epist.* 233, *p.* 99: Et quia verenda patris debemus potius velare quam nudare, familiaribus et caritatem redolentibus litteris admonendus mihi videtur, ut se iudicet aut factum suum retractet. 6) *Scil. Paschalis II.* 7) *Epist.* 233: Nec ista contra domnum papam dico, quia quibusdam litteris mihi scripsit se coactum fecisse, quod fecit et adhuc se prohibere quod prohibuit, quamvis quaedam nefanda quibusdam nefandis scripta permiserit. *Idem scripsit Paschalis Girardo episc. Engolismensi (ed. Schum, 'Die Politik Papst Paschalis II. gegen Kaiser Heinrich V.' p.* 89): nefandis nefanda quedam permisimus, que sanctorum patrum instituta sequentes, sicut interdixerunt, interdiximus et interdicimus et, sicut prohibuerunt, prohibuimus et prohibemus. 8) *Hoc et sequens exemplum profertur etiam in Disputatione infra p.* 663. 9) *Liber pontif. ed. Duchesne I, p.* 162; *Schum, 'Die Politik Papst Paschalis II.' etc., p.* 79.

populi[a] seditionem vitulum fusilem fieri[b] permisit, quem populus insipiens adoravit, cum tamen non esset seductus a populo[c], ut Deum esse crederet vel divinae culturae ei[d] reverentiam exhiberet. Meruit tamen veniam tantus[e] excessus et Domino iubente per manum Moisi[f] ad summum sacerdotium est sublimatus[g]. Sic Moyses[h] ipse, qui cum Lev. 8, 12
Domino loquebatur sicut ad amicum amicus, Deum[i] tamen offendit[k], cum propter murmur populi dicentis: *Numquid*[l] *poterit nobis eicere*[m] *aquam de petra hac*[n] dubitare[o] Num. 20, 10.
coactus est et aquam cum disceptatione[p] a Domino postulare. Sic doctor gentium, qui in sinagogis publice clamabat[q]: *Circumcisio*[r] *nichil est et*[s] *Christus*[t] *nichil vobis* cf. Gal. 5, 2.
proderit, si circumcidamini, propter scandalum Iudeorum circumcidi[u] permisit[v] Timo- Act. 16, 3
theum[w], ut hac condescensione Iudeos lucrifaceret[1]. Haec infirma probabili necessitate vel provida dispensatione passi sunt summi[x] et sancti viri Deo[y] bene[z] utente malis nostris, ut per hoc doceret eos se ipsos agnoscere, quatinus discerent infirma[a] sua[b] sibi[c] asscribere[d] et bona sibi collata ad Dei gratiam referre. Nec ad hoc ista scripta sunt[e], ut in exemplum vivendi[f] ducantur, sed ut ex lapsu maiorum discant timere minores[g], ne similes lapsus incurrant et, si forte ceciderint, summa celeritate resurgant[h]. Quodsi papa adhuc in Teutonicum[i] regem debitam severitatem non exercet, credimus, quia consulte differt secundum[k] consilium[l] quorundam[m] doctorum, qui consulunt quedam admittenda[n] pericula, ut possint[o] vitari[p] maiora. Unde dicit Augustinus in tertio[q] libro contra Parmenianum[r] Donatistam[2]: *Hoc sanitas observat*[s] *ecclesiae, ut, cum quisque fratrum, id est christianorum, intus in ecclesiae*[t] *societate constitutorum in aliquo tali peccato fuerit deprehensus, ut anathemate dignus habeatur, fiat hoc, ubi periculum scismatis nullum est: atque id*[m] *cum ea*[u] *dilectione fiat*[v], *de qua ipse apostolus*[w] *alibi precipit*[x] *dicens: 'Ut inimicum eum*[y] *non existimetis*[z], *sed corripite*[a] *ut fratrem'. Ubi* 2. Thess. 3, 15.
satis ostendit, cum[b] *metus iste non subest*[c], *sed omnino de frumentorum certa stabilitate certa securitas manet, id est quando*[d] *ita cuiusque crimen notum est et omnibus execrabile apparet, ut vel nullos*[e] *prorsus, vel non*[f] *tales habeat*[g] *defensores, per quos possit*[h] *scisma contingere, non*[i] *dormiat severitas disciplinae. In qua tanto est efficacior*[k] *emendatio pravitatis, quanto diligentior conservatio caritatis. Tunc autem hoc sine labe*[l] *pacis et unitatis*[m] *et sine lesione frumentorum fieri potest, cum congregationis*[n] *ecclesiae multitudo ab eo crimine, quod anathematizatur, aliena est. Neque*[o.3] *enim potest esse*[p] *salubris a multis correptio, nisi cum ille*[q] *corripitur, qui non habet sociam multitudinem. Cum vero*[r] *idem morbus plurimos occupaverit, nichil aliud bonis restat, quam dolor et gemitus, ut per illud signum, quod Ezechieli sancto revelatur*[s], cf. Ezech. 9, 4.
illesi[t] *evadere ab illorum*[u] *vastacione mereantur. Si quis enim frater*[f] *in aliquo ceteris*

a) sed. pop. 3[d]. b) fueri 4. c) aplo 4. d) rev. ei 4. e) tantū 3[a]. f) moysi 3. g) *ead. m. corr. ex* sublimitas 4. h) Moises 1. i) tam. dn̄m 3[d]. k) *m. poster. add. in lac.* 4. l) nonquid 4. m) eicere *supra* excere *quod linea del.* 3[d]. n) haec *ed.* o) *corr. ex* dupit. 4. p) discept'one 3[b]. q) clamat 3[b]. r) circoncisio 2; circumsio 4. s) *deest* 3[a]. t) Christus — proderit *post* circumcidamini 3[d]. u) circoncidi 2. v) perm. circ. 4. w) Thimotheum 2. x) s. viri et s. 3[a]; sancti v. et sumi 4. y) dn̄o 3[b]. z) bene *post* nostris 4. a) *deest* 3[a]. b) *deest* 3[a.b]. c) *deest* 3[c]. d) adscrib. 2; ascribere 3. 4. e) sufficiant 3[a.b.c]. f) delinquendi 3[a.b]. g) in mores 4. h) resurgat 3[d]. i) Theutonicum 2. k) sec. quor. d. iudicia *edd.* l) *deest*? 1. m) *deest* 4. n) non admitt. 4. o) vit. pos. 4. p) vitare 3. q) libro III[o] 4. r) Pamenianum 4. s) *ita Aug. edd.*; servat 3[c.d]. 4; servet 3[a.b]. t) ecclesia 4. u) eo 4. v) *deest Aug.* w) *deest Aug.*; amplius 4. x) precepi 4. y) non eum 2. z) estimetis 3[a.b.c]. a) corrigite 4. b) quod cum *edd.* 3. 4. c) est 2. d) ita quando 4; ita *deest* 3[d]. e) nonnullos 1. f) *deest* 3[d]. g) habeant 3[d]. h) sc. poss. 3[d]. i) ut dorm.; ut *del.* 4. k) efficatior 1. 3[d]. l) lesione 3[d]. m) imitatis 4. n) congratulatione 3[a]. o) Nec *edd.* p) sal. esse 3[a.b]. q) ipse qui (corr. *om.*) 3[c]; corr. ipse qui 3[a.b]. r) *deest* 4. s) revelatum est *edd.* 3. 4. t) ill. ab ill. u. eu. m. 3[a]. u) eorum 3[a.b.c].

1) *Cf. Iv. epist.* 234, *p.* 99. 2) *L. III, c.* 2, § 13, *Opp. IX, col.* 63. 64; *cf. Libelli I, p.* 561. 3) *Ibid.* § 14, *col.* 64. 65.

dissimili[a] *crimine nominatur et*[b] *revera si contagio*[c] *peccandi multitudinem invaserit, divinae*[d] *disciplinae severa misericordia necessaria est. Nam consilia separationis et inania*[e] *sunt et pernitiosa atque sacrilega, quia et impia et superba sunt; et plus perturbant*[f] *infirmos bonos, quam corrigunt*[g] *animosos malos.* Ad hoc[h] non videtur nobis utile consilium ad illa concilia convenire, in quibus non possumus eas personas, contra quas agitur[i], condempnare vel iudicare, quia nec[k] nostro nec ullius hominum[l] probantur subiacere iudicio[l]. Unde nos[m] constat esse inmunes, si facta[n] eorum oris
Matth. 23,3. gladio ferire[o] formidamus, cum ipse mediator obedire eis precipiat[a] etiam[p] si tales sint[q], quales erant pharisei, si ea, quae ad cathedram pertinent recta precipiant[r], ea vero quae[s] contra cathedram faciunt minime faciant. Ex quibus omnibus hoc constare videtur, quatinus feminalia sacerdotalia[t] pudendis superponamus, ne verecunda[u] nostra deridenda insidiatoribus nostris exponamus et unde[v] querimus reformare ecclesiae fortitudinem, inde[w] maiorem[x] incurramus debilitatem. Haec dicentes non[y] instruimus prudentiam vestram, sed excusamus innocentiam nostram, quia[z] et principales ecclesiae claves nolumus potestate[a] sua[b] privare, quaecumque persona vices[c] Petri habet, nisi manifeste ab euangelica[d] veritate discedat. Haec[e] dicentes[f] non tollimus, quin possint quique metropolitani episcopos secundum ius antiquum convocare, provincialem[g] sinodum salva reverentia Romanae aecclesiae celebrare. Quae si ad presens non potest sathanam[h] sternere sub pedibus suis[i], non obviabit tamen salubribus dispositionibus vestris, in[k] quibus secundum quod in pretaxato libro legitur, quisquis vel quod potest arguendo corrigit[l] vel[m] quod corrigere non potest salvo pacis vinculo excludit, vel quod salvo pacis vinculo excludere[n] non potest equitate improbat, firmitate[o] subportat: hic est pacificus[p] et ab isto
Is. 5, 20. maledicto quod scriptura dicit: *Ve his, qui dicunt quod nequam*[q] *est*[r] *bonum et quod bonum est nequam*[q]*, qui ponunt lucem tenebras et tenebras lucem, qui ponunt*[s] *quod amarum est dulce, et quod dulce est amarum,* omnino liber, prorsus securus[t], penitus alienus. His[u] catholicorum patrum[v] terminis contenti, quae possumus secundum decreta patrum salvo
cf. Matth. 13,30. pacis[w] vinculo corrigere volumus; quae autem[x] corrigere non possumus usque ad messem, si necesse sit, docente[y] Domino tolerare decrevimus. His verbis excusatos nos credimus, quod a laceratione[z] domini pape linguas[a] nostras reprimimus, et si quid[a] contra sen-

a) de sim. 3c. b) ut 3a.b.c. c) pecc. cont. 4. d) tm̄ *alia manu add. supra linea* 3b. e) vana 4. f) turbant *ed.* 1. g) *ita* 2. *Aug.*; corrigant *reliqui.* h) hec 1; hęc 2d. i) agri 4. k) nec nostro *des.* 4. l) h. iud. pr. s. 3a.d; iud. hom. 3b. m) uos 4. n) ficta 4. o) ferre 4. p) etsi 4. q) sunt 4. r) perc. 3d. s) quae — faciunt *des. edd. altera et tertia*; quae *deest* 4; quę c. kath. sunt faciunt 3c. t) sacerdotali 3d. u) verecundia vestra 4. v) undis 3d. w) in 1. 3a. *edd.* x) inc. mai. 3a.b. y) *deest* 4. z) qua 3d. a) sua priv. pot. 3; sua potestate 2. b) *deest* 3a.b.d. c) habeat v. P. 3a; v. h. P. 3b. d) euvangelica 1. e) hoc 4. f) discentes *ed. tertia.* g) syn. prov. 3a. h) satanan 3a.b; satha 4. i) vr̄is 3a.b. k) et 4. l) corripit 3c. m) *deest* 3a. n) non pot. eccl. 3d; excudere 2. o) virtute 3a.b. p) pontificus 4. q) malum *Vulg.* r) bonum est *edd.* s) dicunt 3a. t) secutus 4. u) hic 2; hi 4. v) term. patr. 3a. w) *deest* 1; vinc. pacis *edd. altera et tertia.* x) corr. a. 4. y) dom. doc. 1. 3c. *edd.* z) linquas 4. a) quod 4.

1) *Epist.* 233, *p.* 99: Si autem in hoc langore insanabiliter aegrotaverit, non est nostrum iudicare de summo pontifice; *cf. Disputatio supra p.* 664; *Esmein, La question des investitures etc. l. l. p.* 167 *sq.* 2) *Epist.* 233: Vult enim haec sententia praecepta praesidentium ad cathedram pertinentia obedienter impleri, etiamsi tales sint quales erant pharisaei, non eos factiosa conspiratione a suis sedibus removeri. Si vero ea praecipiant quae sint contra doctrinam euangelicam vel apostolicam, ibi eis non esse obediendum exemplo docemur Pauli apostoli *etc.* 3) *Cf. Epist. Paschalis II. ad Heinricum V. a.* 1111, *Oct.* 26 *(Cod. Udalr. nr.* 158*), Jaffé, Bibl. V, p.* 283: non solum longius positi, sed ipsi etiam qui circa nos sunt cervicem adversus nos erexerunt; et intestinis bellis viscera nostra collacerant et multo faciem nostram rubore perfundunt.

tentiam suam suorumque predecessorum[a.1] de remissis Germanico regi investituris fecisse videtur filiali caritate excusamus[b]. Non[c] enim prevaricator est legis qui delinquit in lege aliqua fallente[d] surreptione[e] vel impellente necessitate, sed qui legem impugnat studiose et delictum suum non curat agnoscere. Unde[2] hunc[f] excessum eius non tantum[g] non[h] accusamus, sed dictante ratione approbamus, si imminente strage populi paterna caritate cum nonnullo[i] vulnere suo se tantis periculis voluit obicere, ut maioribus morbis posset[k] sincera caritate subvenire. Nec ipse primus nec solus factus est[l] dispensator dominicorum[m] preceptorum, quia mediator Dei et hominum, cuius vita[n] in terris disciplina[o] fuit morum, primo precepit discipulis, ut non ferrent sacculum[p] Luc. 10, 4. neque peram, quia tunc nulla[q] urgebat[r] necessitas; imminente[s] vero tempore passionis suae, sciens eos penuriam panis passuros, cum transirent de loco ad locum, temperavit preceptum, dans eis licentiam, ut ferrent peram et sacculum[p], non iam imperans cupiditati, sed[t] indulgens necessitati. Luc. 22, 36.

Ita cum hereses diversi generis pullularent per diversas partes mundi, ut catholici territi severitate sententiae hereticorum seductiones[u] caverent, severissime preceptum est, ut revertentes ab heresi vel[v] clerici non fierent, vel clerici non manerent. Pro cuius rigore decreti cum[w] ecclesia maxima[x] dampna patereturʸ, prudens discretio religiosorum[z] voluit et docuit mutandam esse sententiam et ab heresi revertentes et catholicam unitatem profitentes fraterne suscepit et in honoribus suis manere concessit, iudicans melius esse, ut[a] fieret aliquod vulnus in cortice matris[b] arboris quod caritas sanaret, quam aecclesia de omnibus, quos posset, sua membra non colligeret. Postremo quod quidam investituram heresim[c] vocant, cum heresis non sit nisi error in fide[3], sicut enim fides cordis Rom. 10, 10. est[d] ad iustitiam, oris autem confessio ad salutem: ita heresis error[e] est ad impietatem, professio vero eiusdem[f] erroris ad[g] perniciem. Et fides et error ex[h] corde procedunt. Investitura vero illa, de qua tantus est motus, in solis est[i] manibus dantis et accipientis, quae bona et[k] mala agere[l] possunt, credere vel errare in fide non possunt. Ad haec[m], si haec[n] investitura heresis esset, ei renuncians[o] sine vulnere ad eam redire non posset. Videmus[p.4] autem in partibus Germaniarum et Galliarum multas honestas personas[5] pur-

a) precessorum 3d. b) *deest* 3d. c) n. est en. 3a. d) de fallente, de *del.* 4. e) subreptione 3b.c. 4. f) exc. h. 3b. g) tamen 4. h) tant. excusamus 3d. i) non multo 3a. k) possis 4. l) *deest* 3a.c.d. m) domini eorum 3d. n) ut 4. o) disc. mor. f. 3a. p) saculum 2. q) illa 4. r) urgebat nulla nec. *ed. princ.*; nec. urg. *ed. altera et tertia.* s) iminente 2. t) set 2. u) seditiones 4. v) vel cler. non fier. *om.* 1; vel non fier. cl., vel post n. man. 3a; v. n. f. vel post cl. n. man. 3b.c. w) ne 3a.b.c. x) magna 3a. y) paterentur 3a. z) virorum *add.* 2. a) *deest* 4. b) maris 3d. c) in her. 4. d) ad iust. est 3d. e) est error 2. f) vero heresis ad 3c; v. eidem ad 3a. g) est ad 3d. h) de 4. i) et 2. k) vel 4. l) facere 4. m) hoc 3b. n) inv. h. *edd.* o) reûtentes 3a.b; reverenciam 3c. p) videamus 3c.

1) *Cf. Epist.* 233, *p.* 99: De investituris ecclesiarum, quas laici faciunt, sententiam praecedentium patrum Gregorii et Urbani, quantum in me est, laudo atque confirmo. *Idem iisdem fere verbis Paschalis postea in synodo Romana a.* 1112. *m. Martio celebrata (Mansi XXI, col.* 50*) pronuntiavit; cf. Beraldi abb. Farf. epist. ad Heinricum V, Cod. Udalr. nr.* 162, *ed. Jaffé p.* 289; *Schum l. l. p.* 33. 88. 89, *n.* 1. 2) *Epist.* 190, *p.* 82: Unde necessitati temporum cedendum esse apostolica docet sublimitas et orthodoxorum consulit auctoritas dicens: quia ubi populorum strages iacent, detrahendum est aliquid canonum severitati, ut maioribus morbis sanandis caritas sincera subveniat. 3) *Cf. Humberti praef., Libelli I, p.* 101: Hereticus autem est, qui a fide catholica dissentit. 4) *Cf. Bernheim, 'Zur Gesch. des Wormser Concordats', Göttingen* 1878, *p.* 10. 5) *Praeter Ivonem ipsum Anselmum episc. Lucensem, Ottonem Bambergensem, Brunonem archiep. Treverensem.*

gato isto[a] nevo[b] per quamlibet satisfactionem pastorales virgas reddidisse et per manum apostolicam refutatas investituras recepisse[1]. Quod summi[c] pontifices minime fecissent, si in tali investitura[d] heresim et peccatum in[e] Spiritum sanctum latere[f] cognovissent. Cum[2] ergo[g] ea, quae[h] aeterna lege sancita non sunt, sed pro honestate et utilitate ecclesiae instituta vel prohibita pro eadem occasione ad tempus remittuntur, pro qua inventa sunt, non est institutorum dampnosa prevaricatio, sed laudabilis et saluberrima dispensatio. Quod cum multi[i] minus studiosi minime attendant, ante tempus iudicant, spiritus mobilis et spiritus stabilis[k] non intelligentes differentiam[l]. Si quis vero laicus[m] ad hanc prorumpit insaniam, ut in datione et acceptione virgae putet se posse[n] tribuere sacramentum vel rem sacramenti ecclesiastici, illum prorsus iudicamus hereticum non propter manualem investituram, sed propter presumptionem diabolicam. Si vero congrua volumus rebus nomina[o] dare, possumus dicere, quia[p] manualis illa investitura per laicos facta alieni iuris est pervasio[q] et sacrilega presumptio, quae pro libertate ecclesiae et honestate salvo pacis vinculo si fieri potest funditus abscidenda[r] est. Ubi[s] ergo sine scismate auferri potest[t], auferatur. Ubi sine scismate auferri non potest, cum discreta reclamatione differatur. Nichil enim[u] tali pervasione[v.3] demitur sacramentis ecclesiasticis, quominus sancta sint, quia aput quoscunque sunt[w] ipsa sunt[x], sive aput eos, qui intus[y], sive aput eos, qui foris sunt[z]. Haec scripsimus dilectioni vestrae parati refelli sine contumatia, si melius his quae scripsimus nos[a] docuerit[b] vestra[c] prudentia, quod munitum sit scriptura canonica. Valete[d].

2.

[Iosceranni responsio.]

Ioscerannus[e] primae Lugdunensis sedis archiepiscopus Daimberto[f] Senonensi archiepiscopo salutem.

Quoniam sapienti pauca sufficiunt, fraternitatem tuam paucis convenire decrevimus et, quia in multiloquis peccatum non deerit, multitudinem verborum evitantes[g] ad prolixitatem tuam qua[h] potuimus brevitate respondere curavimus. Quaedam itaque proposuisti, in quibus partim personam nostram de presumptuosa elatione notare[i], partim Lugdunensis ecclesiae dignitati[k] derogare, partim vero in tocius[l] ecclesiae corpus[m] inexpiabilem nevum[n] inducere velle videris. Primum ergo est, ut nosmet ipsos expurgantes ad cetera liberiores et expeditiores accedamus. Placuit enim discretioni[o] tuae[p],

a) illo $3^{a.b}$. b) nervo 3^{d}. c) sumi 4. d) vestitura 3^{b}. 4. e) et 4. f) *deest* $3^{a.b.d}$. g) vero $3^{a.b}$. h) *deest* 3^{c}. i) multo $3^{a.b.c}$. k) immobilis *edd.*; est *add.* 4. l) *deest* 4. m) ad h. laicus 4. n) trib. posse 1. *edd.* o) omnia 2. p) quod *edd.* q) persuasio 3^{b}. 4. r) abscind. 4. *edd.*; abscidendum 3^{d}. s) Ubi ergo — auferatur *des.* 1. t) potest — auferri *om.* 2. 3. u) *deest* 3^{d}. v) persuasione $3^{b.c}$. w) *deest* 3; sint *edd.* x) sint 3^{a}; ipsa sunt *om. edd. altera et tertia.* y) sunt *add.* 4. z) eadem ipsa sunt *add. ed. altera et tertia.* a) vos 3^{c}. b) docuerat 3^{d}. c) pr. v. $3^{a.d}$. d) *deest* 1. e) Iohannes 1. *edd.*; *inscriptio deest* 2. 3; *alia manu add.* 3^{b}: rescriptum Lugdunensis Senonensi. f) Daimb. — sal. *des.* 1. g) dev. 3^{d}. h) que 4. i) enotare 3^{d}. k) dignitate 3. l) totius 2. $3^{a.d}$. m) *alia m. add.* 3^{d}. n) nervum 3^{d}. o) discretionis 4. p) tue *supra* vr̄e, *quod del.* 3^{d}.

1) *Cf. Gerhohi praepos. Reichersberg. Comment. in ps. IX (Migne, Patrol. CXCIII, col.* 785*):* Vidimus nos oculis nostris quosdam episcopos a simoniacis regibus investitos, qui poenitentia seu vera seu falsa ducti retulerunt pretium sanguinis, id est ipsum episcopatum ad domnum apostolicum abrenuntiantes tali administrationi, ad quam non erant canonice promoti *etc.*

2) *Cf. Epist. ad Hugonem supra p.* 645. 3) *Epist.* 233*:* Quocunque autem nomine talis pervasio proprie vocetur, eorum sententiam, qui investituras laicorum defendere volunt, scismaticam iudico.

ut nobis imponeres, quod te extra provinciam ad concilium apud Ansam[a] celebrandum invitaremus ad agendum de fide et investituris laicorum et ad iudicandum eas personas, de quibus non[b] est nobis[c] fas iudicare[1]. Testem itaque Deum et conscientiam[d] nostram adhibemus nos[e] neque extra provinciam neque ad iudicandum de illis personis fraternitatem tuam trahere voluisse, sed simpliciter dilectionis tuae presentiam ad colloquendum[f] et consulendum de diversis perturbationibus, quae in ecclesia Dei orta sunt, adsciscere[g] studuisse[h]: ut[i] laborem et meritum ac premium laboris et[k] meriti secum et cum aliis religiosis[l] viris participaremus[m]. Siquidem[n] cum prima Lugdunensis[2] provincia Lugdunensis[o] provincia[p] sit, nichilominus secunda et tercia Lugdunensis[q] provincia[r] est. Cum ergo primae sedis Lugdunensis praesul pro suis aut illorum[s] necessitatibus secundae vel terciae provinciae praesules[3] vocat[t], non ad aliam[u] provinciam trahit, sed rationabili et iusto ordine servato inferiora membra ad caput revocat[v], ut ei vel de adversitate condoleant[w] vel de[x] prosperitate congaudeant[y]. Nec prudentiam tuam latere credimus quoslibet metropolitas provincialia concilia intra suos fines convocandi ius habere. Qua autem habitudine suffraganei ad suos metropolitas se habent, eadem[z] metropolitae ad suos primates se habere noscuntur[4], videlicet ut[a] causae, quae apud inferiores[b] terminari nequeunt, apud superiores definiantur[c], nisi ad Romanam audientiam appellatum fuerit, salvis tamen singularum[d] ecclesiarum privilegiis. Utinam igitur[e], karissime[f] frater[g], serio dixisses te nolle[h] aut non audere antiquos terminos a patribus positos transgredi. Terminos vero Lugdunensis ac[i] Senonensis ecclesiae ab antiquis patribus[5] positos universa pene novit Latinitas. Mirari autem non sufficimus, quare plures personas ab ecclesiastico iudicio exclusas esse notaveris[k], nisi forte et omnes episcopos[l] in eadem emunitate[m] comprehendi volueris. Quodsi reges aut imperatores a pontificali iudicio eximere temptaveris, recurre ad magnum imperatorem Constantinum[6], qui in Niceno[n] concilio praesente papa Silvestro[o] huiuscemodi[p] verba

a) ansan 1; massā $3^{a.b}$. b) nobis non est 1. 3^{d}. c) fas nobis 3^{a}. d) adh. et consc. n. 3^{a}. e) neque n. 3^{a}. f) coll. et *om.* 4. g) addiscere $3^{a.b.c}$; asscisc. 3. h) studiose 3^{a}. i) et ut 3^{d}. k) ac 1. 3^{c}. *edd.* l) vir. rel. 3^{a}. m) participaremur 2. n) siqđ 3. 4. o) lugd. prov. *des. edd.;* lugd. *deest* $3^{b.d}$; prov. lugd. *deest* 3^{c}. p) providentia $3^{a.c}$; provincia providenda 3^{d}. q) lugd. *deest* 3^{b}. r) providenda 3^{d}. s) aliorum 3^{a}. t) vocant 3^{a}; vocantur 3^{d}. u) alienam 1. $3^{c.d}$. *edd.* v) revocant 3^{a}. w) condoleat 4. x) *om.* 3^{d}. y) congaudeat 4. z) *deest* 3^{c}. 4; *lacuna relicta* 4. a) *deest* 1. 2. $3^{b.d}$; ut vid. *edd.* b) inferiores —apud *om.* $3^{a.b}$. c) diffin. $3^{b.c.d}$. 4. d) singulariter 3^{d}. e) ergo 3^{c}. f) car. 3^{d}. 4. g) *deest* 2. h) non nolle 1; non velle 3^{d}. i) et 4; eccl. ac sen. 1. *edd.* k) noveritis 4. l) *deest* 3^{d}. m) unitate 3^{c}; *deest, lacuna rel.* 4. n) nich. 4; naceno 3^{d}. o) sylv. $3^{a.b.c}$. *edd.;* *deest* 3^{d}. p) huiusmodi $3^{c.d}$. *edd.*

1) *V. supra p.* 649. 2) *Haec nituntur in vetere Notitia Galliarum (ed. Mommsen, AA. IX, p.* 584 *sqq.), ubi quatuor provinciae ecclesiasticae Lugdunensis Galliae, scilicet Lugdunensis, Rotomagensis, Turonensis, Senonensis dicuntur* Lugdunensis provincia prima, secunda *etc. Hic est ille* catalogus civitatum *aut* catalogorum auctoritas, *quae in epistolis Urbani II. (J.* 5600.*) et Ivonis Carnotensis nr.* 50 *(ed. Paris.* 1647, *II, p.* 23*) commemorantur; cf. W. Gundlach, 'N. Archiv' XV, p.* 261, *n.* 1. 3) *Scil. archiepisc. Rotomagensem, Turonensem, Senonensem.* 4) *Eandem sententiam Gregorius VII. in epistola ad Iohannem Rotomagensem, Radulfum Turonensem, Richerium Senonensem archiepiscopos a.* 1079, *Apr.* 20 *(Jaffé, Bibl. II, p.* 374*) enuntiat:* ut saepe dictae Lugdunensi ecclesiae honorem et reverentiam . . . ita vos exhibere humiliter et devote procuretis, quemadmodum vobis a suffraganeis vestris reddi debere non dubitatis. 5) *Scil. in Notitia Galliarum supra memorata; cf. Ivonis epist.* 50. *l. l.:* primatum Lugdunensis ecclesiae, quem aliquando ex catalogis civitatum conicimus extitisse. 6) *Hoc et sequens Theodosii exemplum in omnibus fere libellis ecclesiam contra imperialia iura defendentibus profertur.*

legitur[1] habuisse: 'Vos', inquit[a], 'episcopi a solo Domino iudicandi estis'. Non ait[b]: 'Ego[c] et[d] vos a solo Domino iudicandi sumus'. Cum enim solos excludit episcopos, se procul dubio et omnes reges ecclesiastico subdit iudicio. Numquid culpas[e] factum clarissimi doctoris Ambrosii, qui Theodosium[f] imperatorem ob suam culpam excommunicavit? Numquid incusas[g] Gregorium septimum, qui regem Henricum[h] ob sua scelera[i] damp- 5
navit? Addidisti te vereri[k], ne forte patris nostri pudenda[l] in colloquio nostro revelarentur[2]. Timuisti certe[m], ubi non erat timor. Malumus enim absque dubio cum pietate verecundorum[n] filiorum[o] benedici, quam cum[p] inverecundia[q] irreverentis filii maledici. Atque[r] utinam[s] ipse pater pudenda[t], ut dicis, ista pro voluntate[u] nostra contegi pateretur. Causatus es praeterea periculosa[v] tempora, causatus[w] es[x] adversariae 10
partis robur ac multitudinem, causatus es[y] nostrae[z] partis debilitatem ac paucitatem. Et profecto quanto periculosiora[a] sunt tempora, tanto fortius servis Dei[b] adnitendum[c]
Matth 24,12. est, ne cum habundante iniquitate refrigescit[d] caritas multorum, refrigescat etiam[e]
Ioh. 16, 33. paucorum[f]. Nonne recordaris quid paucis discipulis Christus[g] dixerit[h]? *Confidite*, inquit, *quia ego vici mundum.* Si ergo doces diffidendum, victoriam mundi predicas et 15
Christi victoriam prosternis. Novum et inauditum philosophandi[i] genus ortari[k] contra fortes timidos, contra importunos desides[l], fieri in bello fugaces, in pace vero audaces, in periculo securos, in securitate providos. Intestabilis[m] magister navis, qui in tranquilla[n] serenitate artis suae fastigium[o] exercet, in tempestate vero clavum et cetera armamenta remittit. Ne verearis, frater, bonum semen seminavit Christus in agro suo, 20
cf. Matth. 13, 25. noli superseminare zizania, quae ultro crescunt et bonum semen suffocare nituntur[p]. Multiplicatur numerus malorum, habundant filii diffidentiae, sed potens est Christus[q]
Phil. 4, 13. suos confortare et adversarios prosternere. Quid enim ait apostolus? *Omnia*, inquit[r], *possum in eo qui me confortat*[s]. Numquid in solo Paulo[t] erat[u] Christus? Numquid in[v] eo solo omnia poterat? Credimus et confitemur, quia in omnibus et singulis fideli- 25
Matth. 28, 20. bus[w] omnia potest: *Ecce ego*[w], inquit, *vobiscum sum omnibus diebus.* Quod autem eos arguis, qui investituras ecclesiasticarum dignitatum per laicos factas inter hereses computant, non satis efficaciter facere videris[x]. Quamvis enim sicut catholica fides in[y] corde, ita[z] et hereticus error in corde maneat: tamen sicut[a] ex catholicis operibus[b]
Ib. 7, 16. catholicum sentimus, ita ex hereticis operibus hereticum cognoscimus. *A fructibus* 30
Luc. 6, 44. *eorum*[c], inquit Dominus[a], *cognescetis eos* et *unaquaeque arbor ex fructu suo cognoscitur.* Et licet exteriores[d] investituras[e] per laicos factas non satis[f] proprie heresis nomine censeamus[3], sentire tamen ac[g] defendere[h] fieri debere indubitata heresis est. Quod autem[i] nonnullis indultum esse dicis, quod de laicorum manibus investituras acceperint[k], quasi ad palpandum et extenuandum[l] hoc[d] crimen noveris[m] scriptum esse: quia 35

a) inquid 4. b) agit 3^a. c) *corr. ex* aego 4. d) *corr. ex* at 4. e) culpes 3^c. f) Teod. 2. 3^d. 4. g) incausas 3^d. h) heinr. 3^a. i) celera 3^d. k) veteri 4. l) verenda 2. m) enim $3^{b.c}$. n) verecundiorum 3^d. o) fil. suorum 3^a; s. fil. $3^{b.c}$. p) *om.* 3^d. q) inverecondia 1. r) utq; 3^d. s) ut^5 4. t) prudenda 2. u) voluntatem 4. v) p̄ . . . (*lacuna*) 4. w) accusatur *in loco raso, deinde corr.* accausatus 3^d. x) p̄terea *add.* $3^{a.b}$. y) *deest* 2. z) vestre 3^d. 40
a) periculosa 3^a. b) Dei . . . est (*lacuna rel.*); adnit. *deest* 4. c) est adn. *edd.* 1 (?). $3^{b.c}$. d) refrigescat $3^{a.d}$; refrigescet 3^b. e) et *ed.* 1. f) caritas pauc. 2. 3. *ed. tertia;* carit. etiam 3^a. g) iesus 3^d. h) dixit 3^d. i) g. phil. 3^a. k) hortari $3^{a.d}$. *edd.* l) fideles 4. m) detestabilis 3^a; instabat 4. n) tranquillitate artis 4; securitate *superscr.* vel serenitate 3^c. o) fastidium 3^d. p) enituntur 4; nitutuntur 3^b. q) d's $3^{a.b}$; dominus 3^c. r) enim 1. s) Christo *add. ed.* 45
t) in eo solo erat 4, *ubi* Paulo *deest.* u) *deest* $3^{a.b}$. v) in solo Paulo pot. omnia $3^{a.b}$; in eo s. pot. om. 3^d. w) *deest* 4. x) fac. velle vid. 4. y) est in 4. z) et ita hereticis 3^c. a) *deest* 3^a. b) ex operibus 4. c) inquit eorum $3^{a.b}$. d) *deest* 3^a. e) *om.* 3^a; *supra lineam* 3^b. f) *deest* $3^{a.b.d}$. g) et 4. h) defundere 4. i) Quod nū non null^9 4. k) acceperunt 3^d; acciperent 4. l) extenuandum $3^{a.b.d}$. m) nominis 3^d. 50

1) *Cf. Decretal. Pseudoisid. ed. Hinschius p.* 256. 2) *V. supra p.* 650. 3) *Cf. supra p.* 653.

quod[a] lex in praesenti indulget, in posterum vetat[1]. Unde constat, quia omnis indulgencia preteritorum criminum futurorum cautela[b] est et prohibitio*. Nichil ad tuum sive ecclesiae tuae ius pertinens usurpare volumus, solam obedienciam, quam metropolitanus primati[c] suo[d] debet, a te caritative requirimus. Obsecundare tibi sicut carissimo[e] fratri et invicem obsequium tuum recipere[f] parati sumus. Meminisse potes[g], quia ex quo amiciciam et familiaritatem Lugdunensis ecclesiae recuperasti[2], gratulanter te vidit et[g*] exultanter te[h] recepit, quanta potuit affectione honoravit. Noli, frater, omni spiritui[i] credere. Sensimus olim procellam istam[3], sed Deo favente, aliquamdiu[k] resedit et ipso faciente[l] quievit. Extra provinciam te trahere nolumus[m], sed[n] nec voluimus[o]. Credebamus enim et credimus convenientius esse, ut secundarum provinciarum[p] praesules ad primam provinciam pro causarum necessitate invitentur, quam primarum sedium pontifices ad secundas pro quibuslibet causis trahantur provincias. Alioquin quomodo stabit, quod in sacris canonibus cautum est[4], ut maiores causae ad suos referantur primates? Sed enim non esset causas ad primates referri, sed primates ad singularum provinciarum causas[q] reduci[r]. Postremo si primae sedis pontifex ad secundam vel terciam vel forte quartam provinciam[s] progrediens provinciam non excedit: profecto secundae[t] vel terciae vel quartae metropolitanus[u] ad primam vocatus[v] ad alienam provinciam non trahitur. Nullum enim causarum forum secundarum[w] provinciarum praesulibus convenientius est, quam sua prima provincia. Haec dilectioni[x] tuae sub brevitate rescripsimus: adversus quae[y], si quid parere[z] volueris sive cominus sive eminus, audire et respondere parati sumus. Vale[a].

*) *Edd.* 2. 3 *hic hanc sententiam, quae et in ed. principe et in codd. a nobis inspectis deest, addunt:* Sed et forsan formidas, quod iura tui praesulatus annullare velimus.

a) *deest* 3[a]. b) c. est *in marg. add.* 3[d]. c) primato 2; debet suo pr. 3[a.b]. d) *deest* 3[c]. e) karissimo 2. 3[b]. 4. f) suscipere 3[a.b]. g) debes 3[c]. g*) *om. ed. alt.* h) *deest* 3[d]. 4. i) spū 3[d]. k) aliquandiu 1; vel aliquamdiu, aliquando 3[c]. l) favente 3[a.b]. m) noluimus 2. 3[c]. *edd.* n) sed — vol. *om.* 3[a.b]. o) volumus 3[c]. *edd.* p) provinc. — causarum *om.* 4. q) causam? 1. 4. *edd.* r) reducet 4. s) prov. *om.* 2. 3[a.b]. t) vel sec. 3[d]. u) cum *add.* 3[a.b]. v) vocatur 1. 3[a.b.d]. *edd.* w) sd̄arū 3[d]. x) tuae dil. *edd.* y) qm̄ 3[a.b]. z) parare 1. *edd.* a) *deest* 1. 2.

1) *Cf. Epist.* 203, *p.* 87; *Dig. I, t.* 3, *l.* 22: Cum lex in praeteritum quid indulget, in futurum vetat; *Iv. Decr. XVI, c.* 192, *Opp. I, p.* 439. 2) *V. Urbani epist. ad Hugonem Lugdun. a.* 1099, *Apr.* 24, *Jaffé* 5788; *W. Gundlach, 'Der Streit der Bisthümer Arles und Vienne um den Primatus Galliarum', 'Neues Archiv' XV, p.* 262; *cf. Gotefridi Vindoc. epist. II,* 18, *ed. Sirmond, Opp. III, col.* 698: Audivi itaque domnum Senonensem cum illo fecisse pacem et omnem obedientiam illi, tanquam suo primati, promisisse. 3) *Dicit inoboedientiam Richeri Senonensis erga Hugonem Lugdunensem.* 4) *Cf. Decretal. Pseudoisid. ed. Hinschius p.* 121.

DISPUTATIO VEL DEFENSIO PASCHALIS PAPAE.

EDIDIT

ERNESTUS SACKUR.

Postquam Paschalis II. papa in concilio Lateranensi a. 1112. *mense Martio celebrato privilegium Heinrico V. de investituris concessum rescidit neque vero imperatorem ipsum excommunicare ausus est, clerici ubique in diversas partes discesserunt. Alii enim regem nequissimum, etiamsi papa promisisset se eum numquam esse excommunicaturum, ab ecclesia et communione catholicorum repellendum esse censebant, alii apostolicum, si sacramentum neglegeret, munere suo indignum fore iudicabant. Huius partis quidam, ut videtur, Gallus*[1] *vir litteratus*[2] *et altioris ordinis*[3] *erat, qui Italo cuidam, cuius nomen seu ordinem nescimus*[4]*, Paschalem, si Heinricum anathemate vinxisset, deponendum esse scripsit ecclesiamque Gallicanam de hac re — cuius rumores falsi Galliam pervolasse videntur — conqueri contendit. Qua de causa epistolam ante synodum Viennensem a.* 1112. *Sept. congregatam compositam esse arbitror, quia auctor post eam Gallicanam ecclesiam excommunicationi regis contrariam non potuisset dicere*[5].

Quibus litteris auctor opusculi infra edendi ita respondit, ut quaestio investiturae quomodo orta et quousque Heinrico IV. et V. regnantibus perducta sit, ostenderet atque privilegium a. 1111. *datum inde irritum esse demonstraret. Iure igitur regem excommuni-*

1) *Hoc ex his verbis libelli nunc edendi coniciatur:* De excommunicatione autem vel reexcommunicatione, quam dixisti in vestrum Romanum imperatorem, unde tota Gallicana ecclesia conqueritur, nec privatim nec publice eum fecisse adhuc audivimus, sed, ut fiat, omnis Gallicana ecclesia supplicando deprecatur; *W. Schum, 'Die Politik Papst Paschalis II.' p.* 46 *sqq. Azzonem episcopum Aquensem epistolam illam misisse rationibus vagis probare studuit.* 2) Cum vos ubertate pollentis scientie munitos esse credamus *dicit adversarius.* 3) *Cf. Schum p.* 40. 4) *Recte tamen Schum iudicasse videtur, cum auctorem cardinalem Romanum fuisse existimaret. Ex inscriptione libelli nimirum, qui* quorundam catholicorum cardinalium *legitur, nihil conici potest, cum sine dubio non ab auctore, sed a quodam librario temere addita sit. Quod enim in titulo dicitur* Paschalem non debere papam vocari, qui Henricum imperatorem excommunicavit, *auctor ipse in libro papam Heinricum non excommunicasse indicat. Elucet igitur scribam auctoris verba non recte intellexisse. Cf. etiam Schum l. l. p.* 40. *Quodsi de Lamberto episcopo Ostiensi auctore cogitat, coniectura vagior est, quam cui diutius insistamus.* 5) *W. Schum p.* 38. *librum inter diem* 15. *Sept. et Oct.* 20, *a.* 1112. *conditum esse censuit, i. e. post concilium Viennense et antequam decreta illius auctor agnosceret.*

candum esse, qui ecclesiam S. Petri dehonestasset. Saepius reges tali poenae obnoxios fuisse. Anulum autem et virgam signa esse spiritualia, quae pastoribus conferre laicis nequaquam liceret; immo regalium donorum, si quo signo tradenda essent, idoneum et proprium regibus signum esse sceptrum, quo principes ad episcopos et abbates bonis ecclesiasticis investiendos uterentur[1].

Auctor libelli neque fontium iuris canonici neque iuris Romani imperitus collectionem canonum adhibuisse videtur, quae ad collectiones Deusdedit aut Anselmi Lucensis propius accedebat. Quaedam capitula ad laicorum potestatem in rebus ecclesiasticis interdictam spectantia eadem fere forma ac libellus Deusdedit cardinalis contra simoniacos editus affert, unde utrum hoc ipsum opusculum an aliud ei propinquum exscripserit, eo magis dubito, quia alii quoque scriptores eiusdem aetatis eosdem fere locos simili ordine in libros suos receperunt[2]. *Praeter patrum conciliorumque dicta constitutionesque imperatorum Romanorum auctor noster epistolam Gregorii VII. ad Herimannum episcopum Mettensem datam notissimam litterasque, quas Iohannes episcopus Tusculanus ad Richardum cardinalem Albanensem de rebus a.* 1111. *inter imperatorem et papam gestis dedit, et Acta concilii Lateranensis narrationi suae fontibus non indicatis intexuit.*

Servatur opusculum in codice olim Aemilii Cavallerii episcopi Troiani iam Borbonico Neapolitano V. C. 46, *mbr., fol. saec. XII, ubi post Rabani Origines eadem manus in ultimis quatuor foliis subiecit*[3]. *Scripturam autem ultimi folii vetustate ita consumptam esse dolemus, ut non omnia iam legi possint neque pro certo sciamus, utrum libellus noster integer ad nos venerit necne. Sequitur enim locus* ex legibus Iustiniani *sumptus et quaedam ut videtur alia verba septem lineis semel divisis scripta, quae Schum ad libellum pertinere censuit, b. m. L. Bethmann et G. Waitz, qui codicem excusserunt, alienam appendicem existimasse videntur*[4]. *Edidit primus W. Schum b. m. opusculum nostrum in libro cui inscribitur: 'Die Politik Papst Paschalis II. gegen Kaiser Heinrich V. im Jahre* 1112', *p.* 67—88, *epistolis Paschalis II. ad Guidonem Viennensem et Girardum Engolismensem episcopos*[5], *quae in eodem codice leguntur, annexis. Dissertatione editioni suae praemissa notisque uberibus adiunctis W. Schum et nobis permultum profuit; nonnullis tamen locis ex lectionibus Bethmanni et Waitzii textum emendare licuit.*

Berolini, mense Iulio a. 1891. *E. SACKUR.*

INCIPIT DISPUTATIO VEL DEFENSIO QUORUNDAM CATHOLICORUM CARDINALIUM CONTRA QUOSDAM INSIPIENTES ET[a] SCISMATICOS, IMMO HERETICOS, QUI CONABANTUR ASSERERE DOMNUM PAPAM PASCHALEM NON DEBERE PAPAM VOCARI, QUI HENRICUM IMPERATOREM EXCOMMUNICAVIT PRO SACRILEGA PRODITIONE, QUAM FECIT IN ECCLESIA BEATI PETRI[b], QUANDO IPSUM PAPAM ET EPISCOPOS ET CARDINALES FRAUDULENTER CEPIT ET IN CAPTIONEM POSUIT.

Vidimus litteras, quas ad nos direxistis; vidimus et mirati sumus. Miramur enim, cum vos libertate pollentis scientie munitos esse credamus, cum tantarum questionum pelagus procellosum attemptare presumpseritis, ut domnum Paschalem nec

a) vel *Sch.* b) P. c.

1) *Cf. Schum l. l. p.* 13. 2) *V. praefationem ad Libellum contra simoniacos supra p.* 295. 3) '*Archiv*' *XII, p.* 517; *Schum p.* 38. 4) *His enim partibus legendis non tantam operam dederunt quantam impendissent, si opusculi ipsius esse existimassent. Qua de causa quae Schum elicuit in usum meum verti.* 5) *Jaffé, Regesta pont. Roman. nr.* 6313. 6327.

dici nec haberi posse apostolicum irrationabiliter proferatis, si regem Henricum post concessas illi investituras episcopatuum excommunicaverit. Unde, ne ventorum turbine graviter commoti, ne velut in profundum maris tantis involuti questionibus demergamini, ad portum veritatis artis rationibus vos revocare cupimus. Fraterne siquidem mortis incurrit crimen, quisquis cum potest fratrem a morte minime revocat[1].

De investituris[a] ergo, de quibus proposuistis, talis[b] habetur ratio. Hec est enim illa investitura episcopatuum, pro qua Henricus rex, pater huius Henrici, fuit excommunicatus a Gregorio septimo in plenaria sinodo in ecclesia Salvatoris[2], deinde ab Urbano in Placentina synodo[3] et in Arvernensi concilio[4] et in ecclesia sancti Petri apud Romam[5]. Quam excommunicationem filius Henrici animadvertens, tactus quasi amore Dei, sed plus tactus cupiditate regni, ipsam investituram esse scelus reputans, in manibus Riccardi Albanensis et Geboardi Constantiensis[6] episcoporum dimisit[7] nec ulterius tenendam penitus dereliquid, et quia communicaverat patri excommunicato, penitentiam egit. Deinde patrem convenit, et, ut ab excommunicatione se retraheret
1105, Dec. et investituram dimitteret, diligenter ammonuit[8]. Cuius precibus vel consiliis pater minime adquievit. Sic itaque filius communicato consilio patrem fraudulenter cepit et in artissima custodia[9] tandiu tenuit, donec coronam regni et imperii, lanceam, crucem et
1106, Mart. cetera regalia insignia reddidit[10]. Sic pater omni honore destitutus Leodium fugit[11],
Aug. 7. ubi tam doloris cruciatu quam mortis periit[12]. Pro[13] hac igitur investitura recuperanda et tenenda idem rex Romam adiit et dolose egit, unde multa mala exorta sunt. Romam igitur venit, obsides dedit domno pape, ne investituram, quam vivente patre dimiserat, ulterius usurparet. Illud etiam pro pace perficienda adiunctum est, ut, si rex vellet, res ad regalia pertinentes reciperet, et ipse ecclesiis oblationes, patrimonia, emptiones, donationes et omnes earum res quietas dimitteret. His[c] igitur omnibus sacramentis
1111, Febr. ab utraque parte [peractis[d]] et obsidibus datis[14], cum domnus papa ad excipiendum eum ad beati Petri ecclesiam cum Romanis fere omnibus exisset et ei obviam cruces, turibula, iudices et alios ordines, sicut consuetudo exigit, direxisset: ipse quidem rex usque ad atrium aecclesiae pacifice venit[15], lupum portans sub ovina pelle, et osculatis pedibus domni pape, ipse ab eo amplexatus et tercio osculatus est, et mox in aecclesiam cum summis laudibus ductus, ipsum papam, ipsum capud nostrum cum episcopis, cardinalibus, clericis, cum omnibus fere nobilibus Romanorum de cathedra violenter eduxit et cepit et in captione artissima detinuit; cruces, turibula et omnia fere ecclesiarum ornamenta a satellitibus eius invasa sunt, postpositis sacramentis et dimissis obsidibus. Igitur quam male eum ceperit, quam male tenuerit[e], totus mundus novit. Compulit itaque

a) maiestatis iuribus *perperam Sch.* b) talis patet responsio *post superscr. c.* c) De his *c.* d) *deest c.* e) tenuit *c.*

1) *Widonis epist. ad archiepisc. Mediolan., Libelli de lite I, p.* 5. 2) *Aut in synodo Romana a.* 1076. *celebrata, aut a.* 1080. *habita.* 3) *A.* 1095, *Mart.* 1—7. *celebrata; Jaffé, Reg. pont. Rom. ed.* 2, *I, p.* 677. 4) *Claromontano, a.* 1095, *Nov.* 18—28. 5) *A.* 1099, *April.* 6) *Cf. Ann. Hildesheim. a.* 1104. 1105. 7) *Cf. Gerhohi de Reichersberg Liber de investig. Antichr. I, c.* 26, *ed. Scheibelberger p.* 60. 8) *Confluentiae a.* 1105, *Dec.; cf. Epist. Heinrici IV. ad Philippum I. a.* 1106, *Febr. Mart.; Jaffé, Bibl. V, p.* 242 *sq.* 9) *In castro Beckelheim prope Bingam.* 10) *Cf. epistolam supra commemoratam l. l. p.* 244, *qua auctor libelli sine dubio usus est.* 11) *Mense Martio a.* 1106. 12) *A.* 1106, 7. *die August.* 13) *Cf. Ep. Iohannis episc. Tusculani Richardo Albanensi missa, quam auctor noster exscripsit, Mansi XXI, col.* 59—63: His igitur omnibus sacramentis ex utraque parte peractis et obsidibus datis cum ad coronandum eum ad ecclesiam beati Petri papa exiret, postpositis sacramentis et dimissis obsidibus, cum in ipsa ecclesia cum episcopis et cardinalibus et multis Romanis violenter cepit et in captione arctissima detinet. 14) *A.* 1111, *Febr.* 4. 15) *Febr.* 12.

ipsum papam, ut investituras ei concederet, privilegio confirmaret, nec anathema super eum ulterius poneret[1]. Fecit ei scripta, que non sunt iure tenenda: scripta[2] que in ipsius regis tentoriis, ubi papa cum multitudine clericorum et civium Urbis et totius provinciae custodiebatur, pro libertate ecclesiae, pro absolutione captivorum omnium et pro excidio, quod ecclesie, Urbi et universe provinciae superincumbente[a] undique gladio imminere videbatur, de electione seu de investituris personarum facta sunt, videlicet ut electione libere facta sine vi et symonia consensu regis, facultatem habeat rex investiendi per virgam et anulum, et electus a clero et populo non consecretur, nisi prius a rege investiatur. Hec vero scripta canonica censura cassa omnino et irrita ab ipso eodem papa Paschali iudicantur, et sub dampnatione perpetua permanere decernuntur, ut nullius unquam auctoritatis sint et nullius bonae memoriae, quia contra canones, contra decreta patrum, contra universalia concilia facta sunt. Habemus et de concilio Calixti pape[3], quod *nulli imperatori vel cuiquam pietatem custodienti licet*[b] *aliquid contra mandata divina presumere. Iniustum ergo iudicium et definitio iniusta regio metu aut iussu aut cuiuscumque episcopi aut potentis a iudicibus ordinata vel acta non valeat.* Item eiusdem Calixti[4]: *Nulli vero dubium est, quod apostolica ecclesia mater sit omnium ecclesiarum, a cuius vos*[c] *regulis nullatenus convenit deviare. Et sicut filius venit facere voluntatem patris, sic et vos voluntatem vestrae impleatis matris, que est ecclesia, cuius caput, ut predictum est, Romana existit aecclesia. Quicquid ergo sine discretione iustitie contra huius disciplinam actum fuerit, ratum haberi ratio nulla permittit.* Item eiusdem[5]: *Dilectissimis fratribus per Gallias constitutis universis episcopis Calixtus. Plurimorum relatu comperimus dilectionem vestram fervore Spiritus sancti ita aecclesiae gubernacula firmiter contra impetus tenere et regere, ut naufragii detrimenta Deo auctore non sentiat. Talibus ergo gloriantes indiciis, rogamus et*[d] *precipimus, ne in illis partibus vestris*[e] *contra statuta apostolica quicquam fieri sinatis; sed nostra fulti auctoritate, nociva compescite, illicita prohibete.* Sic igitur scripta facta de investitura laicali deleantur de libro memoriae. Habemus ex concilio Calcedonensi[6]: *Si quis presbiter vel diaconus per secularem dignitatem ecclesiam Domini optinuerit, deiciatur, et ipse et ordinator eius a communione modis omnibus abscidantur*[f]*, et sub anathemate sint, sicut Symon magus a Petro.* Ex[7] septima synodo universali habita a quinque patriarchis cum trecentis quinque patribus subprimo Adriano pontifice Romano: *Omnis electio episcopi vel presbiteri aut diaconi a principibus facta irrita maneat secundum regulam quae dicit: Si quis episcopus secularibus potestatibus usus, ecclesiam per ipsas optinuerit, deponatur et segregetur, omnesque qui illi communicant.* Ex concilio Symachi pape CCXVIII[g] episcoporum[8]: *Non placuit laicum statuendi aliquid in aecclesia habere*

a) incumbante *c.* b) liceret *Sch.* c) vox *corr.* vos *c.* d) et prec. *des. H.* e) *deest H.* f) abscindatur, sicut S. m. a Petro *H.* g) ducentorum X et VIII *rectius? Sch.*

1) *Cf. Acta conc. Lateran. a.* 1112, *Mansi XXI, col.* 49. 2) *Quae sequuntur ex Paschalis epist. Guidoni episc. Vienn. missa, Mansi XX, col.* 1008, *sumpta sunt; cf. Giesebrecht, 'Kaiserzeit' III, p.* 1201, *qui hanc epistolam post synodum Lateran. a.* 1112. *scriptam esse censet.* 3) *Epist. I, c.* 6, *Hinschius p.* 137; *Deusdedit Coll. can. IV, c.* 33, *ed. Martinucci p.* 360; *Libellus III,* § 13, *supra p.* 354. 4) *Ibid. c.* 2, *Hinschius p.* 136; *cf. Deusdedit Coll. I, c.* 60, *p.* 67; *ubi desunt verba:* a cuius — existit aeccl. 5) *Epist. II, c.* 7, *Hinschius p.* 137. 6) Ex concilio Antiocheno *Deusd. libell. I,* § 7; *Canon. apost. c.* 30, *Mansi Coll. I, col.* 54; *Hinschius p.* 29: Si quis episcopus aut presbyter aut diaconus per pecunias hanc obtinuerit dignitatem, deiciatur *etc.* 7) *Deusdedit libellus contra invasores I,* § 7, *supra p.* 305: Ex septima synodo universali habita a quinque patriarchis cum CCCL patribus sub primo Hadriano pontifice Romano. *Est synodus a.* 787. *habita ex interpret. Anastasii bibliothec. ap. Mansi XIII, col.* 419; *Grat. Dist. LXIII, c.* 7. 8) *Syn. Romana a.* 502, *c.* 3, *Mansi VIII, col.* 267; *Thiel, Epist. Rom. pont. I, p.* 688; *Deusdedit Coll. can. IV, c.* 46, *p.* 368: Ex Simachi episcoporum CCXVIII; *Libellus I,* § 7.

aliquam potestatem, cui subsequendi manet necessitas, non auctoritas imperandi. Ex concilio Nicolai iunioris capit. VI[1]: *Constituimus, ut per laicos quilibet clericus aut presbiter nullo modo ecclesiam optineat, nec gratis nec pretio.* Stephani pape[2]: *Laicis, quamvis religiosi sint, nulla*[a] *tamen de ecclesiasticis facultatibus aliquid disponendi legitur attributa facultas.* Ducentorum quadraginta episcoporum sub primo Nicolao pontifice capite[b] [XXII[c] ex] octava[d] sinodo universali habita a quinque patriarchis cum patribus[3]: *Promotiones et consecrationes episcoporum, concordans prioribus conciliis electione ac decreto episcoporum fieri, hec sancta universalis synodus definivit et statuit atque iure promulgavit neminem laicorum principum vel potentum semet inserere electioni vel promotioni patriarche vel metropolite aut cuiuslibet episcopi, ne videlicet inordinata hinc et incongrua fiat confusio vel contentio; presertim cum nullam*[e] *in talibus potestatem quamquam*[f] *laicorum potestativorum habere conveniat. Sed potius silere et adtendere sibi, usquequo regulariter a collegio ecclesiae suscipiat finem electio futuri pontificis.* Et beatus Ambrosius dicit[4]: *Ad imperatores pertinent palatia, ad sacerdotes ecclesiae. Imperator non habet ius sacrorum, sed publicorum.* Iohannes papa[5]: *Si*[g] *imperator catholicus est, salva pace ipsius dixerimus, filius est, non presul aecclesiae: quod ad religionem competit, discere ei convenit, non docere. Habet privilegia potestatis sue, que administrandis legibus*[h] *publicis divinitus est*[i] *consecutus, et eius beneficiis non ingratus contra dispositionem celestis ordinis nil usurpet. Ad sacerdotes enim Deus voluit que ecclesiae sunt*[k] *disponenda pertinere, non ad seculi potestates; que si fideles sunt, aecclesie sue et sacerdotibus voluit esse subiectas. Non sibi vendicet alienum ius et ministerium, quod alteri deputatum est, nec*[l] *contra eum tendat abrumpi*[m]*, a quo omnia constituta sunt, et contra illius beneficia pugnare videatur, a quo propriam consecutus est potestatem. Non a*[n] *legibus publicis, non a potestatibus seculi, sed a pontificibus et sacerdotibus omnipotens Deus christianae religionis clericos*[o] *et sacerdotes voluit ordinari et discuti recipique de errore remeantes. Imperatores christiani subdere debent execrationes*[p] *suas aecclesiasticis presulibus, non preferre.* Iohannes papa octavus[6]: *Et quia pridem apostolicae memoriae predecessoris nostri papae Nicolai ad ipsum iam inspiratione celesti revelatum*[q] *fuisse comperimus, elegimus Carolum hunc, Caroli magni nepotem, et approbavimus una cum adnisu et voto omnium fratrum et coepiscoporum nostrorum atque sanctae Romanae aecclesiae ministrorum amplique*[r] *senatus totiusque populi Romani gentisque togate. Et secundum priscam consuetudinem sollempniter ad imperii Romani populi sceptra provexímus et augustali nomine decoravimus, ungentes eum oleo extrinsecus, ut interioris quoque Spiritus sancti unctionem monstraremus; constituentes ad imitationem scilicet veri regis Christi domini nostri, ita ut quod ipse possidet per naturam iste consequatur per gratiam. Denique non hic perpetuus augustus ad tanta fastigia se velut improbus intulit, non tamquam importunus fraude aliqua vel machinatione prava aut hyanti ambicione ad imperialem*

a) nulli? *c.*; nulla *Sch.* b) capitulum *Sch.* c) *supplevi ex Deusd.* d) octavo? *c.*; VIII[a] *Sch.* e) nulla *c.* f) quam *post add. c.* g) Sed *Gel.* h) publ. rebus *G.* i) cons. est *G.* k) disp. s. *G.* l) ne *G.* m) aut rumpi *c.*; abrupte *G.* n) *deest G.* o) dominos *G.* p) exsecutiones *G.* q) *post add. c.* r) apostolicique *Deusd.*

1) *Conc. Rom. a.* 1059, *Apr.* 13, *c.* 6, *Mansi XIX, col.* 898; *Deusdedit Coll. can. II, c.* 51, *p.* 194; *Deusd. Libellus IV,* § 1: In concilio Nicolai iunioris episcoporum CXIII, cap. VI; *supra p.* 355. 2) *Stephani I. epist. II. c.* 12, *Hinschius p.* 186. 3) *Ex interpret. Anastasii bibl., Mansi XVI, col.* 74; *Deusd. Libellus I,* § 7: Ex VIII. synodo item universali habita item a quinque patriarchis cum patribus CCXL sub primo Nicolao pontifice cap. XXII. 4) *Ep.* 20, § 19, *Opp. ed. Bened. II, col.* 857. 5) *Gelasii I. epist.* 1. *ad episc. Orient.* § 10, *ed. Thiel p.* 292; *Dist. XCVI, c.* 11. 6) *Deusdedit Coll. can. IV, c.* 52, *ed. Martinucci p.* 377.

apicem aspiravit. Absit! Neque enim sibi honorem presumptuose assumpsit, ut imperator fieret, sed tanquam desideratus, optatus, postulatus a nobis et a Deo vocatus et honorificatus, ad defendendam religionem et Christi ubique servos tuendos humiliter ac obedienter accessit, operaturus et roboraturus in imperio summam pacem et tranquillitatem et in aecclesia Dei iustitiam et exaltationem. Nisi enim nos talem eius cognovissemus intentionem, nunquam animus noster fieret tam promptus ad ipsius provectionem. Gelasius Anastasio imperatori[1]: *Duo sunt, imperator auguste, quibus principaliter hic mundus regitur: auctoritas sacrata pontificum et regalis potestas. In quibus tanto gravius est pondus sacerdotum, quanto etiam pro ipsis regiminibus*[a] *hominum in divino reddituri sunt examine rationem. Nosti enim, clementissime fili, quoniam*[b] *licet presidens humano generi dignitate, tamen presulibus divinarum rerum devotus colla submittis, atque ab eis causas tue salutis expectas. Hincque*[c] *sumendis celestibus sacramentis eisque ut competit disponendis*[d] *subdi debere te cognosceris*[e] *religionis ordine potius quam preesse. Itaque inter hec illorum te pendere iudicio, non illos ad tuam velle redigi voluntatem.* Et post pauca: *Si cunctis generaliter sacerdotibus recte divina tractantibus fidelium convenit colla*[f] *submitti, quanto potius sedis illius presuli consensus est adhibendus, quem cunctis sacerdotibus et divinitas summa voluit preminere*[g]*, et subsequens aecclesie generalis iugiter pietas celebravit!*

Talibus exemplis et talibus his documentis optime possumus perpendere investituram episcopatuum ad regem minime pertinere. Si vero electus non consecratur, nisi prius a rege investiatur[2], sic veridica ratione dicimus nullum in ecclesia eligendum, nullum in ecclesia consecrandum, quem constat per manum regis investiendum. Qui enim per manum regis domum Dei ingreditur et dispensator ecclesiae constituitur[h], ad hoc ut fiat hereticus promovetur. Legimus etenim Dei filium veritatis magistrum profitentem et dicentem: *Ego sum hostium.* Qui vero per Christum in domum Dei non ingreditur, ut fur et latro intrare approbatur. Ergo manus regis non est concessio legis[3]. Legimus humanas leges et divinas, in quibus non imperatoribus, non regibus, non quibuslibet principibus de investituris episcopatuum aliquid disponendi in ecclesia legitur concessa potestas. Novimus enim regem vel imperatorem non sine causa gladium ferre, caput populi esse, mediatorem cleri et plebis, et in ecclesia legem, pacem et iusticiam conservare. Novimus enim, quia Ozias rex ingressus templum Domini, cum vellet turificare, a sacerdotibus sit ei prohibitum; quod ipse graviter ferens incensum adolevit, et lepra percussit eum in fronte, et sicut sacerdotes eiecerunt eum de templo. Novimus, quia Ooza, cum arca Domini deportaretur et inclinaretur, volens eam manu relevare, mortuus est. Novimus, qualiter Dathan[i] et Abiron, cum vellent turificare, terra degluttivit eos.

Ioh. 10, 9.

cf. Rom. 13, 4.

cf. 2. Paral. 26, 19.

cf. 2. Reg 6, 6. 7.

cf. Num. 16, 27—32.

Sufficiunt nobis exempla tam veteris quam[k] novi testamenti, quod ad regem non pertineat episcopalis investitura. Nunc transeamus ad ea que nobis proposuistis: Paschalem nec dici nec haberi posse apostolicum, si excommunicaverit regem Henricum. Rex enim Henricus merito est excommunicandus, qui fraudulenter, violenter ecclesiam ipsam, in qua vultus Domini, maxima pars crucis dominice, ubi corpora apostolorum Petri et Pauli et Mathie, ubi tot milia martirum quam confessorum requiescunt, ubi tot

a) regibus *G. D.* b) *ita c. Deusd.;* quod *G.* c) inque *G.*; Neque *D.* d) disponende *c.*; *sine dubio corruptum ex* disponendis. e) cognoscis *G.* f) corda *G.* g) praeeminere *G.* h) instituitur *Sch.* i) Data *corr.* Dathan *c.* k) *post add. c.*

1) *Gelasii epist.* 12. *ad Anastasium c.* 2, *ed. Thiel I, p.* 350—352; *Dist. XCVI, c.* 10; *Deusdedit Coll. IV, c.* 41, *p.* 364. 2) *Secundum conventionem factam inter Heinricum V. et Paschalem II. a.* 1111, *Apr.* 11; *Jaffé V, p.* 274; *cf. sententiam Gerardi Engolismensis ad Conc. Lateran., Mansi XXI, col.* 51. 3) *Nota proverbium.*

corpora Romanorum pontificum venerantur, ubi precipue venia delictorum impetratur, ipsam ecclesiam a beato Silvestro et a tantis et sanctis Romanis pontificibus consecratam, divina gratia illustratam, Constantiniana liberalitate munitam, cum tanta fraude non veritus est intrare, non veritus est violare. Qua satisfactione ductus potuit reconciliari, debuit coronari? Non est reconciliatus, sed ab universali aecclesia alienatus. Non est consecratus, sed execratus; non est coronatus, sed dampnatus. Nam qui legem debuit tueri, factus exlex per violentiam se fecit coronari. Ait[1] enim pretor in legibus:
Rom. 9, 3. *Quod vi aut metu fit ratum non habetur.* Ait Paulus apostolus: *Opto fieri anathema pro fratribus meis.* Habemus fundamentum tocius aecclesiae, quod, [cum[a]] ad vocem mulieris magistrum veritatis negaverit et eum se non nosse iuraverit, flendo et penitendo pristinam gratiam et claves regni celorum recipere meruit et in apostolatu permansit. Habemus et Marcellinum Romanum pontificem, qui ad sacrificandum ductus est, ut turificaret, quod et fecit, et post paucos dies ductus penitentia, pro fide Christi capite truncatus martirio coronatur[2].

Dominus enim Paschalis in tanta proditione captus non metu mortis sue[b] pavefactus cessit ventis, cessit aquiloni, subveniens naufragio periclitantis aecclesiae, subvenit urbi et patrie, satisfecit pro dolor! voluntati regie. Extorta sunt quedam sacramenta, extorta sunt scripta nefanda, quod numquam super eum ponat anathema. Quis audivit talia? Ignorat[3] vocem domini ac salvatoris nostri Iesu Christi dicentis
Matth. 16, 18. 19. in euangelio: *Tu es Petrus, et super hanc petram edificabo ecclesiam meam* et cetera usque *erit solutum et in celis.* Nunquid sunt reges excepti aut non sunt de ovibus, quas filius Dei beato Petro commisit? Unde scriptum est: *Non*[4] *est rex, qui non corrigit.* Recte igitur faciendo regis nomen tenetur, peccando amittitur. Unde et apud veteres dicitur: *Rex eris, si recte feceris; si non feceris, non eris*[5]. Quis[6] ergo in hac universali concessione ligandi atque solvendi a potestate Petri exclusum se estimat esse, nisi forte infelix ille, qui iugum Domini portare nolens, diaboli se subicit honeri et in numero ovium Christi esse recusat? Talibus[7] ergo instructi disciplinis talibusque fulti auctoritatibus, plerique pontificum, alii reges, alii imperatores excommunicaverunt. Nam si speciale aliquid de personis principum requiratur exemplum, beatus Innocentius papa Archadium[c] imperatorem, qui consensit, ut sanctus Iohannes Crisostomus a sede sua expelleretur, excommunicavit[8]. Alius item Romanus pontifex, Zacharias[d] scilicet, regem Francorum, non tam pro suis iniquitatibus, quam pro eo, quod tante potestati[e] non utilis erat, a regno deposuit et Pipinum Karoli Magni imperatoris patrem in eius loco substituit omnesque Francigenas a iuramento fidelitatis, quod illi fecerant, absolvit[9]. Et beatus Ambrosius, licet sanctus non tamen universalis ecclesiae[f] episcopus, pro culpa, quae ab aliis sacerdotibus non adeo gravis videbatur, Theodosium imperatorem excommunicans ab ecclesia exclusit. Et domnus Audorentius[g] archiepiscopus, sedis apostolicae vicarius, Lotharium regem, qui uxorem suam Theubergam dimiserat et Waldradam scortum duxerat, publice ex-

a) *deest c.* b) *loco raso c.* c) Adrianum *c.* d) Zachariã *c.* e) potestatis? *c.* f) *post add. c.* g) *sic legit Bethm.;* Ado Viennensis *corr. Schum, qui dicit litteras, quae* A *initialem sequerentur, legi non posse; legendum forte est:* Arsenius *vel* A. Ortensis, *cum nemo nisi Arsenius episc. Ortensis hic intellegi possit; cf. Regin. Chron. a.* 866*; Liber canonum l. l. p.* 496.

1) *Cf. Dig. IV,* 2, § 1*:* Ulpianus libro XI. ad edictum. Ait praetor: Quod metus causa gestum erit, ratum non habebo. 2) *Cf. Liber pontif. ed. Duchesne I, p.* 162. *Idem exemplum in epist. Ivonis ad Ioscerannum supra p.* 650*; apud Gerhoh. de Reichersberg, De investig. Antichr. I, c.* 64, *ed. Scheibelberger p.* 130. *et Epist. ad cardin., ed. Mühlbacher, 'Arch. f. österr. Gesch.' XLVII, p.* 370. 379. 3) *Sequentia sumpta sunt ex Gregorii VII. epist. Herimanno episc. Metensi scripta, Jaffé II, p.* 454. 4) *Cf. Hugo Floriac. I, c.* 4, *supra p.* 468*:* regis igitur ministerium est populum sibi subiectum ab errore corrigere. 5) *Isid. Etymol. IX,* 3, 4 *(Opp. ed. Arevalus III, p.* 420*) ex Horat. Ep. I,* 1, 59*:* At pueri ludentes, rex eris, aiunt, Si recte facies. Hic murus aheneus esto. 6) *Ex Gregorii epistola Herimanno missa.* 7) *Ibid. p.* 458. 8) *Cf. Liber can. contra Heinricum IV. c.* 25, *Libelli I, p.* 495. 9) *Lib. canonum l. l. p.* 496.

communicavit. Domnus quoque Avitus Viennensis[a] archiepiscopus cum fratre suo glorioso Apollinari Valentino regem Sigismundum, quia cuiusdam sui militis Stephani incestas nuptias defendere nitebatur, publice excommunicaverunt[1]. Nunquid nostris diebus papa Urbanus Philippum regem Francorum, qui uxorem suam dimiserat et aliam duxerat, non excommunicavit[2]? Ecce reges qui male egerint, qui inutiles fuerint, qui proditiones fecerint, qui adulteria vel periuria perpetraverint, dampnandi sunt, excommunicandi sunt, corrigendi sunt. Habent enim Romani pontifices suum speciale privilegium prava[3] corrigere, recta firmare, imperfecta perficere et illicita prohibere. Habet Romana ecclesia privilegium, quod prima sedes non iudicatur a quoquam. Sedem apostolicam, que est caput omnium Dei ecclesiarum, iudicare non audemus, nam ab ipsa nos omnes et a vicario suo iudicamur, ipse autem a nemine iudicatur. Sancti[4] etenim patres apud Calcedoniam detestati sint, ut Dioscorum Alexandrinum antistitem inter cetera, iccirco potissimum sine ulla restitutione dampnaverint, quia[b] ponens in celum os suum, lingua eius transeunte super terram excommunicationem in secundum[c] Leonem papam sanctum dictavit. Domnus enim Paschalis, quia pravum egerat, penituit et gaudio sue penitudinis filios aecclesiae letificavit, ut propheta dicit: *Nonne qui cadit non adiciet, ut resurgat?* Cum male scripsit, cecidit; cum correxit, resurrexit. Scriptum contra canones, quod male in tentoriis regis dictavit[5], in publica synodo[6] illud maledictum cirographum bene dampnavit et ut nullius bone memoriae, nullius umquam auctoritatis sit tenendum, apostolica terminatione excommunicavit[7]. Domnus quoque Paschalis recta firmare studet et studuit, cum Mantuanum electum[8] noverit a rege investitum, sicut excommunicatum ab electionis prelatione deposuerit, et eum iureiurando, ne ulterius se intromitteret, abiurare fecerit. Quisquis igitur iusticie regulas sic impudenter tali presumptione violare non formidat, ecclesiae sanctae dignitatem et auctoritatem et[d] totius christianae professionis titulum prorsus ignorat. Ille, inquam, tam[e] perfidus, sane mentis alienus, cur non perpendit sancitum esse in legibus[9], quod divini iuris est, id in bonis nullius esse? Cur iterum non recolit vocem Petri ecclesie magistri beato Clementi dicentis[10]: *Quicumque contristaverit doctorem veritatis, peccat in Christum et patrem omnium exacerbat Deum; propter quod et vita carebit.* Quicumque ergo mordaci dente domnum Paschalem tangere non metuis, facta David regis in spelunca latentis Saulis oram clamidis abscidentis diligenter intuere! Os enim Domini locutum est: *Quicumque ergo patri vel matri maledixerit morte moriatur.* Lex ergo imperatoria filium propter ingratitudinem iubet exheredandum[f.11]. Rex enim Henricus ecclesie inimicus, ignorans illud quod divini iuris est, non solum doctorem veritatis contristaverit, non solum patri carnali immo et spirituali maledixerit, sed alium carnalem regnum et imperium deserere, et alium spiritualem a iusticia declinare violenter coegit. Maledicit et matri, cum ecclesie sancte, cuius filius esse debuit, libertatem destruit et in faciem eius expuit, cum sacris patrum institutionibus refragando contradicit. Peccat in Spiritum sanctum, cum investituras, quae Spiritus sancti dona sunt, sibi usurpare innititur. Novimus etenim, quod anulus et virga pontificalia sunt insignia

Ierem. 8, 4.

cf. 1. Reg. 24, 5. Exod. 21, 17.

a) Urennus? *c.* b) *Quaedam amplius ap. Mansi.* c) *ita c.;* sanctum *L. Nic. Deusd.* d) ac *Sch.* e) *post add. c.* f) exheredari. Dum *Sch.*

1) *Falsum! Minime excommunicaverunt; cf. V. S. Aviti c.* 3, *Acta SS. Boll. Febr. I, p.* 674; *V. S. Apollin.* § 2. 3, *Acta SS. Boll. Oct. III, p.* 59. 2) *A.* 1095, *in concilio Claromontano; cf. Bernoldi chr. ad a., SS. V, p.* 464. 3) *Saepius in privilegiis pontif. Roman., ut Schum p.* 82, *n.* 1. *docet.* 4) *Epist. Nicolai I. ad Michaelem imp. ap. Mansi XV, col.* 198; *Jaffé* 2796; *Deusdedit, Can. I, c.* 129, *p.* 97. 5) *Cf. supra p.* 661. 6) *A.* 1112, *Mart.* 18—23. 7) *Supra p.* 661. 8) *Manfredum; cf. quae Schum l. l. p.* 83, *n.* 4. *adnotat.* 9) *L. I. pr. D. de divisione rerum I,* 8. *et* § 7. *Iust. de rerum divis. II,* 1; *Deusd. Coll. can. IV, c.* 145, *p.* 471. 10) *Clementis epist. I, c.* 2, *Hinschius p.* 31; *Deusd. I, c.* 47, *p.* 61. 11) *Cf. Iuliani Ep. Novell. CVII,* § 3, *ed. Haenel p.* 125.

et per ea spiritualia conferuntur dona, et per ea animarum cura et divina designantur sacramenta. Hec enim nec regem tangere nec ad eum pertinere, cuius manus plene sunt sanguine, inrefragabili ratione profitemur. Sicut enim in aecclesia pastoralis virga est necessaria, qua regitur et ecclesiastica distinguntur officia: sic in domibus regum et imperatorum illud insigne sceptrum, quod est imperialis vel regalis virga, qua regitur patria, ducatus, comitatus et cetera regalia distribuuntur iura. Si ergo dixerit, quod per virgam pontificalem et anulum sua tantum regalia velit conferre, aut sceptrum regale deserat, aut per illud regalia sua conferat.

De libertate ergo ecclesiae quid imperator Theodosius dixerit, diligenter adtende[1]: *Gaudeant ecclesiae*[a] *nostra in perpetuum liberalitate munite, quarum nos erga cultum pietatis nostrae*[b] *devotione gaudemus. [San]cx[imus]*[c.2] *nanque, sicuti edict[i nostri forma de]clarat, sententias episcoporum [quolib]et genere [latas sine] aliqua etatis [discreti]o[ne] inviolatas semper incorruptas[que] servari*[d], *scilicet ut pro sanctis semper et*[e] *venerabilibus habeatur quicquid episcoporum fuerit sententia terminatum, nec*[3] *lice[at] ulterius retractari negotium, quod episcoporum sententia deciderit. Hoc*[4] *nos salubri edicto aliquando censuimus; hoc perpetua lege firmamus. Et*[5] *privilegia ecclesiarum vel clericorum omnium que saeculo nostro tirannus invidere*[f] *temptat devocione revocamus, scilicet, [ut quicquid a div]is principibus [vel quae singuli] quique*[g] *antistites impetrarunt, iugi soliditate*[h] *servetur. Nec cuiusquam au[deat titillare] presumptio, in quo nos nobis magis prestitum confitemur. Clericos etiam, quos indiscretum ad seculares iudices debere deduci infaustus presumptor edixerat, episcopali audientia reservamus, his manentibus, quae circa eos sancxit antiquitas. Iuris enim non est, ut divini muneris ministri temporalium potestatum subdantur arbitrio.* De excommunicatione autem vel reexcommunicatione, quam dixisti in[i] vestrum Romanum imperatorem, unde tota Gallicana ecclesia conqueritur, nec privatim nec publice eum fecisse adhuc audivimus, sed ut fiat, omnis Gallicana ecclesia supplicando deprecatur.

Ex legibus Iustiniani[6]: *Omnia autem privilegia, que data sunt a nobis sacro[sanctis] ecclesiis et religiosis episcopis [et clericis siv]e monachis, teneant[ur immutabilia]* . . . . . episcop . . . . . perficien . . . . . cum . . . . . catholice et apostolice ecclesie et con[k] . . . . . ecclesiastice discipline gladio se ipse po[l] . . . .

a) *deest Const.* b) aeterna *Const.* c) *uncis inclusa in codice legi non possunt.* d) servare? *c.* e) ac *Const.* f) inviderat prompta *legit? Sch.;* inviderat prona *etiam Const.* g) quoque? *c.* h) soliditata aeternitate serv. *Const.* i) in v. *Sch.; in apographo Bethmanni* uiurni. k) contra *supplet Sch.* l) *ita Waitz;* p[rocingat] *Sch.*

1) *Const. XI. Sirmondi apud Haenel, Novell. Const. imp. Theodosii, col.* 464. 2) *Const. I. Sirm. l. l. col.* 446. 3) *Nonnullis omissis col.* 447. 4) *Nonn. om. col.* 448. 5) *Const. VI. Sirm. col.* 456. 6) *Iuliani Novell. epit. const. LXXVII, c.* 2, *ed. Haenel p.* 103.

HILDEBERTI EPISCOPI CENOMANENSIS EPISTOLAE DE PASCHALI PAPA.

EDIDIT

ERNESTUS SACKUR.

Paulo postquam Paschalis II. papa ab Heinrico imperatore captus privilegium investiturae ei concessit, nobilis quidam Teutonicus[1], *clericus ordine, qui poetica arte excellebat*[2], *epistola ad Hildebertum episcopum Cenomanensem data in Heinricum immoderate invectus pontificemque nefarie tractatum esse questus ipsum tanquam martyrium apostolorum sanctorum imitantem laudibus celebravit. Quibus litteris acceptis Hildebertus primo tacuit, quia neque imperatorem, quem magni habebat, re non accurate perspecta accusare neque amicum refellere voluit. Postea vero, cum Paschalis, qui dignitate omissa in Pontianam insulam recesserat, imminente schismate a cardinalibus revocatus synodum Romanam a.* 1112, *mense Martio congregasset, tumultu aliquantulum sedato litteras composuit, quibus minus imperatorem offendit, quam episcopos Galliae meridionalis papam continuo perstringentes admonuit, ut cautius de Paschali iudicarent temporumque condicionumque rationem semper haberent. Neque ipse ut Paschalis prudentiam laudaret se abstinuit.*

Quae epistolae ad nostram rem spectantes editae sunt a. 1661. *primo a Luca Dacherio in Spicilegii t. IV, p.* 245—251. *ex codice bibliothecae Bigotianae mendis abundante, tunc Rotomagensi, nunc Parisino lat. nr.* 2904, *saec. XII, ubi f.* 75 *sq. leguntur. Beaugendre, cum epistolas illas in Hildeberti Operibus (Parisiis* 1708*), p.* 107 *sqq. ederet, alterum codicem Ebroicensem ex bibliotheca Perroniana adhibuit, unde textum haud parum correxit. Quem codicem priore multo praestantiorem recuperare nobis non contigit. A.* 1723, *cum Baluze, Martène, alii editionem alteram Spicilegii (III, p.* 450 *sqq.) curarent, praeter textum Antonii Beaugendre inter alios codices Pommersfeldensem nr.* 2792, *saec. XII—XIII. (f.* 185′—188′*) vel ei persimilem consuluisse videntur.*

Qui codices modo nominati, scil. Pommersfeldensis nr. 2792 *(1) et Parisinus nr.* 2904 *(2) inter se artius cohaerentes, cum epistolae ad Paschalem II. papam spectantes inter Hildeberti epistolarum codices perraro inveniantur neque bibliothecae Parisina (praeter dictum), Vaticana, Bernensis exemplaria servent, fundamenta praecipua huius editionis sunt, quae ex editione Antonii Beaugendre et altera Spici-*

1) *Quod ex initio epist. II. elucet, ubi legitur:* cum nec contra dominum tuum ducerem assentiri, *unde sequitur epistolam primam ab Hildeberto non esse compositam, cui responsio assignanda est.* 2) *Auctor primae epistolae in altera dicitur:* decus in clero . . . nostrorum Orpheus seculorum.

legii supplevimus. Codicem Pommersfeldensem contulit E. Dümmler, Parisinum v. cl. A. Molinier.

Ex Operibus Hildeberti ed. Beaugendre epistolae nostrae iteratae sunt apud Migne, Patrol. lat. t. CLXXI, col. 232 *sqq., altera sola apud Mansi XXI, col.* 46 *sqq.*

Argentorati, a. 1892, *mense Novembri.* *E. SACKUR.*

[LAMENTATIO[a] PRO CAPTIONE PAPE PASCHALIS.]

In lacrimis effluant eorum[b] oculi, mi dilecte, quos dolore[c] capitis caritas vulneravit. Ad ludos[d] iterum te[e] volueram exhortari, sed communis omnium luctus gaudium impedit singulare. Ecce enim martyrum[f] purpura senescentem rursus ornat aecclesiam[g], et rediviva perfide crudelitatis insania pereuntis mundi reliquias filiorum Dei preciosa[h] morte consummat. Grassatur in plebem Christi funestus satelles[1], et de pietate penas exigit gladius impiorum. Datur in predam civitas Romanorum, et apostolici sedes fastigii cruentis Saxonum direptionibus profanatur. Abducitur[i] papa captivus[2], et iniquorum pedibus pontificalis infula conculcatur. Desolata meret cathe-
cf. Dan. 7, 14. dra[k] sanctitatis, et cui tribus[l] omnes et lingue servierant, Roma redigitur sub tributo. Polluerunt aecclesiam Dei canes immundi, et Germanorum cruda barbaries divine legis iugulat simul[m] et captivat ministros. Ita nimirum in aecclesia Dei scripture
Thren. 1, 5. sacre vaticinium adimpletur: *Facti sunt hostes [eius[n]] in capite.* Et rursus in euan-
Matth. 26, 11. gelio[o] dicit[p]: *Percutiam pastorem, et dispergentur[q] oves gregis.* Non ergo sine periculo christiane religionis id obvenisse crediderim, ut rector pariter et magister aecclesie ligaretur. Fortiorem hostis percussit, ut postmodum ei facilior de subiectis esset triumphus. Precisum[r] est caput[s] nostrum, et menbra[t] cetera non arescunt? Dux exercitus[u] Christi ligatur, et miles inperterritus sustinebit? Iesu bone, ubi est promissionis tue veritas, si cum aecclesia tua non permanseris in aeternum[v]? Aut quid prodest oratio tua, si fides Petri deficiat? Confirma, Christe, confirma fidem aecclesie,
Luc. 22, 32. pro qua tu[w] rogasti; mane nobiscum, sicut dixisti. Porro tu[x] esto[y] sollicitus [in[z]] oratione, ne et[a] ipsi circumveniamur a sathana. Ecce enim quem heri laudum preconiis extollebas, quem dilectionis sancte[b] prosequebaris[c] officio, duobus in mundo miraculis, si fas est dicere[d], coruscat[e]. Aut, si tibi non[b] displicet, duobus[f] alligatur[g] flagitiis, qualia nec[h] in gentibus sunt audita. Quis enim potest preter eum inveniri, qui patres suos, spiritualem pariter et carnalem[3], subdola ceperit factione? Iste est qui preceptis dominicis in utraque tabula contradixit[i]. Nam, ut de his que actu priora sunt prius dicam, patrem carnis sue non honoravit, sed eum[b] captivavit prius, et deinceps[k] expulit fraudulenter, et in Deum postmodum et in[l] eius aecclesiam insurrexit, et de sede Petri vicarium eius[m] usque in vincula perturbavit[n]. Felix ergo papa Paschalis[o], et omni devotione diligendus, qui sic apostolicam sedem rexit, ut et apostolicae[p] passionis

a) *uncis inclusa tantum in* 1. b) oculi eorum *d'Ach. ed. altera.* c) de dolore 1. *d'Ach. ed. alt.* d) laudes 2. *B.* e) me 1. f) martirum 2. g) ẽcl. 1 *saepe;* eccl. *semper* 2. h) pret. 2. i) adducitur 2. *B. d'Ach. ed. alt.* k) chatedra 2. l) om. tr. 2 *B.* m) filios *B. d'Ach. ed. alt.* n) *deest* 1. 2. o) dic. in euang. *B*; ẽuang. 1. p) dicitur *d'Ach. ed. alt.* q) d. o. g. *abbrev.* 1. r) p̃cium 2. s) capud 2. t) membra 2. u) excerc. 2. v) eternum 2. w) *deest* 1. x) tamen 2. *d'Ach. ed. alt.*; f'r *add.* 1. y) soll. esto in orat. *B.* z) *deest* 1. 2. a) etiam *B.* b) *deest B.* c) sequebaris 1. *d'Ach. ed. alt.* d) dici 2 *B. d'Ach. ed. alt.* e) chor. 2. f) *deest* 1. *d'Ach. ed. alt.* g) alligavit 2. h) in gent. non s. 1. i) contradicit *B.* k) deinde 1. l) *deest* 2 *B. d'Ach. ed. alt.* m) *deest* 2. n) proturbavit *d'Ach. ed. alt.* o) Pascalis 1. 2. p) *del., iterum scriptum in marg.* 2.

1) *Scil. Heinricus V.* 2) *Paschalis II.* 3) *Scil. Heinricum IV.*

imitator fieri[a] mereretur! Felix vinctus Iesu Christi, cui[b] licet pedes et manus etiam[c] vinciantur, verbum tamen[d] Domini nunquam est[e] alligatum. Qui autem huius capitis menbrum[f] esse voluerit capiti suo se[g] debet estimare coniunctum. Spectat enim in contumeliam filiorum, si qua patribus irrogetur[h] iniuria. Non enim[i] est capitis[k] huius menbrum, non est huius patris filius, non est huius prelati[l] subditus, qui non sentit, qui non condolet, qui insultat[m].

[EXCUSATIO[n] DISPENSATIONIS PAPE PRO CAPTIONE SUA.]

Nunquam felicius ad desiderium meum sortis adverse respondit asperitas, quam cum mihi de papa, de rege et[o] Romanis lamentatiunculam[p] conscripsisti. Adeo namque me, care meus, pagina tua nodis cuiusdam necessitatis astrinxerat[q], ut, si ad eius primum impetum vellem respondere[r], aut[s] tecum, quod non vellem, regem Saxonum[t] accusarem[u], aut contra te, quod non deberem, illam domi forisque notissimam[v] gratiam lederem[w] caritatis. Inter has ergo iactatus angustias, cum nec contra[v] dominum[l] tuum ducerem assentiri[x], nec propter amicum honestum[y] refellere quod dicebas, diu[z] mecum quid agerem sollicitus[v] pertractavi. Ex imminentis[a] tandem occasione tristicie materiam nactus, ita domesticis angariatus iniuriis[b], ut de criminibus conqueri non vacaret, interim obtuli tibi pro responsione silentium. Sed ecce cum veritas aperitur, et erumpit in[c] lucem canonum[d] rigor[e], disciplina iusticie, scola virtutum: et iniquitatis[f], si non respondeo, et livoris est[g], si non laudo[h]. Cum ergo fatorum vel paulisper iniurie siluerunt, et inter angustias licuit respirare, et[i] veritas ipsa suam quoque peragit actionem[k]: et iusticie simul morem gerimus[l] et[m] Deo[n]; et te quoque, quem forsitan exacerbavimus, complacemus. Quis fecerit strages, quis sancta[o] polluerit, quis prophanaverit testamentum, et cum superbia sanctuarium Dei[n] sit ingressus, aut[p] si hec quispiam fecerit, hoc obsecro loco[q] liceat mihi preterire. Que singula sane tam copiose et tam luculenter[r] explanas, et tam sollemnibus[s] vocis[t] tue lacrimis comploraasti, ut earum[u] me quoque rivulis[v] irrorares et invitum tecum raperes in querelas. Licet profecto, licet simul pape Paschalis[w] tecum preconia non tacere, et non accusare quos amo. Quam felicem, sicut[x] ais[2], papam Paschalem[w], qui gradus ac[y] nominis sui sic obtinuit sanctitatem, ut quod[z] et nominis ratio designaret et ex officii canone mandaretur usque ad sanguinem et docere[a] et facere non timeret, benedictus Iesus[b] Christus, qui sic nondum christiane castra[c] militię inter hostium cuneos dereliquit[d], ut non eis fortem athletam et ducem optimum provideret. Non scortabitur[e] in Israel Amorreus[f], et de sortis[g] electe pars inimica spoliis[h] non gaudebit, dum Iosue nostri pervigilabit instantia. Stabit ad eius nobis fixus in[i] ethere sol indefessus imperium, et

a) esse *B*. b) cum 2. c) *deest* 1. d) autem 2. e) erit 1. f) esse membr. 2. g) debet se *B*. h) ingeritur *d'Ach. ed. alt.* i) *deest* 1. *B*. k) h. cap. *B*. l) prelatis 2. m) non insultat 2. n) *inscriptio tantum in* 1. o) *deest* 1. 2. p) lamente vincula 2; lamenta quaedam *B*. q) adstr. *B*. r) respundere 2. s) apud te est *B*; apud te *d'Ach. ed. alt.* t) saxsonum 2. u) accusare 2. *B*. v) *deest B*. w) ledere, laedere 2. *B*. x) assentari 1. *d'Ach. ed. alt.* y) honestatum 2. z) longum 2; longius *B*. *d'Ach. ed. alt.* a) imin. 2. b) angustiis *d'Ach. ed. alt.* c) in luc. *om.* 2. d) canonicus 2. *d'Ach. ed. alt.* e) vigor 2. *B*. f) est *add. B*; tamen 2. g) est *deest edd.* h) collaudo *B*. *d'Ach. ed. alt.* i) *deest* 2. k) pactionem 1. l) geramus 1. 2. m) et *deest*, Domino 1. 2. *d'Ach. ed. alt.* n) *deest* 2. *B*. o) sacra *d'Ach. ed. alt.* p) ac 1. q) *deest* 1. r) locul. 2. s) sollennibus 1. t) voci 2. u) ex earum 1. v) rivulus 2. w) pascal. 2. x) sic *d'Ach. ed. alt.* y) et 1. z) quos 1. a) et facere et doc. 1. b) chr. Ies. 1. c) mil. castra 1. d) derelinquit *B*. e) sortabitur 2. f) amor eius 2. *B*. *d'Ach. ed. alt.* g) *deest* 1. h) spoliis *post* electe *B*. i) sol in ethere 1.

1) *Heinricum V.* 2) *V. supra p.* 668.

nocturne caliginis abiget[a] feditatem, donec de viciis nobilem[b] referat victrix turma tro-
1. Ioh. 5, 19. pheum. Sed quoniam mundus[c] positus[d] est in maligno, et amaritudinis multum est et livoris in plebe, puto, non deerit qui audeat in hec[e] verba prorumpere[1]: 'Ecce quomodo gloria et honore prosequeris et ad sydera[f] laudibus effers[g], et virtutibus[h] insignibus amplias quem[2] nunc[i] vidimus ante congressum in acie trepidantem, tube clangorem perferre non posse, deditionem moliri, non sanguinem, fedus cum hostibus contra leges et iura ferire[3], et ad extremum signa relinquere, detrectare[k] miliciam, arma proicere, fugere et latere[4]. Fortis athleta, qui neque[l] in acie stare, congredi, vincere consuevit! Et hunc vocas ad premium et[m] coronam. Hoc persuadere poteras[n] ignoranti[o] mihi, quem viri fortiter facta[p] non fugiunt. De Achab[q] nunquam[r] efficies Machabeum. Angariis talibus aut longe maioribus christum Domini non ambigimus
1. Cor. 4, 9. impetendum: et ipse, qui mundo[s] spectaculum factus est et angelis[t] eius, fortiter omnia sustinebit! Nos[5] vero, qui nos filios eius profitemur, — in[6] contumeliam siquidem[u], sicut ais, respicit filiorum, si qua patribus irrogetur iniuria, — in adiutorium eius et nos ipsos pro illo periculis exponentes festinemus assurgere. Et tanquam Herculi clavam de manibus extorquentes, assertionibus suis inimicos iusticie retundamus, ut propriis scilicet durius[v] emolumentis elisi, gravius confundantur et reverentius erubescant'. Utinam, utinam[w] sic patienter ad audiendum aures nobis patulas prebeant, sicut ardenter ad pungendum lingue stimulos acuerunt[x]. Si papa Paschalis[y] pro iure, pro patria, pro testamento sanctorum[z], pro republica[a] Iesu Christi sponte se manibus obtulit impiorum, si cervicem prebuit[b] ad securim: quid sanctius, [quid[c]] melius potuit, debuit? Quid utilius proximo? Quid honestius[d] sibi? Nonne sic oderat animam suam in hoc mundo, ut ad[e] vitam servaret aeternam? Numquid ex canone legislatoris attenderat,
Ioh. 15, 13. maioris ad proximum locum gratie non haberi, quam si pro fratribus animam quis donaret? Quis unquam tribunum accusavit[f] ignavie, qui se primum coniecit in vincula, et pro milite postmodum[g] obtulit feriendum? Qui[h] si postmodum cessit iniurie et tanquam fugiens, ut a[i] sanctorum sanguine et civium strage iam iamque vibrantis aciem dextere[k] revocaret, vel ad horam his que rogabantur assensit[l], et tanquam datis induciis et federe collato[m], donec urbis restitueret[n] muros, machinas collocaret, convocaret exercitum[o], anticiparet angustias, acies ordinaret, ictus suspendit in aere ferientis: quid prudentius, quid cautius ducis industria facere posset? Quis imprudentie[p] condempnabit[q], qui[r] sic hostium cuneos exarmavit, sic revocavit ad propria, ut ab his
cf. 2. Reg. 15, 14 sqq. quos acceperat vel minimus non periret? Nunquid[s] non David, rex ille sanctissimus et robustissimus preliator, ne[t] urbis sanctae[u] menia civium sanguine profanaret[v], per-

a) abigeret 2. b) nobile *d'Ach. ed. alt.* c) invidus 2. d) in mal. pos. est 2. *d'Ach. ed. alt.* e) his verbis 2. f) sidera 2. g) offers 1. 2. h) virtutis 1. 2. *d'Ach. ed. alt.* i) non 2; *deest d'Ach. ed. alt.* k) detractare 2. l) eque 1. *d'Ach. ed. alt.*; *deest* 2. m) ad 1. 2. n) poteris 1. o) innoranti 2. p) non fug. fa. 1. q) achaz? 2; Achar *d'Ach. ed. alt.* r) unquam 2. s) in mondo 2. t) angelus 2. u) suorum *add. d'Ach. ed. alt.* v) *deest B.* w) ut 2; autem *B. d'Ach. ed. alt.* x) *ita* 2. *d'Ach. ed. alt.*; acuerent 1; exacuerunt *B.* y) Pascalis 2. z) seculorum 2; apostolorum *d'Ach. ed. alt.* a) repuplica 2. b) *deest* 2. c) *deest* 1. 2. d) sibi hon. 1; *ubi* Quid *om.* e) in 2. *d'Ach. ed. alt.* f) accusabit 1. *d'Ach. ed. alt.* g) obt. post. fer. *d'Ach. ed. alt.* h) Quod 1. i) ad. s. et sang. 2. k) dextre 2. l) asseruit *B.* m) collocato *B. d'Ach. ed. alt.* n) instrueret 2. *d'Ach. ed. alt.*; muros restit. *B.* o) exercitum 2. p) imprudentia 2. q) condemn. 2 *B.* r) quin 2. s) N. non rex D. *B*; N. non D. rex *d'Ach. ed. alt.* t) non ut 1; nonne 2; ne *B. d'Ach. ed. alt.* u) sanctissime 1. v) prophan. 2. *B.*

1) *Eos dicit qui ut Guido archiep. Viennensis et Girardus episc. Engolismensis eo tempore in papam vehementer invehebantur.* 2) *Scil. Paschalem II.* 3) *Pacto scilicet, quo investiturae privilegium concessit.* 4) *Quod ad exilium papae in Pontiana insula spectat.* 5) *Scil. episcopi Galliae meridionalis.* 6) *V. supra p.* 669.

sequentis filii rabiem fugit, exprobrantium equanimiter[a] iniurias ferens, domo Iuda et fortibus Israel postmodum convocatis, ipsum simul et complices eius acerbius fudit? Impetus sane properat, at[b] non statim pervenit ad coronam. Inpatientia mox prorumpit[c], at[b] more torrentis repente siccatur. Tormenta baliste quo amplius retrahis fortius feriunt. Quodsi, ut aiunt, quod ad horam licuit tolerare cum voluit, permutavit; si auditum fecit in plebe et testamentum filiis dereliquit et, quoniam illud, nisi in morte testatoris[d], non[e] confirmatur, renuntians domo, patria[f], rebus, officio, mortificandus in carne, Pontianam in[g] insulam commigravit[1]: quid, obsecro, quid habet in hac parte vel[e] improbus livor, ut obloquatur[h], ut[i] rodat? Si vero inter extrema[k] nobiscum novus infrequens rumor obtinuit, populi vocibus et cardinalium lacrimis revocatus in cathedram, apostolici culminis iterum moderatur habenas, vices[l] exercet, si sanctorum synodum[2] cogit, aecclesiam convocat, cetum facit, et a domo Dei omnium vult assensu falce[m] iudicii scandala resecare, quod equum[n] et bonum est ex iusticia confirmare, quod differens [est[o]], ex misericordia tolerare vel mutare, quod confractum est discretionis fasciis[p] alligare, si se cleri plebisque iudicio sic commisit, ut ex eorum sententia pendeat, an nova capitula cudat, an vetera destruat, aut que constituit roboret, aut temporum ratione[q] sic inconvulsa pertranseat, in cathedra[r] commoretur aut deportetur exilio: numquid[s] hoc[t] quoque lingua pravorum sermonis aculeis non formidabit incessere, persequi, condempnare? Noli[3], noli, obsecro[u], quisquis es, irrumpere temulenter, patrum instituta discutere, carpere mores, accusare doctrinam. Argue, sed cum primum rei[v] exitum comprobaveris[w]. Accusa, sed cum perpenderis aberrasse. Sed et tunc in spiritu lenitatis, multa ex loco, multa ex tempore, multa ex personis differentius fiunt. Rector aecclesie nonnunquam aut dissimulabit, aut faciet quod accusat. Cum viderit malum scismatis imminere, canonum scita mutabit. Debet cessare censura, cum dissolvitur unitas, caritas leditur, pax vacillat. Audisti quod legitur: *Turbati sunt, et moti sunt sicut*[x] *ebrius.* Ps. 106, 27. Delibutus unguentis cruente[y] militem formidinis non accuses. Nescit plerumque quid prohibere aut dissimulare, quid precipere, quid indulgere debeat dispensator. Servus fidelis et prudens in tempore tritici mensuram conservis precipitur erogare. Luc. 12, 42. Ad mensuram triticum[z] datur, cum eadem caritas quod rudibus annuit fortibus negat, cum pios exercet[a] et tolerat malos, cum quod nunc ex rigore preceperat post paululum ex indulgentia relaxabit[b]. Paulus apostolus, evacuator legis et gratie[c] predicator, libere proclamabat: *Si circumcidamini*[d], *Christus vobis nichil proderit*[e]. Gal. 5, 2. Idem[f] postmodum quod vetuit[g] fecit; comam[h] nutriebat, ex voto caput totondit[i] in Chencris[k]. Nescis, frater, nescis, quam diligenter, quam sollicite patres faciunt quod mireris, [quod accuses[l]], quod arguas, quod condempnes. Desine, inquam, spiritualium persequi sanctiones, secreta rimari, decreta dampnare. In canonibus legitur[4]: *Oves*[m] *pastorem*

a) iniur. aeq. *B.* b) et 1. 2. *d'Ach. ed. alt.* c) prerumpit 1. 2. d) testatoriis 2. e) *om.* 1. f) patrie 2 *B. d'Ach. ed. alt.* g) ut 2; *deest B. d'Ach. ed. alt.* h) obliquatur 2. i) et 1. k) exempla *B.* l) voces 1. *d'Ach. ed. alt.* m) false 1. 2. n) bon. et eq. *B.* o) *deest* 2 *B.* p) faciis 2. q) ratio ne 2 *B.* r) chathedra 2; cathedram 1. s) numquam *B.* t) hec *d'Ach. ed. alt.* u) quaeso *d'Ach. ed. alt.* v) exitum rei 1. w) comprobabis 1. 2. x) s. e. *abbrev.* 1. y) cruentem 1; cruentum *B. d'Ach. ed. alt.* z) triticus 2. a) excercet 2. b) relaxavit 1. 2. *d'Ach. ed. alt.* c) $\bar{g}\bar{g}\bar{e}$ 2. d) circumcidimini 1. 2. e) prodest 2. f) Item 2. g) vetat *B.* h) quoniam 2. i) tondebat 2. k) cencris 2. l) quod acc. *add.* 1. m) duces 1. 2.

1) *Cf. Historia pontificum et comitum Engolism., SS. rer. Gall. XII, p.* 392; *Sugeri V. Ludovici VI. ed. Molinier p.* 31; *cf. Schum, 'Die Politik Paschalis II', Erfurt* 1877, *p.* 221. 2) *A.* 1112, *Mart.* 18. *habitam.* 3) *Iterum alloquitur adversarios acerrimos Paschalis II.* 4) *Cf. Cornelii epist. II, c.* 4, *Hinschius p.* 173.

arguere non presumant. Quecumque nescimus[a] quo animo fiant, interpretemur in melius. Universalis episcopus omnium habet leges et iura rescindere[b]. Ad ipsos[i] venio qui audeant aspirare iudicium. Et tu homo, tu cinis, secundum Deum formica, leonem sollicitare[c] non metuis? Differ, differ in tempus[d]. obprobria[e]. Sententia Cham[f] dampnantur qui patribus iniurias irrogarunt. Confitere commissum, penitentiam age, concute pectus, offensas luctu[g] et lacrimis lava, et recantatis obprobriis[e], iuxta quod dicitur, palinodiam canta. Tu ipse argue, tu ipse sententiam[h] iudicis anticipare festina.

Sed ecce, quid feci? Dum epistolam ordior, historiam[i] texui. Libet igitur, libet hoc[k] loco rei summam paucis et brevibus capitulis[l] annotare, ut quod legentis excursus seu festinans seu fastiditus pertransiit tanquam sub verbis duobus artatum facili valeat etiam
1111, Febr. mens occupata[m] lectione complecti. Captus est dux exercitus[n] christiani, dum armatus hostibus occurrisset. Quisquis es emulus veritatis, fortunam argue, non tribunum! Legem, quam[o] tulerat alligatus, absolvit insimulanda[p] necessitas, non voluntas; liber factus quod ante resciderat[q] resarcivit. Fortis athleta post vulnera, post cruores surgit acerbior, et cautius postmodum ictus excipere et fortius[r] reddere consuescit[s]. Preformatas leges et iura et[t] scripta renuntians omnibus ad secreta migravit. Hec est[u] iusticia perfectorum. Reportatur[v] in cathedram[w] vocibus subditorum. Viri, queso, mansuetudinem advertamus; humilitatis[x] et obedientie quod docebat[y] primus in se proponebat exemplum. Egregius predicator gestabat[z] in manibus gratiam, quam vocis officio filiis erogabat univer-
1112, Mart. salis aecclesiae, vel commeandi[a], vel commorandi, seu rescindendi[b] quod fecerat, seu confirmandi publicam monet[c] certamque[d] sententiam, equi bonique consuluit[e]. Satius igitur erit tibi, lingua dolosa, iugi silentio contorpere[f], quam[g] viri sancti conscientiam, quam nescis, accusare. Tu autem, cor meum, et gloria mea, delicie regum, principum[h] gratia, decus in clero, amor in populis, exemplar honesti, speculum gratie, fidei forma et nostrorum Orpheus seculorum, persona fidibus, et modulos vocis[i] dulces adiunge. Age quod agis, predica virum sanctum[u], constantem, discretum, qui sic fugit, ut vinceret, sic vicit, ut victos absolveret. Ita pro subditis se proturbavit[k] in vincula, ut reges secum[u] traheret vinculatos ad palmam. Posce secretum, coge Pierides[l], resultantibus organis per varios vocis anfractus[m] ad titulos eius dulcia cantica[n] laudum moderare[o]. Inter fistulas concrepantes, raucas tibias[p] liceat, queso, et

a) nesci 2. b) recindere 2; rescindit *d'Ach. ed. alt.* c) sollitare 2. d) intentus 1. e) oprob. 2; opp. *B.* f) caim 2. *d'Ach. ed. alt.*; cain *B.* g) lacr. et luctu 1. h) sententia 2. i) hystoriam 1. k) huic loco 1. l) verbis *B.* m) occupatam 2. n) excerc. 2. o) qua 1. p) insim. nec. non vol. *des. B.* q) reciderat *vel* residerat 2. r) fortis 1. 2. s) consuevit 2. t) conscripta 2. *d'Ach. ed. alt.* u) *deest B.* v) reportetur 1. 2. w) chathedram 2. x) humilitas 2. y) decebat 2. z) gestebat 2. a) communicandi *d'Ach. ed. alt.* b) rescingendi 2. c) manet 1. 2. *d'Ach. ed. alt.* d) certaque sententia *d'Ach. ed. alt.* e) consiluit 2; consulit *B. d'Ach. ed. alt.* f) cum torpore 1; cum corpore 2. g) quamquam nescias viri sancti conscientiam accusare 1. 2. h) principium 2. i) dulces vocis *B. d'Ach. ed. alt.* k) perturbavit 1. 2. l) et *add.* 1. 2. m) amfr. 2. n) laud. cant. 1; cantica ac laudum 2. o) modulare 1. *d'Ach. ed. alt.* p) tybias 1.

1) *Scil. episcopos Galliae meridionalis, qui a.* 1112, *mense Septembri Viennae convenerunt, ut investiturae privilegio condemnato Heinricum V. excommunicarent; cf. Sermo II,* 11 *(ed. Beaugendre col.* 711*):* Insurgunt enim quotidie tempestates in ecclesia Dei, qui vellent quidam eius unitatem dissipare, et discordias seminando unionem pacis extinguere. Aggrediuntur pastores ecclesiae, ut caput ferientes, membra terrore commoveantur. Nec solum enim ab extraneis patitur ecclesia, sed etiam a domesticis et fratribus suis; et peiora sunt bella intestina, a quibus non cavetur, quam forinseca, quae praevidentur.

calamos quassatos obstrepere. Deliciosa varietas in unam conveniat[a] symphoniam[b]. cf. Isai 42,3. Tu[c] esto David, et me de numero[d] facito succentorum. Si[e] te per singula sequi[f] non valeo, vel dum respiras in clausulis[g], interim plausibus potero personare.

RHYTHMUS
DE CAPTIVITATE PASCHALIS PAPAE.

Propter argumenti similitudinem liceat Hildeberti epistolis carmen rhythmicum adiungere, quod L. Bethmann b. m. a. 1840. *in membranis aliquot ex monasterio Casale S. Petri vel Casale benedictum dioecesis Bituricensis (nunc Chezal-Benoît) prodeuntibus invenit et descripsit. Ex quo exemplari postquam a.* 1876. *in commentariis 'Forschungen zur Deutschen Geschichte' (t. XVI, p.* 576–579*) primum luci dedi, nunc illud repeto ope Leopoldi Delisle V. cl. adiutus, qui ea, qua excellit, comitate, contulit impressum cum codice Parisino unico* 11832, *f.* 8, *ubi manu aequali scriptum est.*

Auctor, ut videtur, Italicus ipse Romae vidit mala, quae in papam Urbemque exercitu Germanorum perpetrabantur eaque, sedis apostolicae acerrimus propugnator, coloribus vividis depingit. Condidit vero carmen, donec Paschalis in vinculis teneretur, id est inter 12. *Febr. et* 12. *Apr. anni* 1111, *eumque a Normannis Apuliam regentibus liberatum iri sperat.*

Berolini, mense Nov. 1892. *E. DÜMMLER.*

1. Dum floret verno[h] tempore
Auster quieto equore,
Ex aquilonis partibus,
Currens equis velocibus,
Natus ex adulterio,
Surrexit quidam scorpio.

2. Subiugavit Liguriam
Peragravitque Tusciam,
Romam ingressus fraudibus,
Et fedavit sanguinibus,
Ac sanctissimum[i] presulem
A Roma fecit exulem.

3. Proh dolor! tantum facinus,
Qui est tam[k] adamantinus,
Qui non plangat[l] et doleat,
Et ut valet remordeat:
A seculi principio
Nunquam tanta[m] prodicio.

4. Legat qui vult istorias,
Dicat, si legit talia.
Nam Herodis nequicia
Ad istius nequiciam
Comparata est sanctitas,
Et Neronis crudelitas.

5. Cum pervenisset Sutrium
Urbis Rome confinium,
Papa premisit nuncios
Illi presules obvios,
Qui sacram pacem quererent
Nec non illi assererent.

6. Tunc iurat ille scorpio
Cor adnectens periurio
Supra sacras reliquias,
Quod linqueret ecclesias,
Nec pastoralem baculum
Ultra daret vel anulum.

a) conveniet 1. 2. b) simph. 2. c) Tu — David *om. ed. pr.* d) animo *ed. pr.* e) Si per singula te sequi non v. 1; si per te per singula non valeo 2. *ed. pr.* f) si qui *d'Ach. ed. alt.* g) clausis 2. *ed. pr.* h) uno c. i) sanctisimum c. k) *om.* c. l) plagat c. m) tantam c.

7. Promittit pacem regiam,
Sacra firmans inperia,
Defendere catholicos,
Dampnare simoniachos,
Iurat pape obsequium
Iuxta morem fidelium.

8. Devovit coram omnibus
Qui aderant presulibus,
Quod pauperes defenderet
Ac raptores obprimeret,
Dampnaret sacrilegia,
Pugnaret pro ęcclesia[a].

9. Tunc[b] Romam his blandiciis
Perrexit, sed insidiis.
Pueri ei cum[c] avibus
Occurrunt atque laudibus
Tribuni atque proceres
Et post iuvenes veteres.

10. Iura offerunt monachi
Et cardinales clerici,
Pontifices sanctificant
Et quod salus est praedicant.
Et dum illum examinant,
Quod esse debent nominant.

11. In populorum laudibus
Et clericorum cantibus
Voces sonant per aera;
Laudant regentem ęthera.
Tam decora processio
Vix ante visa Latio.

12. Cum vidit papam obvium,
Falsum offert obsequium.
Os osculum dat pedibus,
Sed cor manet in cedibus.
Papa suscepit dulciter,
Osculatur fideliter.

13. Post hec intrat ęcclesiam
Beati Petri agiam.
Caudam suę perfidie
Valvis levat ęcclesie.
Sanctissimum[d] pontificem
Invasit ut carnificem.

14. Manu cepit sacrilega,
Se christianum abnegat
Et ad Christi iniurias
Has paravit insidias,
Quas nec Herodes inpius
Paravit neque Claudius.

15. Sacrilegi Teutonici,
Homines diabolici,
Pium invadunt populum
Atque catervam presulum
Vulnerant et expoliant
Ac verberibus cruciant.

16. Manum mittunt in pueros,
Membris, etate teneros
Denudant et paludibus
Lincunt tantis frigoribus,
Nam hiemis in tempore
Hoc sunt abusi scelere.

17. Natos stirpe nobilium
In vinculis custodiunt.
Captivi essent proceres,
Nisi caute afugerent.
Sic papa datur cladibus
Cum turbis innocentibus.

18. Convertuntur in lacrimas
Cantus nimis acerrimas,
Planctus[e] et stridor dencium (Matth. 8, 12.)
Erant in ore omnium.
Contorquebatur viscera
Videncium[f] hec scelera.

19. Ob captivata pignora
Matres denudant pectora,
Plangunt disruptis crinibus
Vidue pro criminibus.
Ob multas turpitudines
Lamentantur et virgines.

20. Supra sacrata marmora
Franguntur pia corpora,
Pre nimiis doloribus
Facies secant unguibus.
Qui christianus doleat
Et cum flentibus defleat.

21. O misera Germania,
Que te cepit insania?
Quondam fuisti inclita,
Religione predita,
Nunc pro collata gratia
Exerces sacrilegia.

22. Roma te honoraverat,
Inperio ditaverat,
Tu eius ad exitium[g]
Dirum paras incendium.
Ultra non possis cernere
Qui Romam vadunt perdere.

a) ęcclexia *c.* b) *str.* 9. *manu aequali in margine additur.* c) *om. c.*; avibus *fortasse pluralis vocis* ave. d) sanctisimum *c.* e) Plantus *c.* f) uidecium *c.* g) exitum *c.*

23. Tu Christi vindex scelerum,
Causas qui queris pauperum,
Istud vindica facinus,
Nec sis ultor serotinus.
Tanto dignas flagicio
Penas huic redde inpio.

24. Quondam[a] quidam predixerat,
Quod antichristus venerat.
Hic eius est vexillifer
Et principalis armiger.
Vivus descendat baratrum,
Ut Dathan ivit tartarum.

25. O Petre, pastor ovium,
Fer, quesumus, sufragium,
Ut populus non pereat,
Quem tua virtus recreat,
Sed eius exercitio[b]
Pereat iste scorpio.

26. Exerce tuum gladium,
Virum percute inpium.
Scimus, quod nunquam veniam
Meretur hęc nequicia.
Ergo iustum, ut pereat
Et illum Roma doleat.

27. Salve, papa catholice,
Vir Paschalis pacifice!
Letare nunc in carcere,
Coronandus in ethere.
Flagicium hoc punies,
Cum martirium finies.

28. Utinam simus miseri,
Digni consortes fieri
Tue laudande[c] glorie,
Vir celebris memorie.
Ora pro nobis miseris,
Dignus coniungi superis.

29. Vos principes Apulie,
Orti stirpe Neustrie
Bellica arma capite,
Romam ire satagite.
Vestro sternenda[d] gladio
Teutonicorum concio.

a) *str.* 24. *manu eadem in margine suppletur.* b) exerticio *c.* c) laudade *c.* d) sterneda *c.*

GOFFRIDI ABBATIS VINDOCINENSIS LIBELLI.

EDIDIT

ERNESTUS SACKUR.

Goffridus ex familia de Credone natus[1], *postquam sacros ordines accepit*[2], *a.* 1193, *Aug.* 21, *etiamtunc iuvenis abbas electus*[3] *et ab Ivone episcopo Carnotensi, sacramento oboedientiae dicto, triduo post consecratus est*[4]. *Anno sequenti*[5], *id est* 1094. *diebus quadragesimae, cum audisset* Urbanum papam in domo Iohannis Frica-panem latitare et contra Guibertistam heresim viriliter laborare, *Romam festinavit, ubi pontificem* pene omnibus temporalibus bonis nudatum et alieno aere nimis oppressum invenit. *Tum Goffridus opibus suis effecit, ut Urbanus Lateranum ab adversariis occupatum Petruchio custode argento abbatis Vindocinensis corrupto recuperaret*[6]. *Qua de causa apostolicus abbatem presbyterum cardinalem ecclesiae S. Priscae ordinavit*[7], *quae iam pridem ad abbates monasterii Vindocinensis sub protectione ecclesiae Romanae positi spectabat. Neque Goffridus gratissimum et devotissimum ecclesiae Romanae filium se praestare cessabat, praesertim cum auxilium sedis apostolicae contra adversarios suos petere plus uno casu coactus esset. Saepissime Urbano, Paschali, Calixto sedentibus Alpes*

1) *Epist. V,* 15. *Mauricium de Credone (Craon), epist. V,* 27. *Rainaldum de Credone consanguineum suum dicit; in charta, quam Ménage, Hist. de Sablé I (Paris* 1683*), p.* 105. *affert, Goffridus* cognatus *Rainaldi dicitur. Unde abbatem nostrum filium Henrici, filii Roberti Burgundi, fuisse Ménage l. l. probare studet, cui Compain, 'Étude sur Geoffroi de Vendôme' (Paris* 1891*) p.* 19. *assentitur.* 2) *Epist. II,* 30. *ad Ivonem Carnot.:* Nam contra vitae merita ordinatus levita, deinceps vero non quidem sapientiae doctrina abbas factus et Romae presbyter consecratus *etc.* 3) *Chron. Vindocin. a.* 1093, *Chroniques des églises d'Anjou ed. Marchegay et Mabille p.* 170; *epist. II,* 7. *ad Ivonem*: illud veraciter mihi pro crimine imputasset, si ignorantiae meae ac iuventuti misericorditer non pepercisset; *epist. II,* 11: Professio, quam a me adhuc iuvene et novitio extorsistis. 4) *Chron. Vindoc. l. l.; epist. II,* 5. *ad Ivonem.* 5) *Epist. I,* 8. *ad Paschalem:* Primo anno quo . . nomen abbatis suscepi . .; *cf. O. Köhncke, 'Wibert von Ravenna' p.* 93. 6) *Epist. I,* 8. 9. *ad Paschalem; epist. I,* 14. *ad Honorium II.* 7) *Epist. I,* 14. *ad Honorium:* Eo etiam tempore Romae presbyter ordinatus; *epist. I,* 27. *ad Girardum episc. Engolism.:* paratus sum et Romanam ecclesiam per semetipsum visitare, in qua a bonae memoriae papa Urbano presbyter ordinatus sum; *epist. II,* 30. *ad Ivonem Carnot.; cf. Compain l. l. p.* 262, *qui hoc haud recte a.* 1099. *collocat.*

transscendit[1] *ter in his itineribus, ipso testante, captus, multa mala passus est. Non semel duodecim aut tredecim milia solidorum se in beneficium Romanae ecclesiae expendisse profitetur*[2].

A. 1095, *Nov.* 18—28. *concilio Claromontano adstitit*[3]*; sequenti anno, scil.* 1096, *Februario mense Urbanus, qui abbatem quasi unicum filium dilexit*[4]*, plures dies Vindocini moratus est, ubi crucifixum consecravit*[5]*. Paulo post synodo Sanctensi interfuit*[6]*. A.* 1198, *Nov.* 24. *Urbanus II. ecclesiam S. Priscae ceterasque possessiones iterum confirmavit*[7]*. Neque minus Paschali, cui octo epistolas scripsit, familiaris erat. A.* 1102, *Mart.* 12. *sine dubio synodo Romanae affuit, cum die praecedente privilegium apostolicum adeptus esset*[8]*. Nonnullis annis post, (*1107*) mense Aprili ineunte, nisi fallor, Paschalis, in monasterio Goffredi morabatur*[9]*, cum Turonis Carnotum profisciscetur. Sed amicitia quae inter utrumque intercessit abbatem non impedivit, quominus fidem catholicam et ecclesiae dignitatem pluris aestimaret honore papae debito. Cum enim Paschalis II. a.* 1111. *Heinrico V. privilegium episcopos investiendi necessitate coactus concessisset, Goffredus papam vehementissime perstrinxit (Libellus I.): vituperavit eum filios suos martyrio subtraxisse, postulavit, ut quod fecisset quam celerrime revocaret*[10]*. Attamen a praesulibus Gallicis commoveri non potuit, ut a Paschali deficeret eique oboedientiam recusaret*[11]*; immo in ipso anno* 1111. *Romam profectus esse videtur*[12]*, ut papam ad privilegium recuperandum admoneret. Inter a.* 1116—1118. *Rainaldo episcopo Andegavensi epistolam scripsit (Libellus II), qua quae insidiae, qui tumultus in electione illius intercessissent necnon quid de investitura laicorum censendum esset, fusius exposuit*[13]*. Similia (Libellus III) paulo post, a. fere* 1119, *de quaestione illa investiturae Bernerio abbati Bonaevallensi familiarissimo demonstravit*[14]*. Postea cum Gelasio mortuo Guido archiepiscopus Viennensis in Gallia pontifex Romanus ordinatus esset, Goffridus, quo propinquior novo papae iam antea fuerat*[15]*, eo magis rebus publicis implicatus esse videtur. Sperabat etiam se ecclesiam beatae Priscae, quae interdum ab aliis occupata erat, per Calixtum esse recepturum. Cum igitur Calixtus post electionem Galliam peragraret, abbas Vindocinensis in autumno a.* 1119, *ut videtur, ei occurrit. Sept.* 7. *altari S. Mariae de*

1) *Honorio scripsit (I,* 14*):* propter utilitatem Romanae ecclesiae, pro qua ter captus sum et ter quater transalpinavi. 2) *Epist. I,* 8. *ad Paschalem:* quod postquam monasterium regendum suscepi, tredecim millia solidorum nostrae monetae in Romanae ecclesiae servitium expendi; *epist. I,* 9*:* in servitio Romanae ecclesiae amplius quam duodecim millia solidorum nostra paupertas expendit: *epist. I,* 13. *ad Calixtum:* amplius quam duodecim millia solidorum ante vos et in tempore vestro, quod valuit centum marcas argenti, nostra paupertas expendit. *Eum codicem Vindocinensem, qui ordinem Romanum continet, Roma retulisse Mabillon, Museum Italicum II, p. IX. arbitratur.* 2) *Epist. II,* 29. *ad Goffridum episc. Carnot.:* Praeterea novimus qui praesentes eramus dominum papam Urbanum in Arvernensi concilio super hoc diffinitam . . . dedisse sententiam; *epist. III,* 12. *ad Ulgerium:* vos illi non adfuistis concilio et ego interfui. 4) *Epist. I,* 11. *ad Calixtum.* 5) *Epist. I,* 18. *ad Cononem:* Optimae memoriae papa Urbanus et qui nunc est dominus Paschalis papa in ecclesia nostra, ubi suae caritatis gratia per undecim dies manserunt; *Chron. Vindoc. l. l. p.* 171. 6) *A.* 1196, *Mart.* 2. *Amatus archiep. Burdegal. privilegium monasterio Vindocinensi in hac synodo concessit; Mansi t. XX, col.* 931. 7) *Jaffé* 5714. 8) *Jaffé* 5899*; cf. etiam Compain p.* 259. 9) *Epist. I,* 18. 10) *Epist. I,* 7*; cf. I,* 6. 11) *Quod exponam 'Neues Archiv' XVIII.* 12) *Epist. II,* 18*; cf. 'Neues Archiv' XVIII.* 13) *Epist. III,* 11, *quam infra edemus; v. 'Neues Archiv' XVIII.* 14) *Opusc. II. Quod tantum in cod. Vaticano Christ. reg. nr.* 59*:* B. abbati *inscriptum est; secundum ceteros idem Petro Leonis cardinali scripsit; cf. de ratione, quae inter Epist. III,* 11. *et Opusc. II. intercedit, v. 'Neues Archiv' XVIII.* 15) *Cf. Epist. I,* 11. 12. *ad Calixtum.*

Ronceio consecrando adfuit[1], *unde papam Estampas et Parisios proficiscentem comitatus est*[2]. *Qua in urbe Oct.* 8. *Calixtus privilegium in favorem monasterii*[3], *quod et postea contra aemulos non semel defendit*[4], *Goffrido petenti concessit. Inter cardinales, qui tum in Calixti erant comitatu, Petrum Leonis propiore amicitiae gradu contigit, cui aegrotanti subsidia coenobii Vindocinensis obtulit*[5]. *A.* 1119. *de pace inter regnum et sacerdotium concilianda nuntios ad imperatorem missos conciliumque Remense congregatum esse omnibus notum est. His diebus vel paulo ante Goffridus Calixto epistolam misit (Libellus IV), qua investituram laicorum et simoniam iure hereses vocandas esse breviter probare conatus est*[6]. *Quas litteras non multo post ipse ita amplificavit, ut quaedam minoris momenti in textu intercalaret longioremque commentarium subiungeret*[7], *quo imperatores et reges possessiones ecclesiasticas episcopis et abbatibus libere electis et canonice consecratis quolibet signo tribuere posse concessit, dummodo sacramentum ecclesiasticum se dare non crederent. Sequenti tempore abbas nonnulla minora opuscula edidit de dispensationibus in ecclesia faciendis*[8] *(Libellus V) et de fide catholica, libertate, castitate ecclesiae (Libellus VI)*[9]. *Quae cum in uno codice Calixti nomine ornata sint, eius iussu tempore fere concilii Remensis composita esse videntur*[10].

A. 1122 *pace inter imperatorem et papam restituta Calixtus II. magnum concilium proximo anno celebrare constituit. Ad quod ut Gallos invitarent duo cardinales in Galliam missi erant, scilicet Petrus Leonis et Gregorius*[11]. *Tum, nisi fallor, Goffridus libellum, quem Bernerio abbati antea dedicaverat, ita retractavit, ut quae interea de iisdem quaestionibus ediderat, textui insereret sive adiungeret. Quod ita ampliatum (Libellus VII.) Petro Leonis cardinali transmisit. Eodem tempore etiam de promissionibus composuit libellum*[12] *(Libellus VIII), quas abbates pro consecratione episcopis solerent facere. Haec quae commemoravimus opuscula sunt ad litem investiturae spectantia et infra edenda: praeter ea Goffridus multa alia theologicae rationis scripsit, haud parvum numerum sermonum et hymnorum, permultas epistolas*[13].

Cum a. 1124. *Honorius II. sedem apostolicam ascendisset, Goffridus ecclesiae Romanae in familiaritate mansit; neque enim Honorius Vindocinensis monasterii vicariis Christi specialiter subditi iura et possessiones tueri recusavit*[14]. *A.* 1129, *Mart.* 24. *privilegia eiusdem coenobii Goffrido petente denuo confirmavit*[15]. *Postremo abbas in concilio Remensi a.* 1131, *Oct. ab Innocentio II. papa habito occurrit, ubi apud papam de quibusdam nefariis queritur*[16]. *Paulo post, a.* 1132, *Mart.* 26. *Andegavis diem supremum obiit, quo negotiorum monasterii sui causa profectus erat*[17].

Paulo postquam Calixtus II. a. 1119. *ineunte Gelasio successit, codex Vaticanus Christ. reg. (olim S. Florentii Salmur.) scriptus est, qui opuscula et epistolas, usque ad hoc tempus quo ordine erant composita inde a f.* 64. *diversis manibus suppleta continet. Iam antea alius eadem continens opera hodieque perditus exstitit*[18], *e quo descripti*

1) *U. Robert, 'Hist. du pape Calixte', Paris* 1890, *p.* 59; *Compain p.* 275. 2) *Cf. 'Neues Archiv' XVII, p.* 332. 3) *Jaffé* 6747. 4) *Jaffé* 7118. 7119. 5) *Epist. I,* 16; *cf. 'Neues Archiv' XVII, p.* 333. 6) *Opusc. III. apud Sirmondum; cf. 'Neues Archiv' XVII, p.* 331. 7) *Opusc. IV. ed. Sirmond.* 8) *Opusc. V. ed. Sirmond; 'Neues Archiv' XVII, p.* 346. 9) *Opusc. VI. ed. Sirmond; 'N. Arch.' XVII, p.* 347. 10) *Cf. 'N. Archiv' XVII, p.* 346 *sq.* 11) *Robert, 'Hist. du pape Calixte' p.* 162. 12) *Opusc. X. ed. Sirmond.* 13) *De quibus v. 'Neues Arch.' XVII, p.* 329 *sqq.; XVIII.* 14) *Jaffé* 7346; *v. Pflugk-Harttung, Acta pont. Roman. I, p.* 132, *nr.* 149. 150. 151. 15) *Jaffé* 7364. 16) *In charta in concilio data inter testes occurrit apud Mansi XX, col.* 467; *eodem loco die* 31. *Oct. et* 1. *Nov. Innocentius pro eo episcopis Cenomanensi et Andegavensi scripsit, v. Pflugk-Harttung, Acta pont. Roman. I, nr.* 161. 162; *cf. Compain p.* 279. 17) *Chron. Vindoc. l. l. p.* 172. 18) *'Neues Archiv' XVII, p.* 331 *sqq., ubi quae sequuntur fusius exposui.*

sunt cod. Florentinus bibl. Laurentianae Plut. XXIII Dext. cod. VI, qui tantum epistolas, et Cenomanensis nr. 130, *qui praeter epistolas etiam opera continet. Epistolarum autem ordo secundum dignitatem eorum, ad quos datae erant, ita instituebatur, ut post epistolas papis missas eae quae legatis apostolicis, archiepiscopis, episcopis, aliis scriptae erant, sequerentur. Attamen in utroque codice ordo quandoque discrepat. Cum enim, nisi fallor, singuli codicum scribae certis quidem rationibus praescriptis adversaria abbatis chronologico ordine concepta per se excerperent, in conquirendis epistolis ad eandem personam datis leves errores certe non semper vitari potuerunt. Et is qui codicem Florentinum aut alium, ex quo ille exscriptus est, exaravit, licet priores partes satis studiose conscriberet, quae reliqua erant ratione et ordine neglectis neglegentissime congessit. Quae collectio cod. Florentini paulo ante alteram absoluta est, cum primae litterae, quas Goffridus Calixto II. misit, in hac iam legantur, in illa desint.*

Cui operum et epistolarum seriei varii scribae ea quae abbas post aestatem a. 1119. *litteris tradiderat, eodem ordine quo composita erant in codice Cenomanensi adiunxerunt.*

Eodem fere tempore vel paulo ante alius codex Vindocini confectus est, qui, cum praeter paucas epistolas nihil fere nisi opuscula theologica et sermones contineat, minoris momenti est.

Quae opuscula e quibus codicibus infra edidi hic annotare breviter liceat:

1) *Cod. Christ. reg. lat. nr.* 59 *(olim S. Florentii), saec. XII, mbr., f.* 124, *continet inter cetera f.* 84′ *epistolae ad Paschalem a.* 1111 *(I, 7) breviorem*[1] *(*1[a]*), f.* 91 *longiorem formam (*1[b]*), f.* 102′. *epist. ad Rainaldum (III,* 11*), f.* 113 *Tractatum de investitura ad Bernerium abbatem Bonevallensem (Opusc. II), f.* 124′ *Libellum de simonia et investitura laicorum Calixto II. inscriptum, quae omnia V. Cl. Ioh. Tschiedel contulit.*

2) *Cod. Florentinus bibl. Laurentianae Plut. XXIII, Dext. cod. VI, saec. XII, fol.* 122, 8°. *una eademque manu nitide scriptus collectionem priorem a.* 1119. *confectam continet*[2]. *Epistolas duas ad Paschalem II. (f.* 36′ *et f.* 38*) et Rainaldum episcopum Andegavensem (f.* 66*) missas socius noster O. Holder-Egger contulit.*

3) *Cod. Cenomanensis nr.* 130, *saec. XII, f.* 160, 4°, *continet f.* 1—28 *opuscula, quae enumeravi 'Neues Archiv' XVII, p.* 330; *f.* 30—*f.* 111′ *sequuntur epistolae a.* 1119. *collectae; f.* 112—160 *quae auctor post hoc tempus scripsit diversis manibus exarata sunt. Cum hoc codice Berolinum misso contuli duas epistolas ad Paschalem (f.* 33′, 38′*) et Rainaldum (f.* 64*), Tractatum de investitura ad Bernerium (f.* 2*), in hoc codice Petro Leonis dedicatum, et maiorem (f.* 130′*) ad Petrum Leonem, libellum de simonia et investitura laicorum Calixto II. scriptum, quod in codice bis legitur, primo (*3[a]*) breviore forma inter opuscula (f.* 5*), deinde (*3[b]*) longiore expositione adiuncta inter epistolas (f.* 39*), cetera opuscula de dispensationibus in ecclesia faciendis (f.* 113*), de fide, libertate, castitate ecclesiae (f.* 114*), de promissionibus abbatum (f.* 138*).*

3[b*]) *Cod. Christ. reg. lat.*[3] *nr.* 1025, *mbr., saec. XII,* 4°, *f.* 115. 115′ *legitur libellus ad Calixtum datum longiore forma. Cum ea quae in cod.* 3 *secundo loco inter lineas vel in margine suppleta sunt, in* 3[b*] *iam in textu recepta sint, hunc codicem in cod. Cenoman. niti verisimile est. Contulit v. cl. O. Holder-Egger.*

4) *Cod. Vindocinensis*[4] *nr.* 193, *saec. XII, f.* 97, 8°. *Contuli epistolam ad Paschalem (f.* 93*) maiore parte destitutam, cum inter f.* 94. *et* 95. *folium abscissum sit; opuscula minora de dispensationibus (f.* 8′*), de fide ecclesiae etc. (f.* 9′*), de pro-*

1) *V. 'N. Archiv' XVIII.* 2) *V. descriptionem apud Bandini, Catalogus bibl. Laurent. IV, p.* 648; *'Archiv' XII, p.* 726; *eundem codicem evolvit Mabillon, Museum Italicum I (Paris.* 1687*), p.* 54. 164. 3) *'Archiv' XII, p.* 313. 4) *Descripsit Bouchet, 'Une miniature de manuscrit du XII[e] siècle' in 'Bulletin de la société archéol. du Vendomois', Vendôme* 1884; *Omont, 'Catal. des mss.' III, p.* 459.

missionibus (f. 21); denique maiorem tractatum de investitura laicorum ad Petrum Leonis (f. 10').

Editionem principem curavit a. 1610. *Iacobus Sirmond, codicibus* 3 *et* 4 *nisus, quae editio in Sirmondi Operum t. III, c.* 612 — 1004 *repetita est. Postremo recudit Migne, Patrologiae lat. t. CLVII, col.* 1 — 291. *Duas epistolas ex cod. Florentino edidit Trombellius, Veterum patrum lat. Opusc. II,* 1 *(Bononiae* 1751*), p.* 202*; tertia ex eodem codice apud Bandini, Catalogus bibl. Laurent. IV. exstat. Quaedam a Sirmondo omissa supplevi 'Neues Archiv' XVII, p.* 337*, quae eodem fere tempore Compain l. l. p.* 51. 73 *edidit. In hac editione cod.* 1 *primarium ordinem servantem pro fundamento ita sumpsi, ut quae aliis manibus in eo addita sint, asterisco apposito notarem.*

Argentorati, mense Septembri a. 1892. *E. SACKUR.*

LIBELLUS I.

Goffridus abbas Vindocinensis Paschalem II. papam vituperat, quod Heinrico V. privilegium investiturae concesserit.

Beatissimo[a] pape Paschali[b] karissimo domino et patri frater G[offridus] apostolicae sedis servorum minimus eam[c] quae secundum Deum est oboedientiam.

Optime nostis, pater optime, navim Petri Petrum simul et Iudam habuisse, et [sicut[d] beatus Ambrosius[1] dicit], quamdiu in ea Iudas fuit, semper passa est tempestatem: sed illo filio perditionis foras expulso tranquillitatem habuit et quietem. Iudae siquidem perversitas exigebat, ut navi, quae utrumque, Petrum videlicet et ipsum, vehebat, suscitaret tempestatem, sed fides et pietas beati Petri apud Dominum optinebat, ne collisionem incurreret vel submersionem. Et quia nostris temporibus alter Iudas[2] parturiente diabolo contra sanctam aecclesiam natus agnoscitur, qui catholicam fidem, libertatem et beatam eius castitatem modis omnibus detestanda praesumptione sibi auferre conatur, valde necesse est, ut nunc etiam fides beati Petri in sua speciali sede, quae nunquam errare consuevit, tantum vigeat, quatinus inprimis suae sanctae Romanae aecclesiae et a collisione provideat et eam a submersione defendat, ne forte, quod absit, satana triumphante erroris fluctibus intolerabiliter oppressa subcumbat[e], et sic credentium omnium multitudo Scillam et Caribdim cum illa patiatur et pereat et beatus Petrus sub undis latere credatur, qui olim super undas ambulabat. Firmiter credimus[f], pater in Christo karissime, nec erramus dominum Iesum duobus discipulis specialiter[h] Petro videlicet et Paulo aecclesiae dedisse principatum. Petrum fidei catholicae principem fecit, Paulum doctrinae, quorum unum elegit adhuc in terra corporaliter manens, alium vero in caelo iam residens. In terra quidem Petrum elegit, ut aecclesiam suam eius fidęi[i] robore firmaret, Paulum postea de caelo, quatinus eius sancta doctrina fide firmatam aecclesiam exornaret. Isti gloriosi triumphatores operibus veritati fidem servantes non sanguini, maluerunt alter oboedienter subire patibulum crucis, alter ensem suscipere diligenter submissa cervice, unde amplius unda[k] lactis exivit quam sanguinis, quam aecclesiae sibi commissae virtutem fidęi[l] et libertatem, quam bonus eorum magister et Dominus fuso sanguine sui sacratissimi corporis comparaverat, paterentur auferri. Isti sanctae memoriae et venerabilis vitae martyres suo capiti Christo fideliter inhaerentes[m],

a) Beatissimo — oboedientiam *des.* 1[a]. b) P. 4. c) quam deus praecipit ebędientiam 4. d) sic. b. Ambr. d. *in marg.* 1[a.b]; *des.* 4. e) succ. 2. f) *corr. ex* credamus 3. g) p. — kar. *des.* 3. 4. h) *deest* 3. 4. i) *ita* 1. 3. 4; fidei 2. k) *deest* 1. 2. 3. l) fidei 4. m) inherentes 3.

1) *Expos. evang. sec. Lucam l. IV,* § 70 *(Opp. I, col.* 1353*):* Non turbatur ista *(scil. navis)*, quae Petrum habet, turbatur illa quae Iudam habet. 2) *Scil. Heinricus V.*

quam veraciter eius membra fuerunt, mori potius pro illo quam contra illum vivere eligentes, factis amplius[a] quam verbis clamaverunt. Quorum victorioso sanguine laureata sancta Romana aecclesia olim superatis hostibus triumphavit, quae in suis doctoribus et mori pro Christo semper optavit et sibi vivere recusavit. Hii[b] sancti viri in aethereis mansionibus cum suo Domino iam exultant, ubi pro morte temporali beatam immortalitatem adepti suos, sed non degeneres successores expectant. Quod si alicui eorum victoria non affuit passionis, non illud timor negavit; ne tam passio defuit, quam dies certaminis. Talibus patronis terra laetatur, caelum exultat, et quia felix eorum vita mortem meruit gloriosam, hinc sancta illorum[c] sollemnia[d] plebs christiana celebrando frequentat; et per supplicabiles ipsorum preces se tota devotione suo creatori commendat. Horum itaque sollemnia[d] celebrare est utile et religiosum: se piis eorum praecibus commendare tutum[e] pariter et necessarium. A quorum sorte beata qui in eorum sede residens et aliter agens se privavit, factum suum ipse[f] dissolvat et velut alter Petrus lacrimando corrigat quod fecit[g].

Si[h.*] metu mortis titubavit ad horam carnis infirmitas, in corrigendis carnis operibus mentis integritas perseveret et emendare non erubescat, causans de carne velit nolit moritura, quod acquisita[i] immortalitate vitare potuisset. Si vero timore mortis filiorum suorum potius quam suae ea fecisse vel facientibus assensum dedisse convincitur, quae[k] Christus per semet ipsum correxit, et beatus Petrus abhominatus[l] est, atque sacri canones penitus[m] execrantur, nullo velamine tegi potest vulnus tam manifestum: quia pater sic filiis propiciare non potuit, sed salutem impedire filiorum. Mortem siquidem, quae fructum facit meliorem, differre subito morituris et in aeternum victuris vitam a Deo paratam auferre nulla nos docent exempla sanctorum. Nam si Paulus ad horam vitavit mortem, in aliquo fidem non lesit neque deseruit veritatem: et se morti magis reservasse creditur quam subtraxisse, ut fructum deinceps faceret potiorem. Unde nec iustitiae nec misericordiae fuisse consilium veraciter agnoscitur[n], sed satanae incitamentum, eos subtraxisse morti, quae diu deesse non potest mortalibus, qui cum utilitate totius aecclesiae vitae statim sotiari potuissent[o] aeternae. O quam venerabilis et quam preciosa esset in conspectu Domini mors, immo vita illorum, quibus si pati pro fide datum fuisset desuper vel in terra permissum, sancta aecclesia heretica pravitate superata, suo sponso, qui pro ea mortuus est et resurrexit, usque in finem saeculi fideles filios procreasset, nec frangi nec flecti deinceps fides

*) *Multo lenius abbas Paschali II. paulo ante (Epist. I, 6) haec scripserat:* Huic tamen universali omnium christianorum matri oboedire est utile et honorificum, et non oboedire criminosum. Haec oboedientibus dilectionem servare semper studuit, et inoboedientibus reddere ultionem. Unde, praecordialissime pater, paternae pietatis viscera qualiscumque filius vester humiliter praecatur: quatinus in matre nostra Romana aecclesia sic et iustitiae status vigeat et dilectionis affectus, ne pauper innocens opprimatur, nec superbus dives qualibet occasione glorietur. Quodsi violentia Teutonici regis aliquid aequitatis minus a vobis extorsit et timor mortis filiorum vestrorum ad hoc carnem vestram, non animam inclinavit: quanto minus iustitiae in hoc actum dinoscitur, tanto in causis aliis amplius peragatur. Pater in Christo karissime, non vos ultra modum afficiat, si qua fuit sinistra operatio: non perturbet oculum mentis vestrae regis exactio, sed quanto fortius potestis, iura iustitiae in rebus aliis teneatis nunc ex deliberatione, ut quod regi fecit vestra humanitas fecisse credatur pro vita filiorum paterna compassione.

a) *in loco raso* 1[a]. b) Hi 2. c) eorum 4. d) sollempnia 4. e) utile *in loco raso* 3. f) ipse *in marg. suppl.* 3. g) fecit 4. h) *sequentia usque ad verba* abnuat corruamus (*p.* 683, *l.* 19) *des.* 1[a]; *v. quae exposui 'N. Archiv' XVIII.* i) adquis. 4. k) que 4. l) abom. 3. m) pen. 4. n) *hucusque* 4, *ubi cetera des.* o) possent 2.

catholica potuisset. Si obicitur, quod inviti forsitan paterentur, et idcirco eorum passio crederetur infructuosa, quod spontanea minime videretur, et iterum: *Poena martyrem non facit, sed causa*[1]: causa utique idonea et multum idonea erat, quia causa fidei, qua melior non poterat inveniri. Pro hac etiam, si aliter non possent, contra suam voluntatem mori debuissent: quia nec sic martyrii palma fraudari potuissent. Innocentes etenim sancti, qui nec voce nec voluntate martyrium quaesiisse leguntur, quoniam pro Domino pertulerunt, corona martyrii non privantur. Hos sancta aecclesia non solum martyres esse, verum etiam martyrum flores confitetur. Unde firmiter credendum est et nullatenus dubitandum, quod supplicium mortis pro fide Christi homini collatum, etiamsi pro carnis infirmitate noluerit et tamen non negaverit, martyris vindicat nomen et praemium. Si autem adeo fuissent degeneres filii, quod a porta paradysi, cui non Teutonici regis impietate, sed qui bene malis uti consuevit Domini pietate iam propinquaverant, retro pedem dare negando voluissent, constantia patris et ratio spiritui propiciare potius debuerat, quam carni, eosque in fide sancta exhortatione firmare, si necessitas incumberet, primus pro veritate subcumbere; et sicut[a] beatus Sixtus beatum Laurentium ad vitam praevenit aeternam, ita[b] et ipse eos praevenire: ne illorum imperfectione universalis aecclesia cartam fidei[c], castitatis ac libertatis perderet, quam Salvator ore suo dictatam et sigillatam in cruce manibus propriis christianis omnibus tradidit in pignus[d] et tenorem suae[e] dilectionis. Et quoniam culpa haec inexcusabilis nullatenus dubitatur et excusando augeri potest, non minui, relicto errore scienter commisso, sine dilatione corrigatur, ne mater nostra spiritualis, quae quasi novissimum spiritum trahit, omnino moriatur. Fide, castitate ac libertate vivit ac viget aecclesia: quae si non habet, languet et separatur a vita. Nam fide fundatur, ornatur castitate, libertate tegitur. Sed cum laicam investituram, quae secundum traditiones sanctorum patrum hęresis comprobatur, non contradicit, sed praecipit, cum corrumpitur[f] ipsa muneribus, cum saeculari potestati subicitur: fides, castitas et libertas ei simul aufertur, et quae vitam non habet nec immerito mortua creditur. Huius mortis auctorem vel novissimum aecclesiae membrum[g] credere, etiamsi pastor videatur, errare est. Huic errori quicumque inhęserit, merebitur ab ipsa vitae radice praecidi. Super his autem si quis aliter senserit, non est catholicus, manifestetur et veritatis argumento probabitur esse hęreticus. Tolerandus quidem est pastor, ut canones dicunt[2], pro reprobis moribus: si vero exorbitaverit a fide, iam non est pastor, sed adversarius, a quolibet peccatore tantum catholico detestandus. Licet enim secundum sanctorum decreta Romanorum pontificum etiam meretrici communem aecclesiae fidem, quam suam credit et confitetur, defendere: multo igitur amplius atque perfectius religiosum catholicum decet hęreticam pravitatem impugnare: nec christianae legis veritatem qui christianus est in tali negotio debet occultare. Sunt quidam episcopi, quos nec clerus nec populus elegit, sed eos tantum laica persona investivit. Hii contra catholicorum statuta patrum et maxime contra veridicam beati Gregorii septimi papae vocem, qui pro defensione huius fidei mortuus est in exilio, investituram palliantes, eam negarent hęresim esse, verbis ad seducendum compositis, si possent. Quorum stateris dolosis viris fidei non appenditur: hos enim custodit Dei spiritus, quo reguntur. Fratres isti, utinam, si fieri posset, fratres catholici, qui non a suo consecratore, sed contra claves aecclesiae[h] a laicis investituram susceperunt vel suscipiunt, dum quemlibet auctorem huius criminis moliuntur defendere, sub illius defensione se, sed quasi productis verendis natibusque[i] nudatis, aperiunt.

a) sic̄, *sequitur locus rasus 3.* b) *eadem manu superscr.* 2. c) fidęi 3. d) impignus 3. e) *deest* 1b. 3. f) *corr. ex* corripitur 1b. g) menbrum 2. h) ecclię 2. i) natibus 1b.

1) *Augustini Epist.* 204. *ad Dulcitium* § 4, *Opp. II, col.* 765 *G. et Epist.* 89. *ad Festum* § 2, *ibid. col.* 220 *A.* 2) *Anacleti Epist. II, c.* 39, *Hinschius p.* 85.

Nam cum castitatem sponsae Dei sepelire et nimium sordida pollutione sepultos suscitare fallaciter conantur, se faciunt amplius manifestos. Sed quia hęreticus hęretici testimonio in eo hęresis genere, quo conveniunt, minime dampnatur, mirum non est, si tam nefanda locuntur. In eum autem, quia talia credit et profitetur, de faretra veritatis David rex et propheta hoc modo iaculatur: *Non est Deus in conspectu eius, inquinatae sunt viae illius in omni*[a] *tempore.* Et illud: *Verba oris eius iniquitas et dolus,* noluit intelligere, ut quae sunt fidei[b] sequeretur. Qui[c] talis est praeesse[d], non prodesse et quae [sua[e]] sunt tantum quaerere, non quae Iesu Christi desiderat, et per quaelibet devia oves praecipitentur, nullatenus curat. De[f] quibus lac[g] et lana sibi non sufficit, sed illarum devorat carnes et ossa corrodit. Se tamen aestimat pastorem ovium, cum sit potius lupus earum. Et merito lupus, non pastor ovium creditur qui eas non pascit, sed de ipsis pascitur. Haec[h] a nobis idcirco dicuntur, quia dum a satana propheta corruptus agnoscitur qui non solum verbo sicut Balaam, sed etiam scripto in christiani populi necem consilium pariter et assensum dedisse convincitur, valde necesse est, ut cui residet asina loquatur et prophetae corripiat insipientiam, qui sacra divinae legis praecepta transgressus est, sacrilegi regis[i] secutus insaniam. Et quoniam Luciferum nostris temporibus e caelo lapsum indubitanter agnoscimus, non ei qualibet occasione illius impietatem dissimulantes inhęreamus, ne in puteum desperationis cum eo, quod Deus abnuat, corruamus. Si[k] minus dixi quam debui, ignorantiae deputetur, si amplius, quia de odio iniquitatis et aequitatis amore processit, ignoscatur.

Ps. 10, 5. ib. 35, 4.

LIBELLUS II.

Goffridus abbas Rainaldo episcopo Andegavensi non canonice electo laicorum investituram haeresim esse demonstrat.

Rainaldo[l] prudenti et[m] multiplici genere[n] peccuniarum sublimi[m] frater[o] G[offridus] Vindocinensis monasterii humilis servus christianam legem diligenter observare et neminem pro assertione veritatis odio habere.

Domno Hamelino[p.1] fratri nostro dixistis me vobis in electione vestra fuisse infestum. Sic magnitudini vestrae loqui placuit, meae tamen parvitati satis displicuit, quod canonum regulis et sanctorum constitutionibus patrum ibi novi esse contrarium. Nam ubi vidi unicum et singulare sanctae[q] aecclesiae hostium[r] claudi et aliud aliunde, per quod qui intrant fures sunt et latrones, hostium[r] aperiri, apostolicam violari doctrinam, sanctum euangelium penitus[s] contempni, si mihi placuisset, Christi servus non essem, sed diaboli. At[t] mihi soli, sicut arbitror, pro crimine non debet ascribi quod Stephano decano[m] vestro[2] et personis, quae affuerunt, potest potius imputari. Omnes utique contradixerunt illam, quam vestram fuisse dicitis electionem[m] et[m] reprobaverunt[3].

a) uno 2. b) fidęi 2. c) *verba* Qui talis — pascitur *in marg. add. eadem, ut videtur, manu* 1[b]. d) p̄ee 1[b]; prę̄e 2. e) *supplevi.* f) De — lana *in loco raso* 1[b]. g) *in marg. suppl.* 3. h) Haec a nobis — corruamus *des.* 2. i) *super lin. scr.* 1[b]. k) *abhinc etiam* 1[a]. l) R. 1; Ricardo; icardo *alia manu in loco raso* 2. m) *superscr.* 1. n) pecc. genere 2. o) fr. G. 1. p) H. 1. 2. q) sanctae eccl. *des.* 2. r) ostium 2. 3. s) pęnitus 2. 3. t) At mihi — loqui *des.* 2.

1) *Priori monasterii Vindocinensis.* 2) *Cf. Marbodi epist.* 1 *(Opp. ed. Beaugendre col.* 1391*).* 3) *Ibid.:* et contra optimos clericorum, qui pluribus ex causis atque suo assensu a vulgo factam improbant electionem, quoniam et infra annos et extra ordines per tumultum populi magis ficta esset quam facta promotionis tuae causas assere; *Hildeberti episc. Cenom. l. II, epist.* 5, *ed. Beaugendre col.* 83*:* Quippe non elegit te clerus, sed minae populares intrusere renitenti . . .; *col.* 84*:* Nam de electione quid loquar, in qua populo minime licet clerum praecedere, sed assensu persequi eligentem . . . Pro eo religiosos abbates et integri personas nominis

Nec[a] immerito; nam illis invitis et non petentibus arreptus fuistis a vulgo: et quod ibi factum est hoc praesumptuosa et pernitiosa fecit seditio. Quorum[b] iustam reprobationem cum quidam de genere Iudeorum laicus seditiosus audisset, qui semper, dum potuit, oppressit aecclesiam et qui, nullo eum comitante de clero, a latere nostro vos primus arripuerat, turbam vulgi, quam ipse turbaverat, secum adduxit et in medium sancti conventus impudenter prosiluit, clamans: Quis nobis in hoc opere nostro contradicit, eligat unum ex duobus, aut mori statim, aut concedere, quod fecimus! Sic grex religiosus abbatum et clericorum, qui ad pastoris electionem convenerat, turbatus est et dispersus, et qui latebras invenire non potuit, vi et timore attractus est, ut quid iam factum perverse fuerat concederet vel invitus. Testis est tonellus, quem illa die Stephanus tunc aecclesiae decanus induit et in quo iacuit fere usque ad mediam noctem, timore mortis sepultus. Hoc etiam testatur factum G. archidiaconi, qui ad aecclesiam nostram confugerat. Ubi dum a quodam laico quesitus et inventus fuisset, qui sibi me praesente mortem minabatur, nisi quod de vobis factum fuerat, concederet, mutato habitu et cuiusdam monachi famulus factus, sic quasi alter Iohannes in passione Domini relicta sindone a civitate profugit. Quod cum agnovissent vestri factores, vinum eius, quod secum portare non potuit, ceperunt, biberunt et effuderunt*. In illa siquidem actione immo vulgi conspiratione, quam pro electione reputatis, lex velut inter arma siluit[1], vox divina locum non habuit. Totum ibi levitas[c] vindicavit et vanitas: ubi mima quaedam et mulier publica, quae vos garruliter acclamabat, amplius potuit, quam plebis maturitas vel clericalis honestas potuerit**. Et[2] episcopus sine canonica electione est quasi arbor sine radice. Arbor autem, quae radicem non habet, etiam si folia habeat, fructum ferre nullatenus valet. Ad huiusmodi arborem Christus quidem accessit, et cum ibi fructum non invenisset, eam maledixit. Tota[3] itaque ordinatio episcopi in sola electione consistit et consecratione, si tamen illam electio recta praecesserit. Haec autem prius per semet ipsum fecit Christus, deinde vero vicarii eius. Et in apostolis quidam a Christo facta sunt, quoniam ab ipso electi et consecrati fuerunt: in aliis vero omnibus a nullis aliis fieri licet, nisi a vicariis Christi. Sunt autem vicarii Christi clerici in electione, episcopi in consecratione. Caeteri omnes petere quidem episcopum possunt, eligere vero vel consecrare non possunt. Quicumque igitur alio modo, quasi

*) Nos autem quae vidimus et audivimus nec possumus nec debemus non loqui *m.* 3 *in marg. add.* 1; *in textu assumta* 3.

**) Hinc Ildebertus vir religiosus, qui post metropolitanum in provintia primus erat episcopus[4], non tacuit: qui[d] a vestra consecratione, licet a suo metropolitano vocatus, se ipsum absentavit et execrationem[e] esse potius quam consecrationem apostolica et euangelica veritate praedicavit[5]. Bonus Maurilius[6], quem vestrum praedecessorem fuisse gloriamini, beato eligente Martino et praesignante Spiritu sancto electus est et consecratus. Vos autem vulgo furente et spreta canonica electione estis creatus. Frustra utique de bono praedecessore gloriatur qui sortem electionis et bonitatis, quam ille sortitus est, non sortitur. Nam et alterius bonitas ei qui in crimine manet nullatenus suffragatur *m.* 2 *in marg. add.* 1; *in textu leguntur* 2. 3.

a) Nęc 1. b) Quorum — effuderunt (*l.* 17) *des.* 2. 3. c) lęvitas 3. d) qui — vestra *oblit.* 1. e) nem *oblit.* 1.

audivi stare adversum te; *epist. II*, 4, *col.* 82: Sed testantur qui adfuerunt, quod ad iuvenem infra sacros ordines et annos inventum nec a clero electum, seditiosus turbatae turbae clamor pontificalem extorserit electionem. 1) *Cf. Cic. pro Milone* 4, 10. 2) *Sequentia usque* maledixit *infra in Libello III, p.* 688, *l.* 1—3. *iterantur.* 3) *Sequentia usque* connumeretur *infra p.* 687, *l.* 24 *sqq. iterantur.* 4) *Cenomanensis.* 5) *In epist. II*, 4. *archiepiscopo Turonensi, qui eum ad consecrationem invitaverat, Rainaldo consecrando se adfuturum non esse respondet.* 6) *C.* 397—427.

sub nomine pontificis, aecclesiam vel potestatem aecclesiasticam sibi vindicare praesumit, hic iam non per hostium intrat, sed aliunde ascendit, ut merito non inter episcopos computetur, sed inter fures et latrones connumeretur. Investituram, quam de manu laici accepistis per pastoralem virgam, silere non debeo, nec loqui sine dolore. Quod ad maiorem sanctae[a] ęcclesiae iniuriam in occulto factum non fuit, sed publice. Qui[1] autem cognoscere voluerit, quid catholica et apostolica aecclesia de investitura senserit, quid docuerit, quid iudicaverit et constituerit, legat in primo capitulo illius concilii, quod tempore Gregorii septimi papae factum est, et ibi omnes clericos, qui de manu laici investituram suscipiunt hereticos vocatos et ideo dampnatos esse et excommunicatos invenerit[b. 2]. Licet enim alia heresis de investitura dicatur, alia symoniaca: ista tamen, quae de investitura dicitur, contra sanctam aecclesiam fortius iaculatur. Ibi enim inprimis omnis aecclesiasticus ordo confunditur, quando hoc quod unicuique a solo suo consecratore in aecclesia cum orationibus, quae ibi conveniunt, dari debet, a saeculari potestate prius accipitur. Quod sancti apostoli non solum interdixerunt, verum etiam omnes illos, qui per saecularem potestatem aecclesiam optinent, a Christo sibi tradita potestate dampnaverunt. Et merito apostoli iuditio Spiritus sancti hanc heresim in ipso aecclesiae principio dampnare decreverunt[3], quam longo post tempore ex patre diabolo nasciturum esse praeviderunt. Cum igitur laico et investitura et omnis etiam disponendarum aecclesiasticarum rerum facultas a Spiritu sancto, qui in apostolis loquebatur, negata sit penitus et interdicta: qui investituram a laico suscipit, non iam contra apostolos tantum, immo contra dominum apostolorum quod sanctum est canibus exponit. Investitura enim, de qua loquimur, sacramentum est, id est sacrum signum, quo princeps aecclesiae, episcopus scilicet, a caeteris hominibus secernitur pariter atque dinoscitur: et quo super christianum gregem cura pastoralis ei tribuitur. Hanc investituram ab illo solo suscipere debet, a quo et consecrationem habet. Illum siquidem prius oportet consecrari, deinde vero tanquam ducem aecclesiae sacris insignibus decorari. Si quis autem cuilibet saeculari potestati ista licere putat, errat[c]. Quod si[d] defendere nititur, apostolorum doctrinam et sancti Spiritus sensum adnullare[e] desiderat, unde hęreticus esse nullatenus dubitatur. Haec praeterea hęresis de investitura si recte perspiciatur, etiam hęresis symoniaca esse viva et vera ratione probatur. Nam quae saecularis potestas sibi vindicare nititur investituram, nisi ut per hoc aut peccuniam extorqueat aut, quod est gravius, sibi inordinate subiectam efficiat pontificis personam? Nullus est utique laicorum, etiamsi ei liceret, qui tanta intentione anulum vel virgam dare desideret, nisi per haec quae sunt sacramenta aecclesiae temporalibus lucris inhiaret. Laicis quidem sacramenta ab aecclesia suscipere licet, non aecclesiae quaelibet sacramenta dare. Anulus autem et virga, quando ab illis dantur, a quibus dari debent, et quando et ubi et quomodo debent, sacramenta aecclesiae sunt, sicut sal et aqua et quaedam alia, sine quibus hominum et aecclesiarum consecrationes fieri non possunt. Semper laicus de investitura, ut diximus, aut peccuniam sibi vindicat aut, quod est amplius, episcopi vel abbatis[f] personam. Hac itaque non tam humana quam diabolica malignitate aecclesia catholicam fidem, libertatem et castitatem amittit, sine quibus nulla ratione subsistit. Haec etenim tria semper aecclesia habere debet, quorum vel si unum defuerit, velut paralitica iacet nec ligandi nec solvendi potestatem habet. Hanc igitur quicumque sub specie pastoris suscipere praesumit, fit paraliticus et heretica lepra

a) iniur. s. eccl. 2. 3. b) inveniet 3. c) *superscr.* 1. d) d si *superscr.* 1. e) *postea add.* 1; anullare; d *eras.* 3. f) *sequebatur* aut, *sed eras.* 2.

1) *Abhinc eadem in Libello III. usque* esse meretur *p.* 690, *l.* 7 *sqq. leguntur.* 2) *Synodus Romana a.* 1078, *Nov.* 19. *habita, Jaffé, Bibl. II, p.* 333; *sed hereticos clericos illos minime vocavit; v. Schum l. l.* 3) *Canones apostol. c.* 30, *Mansi I, col.* 53; *Hinschius p.* 29.

pollutus. Illum non pastorem fiducialiter dico nec illius pastoris, qui animam suam posuit pro ovibus suis, quodlibet menbrum, sed fur et latro et lupus est. Nam ad hoc venit, ut furetur et rapiat et mactet. Hanc autem detestabilem impietatem non solum qui faciunt, sed qui consentiunt ei dampnati sunt. Ille vero consentit qui eam tacet, qui eam non corrigit et qui ei palam non contradicit[1]. Et nemo est qui contradicere palam non debeat et possit. Nam si praelati non habet auctoritatem, habet tamen
Ier. 48, 10. christiani vocem. Et scriptura dicit et neminem excipit: *Maledictus est qui prohibet gladium a sanguine,* id est vocem suam ab increpatione peccati. Illud etiam factum
cf. Num. 22, 28. meminerit, quod asina fatuum prophetam olim correxerit. Quod si fuerit viciosus vel quolibet alio crimine infamis factus, non ideo silere debet, quoniam unicuique peccatori communem aecclesiae fidem, quam suam esse credit et confitetur, defendere et contra eius adversarios libere pugnare licet*. Haec pauca de multis, quae forsitan oblivioni tradidistis, vestrae sublimitati dignum duxi ad memoriam revocare, ut unde et quomodo sumpsistis episcopi nomen, vobis ulterius non liceat ignorare. Illa vero sileo quae dominus papa novit et indulsit: quia meum non est retractare quod ipse fecit. Vitam enim vestram nullo genere religionis approbatam noverat et vos infra annos esse et nullum penitus ordinem habere fortassis audierat. Prius quidem ordines accipere contempsistis, ut vobis liceret ea liberius exercere, quae minime licent ad animae salutem. Omnes postmodum ordines, sed sine ordine, quia in octo diebus et non certis temporibus, accepistis propter episcopatus ambitionem. Unde vera propositione probatur, quod eos amore gloriae temporalis accepistis, non Christi caritate. Quicumque[2] tamen sacramentis aecclesiae cemento[a] caritatis non iungitur, iniuriam quidem aecclesiae facit, sed quasi paries luteus dissipatur, qui licet dealbari possit ad tempus, eius subita dissolutione, qui ante confidebant in eo, premuntur. Hac igitur similitudine recte colligitur, quod qui ad iniuriam sanctae aecclesiae aecclesiasticum ordinem et maxime pontificatum assequitur, suam destructionem inprimis, deinde populi mortem operatur. Et tunc aecclesia iniuriam pariter sustinet et verecundiam, quando in eligendo pontifice canonica perit electio, et quod ordinato soli debetur, datur inordinato, et qui non vocatus a Deo praeponitur, sed violenter intrusus a vulgo. Gravius[3] nichil est apud Christum aecclesiae iniuria; cuius sacramenta qui perverse[b] suscipiunt cum Christo esse vel prodesse non possunt. Cum Christo etenim simul esse et contra Christum facere nemo
Luc. 11, 23. potest, cum ipse dicat: *Qui non est mecum, contra me est.* Qui autem cum Christo
ib. non est, nec sibi prodesse nec aliis potest; cum ipse iterum asserat: *Qui non colligit*
Ioh. 15, 5. *mecum, dispergit.* Et alibi dicit: *Sine me nichil potestis facere.* Haec idcirco vestrae dilectioni scripsi, quia salvo ordine nostro vobiscum pacem feci. Et salvum nostrum non fecissem ordinem, si hanc vobis veritatem tacuissem. Valete: et non quae vestra sunt, sed quae Iesu Christi quaerite et diligite.

*) Nam illi duo, qui in passione Domini crucifixi sunt cum eo omnino infames erant, nam publici latrones, quorum[c] unus non tantum quia credidit[d], sed quia suae fidei veritatem contra alterum defendere cepit, bonum illud et delectabile verbum a Salvatore
Luc. 23, 43. nostro audire meruit: 'Hodie', scilicet, 'mecum eris in paradiso'. Unde in latrone illo maxime declaratum agnoscitur, quod defensio fidei paradisum pariter et cum Christo esse meretur *m.* 2 *ex Libello III. in marg. add.* 1; *in textu* 2. 3.

a) caemento 3. b) perverse 2. c) rum *oblit.* 1. d) redid *oblit.* 1.

1) *Gregorii I. epist. X*, 42, *Opp. II, col.* 1074 *A; Jaffé* 1723: Nam qui non corrigit resecanda committit; *cf. Deusdedit, Libellus contra simon. II,* § 16, *supra p.* 335. 2) *Sequentia iterum* (— et quod) *in Libello III. descripta sunt.* 3) *Usque* potestis facere *in Libello III, p.* 688, *l.* 12 *sqq. repetita.*

LIBELLUS III.

[TRACTATUS[a] DOMNI G[OFFRIDI] ABBATIS DE ORDINATIONE EPISCOPORUM ET DE INVESTITURA LAICORUM.]

G[offridus] Vindocinensis monasterii humilis[b] servus dilecto* fratri et coabbati B[ernerio] honorabilis vitae viro catholicam fidem toto corde diligere, et eos qui ei contradicunt totis viribus impugnare.

Vestrae petitionis et meae promissionis non immemor, si non ut debui, saltem ut potui, temptavi solvere et quod a vobis quaesitum est et a me promissum, de ordinatione videlicet episcopi et de investitura laicorum. Inprimis firmiter credere nos oportet et nullatenus dubitare, ut quemadmodum baptismus christianum facit, ita electio et consecratio facit episcopum, et sicut impossibile est sine baptismate christianum fieri, ita est impossibile episcopum sine electione et consecratione creari. In[c] ordinatione episcopi electio et consecratio sic est utraque necessaria, quod consecratio sine electione et sine consecratione electio episcopum facere sola non sufficit**. Sciendum vero est, quod hic vel ubicumque de electione episcopi agitur, canonicam necesse est et euangelicam electionem[d] intelligi, ut qui bene electus est et iuste consecretur. Alioquin fit quaedam[e] prava simulatio in aecclesia et aecclesiasticae[f] dignitatis illusio non parva. Nam quicumque canonice non electus quasi sacrandus accedit, execratus recedit, et falso nominatur episcopus, qui adnullare conatur electionis et consecrationis ordinem, quem Christus per semet ipsum primus instituit. Ipse enim primus et elegit apostolos et consecravit, quos nisi prius electos consecrare non voluit. Hoc sanctum sacramentum, electionem videlicet et consecrationem apostolorum, Christus primus primum fecit, per quod caetera fierent sacramenta. Nullus autem apostolorum apostolatum audacter appetiit, nullus eorum se impudenter optulit[g] eligendum. Tota itaque ordinatio episcopi non in sua, sed in aliorum electione consistit et consecratione, si tamen illam electio recta praecesserit. Haec autem prius per semet ipsum, ut dictum est, Christus fecit; deinde vero vicarii eius. Et in apostolis quidem a Christo facta sunt, quoniam ab ipso et electi et consecrati fuerunt. In aliis vero omnibus a nullis aliis fieri licet, nisi a vicariis Christi. Sunt autem vicarii Christi clerici in electione, episcopi in consecratione. Caeteri omnes petere quidem episcopum possunt, eligere vero vel consecrare non possunt. Quicumque igitur alio modo, quasi sub nomine pontificis aecclesiam vel potestatem aecclesiasticam sibi vindicare praesumit, hic iam non per ostium intrat, sed aliunde ascendit, ut merito non inter episcopos computetur, sed inter fures et latrones connumeretur[h]. Iste aliis benedictionem non porrigit, sed pestem, et vulnus potius inferre videtur quam salutem, qui tanta praesumptione

Libellus II, p. 684.

cf. Ioh. 10, 1.

*) suo praecordiali amico Petro Leonis sanctae Romanae ecclesiae cardinali diacono 2; karissimo domino et praec. am. P. L. s. R. eccl. card. (diac. *deest*) 3.

**) Nam sicut in baptismate aqua et invocatio Spiritus sancti sunt necessaria, quae faciunt christianum, ita in ordinando episcopo electio et consecratio sunt necessitate coniuncta, quae creant episcopum. Et sicut aqua sola aut sola invocatione sancti Spiritus nec baptismus fieri potest, nec homo esse christianus, ita sola electione aut sola consecratione nemo ordinari vel fieri valet episcopus. Magnum quidem et baptismatis et electionis et consecrationis episcopi sacramentum: sed illud solummodo[i] praecepit[k] Christus, et hoc egit per semet ipsum. In illo spiritualiter creatur homo et a Christo christianus dicitur, in isto vero dominus et imperator creatur christianorum, qui non solum vocatur[l] christianus a Christo, sed etiam Christi vices agere creditur *m.* 2 *in marg. add.* 1; *in textu* 2. 3.

a) Tractatus — laicorum *des.* 1; Item eiusdem tractatus ad Petrum Leonis Romanę ęcclesię cardinalem de ordinatione episcoporum et de investitura laicorum 2. b) *deest* 2. c) *verba* In — sufficit *eadem manu in marg. suppl.* 3. d) elect *in loco raso* 1. e) quadam 3. f) ecclesiasticę 2. g) obtulit 2. 3. h) entur *corr. m.* 1; *sed* n *del. m.* 2. 1. i) *deest* 3. k) et per alios facit *add.* 3; praec. — facit *loco raso.* l) *superscr.* 1.

Lib. II, p. 684. Dei maledictionem meretur. Nam episcopus sine canonica electione est quasi arbor sine radice. Arbor autem, quae radicem non habet, etiamsi folia habeat, fructum ferre nullatenus valet. Ad
cf. Marc. 11, 13. 14. huiusmodi arborem Christus quidem accessit, et cum ibi fructum non invenisset, eam maledixit. Ille maxime a Deo maledicitur qui sacramentis aecclesiae quasi sociari sua cupiditate
Lib. II, p. 686. desiderat, non Christi caritate. Et omnis qui sacramentis aecclesiae caemento caritatis non iungitur, iniuriam quidem aecclesiae facit, sed quasi paries luteus dissipatur, qui licet dealbari possit ad tempus, eius subita dissolutione qui ante confidebant in eo praemuntur. Hac igitur similitudine recte colligitur, quod qui ad iniuriam sanctae aecclesiae aecclesiasticum ordinem et maxime pontificatum assequitur, suam destructionem inprimis, deinde populi mortem operatur. Et tunc aecclesia iniuriam pariter sustinet et verecundiam, quando in eligendo pontifice canonica perit electio, et quod [vitae[a.1] meritis et sapientiae doctrinae atque sacris ordinibus debetur, illis quasi imponitur, quibus nec
ib. p. 686. bonae vitae merita nec sapientiae doctrina nec sacri ordines suffragantur*]. Gravius nichil est apud Christum aecclesiae iniuria, cuius sacramenta qui perverse suscipiunt cum Christo esse vel prodesse non possunt. Cum Christo etenim simul esse et contra Christum facere nemo potest, cum ipse
Luc. 11, 23. dicat: *Qui non est mecum, contra me est.* Qui autem cum Christo non est, nec sibi prodesse nec
ib. Ioh. 15, 5. aliis potest; cum ipse iterum asserat: *Qui non colligit mecum, dispergit.* Et alibi dicit: *Sine me nichil potestis facere.* Sunt quidam qui Romanae aecclesiae omnia licere[b.2] putant, et quasi quadam[c] dispensatione aliter quam divina scriptura praecipit eam facere posse. Quicunque utique[d] sic sapit, desipit. Nam Romanae aecclesiae post Petrum minime licet
Matth. 16, 19. quod Petro non licuit[3]. Petro quae liganda erant ligandi, et quae solvenda solvendi est a Christo data potestas, non quae liganda solvendi, vel quae erant solvenda ligandi con-
cf. Gal. 2, 11. cessa facultas. Petrus etiam si aliquando ignoranter[e] aliter egit, Paulus, licet adhuc[f] in conversatione novicius, ei in faciem resistere minime timuit. Petrus vero sui iunioris increpationem libenter suscipiens, quod plus iusto fecerat diligenter correxit**. Romana itaque aecclesia [divinarum[g] scripturarum legem solvere non debet, sed conservare; et tradita sibi a Christo potestate] non ad suam voluntatem uti, sed secundum Christi
Lib. II, p. 685. traditionem***. De investitura autem laicorum, si[h] quis cognoscere voluerit[i] quid catholica et apostolica aecclesia senserit, quid docuerit, quid iudicaverit et constituerit, legat in primo capitulo illius concilii, quod tempore Gregorii septimi papae factum est, et ibi omnes clericos, qui de manu laici investituram suscipiunt, hereticos vocatos et ideo dampnatos esse et excommunicatos invenerit[4]. Licet alia heresis de investitura dicatur, alia symoniaca[k], ista quae de investitura dicitur, contra sanctam aecclesiam fortius iaculatur. Symoniaca[k] etenim pravitas multotiens fit latenter; heresis vero de investitura semper publice agitur[5]. Ibi etiam inprimis omnis aecclesiasticus ordo confunditur,

*) Isti terrenum, immo paludosum habent fundamentum, et ideo corruunt qui tali fun-
Ps. 72, 18. damento ædificantur. De talibus enim dicitur in psalmo: 'Proiecisti eos, dum allevarentur' *m.* 3 *in marg. add.* 1; *in textu* 2. 3.

Matth. 5, 17. **) Praeterea nulla ratione fieri licet quod Christus suo exemplo non docuit[l]. Ipse enim legem solvere non venit, sed adimplere *m.* 1 *in marg. add.* 1; *in textu* 2. 3.

***) si etiam a suo iuniori[m] Romano pontifici suggeritur, ut, si aliquando plus iusto fecerit, iuste corrigat, tanquam Petrus Pauli admonitionem suscepit, et ipse suscipiet, si Petrum imitari desiderat *m.* 3 *in marg. suppl.* 1; *in textu* 2. 3.

a) vitae — suffragantur *in loco raso m.* 2. *inter lineas suppl.* 1. b) cere *in loco raso* 1. c) qu. dis. *in loco raso* 3. d) itaque 2. 3. e) *deest* 2; *linea subducta* 3. f) *deest* 3. g) divinarum — potestate *in linea vacua relicta et in marg. suppl. m.* 3. 1. h) si — cog. *superscr.* 1. i) voluerit quid *in marg.* 1. k) symoniacha 1. l) dedocuit, de *alio atramento postea suppl.* 3. m) iuniore 3.

1) *Sine dubio hic scripta erant quae in Libello II, p.* 686, *l.* 28. 29. *leguntur.* 2) *Hoc ad privilegium episcopos investiendi a Paschali II, Heinrico V. concessum spectat.* 3) *Cf. Deusdedit, Libellus contra invasores I,* § 11—13, *supra p.* 309 *sqq.* 4) *V. supra p.* 685, *n.* 2. 5) *Cf. supra Lib. II. p.* 685.

quando hoc, quod unicuique a solo suo consecratore in aecclesia cum orationibus, quae ibi conveniunt, dari debet, a saeculari potestate prius accipitur. Quod sancti apostoli non solum interdixerunt, verum etiam[a] omnes illos, qui per saecularem potestatem aecclesiam optinent a Christo sibi tradita potestate dampnaverunt. Et merito apostoli iuditio Spiritus sancti hanc heresim in ipso aecclesiae principio dampnare decreverunt, quam longo post tempore ex patre diabolo nascituram esse praeviderunt. Cum igitur laico et investitura et omnis etiam disponendarum aecclesiarum vel aecclesiasticarum rerum facultas a Spiritu sancto, qui in apostolis loquebatur, negata sit penitus et interdicta, qui investituram a laico suscipit non iam contra apostolos tantum, immo contra dominum apostolorum quod sanctum est canibus exponit. Investitura enim, de qua loquimur, sacramentum est: id est sacrum signum, quo princeps aecclesiae, episcopus scilicet, a caeteris hominibus secernitur pariter atque dinoscitur, et quo super christianum gregem cura pastoralis ei tribuitur. Hanc investituram ab illo solo suscipere debet, a quo et consecrationem habet. Illum siquidem prius oportet[b] consecrari, deinde vero tanquam r e g e m[c] aecclesiae sacris insignibus decorari. Si quis autem cuilibet saeculari potestati ista licere putat, errat. Quod si defendere nititur, apostolorum doctrinam et sancti[d] Spiritus sensum adnullare desiderat; unde hereticus esse nullatenus dubitatur*.[1]. Haec praeterea heresis de investitura, si recte perspiciatur, etiam heresis symoniaca[e] esse viva et vera ratione probatur. Nam quae saecularis potestas sibi vindicare nititur investituram, nisi ut per hoc aut pecuniam[f] extorqueat, aut, quod est gravius, sibi inordinate subiectam efficiat pontificis personam? Nullus est utique laicorum, etiamsi ei liceret, qui tanta intentione anulum vel virgam dare desideret, nisi per haec quae sunt sacramenta aecclesiae temporalibus lucris inhiaret. Laicis quidem sacramenta ab aecclesia suscipere licet[g], non aecclesiae quaelibet sacramenta dare. Anulus autem et virga, quando ab illis dantur, a quibus dari debent, et quando et ubi et quomodo debent, sacramenta aecclesiae sunt, sicut sal et aqua, oleum et crisma et quaedam alia, sine quibus hominum et aecclesiarum consecrationes fieri non possunt. Semper laicus de investitura, ut diximus, aut pecuniam[h] sibi vindicat aut, quod est amplius, episcopi vel abbatis personam. Hac non tam humana quam diabolica malignitate aecclesia catholicam fidem, libertatem et castitatem amittit, sine quibus nulla ratione subsistit. Haec etenim tria semper aecclesia habere debet; quorum vel si unum defuerit velut paralitica iacet, nec ligandi nec solvendi potestatem habet. Hanc igitur[k] quicumque[l] sub spetie pastoris suscipere praesumit fit paraliticus et heretica lepra pollutus. Illum non pastorem fiducialiter dico, nec illius pastoris qui animam suam posuit pro ovibus suis, quodlibet membrum, sed fur et latro[m] et lupus est. Nam ad hoc venit, ut furetur et rapiat et mactet. Hanc autem detestabilem impietatem non solum qui faciunt, sed qui consentiunt ei, dampnati sunt. Ille vero consentit qui eam tacet[n], et qui ei palam non contradicit[2]. Et nemo est qui contradicere palam non debeat et possit; nam si praelati non habet auctoritatem, habet tamen christiani vocem. Et scriptura dicit et neminem excipit: *Maledictus est qui prohibet gladium suum a sanguine*, id est vocem suam ab increpatione peccati. Illud etiam factum meminerit, quod asina fatuum prophetam olim correxerit. Quod si fuerit viciosus vel quolibet alio crimine infamis factus, non ideo silere debet, quoniam unicuique peccatori communem aecclesiae

Lib. II, p. 685.

ib. p. 685.

Ioh. 10, 11.

ib. 10.

Ier. 48, 10.

cf. Num. 22, 28.

*) Investitura itaque laicorum, quae fit per virgam et anulum[3], merito heresis[o] appellatur. Nam sicut a Symone[p] symoniaca heresis dicitur, ita ab eo qui investit et ab illo qui investitur, quoniam uterque in illa sua actione et agitare claves aecclesiae[4] et eius unicum ac singulare ostium[q] violare conatur, recto nomine heresis[r] de investitura vocatur *add.* 2. 3; *alia manu alioque pallidiore atram. in inferiore marg. suppl.* 3.

a) *superscr.* 1. b) oportet prius 2. c) ducem *Lib. II.* d) *abhinc pallidiore atram.* 3. e) simoniaca 3. f) peccuniam 3. g) licet *loco raso* 3. h) peccuniam *h. l.* 2. i) *deest* 3. k) q u a m s u p r a d i x i m u s i n v e s t i t u r a m *alio atram. in marg. suppl.* 3. l) qui *loco raso* 3. m) r a p t o r *loco raso* 3. n) q u i e a m n o n c o r r i g i t *add.* 3. o) heresis appellatur 3. p) simone sim. 3. q) hostium 3. r) heresis 3.

1) *Cf. Ivonis epist. ad Ioscerannum supra p.* 653. 2) *V. supra p.* 686, *n.* 1. 3) *Cf. Placidi Nonantul. liber de honore ecclesiae c.* 55, *supra p.* 590; *Hugo Floriac. Tractatus de regia potestate et sacerdotali dignitate I, c.* 5, *supra p.* 472; *Disputatio supra p.* 665. 4) *Cf. Goffr. Epist. l. II,* 29: Si quis dicit non ad iudicium causae, sed ad iudicium investiturae exspoliatum posse vel debere vocari, claves sanctae ecclesiae agitare et leges catholicae et apostolicae sedis violare conatur.

Lib. II, p. 685. fidem, quam suam esse credit et confitetur, defendere et contra eius adversarios libere pugnare licet. Nam[a] illi duo, qui in passione Domini crucifixi sunt cum eo, omnino infames erant, nam publici latrones, quorum unus non tantum quia[b] credidit, sed quia suae fidei veritatem contra alterum defendere cępit, bonum illud et delectabile verbum a Salvatore Luc. 23, 43. nostro audire meruit: *Hodie scilicet mecum eris in paradyso*[c]. Unde in latrone illo maxime declaratum agnoscitur, quod [vir[d] catholicus licet prius[e] infamiae[f] maculis aspersus fidei defensione] paradysum pariter et cum Christo esse meretur.

LIBELLUS IV.

[DE[g] SIMONIA ET INVESTITURA LAICORUM, QUARE UTRAQUE DICATUR[h] HERESIS.]

Universali papae Calixto, bono[i] domino suo et praecordiali amico G[offridus] abbas[k] Vindocinensis beatae Priscae cardinalis quod patri filius et domino servus.

Cum symonia et laicorum investitura heresis[l] dicatur, quare utraque sit heresis[l] et merito heresis[l] appellari debeat, praesenti brevique satis epistola monstrabitur, ne super hoc deinceps dubitetur. Firmissime crede, pater karissime, [quod[m] illud maxime heresis[l] dicitur, quod] a Patris unitate Filium sive Spiritum sanctum conatur separare[1], vel personarum alteram altera minorem vel maiorem asserere*. Igitur Simon[n] magus** non tantum hęreticus, sed hęreticorum primus et pessimus[o] extitit; qui non solum a Patris aequalitate separari posse Spiritum sanctum existimavit, sed etiam ipso Spiritu sancto maior esse praesumptuose temptando concupivit. Nam cum se posse peccunia possidere Spiritum sanctum putavit, quid appetiit aliud, nisi ut Spiritu sancto maior ipse haberetur, cum maior[p] sit qui possidet quam quod possidetur? Cum itaque Patris et Filii et Spiritus sancti personas inaequales quilibet nititur astruere, ratione pariter et auctoritate hęreticus habeatur, multo magis Symon magus, qui Spiritum sanctum Deo patri et Filio aequalem per omnia sibi peccunia subicere temptavit, hęreticus, et symonia, quae ab ipso inventa est et ab eo dicitur, hęresis comprobatur. Laicus autem, cum in-
Lib. III, p. 689. vestituram ecclesiarum tribuit[q] per virgam et anulum, quae sunt aecclesiae sacramenta, sicut sal et aqua, oleum et crisma, et quaedam alia, sine quibus hominum et aecclesiarum consecrationes fieri non possunt, sibi ius Christi usurpat et potestatem; et quodammodo se Dei filio praedicat altiorem. Nam dum illa aecclesiae sanctae sacramenta ibi dantur,

*) 1. 3[b] *in marg. et* 3[b*] *in textu addunt (ex lib. VII, ut videtur):* Sunt quidem errores et divisiones quae hęreses appellantur, quibus de persona Patris vel Filii sive Spiritus sancti vel de simul tota trinitate perverse sentitur. Sed sciendum est, quod ille maxime et magis proprie hereticus[2] nominatur qui fidem Christi, quam accepit, obstinato animo impugnare videtur.

**) *Inter lineas minoribus litteris et eadem, ut videtur, manu addita sunt:* a[3] sancto Philippo baptizatus 3[b]; *eadem* 3[b*] *leguntur.*

a) *quae sequuntur usque ad finem m.* 2 *in Lib. II, p.* 686. *ex hoc opusculo inserta.* b) *deest* 2. c) paradiso 1. d) vir — defensione *in loco raso* 1. e) *deest* 3. f) īfamię — paradisū *in loco raso* 3. g) De — heresis *des.* 1. h) sit 3[b]. i) karissimo 2. k) a 2. l) hęresis 3. m) quod — quod *in loco raso* 1; quod nichil aliud proprie hęresis dicitur nisi quod 3[a]. n) symon 2. 3[a]. 3[b]. 3[b*]. o) *m.* 3 *corr. ex* petimus 1. p) mā̆ior(!) 3[b]. q) *in loco raso* 3[b*].

1) *Cf. Humberti cardin. lib. adv. simoniacos, praef. Libelli I, p.* 101*:* Hereticus autem est, qui a fide catholica dissentit. 2) *Cf. Brunonis episc. Signiensis epistola* 2. *ad Paschalem papam (supra p.* 564*):* Sicut e contra illi sunt heretici, qui catholicae ecclesiae fidei et doctrinae obstinato animo contradicunt. 3) *Videntur suppleta ex Brunonis Sign. Tractatu de simonia c.* 10, *supra p.* 554*:* Hic enim Simon baptizatus a Philippo.

ubi dari debent, et quibus*, et quando debent, a Dei filio dantur, per consecratorem videlicet illius actionis ministrum, sicut in remissionem peccatorum Spiritus sanctus dabatur per Petrum. Unde Deus pater ad Iohannem loquitur, dicens: *Super quem videris Spiritum descendentem, ille est qui baptizat.* Quando dixit: 'ille est qui baptizat[a]', a parte totum significavit. Nam Dei filius[b] universa sanctae[c] aecclesiae conficit et tribuit sacramenta. Laicus autem, quando contra Dei filium sic praesumit, si non amplius, non minus tamen quam Symon magus intumuit, et ipse intumescit, qui in collatione sacramentorum se Dei filio anteponit. Et quia Deo Dei filio non solum sui Patris aequalitatem demere nititur, sed seipsum Dei filio superiorem sua impia actione significare videtur, recto nomine et ipse hęreticus, et eius investitura hęresis appellatur. Iob. 1, 33.

Non[d.**] sit imperatoribus et regibus molestum quod dicimus, nec consuetudine sibi vindicare nitantur quod eis veritate negatur. Cum laicis etiam religiosis disponendarum aecclesiarum vel aecclesiasticarum rerum omnis facultas ab apostolis[1] prohibeatur, manifestum est, quod eis investitura negatur ab ipsa veritate, a Christo videlicet, qui in apostolis loquebatur. Quod autem Christus in apostolis locutus sit, Paulus apostolus asserit dicens: *An experimentum eius quaeritis, qui in me loquitur Christus?* Cum igitur Christus sit veritas, sicut ipse dixit: *Ego sum veritas*, nec unquam, ego sum consuetudo, dixerit[2]: qui christianus est Christum, et qui rex est, regem regum, ipsam scilicet[e] veritatem, sequatur, non consuetudinem. In aecclesiasticis possessionibus, quamvis nec in legibus nec in canonibus inveniatur, tamen propter scandalum et scisma vitandum talis regibus investitura concedatur, ut nec ipsi propter hoc pereant, nec sancta aecclesia detrimentum patiatur. Investituram per virgam et anulum accipere, nisi a suo[f] consecratore, manifestum est esse dampnosum, quia nulli laico licet illa aecclesiae sacramenta dare[3], sicut ei non licet episcopum consecrare. Res etiam, quae semel aecclesiae datae sunt, reges iterum eas dare[4], vel de ipsis investire, nec[g] debent nec convenienter possunt. Nam[h] alicui dare quod habet, et de hoc investire aliquem quod ille iam tenet, superfluum est et vanum; non tamen videtur criminosum. Alia itaque[i] est investitura, quae episcopum perficit, alia vero quae episcopum pascit. Illa ex divino iure habetur, ista ex iure humano. Subtrahe ius divinum, spiritualiter episcopus non creatur. Subtrahe ius humanum, possessiones amittit, quibus ipse corporaliter sustentatur. Non enim possessiones haberet aecclesia, nisi sibi a regibus donarentur et ab ipsis non quidem divinis sacramentis, sed possessionibus terrenis investiretur. Ex iure divino regibus quidem et imperatoribus dominamur; ipsis tamen ex eodem iure, quia Christi[k] domini sunt, honorem debemus et reverentiam, sicut dicit apostolus: *Regem* 2. Cor. 13, 3. Ioh. 14, 5. 1. Petr. 2, 17.

*) *Sequitur* 3[b] *in loco raso (ex Libello VII. ut videtur), nigriore atramento, sed eadem manu scripta:* et quomodo debent, per consecrationis ministrum a Dei filio dantur, a quo universa fiunt sacramenta et a quo tribuuntur. Unde *etc. Eadem* 3[b*].

**) *Pro his quae sequuntur usque ad finem leguntur in* 3[a]*:* Vale et symoniam et laicorum investituram omni occasione vel qualibet dispensatione seposita impugnare satagite.

a) baptitat 3[a]. b) ut dictum est *add.* 3[b*]. c) *deest* 3[b*]. d) *abhinc nigriore atram.* 1. e) *abhinc multae litterae m.* 1 *ita detritae sunt, ut legi non possint.* f) *corr. ex* cons. suo, *litteris* b a *suprascriptis* 3[b*]. g) nec debent *des.* 3[b*]. h) Nam a *oblit.* 1, *ubi* licui illo dare. i) utique 3[a]. 3[b]. 3[b*]. k) *deest* 1.

1) *Haec ex Epist. II. Stephani I. papae c.* 12, *Hinschius p.* 186. 2) *Cf. Gotefridi epist. l. II,* 19. *ad Ivonem (Opp. ed. Sirmond* 1610, *p.* 77*):* et cum Christus dixerit: Ego sum veritas, nec dixerit: Ego sum consuetudo. 3) *Cf. supra p.* 685. 4) *Quod Wido Ferrariensis oportere dixerat, Libelli I, p.* 564. 565.

reveremini. Ex iure autem humano tantum illis debemus, quantum possessiones diligimus, quibus ab ipsis vel a parentibus suis aecclesia ditata et investita dinoscitur. Unde beatus Augustinus super Iohannem sic loquitur[1]: *Noli dicere: Quid mihi et regi? Quid tibi ergo et possessioni? Nam per iura regum possessiones habentur. Si vero dixeris: Quid michi et regi? Noli iam*[a] *dicere possessiones tuas, quia ad ipsa iura, quibus possessiones*[b] *possidentur, renuntiasti. Nam secundum ius imperatorum possides terrena*[c]*. Tolle*[2] *imperatorum iura, quis audet dicere: Mea est illa*[d] *villa, aut meus est iste servus, aut*[e] *mea est ista domus? Quo iure defendis villas? divino an humano? Divinum ius in scripturis habemus, humanum ius in legibus regum. Unde*
Ps. 23, 1. *quisque possidet, quod possidet? Nonne iure humano? Nam iure divino domini est terra et plenitudo eius. Pauperes et divites Deus de uno luto fecit, et divites et pauperes una terra supportat. Iure tamen humano dicis: Haec villa mea est, haec domus mea, hic servus meus est. Iure ergo humano, iure imperatorum, quare? quia ipsa iura humana per imperatores et reges saeculi Deus distribuit aecclesiae suae.* Possunt itaque sine offensione reges post electionem[f] canonicam et consecrationem per investituram regalem in aecclesiasticis possessionibus concessionem, auxilium et defensionem episcopo dare, quod quolibet signo factum extiterit[3], regi vel pontifici seu catholicae fidei non nocebit. Voluit bonus dominus et magister noster Christus spiritualem gladium et materialem esse in defensione aecclesiae. Quod si alter ab altero retunditur, hoc fit contra illius voluntatem. Hac occasione de regno iustitia tollitur, et pax de aecclesia, scandala suscitantur et scismata, et fit animarum perditio simul et corporum[4]. Et dum regnum et sacerdotium, unum ab altero impugnatur, periclitatur utrumque. Nam rex et Romanus pontifex, cum unus contra alium, alter pro regni consuetudine, alter pro aecclesiae libertate erigitur, regnum illam consuetudinem obtinere nec[g] potest nec poterit, et aecclesia suae libertatis amittit plurimum. Rex praeterea sacrosancta communione pariter et regia dignitate privatur; a Romano vero pontifice multis, qui sibi servire debuerant, necessitate cogente servitur: et qui[h] a pontifice docendus erat et ducendus a rege, rex et pontifex populum sequitur[5]. Habeat autem aecclesia pacem, et regnum iustitiam; habeat rex consuetudinem, sed bonam, et non quam male reposcit, sed quam supra diximus investituram. Habeat aecclesia suam libertatem, sed summopere caveat, ne, dum nimis emunxerit, eliciat sanguinem, et dum rubiginem de vase conatur eradere, vas ipsum frangatur. Hoc est praecipuum discrecionis membrum, ne quis qualibet actione aecclesiae a sathana circumveniatur. Tunc enim a sathana quis circumvenitur, quando sub specie iustitiae illum per nimiam tristitiam[i] perire contingit[k] qui potuit liberari per indulgentiam. Praeterea bonus et discretus Augustinus in epistola ad Parmenianum dicit *vix aut nunquam excommunicandum eum esse qui in malo opere obstinatam multitudinem habet secum**[6]. Nam tolerabilius videtur uni parcere, ne in

*) nisi a fidei linea deviaverit, sicut Theutonica rabies facit *add.* 3^{b*}.

a) *superscr.* 1. b) possidentur possess. 3^{b*}. c) *corr. ex* terena 3^{b*}. d) *superscr. eadem manu* 3^{b*}. e) *abhinc multa del.* 1. f) ęlect. 3^{b*}. g) ñ 1. h) *eras.* 1; qui *in marg. m. recenti.* i) *abhinc non pauca deleta sunt* 1. k) conting'it *radendo corr. in* contigit 3^{b*}.

1) *In evang. Iohannis tract. VI,* § 26, *Opp. III,* 2, *col.* 341; *cf. Ivonis Carnot. epist. ad Hugonem Lugdun. supra p.* 645. 2) *Ibid.* § 25, *col.* 341. 340. 3) *Procul dubio epistola Ivonis modo memorata Gotefridum hic moverat.* 4) *Cf. Ivonis epist. supra p.* 645: videmus . . . plurima scandala exorta, divisum regnum et sacerdotium, sine quorum concordia res humanae nec incolumes esse possunt nec tutae. 5) *Cf. Caelestini I. epist.* 5. *ad episc. Apuliae et Calabriae c.* 3, *ed. Schoenemann p.* 768 (*Mansi IV, col.* 469; *Hinschius p.* 561): Docendus est populus, non sequendus. 6) *Cf. Epistolam contra Parmenianum l. III,* § 14—16, *Opp. IX, col.* 64—67.

aecclesia scisma seminetur plurimorum[a]. Et beatissimus[b] doctor et martyr Ciprianus asserit, dicens[1]: *Scisma non est faciendum, etiamsi in eadem fide et in eadem traditione non permaneat qui recedit.* Et Salomon in Ecclesiastice: *Scindens ligna periclitabitur in eis, si exciderit ferrum.* Item in Exodo: *In domo una comedetur: non eicietis de domo carnem foras.* Ex quibus verbis colligitur eum non excommunicandum esse qui multitudinem habet secum, ne, dum unum corrigere nitimur, perditio fiat multorum. Hoc etiam[c] Ieronimus ad Augustinum scribit, dicens[2], quod secundum beatorum apostolorum Petri et Pauli prudentiam dispensationemque honestam, aliquando fieri necesse est quod iure reprehenditur, ne christianae plebi fidei[d] scandalum oriatur. Nam propter metum Iudaeorum, ne ipsi scandalizarentur, et Paulus post conversionem Timotheum circumcisum fecit, et caeremonias etiam exercuit Iudaeorum, et Petrus coegit quosdam iudaizare gentilium, uterque sanctus apostolus simulans se veteris legis praecepta servare, ne qui fideles ex Iudaeis facti fuerant susceptam veritatis noticiam scandalizati negarent. Fecerunt hoc sancti apostoli misericordi et pia compassione, non simulatione fallaci, quamvis legem post euangelium non esse servandam minime dubitarent. Ubi beatissimae vitae viri intelliguntur non quidem commutasse consilium, sed ad horam pro aliorum salute suae doctrinae sententiam[e]. Si[3] de praesenti materia minus vel aliter dixi, quam debui, ignorantiae deputetur et indulgeatur misericorditer; si autem bene, benigne suscipiatur et[f] observetur diligenter.

Ecclc. 10. 9. Ex. 12, 46. Act. 16, 3.

LIBELLUS V.

[AD[g] CALIXTUM PAPAM] QUALITER IN AECCLESIA DISPENSATIONES FIERI DEBENT.

Dispensationes aliquando in aecclesia faciendae sunt, non quidem amore pecuniae vel quolibet humano favore, sed pia et misericordi intentione. Tunc enim a pastore aecclesiae dispensatio pie et misericorditer fieri creditur, cum aliquid minus perfectę[h] ad tempus fit ab illo vel fieri permittitur, non voluntate sua, sed aliorum necessitate, ne in ipsis videlicet fides christiana periclitetur. Sic igitur facienda est dispensatio ab aecclesia, ut semper fidei nostrae veritas instruatur, et si quid aliter ad horam factum fuerit vel permissum, oportuno tempore corrigatur. Hac discreta et sancta dispensatione usi sunt beati apostoli Petrus et Paulus propter metum Iudeorum, ne ipsi scandalizarentur. Lib. IV, p. 693.
Nam Paulus post conversionem Timotheum circumcisum fecit et cerimonias etiam exercuit Iudaeorum[i], et Petrus coegit quosdam iudaizare gentilium, uterque sanctus apostolus simulans se veteris legis praecepta[k] servare, ne qui fideles ex Iudeis facti fuerant susceptam veritatis notitiam scandalizati negarent. Fecerunt hoc sancti apostoli misericordi et pia compassione, non simulatione fallaci, quamvis legem post euangelium non esse servandam minime dubitarent. Ubi beatissimae vitae viri intelliguntur non quidem[l] commutasse consilium, sed ad horam pro aliorum salute suae doctrinae sententiam. Nam super hoc quod ipsi et alii aliter fecerant, et se et alios postea correxerunt. Possunt etiam et debent fieri dispensationes, quibus aecclesiarum et monasteriorum consuetudines immutentur, sed ubi postponitur minus bonum, ut quod est melius instituatur. In nullo autem malum fieri debet vel permitti, nisi in ea tantum necessitate, ubi timetur, ne periclitetur fides, et illud postmodum corrigatur. Nam qui mala faciunt, ut veniant bona, horum iustam esse dampnationem Paulus apostolus protestatur. Si quis vero Rom. 3, 8.

a) *verba* plurimorum — beatorum (*l.* 7) *penitus del.* 1; *spatio* 27 *litterarum vacante.* b) beatissimus — dicens quod *des.* 3b*. c) etiam — quod *in margine suppl.* 3b. d) f *sequitur locus rasus* 1; *deest* 3a.b. e) sententtiam 1. f) et — diligenter *des.* 1. g) *uncis inclusa des.* 4, *ubi inscriptio*: Qualiter dispensationes faciende sunt in ęcclesia *legitur.* h) perfecte 4. i) Iudeorum 4. k) servare p̄cepta 4. l) *deest* 4; *cf. supra lin.* 16. *et infra Lib. VII, p.* 696, *l.* 37.

1) *Testimonia* § 86, *ed. Hartel p.* 174. 2) *Cf. Epist.* 112. *ad August.* § 11, *Opp. I, col.* 739. 3) *Cf. finem epistolae ad Paschalem II. missae supra p.* 683.

aliter in aecclesia dispensationes fecit, rationi simul et veritati contradicit. Nec solum lucernam ardentem non habet, verum etiam aliorum ardentes extinguit. Et ideo non cf. Matth. 15, 14. recte dicitur Christi vicarius, sed dux est caecorum ipse caecus.

LIBELLUS VI.

QUAE TRIA AECCLESIA SPECIALITER HABERE DEBET [AD[a] EUMDEM PAPAM].

Aecclesia semper catholica, libera et casta esse debet[1]. Catholica, quia nec vendi debet nec emi; libera, quia seculari potestati non debet subici; casta, quia nullatenus debet muneribus corrumpi. Quando enim aecclesia venditur vel emitur, evacuatur fides[b], quia quod incomparabile factum est a Deo ab homine comparari posse estimatur. Praeterea[c] qui vendit aecclesiam cupidum Iudam imitatur; qui autem emit illam Iudaicam avaritiam sectatur. Iudas utique cupiditate vendidit Christum, qui est caput aecclesiae, et Iudei avaritia emerunt illum. Quando vero aecclesia saeculari potestati subicitur, quae ante domina erat ancilla efficitur; et quam Christus dominus dictavit in cruce, et quasi propriis manibus de sanguine suo scripsit, cartam libertatis amittit. Hanc enim libertatis cartam Christus vindicavit in cruce[d], et suae sponsae aecclesiae per semet ipsum dedit, ut homines alios per peccatum factos diaboli servos ipsa libera liberos et Dei filios faceret, et suos, qui sibi diligenter servirent et tanquam bonae matri devoti filii humiliter obedirent. Tunc etiam aecclesiae castitas omnino periclitatur, cum corrumpitur ipsa muneribus et ex casta et virgine sponsa Domini quasi mulier publica veraciter facta dinoscitur. Hoc enim est proprium meretricis, ut semper sub precio redigatur. Haec[e. 2] tria, quae diximus, proprie propria aecclesia habere debet; quorum unum[f] si defuerit, falso nomine dicitur sponsa Christi; quae[g] velut paralytica[h] iacet, nec ligandi nec solvendi potestatem habet. Nam[i] Christus pastor bonus sponsam fidelem quaerit[k], respuit infidelem, liberam sibi sociat, abicit ancillam, castam diligit, odit corruptam.

LIBELLUS VII.

G[OFFRIDI[1]] VINDOCINENSIS ABBATIS DE ORDINATIONE EPISCOPI ET DE INVESTITURA LAICORUM [ET[l] QUARE SYMONIA ET LAICORUM INVESTITURA SIT HERESIS].

Lib. III, p. 687. G[offridus] Vindocinensis monasterii humilis servus suo praecordiali amico Petro Leonis sanctae Romanae ecclesiae cardinali catholicam fidem toto corde diligere, et eos qui contradicunt totis viribus impugnare.

Tuae petitionis et meae promissionis non inmemor, si non ut debui, saltem ut potui, temptavi solvere, et quod a te quesitum est et a me promissum, de ordinatione videlicet episcopi et de investitura laicorum. In primis firmiter nos credere oportet et nullatenus dubitare, ut quemadmodum baptismus christianum facit, ita electio et consecratio facit episcopum. Et sicut impossibile est sine baptismate christianum fieri, ita est impossibile episcopum sine electione et consecratione creari. In ordinatione episcopi electio et consecratio sic est utraque necessaria, quod consecratio sine electione et sine consecratione electio episcopum facere sola non sufficit. Nam sicut in baptismate aqua et invocatio Spiritus sancti sunt necessaria, quae faciunt christianum, ita in ordinando episcopo electio et consecratio sunt necessitate coniuncta, quae creant episcopum. Et sicut aqua sola aut sola invocatione sancti Spiritus nec baptismus fieri potest nec homo esse christianus, ita sola electione aut sola consecratione nemo ordinari vel fieri valet episcopus. Magnum quidem et baptismatis et electionis et consecrationis episcopi sacramentum, sed illud praecepit et per alios facit Christus, et hoc egit per semet ipsum. In illo spiri-

a) *uncis inclusa des.* 4. b) fide 3. c) Praeterea — illum *des.* 4. d) crucę 4. e) hęc tria — corruptam *signo* † *apposito in marg. suppl. sunt* 3. f) *corr. ex* alterum, *cui linea subd.* 4. g) que 4. h) paralitica 4. i) *abhinc etiam in textu leguntur, sed hac forma:* Christus namque — corruptam 3. k) querit 4. l) *uncis inclusa des.* 3. m) esse *erasum* 3.

1) *Cf. Lib. I, supra p.* 680. 2) *Verba* Haec — habet *iam in Libello II. leguntur, supra p.* 685.

tualiter creatur homo et a Christo christianus dicitur: in isto vero dominus et imperator creatur christianorum, qui non solum vocatur christianus a Christo, sed etiam Christi vices agere creditur. Sciendum vero, quod hic vel ubicumque de electione et consecratione episcopi agitur, canonicam necesse est electionem et liberam consecrationem intelligi: ut qui canonice eligitur, et libere consecretur. Alioquin fit quedam prava simulatio in aecclesia, et aecclesiasticae dignitatis illusio non parva. Quicumque igitur canonice non electus quasi sacrandus accedit, vel qui non est libere consecratus, etiamsi canonica praecesserit electio, execratus recedit. Nam sicut ubi non est vera cordis conversio, non sequitur plena remissio, ita, ubi non sequitur libera consecratio, etiamsi canonica electio praecedat, minime prodest, cum neutra sola episcopum creare[a] sufficiat. Nec[b] est illa libera consecratio, quam praecedit factum sine iudicio et iusticia iuramentum, cum beatus Hieronimus[1] super Ieremiam dicat: *Iuramentum non esse faciendum, ubi non est iusticia simul, veritas et iudicium.* Quod si aliter fuerit praesumptum, iuramentum non erit, sed periurium. Praeterea tria proprie[c] propria aecclesia habere debet, quorum unum[d] si defuerit, velut paralitica iacet, nec ligandi nec solvendi potestatem habet. Debet itaque aecclesia catholica esse, casta et libera: catholica, quia nec vendi debet nec emi; casta, quia nullatenus debet muneribus corrumpi; libera, quia seculari potestati non debet subici nec ab eius sponso qualibet occasione a seculari potestate sacramentum extorqueri, cum omnino lege divina prohibeatur; nec ab episcopo nisi pro sola fide catholica sacramentum exagitatur. Christus utique pastor bonus sponsam querit fidelem; infidelem respuit, castam diligit, odit corruptam, liberam sibi sociat, ancillam abicit. Falso itaque nominatur episcopus, qui annullare conatur electionis et consecrationis ordinem, quem Christus per semet ipsum primus instituit. Ipse enim primus et elegit apostolos et consecravit. Tota itaque ordinatio episcopi in electione et consecratione consistit. Haec prius per semet ipsum, ut dictum est, Christus fecit, deinde vero vicarii eius. Et in apostolis quidem a Christo facta sunt, quoniam[e] ab ipso et electi et consecrati fuerunt. In aliis vero omnibus a nullis aliis fieri licet, nisi a vicariis Christi. Sunt autem vicarii Christi clerici in electione, episcopi in consecratione, caeteri omnes petere quidem episcopum possunt, eligere vero vel consecrare non possunt. Hoc sanctum sacramentum, electionem videlicet et consecrationem apostolorum, Christus primum fecit, per quod caetera fierent sacramenta. Si vero sacramentum, quod primum, ut dictum est, Christus fecit per semet ipsum, aliter factum fuerit quam docuit, sacramenta caetera quae sequuntur, quas vires habere valeant nec ratio docet, et fides ignorat christiana. Quicumque ergo sine canonica electione et libera consecratione sub nomine pontificis aecclesiam vel potestatem aecclesiasticam sibi vindicare praesumit, hic iam non per ostium intrat, sed aliunde ascendit: ut merito non inter episcopos computetur, sed inter fures et latrones connumeretur. Iste aliis benedictionem non porrigit, sed pestem, et vulnus potius inferre videtur, quam salutem, qui tanta praesumptione Dei maledictionem meretur. Nam episcopus qui canonicam electionem et liberam consecrationem non habet, est quasi arbor non habens radicem. Arbor autem, quae radicem non habet, etiamsi folia habeat, fructum ferre nullatenus valet. Ad huiuscemodi arborem Christus quidem accessit et, cum ibi fructum non invenisset, eam maledixit. Ille maxime[f] a Deo maledicitur qui sacramentis aecclesiae quasi sociari sua cupiditate desiderat, non Christi caritate. Et omnis qui sacramentis aecclesiae cemento caritatis non iungitur, iniuriam quidem aecclesiae facit; sed quasi paries luteus dissipatur, qui licet dealbari possit ad tempus, eius subita dissolutione, qui ante confidebant, in eo praemuntur. Hac igitur similitudine recte colligitur, quod qui ad iniuriam sanctae aecclesiae, aecclesiasticum ordinem et maxime pontificatum assequitur, suam destructionem inprimis, deinde populi mortem operatur. Et tunc aecclesia iniuriam pariter sustinet et verecundiam, quando in eligendo pontifice, canonica electio et libera consecratio perit: et quod vitae meritis, et sapientiae doctrinae atque sacris ordinibus debetur, illis quasi imponitur, quibus nec bonae vitae merita, nec sapientiae doctrina, nec sacri ordines suffragantur. Isti terrenum, immo paludosum habent fundamentum, et ideo corruunt qui tali fundamento aedificantur. De talibus enim dicitur in psalmo: *Proiecisti eos dum allevarentur.* Gravius nichil est apud Christum aecclesiae iniuria, cuius sacramenta

Lib. III, p. 687.
ib. p. 689.
Lib. VI, p. 694.
Lib. III, p. 687.
ib.
ib. p. 688.
Ps. 72, 18.

a) *sequitur parvus locus rasus* 3. b) Nec est illa libera c̄ (*in marg.*) secratio servum enim facit non liberum (*in loco raso in linea*) quam p̄cedit (*in linea*) sive subsequitur fac (*in marg.*) 4. c) proprię 4. d) *in loco raso* 3. e) *sequitur parvus locus rasus* 3. f) maximę 4.

1) *Cf. Comm. in Ieremiam I, c.* 4, *Opp. IV, col.* 864.

Lib. III, p. 688. qui perverse suscipiunt, cum Christo esse vel prodesse non possunt. Cum Christo etenim simul esse et
Luc. 11, 23. contra Christum facere nemo potest, cum ipse dicat: *Qui non est mecum contra me est.* Qui autem cum Christo non est, nec sibi prodesse nec aliis potest, cum ipse iterum asserat: *Qui non colligit mecum,*
Ioh. 15, 5. *dispergit.* Et alibi dicit: *Sine me nihil potestis facere.*

Sunt quidam qui Romanae aecclesiae omnia licere putant et quasi quadam dispensatione aliter quam divina scriptura praecipit eam facere posse. Quicumque ergo[a] sic sapit desipit. Nam Romanae aecclesiae post Petrum minime licet quod Petro non licuit. Petro quae liganda erant ligandi, et quae solvenda solvendi est a Christo data potestas, non quae liganda solvendi, vel quae erant solvenda ligandi concessa facultas. Petrus etiam si aliquando aliter egit, Paulus licet in conversione adhuc novicius ei in faciem resistere minime timuit. Petrus vero sui iunioris increpationem libenter suscipiens, quod plus iusto fecerat diligenter correxit. Preterea nulla ratione fieri licet, quod Christus suo exemplo non[b] docuit. Ipse enim legem solvere non venit, sed adimplere. Romana itaque aecclesia divinarum scripturarum legem solvere non debet, sed conservare; et tradita sibi a Christo potestate non ad suam voluntatem uti, sed secundum Christi disposicionem. Si etiam a suo iuniori Romano pontifice suggeritur, ut si aliquando plus iusto fecerit, iuste corrigat; tamquam Petrus Pauli ammonicionem[c] suscepit, et ipse suscipiet, si Petrum imitari desiderat. Adversus eos qui contra Christi dispositionem armantur, bonus doctor et martyr Cyprianus loquitur[1], dicens: *Adulterium est impium et sacrilegum, quodcumque humano facto*[d] *instituitur, ut dispositio*[e] *Christi violetur. Qui sic agit, tenebras*[2] *pro luce, noctem pro die, pro cibo famem, pro potu sitim, venenum pro remedio tribuit, pro vita mortem. Non fuit illorum aetas venerabilis, nec est auctoritas imitanda, qui Susannam*[f] *pudicam corrumpere voluerint: quorum veterem nequiciam imitantur qui Christi veritatem et eius sponsae virginitatem violare machinantur. Hii*[g] *sunt utique, qui Dei dispositiones immutant et traditiones suas statuere conantur.* A quibus recedente[h] doctrina dominica recedit et Domini gratia, quorum secus acta quandoque summus
Lib. V, p. 693. pastor vindicabit et ultoris vigore et iudicis potestate[i]. Dispensationes quidem in aecclesia faciendae sunt, non amore pecuniae vel quolibet humano favore, sed pia et misericordi intentione[k]. Tunc enim a pastore aecclesiae dispensatio pie[l] et misericorditer fieri creditur, cum aliquid minus perfecte ad tempus fit ab illo, vel permittitur, non voluntate sua, sed aliorum necessitate; ne in ipsis videlicet fides christiana periclitetur. Sic igitur facienda est[m] dispensatio ab aecclesia, ut semper[n] fidei nostrae veritas instruatur; et si quid aliter ad horam factum fuerit vel permissum, oportuno tempore corrigatur. Hac discreta et sancta dispensatione usi sunt beati apostoli Petrus et Paulus propter metum Iudeorum, ne ipsi scandalizarentur. Nam Paulus post conversionem Timotheum circumcisum fecit et cerimonias etiam exercuit Iudeorum; et Petrus coegit quosdam iudaizare gentilium. Uterque sanctus apostolus simulans se veteris legis praecepta servare, ne qui fideles ex Iudeis facti fuerant, susceptam veritatis noticiam scandalizari negarent. Fecerunt hoc sancti apostoli misericordi et pia compassione, non simulatione fallaci, quamvis legem post euangelium non esse servandam minime dubitarent: ubi beatissimae vitae viri intelliguntur non commutasse consilium, sed ad horam pro aliorum salute suae doctrinae sententiam. Nam super hoc quod ipsi et alii aliter fecerant, et se et alios postea correxerunt. Possunt etiam et debent fieri dispensationes, quibus aecclesiarum et monasteriorum consuetudines immutentur, sed ubi postponitur minus bonum, ut quod est melius instituatur. In nullo autem malum fieri debet vel permitti, nisi in ea tantum necessitate, ubi timetur, ne periclitetur fides, et illud postmodum
Rom. 3, 8. corrigatur. Nam qui mala faciunt, ut veniant bona, horum iustam esse dampnationem Paulus apostolus protestatur. Si quis vero aliter in aecclesia dispensationes facit, rationi simul et veritati contradicit, nec solum lucernam ardentem non habet, verum etiam aliorum ardentes extinguit. Et ideo non recte dicitur
cf. Matth. 15, 14. Christi vicarius, sed dux est caecorum ipse caecus.

Lib. III, p. 688. De investitura autem laicorum, si quis cognoscere voluerit quid catholica et apostolica aecclesia senserit, quid docuerit, quid iudicaverit et constituerit, legat in primo capitulo illius concilii, quod tempore Gregorii septimi papae factum est: et ibi omnes clericos, qui de manu laici investituram suscipiunt, hereticos vocatos et ideo dampnatos esse et excommunicatos invenerit. Licet alia heresis de investitura dicatur, alia symoniaca: ista, quae de investitura dicitur, contra sanctam aecclesiam fortius iaculatur.

a) *locus rasus* 4. b) *deest; locus rasus* 4, *ubi recentiore manu suppl.* dedocuit. c) adm. 4. d) furore *Cypr.* e) dispensacio 3. f) susanā 3. g) hi 3. h) recendente; n *prius eras.* 3. i) potestatę 3. k) intentionę 3. l) pię 3. m) *verba* est — aecclesia *in loco raso* 3. n) *deest* 3.

1) *Epist.* 43, *c.* 5, *ed. Hartel p.* 594. 2) *Cf. ibid. c.* 4, *p.* 593, *ubi sequentia, sed non iisdem semper verbis leguntur.*

Symoniaca enim pravitas multociens fit latenter, heresis vero de investitura semper publice[a] agitur. Ibi etiam inprimis omnis aecclesiasticus ordo confunditur, quando hoc, quod unicuique a solo suo consecratore in aecclesia cum orationibus, quae ibi conveniunt, dari debet, a seculari potestate prius accipitur. Quod sancti apostoli non solum interdixerunt, verum etiam omnes illos, qui per secularem potestatem aecclesiam optinent, a Christo sibi tradita potestate dampnaverunt. Et merito apostoli iudicio Spiritus sancti hanc heresim in ipso aecclesiae principio dampnare decreverunt, cum longo post tempore ex patre diabolo nascituram esse praeviderunt. Cum igitur laico et investitura et omnis etiam disponendarum aecclesiarum vel aecclesiasticarum rerum facultas a Spiritu sancto, qui in apostolis loquebatur[b], negata sit penitus[c] et interdicta, qui investituram a laico suscipit, non iam contra apostolos tantum, immo contra dominum apostolorum quod sanctum est canibus exponit. Investitura enim, de qua loquimur, sacramentum est, id est sacrum signum, quo princeps aecclesiae, episcopus scilicet a caeteris hominibus secernitur pariter atque dinoscitur; et quo super christianum gregem cura pastoralis ei tribuitur. Hanc investituram ab illo solo suscipere debet, a quo et consecrationem habet. Illum siquidem prius oportet consecrari, deinde vero tamquam regem aecclesiae sacris insignibus decorari. Si quis autem cuilibet seculari potestati ista licere putat, errat, quod si defendere nititur, apostolorum doctrinam et sancti Spiritus sensum anullare desiderat. Unde hereticus esse nullatenus dubitatur. Investitura itaque laicorum, quae fit per virgam et anulum, merito heresis apellatur. Nam sicut a Symone symoniaca heresis dicitur, ita ab eo qui investit, et ab illo qui investitur; quoniam uterque in illa sua actione et agitare claves aecclesiae et eius unicum ac singulare ostium violare conatur, recto nomine heresis de investitura vocatur. Haec praeterea heresis de investitura, si recte perspiciatur, etiam heresis symoniaca esse viva et vera ratione probatur. Nam[d] quae secularis potestas sibi vindicare nititur investituram, nisi ut per hoc aut pecuniam[e] extorqueat, aut, quod est gravius, sibi inordinate subiectam efficiat pontificis personam? Nullus est utique laicorum, etiamsi ei liceret, qui tanta intentione anulum vel virgam dare desideret, nisi per haec quae sunt sacramenta aecclesiae temporalibus lucris inhiaret. Laicis quidem sacramenta ab aecclesia suscipere licet, non aecclesiae quaelibet sacramenta dare. Semper laicus de[f] investitura, ut diximus, aut pecuniam sibi vindicat aut, quod est amplius, episcopi vel abbatis personam. Hac non tam humana, quam diabolica malignitate, aecclesia catholicam fidem, libertatem et castitatem amittit, sine quibus nulla ratione subsistit. Hanc igitur, quam supra diximus, investituram quicunque sub specie[g] pastoris suscipere praesumit, fit paraliticus et heretica lepra pollutus. Illum non pastorem fiducialiter dico, nec illius pastoris, qui animam suam posuit pro ovibus suis, quodlibet membrum, sed fur et raptor et lupus est. Nam ad hoc venit, ut furetur et rapiat et mactet. Hanc autem detestabilem impietatem non solum qui faciunt, sed qui consentiunt ei, dampnati sunt. Ille vero consentit qui eam tacet, qui eam non corrigit et qui ei palam non contradicit: et nemo est qui contradicere palam non debeat et possit. Nam si praelati non habet auctoritatem, habet tamen christiani vocem. Et scriptura dicit, et neminem excipit, *Maledictus qui prohibet gladium suum a sanguine*, id est, vocem suam ab increpatione peccati. Illud etiam factum meminerit, quod asina fatuum prophetam olim correxerit. Quod si fuerit viciosus vel quolibet alio crimine infamis factus, non ideo silere debet; quoniam unicuique peccatori communem aecclesiae fidem, quam suam esse credit et confitetur, defendere et contra eius adversarios libere pugnare licet. Nam illi duo, qui in passione Domini crucifixi sunt cum eo, omnino infames erant, nam publici latrones, quorum unus non tantum, quia credidit, sed quia suae fidei veritatem contra alterum defendere cepit[h], bonum illud et delectabile verbum a Salvatore nostro audire meruit: *Hodie* scilicet *mecum eris in paradyso*[i]. Unde in latrone illo maxime[k] declaratum agnoscitur, quod vir catholicus, licet[l] prius infamiae maculis aspersus, fidei defensione paradysum pariter et Christo esse meretur. Et quoniam de symonia mentionem fecimus, cur ipsa et[m] laicorum investitura sit heresis et merito heresis apellari debeat, amplius Deo adiuvante dicetur, ne super hoc deinceps dubitetur.

Lib III, p. 689.

Ier. 48, 10.

Lib. III. p. 690.

Luc. 23, 43.

Hoc etiam silendum non erit, quod sicut quaedam investitura laicorum contra fidem, ita quaedam investitura eorum salva fide fieri potest. Credendum est, frater karissime, et firmiter tenendum illud praecipue heresim esse, quod a Patris unitate Filium sive Spiritum sanctum conatur separare vel personarum alteram altera minorem vel maiorem asserere. Sunt quidem errores[n] et divisiones, quae hereses apellantur, quibus de persona Patris vel Filii, sive Spiritus sancti vel de simul tota Trinitate perverse sentitur. Sed scien-

Lib. IV, p. 690.

a) publicę 3. b) loquębatur 3. c) pęnitus 3. d) Namquę 4. e) pęcuniam 3. f) de invest. *eadem manu inter lineas suppl.* g) specię 4. h) cępit 4. i) paradiso 4. k) maximę 4. l) prius *deest* 4; *add.* 3. *supra linea.* m) *sequitur locus rasus* 3. n) herrores; h *eras.* 3.

Lib. IV, p. 690. dum est, quod ille maxime[a] et magis proprie hereticus nominatur, qui fidem Christi quam accepit, obstinato animo impugnare videtur. Igitur Symon magus a sancto Philippo baptizatus non tantum hereticus, sed hereticorum primus[b] et pessimus extitit: qui non solum a Patris equalitate separari posse Spiritum sanctum existimavit, sed etiam ipso Spiritu sancto maior esse praesumptuose[c] temptando concupivit. Nam cum se posse pecunia possidere Spiritum sanctum putavit, quid appeciit aliud, nisi ut Spiritu sancto maior ipse haberetur, cum maior sit qui possidet, quam quod possidetur? Cum itaque Patris et Filii et Spiritus sancti personas inequales quilibet nititur astruere, ratione pariter et auctoritate hereticus habeatur, multo magis Symon magus, qui Spiritum sanctum deo Patri et Filio equalem per omnia sibi pecunia subicere temptavit, hereticus; et symonia, quae ab ipso inventa est et ab eo dicitur, heresis comprobatur. Laicus autem, cum investituram aecclesiarum tribuit per virgam et anulum, quae sunt aecclesiae sacramenta, sicut sal et aqua, oleum et crisma et quaedam alia, sine quibus hominum et aecclesiarum consecrationes fieri non possunt, sibi ius Christi usurpat et potestatem: et[d] quodammodo se Dei filio praedicat altiorem. Nam dum illa aecclesiae sacramenta ibi dantur, ubi dari debent, et quibus et quando, et quomodo debent, per consecrationis ministrum,
ib. p. 691. a Dei filio dantur, a quo universa sunt sacramenta, et a quo tribuuntur. Unde Deus pater
Ioh. 1, 33. ad Iohannem loquitur, dicens: *Super quem videris Spiritum descendentem, ille est qui baptizat.* Quando dixit, 'ille est qui baptizat', a parte totum significavit. Nam Dei filius universa sanctae aecclesiae conficit et tribuit sacramenta. Laicus autem, quando contra Dei filium sic praesumit, si non amplius, non minus tamen, quam Symon magus intumuit, et ipse intumescit, qui in collatione sacramentorum se Dei filio anteponit. Et quia Deo Dei filio non solum sui patris aequalitatem demere nititur, sed se ipsum Dei filio superiorem sua impia actione significare videtur, recto nomine et ipse hereticus et eius investitura heresis apellatur.

Non sit imperatoribus et regibus molestum quod dicimus, nec consuetudine sibi vindicare nitantur quod eis veritate negatur. Cum laicis etiam religiosis disponendarum aecclesiarum vel aecclesiasticarum rerum omnis facultas ab apostolis prohibeatur, manifestum est, quod eis investitura negatur ab ipsa veritate, a Christo videlicet, qui in apostolis loquebatur. Quod autem Christus in apostolis locutus[e]
2. Cor. 13, 3. sit, Paulus apostolus asserit, dicens: *An experimentum eius quaeritis, qui in me loquitur Christus?* Cum
Ioh. 14, 5. igitur Christus veritas sit, sicut ipse dixit: *Ego sum veritas*, nec umquam, 'Ego sum consuetudo', dixerit; qui christianus est, Christum, et qui rex est, regem regum, ipsam scilicet veritatem sequatur, non consuetudinem. In aecclesiasticis possessionibus, quamvis nec in legibus nec in canonibus inveniatur, tamen propter scandalum et scisma vitandum talis regibus investitura concedatur, ut nec ipsi propter hoc pereant, nec sancta aecclesia detrimentum patiatur. Investituram per virgam et anulum accipere, nisi a suo consecratore, manifestum est esse dampnosum: quia nulli laico licet illa aecclesiae sacramenta dare, sicut et non licet episcopum consecrare. Res etiam, quae semel aecclesiae datae sunt, reges eas iterum dare, vel de ipsis investire nec debent nec convenienter possunt[f]. Nam alicui illud dare quod habet, et de hoc investire aliquem quod ille iam tenet, superfluum est et vanum, non tamen videtur criminosum. Alia utique est investitura, quae episcopum perficit; alia vero, quae episcopum pascit. Illa ex divino iure habetur, ista ex iure humano. Subtrahe ius divinum, spiritualiter episcopus non creatur: subtrahe ius humanum, possessiones amittit, quibus ipse corporaliter sustentatur. Non enim possessiones haberet aecclesia, nisi sibi a regibus donarentur; et ab ipsis, non quidem divinis sacramentis, sed possessionibus terrenis investiretur. Ex iure divino regibus quidem et imperatoribus dominamur: ipsis
1. Petr. 2, 17. tamen ex eodem iure quia Christi domini sunt, honorem debemus et reverentiam, sicut dicit apostolus:
Lib. IV, p. 692. *Regem reveremini*[g]. Ex iure autem humano illis tantum debemus, quantum possessiones diligimus; quibus ab ipsis vel a parentibus suis aecclesia ditata et investita dinoscitur. Unde beatus Augustinus super Iohannem sic loquitur: *Noli dicere, quid michi et regi? Quid tibi ergo et possessioni? Nam per iura regum possessiones habentur. Si vero dixeris: 'Quid michi et regi', noli iam dicere possessiones tuas, quia ad ipsa iura, quibus possessiones possidentur, renunciasti. Nam secundum ius imperatorum possides terrena. Tolle imperatorum iura, quis audet dicere: 'Mea est illa villa, aut meus est iste servus, aut mea est ista domus'? Quo iure defendis villas? divino an humano? divinum ius in scripturis habemus, humanum ius in legibus regum. Unde quisque possidet, quod possidet, nonne iure*[h] *humano? Nam iure divino Domini est terra et plenitudo eius. Pauperes et divites Deus uno luto fecit: et divites et pauperes una terra supportat. Iure tamen humano dicis: 'Haec villa mea est, haec domus mea est, hic servus meus est'. Iure ergo humano, iure imperatorum quare? Quia ipsa iura*

a) maximę . . proprię 4. b) primus et *des.* 4, *ubi locus rasus; manus recentior* omnium *supplevit.* c) prȩsuptuose 4. d) *erasum* 4. e) loquutus 4; sit locutus 3, *ubi sequitur locus rasus.* f) nosunt 4. g) et onorate *add. in marg.* 4. h) iuro 4.

humana per imperatores et reges saeculi Deus distribuit[a] *aecclesiae suae.* Possunt itaque sine offen- Lib. IV, p. 692.
sione reges post electionem canonicam et liberam consecrationem per investituram regalem in aecclesiasticis possessionibus, concessionem, auxilium et defensionem episcopo dare: quod quolibet signo factum extiterit, regi vel pontifici seu catholicae fidei non nocebit. Voluit bonus dominus et magister noster Christus spiritualem gladium et materialem esse in defensione aecclesiae. Quod si alter ab altero retunditur, hoc fit contra illius voluntatem. Hac occasione de regno iusticia tollitur, et pax de aecclesia, scandala suscitantur et scismata: et fit animarum perdicio simul et corporum, et dum regnum et sacerdocium unum ab altero impugnatur, periclitatur utrumque. Nam rex et Romanus pontifex cum unus contra alium, alter pro regni consuetudine, alter pro aecclesiae libertate[b] erigitur, regnum illam consuetudinem optinere non potest nec poterit: et aecclesia suae libertatis amittit plurimum. Rex praeterea sacrosancta communione pariter et regia dignitate privatur: a Romano vero pontifice multis, qui sibi deservire debuerant, necessitate cogente, servitur. Et qui a pontifice docendus erat et ducendus a rege, rex et pontifex populum sequitur. Habeat autem aecclesia pacem et regnum iusticiam: habeat rex consuetudinem, sed bonam, et non quam male reposcit, sed quam supra diximus, investituram. Habeat aecclesia suam libertatem, sed summopere caveat, ne dum nimis emunxerit, eliciat sanguinem, et dum rubiginem de vase conatur eradere, vas ipsum frangatur. Hoc est praecipuum discretionis membrum, ne quilibet rector aecclesiae sua qualibet actione a satana circumveniatur. Tunc enim rector a satana circumvenitur, quando sub specie iustitiae per nimiam tristiciam regendum perire contingit, qui potuit liberari per indulgentiam. Preterea bonus et discretus Augustinus in epistola ad Parmenianum dicit: *Vix aut numquam excommunicandum eum esse, qui in malo opere obstinatam multitudinem habet secum.* Nam tolerabilius videtur uni parcere, ne in aecclesia scisma seminetur plurimorum. Et bea- ib. p. 693.
tissimus doctor et martyr Cyprianus asserit, dicens: *Scisma non est faciendum, etiamsi in eadem fide et in eadem traditione non permaneat qui recedit.* Et Salomon in Ecclesiastice: *Scindens ligna peri-* Eccl. 10, 9.
clitabitur in eis, si exciderit ferrum. Item in Exodo: *In domo una comedetur, non eicietis de domo carnem foras.* Ex quibus verbis colligitur, quod sit tolerandus ab aecclesia qui multitudinem habet secum, ne dum unum corrigere nitimur, perditio fiat multorum. Hoc etiam Ieronimus[c] ad Augustinum scribit, dicens: *Quod secundum beatorum apostolorum Petri et Pauli prudentiam dispensationemque honestam aliquando fieri necesse est, quod iure reprehenditur, ne christianae plebi fidei scandalum oriatur.* Si vero imperatoris et regis personae, non tamen illius terrae aliquando in summa iusticia parcendum est, ne summa crescat inde malicia, ministris aecclesiae penitus[d] interdicatur, ne quod iustum est iniuste consequantur.

De praesente materia si minus vel aliter dixi quam debui, ignorantiae deputetur et indulgeatur misericorditer. Si autem bene, benigne suscipiatur et observetur diligenter.

LIBELLUS VIII.

[G[OFFRIDUS][e] VINDOCINENSIS ABBAS] DE PROMISSIONIBUS, QUAS PRO CONSECRATIONE SUB NOMINE PROFESSIONIS ABBATES FACIUNT EPISCOPIS.

Deus et dominus noster Iesus Christus in euangelio monet et dicit: *Gratis acce-* Matth. 16, 8.
pistis, gratis date, et quod monet verbo, facto complevit. Ipse enim gratia nos creavit et redemit misericordia. Suis itaque sermonibus monet et docet operibus munera sua, sanctae videlicet aecclesiae sacramenta, et gratis accipi debere et gratis dari, quia licet haberi possint, non possunt tamen comparari dona Spiritus sancti; et hereticus esse ratione et auctoritate convincitur qui quod incomparabile factum est a Deo credit vel actione praedicat posse comparari ab homine. Ideo Symon magus hereticus factus est, quia donum Dei se posse estimavit pecunia[f] possidere. Non est utique venundandum vel emendum aecclesiae quodlibet sacramentum, quod est donum sancti Spiritus, ex quo et in quo et per quem divina mysteria iure celebrantur[g], et peccatorum datur remissio, et sine quo nulla sanctificatur oblatio. Igitur aecclesiarum et hominum consecrationes sive benedictiones omnino gratis fieri debent, nec quolibet ingenio pro huiusmodi facto quippiam exigatur, ne, dum falsa queritur[h] beatitudo, vera miseria in-

a) distr. ecel. *loco raso* 3. b) libertate? 3. c) Iheronimus 4. d) penitus 3. e) G. — abbas *des.* 4. f) pec. 4. g) celebr. 4. h) queritur 4.

veniatur. Sunt quidam episcopi qui pro benedictionibus abbatum sub nomine professionis ab eis exigunt quod est christiane professioni valde contrarium[1]. Nam cum professio alia in divina laude sit, alia pro peccatorum deposicione, ista laudem Dei non facit, sed minuit, nec deponit peccata, sed apponit. Nec sacre fidei professio recto nomine[a] dicitur, sed execranda promissio, quae claves aecclesiae agitare[2] et unicum ac singulare eius ostium violare conatur. Ista neque veritate neque auctoritate inventa, sed consuetudine et hominum cupiditate reperta, triplici genere symoniae contra sanctam aecclesiam iaculatur, quoniam symonia a lingua, symonia a manu, symonia ab obsequio ibi committitur. Est a lingua, cum publice recitatur illa promissio; fit a manu, quando carta, qua continetur, scripta ponitur super altare; fit ab obsequio, cum ipsum male promissum subiectionis obsequium servatur[b]. Qui sic agit forsitan dicit: 'Pro benedictione non quero pecuniam': immo satis amplius exigit, quia hominis personam. Sicut anima plus est quam corpus, ita corpus simul et anima, tota videlicet hominis persona multo plus est quam eius pecunia. Divina lege et manifesta ratione probatur, quia benedictio minime datur gratis quam praecedit abbatis illa proscriptio, ut quod desiderat assequatur. Non enim faceret illam, si repulsam non pateretur. Illud etiam quod bonum est fit perniciosum[c], cum promittitur non bene, vel male suscipitur. Nam pecunia[d], quam Symon magus optulit Petro, bona quidem erat, sed quia male optulit illam, dampnatus a Petro praedicatur. Et ideo nec euangelica nec canonica, sed navicularia est illa quae dicitur benedictio, quam quae falso nomine vocatur professio praecedit sive subsequitur. Ibi venditur simul et emitur primum aecclesiae sacramentum. Christus etenim primus hoc sacramentum per semet ipsum fecit, consecrationem scilicet apostolorum. Praeterea sciendum est nec oblivioni tradendum, quod quicunque emit aecclesiam, Iudeorum perfidiam, et qui vendit eam, traditorem Iudam imitatur. Iudei etenim Christum emisse noscuntur, qui est caput aecclesiae, et eum vendidisse Iudas
4. Reg. 5,27. minime dubitatur. Qui vero[e] pro divino misterio[f] munus exigit, Giezi sequitur discipulum Helisei[g] et Naaman Siri[h] lepram consequitur. Caveant igitur episcopi et abbates, qui ideo dicuntur Christi vicarii, quoniam Christi creduntur agere vices, ne contra Christi auctoritatem, qui gratis tribuit et eius vocem, qui gratis dari monet et praecipit, cupiditatem sive consuetudinem sequantur, qua fides aecclesiae, libertas et castitas simul corrumpitur. Non mediocriter utique delinquit episcopus, nisi gratis dederit; et abbas, nisi gratis acceperit, similiter peccat[i], quia facientem et obsequentem par poena[k] constringit[3]; et *facinus quos inquinat, aequat*[4].

a) *sequitur locus rasus c.* 13 *litterarum* 4. b) *postea corr. ex* sevatur 4. c) pernitiosum 4. d) pecc. 4. e) ♀ *loco raso* 3. f) myst. 4. g) elisei 4. h) Syri 4. i) pecat 4. k) pena 4.

1) *Cf. Epist. l. II,* 7. *ad Ivonem (Gotefridi Vindocin. Opp. ed. Sirmond* 1610, *p.* 60*):* Quod etsi pro consecratione professionem et professione ab alodiario beati Petri subiectionem vobis vindicastis, consecrationem utique illam gratis minime impendistis. Non enim gratis impenditur, per quod homo homini subiectus efficiatur. In professione siquidem illa consilio vestro nimia simplicitate acquievi, ubi si quid aliter actum est, vos scienter fecistis; ego autem ignoranter peccavi *etc. Epist. l. II,* 11. *ad Ivonem l. l. p.* 67*:* Professio quam a me adhuc iuvene et novitio extorsistis, regularis minime fuit eamque fecisse peccatum extitit et accepisse irreligiosum. Nam si pro benedictione, quam omnino gratis dare debuistis, usurpastis professionem et pro professione ab alodiario beati Petri exigitis subiectionem, profana fuit illa professio et ideo non tenenda; quoniam subsequens benedictio, quam exhibuistis navicularia potius videtur quam gratis data: quandoquidem pro illa temporalem mercedem cum iniuria fidei christianę exigere non erubescitis. 2) *Libellus I, supra p.* 682. 3) *Cf. Lucii Epist. c.* 7 *(ed. Hinschius p.* 179*):* par enim poena et agentes et consentientes comprehendit; *Libelli I, p.* 493. 4) *Lucan. Phars. V,* 290.

ADDENDA ET EMENDANDA.

AD TOMUM I.

Petri Damiani Disceptatio synodalis.

P. 77—94. *Cf. quae nuper Scheffer-Boichorst ('Mittheilungen des Instituts für Oesterreich. Geschichtsforschung' XIII, p.* 129—137*) de vitio, quo haec editio laborat, adnotavit, cum auctor eius neque Baronii editionem principem (Annal. eccles. t. XI) neque duos codices Romanos S. Petri et Ottobonianum adhibuerit.*

Humberti cardinalis libri III adversus symoniacos.

P. 116, *l.* 5—10. *Verba:* Manus — sacramenta *ex Eusebii papae epist. III,* § 21, *Hinschius p.* 242. *sumpta sunt. S.*

Manegoldi ad Gebehardum liber.

P. 302. *De Manegoldo Lutenbacensi nuper fusius egit Paulus 'Études novelles sur Manegold de Lautenbach, Revue cathol. d'Alsace', 1886, p.* 209—221. 279—289. 337—345. *S.*

AD TOMUM II.

Libelli Bernaldi presbyteri monachi.

P. 8, *l.* 33. *ad verba* magni Athanasii presulis Alexandrini et Marci papae *notandum est: Decret. Pseudo-Isid. ed. Hinschius p.* 151. *Thaner.*

P. 41, *n.* 2. *supple: Sermo* 88, § 19, *Opp. ed. Bened. t. V, col.* 479*; cf. Libell. I, p.* 511, *n.* 1. *Th.*

P. 54, *l.* 3. *ad verbum* differenda *notandum est* ferenda *Dion.*

P. 57, *n.* m. *supple: cf. Thiel p.* 623, *n.* 41. *Th.*

P. 140, *l.* 40. *ad verba* papa Leone *notandum est: Epist.* 119, *c.* 3, *ed. Ballerini t. I, col.* 1214*; cf. Libell. I, p.* 393, *n.* 4. *Th.*

P. 146, *n.* 1. *Bernaldum auctorem Micrologi esse P. S. Bäumer mox probaturus est; cf. 'Neues Archiv' XVII, p.* 457. *Th.*

Altercatio inter Urbanum et Clementem.

P. 171, *n.* 15. *adde: de institutione oratoria l. XII, c.* 7, § 8*:* Quod ex prima statim fronte diiudicare imprudentium est. *S.*

Benonis aliorumque cardinalium schismaticorum contra Gregorium VII. et Urbanum II. scripta.

P. 366. *L. Bethmann ('Pertz Archiv' VIII, p.* 492*) codicem Bruxellensem* 3819 *(quondam Cusanum), qui Burchardi canones continet, ab eodem librario scriptum esse observavit, cui Benonem debemus.*

P. 367, *n.* 3. *Praeter ceteros, quos K. Francke hic commemoravit, W. Wattenbach socius noster et ipse codicem inde a capite III. accurate contulit, cuius operam serius nobis adhibere licuit.*

P. 376, *l.* 13. *legas* in facie humiles *(Jaffé in codice* 1 in *a librario deletum esse haud recte censuit).*

P. 383, *l.* 16. *Wattenbach legere voluit* quam sancte *loco* quoniam sancta.

P. 384, *l.* 43. 44. *lege cum Wattenbachio et Bethmanno* mouueret *loco* monueret.

P. 385, *l.* 2. *lege cum eisdem et cum Ambrosio* vobis *loco* nobis.

P. 387, *l.* 43. *lege item* Quisque *loco* Quisquis.

P. 388, *l.* 25. *lege* ac maxime *pro* et maxime.

Ibid. l. 43. *codex* 1 *habet* a sacerdotii.

P. 390, *l.* 34. *codex* 1 *habet* succeduntur *pro* succenduntur.

P. 395, *l.* 42. *Wattenbach legit* adversum, *Bethmann* adversus.

P. 403, *l.* 19. *Wattenbach et Bethmann legerunt* dicerentur, *Ewald* dicentur.

P. 404, *l.* 5. consorcior *W.-B. pro* consocior.

Ibid. l. 40. animatus *W.-B. pro* acuminatus.

P. 405, *l.* 2. sedent . . facē *W.-B. pro* sederit facē.

Ibid. l. 18. datus *W. pro* elatus *B.-E.*

P. 409, *l.* 25. propositure *W.-B. pro* prepositure.

Ibid. l. 26. *lege* generalis *pro* specialis *et n.* p. *lege:* specialis 1.

P. 412, *l.* 25. Hii *W.-B. pro* Hi.

Ibid. l. 28. quem *W.-B. pro* quam.

P. 422, *l.* 14. nemo *pro* ne *in textu corrigendum esset.*

Ibid. l. 19. Nunc *pro* Nec *legere voluit W.*

Tractatus Garsiae Tholetani de Albino et Rufino.

P. 424, *l.* 43. *Eosdem versus:* Martyris — quod volet efficiet *edidit nuper Fierville ex codice S. Audomari* 115, *s. XII—XIII in. 'Notices et extraits' XXXI,* 1, *p.* 122; *cf. etiam cod. Camerac. (Catal. gen. des mscr. des biblioth. publ. XVII,* 202).

P. 426, *l.* 14 *(B).* }
P. 427, *l.* 2 *(A).* } *sententia hiat verbis aliquot deficientibus.*

P. 428, *l.* 10. *interpunge: 'Rufinum invenit, [et*[b]*] pulsanti'.*

Sigeberti Gemblacensis monachi apologia.

P. 439, *l.* 14. *lege et interpunge ita:* tandem auctoritate[q] apostolica ammonitus[r], in lectum stratis versatis se recipiens, ne in religionem peccet, somnum[m], quo iam plenus est, qualicumque potest molliciei[s] artificio reinvitat. *S.*

Ibid. n. n. *lege pro 'om.* 2' est *add.* 1. *S.*

P. 441, *l.* 12. *locus ex* libro qui Pastoralis inscribitur: Deus — largitur *ex Ambrosiano tractatu de informatione clericorum haustus est; cf. p.* 608. *S.*

Gregorii Catinensis orthodoxa defensio.

P. 540, *l.* 30. *Exemplum Basilii episcopi Neo-Caesariensis ex Historia tripartita l. VI, c.* 14, *ed. Garetius p.* 287. 288. *sumptum esse videtur, ubi licet de Basilio presbytero Ancyrano narretur, etiam Eupsychii Caesariensis mentio fiat. S.*

Placidi Nonantulani liber de honore ecclesiae.

P. 572, *n.* h. *dele verba: 'ita ut abhinc — concordent'. S.*

Ibid. n. p. *lege pro 'uno semper minores': 'duobus semper minores'. S.*

P. 599, *n.* 1. *immo ex Humberto; cf. infra c.* 97, *p.* 616.

TYPOGRAPHI ERRATA.

P. 5, *l.* 26. *corrige* erat quam *pro* erat, quam.
P. 6, *l.* 29. *lege* '*Bernardo*' *pro* '*Bernaldo*'.
P. 11, *n.* c. *lege* relinq. *pro* reliq.
P. 18, *n.* 7. *lege* hoc *pro* haec.
P. 36, *l.* 27. *lege post* Iustiniani [8] *pro* [7].
P. 40, *n.* v. *lege* ex corde *pro* corde.
P. 46, *l.* 13. *adde post* Leo [5].
Ibid. n. 4. 5. *post. Baller. supple t. I.*
P. 56, *l.* 27. *ad verbum* sive *notandum est:* sine 2.
P. 58. *dele n.* 2 *et lege: v. supra p.* 57.
P. 64, *l.* 14. *lege* Faustinus, Honoratus.
P. 83, *l.* 38. *post* miser. *adde* * *et ad marg. f.* 161.
P. 84, *l.* 3. *post* expect. *adde* [a] *et in lectionibus*
ibid. l. 42. *pro* '*deest* 2' *lege* '*ex* expiavit *corr.* 2'.
Ibid. l. 11. *dele* [a] *post* eo.
Ibid. l. 41. *dele* [a] *post* est.
P. 85, *l.* 13. *post XLVIIII. adde* [o].
P. 86, *l.* 31. *lege* nos *pro* non.
P. 104, *n.* 3. *corr. p.* 425 *pro p.* 354.
P. 117, *l.* 5. *corr.* inquam *pro* in quam.
P. 125, *l.* 46, *n.* 1 *lege* '*l. IV*' *pro* '*t. IV*'.
P. 134, *n.* 12. *lege* 527 *pro* 627.
P. 140, *n.* 9. *corr. p.* 628 *pro p.* 324, *n.* 3.
P. 141. *dele n.* 1.
P. 142, *l.* 33. *corr.* prescribit *pro* praescribit.
Ibid. l. 41. *lege* commentati *pro* commendati.
P. 144, *l.* 5. *corr.* presumant *pro* praesumant.
P. 145, *n.* 4. *lege* '*Ep.* 14, *c.* 8' *pro nr.* 8'.
P. 147, *l.* 25. *post* reliqua *supple* ,.
P. 153, *l.* 28. *lege* rescindimus *pro* recindimus.
P. 159, *l.* 30. 31. *corr.* predestin. *pro* praedestin.
Ibid. l. 43. *corr.* preferri *pro* praeferri.
P. 161, *l.* 15. *corr.* Quodsi *pro* Quod si.
P. 177, *l.* 22. *lege* perrexerunt *pro* porrexerunt *(cf. p.* 257*)*.
P. 191, *l.* 44. / *P.* 192, *l.* 42. } *dele uncinas, nam quae eis includuntur Schwenkenbecheri sunt.*
P. 221, *l.* 27. *lege* Montanorum *pro* mont.
P. 246, *l.* 43, *n.* 3 / *P.* 260, *l.* 48, *n.* 2 } *dele S.*
P. 253, *l.* 35. *lege* dicti *pro* dicta.
P. 300, *n.* 1. *dele* '*atque — paleogr.*'
P. 318, *l.* 14. *post* papae *add.* [4].
P. 328, *l.* 8. *corr.* auctores eorum *pro* auctore seorum.
P. 366, *l.* 17. *lege* Quędam *pro* Quedam.

P. 376, *l.* 13. *lege* in facie humiles.
P. 381, *l.* 27. *lege* Hieronimus *pro* Heronimus.
P. 385, *l.* 29. *lege* martirii *pro* martirum.
P. 389, *l.* 6. dum intelligit *om.* 2.
P. 392, *l.* 8. *lege* iuditio *pro* iudicio.
Ibid. l. 48. *lege* 54 *pro* 34.
P. 395, *l.* 2. *lege* dampnatorum *pro* damnat.
Ibid. l. 19. et *om.* 2.
P. 397, *l.* 5. *lege* proprię *pro* proprie.
Ibid. l. 33. *lege* consecracionem *pro* consecrationem.
P. 399, *l.* 14. *dele* episcopus.
P. 400, *l.* 3. *lege* falso *pro* falsa.
P. 401, *l.* 3. } *lege* Nabuchodonosor *pro* Nabochodonosor.
P. 403, *l.* 6. }
P. 401, *l.* 6. *lege* et Starbuzannai *l.* nostri *pro* vestri.
Ibid. l. 21. *lege* Sadoh *pro* Sadoc.
P. 403, *l.* 36. *lege* devotionis *pro* devocionis.
P. 405, *l.* 40. *lege* rei puplice *pro* rei publice.
P. 406, *l.* 45. *dele notam* k.
P. 407, *l.* 14. *lege* neglegenter *pro* neglig.
P. 413, *l.* 4. *lege* sacerdotii *pro* sacerdocii.
Ibid. l. 35. *lege* obsorbuit *pro* absorbuit.
P. 411, *l.* 46. *lege* 1 *pro* c.
P. 415, *l.* 26. *lege* Numidię *pro* Numidie.
P. 417, *l.* 43. *dele* 1 *in nota* d.
P. 421, *l.* 44. *dele* Chintilavis.
P. 430, *l.* 4. *corrige* '*scriptum esse*[1]*:*'.
Ibid. l. 28. *adde* ' *post* adveniens.
P. 431, *l.* 3. *adde* ' *post* invenisti?
Ibid. l. 16. *dele* [1] *post* hiis.
Ibid. l. 17. *pone* " *ante* Vere *et post* iustitiam.
P. 436, *l.* 8. *lege* qui calumniantur *pro* quic alumniantur.
P. 441, *l.* 19. 20. *lege* exstirpare *pro* exsirpare.
P. 447, *l.* 5. *lege* quot *pro* quod.
P. 453, *l.* 27. *lege* nobiscum *pro* nohiscum.
P. 517, *l.* 1. *in fine adde* [a].
P. 538, *l.* 30. *lege* [5] *pro* [6].
P. 547, *n.* 1. *lege* '*del.* 1' *pro* '*del.* c'.
P. 568, *n.* a. *lege* '*titulus deest B* 1' *pro* '*B* 2'.
P. 621, *n.* u. *lege* '*codd.*' *pro* '*corr.*'
P. 634, *l.* 34. *lege* quia *pro* qui.
P. 637, *n.* f. *lege* postea *pro* post ea.
P. 640, *l.* 9. *lege* '*Richerius*' *pro* '*Richarius*'.
P. 652, *l.* 42, *n.* 1. *lege* '*infra*' *pro* '*supra*'.
P. 677, *n.* 6. *lege* 1096 *pro* 1196.

INDEX NOMINUM
ET RERUM MEMORABILIUM.

SCRIPSIT IULIUS DIETERICH.

Maior numerus paginas, minor lineas quinas indicat.

A.

Aab, Acab, Achab rex Iuda, fil. Amri, 470, 30. 529, 25. 670, 10; uxor: Iezabel.

Aaron sacerdos Iud., fil. Amram, 268, 15. 269, 25. 271, 20. 341. 353, 20. 355. 401. 463, 20. 468. 483, 35. 493, 5. 525. 529, 40. 530, 25. 597, 15. 604, 5. 650, 20; fr.: Moyses.

Abdenago Iudaeus, unus ex viris in fornacem missis, 403, 10.

Abias rex Iuda, fil. Roboam, 386, 10.

Abigail, uxor Nabal, 261, 10.

Abimelec rex Israel, fil. Gedeonis, 528, 50.

Abiron, fil. Eliab, 82, 30. 167, 10. 268, 15. 269. 270, 5. 349, 20. 529, 40. 663, 35.

Abraham, Abraha, fil. Thare, 46, 5. 79, 5. 100, 20. 385.

Absalon, fil. David, 454, 1.

Acab *v.* Aab.

Acatius, Acacius, patriarcha Constantinopolit., 30, 40. 57. 58. 90, 10. 94, 1. 104. 105. 113. 139, 5. 147, 35. 149, 25. 168. 246, 5. 247, 30. 248, 35. 327, 10. 393, 40. 396. 397, 5. 398, 20. 399. 404, 10. 415. 416. 419, 25.

Achatius mag. mil. 303.

Achilleus martyr 159, 5.

Achitofel Gilonites, consiliarius David, 12, 30.

acolitus 512. 513.

Adam 35, 30. 219, 35. 457, 15; filii Adae 457, 15.

Adal-, Adel-, Al-.

Adalbero, Adelbero, Albero episc. Herbipol. 182, 5. 231, 30. 236, 35. 251 n. 1. 253. 254. 255, 1. 256, 1. 263, 35; ab Hartvigo, archiep. Magdeburg. Herbipolim introducitur 253.

Adelbero mon. (S. Blasii?) 95, 5.

Albertus presb. card. 424, 25. 434. 435, 20.

Albertus episc. Nephesinus 405, 30. 410, 1.

Adelbertus, Adalbardus, episc. Wormat. 232, 1. 236, 35. 264, 35. 265, 10; ab Heinrico IV. imp. capitur 232, 1; in synodo Magunt. (1085) excommunicatur 264, 35.

Adelbertus, Adebertus episc. Sanctae Ruphinae Silvae Candidae 405, 30. 409, 40. 410, 1.

Adalbertus praeposit. Argentin. 101, 25.

Adelbertus praepos. Spirensis 1, 25. 94. 95, 1. 101, 20.

Adalbertus presb. 26, 35. 27. 29, 1. 47, 25.

Adalbertus, Adelbertus, rex Italiae, fil. Berengarii II, 44, 5. 503, 20.

Adalgisus, fil. Desiderii regis Langobard., 229.

Adalgisus dux Benevent. 149, 1.

Adelhaida, filia Rodulfi II. regis Burgund., uxor 1) Lotharii regis Langobard., 2) Ottonis I. imp., 44, 5.

Adalheida, filia Heinrici III. imp., abbatissa Quedlinburg., (262, 10); fr.: Heinricus IV. imp.

Adalheida, Adalheide, Adelheida regina, filia Wsewolod principis Russorum, uxor Heinrici IV. imp., 248, 10. 262 n. 6. 286, 5. 330, 1; coronatur 248, 10; a marito suo prostituitur 330, 1.

Adelicia domina Puteacensis 647 n. 1.

Adrianus *v.* Hadr.

Aegyptii, Egiptii 344, 1. — Aegyptus, Egyptus, Egiptus 77, 10. 101, 30. 381. 402, 40. 433, 5. 483, 30; ecclesiae 77, 10; rex: Pharao; episc.: Paphnutius. — Egyptia servitus 418, 5.

Aelia *v.* Eudoxia, Pulcheria.

Aethiopes, Aethiopae, Ethiopae 386, 5. 431, 30. — Ethiopis tabernacula 29, 5.

Afer *v.* Festus Afer.

Africa, Affrica 8, 15. 17 n. 7. 54, 5. 131 n. 3. 132, 15. 433, 5; patricius et exarchus: Gennadius; comes: Bonifacius. — Africani episcopi 8, 15. 17 n. 7. 54, 5. 139, 1. — Africanae ecclesiae 151, 35; regiones 197, 10. — Africana synodus, Africanum concil. 30, 25. 56. 57, 5. 91, 5. 117, 10. 119, 10. 127, 10. 131, 40. 151, 30. 152, 10. 154, 45. 155, 40. 296, 25. 323 n. 2. 356, 25. — Africana concilia 64. 135, 5. 459, 25. 556, 35. — Africani canones 133, 15. 138, 35. — Africani patres 117, 35. 127, 10. 132, 20. 140, 5.

Affricus ventus 451.

Agapetus, Agapitus I. papa 238, 25. 503, 10.

Agareni 611, 25.

Agathense, Agatense concilium 64, 25. 134, 5. 158, 20. 296, 20. 356, 25.

Agatho papa 129, 15. 136, 5. 346, 5.

Agathon diac. 133, 30.

Agathus haeresiarcha 196, 5.

Agave, filia Cadmi, 433, 5.

Agilramnus *v.* Angilramnus.

Aggaeus, Aggeus, proph. 296, 15. 345, 20.

Agnes, Hagna, filia Wilhelmi ducis Pictav., uxor Heinrici III, 35 n. 2. 232, 15. 258, 30; fil.: Heinricus IV. — Rudolfo duci Suevorum Burgundiae regnum commendat 232, 15.

Agobardus archiep. Lugdunensis 298, 20.

Agrippinus auctor ecclesiasticus 331, 1.

Ahitob, fil. Amariae 401, 20.

Ahot, fil. Gera, 11, 20.

Aistulfus, Haistulfus rex Langobard. 488, 5. 498, 25.

Alamania, Alemannia, Allemannia 231 n. 3. 256. 291, 10. — Alemannus (*i. e.* Heinricus IV) 506. 508, 5.

Alaricus rex Wisigothorum 134, 5. 460.

Albanum 373, 5. 452, 10; episc.: Petrus Igneus, Richardus.

Albericus card. presb. tituli apostolorum ad Vincula 292 n. 5.

Albertus *v.* Adal.

Albia fl. *(Elbe)* 250, 15.

S. Albinus *(i. e. argentum)* 64, 25. 422—435. 702.

Albinus auctor ecclesiasticus 297, 25.

Alboinus presb. 2, 5. 4—7. (11, 15. 12, 30. 16, 5. 19, 20. 26, 15).

Albricus Tusculanensis, consul Romanus, 377, 25; fratres: Benedictus VIII, Iohannes XVIII.

Albuinus episc. Merseburg. 181, 5.

Alcfridus *v.* Alfridus.

Alemannia *v.* Alam.

S. Alexander I. papa 23, 10. 50, 25. 51, 5. 80, 25. 108, 5. 296, 5. 327, 35. 349, 35. 392, 35. 579, 15. 603, 10.

Alexander II. papa (Anselmus episc. Luc.) 4, 10. 5. 147, 35. 170, 20. 296, 1. 298, 20. 328 n. 6. 338, 25. 342, 30. 343, 5. 370, 5. 380. 399. 416, 1.

Alexander patriarcha Alexandr. 126, 15.

Alexander Magnus rex Maced., fil. Philippi regis, 389, 5.

Alexander rex Syriae, fil. Antiochi Nobilis, 402.

Alexandria 8, 15. 28, 25. 137, 1. 302, 25; patriarchae: S. Marcus, S. Eusebius, S. Alexander, S. Athanasius, S. Cyrillus, Dioscorus I, Proterius, Iohannes Niceos, Dioscorus II, Petrus, S. Eulogius; ecclesiae: S. Marci, S. Iohannis. — Alexandrini 99, 20. 302, 30. — Alexandrinus patriarcha 8, 15. 61, 25. 126, 15. 310, 15. 326, 25. — Alexandrina sedes 486, 20.

Alfonsus rex Hispaniae 422, 5.

Alfridus, Alcfridus episc. Hildesheim. 45, 1. 93, 35.

Allemannia *v.* Alam.

Alpais, uxor Karoli Martelli, 501, 5; fil.: Pipinus.

Alpes 264, 5. 297, 30. 379, 20.

Alsacia 263, 10; comes: Hug de Eginisheim.

Altenburgensis episc.: Ezzo.

Altheimensis synodus (106, 5).

Altmannus episc. Patav. 110, 5. 111, 5. 174. 182, 45. (183, 15). 184, 1. 236, 25. 237 n. 1.

Altina civitas 489, 30; episc.: Petrus.

Aluntinum vinum 432, 15.

Amalfitanus archiep.: Laurentius.

Amalech 471, 10. 611, 25.

Amalricus rex Wisigothorum 134, 20.

S. Amandus episc. Leod. 501, 1.

Amarias, fil. Azariae, 401, 20.

S. Ambrosius episc. Mediolan. 33, 10. 43, 40. 46, 1. 76, 1. 79, 25. 93. 97, 20. 117, 40. 123, 30. 126, 30. 142, 40. 143, 10. 157, 30. 158. 194. 195. 261, 5. 264, 25. 296, 15. 308. 309, 5. 319, 15. 328, 1. 336, 1. 338, 10. 344, 30. 346, 10. 372, 20. 374, 15. 383, 40. 384, 20. 388, 25. 389. 391, 45. 392, 30. 395, 20. 410, 20. 420. 441. 459, 1. 471. 487, 10. 489, 1. 500, 20. 540, 30. 567, 10. 570, 15. 571, 25. 574, 25. 577, 5. 580. 590, 5. 593, 30. 594. 600, 20. 606. 609, 15. 610, 15. 629. 630. 631. 632, 1. 633. 634, 15. 635. 662, 10. 664, 30. 680, 15; consulatum Emiliensem atque Liguriensem regit 594, 10; spiritalis medicus 389, 5; eius vita 594, 15; registrum eius 344, 30.

Ammon *v.* Amos.

Amon 611, 25.

Amoreorum rex: Seon.

Amoreus 669, 30.

Amos proph. 262, 20. 296, 15. 462, 20.

Amos (Ammon) rex Iuda 386, 10.

S. Anacletus papa 17, 5. 29, 20. 50, 25. 63, 20. 87, 10. 124, 10. 201, 5. 296, 5. 346, 20. 358, 25. 362, 5. 650, 10.

Anagnia 422, 10.

Ananias 26, 1. 359, 1. 404, 20. 419, 35. 578, 1. 588, 15. 589, 5. 611, 1; uxor: Saphira.

S. Anastasiae eccl. Roman. 371, 1; presb. card. tituli S. A.: Cûno.

Anastasius I. papa 323, 5.

Anastasius II. papa 57, 20. 58, 1. 90, 10. 94, 1. 104. 113, 25. 152, 20. 187. 202, 15. 327. 328, 10. 368. 369, 10. 373, 5. 376, 1. 380, 40. 389, 35. 393, 10. 396. 397, 5. 398. 399, 15. 400, 15. 404. 412. 415. 416, 5. 417, 25. 418, 25. 419. 420, 10. 443, 25. 620, 10.

Anastasius I. imp. 57, 20. 90, 10. 97, 10. 104, 25. 105, 5. 148, 1. 152, 20. 168, 10. 187. 202, 15. 230, 10. 302. 303, 10. 389, 35. 399 n. 4. 419, 25. (443, 25). 663, 5; Eutychianista 302, 10.

Anastasius patriarcha Antioch. 37, 25.

Anastasius archiep. Thessalonic. 29, 30. 137, 40. 303, 30. 620 n. 3. 644, 10.

Anastasius bibliothecarius 296, 25. 297, 10. 301, 15. 302, 20. 351, 1.

anathema, anathematizati *v.* excommunicatio, excommunicati.

Anatholius patriarcha Constantinopol. 36, 20. 45, 35. 63, 5. 84, 5. 126, 30. 129, 1. 327.

Ancyranum, Anciranum concil. 65, 1. 116, 25. 130, 25. — Anciranorum canones 331, 10.

Anchises Troianus 209, 10.

Anchisus, filius Arnolfi, 209, 10.

Andegavi *(Angers)* 678, 30; episc.: S. Maurilius, Rainaldus; decanus: Stephanus; archidiac.: Berengarius, G. . .

S. Andreas apost. 39, 35.

Andreas episc. Tarent. 49, 25.

S. Angeli arx, castrum Romanum, 330, 10. 424, 1. 428; Crescentii domus 428 n. 1.

Andreas, pater Brunonis episc. Signini, 543, 5.

Angilramnus, Agilramnus episc. Mettens. 311, 5. 313, 25. 354, 5. 361, 15.

Angli 10, 5. 156, 35. 157, 1. 478, 25; rex: Heinricus I. — Anglia 500, 25. — Anglica tellus 431, 20.

Anno archiep. Colon. 258 n. 9. 306 n. 2. (309, 15).

Ansa opp. 648. 649, 20. 655, 1. — Ansanum concil. 648, 35.

Anselmus archiep. Cantabrig. 180, 10. 181, 30.

Anselmus I. episc. Luc. *v.* Alexander II. papa.

S. Anselmus II. episc. Luc. 4, 15. 144, 20. 145, 1. 150, 10. 293. 297 n. 8. 298, 20. 299, 1. 380. 430 n. 6. 505. 506. 659, 5.

Anselmus monach. (Argentinensis?) 103, 15.

Antherus papa 136. 137, 5. 217, 35.

Anticato *v.* C. Iulius Caesar.

Antiochia, Anthiochia, Antyochia urbs Syriae 72, 20. 130, 35. 136, 40. 217, 35. 491, 5; patriarchae: S. Petrus apost., Paulus Samosathenus, Domnus, Vitalis, Eustasius, Petrus Monophysita, Anastasius. — Antiochena sedes 486, 20. — Antiochenum concil., Anthiochena synodus 65, 1. 80, 5. 83, 25. 94, 15. 110, 25. 127, 5. 130. 296, 20. 301, 10. 306, 1. 333, 20. 355, 20. 363. 364, 15. 584; Antiocheni canones 30, 30; Antiochentium canones 331, 10; Antiochenus patriarcha 61, 25. 310, 15.

Antiochus Eupator rex Syriae 402, 35.

anulus 505—533. 519, 35. 522—524. 527. 537, 30. 612, 5. 625, 40. 630, 35. 659, 1. 665. 666. 673, 35. 691, 20. 698, 30; de eius significatione agitur 509. 510. 590; qualiter episcopus anulo et baculo investiatur 501; a laicis anulus episcopalis nullo modo suscipiendus est 509—511. 535, 25. 590; anulus et virga spiritualia dona conferunt 665, 35. 666, 1; anulus Christi et ecclesiae sacratissimam coniunctionem significat 590, 25; anulus et virga sacramenta sunt 685. 689. 690, 25. 697, 20. 698, 10; non spiritualia, sed secularia dona significant 538. — Paschalis II. papa Heinrico V. facultatem investiendi episcopos per anulum virgamque concedit 661; *v.* virga, baculus, investitura.

apex apostolicus 42, 35; pontificatus a. 43, 10; a. pontificalis 592, 5. — apex regni a Constantino pontifici Romano concessus 532, 15.

Apharsachei 401, 5.

Apollinaris archiep. Ravenn. 600, 20.

S. Apollinaris episc. Valentinus 665, 1; fr.: S. Avitus.

Apollo 12, 10. 435, 25.

Apollo, S. Pauli apost. aequalis, 526, 20.

apostolicus apex *v.* apex; apostolicus *v.* pontifex, papa, Roma; apostolica sedes *v.* Romana sedes.

Apostolorum ecclesia in Eudoxia Romana 292 n. 5.

Apulia 361 n. 1. 379, 25. 544. 550, 1. 551, 1. 673, 15. 675, 15; eccl. 431, 20; episcopus 42, 35.

Aquileienses, Aquilegenses *(Aquileia)* patriarchae; Armachoras, Ianuarius. — Aquilegensis episcopus quidam 361, 5.

Aquisgranum *(Aachen)* 258, 30.

Aquitania, Equitania 424, 1. 426. 434, 1. 435. 488 n. 1; dux: Pipinus. — Aquitanica legatio 424, 5. — Aquitaniae 649, 35.

Arar fl. *(Saône)* 433, 10.

Arator subdiac. poeta 238, 35.

Arausicum concil. 134, 1.

Archadius episc. Italiae, legatus Caelestini papae in conc. Ephes., 63, 1. 128, 35.

Archadius, Arcadius imp., fil. Theodosii I. imp., 97, 15. 134, 20. 148, 20. 195, 45. 196. 197. 198, 5. 199, 10. 302, 5. 316, 10. 351. 353, 5. 356, 1. 386, 1. 638. 664, 25; uxor: Aelia Eudoxia; fr.: Honorius.

archiepiscopus sine iussu vicariorum papae eligi non potest 619.

Arelatense concil. 64, 25. 133. — Arelatenses episc.: Marinus, Caesarius.

Argentum, Argenta, castellum Lombardiae, 294, 10. 330, 10.

Argentinenses, Strasb.-, Strazburgenses episc.: Theobaldus, Otto; Argentinensis praeposit.: Adelbertus, (cui scripsit Bernaldus 150, 5).

Ariamirus rex Wisigothorum 135, 1.

Aribertus rex Franc. 487, 10.

Ariminum *(Rimini)* 629, 30; concil. 130, 40. 558, 5.

Armachoras patriarcha Aquileg. 600, 15.

Armentarius mag. mil. 311, 5.

Armigildus rex 321, 30.

Arnolfus, Arnulfus.

Arnulfus archiep. Cosentinus (343, 5).

Arnolfus episc. Mettensis 209, 10; fil.: Anchises; nepos: Pipinus.

Arnolfus rex German., imp., fil. Karlmanni, 34, 10.

Arrius presb. Alexandr. 46, 5. 61, 15. 84. 126. 270. 283, 25. 394, 10. 557, 25. 628, 5.

Arriana decreta 629, 30; Arriana haeresis 134, 20. 412, 40. 540; Arriana impietas 599, 20; Arrianae perfidiae magister (Auxentius) 593, 35; Arriana: Iustina. — Arriani 36, 30. 48, 1. 113, 10. 120. 121, 5. 128, 20. 130, 45. 131, 1. 155, 40. 163, 5. 326, 25. 331, 25. 383, 40. 388, 35. 389, 15. 390, 15. 391, 40. 413, 1. 471. 558, 5. 559. 593, 5. 610, 25. 631; Arriani peiores sunt quam Iudei 631, 20; Arrianorum basilica supra Suburram a S. Gregorio iterum dedicatur 326, 30. 557, 15; Arriani caesares, imperatores 390, 15. 391, 40. — Arrianus 383. 392, 1; Arrianus episcopus 321, 35. 322, 1. — Arriani: Theodoricus rex Ostrogothorum, Constantius imp., Constantinus II, Valentinianus imp.

Arsenius (*false* Audorentius) episc. Ortensis 664, 35.

Artarxerxes, Atarxese rex Pers. 389, 1. 401, 25.

Arvernense concil. 640, 10. 660, 5. 677 n. 2.

Asaph rex Iuda 386, 5.

Ascalon 650, 15.

Asellus presb. Rom. 132, 10.

Asiae rex: Seleucus.

Assur 454. 611, 25; Assyrii 203, 30; rex: Sennacherib.

Astense episcopium 543 n. 1. — Astenses cives 543 n. 1. — Astensis dioecesis 543, 5; episc.: Otto III.

Asturicensis episc.: Isidorus.

Atarxese *v.* Artaxerxes.

Athanasius *v.* Anastasius.

S. Athanasius papa 131, 5. *(false hoc loco* Athanasius patriarcha Alexandr. catholicus pontifex *appellatur); v.* S. Athanasius patriarcha Alexandr.

S. Athanasius patriarcha Alexandr. 8, 30. 48, 1. 62, 15. 84, 20. 126, 5. 127. 131, 5. 291, 5. 638, 5. 701.

Atheniensium ierofantes 74, 10.

Attila, Attala, rex Hunnorum, 218, 35; Dei flagella 614, 25.

Atticus patriarcha Constantinopolit. 8, 15. 126, 15. 131 n. 3.

Atto archiep. Mediolan. 292, 5.

Atto, Hatto card. 369, 20. 371, 1.

Attrebatenses 449, 5.

S. Audoenus archiep. Rothomag. 489, 5.

S. Audomarus episc. Tarvannensis *(Terouane)* 501, 1.

Audorentius *v.* Arsenius.

Augiensis abbas: Bern.

Augusta *(Augsburg)* 264; episc.: Sigefridus II, Wigolt.

S. Augustinus episc. Hippon. 2, 15. 3, 40. 7, 30. 10. 17, 20. 20, 20. 22. 25. 28, 20. 31, 5. 34. 36, 1. 39, 10. 40. 41. 45, 10. 55, 30. 58, 20. 64. 71, 15. 77. 79, 25. 81, 5. 85, 10. 86, 5. 90, 25. 91—93. 95, 35. 96. 97, 1. 98, 35. 99. 100, 20. 102, 10. 106. 107. 114. 115, 30. 117, 5. 118, 35. 119, 5. 122. 123. 124, 40. 128, 35. 131, 1. 132. 135, 35. 138, 15. 141, 15. 143, 25. 151. 152, 10. 153—156. 157, 30. 158. 159, 1. 160. 161, 15. 162, 30. 163 — 165. 167. 182, 1. 184. 189. 202, 35. 203, 15. 204, 5. 206, 40. 207, 35. 210. 211. 214, 5. 215. 216, 30. 220, 20. 221, 40. 222, 5. 223, 1. 227, 40. 228. 233, 35. 237, 5. 242. 243. 256, 20. 265, 10. 273. 278. 282. 288. 298, 20. 312, 10. 323—326. 327, 1. 330, 25. 331—334. 335, 35. 336, 20. (337). 338, 5. 340. 342, 10. 347, 15. 353, 30. 359. 362, 20. 363, 20. 364. 365, 1. 374. 375. 380, 40. 381, 40. 392. 393, 35. 397. 398, 5. (402, 40). 410, 25. 411, 40. 412. 413, 10. 419, 10. 420, 1. 439, 25. 441 — 446. 453, 25. 455. 459, 5. 466, 5. 482. 500, 20. 556, 30. 557, 5. 558, 30. 567. 575. 576, 10. 578. 580, 20. 588, 5. 592. 600. 601, 5. 604, 25. 612. 615, 25. 620, 15. 621. 622, 1. 625, 25. 626, 25. 627, 20. 629, 1. 633. 645, 5. 651, 15. 692. 693. 698, 45. 699.

S. Augustinus abbas Romanus, deinde archiep. Cantabrig. 157, 5.

Augustodunum *(Autun)* 390; episc.: S. Syagrius, S. Leodegarius. — Augustudunensis episcopus 391, 15. — Augustodunense monast. S. Mariae 390, 35.

C. (Octavianus) Augustus 203, 30. 237, 5.

aulicorum marsupia 314, 10.

Aurasiense concil. 64, 25.

Aureliani *(Orléans)* episc.: Iohannes. — Aurelianense concil. 64, 25. 134, 5.

Aurelianus *v.* Aurelius.

S. Aurelius archiep. Carthagin. 3. 7, 30. 8, 15. 24, 25 (*falso* Aurelianus). 64, 15. 82, 10. 99, 30. 102, 10. 360, 30.

Auspicius episc., qui praefuit concil. Vasensi, 134, 1.

Austriae dux: Pipinus.

Autharit rex Langobard. 412, 35.

Autonoe, filia Cadmi, 433, 5.

S. Autpertus episc. Camerac. 501, 1.

Auxentius archiep. Mediolan. 593, 35 (Arrianae perfidiae magister).

Auxilius episc., cui scripsit S. Augustinus, 380, 40. 393, 35. 420, 1.

Avaricia, mater S. Cupiditatis et S. Avidissimae, 431, 5.

Avarum (*i. e.* Hunorum) chaianus *(rex)* 498, 1.

Avellanum monast. *v.* Fontis Avellani monast.

Aventinus mons 371, 5.

S. Avidissima, filia Avariciae, 431, 5; soror: S. Cupiditas.

S. Avitus archiep. Viennensis 665, 1; fr.: S. Apollinaris.

Azarias, filius Helchiae, 401, 20.

Azarias, fil. Maroioth, 401, 20.

B.

B. praeposit. S. Georgii 565, 5.

Babenberg, Babinberch *(Bamberg)* 43, 20. 221, 10; episc.: Suidgerus (Clemens II.), Herimannus, Ruotberdus; ab Heinrico II. imp. condita 221, 10; igne consumitur 210, 10. — Babinbergenses 149, 1.

Babylo(n), Babilo(n), Babel 46, 35. 190, 1. 202, 40. 205. 209, 35. 210. 211. 268. 273, 35. 274, 25. 380. 383, 25. 390, 25. 400, 40. 401. 451. 452, 20. 477, 5. 479, 15. 611, 30. — Babylonia, Babilonia 203, 1. 210, 25. 273, 15. 451. 479, 25; reges: Nabuchodonosor, Balthasar. — Babilonica persecutio 101, 35. — Babilonius, Babylonis rex 477, 5. 479, 15.

Bacchus, Bachus 427, 15.

baculus 505—533. 519, 35. 522—524. 527. 537, 30. 625, 40. 630, 35; baculus pastoralis 600, 20. 673, 35; de baculi et anuli significatione 509. 510. 590; baculus possessionem rerum secularium significat 590, 30; a laicis nullo modo suscipiendus 509—511. 533, 35. 590; *v.* virga.

Baioaria *v.* Bavaria.

Balaam, fil. Beor, 67. 68, 5. 441, 1. 491, 20. 683, 10. (686, 5. 689, 35. 697, 35.)

Balach rex Moabit., fil. Sephor, 61, 1. 441, 1.

Balconius episc. Galliciae 24, 20.

Balthasar rex Babyloniae, fil. Nabuchodonosor, 461, 40. 541, 40.

baptisma, baptismus 517; plenam remissionem peccatorum praebet 19, 1. 24, 1; de haereticorum baptismo 555—557; baptismus haereticorum utrum iterandus sit annon 558; baptismus extra ecclesiam formam solum, non virtutem sacramenti habet 556; baptismus a malo, dummodo catholico, ministro confectus iterandus non est 441—443; ab haereticis baptizati per manus impositionem in ecclesiam recipiendi sunt 323; de simoniacorum baptismo 322. 323. — Iudaica baptismata 444, 25.

Barnabas 491, 10.

Baruch proph. 461, 15.

Basan 483, 35; rex: Og.

Basilea *(Basel)* 310 n. 2; concil. (1061) 310 n. 2; episc.: Burcardus.

Basilius episc. Caesar. 278. 279, 20. 281, 20. 540, 30. 702.

Basilius I. Magnus imp. 307, 25. 316, 15.

Bassus quidam, qui S. Sixtum II. papam accusavit, 489, 25.

Bavaria, Baioaria 111 n. 5. 231, 20. 264, 30; duces: Ludovicus, fil. Ludovici Pii imp., Otto, Welfo.

Beda Venerabilis 40 n. 1. 67, 30.

Beelzebub 317, 30.

Begga, filia Pipini maioris domus, uxor Anchisis, 501, 1; fil.: Pipinus.

Behemia *v.* Bohemia.

Belial 326, 10. 330, 10. 365, 5.

Belvacensis synodus 109 n. 8.

S. Benedicti eccl. Beneventana 544, 25.

Benedictus II. papa 303, 25.

Benedictus V. papa 490, 1. 503.

Benedictus VIII. papa 377, 25.

Benedictus (VIII?) papa 500, 10.

Benedictus IX. papa, Theophilactus, 377—379. 488 n. 5. (504, 1.)

Benedictus X. papa 379, 15.

S. Benedictus abbas Cassin. 178 n. 5. 267. 268, 1. 270, 40. 271. 272. 276, 25. 277—280. 465, 5. 466, 15. 544, 5. 547, 35. 563, 20. 564, 5. 567, 15. 588, 15. 605, 30. 625, 10. 634, 15; eius regula 547, 35. 567, 15. 588, 15. 605, 30. 625, 10. 634, 15; monachorum pater 277, 10.

Beneventum 550, 25; episc.: Ianuarius. — Beneventana synodus (1107) 544, 25; ecclesia: S. Benedicti. — Beneventani 551, 35.

Beniamin 400, 30.

Benno episc. Misin. 174, 25. 236, 35. 244.

Beno card. archipresb. tituli S. Martini 366—369. 375, 25. 405, 30. 410, 1. 416, 15. 424 n. 7. 702.

Beor, pater Balaam, 444, 1.

Berengarius Turon., archidiac. Andegav., 1, 20. 4, 25. 121, 25. 370, 30. 543, 10.

Beringarius II. rex Italiae 44, 5; fil.: Adalbertus.

Bern abbas Augiensis 128, 15.

Bernaldus *v.* Bernoldus.

Bernaldus card. presb. S. Chrysogoni (Bertrandus) 434, 10?

Bernardus Uberti episc. Parm. 565, 5.

Bernardus card. 424, 25.

Bernhardus, Bernardus presb. Saxo, mag. scholarum Constant. 1, 25. 2, 5. 6, 25 (*cf.* 703). 26, 35. 27. 29, 1. 47, 25. 59, 5. 89. 103, 30. 150. 152 n. 4. 184, 5.

Bernerius abb. Bonaevallensis 677, 20. 678, 20. 687, 5.

Bernoldus, Bernaldus presb. mon. Constant. 1—7. 11, 15. 12, 30. 16, 5. 19, 20. 26. 27. 47. 58, 35. 59, 5. 89. 94, 30. 101. 102 n. 4. 103, 30. 104, 1. 105, 25. 106, 30. 107, 1. 108. 109, 1. 112. 142. 146, 25. 150. 152 n. 3. 156, 20. 160. 161. 298, 15. 701.

Beronicianus secretarius divini consistorii 354, 20.

Bertha regina, imperatrix, uxor Heinrici IV, 179, 5.

Bertholdus, Bertolt II. dux Zaringiae (de Zeringen), fil. Rudolfi regis, 111 n. 5. 182, 45. 263, 5.

Bertrandus *v.* Bernaldus.

Bertrandus, Bertrannus episc. Nemaus., deinde Narbon. 434, 10?

Bethlehem 470, 25.

Bibo episc. Tullensis *v.* Pipo.

Bisontinus archiep. (Hugo II.) 171, 1.

Bithinia 126, 15.

Bituricenses *(Bourges)* archiep.: Tetradius, Leo, Radulfus.

Bizacium concil. *v.* Byzacenum concil.

Bizantium, Bizantia *v.* Constantinopolis.

Bizanzenus episc. *v.* Byzac.

S. Blasii eccl. Romana 405, 35.

S. Blasii monast. 94. 95. 96. 108 n. 8.

S. Blasius 405, 45.

blasphemia in Spiritum sanctum nec hic nec in futuro remittitur 24, 30.

Boamundus princeps Antiochiae 544, 10.

Boetius consul 400, 5.

Bohemi 262 n. 1. — Bohemiae, Behemiae episc.: Gebehardus de Praga.

Bonaevallensis abb.: Bernerius.

Bonifacius, Bonifatius, Bonefacius, Bonefatius.

S. Bonifacius I. papa 32, 5. 51, 30. 93, 30. 99, 30. 139, 1. 197, 30. 301, 25. 459, 25. 503, 15. 617, 35.

Bonifacius II. papa 312, 1.

Bonifacius III. papa 305, 10.

S. Bonifatius archiep. Magunt. 64, 25. 77, 1. 149, 5. 157, 15. 185, 40. 343, 5.

Bonefacius episc., cui scripsit S. Augustinus, 375, 25. 397, 30. 412, 30.

Bonifacius presb., legatus Leonis I. in conc. Chalcedon., 63, 5. 129, 1.

Bonifacius comes Africae 34, 5. 86, 5. 91. 99, 25. 117, 5. 151, 35.

Bonizo episc. Sutr., deinde card. 292, 10.

Bonosiaci haeretici 120, 15.

Bononia *(Bologna)* 543, 5.

Boreas 433, 10; filii: Zetus, Calais.

Bosor civ. in terra Ruben 67, 25.

Bota fl. *(Bode)* 250, 35.

Bracarae *(Braga)* episc.: Martinus. — Bracarense concil. 135. 581, 20.

Brandenburgensis episc.: Diedo.

Brunsvicenses *(Braunschweig)* comites: Brun, Liudolfus.

Brazutus *v.* Gerhardus.

Bremensis archiep.: Liemarus.

Brittaniae, Britaniae, episcopi 331, 5. 343, 1.

Brunichildis regina, filia Athanagildi regis Wisigothorum, uxor Sigeberti I. regis Austrasiorum, 390, 35. 499, 5; nepotes: Theodebertus II, Theodoricus II.

Brun, Bruno.

Brun episc. Mettensis 256, 25.

Bruno episc. Signinus, postea abbas

Cassin., 423, 25. 432, 25. 434, 15. 435, 15. 533. 543—546. (549. 552, 25.) 563. 564, 5. 565. 566, 20.

Bruno episc. Tullensis *v.* Leo IX. papa.

Brun comes de Braunschweig 258 n. 7.

Burchardus, Burcardus.

Burcardus episc. Basiliensis 236, 15.

Burcardus episc. Halberstad. 178, 30. 179. 231, 25. 236, 35. 257. 260. 261, 40.

Burcardus episc. Losann. 236, 10.

Burchardus episc. Wormat. 567, 10.

Burchardus episc. Wirziburg. 186, 1.

Burgundia 232, 15. 408, 30; reges: Sigismundus, Lotharius II.

(Byzacenum), Bizacium concil. (602) 166, 5. — (Byzacenus), Bizanzenus episc.: Clemencius (Clemens).

Byzantium *v.* Constantinopolis.

C. K.

Cabillonense concil. 343 n. 5.

Cadalus episc. Parm., antipapa, 310, 5. 380.

Cadmus, Cathmus rex 433, 5; filiae: Ino, Agave, Autonoe, Semele.

Caelestinus, Celestinus, Coelestinus I. papa 46. 63, 1. 64. 92, 30. 99. 128, 30. 136. 147, 30. 148, 30. 242. 296, 5. 301, 25. 304, 15. 307, 15. 327, 35. 331, 15. 361 n. 1. 459, 25. 489, 10. 538, 20. 582, 10. 619, 25.

Caelestinus haereticus 600, 35. 601.

C. (Iulius) Caesar 203, 30. 237, 5. 427, 20; liber eius, qui Anticato intitulatur, 427, 20.

Caesarea (Ponti) episc.: Basilius.

Caesareae (Palestinae) episc.: Eusebius.

Cesaraugustanum concil. 134, 15.

S. Caesarius episc. Arelat. 133, 35; qui praefuit concil. Agathensi 64, 25. 134, 5?; cui scripsit S. Symmachus papa 138, 30?

Cain 98. 390, 1.

Cayphas pontifex 440, 20.

Calabria 361 n. 1.

Calais, filius Boreae, 433, 10.

Calariae, Caraliae *(Cagliari)* episc.: Ianuarius.

Calcedo, Chalcedo 53, 35. 129, 5. — Calcedona 80, 15. 665, 10. — Calcedonense concil., Calcedonensis synodus 28, 20. 34, 20. 52, 25. 61, 15. 63. 64, 35. 65. 70, 30. 80, 5. 84, 5. 85, 20. 87, 35. 98. 99, 20. 107, 25. 116, 25. 126. 127, 25. 128, 35. 129. 130, 15. 131. 136, 1. 147, 30. 148, 30. 165. 228, 15. 266. 267. 272, 35. 338, 25. 354, 20. 357, 20. 362, 25. 375, 25. 411, 10. 415, 35. 562, 30. 599, 25. 602, 10. 618, 20. 661, 25. 664, 30; Calcedonensis constitutio 266, 30; Calcedonensis canon 318, 20. 375, 20. — Calcedonenses, Chalcedonensium canones 85, 30. 331, 15; Calcedonenses patres 599, 20. 606, 30. 665, 10.

S. Kalixtus, Calixtus, Kalistus, Calistus, Calystus, Callistus I. papa et martyr 52, 15. 87, 20. 95, 25. 103, 15. 104, 5. 105, 35. 110, 25. 113, 15. 114, 5. 117, 15. 124, 10. 136, 35. 137, 15. 160, 25. 163, 15. 201, 10. 241. 242, 25. 244, 10. 245, 25. 296, 5. 301, 10. 312, 30. 353, 35. 358, 25. 363, 25. 661.

Calixtus II. papa (Guido archiep. Viennensis) 676, 15. 677. 678. 693, 20. (694, 5.)

Calixtus haereticus 557, 35.

Calliopius augustalis 302. 303.

Calliopius 424 n. 7. 435.

Callistus *v.* Calixtus.

Calystus *v.* Calixtus.

Camaldulensis mag.: Guido I.

Cameracenses *(Cambrai)* 449. 450. 454, 15—456. 460, 30; episc.: S. Autpertus, Gerardus II, Walcherus, Manasses. — Cameracensis causa 455, 20; civitas 450, 1; comitatus 449, 20; eccl. 449, 5. 450 n. 3; episcopatus 454, 20; parrochia 452, 1. 454, 10.

Campania 306, 15. 361 n. 3. 370, 1; Campaniae episcopi 42, 35.

S. Candidus senator militum 382, 25.

canones apostolici, apostolorum 119. 122, 20. 124. 152, 10. 296, 20. 301, 5. 303, 1. 318, 1. 331, 10. 580, 20. 582, 15. 583. 586, 25. 588, 25; de canonum conciliorumque auctoritate 123 sq. 351; canonum praesumptuosi transgressores excommunicandi sunt 39, 25.

Canossa, Canusium 182. 374.

Cantuariorum archiep.: Augustinus, Lanfrancus, Anselmus.

Canusium *v.* Canossa.

Capitolium Romanum 428, 25.

Capremonte, Gisilbertus comes de, 499, 10.

Caralitanus *v.* Calar.

Carato 350, 15.

cardinales 306. 307.

Carentinus dux: Liudolfus.

Caribdis 680, 30.

Carnotum 544, 15. 677, 10; episc.: Robertus, Ivo. — Carnotensis ecclesia 647, 5.

Carlomannus, Carolus episc. Constant. 33, 25. 289, 5.

Carlomannus, Carolomannus, rex Franc., fil. Pipini regis Franc., 42, 35. 77, 5. 501, 10; fr.: Karolus M.

Carolus episc. Constant. *v.* Carlomannus.

Carolus senior (Martellus) maior domus, fil. Pipini, 209, 15; fil.: Pipinus.

Karolus, Carolus rex Franc., imp., fil. Pipini regis, 42, 35. 44, 35. 62, 1. 65, 5. 128, 5. 131, 25. 132, 25. 185, 35. 186, 25. 207, 25. 229. 296, 1. 302, 5. 315, 15. 316, 15. 343, 10. 353, 15. 360. 418. 487. 498. 499, 1. 501, 10. 504, 5. 571, 30. 595. 596, 1. 619, 10. 662, 30. 664, 30; eius humilitas 595; Einhardi Vita Caroli (229, 20); fil.: Ludovicus Pius; fr.: Carolomannus.

Carolus II. Calvus rex Franc., imp., fil. Ludovici Pii imp., 356, 15. 662, 30; fr.: Lotharius I, Pipinus, Ludovicus Germanicus.

Karolus III. rex Franc. 499, 5.

Carthaginiense concil. 7, 30. 30. 35, 25. 45, 15. 54, 1. (56, 1. 57, 5.) 93, 30. 102, 10. 118, 15. 131, 40. 132. 133, 15. 143, 25. 144, 15. 296, 20. 325, 30. 326, 30. 362, 10; concil. tertium 114, 5; Cartaginiensium canones 331, 15; Carthaginienses episc.: S. Cyprianus, Gratus, Genelius, Aurelius, (Aurelius II.), Cecilianus.

Casinum *v.* Cassin.

Cassiani liber de institutione coenobiorum 277, 1. 281, 10.

Cassinense monast. 544. 545, 20; abbates: Fridericus, Desiderius (Sergius), Oderisius, Bruno. — Cassinense necrologium 293, 1. — Cassinenses 178 n. 5. 544, 25. — Cassinensis abbatia 545, 5. — Cassinus mons 544, 20.

Cassiodorus senator monach. 10. 18, 20. 21, 1. 23, 30. 131, 15. 297, 10. 299, 1. 567, 15. 628, 35.

Castorius card. presb. 418, 30.

Castor episc. 281, 10.

Casulanus presb. 125, 1. 167, 20.

Catafrigae haeretici 120, 15.

Catari sive Novatiani 560, 5. *v.* Novatiani.

Cathabatmon 433, 5.

Catinensis episc.: Leo.

Cecilianus episc. Cartag. 133, 35. 374, 35?

Cedar 29, 5.

Celsinus episc. (Cartagin.?) 134, 15.

Celestinus *v.* Cael.

S. Celsi eccl. Romana 405, 35. (405, 45).

S. Celsus 405, 45.

Cenomanensis episc.: Victor, Hildebertus.

Centius iudicum primicerius 369, 25.

Cencius camerarius 297, 25.

Cencius praefectus, fil. praefecti Stephani, 372.

Cephas *v.* S. Petrus.

ceroferarius *v.* acolitus.

Ces- *v.* Caes.

chaianus *v.* Avarum ch.

Chalcedo *v.* Calcedo.

Cham, fil. Noe, 50, 25. 346, 25. 364, 25. 404, 20. 419, 15. 672, 1.

Chencrae (Cenchreae, *h. Kenkri*) 671, 30.

Childericus, Hildericus, Hilderichus.

Hilderichus II. rex Franc. 209, 1. 501, 1; fr.: Theodoricus III.

Childericus, Hildericus, Hilderichus III. rex Franc. 148. 188. 189, 5. 208, 40. 209, 30. 229, 5. (389, 25.) 390, 15. (664, 30.)

Chintila, Chintilla, Cintilla rex Wisigoth. 134. 421. 703.

Chlodoveus, Chlodovechus II. rex Franc., fil. Dagoberti I. regis, 280, 40. (489, 5. 689, 5.)

Chora, Chore 82. 167, 5. 269, 30. 349, 20.

S. Chrysogoni eccl. Romana 434 n. 2.

Chrysostomus *v.* Iohannes.

Chuonradus *v.* Konradus.

Cicenses, Citienses, Cizenses *(Zeitz)* 178; episc.: Guntherus, Walramus, Fridericus; *v.* Numburg.

Cicero *v.* Tullius.

Cindasuindus rex Wisigoth. 134, 30.

Cintilla *v.* Chintila.

Ciprianus *v.* Cyprianus.

circumcelliones i. e. monachi vagantes 273, 1.

Cirillus *v.* Cyrillus.

Cirus *v.* Cyrus.

Cison torrens 611, 25.

Citienses *v.* Cicenses.

Civitatensis pugna (379, 25).

Cizenses *v.* Cicenses.

Claromontanum *(Clermont)* conc. (1095). 449, 5.

Claudius imp. Romanus 674, 45.

Clematius cleric. haereticus 138, 1. 166, 5.

Clemencius, Clemens primas Byzacenae provinciae Africae 166, 10; episc. Bizanzenus 66, 35.

S. Clemens I. papa 23, 10. 80, 30. 85, 20. 102, 20. 118, 30. 123, 30. 124, 25. 190. 240, 35. 296, 5. 349, 30. 353, 15. 389, 25. 390, 5. 394. 407, 10. 416, 30. 419, 1. 420, 20. 462, 30. 485 n. 3. 486. 579, 15. 600, 20. 604, 10. 650, 10. 665, 25.

Clemens II. papa (Suitgerus episc. Babenberg.) 378. 379, 10. 488, 10. 504, 1.

Clemens III. papa (Wibertus, Wipertus, Wicbertus, Wigberdus, Wigbertus, Wigpertus, Guibertus archiep. Ravenn.) 4, 15. 95, 35. 96, 35. 99. 100. 103. 106. 150, 5. 151, 20. 169—172. 176. 182. 183. 212, 45. 213. 215. 217. 218, 25. 223—225. 232. 234, 1. 238. 239. 244, 25. 245. 246. 261, 10. 267—271. 274, 1. 283. 284. 293, 20. 294, 10. 298, 20. 299, 1. 310. 312, 15. 313, 1. 328—330, 10. 367, 35. 394, 10. 408, 1. 409, 25. 414, 1. 428, 20. 430, 10. 431, 10. 432, 1. 437 n. 3. 508. 563, 25. 565. (618, 10); haeresiarcha 409, 25; novus Symon magus 329, 5; — eligitur 217. 310; Heinricum IV. imperatorem coronat 329, 10; synodum Maguntinam (1085) agit 234, 15—236; epistolam ad Ugonem cardinalem dirigit 408. — legitimum eius pontificatum esse Walramus contendit 274. — Ravennatis haeresiarcha 414, 1. — Guibertinum scisma 408, 35. — Wibertini, Guibertini, Wibertistae 151, 25. 297, 20. 298, 5. 310 n. 4. 424. 565, 20. — Guibertista haeresis 676, 5.

Clemens Alexandrinus 74, 10.

Clemens episc. Bizanzenus *v.* Clemencius.

clerici 341; de septem clericorum ordinibus 511 sq.; cum feminis nec coire nec cohabitare debent 7—26. 70, 15; de clericis concubinatis 61; qualiter honorandi sustentandique a secularibus sint 341—344; de oboedientia clericis exhibenda 345; de clericorum iudiciis 348—354; clericorum possessiones seculares post consecrationem ecclesiae sunt 588, 30.

Clodoveus *v.* Chlodoveus, Ludovicus.

Clotarius *v. etiam* Lotharius.

Clotarius II. rex Franc., fil. Chilperici I. regis, 209, 20; fil.: Dagobertus.

Clotarius III. rex Franc., fil. Dagoberti I. regis, 209; fr.: Childericus II.

Cluniacum monast., *Cluni dioec. Matiscon.*, 422, 10. — Cluniacense monast. 544, 1 (549). — Cluniacensis abbas 549, 10. — Cluniacenses abbates 371, 3; monachi 173, 15. 178 n. 5. (276, 10); abb.: Hugo; monachus: Bernardus.

Coelestinus *v.* Caelestinus.

Colonia (Agrippina) 241, 35. 248, 5; archiep.: Sigewinus, Herimannus, Anno. — Coloniensis ecclesia 241, 5. 248, 10; militia 251, 5.

comites consistoriani 631, 35; regii 632, 15.

Compendium, concil. ad, 584.

de conciliorum canonumque auctoritate 123 sq. 351; concilia universalia a Romano pontifice congregantur 51, 10. 62; de auctoritate quatuor principalium conciliorum 61. 62; de conciliis provincialibus 63—65. 130 sq. 655 sq.; bis in anno concilia provincialia celebranda sunt 63.

Konradus, Conradus, Chuonradus.

Chuonradus episc. Traiect. 171, 10. 234, 30. 236, 5.

Chûnradus II. rex Germ., imp., 377, 35. 504, 1; fil.: Heinricus III. imp.

Konradus, filius Heinrici IV. imp. (330, 5).

Chuonradus comes, frater Udonis episc. Hildesheim., 235.

Constancia, filia Philippi I. regis Franc., 544, 10; maritus: Boamundus princeps Antiochiae; fr.: Ludovicus.

Constans imp. 302, 5. 316, 10.

Constantia, Constancia *(Constanz)* 27, 10. 33, 25; episc.: Rumoldus, Carolus (Carlomannus), Otto, Gebehardus; mag. scholarum: Bernhardus. — Constantiensis ecclesia 111, 5. — Constantienses 465 n. 2. 487 n. 7.

Constantina Augusta, uxor Mauritii imp., 37, 25.

Constantiniana basilica Romana 306, 15.

Constantinopolis 56, 30. 129. 185, 25 (nova Roma). 298, 30. 302. 326, 25. 498, 10. 541, 1. — Constantinopolitana urbs 614, 1; patriarchae: Macedonius, S. Gregorius Nazianz., Maximus, Nectarius, S. Iohannes Chrysostomus, Atticus, Nestorius, Flavianus, Anatolius, Acacius, Euphemius, Eutychius, Iohannes IV. Ieiunator, Pyrrus, Paulus, Georgius. — Constantinopolitana ecclesia 195, 1; sedes 486, 20. 540, 40; synodus, Constantinopolitanum concilium 24, 35. 34, 20. 61, 15. 63, 25. 72, 25. 85, 30. 87, 35. 109, 15. 126, 10. 127, 40. 128. 129, 30. 132, 35. 296, 25. 307, 25. 327, 10. 346, 15. 349, 30. 356, 10. 398, 30. — Constantinopolitanum symbolum 128. — Constantinopolitanus patriarcha 30, 40. 61, 25. 310, 15. — Constantinopolitani 148, 30. — Constantinopolitani imperatores: Constantinus I, Constans, Constantius II, Constantinus II, Iulianus, Valentinianus I, Valens, Gratianus, Theodosius I, Valentinianus II, Archadius, Theodosius II, Marcianus, Leo I, Zeno, Anastasius I, Iustinus I, Iustinianus I, Mauritius, Phocas, Constantinus IV, Iustinianus II, Anastasius II, Leo III, Constantinus V, Leo IV, Constantinus VI, (Irene), Basilius I. — Byzantium 498, 10. — Bizantiae provinciae 591, 35.

Constantinus I. papa 228, 40. 531. 532. 537.

Constantinus II. Neophitus papa 42. 43. 44, 30. 306, 15. 327.

Constantinus, cui scripsit S. Augustinus, 153, 20.

Constantinus I. Magnus imp., fil. Constantii Chlori, 62, 35. 126, 15. 133, 30. 134, 10. 203, 35. 237, 5. 302, 5. 307, 25. 316. 334, 30. 347, 5. 350, 25. 353. 388. 449, 15. 473, 5. 486. 487. 498, 10. 501, 30. 557, 35. 571, 20. 577, 25. 585, 35. 586, 15. 591. 593. 595, 30. 613, 25. 614. 629, 25. 635, 1. 648, 30. 655, 25. 664, 1; mutat sedem imperii, Constantinopolim aedificat, regnum Romanum pontifici concedit 614; mater: S. Helena; filii: Constantinus II, Constantius II, Constans. — Constantiniana liberalitas 664, 1.

Constantinus II. imp., fil. Constantini I, Magni imp., 540, 35; Arrianus 540, 35.

Constantinus IV. imp. 129, 15. 303, 25.

Constantinus V. imp. 498, 1; uxor: Irene; fil.: Leo.

Constantinus VI. imp., fil. Leonis IV. imp., 307, 25. 316, 15. 498; mater: Irene.

Constantius episc. Mediolan. 117, 15.

Constantius II. imp., fil. Constantini I. Magni imp., 130, 40. 131, 40. 629, 30.

Cordubensis episc.: Osius.

Corinthii 30, 5. 33, 1. 72, 30. 499, 1. 628, 10; episc.: Iohannes.

S. Cornelius papa martyr 100. 138, 40. 151, 20. 296, 5. 325, 25. 362, 10. 412. 532, 35.

Cornelius, cui scripsit S. Cyprianus, 319, 20. 328, 15.

Cosentinus, Cusentinus, archiep. 343; archiep.: Arnulfus.

L. Licinius Crassus 193 n. 3.

de Credone, Goffridus *v.* Goffridus.

Crementius *v.* Clemencius.

Crescentii domus, i. e. castrum S. Angeli, 428, 25.

Crescentius card. diac. 369, 20.

Cresconius episc., cui scripsit Gelasius papa, 311, 1.

Creta insula 581, 20; episc.: Titus.

Crisostomus *v.* Iohannes.

Cũno presb. card. tituli S. Anastasiae 371, 1.

S. Cupiditas 426, 1. 431, 5; soror: beata Avidissima; mater: Avaritia.

Curia civitas *(Chur)* 552, 25; episc.: Thietmarus.

Ciprianus papa, a Rangerio Luc. episc. memoratus, sed numquam papa eius nominis sedebat, 532, 35.

S. (Cecilius) Cyprianus, Ciprianus episc. Carthagin., martyr, 76, 35. 79, 25. 91, 35. 99, 35. 100, 5. 162, 30. 167, 1. 185, 5. 193. 194. 214, 20. 216, 5. 217, 10. 233, 15. 235, 30. 251, 25. 252—255. 257, 25. 261, 30. 265, 40. 271. 275, 40. 296, 15. 319, 20. 320, 15. 323, 20. 324, 15. 325, 25. 326. 328. 331, 1. 340, 15. 349, 5. 363, 5. 365, 1. 412. 604, 20. 646, 20. 693, 1. 696, 15. 699, 20.

S. Cyrillus, Cirillus patriarcha Alexandr. 8, 15. 63, 1. 128, 30. 129, 35.

Cyrus, Cirus rex Pers. 312, 10. 389, 1. 400.

D.

Dagobertus I. rex Franc., fil. Chlotarii II. regis, 208, 40. 209, 20. 489, 5. 500, 35. (689, 5); fil.: Clodoveus.

Daimbertus archiep. Senon. 640. 641, 5. (642, 10). (643). (645). (648, 1). 649, 20. 654, 20. 657 n. 2.

Dalmatius tribunus et notarius 388, 30.

Damasus I. papa 54, 5. 56, 5. 62, 20. 82, 10. 85, 30. 110, 35. 126, 1. 127, 40. 136. 143, 35. 145, 40. 146. 201, 10. 223, 5. 224, 25. 296, 5. 326, 20. 327, 1. 353, 5. 360, 30. 362, 15. 404, 1. 418, 20.

Damasus II. papa 378, 35. 379, 10; veneno suffocatus 378, 35.

Daniel, Danihel proph. 101, 35. 171, 1. 201, 45. 231, 10. 516, 5.

Dardania 643; Dardaniae episc. 34, 15. 113, 5. 141, 30. 162, 5. 167, 25. 196 n. 2. 321, 15. 487 n. 3.

Darius rex Pers. 312, 10. 389, 1. 400, 40. 401, 15.

Datan, Dathan, fil. Eliab, 82, 30. 167, 10. 268, 15. 269. 270, 5. 349, 20. 529, 40. 663, 35. 675, 10.

David rex Iud. 8, 10. 9, 10. 15, 35. 47, 25. 82, 35. 92, 10. 212, 15. 226, 20. 227, 5. 261, 10. 268, 5. 399, 35. 452, 20. 453. 458, 25. 461, 25. 470. 484. 487, 5. 526, 45. 528, 45. 529, 5. 533, 5. 540. 596, 25. 624, 30. 625, 1. 665, 30. 670, 30. 673, 1. 683, 5; cytharista 69, 15. — Davidica tuba 57, 30. 90, 20. 152, 40.

decimae 341—344. 587, 15.

Decius, cui scripsit S. Laurentius, 212, 35.

Demetrius, fil. Seleuci regis Syriae, 402.

Desiderius abbas Cassin. *v.* Victor III.

Desiderius (presb.?) 350, 15.

Desiderius rex Langobard. 229. 488 n. 1. 498, 35; fil.: Adalgisus.

Deusdedit mon. Tudensis, card. presb. tituli apostolorum in Eudoxia 292—300. 309 n. 4. 310 n. 4. 312 n. 4. 328 n. 6. 347 n. 3. 362 n. 2. 4. 368, 15. 399. 416, 1. 659, 5.

Dexter comes rerum privatarum 360, 5.

diaconium 513; diaconi officia 513; diaconi castitatis votum facere debent ante ordinationem 9, 20. 18, 5.

Diae *(Die)* episc.: Hugo.

Diedo episc. Brandenburg. 250, 25.

Diocletiana civitas 138, 1.

Diocletianus, Dioclitianus imp. 256, 10. 348, 30.

S. Dionysius martyr 208, 40.

Dionisius archiep. Paris. 600, 20.

Dionysius, Dyonisius Exiguus 131, 10. 296, 20.

Dioscorus, Dioscuros I. patriarcha Alexandr. 61, 15. 99, 20. 109, 20. 147. 148, 35. 327, 10. 346, 20. 665, 10; Eutychianista 327, 10.

Dioscorus iunior patriarcha Alexandr. 302, 25. 303.

S. Disibodi monast. *(Disibodenberg vel Disenberg)* 285, 5.

dispensationes, qualiter in ecclesia fieri debeant, 693.

(liber diurnus), liber Romanorum pontificum 297, 5. 358, 10. 642, 35.

Domitianus imp. 159, 15. 203, 35. 237, 5.

S. Domitilla, neptis Domitiani imp., 159, 15.

Domitius orator 93, 10.

Domnus patriarcha Antioch. 129, 10.

Donatista 90, 25. 331, 1; Donatistae 39, 10. 45, 10. 50, 1. 91. 92. 99, 25. 114, 1. 117. 118, 35. 120, 1. 122. 125, 1. 140, 5. 151. 153, 30. 154, 10. 155. 163, 35. 164, 5. 168, 40. 296, 15. 323. 324. 325, 5. 328, 10. 363, 20. 559, 20. 600, 35. 601, 10. 615, 25. — Donatistae: Emeritus episc., Parmenianus, Vincentius.

Donatus presb. 57, 5. 331, 1. 334. 374, 35.

Donizo presb. 505, 506.

Dyonisius *v.* Dionysius.

E.

Ebbo, Ebo, Ebpo archiep. Rem., deinde episc. Hildesheim. 44. 45. 93, 35. 109, 25.

Ebion, Hebion haeresiarcha 72. 77, 5. 84, 15. — Ebionitae, Hebionitae 72, 10.

Eblatha 381, 35.

Ebo, Ebpo *v.* Ebbo.

Ebra- *v.* Hebra-.

Ebroinus maior domus 209, 5 (apostata).

Ecbathana opp. 400, 40.

Ecbertus *v.* Egbertus.

ecclesia 575. 576; corpus Christi est 555, 40. 576; Christi haereditas 630; Christi sponsa 576; ecclesiae caput Iesus Christus est 576; ecclesia, quae est Christi corpus, in duo vel plura dividi non potest 321, 1; vesti vel tunicae per totum textili atque cohaerenti comparatur 216; de primatu ecclesiae Romanae 87. 88; ecclesia Romana omnes ecclesias iudicare potest 200; libera est 665. 666; laicis subici non potest 599; imperatori tradi non debet 630; imperator in ecclesia neque investiendi neque dominandi habet facultatem 579—581; imperatores et reges ecclesiasticae disciplinae subiecti sunt 579, 20; de secularibus ecclesiae possessionibus 357—360. 502. 576, 20—578, 15. 587. 598. 599. 634—637. 691. 692. 698; utrum reiciendae sint necne 568. 569. 584, 5; omnia, quae ecclesia possidet, sacra sunt 633. 634; dona Dei sunt 589; quod semel ecclesiae datum est, numquam tollendum est 588, 1; omnes res ecclesiae in episcoporum potestate sunt 588, 25; res ecclesiasticae non in alios nisi in ecclesiasticos usus convertendae sunt 586; a laicis non sunt disponendae 357. 358. 584; de praedatorum rerum ecclesiasticarum poenis 588. 589, 10; rerum ecclesiasticarum praedatores sacrilegi sunt 610—612; excommunicandi sunt 579. — in rebus ecclesiasticis pecunia nullum locum habet 620, 20.

Ef-, Eff- *v.* Eph.

Egbertus, Egberdus, Eggebertus, Ecbertus.

Egbertus I. (senior) marchio Misn. 258. 259. — Heinricum IV. matri Agneti subtrahit 258, 30. — Hezelini episc. Hildesheim. fautor 259, 10.

Egbertus II. marchio Misn., fil. Egberti I. march., 177, 20. 178, 30. 180, 35. 231, 20. 235. 250 n. 5. 258, 25. 259.

(260, 15). 260 n. 1. 261. 263. 286, 5. 287, 1. 289, 10. — adversarius Heinrici IV. imp. 178, 30. 180, 35. 231, 20. 287, 1. — Udonem episc. Hildesheim. vinculatum tenet et cruciat 235; seditionis contra Heinricum IV. imp. auctor 250 n. 5. 259; Heinricum IV. supplex adit fidelitatemque iurat 177, 20. 261; periurus imperatorem iterum prodit 261. 262. — regnum affectat 260 n. 1; miserabiliter occiditur 263. 289, 40.

Eginisheim, comes de: Hugo.

Egiptus, Egyptus *v.* Aeg.

Eihstadensis *v.* Eistadensis.

Eilberdus *v.* Engilbertus.

Einhardi vita Caroli (229, 20).

Eistadensis, Eihstadensis episc.: Udalricus.

Eleazar fil. Aaron 401, 20.

Electa domina 143, 5.

Eleusius, Elusius grammaticus, cui scripsit S. Augustinus, 91, 25. 131, 1. 164, 10. 325, 5.

Eleutherius papa 17, 1. 86, 15. 296, 5. 397, 10. 410, 30.

Eleutherius episc., cui scripsit Vigilius papa, 121, 1.

Eli–, Heli–, Hely–.

Eli pontifex 79, 15. 400, 15; fil.: Phinees.

Elias, Helie proph. 98, 30. 404, 25. 405, 25. 419, 15. 441. 470, 30. 637, 30.

Eliberitanum concil. 135, 10.

Eligius episc. Noviomensis 489, 5.

Eliodorus *v.* Heliod.

Eliseus, Heliseus, propheta 69, 30. 385. 596, 25. 606, 1. 700, 29.

Eliu, Heliu amicus Iob 67, 35. 462, 5.

Elusius *v.* Eleusius.

Emeritus haereticus Donatista 92, 15. 122, 10. 153, 15. 155, 20. 164, 15. 323, 20. 325, 5; episc. Donatista 92, 15. 122, 10.

Emiliensis provincia 594, 10.

Endor 611, 25.

Engilbertus, Eilberdus, archiep. Trevir. 236, 1.

Engolismi *(Angoulême)* episc.: Girardus.

Ennodius episc. Papiensis 400. 420, 5.

Enricus *v.* Henr.

Enoch proph. 124, 30. 217, 5.

Eoi tractus 276, 30.

Ephesii 143, 1. 260, 25. — Ephesina synodus, Ephesinum, Effesinum, Efesinum concilium 34, 20. 61, 15. 63, 1. 64, 20. 99, 20. 102, 25. 121, 10. 126, 10. 128, 25. 129, 30. 133, 1. 147, 30. 148, 30. 165, 40.

Epiphanius, Epifanius scholast. 11, 1. 23, 30.

episcopi Christi, reges Dei patris imaginem gerunt 468; vices apostolorum gerunt 612; ex euangelio vivere debent 583. 584; de officiis episcoporum agitur 511. 519. 583. 584; de electione 304—306. 356. 392. 472. 488. 489. 493. 582. 599; non sine regum assensu eligendi sunt 492. 493; in electione clerus, populus, ordo consentire debent 582; quae sit canonica electio 585, 35; episcopi contra canones electi non sunt episcopi 582; episcopi per ambitionem electi non sunt episcopi 620, 25; electio ab episcopo metropolitano firmatur 581. 586, 5; de ordinatione 687. 688. 694; episcopi ab episcopis provinciae ordinandi sunt 581. 586, 5; de investitura 498—504; episcopi a laicis investiti haeretici sunt 682. 683; deponendi sunt 301—306; episcopi, qui a secularibus potestatibus ecclesiam obtinent, damnandi 301. 305. 306; de seculari episcoporum iurisdictione 636; episcopi omnium rerum ecclesiasticarum sive spiritualium sive secularium potestatem habent 583. 587. 588, 25; parrochianarum ecclesiarum oblationes in potestatem habent 583; pro dispensatione pauperum 636; aliorum episcoporum potestatem non debent usurpare 243; de abusu episcopii 479; episcopium 519.

Eppo episc. Merseburgensis 237 n. 1.

Equitania *v.* Aquitania.

Erithrius prefectus pretorii 351, 10.

Eremanus *v.* Herim.

Erph, Erpho episc. Monast. 236, 10. 289, 5.

Errandus *v.* Herrandus.

Ervigius rex Wisigothorum 134, 35.

Esaias, Esaia, Hesaias, Isaias, Ysaya(s) proph. 214, 1. 221, 25. 231, 20. 244, 35. 247, 10. 265, 15. 269, 20. 275, 1. 320. 451, 15. 452, 15. 454. 460, 30. 484, 35. 485, 1. 509, 40. 536, 20. 576, 20. 592, 5. 614, 15.

Esau, fil. Isaac, 20, 20. 441, 30. 555, 5. 646, 25; fr.: Iacob.

Esdras, Ezdras proph., fil. Saraias, 389, 1. 400, 20. 401. 402.

Esp- *v.* Hesp.

Estampae *(Étampes)* 678, 1.

Ethiopa *v.* Aeth.

Eudoxia *v.* Apostolorum eccl.

Eudoxia, uxor Archadii imp., 540, 40. (638).

Eufemius patriarcha Constantinopol. 58, 10.

Eufemius cleric. haereticus 138, 1. 166, 15.

Eufenius, cui scripsit S. Gregorius I. papa, 37, 10.

Eugepius *v.* Eugipius.

Eugenius II. papa 361 n. 6. 538, 25.

Eugenius episc. Toletanus 134, 35.

Eugenius usurpator imperii Romani 388, 5. 540, 35. 594, 25.

Eugipius, Eugepius abbas 131.

Eulalius antipapa 503, 15. 617.

Eulalius episc. Siracus. 357, 25.

Eulogius episc. Alexandr. 37, 25. 241, 30.

Eunomius episc. Cyzic., haereticus, 61, 15.

Eusebius papa 17, 5. 143, 30. 145, 30. 296, 5. 350, 1. 557.

S. Eusebius card. presb. tempore Liberii papae 369, 10. 375. 376, 1. 404. 405, 5. 419.

S. Eusebius patriarcha Alexandr. 137, 1.

Eusebius episc. Caesar. 8, 20. 10, 30. 12, 10. 23, 30. (278, 15). 281, 25. 347, 5. 457 n. 1; eius hist. eccl. *locis citatis.*

Eusebius episc. Palestinus 130, 35.

Eusebius episc. Vercell. 638, 5.

S. Eustachio, Ödalricus de S. E. *v.* Ödalricus.

Eustasius patriarch. Antioch., haereticus, 83, 10. 130, 30. — Eustasiani 83, 20.

Eustochius episc. Turonensis 350 n. 9.

Eustochium virgo 279, 40.

S. Eustorgius 630, 25.

Euthicius patriarcha Constantinopol. 129, 10.

Eutices presb., abbas Constantinopolit., haeresiarcha, 61, 15. 128, 35. 165, 35.

Eutichianistae, Eutychianistae 302. 314, 5. 317, 5; Eutichianistae imperatores 314, 5. 317, 5; Eutichianistae: Zeno imp., Anastasius I, imp.

Euticiani 559, 20.

Euticianus papa 125, 15. 165, 40.

Euticianus consul tempore Honorii et Arcadii imperatorum 352, 10. 356, 1.

Evagrius presb., cui scripsit S. Hieronymus, 326, 25.

Evaristus papa 136, 35. 137, 15. 144, 15. 296, 5. 362, 5.

Evaristus, Evarestus, qui cum Philone Constantinopolitanos canones *(vel potius Nicaenos ?)* de Graeco in Latinum transtulisse fertur, 131.

Evodius, praefectus et consul, 622, 20.

excommunicati utique vitandi 41. 104—106. 113. 114. 325; a Deo et membris eius sequestrati sunt 104, 30; in osculo, in salutatione, in oratione, in convictu (in mensa) vitandi sunt 105. 106. 113, 15; de eorum sacramentis 89—94.

excommunicatio 478; de excommunicatione, quid sit et qua intentione fiat, 601; de excommunicationis et eradicationis differentia 601. 602, 1.

exorcista 512.

S. Exsuperius 382, 25.

liber, qui Exterminator sive Anticato intitulatur, 427, 20.

Ezdras *v.* Esdras.

Ezechias rex Iud., fil. Achab, 471. 484. 597. 624, 15.

Ezechiel proph. 14, 35. 15, 5. 46, 35. 85, 5. 189. 198, 30. 199, 35. 207, 10. 372, 10. 381. 382, 15. 383. 390, 20.

452. 453, 1. 458, 1. 602, 25. 628, 1. 651, 30.

Ezelinus *v.* Hezelinus.

Ezzo episc. Altenburgensis 179, 10.

F *cf.* **Ph.**

S. Fabianus papa 52, 10. 87, 20. 95, 30. 100, 1 (episcopus), 103, 15. 110, 20. 125, 15. 200. 201. 296, 5. 362, 1. 628, 25.

S. Facundi monast. 423, 10; abb.: Bernardus.

Falernum vinum 429, 1. 432, 15.

Farao *v.* Pharao.

Farfa, Pfarfa 542; monach.: Gregorius Catinensis. — Farfense coenobium 542, 15; partibus Heinrici IV. imp. favet 542; Farfensis congregatio 534, 5.

Faustinus episc. Potent. 7, 35. 64, 10. 132, 10.

Faustus, contra quem scripsit S. Augustinus, 123, 10.

Fegadius episc., qui praefuit conc. Valentino a. 374, 133, 40.

S. Felix I. papa 84, 20. 86, 15. 90, 15. 138, 35.

Felix II. papa 127, 5 (?). 296, 5. 362, 10.

S. Felix III. papa 30, 40. 56, 35. 57. 58, 5. 62, 15. 104, 40. 139, 5. 147, 35. 149, 25. 152. 168, 1. 396, 40. 397, 5.

Felix episc. Messan. 156, 35.

Felix episc. Sardic. 38, 15.

Felix haereticus 128, 5. 133, 40.

Ferrariensis episc.: Wido.

Festus Afer 92, 5. 153, 10.

Finees, nepos Aaron, 405, 15. 463, 15.

Fetadius episc., qui praefuit concil. Caesaraugustano, 134, 15.

Flaccilla, uxor Theodosii I. imp., 388, 10.

Flandria 450, 1; comes: Robertus II. — Flandrenses 451, 35. — Flandriarum sinus 431, 20.

(Flarchheim) 182, 25. (232, 5). 329 n. 5.

S. Flavianus episc. Constantinop. 31 n. 3.

Flaviniacensis abbas 465, 20.

Florentini 149, 1; episc.: Petrus Papiensis, Reginherius.

Floriacensis monach.: Hugo de S. Maria.

Folcmar episc. Mindens. 236, 15.

Formosus papa 327, 1.

Fotius, Fotiniani *v.* Phot.

Fontis Avellani monast. in Tuscia prior: Petrus Damiani.

Franci, Franchi 22, 5. 81, 10. 148, 15. 185, 35. 186. 188. 191, 10. 193, 25. 198, 25. 199, 20. 200. 207, 25. 208. 209. 226, 40. 229, 30. 306, 15. 498. 501, 5. 503. 616, 1. 664. — Francigenae 148, 40. 186. 189, 5. 389, 25. 664, 30. — Francorum episcopi 306, 15; gesta 208, 45. 209, 15; reges 22, 5. 81, 10. 498, 15. — Francia 229, 10. 544, 15; Francia orientalis 177, 20. 231. 249 n. 4. 257, 40; Franciae reges: Aribertus (Heribertus), Sigebertus, Theodericus II, Theodebertus II, Chlotarius II, Dagobertus I, Chlodoveus II, Clotarius III, Childericus II, Theodericus III, Childericus III, Pipinus, Karolus Magnus, Karolomannus, Ludovicus Pius, Karolus III, Philippus I, Ludovicus VI; Franciae episcopi 42, 35; Franciae rex 544, 15. — Franci imperatores, imperatores ex Francis *v.* Germania.

Frica-panem *v.* Iohannes.

Fridericus abb. Gosecensis, postea electus Cicensis, deinde abb. Hersfeld. 178. 179, 35.

Fridericus, Frithericus abbas Cassin. *v.* Stephanus X.

Frisingensis episc.: Meginwardus.

Fuldenses 259, 25; abbates: Widerad, Ruozelinus. — Fuldensis abbas 178, 15; abbatia 259, 15.

G.

G. archidiaconus Andegavensis 684, 10.

Gadarae episc.: Eusebius (?).

Gades, Gaditanus, Gaetanus episc.: Iohannes (Gelasius II.).

Gaius, ad quem S. Iohannes apost. misit epistolam III, 143, 5.

Gaius card. diac. 418, 30.

Galatae, Galathae 72. 332, 35. 458, 30. 491, 5. 597, 5.

Galilaea 223, 35.

Galli, Gallia, Galliae 128, 5. 185, 30. 221, 10. 235, 30. 236, 20. 326, 25. 390, 30. 408, 30. 423, 10. 425, 30. 429, 15. 430, 10. 431, 20. 466, 1. 543, 20. 544. 548, 40. 631, 10. 640, 15. 653, 25. 658, 10. 661, 20. 667, 15. 677, 25. 678, 15. — tres Galliae 430, 10. 431, 20. — Gallia Lugdunensis 648, 30. — Galliarum notitia 648, 25. 655 n. 2. — Gallicana concilia 131, 40. 133, 30. 134, 10; ecclesia 658. 666. — Gallici, Gallicani episcopi 39, 25. 52, 15. 169, 5. 567, 5. 647, 20; praesules 677, 15.

Gallicanus praepos. cubiculi Valentiniani II. imp. 633, 35.

Galliciae episc.: Balconius.

Gangrense concil. 65, 1. 83. 130. 296, 20. 359, 10; Gangrensium canones 331, 10.

Garganus mons 431, 10.

Garsias canonic. Tolet. 423—435.

Garsuinis, liber, qui intitulatur, 423—435.

Gaudiosus episc., cui scripsit Gregorius I. papa, 304, 25.

Gazabar 400, 35.

Gebehardus, Geboardus.

Gebehardus episc. Behemensis de Praga 236, 10.

Gebehardus episc. Constant. 2. 4, 5. 59, 5. 108. 109. 111. 150. 236, 40. 241, 15. 413, 35. 660, 10; ordinatur 241, 15; legatus Urbani II. papae 150; epistola Urbani II. papae ad Gebehardum 413. 414.

Gebehardus episc. Ratisbon. 289, 5.

Gebehardus archiep. Salzburg. 95 n. 7. 161, 1. 182, 45. 234, 40. 236, 35. 258.

Gebehardus monach. 112.

Geisiricus rex Wandalorum 218, 35.

S. Gelasius, Gelasyus I. papa 10. 12. 21, 30. 25. 29, 25. 30, 30. 34, 15. 39, 20. 58, 10. 65, 5. 72, 25. 79. 87, 15. 96, 5. 97, 5. 103, 15. 104—106. 108, 1. 113. 117, 35. 124. 130, 15. 139, 10. 140—142. 144, 5. 148, 1. 158, 40. 162, 5. 163, 5. 167. 168. 186, 35. 187, 30. 196. 202. 225, 40. 228. 229, 5. 230. 233, 30. 237. 239, 40. 240. 241, 30. 244. 245, 20. 246, 5. 247. 248. 254, 5. 267, 1. 269, 15. 296. 301, 1. 311, 1. 317, 10. 321, 15. 323, 20. 324, 15. 326, 5. 327, 25. 331, 5. 339, 1. 350, 10. 358, 5. 361, 5. 365, 1. 398, 15. 403, 15. 415. 468 n. 1. 484 n. 2. 487 n. 3. 489, 10. 587, 35. 643, 15. 663, 5.

Gelasius II. papa (Iohannes Gaetanus) 424, 25. 433—435. 506. 507, 5. 677, 20. 678, 35.

Gelboe montes 529, 10.

Gemblacense monast. *(Gembloux)* 436, 20; monach.: Sigebertus.

Genelius *v.* Genethlius.

Gennadius, Iennasius patricius et exarchus Africae 22, 1.

(Genethlius), Genelius episc. Carthag. 132, 1.

S. Georgii abbatia 178, 25.

Georgius patriarcha Constantinopolit. 129, 15.

Georgius Graecus 302, 25.

Gerbertus *v.* Silvester II. papa.

Gerhardus Brazutus 379.

Gerhohus Reichersbergensis 294, 5. 297, 30.

Gerinus, frater s. Leodegarii episc. 209, 5.

Germani 128, 5. 173, 20. 175, 45. 176, 1. 182. 668, 15. 673, 10. — Germania 174, 1. 178, 30. 182. 183, 1. 221. 234, 5. 329, 20. 668, 15. 673, 10. 674, 35. — Germaniae 653, 25. — Germanicus rex 653, 1. — Germanicum regnum 176, 1; imp.: Karolus M. Ludovicus Pius, Lotharius I, Ludovicus II, Otto I, Heinricus II, Conradus II, Heinricus III, Heinricus IV, Heinricus V. — Germanicae nationis: Benno.

Germanus episc. Paris. 97, 25. 229, 30. 487, 10.

Germanus praefectus urbis Romae 308, 20.

Gerstungen, locus, qui dicitur, 234, 25. 249 n. 6.

Gertrudis, soror Egberti march. Misn., uxor Thiederichi comitis, (235, 10).

Gerundense concil. 134, 10.

gesta pontificum (gesta pontificalia, pontificalis Romanus) *v.* pontific.

Geth 650, 15.

Giezi, Iezi, puer Elisei proph., 69. 338, 20. 385, 20. 419, 35. 596, 25. 606, 35. 607, 1. 624, 30. 700, 25.

Girardus episc. Engolismensis 647, 25.

Gisela, uxor Brun comitis (de Braunschweig), deinde uxor Conradi II. imp., 258 n. 7; filii: Liudolfus comes, Heinricus III. imp.

Gisilbertus comes de Capremonte 499, 10.

Gisulfus II. princeps Salernitanus 370, 1.

Glicha 247 n. 3.

Glorius grammaticus 131, 1.

Godefridus, Gotefridus, Goffridus.

Goffridus de Credone, abbas Vindocinensis, card. presb. eccl. S. Priscae, 676—678. 680, 10. 683. 687, 1. 694, 25. 699, 35.

Gotefridus II. (Barbatus) dux Lotharingiae, fil. Gozelonis I, 35, 20. 378, 1. — vincit Petrum regem Ungariae 378, 1.

Gotefridus III. (Gibbosus), dux Lotharingiae, 389, 40; uxor: Mathilda comitissa.

Godila 614, 35.

Golias 484, 10.

Gomorra 547, 15.

Gosecensis abbas: Fridericus.

Goslaria 257, 10. 259. 264, 5. 285, 15.

Gothi 460, 25. 632, 20; rex: Alaricus.

Graeci, Greci 10, 20. 11, 1. 124, 20. 127, 30. 176, 45. 247, 1. 498, 15. 503, 15. 514, 15. 516, 15. 523, 30; Graeci auctores (*sc.* Sozomenus, Socrates, Theodoretus) 10, 20; imperatores 303. 310, 20. 501, 5. 503, 10; patres 307, 15; Graecorum chronicae 302, 25; regnum 498, 1; Graeci: Theophanes, Georgius. — Graecus 515, 40; Graecus ritus 511, 15; sermo 302, 20. 348, 1; Graeca ecclesia 180, 20; lingua 512, 45; vox 511, 15. — Graecia 304, 1. 523, 30. — Graeciae imperatores *v.* Constantinopolis.

Gramatinus, cui scripsit S. Augustinus, 91, 25. 164, 10.

Gratianus card. *v.* Gregorius VI.

Gratianus imp., fil. Valentiniani I. imp., 127, 40. 133, 35. 197, 10. 360, 10. 388; fr.: Valentinianus II.

Gratiani decretum 243, 15. 298, 10.

Gratus episc. Cartag. 132, 1.

Grec- *v.* Graec-.

S. Gregorius I. Magnus papa 5, 10. 7, 20. 8. 9. 12—14. 16—18. 21—24. 25, 35. 28. 30, 1. 31. 32. 35, 30. 36. 38. 39, 25. 43, 35. 46. 49. 53. 54, 1. 55, 10. 57, 10. 61. 62. 63, 10. 66. 67, 15. 70, 10. 81, 10. (84, 10. 85, 35). 86—88. 90, 5. 91. 93, 30. 94, 15. 95, 30. 96, 20. 97, 20. 98, 15. 99, 1. 102. 103, 10. 109, 20. 110. 117, 15. 119, 10. 120, 5. 121. 126, 10. 129, 25. 130, 5. 135. 138, 1. 139, 5. 143. 148. 155, 40. 156. 157. 162, 40. 163. 165, 20. 166, 1. 185, 20. 193, 30. 195, 30. 199. 200. 206, 5. 212. 214. 217, 40. 222, 35. 223, 10. 224. 226. 227, 1. 240, 10 —243, 1. 244, 25. 245. (246). 250, 20. 258, 10. 266, 30. 267, 30. 270, 35. 274, 15. 275, 25. 283. 284. 295, 30. 301, 10. 302, 1. 304, 25. 308. 309, 10. 310, 20. 311, 5. 316, 1. 319, 10. 321. 323. 324, 15. 326—328. 331. 332, 5. 335, 30. 336, 1. 338, 5. 344, 15. 345, 10. 354, 10. 357. 358, 1. 361, 20. 364, 5. 365, 1. 370, 35. 372, 10. 374, 20. 375, 25. 376, 15. 383, 20. 388, 40 — 390, 30. 391. 392. 394, 35. 395. 396, 5. 397, 20. 399, 1. 406, 30. 407, 10. 410, 35. 412. 415, 25. 416, 30. 426. 441, 1. 443. 455. 461, 35 — 464, 20. 478, 35. 479, 30. 481, 40. 482, 15. 487 n. 7. 488, 30. 489, 10. 492, 25. 499. 500. 502. 547, 35. 557, 15. 560. 567, 15. 573, 35. 578, 35. 579. 582, 30. 583. 586, 10. 590, 30. 600. 606. 609, 35. 610, 25. 613, 15. 615 — 618, 5. 619, 15. 620. 623, 25. 627. 629, 5. 634, 20. 643, 5; eius registrum *sive* regestum 43, 35. 46, 10 (regestum non registrum). 49, 5. 102, 5. 110, 25. 117, 15. 121, 30. 311, 5. 321, 5. 332, 5. 335, 30. 336, 1. 338, 5. 357, 10. 374, 20. 389, 30. 411, 40. 415, 35. — Gregoriana electio 310, 20. — Gregorianum anathema 8, 20. 13, 15. 22, 10. 95, 10. — Gregorianum quoddam 16, 35.

S. Gregorius II. papa 149, 5. 540, 40. 541, 1.

Gregorius IV. (iunior) papa 331, 15. 346, 5.

Gregorius VI, Iohannes Gratianus archipresb. S. Iohannis de Porta Latina, 376, 20. 377—379, 10. 488, 15.

Gregorius VII. papa (Hildebrandus, Hilthebrandus, Hildebrantus, Hildebrant, Hildibrandus, Hiltibrandus, Hildibrant, Ildebrandus) 2—6. 25, 40. 26—28. (29, 30. 30, 10). 34. 35. 49, 30. 50 — 54. 58, 35. 59 — 61, 10. 65, 10. 66. 67, 10. 70, 15. 77, 25. 79, 35. 80, 20. 81, 15. 83. 84. 94, 35. 95, 40. 96. 99. 100. 102 n. 4. 103, 25. 108, 35. 109, 30. 110. 111. 146 n. 5. 150, 5. 151, 20. 161. 162. 166, 35. 170. 172, 20. 173, 10. 174, 1 — 176. 178. 180. 182 — 185. 186, 15. 188, 35. 189, 1. 190 — 193. 194, 30. 197, 40. 198, 20. 200. 201. 205, 40. 207, 20. 208, 30. 209. 212 — 223. 225 — 230. 231, 5. 232. 233. 234, 15. 237 — 239. 241 — 244, 10. 245, 5. 246. 251, 15. 254, 20. 257, 1. 260. 261. 263. 265, 25. 268, 15. 269. 282, 35. 286, 15. 287, 1. 289, 40. 292, 10. 296, 25. 306 n. 2. 315. 328. 329, 20. 330, 20. 343, 1. 355, 25. 366. 380. 383, 35. 389 — 395, 1. 396. 397, 5. 398 — 400, 1. 405. 407. 409, 25. 413, 40. 415. 416. 422. 439 n. 1. 440, 30. 458, 35. 459, 35. 460. 462, 5. 464. 465. 467 n. 1. 468 n. 1. 478 n. 1. 483 n. 1. 487. 488 n. 1. 489 n. 1. 490, 10. 499, 15. 500, 10. 504, 1. 508, 15. 521, 25. 543. 544, 5. 545. (547, 35). 548. 549. 565. 567. 572, 40. 590. 604, 30. 618, 10. 624, 25. 638, 25. 644 n. 5. 648, 5. 653 n. 1. 656, 5. 659, 10. 660, 5. 682, 35. 685, 5. 688, 25. 696, 45. — Theophilacti (Benedicti IX. papae) discipulus 378; novus Protheus 379, 30; discordiae fomes et nutrimentum 185, 10; scismatis auctor 193. 213. 214. 216. 374. 375; apostolicae sedis usurpator 217, 10; invasor sedis apostolicae 269, 40; apostata 407, 20; magister erroris 415, 5; harundineo baculo comparatur 99, 10; aut membrum Antychristi, aut ipse Antychristus 383, 35; familiaris Mathildae comitissae 263, 20; novus morum corrector 440, 30. — monasterium relinquit 377, 30; sub praedecessoribus suis ecclesiam gubernat 376 — 380; ab Heinrico III. imp. in Germaniam deportatur 377; Romam revertitur 379, 1; custos altaris S. Petri fit 379, 5; nimiae nummorum aviditatis arguitur 379. 380; sex pontifices Romanos Gerhardi Barsuti opera suffocasse veneno insimulatur 379; Leonem IX. papam contra Normannos instigat 379; per simoniam, ut dicunt, archidiaconus fit 379, 35; manifestus imperatoris inimicus exstitit 380, 5; Anselmum episc. Lucensem papam facit 380; papa eligitur 380; contra canones, ut ferunt, eligitur 370; simoniam damnat 624; investituram laicorum interdicit 315; litterae eius ad Ottonem episc. Constant. de investitura laicorum et de incontinentia sacerdotum datae 60. 61; imperatorem excommunicat 191—193. 200. 201. 370. 393. 399. 415; sacramenta excommunicato imperatori praestita solvit 99, 10. 189, 1. 205, 40. 207—209. 260; Ottonem episc. Constant. excommunicat eodemque anno communioni reddit 110; decretum eius in synodo Romana anni 1078. promulgatum 380. 381; Guibertum antipapam excommunicat 96; Ottonem episc. Constant. iterum excommunicat 111; Rudolfum ducem Suevine regem constituit 220. 226, 10. 230; Heinrico ornamenta regalia interdicit 230, 1; a cardinalibus, qui eum deserere volunt, sacramenta extorquet 370, 1; a parte cardinalium deseritur 375; Coloniensem ecclesiam privilegio suo privat 241; imperatori insidias parasse coarguitur 371; imperatorem usque ad certum diem moriturum praedicit 371; crudelitatis et perfidiae eius exempla afferuntur 372. 373; necromantiae studuisse dicitur 373; Romanos contra imperatorem instigat 218; ex urbe in Traianium castellum fugit 218, 10; Salerni moritur 218, 30. 330, 20;

moriens Urbanum II. papam designat 407; fabulosa de eius obitu narratio 422. — Versus de Gregorio VII. papa et de Heinrico imperatore 172. — Gregoriana pars 230, 1. — Hildebrandini 368, 35; haeretici vocantur 405. 406; moderni Gregorii anathema 25, 40.

Gregorius Nazianzenus patriarcha Constantinopolit. 296, 20. 339, 15. 540, 35. 567, 10. 621.

Gregorius episc. Mutin. 87, 25.

Gregorius Papiensis, cardinal. eccl. Rom., 424, 25. 427, 20. 430, 20. 433, 25. 434. 435.

Gregorius card. 678, 20.

Gregorius Catinensis mon. Farfensis 534. 535. 566, 15. 567, 5.

Gregorius theologus presb. 12, 1.

Grimoardus *v.* Bernardus.

Guala *v.* Wala, Gualo *v.* Walo.

Guastalla 544, 20; concil. 181, 30.

Guibertus Ravennas *v.* Clemens III.

Guido *v.* Wido.

Guilelmus, Gulielmus *v.* Wilhelmus.

Guntherus episc. Ciconsis 178, 1. 236, 35.

H.

Hadr-, Adri.

Adrianium 329, 20.

Adrianus I. papa 62, 1. 65, 5. 97, 25. 124, 25. 125, 40. 131, 20. 133, 25. 136, 15. 148, 20. 156, 25. 229, 10. 305, 10. 311, 5. 312. 317, 20. 350. 354. 361, 15. 488, 5. 498, 15. 500. 569, 15. 571, 35. 573, 1. 595, 5. 596. 597. 618. 619, 10. 622, 35. 633. 661, 30; eius registrum 350, 15.

Adrianus II. papa 229, 20.

Adrianus episc. Theban. 53, 20.

Hagna *v.* Agnes.

Hainricus *v.* Heinricus.

Haistulfus *v.* Aistulfus.

Halberstadenses episc.: Burchardus, Herrandus.

Hamelinus prior Vindocinensis 683, 25.

Hartwicus, Hartvigus, archiepisc. Parthenop. 27, 15. 178. 179. 180, 1. 181. 184, 15. 231, 25. 236, 35. 242, 25. 244. 246—250, 20. 251, 15. 253, 15. 257, 35. 260. 261, 40. 262; iura archiepiscopi Colon. usurpat 241—244; a Sigevino archiep. Colon. damnatur 244, 10; in concil. Magunt. excommunicatur 244, 15; Heinrico imperatori reconciliatur 246. 249; Adelheidam reginam ordinat 248; (Adelberonem episc. Herbipol. introducit 253); imperatorem iterum prodit 246.

Hartvigus episc. Virdun. 236, 40.

Hartvigus abbas Hersfeld., qui a. 1085. Hartvigo I. excommunicato archiep. Parthenopolit. ab Heinrico IV. imp. substituitur, 175, 40. 179. 250.

Harzburg castellum 175, 40.

Hassia 175, 30.

Hatto *v.* Atto.

Havelberg. episc.: Hezelinus.

Hebion- *v.* Ebion.

Hebrei 514, 15. — Hebraica veritas 133, 5; Ebraicus populus 468, 30.

Heinricus, Heinrichus, Henricus, Henrichus, Hainricus, Enricus.

Heinricus episc. Leod. 171, 15. 236, 5.

Henrichus episc. Poderbrun. ex parte Heinrici IV. imp. 236, 10.

Henrichus episc. Poderbrun. ex parte Gregorii VII. papae 236, 40.

Heinricus episc. Spirensis (26, 1).

Heinricus archidiac. et decanus eccl. S. Lantberti Leodiensis 436, 5. 437. 450, 10.

Henricus (monach. de S. Blasio?) 102, 30. 103, 15.

Heinricus I. primo dux Saxonum, deinde rex Saxonum et Franc., fil. Ottonis ducis 44, 5. 128, 15; fil.: Otto I.

Heinricus II. rex, I. imp. 221, 10. 296, 5. 316, 5.

Heinricus III. rex, II. imp., fil. Conradi II. imp., 258, 30. 378. 488. 504, 1. 547; res ecclesiae ordinat Clementemque II. papam facit 378. 488; ab eo coronatur 378, 25; Benedictum IX. deponit 488, 10; Brunonem episc. Tullensem papam facit 547; moritur 258, 30; uxor: Agnes; fil.: Heinricus IV; mater: Gisela.

Heinricus IV. rex, III. imp., fil. Heinrici III, 3, 30. 27, 15. 35, 20. (43, 20). 49. 50, 10. (52). 53, 15. 54, 20. 111 n. 1. 150, 1. 172—174, 1. 175. 176. 178—184. 188. (191). 192. (198. 200). 212. 214. 215, 35. 217. 218, 15. 219, 20. 220—235. 237—239. 244—246. 249—251. 253—255. 257—259. 260 n. 1. 262 n. 4. 263, 5. 268, 10. 285—291. 294, 10. 328. 329. (330). 367, 30. 370—375. 378. (380). 390, 15. (393). 414, 1. (415. 422, 30). 428, 20. 430, 10. 431, 10. 432, 1. 449. 450. 452, 5. (457, 20. 458, 40). 460. 462. 464, 5. 465 n. 3. 483 n. 1. 492, 15. 565, 25. (618, 10). 642, 5. 656, 5. 658, 15. 660; Allemannus 430, 10; rex Francorum 50, 10. 193, 25. 198, 20. 200, 15; Francorum rex, non utique imp. Romanorum 50, 10; legitimus rex 188, 25. 222. 224, 15. 234, 30; haereticorum caput 452, 5; alter Nero 329, 1. 330. — ab Egberto seniore marchione tutelae matris Agnetis subtrahitur 256; Cadolaum antipapam facit 380; pascha apud Babenberg celebrat 43, 20; colloquium apud Wormatiam congregat 49; excommunicatur 49. 52. 191, 10. 329, 5. 371, 20. 372. 374. 415, 1. 656, 5. 660, 5; in Italiam pergit triduanamque in Canusio castello poenitentiam agit 191. 192. 329, 1. 374; ex Italia revertitur 192, 20; pugna eius contra Rudolfum regem 231. 232; iterum excommunicatur 329, 5. 370, 25. 376. 660, 5; Wigbertum (Clementem III) papam facit 328. 565, 25; Romam pergit, Gregorium VII. fugat 218. 329; Herimannum regem fugat 231. 250; synodo Magunt. interest 236. 239; apud Herbipolim fugatur 251; Hartvigum archiep. in gratiam recipit et ab eo proditur 246; ab uxore sua et filiis deseritur 330, 5; a Mathilda comitissa vincitur 330, 5; ab Heinrico filio proditur 660; Leodium fugit ibique moritur 660, 15; episcopatus vendit 289, 5; uxorem prostituisse dicitur 330, 5; mater: Agnes; fil.: Heinricus V; uxores: Bertha, Adelheida.

Heinricus V. rex, IV. imp., fil. Heinrici IV. imp., 330, 5. 506. 508. 534. 535, 1. 539, 25. 544, 25. 564, 5. 565, 25. 566. 644, 15. 648, 15. 651, 15. 653, 1. 658—660. 663. 664, 15. 667—669. 673—675. 677, 10. 678, 15. 680. 681, 35. 682, 10; rex Saxonum 669, 10; alter Iudas 680, 20; patrem suum deserit 330, 5; patrem prodit 660; violenter ecclesiam S. Petri Romanam intrat 663, 30; Paschalem II. capit 668; cum eo de investitura concordat 660. 661. 664. 674.

Heinricus I. rex Angliae 465, 25. 466, 15.

Heinricus I. march. Misn. (alter Saxonum marchio) 263, 1.

Helchias 401, 20.

Heliconiadae *(Musae)* 433 n. 3.

Helena mater Constantini I. imp. 388, 15.

Heli-, Hely- *v.* Eli.

Helias, Helia, Helie, Helyas *v.* Elias.

Heliodorus, cui scripsit S. Hieronymus, 145, 15. 342, 25. 345.

Heliseus *v.* Eliseus.

Heliu *v.* Eliu.

(Herbipolis), Wirzburg, Wirziburgum 177, 20. 182, 25. 249 n. 4. 251. 253, 20. 254. 256, 1. 257, 35; episc.: Burchardus, Adalbero; Wirziburgensis ecclesia 251, 1. 254, 5. 258. 259, 30.

Hercules 670, 15.

haeresis, unde orta sit 328, 15. — haeretici et scismatici 332; haereticus est qui catholicae fidei et doctrinae contradicit 565; qui catholicae ecclesiae fidem relinquit et sui vel alterius erroris viam sequitur 332, 15; qui haeresim defendit 563; haeretici utique vitandi sunt 319, 1. 564, 1; quia irremediabiliter anathematizati sunt 25, 1; de haereticorum poenis 197; possessiones haereticorum confiscandae sunt 334. 335; de haereticorum baptismo 120. 121. 322. 323. 555—557; haeretice baptizatus non est rebaptizandus

43, 20; per manus impositionem in Romanam ecclesiam recipitur 323; de haereticorum sacramentis 323. 326; de eorum sacrificio 320. 321; de eorum consecrationibus et ordinationibus 55 sq.; ecclesiae ab haereticis consecratae reconsecrandae sunt 56, 30. — de reconciliatione haereticorum 118—121; per manus impositionem reconciliandi sunt 118—121; de reconciliatione episcoporum et clericorum haereticorum 615; forma iuramenti haereticorum reconciliandorum 121. 122.

Heribertus archiepisc. Mediol. 318 n. 4.

Heribertus *(Charibertus)* rex Franc. 97, 25. 229, 30; fr.: Sigiberdus I.

Heremannus, Herimannus, Hermannus, Eremannus.

Herimannus, Heremannus, Eremannus episc. Babenberg. 43, 25. 109, 25. 149, 1. 289, 5.

Herimannus archiep. Colon. 248, 10. 258, 30.

Herimannus episc. Mett. 2, 40. 97 n. 7. 106, 35. (108, 20). 176, 1. 179, 20. 182. 183. 186, 20. 188, 40. 200, 25. 205, 45. 236, 40. 256, 5. 257, 1. 263, 35. 367, 1. 368, 10. 389, 20. 399, 25. 487 n. 1. 488 n. 1. 659, 10; epistola Gregorii VII. ad eum data 389. 399; moritur 256, 5. 263, 35.

Herimannus episc. Patav. 237 n. 1.

Heremannus *(Contractus)* monach. Augiensis 132, 35.

Herimannus comes Luxemburg., rex Germ. 179, 15. 180. 231. 232. 239, 15; 250; rex Saxonum 239, 15; ab omnibus despectus 231, 35; despectissimus 232, 20; in synodo Mogunt. damnatur 250; a sequacibus suis deseritur 250.

Herimannus, patruus Magni ducis Saxoniae, 232, 1.

Herimannus de Mŏtenis-villare 43, 30.

Hermon mons 526, 40.

Herodes II. (Antipas) rex Iud., fil. Herodis I, 261, 5. 290, 1. 477, 5. 541, 15. 673, 20. 674, 45; filia: Herodias.

Herodias, filia Herodis II, 261, 5.

Heroldus (de Hirsaugia?) 102, 30. 103, 15.

Herrandus, Errandus, qui et Stephanus, abbas Ilseneburg., deinde episc. Halberstad., 285—291.

Hersfeldia, Herosfeldia 176. 181, 45. 249. 257, 35. 259, 35. 260, 5; Hersfeldense monast. 175, 35. 178—180, 1; Hersfeldensis monachus 176; abbates: Hartvigus, Fridericus.

Hesaias, Hesaia *v.* Esaias.

Hesperiae, Esperiae partes 591, 30. 593, 35.

Hezelinus, Ezelinus.

Ezelinus ep. Havelberg. 181, 5.

Hezelinus episc. Hildesheim. 259, 10.

Hiberi episcopi 560, 5.

Hiberniae episcopi 120, 10. 327, 5; episc.: Quiricus.

Hieremias *v.* Ieremias.

Hierico *v.* Ierico.

S. Hieronymus, Hieronimus, Iheronimus, Ieronimus presb. 8, 20. 10. 13, 10. 14, 25. 18, 25. 23, 30. 24, 15. 36, 1. 47, 1. 59, 40. 67, 35. 68, 10. 69, 1. 71, 25. 72, 30. 73. 74, 5. 76. 77. 79. 115, 40. 119, 20. 122, 5. 124, 20. 142, 40. 143. 145. 158. 159. 205, 35. 206, 40. 260. 271, 40. 276, 35. 277. 279. 281, 20. 296, 15. 298, 20. 320, 15. 322, 5. 323, 20. 324, 15. 326. 331, 20. 332, 35. 342, 20. 345. 347, 10. 359, 25. 364. 365, 1. 381, 25. 382, 15. 383, 25. 395, 10. 404, 1. 405, 1. 411, 40. 418. 441, 1. 443, 15. 447, 5. 452, 40. 454, 5. 538, 35. 542, 10. 567, 15. 598. 628, 10. 693, 5. 695, 10. 699, 35.

Hierosolyma, Hierosolima, Hierusalem *v.* Ierusalem.

Hilarius papa 296. 310, 25. 331. 361.

S. Hilarius episc. Pictav. 46, 5. 64, 25. 134, 1. 540, 35. 638, 5; eius liber de synodis 46, 5.

Hildebertus, Ildebertus episc. Cenoman. 667. 673, 5. 684, 30.

Hildebrandus, Hildeprandus, Hildibrant, Hiltibrant *v.* Gregorius VII.

Hildericus, Hilderichus *v.* Childericus.

Hildinisheim 44, 40. 235, 20; episc.: Reginbertus, (Ebo), Alfridus, Hezelinus, Udo. — Hildeneshaimensis, Hildesheimensis eccl. 27, 10. 44, 35.

Hilduinus invasor Leodic. episcopatus 499, 5.

Hilerdense concil. *v.* Ilerd.

Himerius, Ymerius episc. Tarrac. 5, 15. 157, 30.

Hincmarus, Hincmarius archiep. Rem. 109, 20. 112. 156, 20. 297 n. 8. 643, 10.

Hipponensis, Ipponensis clerus et plebs 30, 15; episc.: S. Augustinus.

Hirene *v.* Irene.

Hirsaugia 3. 99, 30. 102, 30. 183, 35. 266, 5; S. Aurelius, S. Paulus, S. Petrus de Hirsaugia 3. — Hirsaugienses monach. 173, 20. 175, 30. 176, 30. 182, 10. 185, 25. 213 n. 3. 266—282; aemulatores sive auctores scismatum nominantur 266, 5; contra regulam vagantur et bellum intestinum praedicant 266; Hildebrandinam partem scriptis defendunt 267; Heinricum IV. et Clementem III. blasphemant 268; contra regiam potestatem sedemque apostolicam se exaltant 271.

Hisboseth 12, 30.

Hisidorus *v.* Isidorus.

Hispalense, Spalense concil. 135; Hispalenses, Spalenses episc.: Martinus, Leander, Isidorus.

Hispania, Hyspania, Hispaniae 31, 10. 130, 40. 131, 40. 292 n. 3. 293 n. 1. 423. 500, 25. — Hyspana concilia 134, 10—135, 15; Hispaniae ecclesia 431, 1; Hispanica legatio 424, 5. — Hispani 424, 20; Hispanus 424, 35. 426, 40.

Hisrael, Hisrahel *v.* Israel.

historia tripartita *v.* trip. hist.

(Hohenmölsen) 232, 10. 329 n. 5.

(Homburg) 232, 15.

Honoratus, legatus Caelestini I. papae in conc. Carthag. a. 424, 64, 10.

Honoratus archidiac., deinde episc. Salonitanus 87, 25. 88, 15. 102, 1. 166, 1. 455, 15.

Honorius II. papa 678, 25.

Honorius presb. Augustodun. 150, 1.

Honorius scholastic. 299, 1.

Honorius imp., fil. Theodosii I. imp., 132. 133, 15. 134, 20. 196, 30. 197. 198, 5. 302, 5. 316, 10. 351, 25. 352, 10. 356, 1. 503, 15; fr.: Archadius.

Horatius 47, 25. 424, 15. 427, 15.

Hormisda(s), Ormisdas papa 296. 302, 1. 331, 15. 339, 5.

Hugo II. archiep. Bisont. 171, 1.

Hugo episc. Diensis, postea archiep. Lugdun., 170, 30. 640 — 642. (644 n. 1). (646 n. 2). 648, 5.

Hugo, Ugo Candidus monach. Romarici montis, deinde card. episc. Praenestinus 396 n. 5. 403, 35. 405, 30. 410, 1.

Hugo, Ugo card. diac. 368. 403, 35. 408, 1. 410, 5. 416, 15. 417, 10.

Hugo abbas Cluniac. 545, 20. 549, 10.

Hugo abbas Flaviniacensis 297, 30. 465.

Hugo de S. Maria, monach. Floriac. 465. 466.

Hugo Puteacensis 647 n. 1.

Hug comes de Eginisheim 263, 10.

Humbertus card. episc. Silvae Candidae 89, 5. 587, 15. 701.

Huni, Hunni 218, 35. 498, 1; rex: Attala.

Huozmannus episc. Spir. 236, 10.

Husai 12, 30.

Hyldebrandus *v.* Gregorius VII.

Hysidorus *v.* Isidorus.

Hyspania *v.* Hisp.

hystoria tripartita *v.* trip. hist.

I. Y.

Iabin 611, 25.

Iacob patriarcha, fil. Isaac, 20, 20. 119, 1. 220, 40. 257, 5. 270, 1. 385, 15. 441, 30. 457, 10. 555, 5; fr.: Esau; quidam ab Iacob 491, 5.

S. Iacobus apost. 39, 35. 77, 30. 84, 35. 101, 5. 189, 40. 205, 20. 211, 35. 216, 35. 225, 10. 265, 25. 272, 30. 290, 1. 620, 15.

Iadera *(Zara)* 245, 35.

ianitor 511.
Ianuarius episc. Aquileg. 415, 25.
Ianuarius episc. Benevent. 127, 30.
Ianuarius episc. Calarit. 37, 1. 53, 10. 145, 25. 246, 1 (episc. Sardiniae). 354, 1. 358, 1.
Ibas episc. Edessanus 129, 35.
Ycoueus fons in Parnaso monte 433, 15.
Idumea 611, 25.
Iebal 611, 25.
Iennasius *v.* Gennadius.
Ieremias, Iheremias, Hieremias proph. 23, 25. 202, 45. 205. 210. 263, 30. 264, 30. 268, 30. 270, 20. 273, 10. 281, 5. 400, 20. 461, 15. 499, 25. 644, 10.
Ierico, Hierico 471, 10.
Ieroboam, Ierobeam rex Israel, fil. Nabot, 318, 30. 484, 30. 529, 20.
Ieronimus, Ieronymus *v.* Hieronymus.
Ierosolima *v.* Ierusalem.
(Ierubal) *v.* Iherobaal.
Ierusalem, Iherusalem, Ierosolyma, Iherosolyma, Ierosolima, Hierusalem, Hierosolyma, Hierosolima 123, 25. 192, 30. 202. 205, 1. 211. 222, 5. 225, 20. 253, 45. 258, 5. 273, 15. 289, 35. 321. 344, 5. 364, 15. 377, 10. 381, 15. 386, 5. 389, 1. 400 — 402. 451, 40. 452. 453, 25. 454. 484; patriarchae: Macharius, Cyrillus, Iuvenalis; rex: Sedechias. — Hierosolimitana synodus 123, 25; sedes 486, 20. — Hierosolimitanus patriarcha 61, 25. 310, 15.
Iesaias *v.* Esaias.
Iesse 470, 25.
Iesus, filius Nave, 484, 1.
Iesus fil. Sirach 463, 25.
Iethro sacerdos Madian 443, 35.
Iezabel, uxor Aab regis, 408, 5. 470, 30. 638, 15.
Iezi *v.* Giezi.
Ignatius patriarcha Constantinopolit. 327. 346, 15. 349, 30. 356, 10.
Iheremias *v.* Ieremias.
Iherobaal 441, 5.
Iheronimus *v.* Hieronymus.
Iherusalem *v.* Ierusalem.
Ildebertus *v.* Hildebertus.
Ildeprandus Romanus quidam (postea Gregorius VII.) 547, 35.
(Ilerdense), Hilerdense concil. 134, 15.
Illiricum 304, 1.
Ilsenburgensis abbas: Herrandus (Stephanus).
Ymerius *v.* Himerius.
imperatoribus ab omnibus oboedientia praestanda est 186—188. 190; sed lex imperatorum non est supra legem Dei, sed subtus 579, 25; imperatores ecclesiae pontificibus subditi 605. 622. 662; in divinis nullam habent auctoritatem 632; excommunicari possunt 664; imperatorum constitutiones decretis pontificum non congruae nullius momenti sunt 313. 314. 354; de imperatorum in electione pontificum episcoporumque auctoritate 303, 35. 307—313. 315. 318; absque imperatorum consensu nullus Romanus pontifex eligi potest 492; dissensione de electione orta imperator summus iudex esto 503; imperatoribus et regibus ius investiendi episcopos concessum est 498. 499; a Gregorio VII. immutatur 499; electio pontificis ad imperatores minime pertinet 582. 618. 619; electionem canonice factam firmare debent 585; gladio suo pontificem tuentur 585, 30; episcopos introducere non possunt 586; eorum, qui omnia terrena imperatorum esse dicunt, sententia falsa est 632; terrenae ecclesiae possessiones utique liberae sunt 598. 692. 698.
imperialis apex 662, 25.
infula pontificalis 668, 10.
S. Innocentius I. papa 41, 15. 56, 20. 57, 5. 58, 10. 82, 5. 89, 40. 91, 1. 97, 15. 99, 5. 103, 10. 115. 116, 5. 119, 25. 120, 5. 139, 45. 140, 5. 141, 10. 148, 20. 151, 10. 152, 5. 157, 20. 158. 195, 40. 196. 198. 199, 10. 201, 30. 214. 217, 20. 228. 242, 20. 249, 20. 296, 5. 323, 15. 327. 328. 331, 15. 335, 30. 397, 10. 410, 30. 411, 15. 412. 413, 1. 415, 20. 627. 638, 20. 664, 25. 666, 5.
Innocentius II. papa 678, 30.
Innocentius card. diac. 369, 20. 418, 30.
Ino, filia Cadmi, 433, 5.
insignia episcopalia 612, 5; insignia imperialia a Constantino I. pontifici Romano conceduntur 532.
investitura sacramentum est, i. e. sacrum signum, quo princeps ecclesiae, episcopus scilicet, a ceteris hominibus secernitur 685, 20. 689. 697, 10; investiturae signa 596—598; investitura baculo et anulo facta 501; de laicorum investitura 315. 316. 355. 358. 359. 498—504. 589. 612. 630. 631. 635. 644—666. 685. 686. 688. 689. 696. 697; irrita est 590, 15; haeresis est 653. 654. 682. 690. 691. 697. 698; clerici, qui investituram a laicis suscipiunt, excommunicandi sunt 564, 25. 590, 15; de investitura regali 692. 699; post electionem et consecrationem episcopi concedi potest 692. 694; concilio Niceno imperatoribus concessa minime ad seculares spectare potest 586. 587; is, qui investituram usurpat, in Spiritum sanctum peccat 665, 25; Gregorii VII. de investitura laicorum decretum 315; investitura ad regem vel imperatorem minime spectat 663; Heinrico V. a Paschali II. conceditur 661; Paschalem II. contra canones egisse verbis paparum conciliorumque demonstratur 661. 662.
Iob 67, 35. 206, 10. 242, 10. 280, 15. 283, 15. 296, 10. 330, 10. 462, 5. 473, 1. 480, 20. 481, 5. 490, 30. 491, 20. 493, 45. 494, 30. 617, 5. 632.
S. Iohannes baptista 211, 25. 261, 5. 347, 10. 441, 10. 486, 15.
S. Iohannes apost. 24, 15. 39, 35. 70, 10. 77. 78, 35. 92, 10. 98, 25. (101, 5). 143, 5. 158, 45. 200. 206, 25. 207. 215, 30. 219, 35. 224, 5. 253, 40. 263, 40. 264. 271, 15. 273. 274, 5. 284, 5. 296, 15. 303, 5. 324, 20. 334, 20. 359, 20. 363, 35. 441, 25. 459, 5. 525, 30. 540. 612, 30. 633, 40. 637, 25. 639, 5. 645, 5. 684, 15. 691, 1. 692, 1. 698.
Iohannes I. papa 56, 30. 296, 5. 326, 25. 503, 10.
Iohannes V. papa 129, 20.
Iohannes VII. (*immo* XII.) papa 489, 35. 490, 1.
Iohannes VIII. papa 148, 40. 297 n. 8. 301, 15. 327, 35. 361 n. 2. 662.
Iohannes VIII. (?) papa 62, 1. 662, 15.
Iohannes X. papa 106, 1. 499, 5.
Iohannes XII. papa (Octhovianus) 44. 489 (*falso* VII). 490, 1 (*falso* VII). 503, 20.
Iohannes XIII. papa 259 n. 2.
Iohannes XVII. (XVIII.) papa veneno suffocatur 377, 20.
Iohannes XVIII. (XIX.) papa 377, 20.
Iohannes XIX. (XX.) 377, 25.
Iohannes primicerius scolae cantorum 369, 20.
Iohannes Gratianus archipresb. S. Iohannis de porta Latina *v.* Gregorius VI.
Iohannes card. ep. Gaetanus, Gaditanus. *v.* Gelasius II. papa.
Iohannes card. episc. Ostiensis 405, 30. 410, 1.
Iohannes card. episc. Portuensis 369, 20. 370, 15. 545, 20. 552, 25.
Iohannes card. episc. Sabin. *v.* Silvester III.
Iohannes card. episc. Tusculan. 544. 545. 553, 5. 659, 15.
Iohannes (Niceos) patriarcha Alexandr. 302, 25.
Iohannes episc. Aurelian. 649, 20.
S. Iohannes Chrysostomus, Crisostomus, Os aureum, patriarcha Constantinopolit. 97. 148, 20. 196. 296, 20. 298, 20. 326, 5. 365, 1. 536, 20. 614, 25. 620, 1. 631, 10. 638, 10. 664, 25.
Iohannes (Ieiunator) patriarcha Constantinopolit. 222, 35.
Iohannes episc. Corinth. 138, 1. 166, 5.
Iohannes episc. primae Iustinianae 36. 53, 15.
Iohannes episc. Larissaeus 200, 30. 267, 30. 345, 30.
Iohannes III. episc. Popul. 171, 20.

Iohannes episc. Ravenn. 57, 10. 93, 30. 119, 10. 152, 1. 326, 30. 357, 1.

Iohannes archiep. Tarragon. 134, 10.

Iohannes episc., cui scripsit Gelasius papa, 311, 1.

Iohannes diac. Romanus, scriptor vitae S. Gregorii I, 62, 1. 297, 10.

Iohannes presb. scismatic. 45, 30.

Iohannes haereticus (?) 398, 20.

Iohannes defensor eccl. Romanae et notarius 31, 10.

Iohannes Burgundio (card.?) 406, 5.

Iohannes patricius 90, 5. 320, 5.

Iohannes Frica-panem 676, 5.

S. Iohannis eccl. Alexandr. 305, 15.

S. Iohannis eccl. Romana de porta Latina 376, 20.

S. S. Iohannis et Pauli eccl. Romana 426 n. 1.

Ionathas, nepos Moysi(s), 468, 40. 493, 15.

Ionathas, fil. Saul 529, 5.

Ionathas Machabeus 389, 1. 402.

Iordan *fl.* 484, 5.

Iordanus episc. 299, 1.

Iosserannus (*falso* Iohannes) archiep. Lugdun. 567, 5. 641. 647, 5. 648. 649. 654, 20.

Ioseph, filius Iacob, 119, 1. 185, 25. 474, 45.

Iosias rex Iuda 388, 1.

Iosue, Iosua, fil. Nun, dux Iud., 219, 35. 444, 1. 528, 10. 669, 30.

Iovinianus monach. Rom., haeresiarches, 25, 10. 73, 1. 74, 5. 77, 35. 159, 25.

Ipponensis *v.* Hipponensis.

Yporiensis episc.: Ogerius.

Irene, Hirene, uxor Leonis IV. imp., 307, 25. 316, 15. 498; fil.: Constantinus VI.

Isaak, Ysaac, fil. Abraham, 96, 5. 385, 15. 555, 10.

Isaias, Ysaias, Ysayas *v.* Esaias.

Ischarioth *v.* Iudas proditor.

Ysicius haereticus 121, 15.

S. Isidorus, Ysidorus, Hysidorus episc. Hispalensis (Spalensis) 34, 20. 37, 1. 62, 25. 64, 1. 119, 20. 124, 10. 127, 30. 131, 20. 132, 30. 135. 215, 25. 216, 10. 221, 30. 253, 35. 265, 45. 275, 20. 277, 35. 278, 5. 296 (Pseudo-Isidorus). 324, 30. 325, 20. 331, 20. 332, 15. 333, 1. 536, 10. 567, 15. 579, 20. — eius libri allegoriarum super Genesin 215, 25; Etymologiarum libri 216, 10. 221, 30. 253, 35. 265, 45. 275, 20. 277, 25. 278, 5. 296, 15. — collectio Pseudo-Isidoriana 296, 20.

Ismahelitae 611, 25.

Israel, Israhel, Hisrael, domus, gens, populus Israel, filii Israel 47, 15. 68, 1. 76, 25. 82, 30. 143, 20. 159, 40. 189, 15. 221, 15. 227, 5. 269. 288, 1. 313, 10. 334, 25. 355, 5. 400, 25. 401. 402. 429, 25. 444, 1. 451, 40. 453, 30. 468, 40. 483, 30. 484, 30. 493. 542, 5. 669, 30. 671, 1; Deus Israel 334, 25. 400, 25. 401, 20. 451, 40; reges: Abimelec, Saul, David, Salomo; dux: Iosue; seniores Israel 269, 35; verus Israel 429, 25; virgo Israel 159, 40. — Israelitae 123, 10. — Hisraelitica gens 483, 30. — Israeliticus populus 469, 30. 547, 30.

Israel (decem tribus, regnum) 386, 5. 484, 30; reges: Ieroboam, Aab, Ezechias.

Itachius episc. 455.

Italia 42, 35. 44. 63, 1. 125, 20. 128, 35. 182, 30. 191, 25. 192. 199, 35. 221, 20. 229. 232. 235, 30. 236, 20. 294, 10. 471 n. 1. 543, 20. 544, 20. 592, 10. 647, 20; Italia meridionalis 543, 20; reges *v.* Gothi, Langobardi, Germani; exarcha: Romanus. — Italici 541, 1; episcopi Italici, Italiae: 42, 35. 44, 15. 169, 5; scriptores 173, 30. — Italicum regnum 184, 45. 223, 30. 224, 5. — Italus quidam 658, 10.

Iuda (tribus, domus, regnum) 364, 25. 400, 30. 479, 15. 548, 15; reges: Roboam, Ahias, Asaph, Oza, Ammon (Amos), Iosias, Sedechias; princeps: Sassabassar; dux: Zorobabel; pontifex: Caiphas; semen Iuda 364, 25.

Iudaea, Iudea 223, 35. 400, 25. 401, 35. 402, 25. 483, 20. 598, 10. 635, 40; reges: Abimelec, Saul, David, Salomo; dux: Iosue. — Iudaei, Iudei 30, 1. 46, 20. 72, 25. 97, 40. 123, 20. 127, 15. 136, 20. 223, 35. 253, 5. 397, 40. 401, 5. 443, 5. 448, 1. 461, 15. 470, 10. 485. 491, 5. 501, 25. 514, 40. 517, 15. 541, 15. 559, 10. 631. 651. 684, 1. 693. 700, 20; Dei occisores 317, 30; Iudei reges 501, 25; Iudeorum dux 401, 5; genus 684, 1; lex 46, 20. 136, 20; perfidia 700, 20. — Iudaeus, Iudeus 41, 30. 335, 25. 379, 5. 479, 25. 491, 10. 559, 30. — Iudaica avaritia 694, 10; baptismata 444, 25; gens 483, 25. 485, 15; perfidia 120, 20. — Iudaicus populus 597, 5. — Iudaismus 501, 30. — Iudaice vivere 491, 10; iudaizare 72, 20. 491, 10. 693.

Iuda(s) patriarcha, fil. Iacob, 364, 25. 400, 30. 548, 15; fr.: Beniamin.

S. Iudas apostolus 15, 30. 56, 20. 124, 30. 226, 15.

Iudas Symonis Iscarioth (Ischarioth) apostol. proditor 39, 30. 41. 123, 5. 191, 30. 229, 40. 317, 30. 359. 374, 25. 396, 35. 397. 400, 15. 410. 420, 25. 442, 25. 511, 20. 559, 30. 598, 25. 611, 15. 623, 15. 634. 680. 694, 10. 700.

de iudicio ecclesiastico 30—34; de diversis iudiciariis ordinibus 30—34; iudiciarius ordo S. Gregorii M. 31, 10. — iudicia Romana non sunt retractanda 500.

Iuliani Novellarum epitome 297, 1. 339. 351, 20. 352, 15.

Iulianus episc. (Hi)spalensis 134, 40.

Iulianus Apostata imp. Rom. 180, 15. 203, 35. 237, 5. 388, 20. 540, 30.

Iulius I. papa 62, 20. 86, 15. 87, 20. 126, 5. 127, 15. 131, 5. 141, 35. 193 n. 3. 296, 5. 356, 15. 418, 40.

Iulius Caesar 180, 15.

Iulius, fundator ecclesiae S. Viti Senecionis dioec., 358, 5.

Iuno 132, 30.

Iustina imperatrix, uxor Valentiniani I. imp., 197, 10. 471. 633, 10; Arrianorum fautrix 471, 20; fil.: Valentinianus II. imp.

Iustinianus I. imp. 129, 10. 297, 1. 351. 352, 15. 355. 356, 1. 360, 1. 577, 25. 595, 35. 666, 25. — Iustiniani codex 297, 1. 351. 352, 15. 356, 1; institutiones 360, 1; leges 666, 25; liber novellarum 355, 30.

Iustinianus II. imp. 229, 1.

Iustinus I. imp. 326, 25.

Iuvaviensis archiep.: Gebehardus; ecclesia (Salzburgensis) 258, 5.

Iuvenalis card. presb. 418, 30.

Iuvenalis patriarcha Ierosolimit. 128.

Iuvenalis 277, 20. 424, 15.

S. Iuventii eccl. prope Papiam praepos.: Lucius.

Ivo episc. Carnot. 466, 5. 640—642. 647—649. 676, 5.

L.

Lacium *v.* Latium.

laici die, qua volunt orare, ab opere coniugali prohibiti 7, 25; nonnisi post triduanam continentiam ad divina sacramenta admittendi sunt 9, 10; sacramenta suscipere, non dare debent 685, 35. 689, 20; laicis nulla disponendarum rerum ecclesiasticarum potestas 305. 306. 584. 585; nulla eis ecclesiae possessionum potestas 357. 358; laici episcoporum vicarii exsistere non possunt 602; electioni episcoporum assistere non debent 618. 619; de laicorum investitura *v.* investitura.

S. Lamberti, Lantperti, Lantberti eccl. Leodiensis 436, 5. 437 n. 1. 450, 10.

S. Lambertus, Lantpertus, Lantbertus episc. Leodiensis 501.

Lambertus monach. Hersfeld. 175, 35. 178, 20. 179, 5.

Lanfrancus Papiensis 411, 35.

Langobardi, Languobardi, Longobardi 185, 35. 199. 200. 212. 229, 15. 412. 482, 20. 488 n. 1. 501, 5. 502, 10. 595, 5; reges: Aistulfus, Desiderius, Autharit, Lotharius. — Longobardia, Lombardia, 291, 10. 375, 25. 412, 35. 543.

S. Lantberti eccl. *v.* S. Lamberti eccl.

S. Lantpertus, Lantbertus *v.* S. Lamb.

Laodicense concil. 65, 1. 120, 25. 130. 131, 30. 296, 20. 307, 10. 325, 35. 355, 20. 364, 1. 558, 25. 581, 15. — Laodicentium canones 331, 10.

Larissa 267, 30; episc.: Iohannes.

Lateranus mons 293, 10. 676, 10; Laterana, Lateranense palatium, palladium, palatiolum 293, 10. 372, 20. 426, 35. 537, 20; Lateranense concil. *v.* Romanum concil. — Lateranensis basilica 491, 35; porta 373, 10; Lateranenses clerici 375, 10.

Latium, Lacium 428, 25. 674, 30. — Latina lingua, Latinum 10, 30. 11, 5. 18, 20. 512, 45. 515, 40. 523, 30; porta Latina 376, 20. 377, 20; Latini 128, 1; auctores 10, 25; Latinus sermo 302, 20. — Latinitas 655, 20.

S. Laurentius martyr 212, 35. 682, 15.

Laurentius antipapa 489.

Laurentius archiep. Amalfitanus 376. 377. 378, 35.

Lazarus 464.

Leander episc. (Hi)spalensis 135, 10.

lector 511.

Legionensis eccles. 423, 15; episc.: Guala.

Leimarus, Liemarus archiep. Bremensis 43, 20. 171, 10. 236, 1.

Lemovicensis *(Limoges)* episc.: Martialis.

Leo *i. e.* Iudas patriarcha 548, 15.

S. Leo I. papa 18, 1. 21, 15. 23, 20. 24, 20. 28. 29, 30. 31, 20. 34, 5. 36, 20. 38, 15. 45, 35. 46. 52, 40. 53, 30. 63, 5. 65, 20. 84, 5. 85, 30. 87, 35. 89, 35. 91, 1. 93. 98, 5. 99, 5. 103, 10. 115, 25. 117, 35. 118, 15. 119, 35. 122, 20. 123, 30. 126. 128, 40. 129. 136, 1. 137, 40. 140. 141, 35. 144, 1. 147. 148, 30. 156, 10. 159, 35. 162, 30. 186, 35. 187, 20. 198, 10. 218. 219. 220, 5. 223, 10. 224, 25. 227, 25. 241, 5. 242, 1. 244, 30. 249, 20. 253, 40. 256, 35. 263, 35. 269, 1. 281. 282. 296. 302, 1. 303, 30. 323, 15. 327. 328, 5. 331, 15. 350, 15. 353, 5. 361, 5. 388, 25. 395, 1. 404, 15. 407, 10. 412. 415, 25. 417, 5. 489, 10. 492, 10. 498. 559, 10. 582, 1. 595, 1. 614, 25. 616, 10. 618 n. 3. 621, 5. 628, 30. 644, 10.

S. Leo III. papa 128, 10. 418, 35. 487, 5. 498, 10. 500, 10. 503, 10.

Leo IV. papa 296. 307, 5. 331. 343, 1. 356, 15. 361, 15. 643; registrum eius 356, 15.

Leo VIII. papa 44. 45, 20. 422 n. 2. 499, 10. 503, 20.

S. Leo IX. papa, Bruno episc. Tullensis, 3, 45. 67, 1. 379. 491, 35. 545. 546, 35. 547—554, 5. 561, 5. 562, 35; qualis erat 547. 548, 25; eligitur 379. 548; simoniae validissimus adversarius 67, 1. 548; expeditio eius contra Normannos 379, 10. 550. 551; a Normannis superatur 550; moritur 379, 30. 550—552, 1; miracula eius 549. 552.

Leo card. archipresb. 369, 15.

Leo card. 369, 20.

Leo card. Velitrensis 544, 30. 545, 1.

Leo episc. Bituricensis 296, 10. 350 n. 9.

Leo episc. Catinensis 9, 15.

Leo I. imp. Graec. (Thrax) 28, 20. 53, 30. 80, 15. 89, 35. 99, 5. 351, 10.

Leo III. imp. Graec. (Isauricus) 541, 1; fil.: Constantinus V.

Leo IV. imp. Graec., fil. Constantini V. imp., 498, 1; uxor: Irene; fil.: Constantinus VI.

S. Leodegarius episc. Augustodun. 209, 5.

Leodium 450, 20. 660, 15; episc.: S. Amandus, S. Remaclus, S. Lantpertus, Richarius, Heinricus, Otbertus *v.* Traiect.; eccl.: S. Lantberti. — Leodicenses, Leodienses 449. 450. 451, 15. 452, 1. 456. 460, 30; Leodicensis ecclesia 450. 451, 15; episcopatus 499, 5; episcopus 449, 20; urbs 437 n. 1.

Levi, fil. Iacob, 232, 1. 341, 20. 528, 10. 529, 40; Levi progenies 528, 10.

levita 514. 515.

Libanus mons 29, 1. 388, 5. 614, 15.

liber pontificalis, apostolorum *v.* pontificalis liber.

S. Liberatus archidiac. Carthag. 58, 5. 63, 5. 64, 20. 65, 20.

Liberius papa 368, 25. 369, 10. 373, 5. 375, 35. 376, 1. 400, 15. 404, 5. 405, 5. 415, 15. 418, 25. 419. 420, 10.

Libuinus auctor miraculorum S. Leonis IX. papae 545, 25.

Liemarus *v.* Leimarus.

Lingonensis episc.: Robertus I.

Liguria 673, 25; Liguriensis provincia 594, 10.

Liudolfus dux Carentinorum 263, 5; regnum affectat 263, 5.

Liudolfus comes (de Braunschweig), filius Brun comitis et Giselae, 258 n. 7.

Lodovicus, Lodev. *v.* Lud-.

Lombardia *v.* Langobardia.

Losannae *(Lausanne)* episc.: Burcardus.

Loth 17, 10. 22, 25. 219, 35. 611, 25.

Lotharingia, Lotaringia 97, 20; rex: Lotharius II; duces: Gotefridus II, Gotefridus III.

Lotharius I. imp., fil. Ludovici Pii imp., 44, 35. 643, 10; filii: Ludovicus II, Lotharius II; fratres: Karolus, Ludovicus, Pipinus.

Lotharius II. rex Lotharingiae et Burgundiae, fil. Lotharii I. imp., 97, 20. 148, 20. 229, 20. 346, 5. 664, 35. fr.: Ludovicus II; uxores: Theuberga, Waldrada.

Lovaniae comes 449, 20.

Lucanus poeta 276, 30.

S. Lucas euang. 219, 30. 296, 15. 338, 10. 346, 10. 459, 1.

Lucenses denarii 380, 20; episc.: S. Anselmus I, Anselmus II, Rangerius.

Lucentius episc. Asculanus, legatus Leonis I. in conc. Chalcedon. 63, 5. 129, 1.

Lucia (Lucina) matrona 486.

Lucifer 682, 15.

Luciferianus 443, 15.

S. Lucius I. papa 263, 25. 359, 5. 611, 10.

Lucius praepos. S. Iuventii 411 n. 4.

Ludov-, Lodov-, Ludew-, Luduv-, (Chlodoveus).

Ludovicus II. (Clodoveus II.), fil. Dagoberti I. regis Franc., 208, 40; fil.: Chlotarius III, Childericus II, Theodoricus III.

Ludovicus, Luduvicus, Ludewicus I. Pius imp., fil. Karoli Magni 44, 35. 296, 1. 302, 5. 315, 15. 316. 343, 10; 353, 10; filii: Lotharius I, Pipinus I, Ludovicus Germanicus, Karolus II.

Ludovicus, Ludewicus Germanicus dux Baioariae, rex Ostrofranc., fil. Ludovici I. Pii imp., 44, 40; fratres: Lotharius I, Pipinus, Karolus II.

Ludovicus, Lodovicus II. imp., fil. Lotharii I. imp., 148, 40. 311 n. 5. 347, 1. 361 n. 2.

Ludovicus VI. rex Franc., fil. Philippi I, 544, 15; soror: Constancia.

Ludovicus comes Thuringiae 180. 181. 285, 5. 286. 287.

Lugdunum 170, 30; archiep.: Agobardus, Anselmus, Hugo, Ioscerannus. — Lugdunenses 641, 5; Lugdunensis archiepiscopus 655, 10; ecclesia 247, 1. 248, 5. 254, 25. 255. 257, 15; provincia 648, 25. 655, 5.

Luneburg monast. 292, 10.

M.

Macedonia 143, 1. — Macedones episcopi 140, 1.

Macedonius haeresiarcha, patriarcha Constantinopolit., 61, 15. 127, 40. 317, 25. — Macedoniani 331, 30.

Macedonius presb., cui scripsit S. Augustinus 114, 30. 157, 30. 158, 1.

Machabaei 344, 5. 402, 15. 637, 30; Machabaei: Symon, Ionathan. — Machabeorum liber 501, 25. — Machabeus 670, 10.

Macharius patriarcha Antioch., haereticus, 129, 15.

Macharius patriarcha Hierosolomit. 126, 15.

Madena provincia 400, 40.

Madian 443, 35. 611, 25. — Madianitae 405, 20.

Magdaburg, Magdeburg *v.* Partheno-polis.

Magnus archiep. Mediolan. 619, 15.

Magnus presb., cui scripsit S. Cypria-nus, 99, 35. 167, 5. 320, 15.

Magnus dux Saxoniae 232, 1.

Maguntia, Moguntia 221. 235, 25. 239, 5. 241. 246 n. 4. 247. 248, 5; archiep.: S. Bonifatius, Wezelinus, Sigefridus, Ruothardus. — Maguntina, Mogun-tina ecclesia 221, 5. 234, 35. 236, 1. 241, 10. 247. 250. 259, 15. — Magun-tinum, Moguntinum, Magunciense concilium, Maguntina synodus 64, 25. 67, 1. 77, 1. 135, 20 (a. 1085). 179, 30. 234 n. 1. 235, 25. 236, 20. 239, 5. 244, 15. 246 n. 4. 250, 15. 258, 20. 264, 35. 296, 25. 343, 5.

Malachia proph. 248, 5. 257, 1. 270, 1. 463, 15.

Malchus 346, 5. 460, 35. 461, 1.

Manasses episc. Camerac. 449.

Manasses II. archiep. Remensis 449.

Mancius archidiac. Romanus 379, 35.

Manegoldus (de Lautenbach), decanus Raitenbuch., deinde praeposit. Mar-bac. 2. 4, 5. 59, 1. 160, 10 (?). 161, 1. 368, 25. 701.

Manfredus episc. Mantuanus 665, 20.

Manichaei 253, 5. 254, 35.

Mantuanus episc.: Manfredus.

manus impositio 587. 600, 40. 605, 1. 606, 1. 618, 15; per manus impositio-nem Spiritus sanctus accipitur 323, 15; utrum male promotis iteranda sit 327; de haereticorum manus impositione 557; haeretici per manus impositionem in catholicam ecclesiam recipiendi sunt 323; ii, qui haeretice, sed obser-vata forma baptizati sunt, per solam manus impositionem reconciliandi sunt 558. 559.

Marbac. monast. prope Colmariam praepos.: Manegoldus.

S. Marcellianus 372, 20.

S. Marcellinus papa 50, 20. 200, 20. 204, 25. 296, 5. 312, 30. 353, 35. 395, 20. 418, 25. 420, 10. 592, 30. 650, 20. 664, 10.

Marcellus papa 62, 10. 126, 5. 296, 5. 353, 15. 486.

Marcianus imp. 53, 35. 63, 5. 126, 25. 128, 40. 133, 35. 307, 20. 354, 15. 571, 25; uxor: Aelia Pulcheria.

S. Marci eccl. Alexandr. 303, 5.

S. Marcus euangel., patriarcha Alexandr. 303, 5. 326, 25. 600, 15.

Marcus papa 8, 30. 127, 15.

S. Marcus martyr 372, 20.

S. Mariae monast. Augustodunense 390, 35.

S. Mariae altare de Ronceio 677, 25.

S. Mariae eccl. Romana, quae vocatur Rotunda, 406, 1.

S. Mariae eccl. in monte Aventino 371, 5.

Maria, soror Moysis, 597, 15.

S. Maria, mater Domini, 128, 30. 205, 30.

S. Maria, Hugo de, monach. Floriac. *v.* Hugo.

Marinianus abb. 54, 1.

S. Marinus episc. Arelat. 64, 25. 133, 30.

C. Marius 203, 30. 237, 5.

Maroioth 401, 20.

Martha, soror Lazari, 160, 5.

Martialis episc. Lemovic. 600, 20.

Martianus *v.* Marc.

S. Martini eccl. Romana 367, 30.

S. Martinus papa 638, 5.

Martinus episc. Bracar. 135, 5.

S. Martinus episc. Turon. 455. 573, 15. 622.

Massicum vinum 429, 1. 432, 15.

S. Matheus euangel. 68, 10. 145, 5. 164, 20. 219, 30. 296, 15. 359, 25. 395, 10.

S. Mathias apost. 123, 5. 511, 20. 663, 40.

Mathilda comitissa Tusciae, filia Boni-facii march., uxor Gotefridi Gibbosi ducis Lotharingiae 176, 20. 263. 330, 5. 368, 20. 389, 40. 390, 1. 417, 10. 464, 5. 505, 5. 506, 25.

Maurentius mag., cui scripsit S. Grego-rius I. papa, 643, 5.

S. Maurilius ep. Andegavensis 684, 35.

Mauritaniae episcopi 27, 15. 110, 35. 117, 40; archiep.: Stephanus. — Mauritanii episcopi 93, 10.

S. Mauricius martyr 382, 25.

Mauritius, Mauricius imp. 199, 30. 307, 20. 308. 344, 15. 489. 499, 5. 613, 15.

Maximianus imp. 256, 10. 348, 30.

Maximus patriarcha Constantinopolit. 109, 20.

Maximus usurpator episcopatus Salonit. 28, 30. 32. 49. 86. 90, 5. 91, 5. 99, 1. 139, 5. 242, 35. 321 n. 1. 327, 10. 374, 20. 388, 40. 397, 20. 455.

Maximus usurpator imperii Romani 382, 20. 388, 5. 455. 540, 30. 622.

Mediolanum 352, 10; archiep.: Auxen-tius, S. Ambrosius, Simplicianus, Magnus, Constantius, Heribertus, Atto. — Mediolanenses 318, 10. 323, 5. 600, 20. 615, 15. — Mediolanensis civitas 308, 25; dioecesis 309, 5; ecclesia 41. 410, 25. 593, 35; porta Romana 308, 25.

Meginhardus episc. Wirziburg. 254, 1.

Melchiades, Melciades papa 118, 30. 488 n. 6. 598, 5.

Melchisedech pontifex 230, 25. 403, 15. 493.

Melphya 415, 40; concil. 415, 40.

(Melrichstat) 329 n. 5.

Melitus 360, 10.

Menas archiep. 355, 30.

S. Merocles 630, 25.

Merseburgenses episc.: Albuinus, We-rinherus, Eppo.

Messala episc., cui scripsit Gelasius papa, 311, 1.

Messanae episc.: Felix.

Metridates, fil. Gazabar, 400, 35.

Mettenses episc.: Arnolfus, Angilram-nus, Walo, Herimannus, Brun. — Mettensis, Metensis abbatia: S. Vin-centii; ecclesia 256, 30; urbs 256, 30.

Michahel archang. 15, 35.

Micheas proph. 464, 30.

Milevitanum concil. 132, 15.

Mindenses episc.: Folcmarus, Regin-hardus. — Mindensis episcopatus 244, 10.

Mirus rex Wisigothorum 135, 1.

Misac Iudeus, unus ex viris in forna-cem missis, 403, 10.

Misnensis episc.: Benno.

Moab 611, 25; rex: Balach. — Moa-bitae 338, 15.

Moguntia *v.* Maguntia.

monachi vagari non debent 266. 272. 273; episcopis provincialibus subditi sunto 266, 20. 267, 30; ecclesiasticis secularibusve rebus se abstineant 266, 25. 267, 30; absque episcopi vo-luntate monasterium condere non possunt 266, 30. — De diversis mo-nachorum generibus 279, 40. 280, 5; de monachorum vestimentis 276—279. — Monachorum pater (*i. e.* S. Bene-dictus) 277, 10. — Monachi vagantes *v.* circumcelliones.

Monasteriensis episc.: Erpho.

Monofisitae haeretici 120, 15.

Mons-vini *(Lambach)* 253, 30. 254, 20. 256, 1.

Montanus episc. Tolet. 134, 20.

Montanus, Phyrgius haereticus 120, 20. 278, 15. — Montani, Montanistae haeretici 221, 25. 253, 35. 457.

Mopsuestianus episc.: Theodorus III. haereticus.

Mosella fl. 436, 20. 445, 35.

Mŏtenisvillare, vic. in districtu Biberac. situs, 43, 30 (Herimannus de M.).

Moyses, Moises 17, 5. 46, 20. 102, 15. 136, 20. 143, 20. 167, 10. 189, 15. 202, 25. 269. 275, 15. 281, 10. 344, 15. 348, 40. 349, 20. 353, 20. 396, 35. 397, 35. 398, 1. 401, 20. 403, 35. 408, 25. 439, 30. 440, 15. 456. 461, 10. 463, 15. 468. 471. 480, 1. 481, 20. 483, 25. 484, 1. 493, 15. 500, 30. 514. 520. 525. 527, 45. 528, 20. 529, 35. 530, 25. 531. 533, 5. 547, 30. 578, 5. 587, 25. 597. 602, 10. 613, 15. 637, 30. 650, 25. 651, 5; secretarius Christi 17, 5; cathedra Moysi 500, 30.

Musae 433, 15.

Mutinensis dioecesis 566, 10; episc.: Gregorius.

N.

Naaman, Neaman, Syrus 69, 30. 70, 1. 700, 25.

Nabal 261, 10.

Nabat, pater Ieroboam reg. Israel., 484, 30.

Nabuchodonosor, Nabochodonosor rex Babylon. 101, 35. 204, 45. 205. 209. 268. 334, 20. 381, 30. 400, 35. 401, 1. 403, 5. 453, 35. 458, 1. 470, 15. 541. 704, 10.

Nabuthe 630.

Naha fl. 245, 5.

Naisitanus, Nahisitanus episc. 152, 5.

Nannetense concil. 135, 20.

Narbonenses 642, 30; episc.: Rusticus, Selva, Sigebodus. — Narbonensis episcopus 434 n. 3; provincia 422.

Narses patricius 334, 35.

Natalis episc. Salonitanus 86, 30. 102, 1.

Natan, Nathan proph. 484, 15. 487, 5. 540, 10.

Nathinnei 401, 25. 402, 5.

Nave, pater Iesu, 484, 1.

Neaman *v.* Naaman.

Nectarius patriarcha Constantinopolit. 109, 20. 127, 40.

Nemausensis episc.: Bertrannus.

Nemetensis *v.* Spirensis.

Neocesariense concil. 65, 1. 70, 30. 130, 25; Neocesariensium canones 331, 10. — Neocesariensis episc.: Basilius.

neophiti 42 *sq.*

Nephesinus episc.: Albertus.

Neptunus 18, 35.

Nereus martyr 159, 15.

Nero imp. 180, 15. 190, 30. 203, 30. 237, 5. 256, 10. 290, 1. 329, 5. 330. 348, 30. 485. 673, 25.

Nestorius patriarcha Constantinopolit. 61, 15. 99, 20. 102, 25. 121, 10. 128, 30. 147, 30. 148, 30. 165, 40. 560. — Nestoriani 560, 5.

Neustria 675, 15.

Nichodemus 457, 5. 461, 15.

Nicea 53, 35. 71, 30. 126. 307, 20. 557, 35. — Nicena, Nichena, Nichea synodus, Nicenum concil. I. 4—8. 11, 10. 13, 5. 14, 25. 20, 35. 21, 5. 25, 20. 34, 20. 45. 46. 56, 1. 57, 1. 61, 15. 84, 25. 85, 20. 91, 5. 95, 30. 113, 10. 115, 30. 117, 10. 118, 20. 119, 20. 122. 125—132. 133, 30. 136. 137. 140, 5. 141, 10. 151. 156, 5. 163, 5. (165, 10). 234, 40. 296, 20. 306, 5. 307, 20. 315, 25. 318, 25. 325, 30. 326, 20. 347, 5. 353, 1. 370, 30. 393, 15. 487. 489, 10. 556, 35. 557, 30. 560, 5. 585, 35. 586. 593, 25. 629, 30. 655, 25. — II. 296, 25. (301, 10). 307, 20. (317, 20. 327, 5. 328, 1. 355, 15). 362, 15. (397, 25. 410, 25). — Niceni canones, Nicenus canon 45, 35. 50, 40. 62. 63. 126, 35. 127, 1. 131 n. 3. 140, 1. 331, 10. 393; patres 21, 25. 91, 1. 117, 30. 119, 25. 127. 137, 30. 140, 5. 327, 1; Nicenum symbolum 128, 15. — Nicena urbs 46. 65, 1. 70. 71.

Nicolaus I. papa 93, 1. 97, 20. 116, 25. 136, 10. 140, 25. 148, 20. 162, 1. 167, 35. 229, 20. 296. 305, 15. 346, 5. 347, 1. 369, 5. 443, 20. 643, 10. 644. 649, 30. 662, 5; eius registrum 346, 5.

Nicolaus II. papa 38, 5. 121, 25. 296, 25. 297. 309. 310, 10. 312. 339, 10. 355, 25. 356, 20. 379. 380, 1. (491, 35). 662, 1; decretum eius de papa non sine consensu imperatoris eligendo 491. 492.

Nicolaus Antioch. haereticus 14, 35. 25; beati Stephani condiaconus 25. — Nicolaitae 16, 30.

Nicolaus, electus abb. S. Silvestri, abbas S. Pancracii urbis Romae, 405, 35. 410, 5.

Noa, Noe patriarcha 12, 20. 14. 50, 25. 249, 5. 346, 25. 347, 1. 418, 25. 469, 35; filii: Cham, Sem.

Nonantulanum coenob. S. Silvestri 566, 10.

Normanni, Nortmanni 263, 30. 379. 380, 5. 550. 673, 15; dux: Robertus (Guiscardus).

(Northeim) *v.* Otto.

Nortmanni *v.* Norm.

Notitia Galliarum *v.* Gallia.

Novatiani, Novaciani haeretici 14, 30. 56, 1. 91. 114, 15. 116, 15. 117. 118, 20. 119—122. 151. 157, 30. 158, 15. 168, 40. 326, 20. 558. 559, 20. 560, 5; sive Catari 560, 5. — Novatianus 14, 30.

Novatianus presb. Rom. 100. 328, 15.

Novatus presb. Carthag. 100 (?). 151, 20.

Noviomagensis episc.: S. Eligius.

Numburgensis episc.: Walramus; ecclesia 178, 20; episcopatus 179, 40; *v.* Cicensis.

Numidia 415, 25. 643, 10; primae sedis Numidiae episc.: Prosper; episc.: Victor.

O.

oblationes 589.

Occidens 70, 10. 120, 10. 121, 1. 131, 40. 300, 35. 307, 20. 327, 5. 558, 10; Occidentis ecclesiae 77, 10.

Oceanus 8, 20. 71, 25.

Octhovianus papa *v.* Iohannes XII.

Octavianus card. presb. designatus 405, 35. 410, 5.

Ödalricus *v.* Udalricus.

Odardus *v.* Urbanus II.

Oderisius abbas Cassin. 544, 10.

Odo *v.* Otto.

Og rex Basan 483, 35.

Ogerius episc. Yporiensis 171, 15.

Olofernes 541, 40.

Ooza *v.* Oza.

de ordinibus septem ecclesiasticae dignitatis 511—521.

(ordo Romanus), liber Romani ordinis 220, 40.

Oreb mons 596, 20. 611, 30.

Orestes 288, 45.

Oriens 77, 10. 120, 10. 121, 15. 300, 25. 307, 20. 327, 5. 558, 10. 593, 35; Orientis ecclesiae 77, 10. — Orientales episcopi 48, 35. 104, 10. 113, 30; patres 120, 25.

Origenes Alexandr. 124, 25.

Ormisdas *v.* Hormisdas.

Orpheus 672, 25.

Ortensis episc.: Arsenius.

Os aureum *v.* Iohannes Chrysostomus.

Osea, Osee proph. 214, 40. 296, 15. 364. 576, 5.

Osius episc. Cordub. 62, 35. 126, 20. 127. 130. 131, 5. 134, 10. 137, 35.

Ostienses episc.: Sicco, Iohannes, Petrus Damiani, Otto I, Otto II.

Ostrogothorum rex: Theodoricus.

Otbertus episc. Leodiensis 450, 20. (457, 20).

Otto, Otho, Odo.

Otto I. card. episc. Ostiensis *v.* Urbanus II.

Otto, Odo II. card. episc. Ostiensis 424, 25. 433, 25.

Otto episc. Argentorat., Strazburg. 101, 20. 236, 15.

Otto III. episc. Astensis 171, 15.

Otto episc. Constant. 2, 10. 21, 20. 58, 35. 60, 25. 65, 10. 108, 35. 109—111. 150, 5. 236, 10. 241, 5. 487 n. 6.

Otto episc. Ratispon. 236, 10.

Otto, Otho I. imp. Roman., fil. Heinrici I. regis, 44. 296, 1. 316, 5. 422 n. 2. 489, 30. 499, 10. 503, 20.

Otto (de Northeim) dux Bavariae (221, 20). 231, 20. 258 n. 9.

Ovetina eccles. 422, 15.

Oza, Ooza fil. Abinadab 82, 35. 663, 30.

Ozias rex Iuda 349, 20. 635, 40. 663, 30.

P.

Pactolus fl. *(Sarabat)* 429, 20.

Paderbrunnenses, Poderbrunnenses episcop.: Heinricus I, Heinricus II.

Padus fl. *(Po)* 294, 10.

Pafnutius *v.* Paphn.

palatium, palatiolum, palladium *v.* Lateranus mons.

Palentina eccles. 422, 15.

Palestina 611, 35; Palestinum concil.

116, 35; Palestinus episc.: Eusebius. — Palestini 96.

Palladius P. P. 354, 15.

Pallas 16, 10.

S. Pammachius 77, 1.

S. Pancracii monast. Rom. 405, 35. 410, 5; abbas: Nicolaus.

Pancratius, Pancracius, Pangratius, cui scripsit Pelagius I. papa, 91, 15. 320, 25. 331, 20. 333, 15. 364, 10.

papa nullius hominis iudicio subiectus 50. 51; de papae primatu 575; de electione 492; *v.* Romanus pontifex.

S. Paphnutius, Pafnutius episc. Aegypt. 5, 10. 7, 15. 12, 1. 13. 16, 35. 17. 18. 20. 21, 35; stigmata Iesu in corpore suo portavit 13, 35.

Papiensis episc.: Ennodius; Papiensis: Gregorius card.

Parisii, Parrhisi, Parisius 501, 5. 678, 1; episc.: S. Dionisius, S. Germanus, Gaufredus, Walo.

Parmenianus Donatista 651, 15.

Parmensis episc.: Cadalaus, Wido, Bernardus Uberti.

Parnasus mons 433, 15.

Parrhisii *v.* Parisii.

Parthenopolitana, Magde-, Magdaburgensis eccl. 250, 20; Parthenopolitanus episcopatus 249, 35; archiep.: Wezelinus, Hartvigus I. (Hartvigus II).

Paschalis, Pascalis I. papa 41. 42, 1. 296, 10. 318, 10. 326, 5. 365, 1. 605, 1. 618, 25.

Paschalis, Pascalis, Paschasius, Pascasius II. papa, Raynerius, 181, 25. 293, 1. 368 n. 8. 406, 5. 449—451. (453). 456. 458—461. (463, 15). 506. 534, 25. 544. 545. 563, 5. 564, 5. 566. 624, 25. 625, 25. (626). 647. 648. (650. 652, 25. 653). 658—664, 1. 665—676. 680—682. — Robertum comitem Flandr. ad terram Cameracensium devastandam instigat 449, 15; litterae papae ad comitem Robertum datae 451. 452; Heinrico V. imp. investituram episcoporum concedit 625, 25. 653. 668; Heinricum V. excommunicat 660, 1; apostolicae passionis imitator nominatur 669, 1.

Paschalis antipapa 89, 10. 92, 35.

Paschasinus episc. Lilybet., legatus Leonis I. in conc. Chalcedon., 63, 5. 129, 1.

Pataviensis *(Passau)*, Passaviensis episc. (Altmannus) 183, 15; episc.: Altmannus, (Herimannus).

Paterini haeretici 283, 25.

patriarcharum in ecclesia auctoritas 316; patriarcharum maximus Romanus pontifex est 316. 317.

patricius seu praefectus apud beatum Petrum apostolum 584, 25.

Patroinus episc., qui praefuit secundo concilio Toletano, 134, 20.

S. Pauli monast. Carinthiae 1, 17. 2, 1.

Paulianistae haeretici 16, 30. 56, 5. 119, 30. 131, 30. 152, 15. 556, 35.

S. Paulinus archiep. Trevir. 638, 5.

Paulinus auctor vitae S. Ambrosii 297, 10.

Paulinus, cui scripsit Bernaldus mon., 107, 1.

S. Paulus apost. (Saulus 181, 25). 3, 40. 17, 15. 20. 36, 1. 43, 40. 47, 40. 72. (73). 74. 75. (76. 78, 35). 142, 30. 143, 1. 147, 5. 181, 25. 187, 1. 190, 40. 202, 10. 208, 25. 212, 10. 213, 35. 215, 10. 218, 25. 219, 15. 227, 25. 233, 5. 250, 5. 254, 20. 260, 20. 263, 20. 274, 10. 281, 10. 283. 290, 1. 334, 1. 342, 1. 349. 406, 20. 416. 417. 421, 5. (440). 442, 25. 453. 454, 35. 456. 458, 30. 459, 30. 460, 1. 461. 468, 20. 470, 35. 472, 40. 476, 1. 477, 20. 478. 485—487. 491. 492. 493, 5. 494, 5. 499—503, 1. 506. 507, 5. 509, 1. 511, 5. 512, 10. 515, 25. (516, 10). 520, 40. 523, 5. 526, 20. 530, 20. 532. 537, 20. 547, 25. (557, 10). 576. 581, 20. 583. 597. 606, 15. 612, 15. 623. 626. (628, 10). 651 n. 2. 656, 20. 663, 40. 664, 5. 671, 30. 680. 681, 20. 688. 691, 15. 693. 696. 698, 25. 699, 25.

Paulus I. papa 42, 25.

Paulus Samosathenus patriarcha Antioch. 14. 23, 15. 25. 77, 25.

Paulus patriarcha Constantinopolit. 139, 5.

Paulus primicerius Roman. eccl. 405, 35. 410, 5.

Paulus haereticus 398, 20.

Paulus haereticus cleric. 138, 1. 165, 5.

Pegavia coenob. *(Pegau)* 181.

Pelagius I. papa 90, 1. 91, 15. 99, 5. 103, 10. 122, 5. 296, 1. 311, 5. 320. 321, 20. 323, 20. 324, 15. 326, 5. 328. 333, 5. 334, 35. 335, 10. 362, 20. 364, 10. 365, 1. 411, 40; eius registrum 333, 5. 362, 20.

Pelagius II. papa 128, 1.

Pelagius haeresiarcha 15, 10. 116, 30. 600, 35. — Pelagianus 116, 30; Pelagiani 604, 25; Pelagiana haeresis 15, 1. 132, 15.

S. Perpetui monast., dioec. Astensis, 543, 5.

Persae 203, 30; reges: Cyrus, Darius, Artaxerxes.

Persius (288, 45). 423, 15.

Petruchius custos Laterani 676, 10.

S. Petri altare in eccl. S. Petri Romana 379, 5; custodes altaris 379, 5.

S. Petri ambo in eccl. S. Petri Romana 371, 15.

S. Petri archa 428, 25.

S. Petri coapostolus (i. e. S. Paulus) 47, 40. 74, 30; *v.* S. Paulus.

S. Petri festivitas 52, 1; festum 372, 1.

S. Petri auctoritas 501, 15; ecclesia 37, 20; sedes 29, 30. (47, 40). 105, 5. 141, 40. 187, 30. 346, 20. 370, 25. 500, 30. 593, 15; regit ecclesiam 29, 30; cathedra 36, 1. 317, 20. 404, 5. 418, 20. 432, 17; locus 100, 10; navis 376, 10. 417, 35. 418, 10. 680, 15; viscera 429, 25.

S. Petri eccl. Romana 44, 15. 306, 10. 369 n. 8. 371, 15. 372, 15. 426, 35. 550, 35. 552, 30. 595, 5. (638, 30). 658, 1. 659. 660. 663. 674, 35; altare *v.* S. Petri altare; ambo *v.* S. Petri a.; archa *v.* S. Petri a.; custodes altaris *v.* S. Petri altare; gradus *v.* S. Petri gradus.

S. Petri eccl. Romana ad vincula 292 n. 5.

S. Petri epistola 143, 5.

S. Petri gradus 595, 5.

S. Petri haereditas 630, 30.

S. Petri oves 329, 10.

S. Petri passio 395, 1.

S. Petri patricius *v.* patricius.

S. Petri porta 372, 25.

S. Petri praefectus *v.* patricius.

S. Petri primatus 569, 1; privilegium 394, 15. 404, 15. 407, 10. 419.

S. Petri stola 499, 15. 500, 25. 501, 15.

S. Petri vicarius 50, 15. 121, 35. 180, 15. 193, 20. 218, 35. 460, 35. 591, 25. 614, 1. 618, 10. 668, 35; vicarii 486, 30.

S. Petrus apost. (Simon, Simon Iohannis, Cephas, princeps apostolorum) 3, 40. 7, 20. 23, 10. 29, 30. 34, 20. 36. 37. 39, 35. 42, 20. (47, 40). 49, 1. 50. 52, 1. 63, 20. 68, 20. (72, 20). 73. (74, 30). 80. (81, 1). 83, 1. 86, 15. 87. 95, 25. 97, 1. 100, 10. 102, 20. 105, 5. 121, 35. 124. 125, 10. 136. 140, 40. 141, 40. 143, 5. 147. 148, 25. 159, 15. 162, 30. 165, 40. 166, 35. 168. 180, 15. 186. 187, 30. 188, 10. 189. 192, 1. 193. 196, 40. 201, 1. 202, 30. 207, 1. 212, 5. 214, 20. 215, 15. 217, 35. 218. 219. 222 n. 3. 224, 20. 226, 15. 233. 240, 35. 243, 1. 263, 20. 281, 10. 282, 30. 290, 1. 300, 35. 302, 1. 306. 315, 5. 316. 317. 319, 5. 329. 330, 10. 332, 5. 345, 30. 346. 348, 20. 349, 30. 355, 20. 369 n. 8. 370, 25. 371, 15. 372. 374, 25. 376, 10. 379. 383, 30. 386, 35. 389. 390, 1. 391, 45. 394. 395. 399. 400, 10. 404. 406, 35. 407. 416. 417, 35. 418—420. 422, 30. 426, 35. 428. 429, 25. 432, 1. 442, 25. 451. 456. 458, 25. 460. 461. 471, 25. 485. 486. 490—492. 499. 500. 501, 15. 503, 1. 506. 508. 509, 1. 514, 20. 518. 526. 532. 537. 547, 25. 548. 550. 551. 554. 555, 1. 561, 30. 569. 575. 578, 1. 582. 583, 1. 584, 25. 587, 10. 591, 25. 593. 595, 5. 596, 25. 598. 600, 15. 603. 606, 40. 609. 612, 15. 614, 1. 618, 10. 623, 10. 626, 5. 630. 633. 650, 20. 660. 661, 25. 663, 40. 664. 665. 668. 674, 35. 675, 10. 680. 687. 688. 691, 1. 693. 696. 699, 25. 700.

Petrus, dictus Igneus, card. episc. Alban., 108. 543, 10.

Petrus card. episc. Portuensis 235, 25. 563. 564, 1.

Petrus card. cancellar. 369, 20.

Petrus Leonis card. diac. 678. 687, 30. 694. 695.

Petrus Pisanus card. 297, 25. 423, 25. 430, 25. 433, 25. 434. 435.

Petrus oblationarius 369, 25.

Petrus patriarcha Alexandr. haereticus 133 (?). 398, 20.

Petrus episc. Altin. 489, 30.

Petrus patriarcha Antioch. haereticus 113 (?). 398, 20.

Petrus Papiensis, episc. Florentinus, 108, 10. 147, 35. 149, 1.

Petrus Damiani prior Fontis Avellanae monast., deinde card. episc. Ost. 4, 10. 89, 5. 92, 35. 119, 20. 152 n. 3. 294, 1. 298, 20. 701; liber eius Gratissimus 93, 1. 119, 20.

Petrus diac., cui scripsit S. Augustinus, 103, 5. 337, 35. 340.

Petrus, cui scripsit Gregorius I. papa, 5, 10.

Petrus rex Ungariae 378.

Pfarfa, Pfarfensis *v.* Farf—.

Pharao, Farao rex Aegypti 181, 25. 312, 10. 329, 15. 344, 1. 381, 20. 404, 40. 418, 1. 456, 1. 461, 10. 468. 471, 5. 474, 45. 483, 30. 484, 1. 527, 45. 541, 35.

Pharisaei 7, 40. 398. 439, 30. 440, 15. 466, 30. 500, 30. 530, 20.

Philippi, Philippis opp. 143, 1. — Philippenses 47, 15. 142, 40. 440, 35.

S. Philippus apostol. 554, 30. 698, 1.

Phylippus presb. Rom. 132, 10.

Philippus usurpator imperii Iustiniani II. imp. 228, 40. 229, 1.

Philippus I. rex Franc. 466, 1. 544, 15. 665, 1; ab Urbano II. papa excommunicatur 665, 1; fil.: Ludovicus; filia: Constancia.

Philistim, Philistei, Philistini 82, 35. 325, 15.

Philo, Phylo 131.

Phineas 98, 30.

Phocas imp. Constantinopolit. 185, 20. 307, 20. 357 n. 3.

Photius, Fotius, haereticus neophytus, patriarcha Constantinopolit. 327, 15. 346, 20. — Photiniani, Fotiniani 120, 25. 283, 25. 331, 30. 558, 25.

Phtolom- *v.* Ptol-.

Phylippus *v.* Phil.

Phylo *v.* Philo.

Picenum 361 n. 3.

Pictavium *(Poitiers)* 544, 15; episc.: Hilarius.

Pierides 672, 25.

Pilatus *v.* Pontius Pil.

Pipinus, Pippinus maior domus, dux Austriae, fil. Anchisis, 209. 501, 1; fil.: Karolus Martellus; nepos: Pipinus rex; avus: Arnolfus; mater: Begga.

Pipinus, Pippinus, rex Francorum, fil. Karoli Martelli, 42, 35. 148, 15. 185, 35. 186. 207, 25. 209. 229, 15. 488. 501. 664, 30; fil.: Karolus Magnus; avus: Pipinus.

Pippinus rex Aquitaniae, fil. Ludovici Pii imp., 44, 40.

Pipo, Bibo episc. Tullensis 236, 15. 415, 25.

Pirene fons 433 n. 3.

Pisa 297, 25; Pisanus: Petrus card.

Pius I. papa 240, 10. 296, 5. 345, 30. 349, 35. 359, 5. 579, 25.

Placentia *(Piacenza)* 408, 30. — Placentinum conc. (1095) 150, 25. 368, 20. 408, 25. 410, 10. 660, 5.

Placidus monach. S. Silvestri coenobii Nonantulani 535, 5. 566. 567. 568, 1. 575, 10. 702.

Placidia imperatrix, uxor Constantii III. imp., 617, 35; fil.: Valentinianus III.

Pneumatomachi 24, 35.

Poderbrunn. *v.* Paderbr.

Poncianus *v.* Pont.

Pontiana insula 667, 10. 671, 5.

Pontianus, Poncianus papa 17, 5.

(pontificalis liber), Romanum pontificale, Romanus pontificalis, gesta pontificum Romanorum, gesta pontificalia, liber apostolorum 43, 10. 44, 1. 93, 20. 104, 20. 113, 25. 129, 20. 196, 15. 229, 1. 238, 10. 297, 5. 303, 20. 306, 10. 418, 30. 567, 15. 595, 1.

pontifex Romanus universalis episcopus est omniumque leges et iura potest rescindere 672; sanctorum instituta servat et novas leges condit 597; de auctoritate decretorum suorum 62, 10. 63, 15; canones et decreta mutare potest 21, 30; id quod pontifex illicite committit aut a decessoribus invenit admissum irritum est 311; constitutiones contra decreta pontificis nullius momenti sunt 313. 314; pontificis iudicio imperatores regesque subiecti sunt 97; pontifex reges et imperatores excommunicare potest 664; vicem suam in praerogativa investiendorum episcoporum imperatori concedere non potest 602; iuramenta fidelitatis solvere potest 189; nulli nisi Dei iudicio subici potest 350; non potest deponi vel a quolibet iudicari 50. 51. 310, 1; de omnibus ecclesiis iudicare potest, sed neminis iudicio subiacet 21, 30. — de eius primatu 87. 88. 317. 345. 346. — de electione Romani pontificis 303. 304. 306. 307. 316. 492; absque ulla principum auctoritate facienda est 316; minime ad imperatorem spectat 585; electionem canonice factam imperator solummodo firmare debet 585; dissensione orta imperator summus iudex est 503. — pontifex de clericorum testimonio, de plebis suffragio, de sacerdotum antiquorum et bonorum virorum collegio eligitur 100, 10; presbyter prius esse debet 521; ex numero cardinalium promovendus est 306. 307. — de pontificis Romani sacratione et unctione 524—527; *v.* papa.

pontificalia insignia 522. 537. 665; *v.* anulus, baculus, virga; pontificalis apex *v.* apex. — liber pontificum *v.* liber Diurnus.

Pontius Pilatus 216, 1. 290, 1. 395. 404, 30. 420, 1. 472, 35. 477. 541, 40.

Populoniae episc.: Guilelmus II, Iohannes III.

Porciana basilica urbis Romae extramurana 384.

Portuenses episc.: Iohannes, Petrus; Portuensis episcopus 235, 25. 292 n. 2.

Potentinae *(Potenza)* episc.: Faustinus.

praefectus apud beatum Petrum apost. *v.* patricius. — praefecti Romani *v.* Roma.

Praenestinus episc.: Hugo.

Pragensis episc.: Gebehardus.

Praxedis imperatrix, uxor Heinrici IV. imp., 247 n. 3; *v.* Adalheida.

Premensis *v.* Bremensis.

presbiter 515. 516.

princeps *v.* imperatores, reges.

princeps apostolorum *v.* S. Petrus apost.

S. Priscae eccl. Romana 676, 10. 677. 680, 25.

Priscillianistae haeretici 135, 1. 219, 40.

Priscillianus episc. a Maximo imperatore accusante Itachio episc. occiditur 455.

Prosper episc. primae sedis Numidiae 56, 5.

(Tiro) Prosper scriptor 323, 20. 325, 1.

Proterius patriarcha Alexandr. 28, 25. 109, 20. 148, 35.

Proteus, Protheus 11, 20. 379, 30.

Prumensis abb.: Richarius.

pseudoapostolici 459, 30; pseudoclerici 456, 15. 458, 20. 459, 30; pseudochristi 319, 15; pseudoepiscopi 238, 1. 320; pseudoprophetae 319, 15. 376, 10; simoniacus sacerdos pseudosacerdos est 327, 30.

Ptolomaida, Phtolomaida opp. 402, 30.

(Aelia) Pulcheria Augusta, uxor Marciani imp., 46, 10. 123, 30. 388.

(Florentius) Pupianus, Puppianus, cui scripsit S. Cyprianus, 328, 15.

Puteacenses 647, 5. — Adelicia et Hugo P. 647 n. 1.

Pyrrus patriarcha Constantinopolit. 189, 5.

Q.

Quartadecimani *v.* Thesserescedecaditae.

Quedlinburg, Quittilingeburg, Quidilingeburg 239, 10. 265, 5. — Quedlinbur-

gense concil., Quedlinburgensis synodus (1085) 111. 369 n. 5.

(M. Fabius) Quintilianus 26, 20. — liber eius de institutione artium 275, 10. 701.

Quiricus episc. Hiberniae 120, 10.

Quiricus episc. Toletanus 134, 35.

R.

Raab 22, 30.

Radulfus archiep. Turon. (648, 1).

Radulfus, Rodulfus archiep. Bituric. 644. 649, 35.

Raimundus comes Tolet. 423 n. 30.

Rainaldus episc. Andegav. 677, 20. 683, 20.

Raitenbuchensis decanus: Manegoldus.

Rangerius episc. Lucensis, cardinal., 423, 25. 430, 25. 433, 25. 434. 505—508. 565, 5.

Ratispona, Ratisbona 247 n. 3; episc.: Gebehardus, Otto.

Ravennas archiepiscopus 87, 25; archiep.: Apollinaris, Iohannes, Guibertus (Clemens III).

Raynerius (Paschalis II. papa?) 406, 5.

rebaptizare 601, 10; ii, qui extra ecclesiam, sed invocata S. Trinitate baptizati sunt, non sunt rebaptizandi 556. 557.

Reccho clericus 103, 30. 104, 1. 105, 25 n. 4. 106 n. 5. 108 n. 2.

Recensuindus rex Wisigothorum 134.

Regense concil. 146, 10.

Regiense concil. 133, 40.

Reginbertus episc. Hildesheim. 44, 40.

Reginhardus episc. Mindensis 236, 40. 241, 10. 244, 10.

Reginherius (Rainerius) episc. Florent. 147, 35.

Reginherus clericus Mogunt. 251, 10.

de regis potestate et sacerdotum dignitate 466 sq.; regia potestas a Deo ordinata est 467. 468; rex caput regni 468; caput ecclesiae 536. 537; rex Dei patris, episcopus Christi imaginem obtinet 468; de regis officio 468. 469. 473. 474. 475; regis officium est populum gubernare et ecclesiam defendere 473, 1; rex tutor pupillorum et viduarum protector et pauperum auxiliator est 473, 1; regis officium est dissidentes episcopos reconciliare 489. 490; absque regis consensu nullus episcopus eligendus est 491—493; de regis auctoritate et potestate 483—485; rex ab homine non potest condemnari 539—541; de rege haeretico sive tyranno 476. 477. — regalia ornamenta 192, 10; regalis gladius 499, 15; virga 665, 30. — regnum terrenum ecclesiae servire debet 475. 617.

Rainaldus I. archiep. Remensis 171, 5.

Reinhardesbrunnense monast. 286, 1.

Reitenboch coenobium 142, 15.

S. Remaclus episc. Leodiensis 501, 1.

Remense concil. 67, 1 (*sive* Turonense). 678; Remenses archiep.: S. Remigius, Ebbo, Hincmarus, Rainaldus I, Manasses II.

S. Remigius archiep. Remensis 549, 25.

Rhenus fl. 436, 20. 445, 35.

Rhetia 264, 5.

Richardus, Richaredus, Riccardus.

Richardus, Riccardus, card. episc. Alban. 544, 5. 659, 15. 660, 10.

Richaredus rex Wisigothorum 134, 20. 135, 5.

Richarius abb. Prumensis, deinde episc. Leodic. 499, 5.

Richerius, Richarius, archiep. Senon. 171, 5. 640. 648.

Rŏbertus, Ruobberdus, episc. Babinberg. 109, 25. 236, 10.

Robertus episc. Carnotensis 369 n. 8.

Robertus I. episc. Lingon. 171, 1.

Robertus (Guiscardus) dux Normannorum 176, 15. 329, 20. 343 n. 4.

Robertus, Rubertus comes Flandriae 449. 450. 451, 35. 452. (453, 20). 460. 463, 15; armiger Pascasii papae 460, 10; litterae Pascasii ad eum datae 451. 452.

Roboam fil. Salomonis, rex Iuda, 484, 30.

Rodanus fl. 433, 10.

Rodulfus *v.* Radulfus.

Roma, Romana, Romanorum civitas, urbs 42, 35. 44. 50, 20. 65, 5. 109, 30. 126, 20. 136, 40. 172, 1. 176, 15. 185. 197. 200. 202, 5. 217, 40. 218. 229, 25. 268, 20. 269, 10. 291, 10. 292, 5. 303. 329. 349. 350. 362, 1. 367, 30. 368, 30. 370, 5. 373. 374, 20. 377, 10. 378. 379. 405, 35. 406, 15. 418, 35. 419, 5. 423—425. 428. 430, 25. 451, 30. 452, 20. 459, 20. 460. 485. 486, 5. 488. 490, 1. 502, 1. 503. 504, 1. 506, 15. 519, 35. 532, 15. 545 n. 4. 547, 30. 548. 550. 552, 25. 553, 5. 557. 566, 15. 590, 1. 592, 5. 601, 15. 618, 1. 621, 30. 622, 1. 638, 30. 641, 5. 660. 668. 673—676; Roma secunda, Roma nova *v.* Constantinopolis; suburbana 329, 20; Suburra, Subura 326, 30. 557, 15; Tarpeiae sedes 428, 25; Adrianium 329, 20; arx: S. Angeli (Crescentii domus 228 n. 1); basilicae: Arrianorum in Suburra, Constantiniana, Porciana, Vaticana; eccl.: S. Anastasiae, Apostolorum in Eudoxia, S. Blasii, S. Celsi, S. Chrysogoni, S. Iohannis de porta Latina, SS. Iohannis et Pauli, S. Mariae in monte Aventino, S. Mariae quae vocatur Rotunda, S. Martini, eccl. Palentina, S. Petri, S. Petri ad Vincula, S. Salvatoris; monast.: S. Pancracii, S. Silvestri; montes: Aventinus, Capitolium, Lateranus; palatium: Lateranense; portae: Lateranensis, Latina, S. Petri; turris: Crescentii. — Romae, Romanae urbis, Romanus patricius 185, 35. 212, 30. 217, 20. 238. 595, 10; Romanus patriciatus 498, 15; patricius et praefectus apud S. Petrum apost. 534, 25; consul: Albricus; patricii: Gennadius, Karolus M., Crescentius; praefecti: Germanus, Stephanus, Cencius; principes: Theobaldus Chinchii, Ödalricus de S. Eustachio. — Romana curia 296, 5. 422, 15. 423. 543, 5. 544. 640, 15. — Romana, Romanorum ecclesia 5. 31, 10. 42, 30. 45, 30. 50, 35. 60, 5. 79, 30. 87. 93, 1. 119, 20. 121, 25. 124, 25. 128, 25. 129, 20. 130, 40. 131, 5. 132, 10. 144, 20. 162. 180. 181, 25. 185. 186, 25. 202, 1. 218, 25. 229. 232, 30. 235, 25. 238. 239, 5. 240, 15. 241, 5. 244, 20. 245, 1. 268. 274, 30. 302, 20. 303, 30. 306, 20. 307. 309, 10. 330, 20. 343, 5. 367, 30. 369, 10. 370, 30. 373, 25. 376. 378. 379. 380, 20. 390, 15. 391, 45. 393, 40. 394. 396, 20. 404, 10. 405, 35. 407, 20. 408, 10. 409. 412, 1. 414, 1. 415, 5. 417—419. 421, 15. 425, 30. 427, 10. 428. 429, 25. 431. 432, 25. 434, 10. 435, 25. 450, 15. 451, 25. 452, 20. 454—456. 461, 25. 463. 486. 492. 498, 25. 499. 503, 15. 532 n. 2. 547, 25. 548. 549, 25. 565. 572, 5. 573, 35. 591, 30. 592, 15. 600. 603, 40. 605, 30. 615. 641 n. 8. 646. 651, 15. 661, 15. 662, 30. 665, 5. 676. 677. 678, 25. 681. 687, 30. 688. 696; universalis eccl. 492; sponsa Christi 603, 40. 605, 30; Romanae ecclesiae, Romanus defensor 8, 20. 31, 10. 71, 10; *v.* ecclesia. — Romana respublica 200, 10. 229. 237, 35. 405, 40. — Romana, apostolica sedes 29, 35. 36, 1. 38. 42, 30. 47, 35. 49, 1. 50, 1. 53, 10. 77, 15. 126, 10. 137, 10. 140, 40. 390, 15. 398, 15. 404, 15. 415, 5. 416, 10. 418. 419, 20. 431, 30. 432, 25. 459, 40. 668, 10; apostolica sedes rotat claves caelorum 29; a Domino constituta est 29; ordinat maiores eccl. 600, 10; regit omnes ecclesias 29; tenet primatum 29, 35. 47, 35; ecclesiarum mater 36, 1; tribunal Christi 38, 25; Romanae sedis episcopi, episcopi 49, 1. 50, 1. 53, 10; Romanae sedis excellentiam non minuit praesidentis indignitas 29. 30. — Romanus papatus, pontificatus 51, 30. 217, 20. 240, 30. 503, 25. — Romanus, Romanae ecclesiae, urbis, sedis, universalis antistes, archiepiscopus, episcopus, papa, patriarcha, pontifex, praesul; Romani pontifices p. p. 3, 5. 5, 25. 21, 30. 35, 20. 36, 20. 37, 35. 38, 25. 49. 50. 51, 35. 53, 10. 54, 15. 62. 84, 10. 86, 10. 87. 92, 30. 95, 25. 100, 10. 101, 30. 106, 10. 110, 1. 111, 30. 112, 10. 121. 123, 1. 124, 5 — 130. 132, 20. 135, 20. 136, 10. 137, 25. 140. 141. 142, 5. 144, 20. 147. 148, 15. 156, 20. 161. 162. 163, 10. 166, 35. 185, 40. 186, 1. 187, 35. 188. 189, 1. 190, 25. 191. 192. 193, 20. 196, 15. 197, 30. 205, 45. 207. 209, 25. 217, 35.

221, 20. 229, 35. 234, 35. 295. 303, 30. 305, 10. 306, 10. 307. 308, 5. 309 n. 4. 310. 311, 5. 312. 313. 316, 30. 330, 20. 331, 15. 345, 30. 349 n. 6. 353. 354, 5. 370, 10. 399. 410, 35. 412, 5. 419, 20. 424, 30. 425. 427—431, 5. 432. 443. 451, 35. 452, 20. 457. 459, 20. 460, 1. 461, 35. 463, 5. 486, 25. 488, 5. 489. 492. 498, 20. 499. 502. 503. 532, 30. 537, 20. 543, 10. 547, 15. 556, 25. 567, 10. 571, 40. 574, 15. 584, 25. 597. 602, 5. 617, 35. 641, 1. 643, 5. 648, 15. 661, 25. 663 — 665. 672. 677, 25. 682, 30. 688, 35. 692. 699; *v.* papa, pontifex; pontifices: Petrus, Anacletus, Clemens, Evaristus, Alexander, Sixtus, Pius, Soter, Eleutherius, Victor, Zephyrinus, Calixtus I, Pontianus, Anterus, Fabianus, Cornelius, Lucius, Stephanus I, Sixtus, Dionysius, Felix, Eutychianus, Marcellinus, Marcellus, Eusebius, Melchiades, Silvester I, Marcus, Iulius, Liberius, Felix II, Damasus, Siricius, Anastasius I, Innocentius I, Zosimus, Bonifacius I, Coelestinus I, Sixtus III, Leo I, Hilarius, Simplicius, Felix III, Gelasius, Anastasius II, Symmachus, Hormisdas, Iohannes I, Bonifacius II, Agapetus I, Silverius, Vigilius, Pelagius I, Pelagius II, Gregorius I, Bonifacius III, Honorius, Theodorus I, Martinus, Benedictus II, Agatho, Iohannes V, Sergius I, Iohannes VII, Constantinus I, Zacharias, Stephanus II, Stephanus III, Paulus, Constantinus II, Stephanus IV, Hadrianus I, Leo III, Paschalis I, Eugenius II, Sergius II, Leo IV, Nicolaus I, Hadrianus II, Iohannes VIII, Formosus, Iohannes IX, Leo V, Iohannes X, Iohannes XII, Leo VIII, Benedictus V, Iohannes XIII, Silvester II, Iohannes XVIII, Benedictus VIII, Iohannes XIX, Benedictus IX, Gregorius VI, Clemens II, Damasus II, Leo IV, Victor II, Stephanus X, Benedictus X, Nicolaus II, Alexander II, Gregorius VII, Victor III, Urbanus II, Paschalis II, Calixtus II. — Romani clerici 45, 25. 368, 25; presbyteri 150, 10. 306; Romanus clerus et populus 306, 15. 308, 15. 310, 5; Romanus presbyter 376. — Romana synodus, Romanum concilium (Lateranensis synodus, Lateranense concilium) 418, 5; *anno 484:* 147, 35. 149, 25; *496:* 158, 40; *502:* 357, 25. 359, 15; *504:* 398, 25; *768:* 42, 35; *853:* 343, 1; *863:* 361 n. 6; *1049:* 67, 5; *1059:* 355, 25. 356, 20; *1074:* 5, 35. 36, 40. 37, 25. 60; *1075:* 26, 5. 27, 20. 437, 5; *1076:* 26, 30. 49—51. 53. 109, 30. 660, 5; *1078:* 343, 1. 368, 10. 370 n. 6. 380, 35. 590, 1; *1080:* 111, 5. 315, 5. 355, 25. 543, 10. 660, 5; *1098:* 367, 35. 368. 418, 35; *1099:* 660, 5; *1102:* 677, 5; *1110:* 367, 1; *1112:* 545, 10. 648, 35. 658, 5. 659, 15. 665, 15. 667, 10. (670, 10); *1116:* 545, 10. — Romani, Romanus populus 42, 30. 44. 50. 104, 20. 113, 25. 128. 203, 30. 218, 15. 229, 20. 303, 20. 306, 15. 308, 15. 310, 5. 316, 5. 371. 380, 5. 405, 35. 406, 15. 490, 1. 498. 501. 503, 20. 504, 1. 541, 1. 547, 25. 591, 35. 660. 662, 30; Romani cives 50, 35. 503, 15; Romanus civis 188, 5; *Romani:* Benedictus II, Bonifacius III, Gregorius VII. — Romanum, Romanorum imperium 173, 25. 185, 5. 193, 35. 212, 25. 378, 1. 417, 20. 486. 498, 20. 504, 5. 662, 25; regnum 229, 10. 486. 498, 1. 614; Romanorum regnum a Constantino I. imp. pontifici Romano concessum est 614; Romanus orbis 595, 35. — Romanus, Romanorum imperator 191, 10. 193, 25. 199, 20. 200. 377, 35. 378, 25. 486, 10. 591, 25. 595, 10. 618, 1. 658 n. 1. 666, 20; Romani, Romanorum imperatores 330, 5. 343, 15. 501, 30. 593, 15. 659, 10; primus Romanorum imperatorum 593, 15; Romanus princeps 64, 20. 128, 35; Romani principes 593, 20; imperatores: Octavianus, Claudius, Nero, Domitianus, Vespasianus, Titus, Diocletianus, Maximianus, Constantinus I, Constantinus II, Constantius II, Constans, Iulianus Apostata, Valentinianus I, Valens, Gratianus, Valentinianus II, Theodosius I, Maximus, Eugenius, Archadius, Honorius, Theodosius II, Marcianus, Leo I, Zeno, Anastasius I, Iustinus I, Iustinianus I, Mauritius, Phocas, Constantinus IV, Iustinianus II, Anastasius II, Leo III, Constantinus V, Leo IV, Constantinus VI, (Irene), Basilius I. — Karolus M., Ludovicus Pius, Lotharius, Ludovicus II, Karolus II, Arnulfus, Otto I, Heinricus II, Conradus II, Heinricus III, Heinricus IV, Heinricus V. — Romana ambicio 460, 1; auctoritas 434, 5. 460, 45; compunctio 430, 5; consuetudo 434, 1. 548, 15; dignitas 232, 25. 498, 10; electio 303, 25; Romana sentencia 435, 20. — Romana iudicia non sunt iteranda 500. — Romanae leges 133, 10. 311 n. 5. — Romani correctores 298, 5; rustici 376, 25. — Romanum culmen 418, 20; ius 293, 5. 296, 30. 299, 35. 311 n. 5. 659, 5. — Romanus sanguis 430, 10; senatus 240, 30. 308, 15. 489, 25. 662, 25. — Romanus quidam Ildeprandus *v.* Gregorius VII. — Liber Romanorum pontificum *v.* liber Diurnus; Romanum pontificale, Romanus pontificalis, gesta Romanorum pontificum, gesta pontificialia *v.* liber pontificalis; liber Romani ordinis *v.* ordo.

Romanus card. presb. 368, 35. 405, 35. 407, 27. 410, 5. 416, 15. 418, 25.

Romanus exarcha per Italiam 357, 5.

Rotomagenses, Rothomagenses archiep.: S. Audoenus, Victricius; Rotomagensis archiepiscopus 648, 1; provincia 648, 25.

Rubertus *v.* Robertus.

mare Rubrum 483, 30.

Rudolfus, Ruodolfus, Rodolfus dux Sueviae, deinde rex Germ. (rex Saxonum) 178, 25. 180, 35. 182. 220, 25. 221. 224, 20. 230, 5. 232. 253, 25. 263, 5. 286, 15. 287, 1. 289, 40. 329 n. 2; eligitur 213, 5. 230; ordinatur 221; fugatur 231, 35; occiditur 221, 5. 232, 10.

S. Rufinus *(i. e. aurum)* 422—435. 702.

Rufinus historiae ecclesiast. auctor 297, 10. 350, 25.

Rumaldus, Rumoldus episc. Constant. 47, 10.

Sanctae Ruphinae Silvae Candidae episc.: Adebertus.

Ruobberdus *v.* Robertus.

Ruothardus archiep. Magunt. 247.

Ruozelinus abbas Fuld. 284, 5.

Rusticus episc. Narbon. 31, 20. 34, 5. 140, 20. 145, 40. 218, 30.

S.

Sabelliani haeretici 331, 30.

Sabellius haereticus 557, 35.

Sabinianus diac. Constantinopolit., apocrisiarius, 37, 20. 199, 25. 461, 40.

Sabinenses episc.: Iohannes, Ubaldus.

Sabinus diac. Constantinopolit. 482, 15.

sacerdotum officia 579. 598; sacerdotum est docere populum 579, 15; sacerdotibus non solum animarum, sed etiam corporum cura commissa est 598; sacerdotum ordo omnibus generalis est, non tamen omnibus communis dignitas est, sed honoris discretio 29, 30. — de sacerdotum electione 581. 619. 620; sacerdotium sub gravissimarum poenarum interminatione ambitione quaerere interdicitur 621. — sacerdotum dignitas 353. 477. 485—488; sacerdotum honor regum et principum honorem antecedit 344, 40; quanto honore sacerdotes ab imperatoribus honorandi sint 613. 622; qualiter sacerdotes a seculariibus sint honorandi 344; de obedientia sacerdotibus exhibenda 345; sacerdotes militia liberati sunt 595; de sacerdotum aliorumque Dei ministrorum detrectatoribus 346. 347; et persecutoribus 347—352. 355. — de iudicio sacerdotum 350; sacerdotes solummodo de peccantibus sacerdotibus iudicare possunt 349—354; ad iudicium secularium pertrahi non possunt 351; regio etiam iudicio subici non possunt 348. — de pravis sacerdotibus 479; missae et sacramenta a malis dummodo catholicis sacerdotibus confecta non sunt irrita 441—445; ii, qui sacros ordines emunt vel vendunt, sacerdotes esse non possunt 318. 319. — de sacerdotum incontinentia 1—26; sacerdotes continentes esse oportet 22, 35; sacer-

dotibus cohabitatio cum feminis sub anathematis interpositione interdicta 10, 1; sacerdotibus cum nullis feminis cohabitare licet, nisi talibus, quae omni carent suspicione 547, 1; sacerdotum coniugatorum missae et mysteria utrum recipienda sint, an fugienda 439—448.

sacramenta 283. 284. 325. 517. 518; sacrificium sacramentum transitorium, baptismus, crisma, symbolum, euangelium, dominica crux manentia sunt 325, 10; sacramentum sanctum est, etiamsi ab homicida vel adultero vel ebrioso conficiatur 442. — de scismaticorum et excommunicatorum sacramentis 28, 20; de haereticorum sacramentis 283. 284; de haereticorum sacramentorum reiteratione 557—559. — simoniacorum sacramenta *v.* simoniaci.

Sadoh sacerdos 401, 20. 704, 20.

Salernum, Salerna 218, 30. 270, 50. 544, 1; princeps: Gisulfus II.

Salesburg-, Salisburg-, Salzburg- *v.* Iuvaviensis.

Salmana 596, 20. 611, 30.

Salomo(n), Salamon, Salemon rex Iud., fil. David regis, 12, 20. 15, 40. 29, 10. 46, 30. 194, 20. 204, 20. 208. 268, 20. 275, 25. 276, 30. 313, 1. 344, 25. 349, 10. 389, 15. 399, 5. 452, 15. 473, 15. 474, 35. 475, 15. 476, 5. 481, 40. 484. 530, 5. 625, 1. 628, 20. 693, 1. 699, 25.

Salomus Israelita, pater Zambri, 405, 20.

Salonitana causa 455, 20; urbs 455, 10. Salonitani 455, 15; episc.: Natalis, (Honoratus), Maximus, Stephanus. — Salonitanus 163, 5; archidiac.: Honoratus; episcopatus 455, 15; episcopus 87, 30; 166, 1.

Salustius 424, 15.

S. Salvatoris eccl. Romana 42, 35. 109, 30. 660.

Samaria 385, 20.

Samosathenus *v.* Paulus.

Samuel, Samuhel pontifex proph. 23, 10. 83, 30. 345, 5. 470, 25. 471, 1. 484, 5. 487, 20. 528. 540, 10.

Sanctensis synodus (1096) 677, 5.

Santonicus cucullus 277, 20.

Saphira, uxor Ananiae, 26, 1. 359, 1. 404, 20. 419, 35. 578, 1. 588, 15. 589, 5. 611, 1.

Sara, uxor Abraham, 385, 5.

Sarabaitae 276, 25. 279, 35.

Saraias 401, 20.

Sardicense concil. 45, 20. 65, 1. 127, 30. 130, 30. 131, 1. 137, 35. 162, 25. — Sardicensis episc.: Felix. — Sardicensium canones 331, 15.

Sardinia 643, 5; episc.: Ianuarius (*v.* Calaritanus episc.).

Sarmatio 350, 15.

Sarraceni 422, 5. 544, 15.

Sasabassar princeps Iuda 400.

Saul, Saulus rex Iuda 92, 10. 212, 15. 226, 20. 227. 399, 35. 453. 462, 10. 470, 20. 471, 1. 484, 5. 536, 15. 540. 541, 25. 542, 5. 665, 30; christus Domini 453.

Saulus, qui postea Paulus, *v.* S. Paulus apost.

Saxonia 27, 10. 111, 15. 175, 30. 178, 30. 184, 10. 231, 25. 232. 234, 20. 235, 15. 239. 240, 20. 244, 35. 249 n. 6. 250. 258, 25. 259. 260. 262. 263, 1. 264, 5. 292, 10; Saxoniae monast. 27, 10.

Saxones 179, 20. 182. 183, 15. 230, 1. 231. 232. 239. 240, 25. 249, 30. 250. 251 n. 1. 257, 10. 258, 5. 259, 35. 263. 264, 35. 668, 10. 669, 10. — Saxonum rex 668, 10; reges: Heinricus I, Otto I, Rudolfus, Herimannus. — Saxonica expeditio 11, 25; Saxonicum bellum 6, 40. 237, 20.

Scilla 680, 30.

Scipio (auctor libri de re publica) 210, 40.

de scismate 333; de scismatis et haeresis differentia 122. 332; unde exorta sint 328, 15; flagitium scismatis gravius est, quam scelus idolatrie 185, 1. — scismatici 332. 363. 364; de scismaticorum sacramentis 28. 317 sq.; utrum iteranda sint annon 323. 326; scismaticorum baptismus 322. 323; ii, qui a scismaticis baptizati sunt, per manus impositionem in catholicam ecclesiam recipiendi sunt 323; scismaticorum sacerdotium et sacrificium 317—325; sacrilegia sunt 320, 25. 321, 20; scismatici nec clericos ordinare nec dominicum corpus conficere possunt 27, 1; corpus Domini conficere non possunt 91. — de damnatione scismaticorum 26—28; de poenis eorum 197; scismatici tamquam seditiosi per extraneas potestates comprimendi sunt 333—335; possessiones eorum confiscandae sunt 334. 335; utique vitandi sunt 325. 326. 363.

Scotia 500, 25.

scribae et pharisaei 7, 40. 398. 439, 30. 440, 15. 500, 30.

Secundinus inclusus 61, 35. 117, 15. 129, 25. 266, 30. 270, 15.

Sedechias rex Iud. 190, 1. 205, 10. 209, 35. 210, 10. 268, 35. 381. 383, 35. 390. 458, 1. 479.

Sedulius liber 425 n. 3.

Seleucus rex Syriae (Asiae) 344, 10.

Sellum 401, 20.

Selua episc. Narbon. 134, 30.

Sem, fil. Noe, 364, 25. 404, 20.

Semele, filia Cadmi, 433, 5.

Senae urbs 543, 5; diac. (Bruno) 543, 10.

Senecio episc. 358, 5.

Sennacherib rex Assyriorum 471. 484, 30.

Seon rex Amorreorum 483, 35.

Senonensis eccl. 640, 10. 646, 20. 648, 10. 655, 20; episcopus 657 n. 3; provincia 648, 25; eccl.: S. Stephani; archiep.: Richerius, Daimbertus.

Seraptis mons *v.* Soracte.

Serenus episc., cui scripsit S. Gregorius M. papa, 357, 10.

Sergius III. papa 327, 1.

Sergius IV. papa 377, 20.

Sergius archiep. Tarracon. 134, 15.

Sergius (*immo* Desiderius) abbas Cassin. *v.* Victor III.

Severus *v.* Sulpicius Severus.

Siagrius, Syagrius, Suagrius episc. Augustodun. 8, 25. 319, 10. 390, 25.

Sicco episc. Ostiensis 44, 25.

Sicilia 5, 10. 9. 14. 21. 412, 25; Siciliae, Siciliani diacones 9. 12, 10. 14. 16, 35. 21. (25); episcopi 412, 25; subdiacones 5, 10. — Siculus: Stephanus IV. papa.

Sigebertus mon. Gemblac. 436. 437, 1. 450, 10. 702.

Sigebertus, Sigiberdus I. rex Franc., fil. Chlotarii I. regis, 229, 30. 501, 1; fr.: Heribertus I.

Sigebodus archiep. Narbon. 650, 1.

Sigefridus, Sigifridus, Sigifredus.

Sigefridus II. episc. August. 236, 10. 264. 289, 5 (?); a Sigefrido archiep. Magunt. Goslariae ordinatur 264; capitur et a Welfone duce Bavariae in custodia tenetur 264.

Sigefridus archiep. Mogunt. 221, 1. 231, 35. 251, 15. 264, 5. 342, 30 (?); Rudolfum regem coronat 221, 1; ab Heinrico IV. imp. capitur 231, 35; Sigefridum episc. August. ordinat 264, 5.

Sigevinus archiep. Colon. 236, 1. 241, 10. 244, 10. 248, 10. 250, 25; synodo Magunt. a. 1085. praesidet 236, 1; Hartvigum archiep. Magdeburg. excommunicat 248, 10; ordinationi Hartvigi II. archiep. Magdeburg. interest 250, 25.

Sigiberdus *v.* Sigebertus.

Sigismundus rex Burgundiae 665, 1.

Signia 543, 15. 545, 10; episc.: Bruno. — Signiensis clerus 543, 20; episcopus 553, 15. — Signini cives 544, 5; Signinus comes 544, 5; episcopus 543, 15. 544, 5. 545, 20.

Silva-Candida 567, 15; card. episc.: Humbertus.

Silverius papa 238.

S. Silvestri coenobium Nonantulanum *v.* Nonantula.

S. Silvestri monast. Romanum 405, 35. 410, 5; abbas electus: Nicolaus.

S. Silvester I. papa 21, 30. 50, 40. 63, 1. 64, 25. 71, 1. 85, 25. 87, 20. 125, 10. 126. 130, 40. 133, 35. 158, 15. 162, 10. 201, 25. 296, 25. 331, 15. 347, 5. 350, 5.

459,35. 486,15. 499,15. 500,10. 501,30. 502,1. 531. 532. 537,20. 557,30. 591,30. 592,10. 598,5. 614. 655,25. 664,1. — gesta Silvestri 347,5.

Silvester II. papa (Gerbertus) 344 n. 3. 368,10. 377.

Silvester III. papa (Iohannes episc. Sabin.) 378. (504,1).

Simmachus, Simachus, Simacus *v.* Symmachus.

Simon, Symon.

Symon Machabaeus, frater Ionathae, 402,40.

Simon Iohannis *v.* S. Petrus apost.

Simon, Symon *v.* Iudas proditor.

Simon, Symon magus 39,10. 41,20. 68. 69,5. 107,40. 110,30. 170,15. 301,25. 306,5. 317. 319,5. 329. 332,5. 339,5. 355,20. 407,1. 452,5. 460,25. 479,5. 546,40. 554. 555. 561. 562. 587,10. 589,20. 602,35. 603. 606,40. 607,1. 613,1. 616,30. 623,25. 624,30. 625. 661,25. 689,35. 690. 691,5. 697,15. 698. 699,40; haereticus primus 690,15. 698,1.

simonia, symonia 65—70. 317—340. 587. 589. 599. 602. 603. 606—609. 612. 613. 615. 616. 618—621. 623. 694. 699. 700; a Simone mago dicta 689,35. 697,15; quid sit 318; diversi simoniae modi eorumque damnatio 65. 66; ecclesiarum emptio, acquisitio officii ostiarii, notarii sive defensoris simonia est 107. 108; simoniae damnatio 60. 61; a S. Petro pontificibusque et imperatoribus Romanis damnata est 302; a Gregorio VII. damnata 315, ab Urbano II. damnata 602; imperatorum inoboedientia simoniae seminarium est 314. simoniaca, symoniaca haeresis 314. 689,35. 697,15; pravitas 688,30. 697,1.

simoniaci, symoniaci 300,15. 361. 362. 554; pseudochristi et pseudoprophetae sunt 319,15; primi et principes haereticorum nominantur 336,25; fures et latrones nominantur 69; peiores sunt quam Arriani 618; quanta sit simoniacorum haeresis 554; simoniaci sunt, qui temporalis lucri gratia ecclesiasticos honores qualitercumque vel emunt vel vendunt 38,30; qui per avaritiam sive pecuniarum sive honorum ordinantur 605. 606; simoniaci sunt, qui officia ecclesiastica a laicis suscipiunt 609. 610; qui res ecclesiae, quae ex consecratione proveniunt, emunt vel vendunt, precio scilicet muneris a manu vel lingua sive ab obsequio 618,15. — simoniacorum defensores non solum haeretici, sed etiam haeresiarchae dicendi sunt 616,20. — de sacramentis a simoniacis confectis 38—46; simoniaci nondum publice condemnati neque clericos ordinare neque dominicum corpus conficere possunt 41. 42; de baptismo simoniacorum 322. 323. 555—557; de simoniacorum sacrificio 320. 322; de eorum ordinatione et sacerdotio 319. 320. 322. 560; de sacerdotibus, qui a simoniacis ordinati sunt, 479. 559. 560; utrum sacerdotes sint an non 327. 328; qui sacros ordines vendunt vel emunt sacerdotes esse non possunt 318. 319; simoniacorum consecratio irrita est 555; et emptores et venditores ecclesiarum damnandi sunt 66—69; mediatores etiam emptionum excommunicandi sunt 69. 70; simoniaci clerici degradandi, monachi vel laici anathematizandi sunt 606; simoniaci gratiam non habent 616; de simoniacorum poenis secularibus 339. 340; simoniaci aeque ac scismatici et haeretici per extraneas potestates opprimendi sunt 335. 336; de communicatione cum scismaticis 41,5; simoniaci utique vitandi sunt 325. 456. 457.

Simplicianus archiep. Mediolan. 615,15.

Simplicius papa 36,1. 87,25. 241 n. 1. 331,15. 395,15. 407,10.

(Sinai), Synai mons 76,25.

Sinuessanum concil. (418,35).

Sion 220,35. 265,15.

Sirach, pater Iesu, 463,25.

Siricius, Siritius, Syricius papa 5,15. 8,20. 13,10. 14,25. 17,35. 18. 23. 24,15. 71,5. 114,15. 137,25. 272,35. 296,5. 331,15. 361 n. 1. 412. 558,5.

Sisenannus rex Wisigothor. 134,25.

Sisibutus rex Wisigothorum 135,10.

Sixtus, Syxtus.

S. Syxtus I. papa 50,30(?). 682,15(?).

S. Sixtus II. papa 50,30(?). 87,20. 682,15(?).

Sixtus III. papa 489,25.

Soleria, villa Lombardiae, 543,5.

Sodoma opp. 80,1. 341,35. 348,5. 413,30. 420,20. — Sodomitae 17,10. 413,30. 457,5.

Soracte, Seraptis mons 531.

Sozomenus historiae ecclesiast. auctor 5. 13—15. 16,25. 17,15. 20. 25. 59,35. 72; Sozomeni sectatores 22,10. 24. — Sozomenista 23,1. — Sozomenistae 21. 23,20. 25,15.

Spalensis *v.* Hisp.

Speciosus presb. 357,5.

Spira *(Speier)*, Nemetum 26,1. 260 n. 1; episc.: Huozmannus; praeposit.: Adelbertus. — Spirensis episcopus 6,15. 26,1.

Squilla, mater Brunonis episc. Signini, 543,5.

Starbuzannai flumen 401,5. 704,10.

S. Stephani eccl. Senonensis 640,10.

Stephanus *v.* Herrandus.

S. Stephanus diac. protomartyr 25,1. 79,20. 514. 638,1.

S. Stephanus I. papa martyr 296,5. 320,25. 325,25. 345,30. 358,1. 362,1. 412. 662,1.

S. Stephanus II. papa 148(?). *v.* Stephanus III.

Stephanus III. papa 38,5(?). 148(?). 175,45. 176,5. 185,35. 186,5. 190,20. 208,30. 296,25. 306. 307,10. 327,1. 501,5. 503,10 *v.* Stephanus II.

Stephanus IV. papa Siculus 42. 43. 45,5. 301,15.

Stephanus X. (IX.) papa (Fridericus abb. Cassin., card.) 36,20. 379,15. 491,40.

Stephanus archiep. Mauritaniae 54,5.

Stephanus episc. Salonitanus 131,10.

Stephanus decanus Andegavensis 683,30. 684,10.

Stephanus, cui scripsit S. Cyprianus, 363,5.

Stephanus praefectus 372,20.

Stephanus, miles Sigismundi regis Burgundiae, 665,1.

Strassburg-, Strazburg- *v.* Argent.

Suagrius *v.* Siagrius.

Suburra, Subura *v.* Roma.

Suevi 220,25. 231,30. 232,15. 251. 257,10. — Suevorum dux: Rudolfus.

Suidgerus episc. Babenberg. *v.* Clemens II.

Sulpicius, Sulpitius Severus 130,40. 567,10. 622,5.

Sunamita 38,5.

Suppo, Suppus archipresb. ecclesiae S. Anastasiae Romanae 371,1.

Sutrium opp. 673,25; episc.: Bonizo.

Syagrius *v.* Siagrius.

Sydrac Iudaeus, unus ex viris in fornacem missis 403,10.

Sylvester *v.* Silvester.

Symmachus, Simmachus, Symachus, Simachus papa 51. 138,30. 140,25. 202,5. 240. 296,25. 302,1. 306,5. 312,30. 331,15. 354,1. 355,25. 357,25. 359,15. 398,25. 399,25. 400. 410,15. 420,5. 489. 570,35. 584. 585. 661,30.

Symon *v.* Simon.

Symon Iohannis *v.* S. Petrus apost.

Synai *v.* Sinai.

Syria 386,5. 451,40; reges: Seleucus, Antiochus Eupator, (Antiochus Nobilis), Alexander. — Syriae rex 386,5. — Syri 385,20; Syrus: Naaman.

Syricius *v.* Siricius.

Sysara, dux exercitus Iabin regis Chanaan, 611,25.

Syxtus *v.* Sixtus.

T.

Tagus fl. *(Tajo)* 429,20.

Tarentinus episc.: Andreas.

Tarpeiae sedes 428, 25.

Tarraconense, Terraconense concil. 134, 10. — Tarraconensis episc.: Himerius, Iohannes, Sergius.

Tarvannensis *(Terouanne - Boulogne)* episc.: S. Audomarus.

Tatannai dux 401, 5.

Taurinancium concil. 133, 40.

Terentius poeta 181, 15. 423, 10.

Terraco *v.* Tarraco.

Terracinensis episc. 292, 15.

Tesalon- *v.* Thessalon-.

Tetradius episc. Bituric., qui praefuit concilio Aurelianensi, 134, 5.

Teucer *v.* Teuzo.

Teutonici, Theutonici 379. 478 n. 1. 674, 1. 675, 20; episcopi 44, 15. 169, 5. — Theutonicae partes 378, 30. — Teutonicum, Theutonicum regnum 99, 15. 168, 35. 184, 45. 223, 30. 224, 5. 239, 5. — Teutonicus rex 651, 15. 681, 25. 682, 10.

Teuzo, Teucer, Theucer presb. card. tit. S. Iohannis et Pauli 427, 25. 430, 35. 434. 435.

Thebaldus Cinchii princeps Romanus 405, 35.

Thebei 382, 20. — Thebea legio 382. 383, 15. 390, 25. — Thebanae urbis episc.: Adrianus.

Theobaldus episc. Argentin. 289, 5.

Theoctista patricia, soror Mauricii imp., 162, 40. 354, 10.

Theodatus tyrannus *v.* Theodorus tyr.

Theodinus archidiac. Roman. 369, 20.

Theodoretus hist. ecclesiast. auctor 10 n. 3. 297, 10. 347 n. 2.

Theodo-, Theode-; Thiede-.

Theodebertus, Theudebertus II. rex Austras., fil. Childeberti II, 499, 5. 501, 1. 615, 35; fr.: Theodericus II.

Theodericus episc. Virdun. 182, 35. 236, 5.

Theodoricus haereticus 129, 35.

Theodoricus rex Ostrogothorum 51, 10. 56, 30. 134. 202. 489, 25; rex Italiae 489, 25; Arrianus rex 51, 10.

Theodericus II. rex Burgundiae, fil. Childeberti II, nepos Brunichildis, 390, 35. 499, 5. 615, 35; fr.: Theodebertus II.

Theodericus III. rex Franc., fil. Clodovei II, 209, 1. 501, 1; fr.: Childericus II, Clotarius III.

Theoderici, Theodorici domus (Traianium) 218, 20. 422, 35.

Thiederichus comes (de Katlenburg) 235, 10.

Thiederichus (comes) 235, 10.

Theodorus I. papa 139, 5.

Theodorus episc. ex Dalmatia, qui praefuit concilio secundo Arelatensi, 133, 30.

Theodorus III. episc. Mopsuestanus haereticus 129.

Theodorus P. P. 352, 1.

Theodorus, Theodatus tyrannus 238.

Theodosius episc. (Lydiae), qui interfuit concilio Laodic., 130, 35.

Theodosius I. imp. 97, 20. 127, 40. 194. 195. 197 n. 7. 302, 5. 316, 10. 351, 5. 352, 10 (?). 353, 5. 360. 374, 20. 384 — 389. 391, 45. 392, 30, 420, 15. 540, 30. 571, 25. 574, 40. 577, 25. 594. 595, 35 (?). 636 (?). 648, 30. 656, 1. 664, 30. 666; filii: Archadius, Honorius.

Theodosius II. imp., fil. Archadii imp., 63, 1. 64, 20. 128. 132 — 134. 297, 1. 307, 20. 577, 25 (?). 636 (?). 666, 5 (?).

Theodosius, fil. Calliopii augustalis, 303.

Theophanes Graecus 302, 25.

Theophylactus *v.* Benedictus IX.

Thessalonicensis civitas 594, 25; episc.: Anastasius. — Thessalonicenses 81, 25. 194, 30; cives 540, 35. — Thesalonicensis, Tesalonicensis diaconus quidam 104, 20. 113, 25.

Thesserescedecaditae (Quartadecimani) haeretici 120, 25. 121. 127, 5.

Theuberga, uxor Lotharii II. regis Lotharingiae et Burgundiae, 664, 35.

Theucer *v.* Teuzo.

Theuton- *v.* Teuton-.

Thiederichus *v.* Theod.

(Thietmarus) episc. Curiensis 552, 25.

Thimotheus *v.* Timotheus.

Tholet- *v.* Tolet-.

Thomas cleric. haereticus 138, 1. 166, 5.

Thracia, Threicia, Tracia 429, 5. 498, 10. — Traciae 631, 10.

Thuringia 175, 30. 232. 239, 20. 250, 40. 259, 30. 262; comes: Ludovicus. — Thuringi 221, 25. 250. 257. 259. 286, 5.

Thymotheus *v.* Timotheus.

Ticinus fl. *(Ticino)* 308, 25.

Timotheus, Tymotheus, Thimotheus, Thymotheus.

Timotheus socius S. Pauli 74, 5. 75. 79, 25. 118, 30. 142, 35. 143, 1. 472, 40. 557, 10. 583, 35. 661, 10. 693.

Thymotheus patriarcha Alexandr. 127, 40.

Timotheus, Tymotheus, Thimotheus (Ailurus) invasor patriarchatus Alexandr. 28, 25. 80, 15. 89, 35. 99, 5.

Tiresias 434, 15.

Titus episc. Cretensis 22, 35. 74, 5. 75. 79, 25. 122, 5. 142, 30. 143, 10. 296, 15. 581, 20.

Tobias 18, 25.

togata gens 662, 30.

Toleratus diac. 58, 5.

Toletana eccl. 424, 15. 425. 431, 20; metropolis Hispaniae 423, 5. 426, 5. — Toletani archiep.: Montanus, Eugenius, Quiricius, Bernardus. — Toletanum concil., Toletana synodus 587, 25; I. 24, 20. 134, 20; II. 134, 20; III. 63, 35. 128, 1. 134, 20; IV. 133, 25. 134, 25; V. 134, 25; VI. 134, 30. 369, 1. 421, 20. 422 n. 2; VII. VIII. IX. 134, 30; X. XI. XII. 134, 35.

Tracia *v.* Thracia.

traditio ecclesiae a Deo instituta est 317, 10.

Traianium 218, 20 *v.* Theodorici domus.

Traiectenses *(Maastricht)* episc.: S. Amandus, S. Remaclus, S. Lantpertus *v.* Leodium.

(Ultra-)Traiectensis militia 251, 5; episc.: Conradus.

Trevirorum archiep.: S. Paulinus, Udo, Eilbertus.

Triburiense concil. 54, 10.

Tripartita, Tripertita historia 5, 10. 7, 15. 8, 15. 10, 15. 12, 10. 14, 15. 23, 30. 59, 35. 194, 35. 196, 15. 309, 5. 593, 35. 633, 10; *v.* Cassiodorus.

Troianus: Anchises.

Tullenses episc.: S. Bruno, Pipo (Bibo).

(M.) Tullius (Cicero) 26, 20. 210, 40. 275, 15.

Turbanus *v.* Urbanus II.

Turoni *(Tours)* 677, 10; episc.: S. Martinus, S. Eustochius, Radulfus. — Turonense *sive* Remense concil. 67, 1. — Turonensis provincia 648, 25.

Tuscania 291, 10.

Tuscia 306, 15. 361 n. 2. 408, 30. 508, 15. 552. 673, 25. — Tusci 131, 30.

Tusculanus episc.: Iohannes.

Tymotheus *v.* Timotheus.

Tyrus opp. 402, 40. 611, 25.

U.

Ubaldus episc. Sabin. 545, 15. 553, 5.

Udalricus, Ŏdalricus.

Udalricus episc. Eistadensis 236, 10.

Ŏdalricus de S. Eustachio princeps Romanus 405, 35.

Udo episc. Hildesheim. 235. 236, 10. 249 n. 6.

Udo episc. Treverensis 182, 35.

Ugo *v.* Hugo.

Ugobaldus card. 369, 20.

Ulma urbs 110, 10.

Ultratraiectum *(Utrecht)* *v.* Traiect.

Ungaria 291, 10. 500, 25; rex: Petrus.

Ur Caldeorum 29, 5.

Urbanus I. papa 118, 30. 240, 10. 245, 15. 296, 5. 359, 1. 589, 1. 598, 5. 610.

Urbanus II. papa (Odo, Odardus, Otto I. card. episc. Ostiensis), Turbanus 2, 45. 3, 35. 4, 20. 108. 109, 1. 111. 149, 35. 150, 10. 169—172. 174, 40. 239—241. 242, 25. 246 n. 4. 269, 40. 285, 10.

292, 15. 294, 15. 296, 1. 330. 338. 366—368. 375. 399. 406 n. 1. 407. 409, 40. 410. 411. 413, 35. 415. 416, 1. 421, 1. 428—435. 449, 5. 458, 35. 460, 1. 506, 10. 508, 15. 543, 20. 544, 1. 545, 15. 565, 10. 566 n. 5. 589, 15. 599, 20. 602, 30. 604, 30. 616, 20. 618, 20. 624, 25. 638, 25. 641. 644. 653 n. 1. 660, 5. 665, 1. 676, 5. 677, 5. — legatus Gregorii VII. Gebehardum Constant. ep. ordinat 111. 241; conventui Quedlinburg. interest ibique Heinricum IV. denuo excommunicat 239; a Gregorio VII. moriente papa designatur 407; eligitur 330; altercatio inter eum et Clementem III. 169—172; decreta eius in concilio Placent. edita 408. 409; epistola eius ad Gebehardum Constant. 413. 414. ad Piponem Tullensem 415; Philippum regem Franc. excommunicat 665, 1; Gregorii VII. pedisequus nominatur 375, 25; registrum eius 338, 25. — Urbanistae 424, 1.

Urbanus card. presb. 418, 30.

Urbanus episc. 64, 10.

Uria miles 484, 15.

Utrecht *v.* Traiect.

V.

Valentianum, Valentinum *(Valence)* concil. 134, 15. 588, 1.

Valens imp. 540, 30.

Valentinianus I. imp. 133, 35. 308. 309. 489, 1. 571, 25. 593. 633; uxor: Iustina; filii: Valentinianus II, Gratianus; fr.: Valens.

Valentinianus II. imp., fil. Valentiniani I. imp., 132, 1. 195, 10. 197 n. 7. 297, 1. 302, 5. 316, 10. 351. 352, 10. 353, 5. 360 (iunior). 383. 388, 25. 389. 392, 1. 471 n. 1. 633; Arrianus 383. 392, 1; fautor et tutor Arrianorum 389; mater: Iustina Arriana; fr.: Gratianus.

Valentinianus III. imp., fil. Constantii III. imp., 134, 1. 307, 20. 354, 15. 489, 20. 617, 35; mater: Placidia.

Valentinum *(Valence)* concil. 133, 35.

Valentinum *(Valentia)* concil. *v.* Valentianum concil.

Valerianus patricius 333, 5. 335, 10. 362, 20.

Vallis-umbrosa 565, 10.

Vasense concil. 134, 1. 296, 20. 359, 20.

Vaticana basilica 293 n. 1.

Venericus episc. scismaticus Vercell. 175, 10.

Vercellensis synodus (1098) 408, 20; Vercellenses episc.: S. Eusebius, Venericus scismaticus.

Vergilius episc. Arelat. 43, 40.

Verona 178. 180, 1.

Vespasiani *(Vespasianus et fil. eius Titus)* 208, 30. 237, 5.

Vesontio *v.* Bisont.

Viator, cui scripsit Pelagius papa, 91, 15. 320, 25. 321, 20. 333, 5. 364, 10.

Victor II. papa 379.

Victor III. papa (Desiderius *sive* Sergius abb. Cassin., deinde card. archipresb.) 111, 25. 232. (233). 269. 270, 5. 292, 15. 293, 5. 297, 25. 310 n. 5. 330, 20. 380, 25. 407 n. 8. (408, 1). 545, 25; publicus apostata 408, 1; eligitur 232. 330, 20. 407. 408, 1; dysenteria moritur 330, 35.

Victor episc. Cenoman. 350 n. 9.

Victor episc. Numidiae 84, 10.

Victor presb. Rom. 62, 35. 126, 20.

Victricius episc. Rotomag. 115, 10.

Viennensis archiep.: S. Avitus, Guido; synodus (1112) 658, 15.

Vigilantius haereticus 77, 10.

Vigilius papa 45, 30. 87, 35. 121, 1. 129, 10. 238.

Vigilius diac. 312, 5.

S. Vincentii abbatia Mettensis 436, 20.

Vincentius presb. Rom. 62, 35. 126, 20.

Vincentius Donatista, cui scripsit S. Augustinus, 90, 25. 153, 5. 155, 15. 323, 20. 331, 1. 333, 30. 334, 25. 402, 40.

Vindocinum *(Vendôme)* 677, 5; coenob. 678; abb.: Goffridus; prior: Hamelinus.

Virdunensis, Wirdunensis eccl. *(Verdun)* 236, 40; episc.: Theodoricus, Hartvigus.

virga 659, 1. 665. 666. 691, 20. 698, 30; virga pastoralis 612, 5. 685, 1; anulus et virga sacramenta ecclesiae sunt 685. 689, 15. 690, 25. 697, 20. 698, 10; anulus et virga sunt pontificalia insignia, quibus spiritualia dona conferuntur 665, 25; Paschalis II. Heinrico V. facultatem investiendi episcopos per anulum et virgam concedit 661. — virga imperialis vel regalis 665, 30; *v.* baculus, anulus.

Vitalis patriarcha Antioch. 130, 25; *v.* Vitalis Salaminus.

Vitalis Salaminus, qui praefuit concilio Neocaesar. (idem ac Vitalis patriarcha Antioch.?), 130, 30.

S. Vitus martyr 358, 5.

W. Gu.

(Wala), Guala episc. Legionensis 544, 30.

Walcherus episc. Camerac. 449. 450, 20. 454, 20.

Waldrada, uxor Lotharii II. regis Lotharingiae et Burgundiae, 664, 35.

Walo, Gualo.

Gualo episc. Mettensis 237 n. 1.

Walo episc. Paris. 649, 20.

Walramus, Waltramus, Walthramnus episc. Cicensis *sive* Numburgensis 174, 30. 175. 177. 178, 15. 179, 1. 180. 181. 183, 25. 184. 285—291. 495, 15.

Walterus canonicus (Raitenbuch.?) 146, 25.

Wamba rex Wisigothorum 134, 35. 135, 5.

Wandali 218, 35; rex: Geisiricus.

Welf, Welfo, Welfus IV. dux Bavariae 111 n. 5. 182, 45. 231 n. 3. 264, 20.

Wenricus scholast. 3 n. 1.

Werinharius *v.* Wezilo.

Werinherus episc. Merseburg. 231, 40. 235, 1. 236, 35. 237 n. 1; conventui Gerstung. interest 235, 1.

Wezilo, Wezelinus, Wizilinus, Werinharius, archiep. Mogunt., 174, 35. 234, 35. 235, 1. 236, 1. 241, 15. 247. 250, 25. 251, 10. 289, 5; conventui Gerstung. interest 234. 235; synodo Magunt. praesidet 236, 1; ordinationi Hartvigi II. archiep. Parthenopolit. interest 250, 25.

Wezelinus archiep. Parthenopolit. (Magdeburg.) 231, 40; in fuga occiditur 231, 40.

Wibertus, Wicbertus, Wibertistae *v.* Clemens III.

Wibertus auctor Vitae S. Leonis IX. 545, 25.

Wideradus abbas Fuldensis 259, 10.

Wido, Guido.

Guido card. presb. 405, 35. 410, 5.

Wido episc. Ferrar. 567, 5.

Wido episc. Parm. (408, 25).

Guido archiep. Viennensis *v.* Calixtus II.

Guido I. mag. Camaldul. 565, 10.

Wido Aretinus, monach. Pompos., musicus 3, 25. 14 n. 3. 41, 40. 92, 35. 157, 5. 296, 10. 318 n. 4.

Wigbertus *v.* Clemens III.

Wigbertus comes, coenobii Pegav. fundator, 181.

Wigolt episc. August. 236, 40. 264.

Wilhelmus, Guilelmus, Gulielmus.

Guilelmus II. episc. Populon. 171, 20.

Gulielmus, cui scripsit S. Augustinus, 325, 5.

Wirdun- *v.* Virdun-.

Wirziburg, Wirzburg *v.* Herbipolis.

Wisigothorum reges: Alaricus, Amalricus, Richaredus, Sisenannus, Cintilla, Cindasuindus, Recensuindus, Wamba, Ervigius, Ariamirus.

Wormatia, Wormazia 182, 40; episc.: Burchardus, Adalbertus. — Wormaciensis ecclesia 264, 35. 265, 15; synodus, conspiratio, Wormaciense generale colloquium 26, 30. 49. 51, 30.

Wormsleben vicus 175, 40.

Würzburg *v.* Herbipolis.

Y.

Yconeus *v.* Iconeus.
Ymerius *v.* Himerius.
Ypponenses *v.* Hipponenses.
Yporiensis *v.* Iporiensis.
Ysaac *v.* Isaac.
Ysaias, Ysayas *v.* Esaias.
Ysicius *v.* Isicius.
Ysidorus *v.* Isidorus.

Z.

Zabulus 442, 15.
Zacharias propheta 221, 30. 247, 15. 260, 10. 263, 10. 267, 40.
S. Zacharias papa 71, 20. 77, 1. 148 n. 3. 175, 45. 176, 5. 186. 188, 20. 190, 20. 208, 30. 389, 25. 664, 30.
Zacheus 17, 25.
Zambrus, fil. Salomi, 405, 20.
Zarias 401, 20.
Zaringiae dux: Bertoldus II.
Zeb 596, 20. 611, 30.
Zebee 596, 20. 611, 30.
Zenon imp. Eutichianista 302, 10.
Zepherinus papa 119, 15. 124, 5. 138, 35.
Zeringen *v.* Bertoldus.
Zetus filius Boreae 433, 10.
Zorobabel dux Iuda 221, 35. 263, 10.
Zosimus, Zozimus papa 93, 30. 127, 10. 132, 10. 135, 40. 331, 15. 459, 25. 642, 30.

INDEX AUCTORITATUM

SCRIPSIT IULIUS DIETERICH.

Scriptores ecclesiastici.

Cyprianus † 258.
(Ed. Hartel, Vindob. 1868 sq.).

Epist. XLIII, c. 5: Adulterium — conantur 696, 15. 699, 10.
LV, c. 7: Factus est — nullus est 100, 5.
LIX, c. 4: Beatus Paulus — maledices 349, 5.
c. 5: Sacrificia — peccata 320, 15.
Existimat — peccata 319, 25.
LXVI, c. 5: Inde scismata — contemnitur 328, 15.
c. 8: Unde scire — ecclesia non esse 328, 20.
LXIX, c. 3: Aecclesia una — potest 99, 35.
LXXII, c. 2: Si qui presbyteri — rebellaverint 320, 25. 363, 5.
Quia etsi ipsi — honoramus? 321, 5. *Cf.* 363, 15.
Quia etsi ipsi — promoveri 363, 15. *Cf.* 321, 5.
LXXIII, c. 25: Quam periculosum — cessit 646, 20.

De unitate eccl. § 3: Videns idola — frustrentur 267, 10. *Cf.* 233, 15.
Videns idola — unitatem 233, 15. *Cf.* 267, 10.
§ 4: Nam et unitatem — probemus 214, 20. 235, 30.
§ 6: Unitatem enim — salutem 185, 15. 217, 15. 264, 1.
Qui enim pacem — spargit 193, 40.
Alienus est — veritatem 364, 15.
§ 7: At vero quia — non est 216 n. 1.
Qui ergo sic — Christi 216, 5.
§ 9: Haec est — tempestate 276, 1.
§ 10: Quorum perversa — unitatem 276, 10.
§ 12: Quomodo autem — reliquerant. Igitur — non potest 257, 25.
§ 13: Quam sibi pacem — colliguntur 193, 40.
§ 14: Occidi — salutem 194, 1.
§ 15: Unitatem — profanat 252, 35.
§ 16: Malum hoc — pernicies 252, 40.
§ 17: Aversandus — punitur 254, 5.
§ 18. 19: Filii Aaron — peccat 271, 20.
§ 21: Unitatis — mutavit 253, 20.
§ 23: Opto equidem — amittit 255, 25.

De zelo et livore § 12: Nos vero — fecerit 255, 10.

De mortalitate § 17: Talem te — vocat 264, 1.

Testimonia § 86: Scisma — recedit 693, 1.

De dom. orat. § 24: Discordans — Christi 261, 30.

De bono patientiae § 15: Caritas — permanebit 255, 10.
Ecce, ecce — custodiant 265, 40.
§ 16: De ira — debent 255, 15.

De lapsis § 4: Quid faciam — affectus 194, 5. 251, 25.
§ 5: Habenda — videretur 252, 5.
§ 6: Studebant augendo — eorum 252, 15.
§ 7: Praenuntiata — subiremus 252, 30.

Hilarius Pictav. † 366.
(Ed. Benedict., Paris. 1693).

De synodis c. 86: Et mihi — benedicitur 46, 5.

Athanasius † 373.

Epist. ad Felicem papam c. 2 *(Hinschius p. 479)*: Scimus — celebrari 62, 15.

Epist. ad Liber. papam (ibid. p. 476): Dicentes se — veritatem 291, 5.

Basilius † 379.
(Ed. Bened. 1722).

Regula; resp. 23: Cum autem duas — conquisita 278, 10. Revera — ministerium 279, 20.

Gregorius Nazianzenus † 390.

Non inventum:
Qui donum — potest (dubium non est) 339, 15. 621, 15.

Ambrosius † 397.
(Ed. Benedict., Paris. 1686 sq.).

Paulini V. S. Ambrosii c. 7. 8: Cum populus — peterentur 308, 20.
c. 19. 24. 27: 540.

Epist. XX: Quoniam omnibus — sequenti die. Quid presentius — in se. Mandatur — copulata 384.
§ 2. 3: Convenerunt — populo 631, 5.
§ 8: Convenior — immolabor 632, 5.
§ 10: Exigebatur a me — ait 632, 5.
§ 14: Rogamus — periculo 632, 15.
§ 16. 17: Temptatus — locuta es 632, 20.
§ 18. 19: Quae ratio — sacrorum 632, 30.
§ 18: Domum — ferendam? 635, 10.
§ 19: Ad imperatorem — pertinet 634, 15. *Cf.* 662, 10.
Ad imperatores — publicorum 662, 10. *Cf.* 634, 15.
§ 27. 28: Pro quibus — expleant 633, 1.
XXI, § 10: Legem enim — legem 579, n. 6.
§ 13: Non tanti — congruat 629, 20.
§ 14: Dalmatius — proferatur 388, 30.
§ 15: Episcopi — dampnavit 629, 30.

De officiis ministrorum I, c. 50, § 264: Est contra officium — negaret 261, 5.
II, c. 28, § 138: Vere illa — redemit 264, 25.

Expos. in ps. CXVIII, sermo 20, § 37—39: Misericordiae — legum est 395, 20.

Expos. in evang. Lucae ad c. IV, § 52: Non est fas — sacerdotis 338, 10.
§ 53: Non tamen — misterii. Denique — aboleret 338, 10.
§ 54: Sed cum illi — damnatur 338, 20.

IX, § 35: Si Christus — Christum 459, 1.
XXII: Tollit Petrus — amicula 346, 10.
Sermo contra Auxentium § 5. 6: Me, si de me — sacerdos 630, 1.
§ 17. 18: Meministis, quia — defendit. Si ille — fidem 630, 15.
§ 21: Christus — fidelium 630, 40.
§ 30. 31: Dicebant — respondeamus 631, 15.
§ 31: Considerans — tributum 631, 30.
§ 35. 36: Solvimus — exponimus 580, 1.
§ 35: Non considerandum — iuraveris 383, 25.
Sermo 33, *nr.* 6: Clavem istam — conflaverunt 123, 35.
De poenitentia II, *c.* 10: 157, 30.
c. 11: Si caro — posterioris 158, 15.
De fide c. 18: Non humana — sacerdotibus 46, 1. 126, 30.
Tract. de obitu Theodosii: Hoc nobis — tecti 384—388.
Hymnus LXXVII. de dedicatione eccl. (ed. Migne, Patrol. lat. XVII, col. 1257*)*: Honor fratres — reperiri 344, 30.

Pseudo-Ambrosius.

De dignitate sacerdotali c. 2. 3: Honor, fratres — congruat 609, 15.
c. 5—7: Sunt qui — promisisti. Amen 606, 35.
Cum tibi scriptura — sacerdotum. In consecrationem — operantur 441, 5.
c. 5: Nempe hoc — ordinavit. Quod accepit — lepra fuit. Aurum dans — acquisisti 319, 15.
Deus an — largitur 441, 1.
Comment. in epist. ad Corinth. I, 3: Cognito — crimen 33, 10.
V, 2: Si quis potestatem — abiecit 410, 25.
Non inventum:
Consentire est — persequi 336, 1.
(Ex quadam memoria): Venerandus — ecclesiae 195, 15.

Iohannes Chrysostomus † 407.
(Ed. Montfaucon, Venet. 1741*).*

Non inventa sunt:
Paenitentia et communio — infidelis 326, 3. 365, 1.
Habet autem — gubernatur 536, 20.

Hieronymus † 420.
(Ed. Vallarsius, Veronae 1734*).*

Epist. XIV, § 9: Non facile — opere eorum 36, 1.
§ 8: Mihi sedere — Domini 145, 15.
Clerici oves — Dominus 342, 25.
Mihi ante — salvus sit 345, 1.
In veteri — decerpitur 345, 15.
XV, § 2: Romani culminis — diluvio 118, 20.
Ego nullum — consocior. Cum successore — loquor 404, 1.
XXII, § 34: Tria sunt genera — convestiunt 279, 40.
XLVIII, § 21: Episcopi — pudici 77, 1.
LII: Cleros — habent. Si autem — sequar 342, 20.
§ 13: Vis scire — ferat 276, 35.
Et ornamenta — protegeris 277, 25.
CVIII, § 6: Quadringentos — contraxerunt 499, 25.
Contra Vigilant. § 2: Ecclesiae Orientis — desistunt 77, 10.
Comm. in Isaiam IX, *c.* 30: Sed in bonis — vitium est 279, 5.
Comm. in Ezechielem III, *c.* 9: Qui malos — Domini 452, 40.
V, *c.* 17: Qui solvit — insidias 458, 1.
Hoc est enigma — excecatus 381, 25.
X, *c.* 33: Iuxta spiritualem — iudicem. Speculator — noceat 628, 10.
Comm. in Ierem. I, *c.* 2, *v.* 31: Grandis offensa — mereri 47, 1.
c. 4: Iuramentum — iudicium 695, 10.
Comm. in Aggaeum: In deuteronomio — populo suo 345, 30.
Comm. in Amos: Odit Deus — voluntatem 322, 5.
Comm. in Matth. III, *c.* 16: Quodcumque ligaveris — querantur 395, 10.
Istum locum — solvendum 145, 5.
c. 17: Pro nobis — reddimus 598, 15.
c. 18: Cum necesse — fiat 454, 5.
IV, *c.* 28: Omnes qui — Salvatoris 359, 25.
Comm. in epist. ad Ephes. III, *c.* 6: Pulchre — praecipiant 260, 25.
Comm. in epist. ad Titum c. 1: Postquam unusquisque — tollerentur. Paullatim — iudicaret 143, 10.
c. 3: Inter heresim — separetur 122, 10. *Cf.* 332, 35.
Inter heresim — separat 332, 35. *Cf.* 122, 10.
Contra Iovinianum I, § 7: Non dixit — possum 73, 1.
Si abstinemus — contumeliam 76, 25.
§ 13: Si nupserit — fecit 73, 25.
§ 16: Si Christus — ignorant 76, 20.
§ 34. 35: Sed et ipsa — anteponere 78. 79.
§ 49: Legant — desinere 74, 5.
Adversus Luciferianos § 6: Oro te — peccatore 443, 10.

Pseudo-Hieronymus.

Breviarium in psalt. ps. C: Proximo — infernum 347, 10.
ps. CV: Beati qui — iustitias 205, 35.
ps. CXLVII: Licet corpus — auribus 206, 40.
Epist. spur. XLII, § 8: Quod si — percutiunt 71, 25.
Non inventa:
(Decret. Burch. XIX, *c.* 31*)*: Apud Deum — protelanda 116, 1.
(Coll. can. IV, *c.* 86*)*: Non oportet — maledictiones sunt 364, 1.
Meam iniuriam — potui 404, 5.
Non facit — cathedrae 405, 1.
Tria — principis 538, 25.
Quamvis — culpa est 542, 10.

Augustinus † 430.
(Ed. Benedict., Veronae 1736 *sq.)*

Epist. XXXVI, § 2: Mos enim — tenendus 81, 5.
XLIII, § 21: Quibus mali — oderunt 164, 10.
LXXVIII, § 4: Nuper in — presentaverit 30, 15.
LXXXVII, § 2: Et illud — inpediat 164, 15.
Illud non — criminibus 155, 20.
§ 3: Manifestum est — separetur 164, 20.
§ 9: Vos ergo — faciamus 324, 5.
Vos mutamini — iniuriam 92, 15. 153, 15.
Nulli sacramento — facienda est 558, 30. *Cf.* 556, 30.
LXXXIX, § 7: Neque sacramenta — habent 92, 5. 153, 10.
XCIII, § 5: Putas neminem — compulsum 333, 30.
§ 9: Non invenitur — christianis 402, 40.
§ 14: Constantinus — vindicarentur 334, 30.
§ 15: Nullius crimen maculat nescientem 155, 15.
§ 35: Noli, frater — revelavit 331, 1.
§ 46: Aecclesiae sunt — habetis. Nobiscum — non estis 90, 25. 153, 5.
XCVIII, § 5: Si christiani — perducantur 397, 30. 412, 30.
CXXXVIII, § 14: Multa namque — sanandus 333, 25.
CXLI, § 5: Quisquis — super eum 45, 10.
Communio malorum — criminis 39, 10.
Quisquis a catholica — super eum 164, 5.
Quisquis in ecclesia — criminis 163, 35.
CLIII, § 7: In tantum — obliviscitur. Quamvis ergo — in eum 114, 30.
Medicina vilis — contemptibilis 158, 5.
CLXVII, § 18: Non putandum — sanctiore 620, 15.
CLXXIII, § 12: Displicet — traxeritis. Tu qui — veritatem 334, 5.
CLXXXV, § 18: Nec foris — Christi est 92, 1.
§ 36: Quicquid ergo — iusserunt 334, 30.

§ 45: In huiusmodi causis — subveniat 34, 1.
Cogunt enim — morborum 85, 5.
Huiusmodi inreparabilis — soluta 117, 5.
§ 46: Sint in ecclesia — hostiliter 151, 35.
§ 50: Heretici non — unitatis 91, 25.
Ecclesia catholica — vitae 363, 20.
CCIV, § 4: Poena — causa 682, 1.
Sermo II, § 6: Qui ergo — nostram 220, 20.
XVII, § 2: Dico vobis — tacuero 85, 10.
LVIII, § 13: Nunquid quando — adversitatem 123, 40.
LXII, § 13: Omnis anima — dicemus? 288, 15.
Qui restitit — minatur 633, 20.
LXXI, § 21: Hereticus est — pacem 332.
§ 27: Verbum contra — colligat 441, 20.
§ 28: Si quemquam — peccatorum 227, 40.
§ 32: Potest esse — a corpore 324, 15.
Corporalia — a corpore 243, 5.
§ 34: Quisquis igitur — divisus non est 233, 40.
§ 37: Ne sit — custoditur 233, 35.
Cor impoenitens — custoditur 228, 1.
LXXXII, § 7: Cepisti habere — disrumpit 375, 40. 419, 10.
LXXXVIII, § 19: In multis — paleam. Duobus — tenebrarum 164, 20.
§ 20. 21: Non consentientes — nihil est 164, 30.
CXXXVII, § 6: Numquid credentes — Moysi 397, 40.
CCLXVII, § 7: Ergo quod — factus est 243, 10.
CCLXXVII, § 1: De militia — decimas 342, 15.
§ 2: Quod si diceret — merebaris 342, 10.
§ 3: Decimae — requiruntur 342, 10.
CCCLI, § 10: Satis ostendit — gehennam. Multi corriguntur — tenebrarum 374, 25.
Nos vero — iudex? 30, 25.
Plerique boni — iudex 392, 40.
Noluit apostolus — nominantur 393, 1.
Quae fit — convictum 31, 5.
Nos a communione — convictum. Nominationem — proferitur 96, 25.
Sermo de obedientia et humilitate c. 1: Nihil Deo — obedit 364, 20.
Liber de sermone Domini I, § 20: Mandata minima — non possunt 189, 25.
Et fortasse — non possunt 206, 40.
II, § 63: Maxime — invidentia 36, 5.
De civitate Dei I, c. 20: Miles cum — reus est 98, 35.
II, c. 19: Christiane religionis — comparare 211, 20.
c. 21: Sicut in — definitus 210, 40.
V, c. 11: Deus itaque — voluisse 282, 10.
c. 16: Sic enim — omnipotens est 159, 1.
c. 21: Qui enim regnum — Iuliano 237, 5.
Quae cum ita — Iuliano 203, 25.
c. 24: Neque vero nos — advenerit 203, 35.
XVIII, c. 51: Qui in ecclesia — heretici sunt 332, 25.
XIX, c. 14: Omnis igitur — conveniens est 202, 40.
c. 17: Igitur terrena — concordia 203, 1.
c. 19: Graecum est — prodesse 256, 20.
c. 21: Ubi ergo — distribuit 210, 30.
c. 26: Quamdiu — vestra 210, 20.
c. 27: Pax autem — speciem 203, 1.
c. 33: Deus ille — felicitas 203, 15.
XXI, c. 16: Tanta misericordia — contraxit 155, 1.
c. 27: Non fratri — ignis. Si quis — permanere 347, 15.
XXIX, c. 13: Pax omnium — dispositio 482, 25.
De baptismo contra Donatistas I, § 3: Si discedit — optineat 92, 25.
Nulli sacramento — permaneat 153, 30.
Si quem forte — scientius 154, 15. 413, 10.
Si quem — servavit 40, 30.
§ 6. 7: Illi vero — incertum 413, 25.
§ 10: Itaque illi — absorbuit 413, 30.
§ 21: Sacramenta quae — approbamus 92, 20. 153, 35.
III, § 13: Non ideo — veneranda sunt 153, 35.
§ 20: Sacramenta si — integra est 153, 40.
§ 21: Manus impositio — hominem 326, 15. *Cf.* 558, 35.
Quid est — hominem 558, 35. *Cf.* 326, 15.
Manus autem — non debet 557, 5.
§ 27: Heretici — salutem 92, 1. 153, 40.
IV, § 7: Nichil autem — suffragatur 167, 40.
§ 17: Intus et foris — tribuenda 154, 1.
§ 18: Ita ergo — Christi est 215, 30. 284, 5. 324, 5.
§ 20: Utrum catholicum — Deus sit 398, 5.
§ 31: Quod universa — creditur 121, 1.
Quod ex baptismo — adimplevit 41, 1.
V, § 27: Deus adest — perversi sunt 92, 1. 154, 1.
Sacramenta Dei — perversi sunt 324, 10.
§ 38: Munera divinitus — misteria 154, 5.
VI, § 1: Non ob aliud — putabatur 91, 30.
§ 7: Omnes mali — mortis 154, 30.
Liber ad Constantinum de unico baptismo § 3: Hoc est iustum — sacrilegium 153, 20.
§ 4: Cum ad nos — vulneremus 153, 25.
§ 11: Non itaque — veneranda sunt 283, 35.
Contra epist. Parmeniani II, c. 4, § 11: Etsi vera — nequaquam 601, 15.
III, c. 2, § 13: Hoc sanitas — aliena est 651, 15.
§ 14: Neque enim — malos 651, 30.
§ 14—16: Vix aut — secum 692, 35.
Contra Faustum XXXII, c. 13: Elegisse mihi — condemnans 123, 10.
Enarr. in psalm. XXXVI, § 14: Melius est — fortia 622, 1.
LXXV, c. 16: Fratres mei — studeat 578, 20.
LXXXVI, c. 8 (*v.* 6): In sancta — evacuentur 621, 25.
XCIV, c. 32: Pro patribus — terram 612, 10.
XCVI, c. 5 (*v.* 4): Multi modo — nostris? 612, 20.
CXXII, c. 10. 11: Eo plus — iustitia. Non perveniunt — falsa 216, 30.
CXXIV, c. 10: Per hanc — derelinquerent 222, 5.
CXXVI, c. 3: Dominus — Dei 575, 35.
CXXVII, c. 11: Uxor tua — profluxerunt 576, 10.
CXXXII, c. 2. 3: Ecce quam bonum — in unum 273, 1.
c. 6: Qui enim — solus 273, 1.
Comment. in epist. Iohannis tract. VII, § 6: Habere baptismum — potest 92, 10.
Prolog. et tract. I, § 6. *in Iohannis epist. ad Parthos:* Ubi est caritas — peccatorum 273, 20.
tract. V, § 7: Signent se — caritate 273, 20.
In evang. Ioh. tract. V, § 8: Sive baptizet — potestatem 442, 1.
§ 11: Non exhorreat — sancto 442, 5.
§ 12: Et acerbius — occidunt 223, 1.
§ 13: Dicit seductor — dilanias 442, 5.
§ 15: Sed minister — inquinatur 442, 10.
§ 18: Quos baptizat — baptizat 442, 20.
§ 19: Sacramentum enim — polluatur 442, 25.
tract. VI, § 7: Petrus baptizet — baptizat 442, 25.
§ 9: Nam si — baptizat 442, 25.
§ 12: Aliquando qui — granum est 442, 30.
§ 25. 26: Apostolus voluit — humano 459, 5.
§ 25: Reges — voluerunt 460, 5.
Quo iure — domus? 645, 5.
Faustinus parti procurat non ecclesiae 228, 10.
§ 26: Noli dicere — suae 692, 1.
Noli dicere — possidentur 645, 10.
tract. X, § 6: Qui sunt — vocatur 612, 25.
§ 8: Fratres mei — permanebit 265, 10.
tract. XI, § 11: Quomodo filii — possidebunt 441, 35.
§ 14: Mirantur scismatici — exsufflatur 334, 20.
tract. XII, § 4: Nemo praesumat — Esau 441, 30.
tract. XXVI, § 11: Nam et nos — sacramentum 324, 20.
§ 12: Si quis manducaverit — sacramentum 324, 25.
§ 18: Qui non manet — bibat 324, 25.

tract. XXVII, § 9: In uno estote — facere 228, 5.
tract. XLI, § 9: Sed plane — dignissimum 77, 35.
tract. XLIV, § 5: Qui vult intrare — cadat 580, 20.
tract. XLV, § 3: Sunt quidam — conservare 273, 5.
tract. L, § 10: Ecce inter — tollere 359, 20.
Ecce fur — comparatur 634, 1.
tract. LXXVIII, § 5: Neque vero — corda iungit 222, 10.
tract. XCVI, § 6: Per linguas — audite 441, 25.
tract. CIV, § 1: Propter quod totum — pax est 221, 40.
Liber confessionum I, c. 12, § 19: Nemo invitus — facit 445, 20.
De vera religione § 9. 10: Sed apud eos — omnibus 243, 30.
§ 9: Posset scismaticus — separassent 243, 20.
Paria quidem — Arriani 283, 20.
§ 10: Sed quia — defendat 243, 25.
§ 12: Tenenda — nuncupatur 243, 25.
§ 15: Ut qui foris — nomini 228, 25.
§ 58: Eternam legem — iudicare 34, 25.
De fide ad Petrum c. 39, § 82: Firmissime tene — ecclesiae 340, 25.
c. 43, § 86: Firmissime tene — tolerandos. Si vel in ecclesia — favorem 337, 35.
De fide et operibus c. 4, § 5: Errant homines — consistere 336, 20.
c. 4, § 6: Et quidam — debuistis 374, 30.
c. 4. 5, § 6. 7: Quidam enim — saeviamus 336, 25.
c. 5, § 7: Cum per negligenciam — obfuturos 164, 35.
Nos ad sanam — demus 374, 35.
De utilitate credendi § 1: Hereticus est — illusus 332, 30.
De bono coniugali § 32: Si fiat — permanente 58, 20.
Si quis episcopus — poterit 93, 35.
De mendacio c. 7, § 10: Quoniam nemo — mentientis 445, 40.
c. 10, § 17: A doctrina — mentiendum sit 446, 5.
c. 14, § 25: Non est mentiendum — adduci 446, 10.
Primum est — adduci 382, 1.
c. 18, § 38: In hoc errant — fugiendum est 381, 40.
c. 19, § 40: Corrupta auctoritas — potest 382, 1.
c. 20, § 41: Est animi — minoribus 382, 1.
c. 21, § 42. 43: Quisquis esse — recusemus 382, 5.
§ 42: Non est mentiendum — mendacii. Ad sempiternam — convertendus 446, 20.
Contra mendacium § 1: Quomodo igitur — molimur 382, 10.
§ 4: Mendatium enim est — fallendi 375, 30.
§ 18: Illa, que constat — facienda sunt 25, 20.
De doctrina christiana I, c. 37. 41: Dum fides — vacillat 207, 35.
Tract. XX. de rectitudine catholicae conversionis § 2: Dabis impio — reservavit. Sed reservo — dedisse 342, 15.
De beata vita § 36. 32. 34 35: Modus ubique — probatur 278, 40.
De consensu evangel. I, c. 14, § 22: Inimici Christi — Amen 282, 1.
Retract. prol. § 1. 2: Neque enim — iudicaremur 312, 10.
§ 2: Magistros plures — recedunt 211, 35.
Non inventa:
Quicquid in divinis — preiudicetur 17, 20.
Quia nec ipsa — emendatur 283, 45.
Quisquis metu — Deum 335, 35. *Cf.* 627, 20.
Odium nec — mala 347, 20.
Quare vis — nescio 443, 1.
Ubi violentia — excitatus 445, 20.
Illud, quod — impunitus 455, 1.
Hortamur christianitatem — suscipiatur 578, 30.
Qua fronte — tabernacula 588, 5.
Magnae sapientiae — corrigere 626, 35. 629, 1.
Qui metu — Deum 627, 20. *Cf.* 335, 35.
Uterque reus — desiderat 627, 25.

Iohannes Cassianus † *c.* 435.
(Ed. Petschenig, Vindob. 1886 *sq.)*
De Institutione coenobiorum II, c. 2 3: Multi per diversas — doctrinam 281, 10.
Super hac re — respondet 281, 20.
IV, c. 34: Noveris ab — affixa 277, 5.

Prosper Aquitanus † 460.
(Ed. Paris. 1711*).*
Liber Sentent. ex August. XV: Veri sacrificii — aecclesiam 323, 20. 325, 1. 364, 5.

Benedictus † 543.
(Ed. Migne, Patrol. t. LXVI).
Regula monach. prol.: Passionibus Christi — mereamur 277, 10.
Constituenda est — consortes 272, 15.
c. 1: Quoniam nulla — non licere 279, 35.
Tertium monachorum — licere 276, 25.
c. 2: Oportet autem — et vetera 281, 5.
c. 7: Omni vilitate — omnibus 271, 5.
c. 55: Sufficit enim — ipsas res 277, 40. Sufficere credimus — opera 277, 35.
Abbas provideat — mensurata 278, 35.
c. 57: Ne forte — patiatur 588, 15.
c. 73: Ut hanc — conspergatur 280, 35.

Arator † *post* 550.
(Ed. Arntzen, Zutphan. 1769*).*
Epist. ad Vigilium v. 3—6 *et v.* 27. 28: Publica — tuis 238, 35.

Gregorius M. † 604.
(Ed. Maurin., Paris. 1705 *sq., Ewald, MG., Epp. I. II).*
Vita Gregorii a Iohanne diacono I, c. 39. 40: Gregorium licet — precepit 308, 15.
III, c. 2: Unum est — formido 199, 30.
Paterno vos — emendare 226, 40.
IV, c. 26: Haec consona — dignus 200, 30.
c. 64: Paterno vos — emendare 199, 25.
Epist. I, 17: Quoniam nefandissimus — placent 412, 35.
25 (*Ew.* 24): Set et non illa — solvunt 148, 40.
Sicut sancti — anathema sit 61, 10. 129, 30.
Cuiuslibet vitae — iacet 165, 20.
Set et non illa — anathema sit 165, 20.
77 (*Ew.* 75): Consuetudinem, quae — capitulis 643, 10.
II, 36 (*Ew.* 31): Servorum Dei — inimicis meis 37, 10.
46 (*Ew. II*, 45): Sicut semel — consecrari 119, 10. 152, 5. *Cf.* 57, 10.
Sicut baptizatus — servari 57, 10. *Cf.* 110, 10. 152, 5.
49 (*Ew.* 47): Inter querelas — vindicandum 37, 1.
III, 6: Cassatis prius — puniendum 36, 10.
7 Quod si contra — altaribus 36, 15. *Cf.* 46, 20. 200, 30.
Consona sanctis — altaribus 46, 20. *Cf.* 36, 15. 200, 30.
Haec consona — dignus 200, 30. 267, 35. *Cf.* 36, 15. 46, 20.
Qui sacris — altaribus 346, 1.
26: Admone — eveniat 619, 15.
27: Si ea — provocamus 54, 1.
Nullus — damnandus est 32, 25.
53 (*Ew.* 52): Nova atque — persecutores 222, 35.
54: Si presbyteri — contumacia 357, 1.
IV, 7: Scito autem — compescere 22, 1.
Nos nulla — excommunicatis 397, 25.
Nos consecrationem — celebrata 321, 5.
Quam rem — celebrata est 86, 30. 99, 1. 151, 40. 163, 10.
In scismate — celebrata est 90, 5.
Post interdictionem — celebrata est 28, 30.
Nos consecrationes — exemplum 242, 35.
27 (*Ew.* 24): Eis vero qui — excommunicatis 246, 1.
26: Pervenit ad nos — concedimus 145, 25.

36: 9, 15.
47 (*Ew. V*, 6): Paracior sum — degenerari 37, 20.
Unum est — formido 461, 40.
V, 4 (*Ew.* 18): Si lapsis — disciplinae. Illud igitur — persuadeat 117, 20.
6 (*Ew.* 4): Unum est — formido 199, 30. 482, 15.
Quia Deum — formido 200, 10.
Si voluissem — nolui 502, 10.
10 (*Ew.* 8): Qualiter obedientia — servaverit 38, 10.
24 (*Ew.* 19): Pervenit ad nos — resistere. Petimus ergo — discordiam 357, 5.
40 (*Ew.* 36): In divinis — Deus? Pagani — serviebant 344, 15.
Sacerdotibus non — suggero 615, 15.
43 (*Ew.* 41): Cum predicator — superba 37, 25.
53 (*Ew.* 58): Cum ad sacros — conversatione 43, 40.
VI, 3: Hortamur — iudicium 32, 20.
27 (*Ew.* 46): Pervenit ad — consistat 245, 35.
VIII, 31 (*Ew.* 30): Rationis modo — debeat 578, 35.
IX, 7: Imperiali constitutione — habenda sint 311, 5. 354, 10.
11 (*Ew. VIII*, 4): Grave enim — venundari 338, 5.
12 (*Ew.* 26): Ego et minores — contemnat 30, 1.
52: Libenter accipiens — perfecta mea 266, 30.
Perversi homines — nocebit 270, 35.
60: Omnia, quae sanctis — permissae 8, 25.
Si quis — instructio. Preterea curae — commoneant 71, 10.
62: Cavendum — valeatis 358, 1.
69 (*Ew.* 53): Grave nimis — arripere. Omnia — serventur 643, 5.
87: Et ideo — incurras 304, 25.
106: Quicunque ergo — concupiscit. Cum liqueat — promovetur 66, 15.
Quando ergo — percipitur 319, 1.
Cur non perpenditur — venundari 319, 20.
Si in aecclesiasticis — concupiscit. Ex qua re — repellendus 620, 25.
110: Fertur symoniaca — prohiberi 615, 35.
Maior metuenda — debuerant 81, 10.
Quia procul dubio — emendare 22, 5. 110, 30.
214: Paterno vero — emendare 199, 25.
X, 42: Qui non corrigit — committit 336, 1.
XI, 13: Si, quod absit — corrumpantur 357, 15.
45: Ipsi sibi — solvere 162, 40.
Si enim — prohibuit 354, 10.
67: Occidens — unctionem 327, 5.
Ab antiqua — docendi sunt 120, 10.
Hanc igitur — rapiatis 560, 5.
XII, 29: Quisquis ad — exordium 84, 10.
Quisquis contra — commisit 332, 10.
XIII, 9: Quando ad ea — inveniant 390, 30.
31: Reformetur iam — domini liberorum 185, 20.
45: 31, 10.
Quoniam quidam — habeat 31, 25.
XVI, 8: Si quis regum — aeternum 579, 1.
Appendix ad epp. Greg. I, nr. 10: Ego N. civitatis — subscripsi 121, 30.
Dialogorum II, c. 23: Numquid nam — tenent 395, 15.
III, c. 31: Superveniente — debuit 321, 30.
Ad se itaque — fecit 322, 1.
IV, c. 55: Cum quidam — inveneris 634, 20.
c. 59: Tunc vera — fecerimus 91, 20.
Moralia in Iob, praef.: Hereticorum sacrificia — offerantur 364, 1.
XVI, c. 44, § 56: Quos aliorum — nutriunt 241, 25.
XVIII, c. 22, § 41: Alii prava — divisi sunt 195, 30.
XX, c. 21, § 47: Sancti viri — conticescunt 481, 40.
XXIV, c. 24, § 51: Amat iudicium — iustitia 206, 15.
c. 25, § 55: Tunc solum — delectat 586, 10.
XXV, c. 14, § 34: Dabo tibi — suscipimus 462, 10.
§ 35: Sic ergo — rectorum 462, 10.
§ 36: Sed quia — regentium 462, 15.
XXIX, c. 9, § 16: Sed cum verbis — patientia 224, 30.
XXXI, c. 5, § 7: Sancta aecclesia — quaerit 617, 25.
c. 6, § 8: Loquitur — commisit 617, 5.
c. 28, § 56: Plerumque — videantur 223, 10.
XXXII, c. 20, § 39: Cum mens — invenitur 629, 5.
XXXV, c. 28: Sola obedientia — videatur 346, 1.
Regula pastoralis I, c. 4: Cum rector — abscindat 193, 30.
II, c. 11: Circulis — recedant 416, 30.
c. 17: Hoc in loco — ieiuni 582, 30.
III, c. 4: Si quando — obviamus 212, 20.
c. 18: Admonendi — iudicare 396, 5.
c. 22: Sal sine pace — hominibus 258, 10.
In Evang. I, hom. IV, § 4: Sunt nonnulli — requirit 609, 35.
§ 4: Ideo utique — venderet 623, 25.
hom. XIV, § 2: Lupus superveniens — stabat 217, 40.
§ 3: Qui stare — quaerit 250, 20.
hom. XVI, § 2. 3: Antiquus hostis — tenebat 606, 10.
hom. XVII, § 13: Cathedra ergo — privantur 67, 15.
§ 18: Cui rei — vadit 397, 20.
l. II, hom. XXVI, § 5: Ut ipsa — exercet 192, 15.
Iudicare digne — vivunt 37, 15.
Iudicare digne — secuntur 479, 35.
Mortificabant — conatur 479, 15. 464, 20.
Fit, ut ipsa — exercet 395, 15.
Ligandi et solvendi — exercet 407, 10.
Ligandi — solvit 463, 1.
§ 6: Utrum iuste — fiat 245, 30.
Si quis dogmata — fiat 361, 20.
Vera est absolutio — virtutem 464, 20.
Quoquo modo — pastoris 463, 1.
Sub magno — mereatur 478, 35.
In Ezechielem I, hom. I, § 17: Inter prophetas — perdurant 372, 15.
hom. X, § 38: Rotae — dicit 383, 20.
l. II, hom. XVIII, § 22: Quid est — Roma 199, 35.
Non inventa:
(Decr. Burch. I, c. 208*):* Nos qui — puritate 35, 30.
Fermentum — suavitatis 38, 10.
Sancta Romana — potestatis 87, 35.
(Lib. can. c. 25*):* Decernimus — venire 227, 1.
Sicut in contumacia — debemus 244, 25.
Qui sacros — pseudoprophetae 319, 5.
Verendum quippe — obviare 335, 30.
(Collect. can. IV, c. 62*):* Omnibus — miscere 357, 10.
Maior minorem — inferior. Quanto — inferior 410, 35.
Hoc est mysterium — potest 441, 1.
Si quis neque — peribit 620, 30.

Isidorus Hispal. † 636.
(Ed. Arevalus, Romae 1797*).*

Sentent. III, c. 1: Principes seculi — imponat 536, 10.
c. 51: Sub regiminis — monstrent 579, 20.
Etymol. V, c. 3, § 2: Lex est — conscripta 275, 20.
VI, c. 19, § 39—42: Sunt autem — dat Deus 283, 25.
c. 38: Sacrificium dicitur — Dei 324, 30.
VIII, c. 1, § 1: Catholica — diffunditur 216, 10.
c. 3, § 5: Scisma — similia 265, 45.
c. 4, § 35: Montani — diviserunt 253, 35.
c. 70: Qui sacrum — potest 332, 15. 333, 1.
XIX, c. 22, § 29: Camisiae — nostris 278, 5.
c. 24, § 17: Casula — cella 277, 35.
XX, c. 11, § 2: Cama est brevis lectus 278, 5.
Quaestio in vetus testam., in Genesim c. 7, § 15: Quod praeter — perniciem 215, 25.

Non inventum:
(In libro officiorum): Aliud est — adipiscitur 324, 30.

Pseudo-Isidorus.

Praef. (ed. Hinschius, Lipsiae 1863) § 11: Si qua — decrevimus 34, 20.
Nosse etiam — concilia. Sed et — vigore 64, 5.

Beda Venerabilis † 735.
(Ed. Giles, London 1843).

Hom. XXIX (Lib. II, hom. XX): Si aliquid — divertendum 261, 1.
Iuravit etiam — doluit 261, 10.

In Cor. I, c. 10: Nulli est — invenit 40, 20.

Expos. in II. epist. Petri c. 2: Nonnumquam multi — retardatur 67, 30.

Wido monachus Aretinus (*falso* Pascasius papa) † 1050.
(Ed. Libelli de lite I).

Epist. ad Heribertum archiep.: Quicumque — ambo 41, 10.
Si tali — vendere 41, 30.
Si quis obiecerit — derelinquid 42, 1.
Numquid maledictus — dampnatam 42, 10.
Cum ergo tales — condempnatur 42, 20.
Si quis autem — catholicam non est 318, 10.

Historiae.

Eusebius † 340.

Hist. eccl. (ex vers. Rufini) IV, c. 24: Igitur hereticis — confutando 281, 25.
V, c. 17: Initium — imperitia 278, n. 5.
c. 18: Cum enim — abicere 278, n. 5.

Rufinus † 410.

Hist. eccl. I, c. 2: Constantinus — deorum 350, 25.
c. 20: 540, 35.
II, c. 9: 540, 40.
X, c. 6: 8, 20.

Sulpicius Severus † *c.* 420.

V. S. Martini II, c. 20: Cum ad — placeret 622, 5.

Theodoretus † 458.

Hist. eccl. I, c. 11: Vere si — videretur 347, 5.

Cassiodorus Senator † *c.* 575.

Hist. tripart. II, c. 14: 7, 15.
VII, c. 8: 393, 35.
Gratias inquit — animas 309, n. 2.
c. 36: 540, 30.
IX, c. 20: Dum de ecclesia — voluntate 633, 10.
c. 30: Coaequalium — veritatis 194, 35.
X, c. 13. 14: 540, 40.

De inst. div. liter. c. 23: Eugepius (*immo* Dionysius) abbas — ignorare 131, 15.

Paulus Diaconus † *c.* 799.

Hist. Langob. VI, 16: Tempore Clotarii — extitit 209, 20.

Anastasius bibliothecarius † 879.

Hist. eccl. (ed. Fabrotus, Paris. 1649, *p.* 31*):* Valentinianus — estis 351, 1.
(p. 55*):* Vicesimo — mitigavit eum 302, 25.

Liber pontificalis.
(Ed. Duchesne).

I (p. 162*):* 418, 30.
(p. 226*):* Quaecunque a parentibus — persequi 196, 30.
(p. 316*), c.* 78: Bonifacius — fiat 306, 10.
(p. 363*), c.* 83: Benedictus — tarditate 303, 20.
(p. 468*), c.* 96: Stephanus — promoveri 306, 15.
II (p. 7*):* Nos apostolicam — iudicamus 418, 35.

Liber Diurnus.
(Ed. ab Sickel).

c. 10: Domino — contradere 358, 10.
c. 83: Nichil de — profiteor 643, 1.

Vita SS. Nerei et Achillei.
(Acta SS. 12. *Mai, III,* 7*).*

(p. 7*):* Virgo si — valebit 159, 15.

Passio SS. Mauritii et Thebaeorum auct. Eucherio.
(Acta SS. 22. *Sept.).*

c. 3, 5—8: Erat eodem — possumus 382, 15.

Pontifices Romani.

Anacletus (79?—91?).

Epist. I, § 14: Qui pecuniam — facit 357, 25.
§ 17: Congregatio summorum — debet 63, 20.
II, § 4: Accusatio sacerdotum — debet 362, 5.
§ 20. 21: Si qui adversus — excommunicentur 50, 30.
III, § 30: Sacrosancta Romana — Petrus 87, 10.
§ 34: Ipsa enim — reguntur 29, 20.
§ 35: Inoffensus accusatorum — suspectus 201, 5.
§ 36: Deteriores sunt — fiunt 346, 20.
§ 38. 39: Sentencia Cham — tolerandus 50, 25.
§ 38: Sentencia Cham — presumunt 346, 25.
§ 39: Oportet unumquemque — doctori 346, 25.

Clemens I. (91?—100?).

Epist. I, § 2: Haec meae praedicationis — eruditum 240, 35.
Ligabis quod — solvi. Qui preest — commoveri 462, 35.
Quicunque — carebit 665, 25.
§ 13: Verumtamen illud — noverit 190, 5.
Clementi trado — noverit 394, 30.
Si mundialibus — solves 394, 20.
§ 57: Vestrum qui — Deo 579, 15.
III, § 63: Certissimum namque — veritas est 628, 25.
§ 73: Nihil omnino — certamen 416, 30.

Evaristus (100?—109?).

Epist. II, § 4: Episcopus non dimittat — causa 137, 20.
§ 10: Accusatorum sacerdotum — credat 362, 5.
(Burchardi Decr. l. XVIIII, § 16*):* Presbyteri de occultis — communicent 144, 15.

Alexander I. (109?—119?).

Epist. I, § 6: Beatus princeps — vastat 80, 30.
§ 7: Non potest — iudicio 51, 5.
Confessio talibus — fides non est 392, 35.
III, § 18: Crucifigunt Dominum — persecuntur 349, 35.

Pius I. (142?—157?).

Epist. I, § 4: Qui iussa — efficitur 345, 30.
II, § 8: Qui ecclesiam — sacrilegus est 359, 5.
Qui Dei — iudicetur 349, 35.

Decret. § 5: Lex imperatorum — subtus 579, 25.

Eleutherius (177—190?).

Epist. § 3: Indutiae non — proveniunt 86, 15.
Quia Iudas — mansit 397, 10.
§ 6: Negligere quippe — fovere 335, 30.

Zepherinus (c. 202—218).

Epist. I, § 4: Quia hoc — prohibent 138, 35.

Calixtus I. (218—223).

Epist. I, § 2: Nulli vero — permittit 661, 10.
§ 6: Nulli imperatori — non valeat 661, 10.
Non licet imperatori — cassabitur 313, 20. 354, 1.
II, § 8: Conspiracionum crimina — consentientes 52, 15.
§ 7: Dilectissimis fratribus — prohibete 661, 20.
§ 10: Quicumque in his — subiaceat 95, 25. 104, 10. 113, 15. 163, 15.
Nemo cum — dicat 362, 35.
Excommunicatos a — dicat 245, 25.
§ 13: Si quis metropolitanus — vacuum 241, 35. 242, 25.
Nullus primas — prohibetur 241, 40.
Mutandus episcopus — utilitate 137, 15.
§ 16: Raptores ad — purganda 358, 25.
§ 17: Nec accusatores — dicant 201, 5.
§ 20: Errant, qui — penitentiam 117, 15.

Urbanus I. (223—230?).

Epist. I, § 4. 5: Res aecclesiae — Domini 610, 35.
§ 4: Ipse enim — apostolorum 589, 1.
§ 6: Sacrilegii reatum — moriuntur 359, 1.
§ 8: Valde timenda — debet 245, 25.

Anterus (235—236).

Epist. c. 2. 4: Non transit — voluntatis 137, 5.

Fabianus (236—250).

Epist. II, § 15: Si in rebus — tribuitur 200, 40.
§ 21: Statuimus, ut, si — permaneat 52, 15. 362, 1.
§ 22: Nullus praesumat — testes 200, 35.
§ 23: Qui vero omnipotentem — consentit 627, 25.
III, § 28: Omnis qui — patiatur 201, 30.

Cornelius (251?—252).

Epist. II, § 4: Si circumcidamini — proderit 671, 30.
§ 6: Omnia quae — dampnat 138, 40.
Non inventum:
Purgationes, quas — censuerunt 362, 10.

Lucius (252—253).

Epist. § 1: Duo presbyteri — ecclesiasticum 263, 25.
§ 7: Rerum ecclesiasticarum — comprehendit 359, 5.
Res ecclesiarum — comprehendit 611, 10.

Stephanus I. (253—257?).

Epist. I, § 1: Infames eas — contemnunt 345, 30.
II, § 12: Clericus qui — deserviturus 362, 1.
De viris — facultas 584, 15. 662, 1.

Felix I. (269—274).

Epist. II, § 13: Absente adversario — firmitatem 138, 35.

Marcellinus (296—304).

Epist. II, § 3: Episcopi pontifici — possunt 50, 20.
Omnis potestas — ecclesia 204, 25.
§ 4: Non licet imperatori — cassabitur 313, 20. 354, 1. 596, 5.
Nec quicquam — stabit 395, 20.

Marcellus (304—310).

Epist. I, § 2: Ipsi apostoli — auctoritatem 62, 15. 126, 5.

Eusebius (310).

Epist. II, § 10: Iniquum nimis — miscere 350, 1.
III, § 21: Hereticos omnes — reconciliari. Manus impositionis — sacramenta 557, 25.

Melchiades (311—314).

Epist. II, § 10. 12: Fidem veritatis — regna terrarum 593, 15.

Silvester I. (314—335).

Gesta Silvestri § 1: Eodem tempore — confirmant 557, 30.
§ 5: Nemo clericus — dicitur 201, 25.
Concil. Rom. a. 324, *act. I*, § 3: Presul summus — magistrum 350, 5.
Presul vero — damnabuntur 350, 10.
II, § 15: Nulli omnino — placet 350, 10.
§ 18: Nemo presbyter — perpetuum 71, 1.
§ 20: Nemo iudicabit — iudicabitur 51, 1. 162, 10. 350, 5.
Constitutum Constantini (ed. Zeumer) § 14: Concedimus ipsis — frigium etiam 537, 20.
§ 16: Eius sacratissimo — culminis 537, 25.
§ 18: Congruum perspeximus — permanendam 591, 30.

Iulius I. (337—352).

Epist. ad orientales episc. § 5: Ipsi vero — institutis 62, 20.
§ 8: Si quis episcopos — honore 356, 15.
§ 9: Instituta apostolorum — fiant 141, 35.
§ 12: Omnes qui — idonei 393, 15.
Placuit semper — ignorant 25.
Incerta nemo — ducere 393, 10.
Primates accusatum — causis 393, 20.
Similiter nec — teneatur 393, 15.
Nullum iudicium — sententia 362, 15.

Felix II. (355—365).

Epist. II, § 5: Error enim — opprimitur 223, 10.
§ 8: Negligere, cum possis — fovere 223, 10. 335, 30.
VI, § 2: Habe cum — portiones 104, 40. 168, 1.
Decret. § 6: Nulli infami — impetere 362, 10.
§ 16: Excommunicati nullatenus — admittendi 362, 10.

Damasus I. (366—384).

Epist. ad Aurelium (false Aurelianum): Illos manifeste — consentiunt 24, 25.
Violatores canonum — editi 82, 10.
Violatores canonum — consentiunt 360, 30.
Epist. ad Stephanum archiepisc. Mauritaniae (Decr. § 9*):* Nulla umquam — auctoritate 62, 25.
(Decr. 11. 16*):* Canonica vocatio — retinent 362, 15.
(Decr. 16*):* Accusatores et iudices — ordine. Omnibus vera — valeant 210, 10.
(Decr. 23*):* Qui potest obviare — obviare 223, 5. *Cf.* 54, 5. 110, 35.
Qui potest obviare — impietatis 54, 5. 110, 35.
Epist. de chorepiscopis: Chorepiscopis non licet — agant 143, 35.
Chorepiscopi sive — ministerio 146, 15.
Per illicitam — possum 56, 5.
Omnia decretalia — denegari 136, 1.
Non inventum:
Observetur — teneantur 136, 5.

Siricius (384. 398).

Epist. ad Himerium episc. Tarracon. § 1: Prima itaque — custodit 558, 5.
§ 7: Quilibet episcopus — obseratum 71, 5.
§ 12: Feminas vero — permisit 71, 5.
§ 13: Monachos quos — custodita 272, 35.
In fine: Statuta sedis — liberum 361, 5.

Innocentius I. (402—417).

Epist. (II) ad Victricium Rotomag. § 12: Ita enim — vixerit 115, 10.

§ 14: Si certe — aliena 198, 40.
§ 17: Si instituta — saeculorum. Amen 198, 30.
Epist. (VI) ad Exsuperium episc. Tolos. c. 2: De his — vendicentur 116, 5.
§ 7: Quaesitum est — servabuntur 198, 15.
Quomodo maiores — servabuntur 199, 1.
§ 8: Meminerant enim — servabuntur 249, 25.
Servabuntur sua — rationem 201, 30.
Epist. (XVII) ad episc. Maced. c. 3, § 7: Qui honorem — non possum 242, 20. *Cf.* 90, 1. 99, 5.
Qui honorem — dedit 90, 1. *Cf.* 99, 5. 242, 20.
Qui honorem — potest. Dampnationem ergo — dedit 90, 1. *Cf.* 99, 5. 242, 20.
Cum nos dicamus — capud 410, 30. *Cf.* 397, 15.
Cum nos dicamus — accipere 397, 15. *Cf.* 410, 30.
c. 5, § 9: Quod necessitas — presumere 140, 1. *Cf.* 217, 20.
Quod necessitas — impellit 217, 20. *Cf.* 140, 1.
Epist. (XVIII) ad Alexandr. episc. Antioch. c. 3: Auctores eorum — amiserunt 328, 5. *Cf.* 56, 20.
Heretici cum — amiserunt 56, 20. *Cf.* 328, 5.
Epist. (XXII) ad Rufum et Eusebium c. 3: Damnationem utique — possumus 328, 5.
Hereticus — potes 57, 5.
Asseritur — potuit 41, 20.
c. 5: Quod necessitas — urgebat 327, 20.
Epist. (XXIV) ad Alexandrum Antioch. c. 3, § 4: Arrianos — recipiamus 413, 1.
Epist. ad Decent. c. 7: De pondere — satisfactionem 115, 35.
c. 8: Quibus penitentibus — sacramenta 82, 5.
Non inventa sunt:
Error, cui — obviare 627, 10.
Quid enim prodest — erranti 627, 15.
Error namque — opprimitur 335, 30.

Zosimus (417—418).

Epist. V: Contra statuta — reverentiam 642, 30.

Bonifacius I. (418—422).

Epist. ad episc. Galliae: Nullus dubitat — putat. Decrevimus — iudicio 32, 5.
Nullus dubitat — quaerit 51, 30.
Epist. ad Honorium: Ipsa ecclesia — auguste 197, 30.
Ex Honorii responsione: Illud pietati — profutura 197, 35.

Caelestinus I. (422—432).

Epist. (IV) ad episc. Vienn. et Narbon. c. 4: Nec emeritis — preponatur 304, 15.
c. 5: Nullus invitis — iudicium 304, 15. *Cf.* 582, 10.
Nullus invitis — requiratur 582, 10. *Cf.* 304, 15.
c. 8: Si quae — non possunt 242, 30.
Epist. (V) ad episc. Apul. et Calabr. c. 1: Nulli sacerdotum — obviare 46, 20. 136, 20.
c. 3: Docendus est — debemus 307, 15.
Epist. (XXI) ad episc. Gall. c. 2: Augustinum — honori 64, 15.
Non inventum:
Metropolitanus vero — presumi 619, 25.

Leo I. (440—461).
(Edd. Ballerinii, Venet. 1753*).*

Epist. IV. ad episc. Campaniae, Picen., Tusc. c. 5: Omnia decretalia — denegari 85, 35. 136, 1.
Si quis sacerdotum — submovendum 361, 5.
XII. ad episc. Afric. c. 1: Principatum — principio 621, 5. *Cf.* 256, 31. (475, 35).
Principatus — consecrati 256, 35. *Cf.* 621, 5.
c. 2: Non ergo — continetur 21, 15. 140, 10.
c. 6: In heresi — Donatistae 120, 1.
XIV. ad Anastasium episc. Thessalonic. c. 2: Secundum sanctorum — discedant 242, 1.
c. 5: Cum ergo — quem voluit 304, 5.
Cum ergo — fuerit 620, 10.
c. 6: De persona — te faciat 304, 1.
De persona autem — pastoris 619, 20.
Metropolitano vero — presumit 619, 25.
Metropolitano — eligatur 304, 1.
c. 9: Etsi ordo — premineret 29, 30.
c. 11: Etsi nonnunquam — dignitatem 29, 35.
Obedientiam — dependant 52, 40.
Qui ergo — dependat 38, 15.
XV. ad Turribium Astur., praef.: Nihil est sordium — gustassent 219, 45.
c. 16: Non sit perversis — effugiunt 281, 40.
Qua conscientia — fundere 253, 40.
Non est omnino — hostium 281, 35.
XVIII. ad Ianuarium episc. Aquileg.: Saluberrimum est — societate 244, 30.
XXIII. ad Flavinianum c. 1: Quia sacerdotum — audiamus 31, 20.
XXXI. ad Pulcheriam Augustam c. 4: Ipsa catholici — sententiis 123, 30.
LX. ad Pulcheriam Augustam: Res humanae — auctoritas 388, 25.
Omnes res — auctoritas 186, 35.
LXXXII. ad Marcianum imp.: Si quid usquam — cassabitur 53, 35.
CIV. ad Marcianum imp.: Ad meum — violentur 141, 35.
CV. ad Pulcheriam c. 2: Contra statuta — corrumpat 46, 10.
CVI. ad Anatholium c. 1: Virum catholicum — non eas 36, 20.
c. 2: Illa Nicenorum — diversum 45, 35. 126, 35.
c. 4: Sancti illi — cassatur 46, 5. 126, 40.
CVIII. ad Theodorum episc. Foroiul. c. 4: Quia misericordiae — conversio 115, 30.
Divinae pietati — debemus 156, 10.
CXIX. ad Maximum c. 3: Etsi nonnunquam — dignitatem 29, 35. 140, 40.
CLVI. ad Leonem Augustum c. 5: Manifestum — misteria 28, 25. 89, 35.
CLIX. ad Nicetam c. 7: Nam hi — consequatur 558, 15.
CLXII. ad Leonem Augustum c. 1: Quae patefacta — extendere 53, 30.
c. 3: De rebus — auctoritas 53, 35.
CLXVII. ad Rusticum Narbon., praef.: Dicente vero — promissa 218, 35.
Odio habeantur — medentis 220, 5.
Sicut quedam — adversum 140, 20.
inquis. I: Nulla ratio — consecrati 304, 10. 582, 1.
Ut nulla ratio — consecratus 489, 10.
VIII: Nos quibus — non possumus 256, 5. 263, 35.
XVIII: Hii autem — copulandi sunt 412, 25. 558, 15.
Rubrica ad Dyonisii epist. XVIII. praemissa: Omnis cuiuslibet — permaneat 119, 35.
Leonis Bituricensis, Victoris Cenomanensis, Eustochii Turon. epist. ad Sarmationem, Caratonem, Desiderium: Tantum saeculi — permiserint. Censemus itaque — altario 350, 15.
Sermo IV, c. 3: Dicitur beatissimo — solverit 395, 1.
Manet Petri — iudicium 404, 15. 407, 5.
Quod dicitur — proponitur 147, 20.
Non inventa:
Si omnes sacerdotes — absolvit 227, 25. 269, 1.
Qui alios — demonstrat 628, 30.

Hilarius (461—468).

Decr. a. 465, *c.* 4: Illud quod — inveniet 310, 25.
Nec tantum — offenditur 361, 10.

Non inventum:
Non minis — prosilitur 361, 10.

Simplicius (468—483).

Epist. XIV. ad Iohannem Ravenn. § 1: Privilegium — potestate 36, 1. 241, 5. 395, 15. 407, 10.

Felix III. (483—492).

Epist. XIII. ad episc. c. 2, § 5: Nullus ad — denegaverit 56, 35.

Gelasius I. (492—496).

Epist. I. ad episc. Orient. § 10: Si imperator — preferre 662, 15.
X. ad Faustum § 2: Ad senatum — externus 240, 30.
§ 4: Non solum praesuli — discernere. Qui dat — placet 237, 1.
§ 6: Sedi apostolicae — usurpare 237, 35.
§ 9: Quantum enim — praesumit 248, 30.
§ 12: Non tam propter — admissus 239, 40.
XII. ad Anastasium imp. § 2: Fili clementissime — accusantem 187, 30.
Duo sunt — voluntatem 97, 10. 148, 5. 663, 5.
Si cunctis — celebravit 663, 15.
Quantum vero — sententiae 230, 15.
§ 3: Desinant, quaeso — teneant 240, 35.
§ 7: Non potest quilibet — receperit 104, 25.
Non potest quilibet — admisso 168, 10.
§ 8: Postquam Acatius — perfidorum 105, 5. 168, 10. 415, 20.
§ 9: Tollatur — unitas 282, 35.
Cum nobis — principatum 142, 1.
XIV. ad univ. episc. c. 1: Necessaria rerum — temperemus 140, 30.
c. 3: Canonum paternorum — proponatur 327, 25.
c. 6: Nec presbyter — privandum. Duo sunt — voluntatem 148, 5.
c. 9: Cum nobis — principatum 29, 25.
c. 24: Quos vero — involvit 69, 5. 339, 1.
XVIII. ad episc. Dardan. § 5: Nisi Achatii — discretam 321, 20.
XXI. ad episc. Orient.: Si de qualibet — Acacius. Aut sequi — errasse 398, 15.
XXII. ad Rufinum et Aprilem: Quis enim — commissum. Semper constitutio — vindictam 361, 5.
XXVI. ad episc. Dardan. c. 2: Nostri maiores — obstrictus 229, 5.
Patres nostri — agnosci. Forma fidei — concludit 113, 10.
§ 3: Quibus convenienter — contendant 267, 5.
Confidimus — retinet 34, 15.
Beati Petri — submovit 105, 5. 168, 5.
Nullus iam — custodit 141, 30.
Error, qui — penam 202, 5.
c. 4: Idem ipse — penam 39, 20. 113, 10.
Hi si examinatio — penam 267, 1.
c. 5: Cuncta per — permissus 48, 10. 87, 15. 162, 5.
c. 6: Sanctae Romanae — absolvit 196, 20.
c. 9: Non sedi — concilium 240, 5.
XXVII. ad episc. Orient. § 1: Separati sunt — provenire 240, 10.
Prorsus in — ventilare 245, 20.
§ 2: Sic passim — sectantur 248, 15.
§ 3: Ideo vocatur — obiectis 30, 30.
Nec dubium — censentur 39, 20.
Omnes complices — censentur 104, 15. 118, 1.
Acatius qui — penae 113, 5.
Nihil nobis — externae 104, 20. 106, 5. 113, 20. 246, 5.
Quod incessabiliter — transgressori 244, 1.
§ 4: Cum constet — indebitam 248, 35.
§ 5: Ecce interim — subruitur 248, 40.
§ 9: Aut catholici — confutari 247, 5.
§ 11: Nec praetendat — nectebatur 246, 5.
Quid iuvat — diversi 104, 20. 113, 25. 167, 30. 415, 10.
§ 12: Facilis est — consistere 247, 5.
Quid queruntur — dampnasse 104, 35. 113, 30.
§ 27: Quatuor autem — portiones 587, 35.
XXVIII. ad episc. Dardan.: Quia per ambitiones — censeatis 643, 15.
XXXVI. contra fautores Acatii § 11: Haec est — confessione 247, 30.

Ex Epist. XLII, sed multis mutatis: Sed etsi — decrevimus 130, 15.

Epist. ad Cresconium, Iohannem, Messalam episcopos (Coll. Brit. nr. 42*):* Decessorum statuta — corrigere 311, 1.

Tract. IV. § 1: Quae privilegio — nolumus 269, 15.
Quae privilegio — subsistunt 228, 10.
§ 2: Nunquid in ipsorum — tenete 124, 35.
§ 3: Si igitur — tenere 228, 15.
§ 5: Nullum est — caelis 233, 30.
§ 11: Christus memor — extolleretur 186, 35.
Duo sunt — aptaretur 225, 40.
Postquam ad verum — vendicavit 230, 10.
Si enim — saecularibus. Fuerint — subsistant 230, 20.
Quatinus spiritalis — saecularibus 248, 25.
Fuerunt haec — aptaretur 403, 15.
§ 12: Quo more — absolvi 248, 30.

Non inventa:
Constat eum — sectari 350, 10.
Absit hoc — parte 241, 30.
Et qui alios — demonstrat 244, 35.

Anastasius II. (496—498).

Epist. I. ad Anastasium imp.: Gloriosissimo — principatum 187, 25.
§ 7: Secundum aecclesiae — igni 152, 25.
Nullum de his — obnoxiae 396, 25.
Nullum de his — videatur 399, 15. 416, 5.
§ 8: Malus enim — optinuit 443, 25.
Ideo ergo Acacius — exclusus est 57, 25. 90, 15. 152, 30.
XII. ad Anastasium imp. § 7: Non potes — receperit 104, 25.

Symmachus (498—514).

Epist. I. (Conc. Rom. a. 496*), c.* 3, § 4 *(Hinschius c.* 2*):* Si quis papa — privetur 240, 40.
V (Conc. Rom. a. 501*), c.* 9: Aliorum hominum — iudicio 51, 1.
c. 1. 9: Sancta synodus — doctrinam 202, 5.
VI (Conc. Rom. a. 502*), c.* 2, § 5: Quae pertinent — episcopus 584, 5.
c. 3, § 8. 11: Non licet — docetur 585, 1.
Non placuit — imperandi 306, 5. 355, 25. 661, 30.
Defuncto pontifice — plurimorum 306, 5.
Synodali decreto — feriatur 584, 10.
De viris — facultas 584, 15.
c. 3, § 10. 11: Provida sententia — facultatibus 357, 25.

Ex actione V. synodi (Hinschius p. 676*):* Oves — iniuria 138, 30.

Regulae synodi Rom. VI. a. 503: Necessaria rerum — temperemus 140, 30.
Non licet — cassabitur 313, 20. 354, 1.

Synod. Rom. VI. a. 503: Qui res ecclesiae — anathema sit 359, 15.

VII. a. 504: Precamur — recipiantur 398, 25.
Nos qui — dignitatum 410, 35.
Ennodii episc. Pap. apolog. pro IV. synodo Rom.: Quis sanctum — adtollit? 420, 10.

Hormisda (514—523).

Epist. XXV. ad episc. Hispaniae c. 2, § 4: Nec ille — timori 339, 5.

Iohannes I. (523—526).

Epist. spur. (Hinschius p. 696*):* Aecclesias — fuissemus 56, 30.

Vigilius (537—555).

Epist. ad Eleutherium c. 3: Eorum baptizatorum — perficitur 121, 1.
Non inventum:
Sancta Romana — potestatis 87, 35.
Epist. clericorum Rom. tempore Vigilii ad Iohannem presb. scismat. directa: Quod si omnes — interemit 45, 30.

Pelagius I. (555—560).

Epist. ad Iohannem patric.: In scismate — episcopus 90, 5. *Cf.* 99, 5.
Extra ecclesiam — episcopus 99, 5. *Cf.* 90, 5.
Epist. ad Viatorem et Pancratium: 122, 5.
Corpus Domini — conficit 91, 25.
Epist. XI. (Collect. Brit.): Consecrare — ecclesia 320, 5.
XXII: A scismaticorum — debetis 320, 25. 364, 10.
Non est Christi — diviserit 320, 25. 321, 20.
Qui adversum — non poterit 333, 10.
XXXIV: Iulius — habiturum 358, 5.
XLII: Postquam — licentiam 311, 5.
XLVII: Multa exempla — coerceri 334, 35.
LII: Nec quicquam — compesci 335, 5.
LXVI: Non persequitur — obprimendum 335, 10.
Videte utrum — comprimi 362, 20. *Cf.* 333, 5.
Videte utrum — separaverint 333, 5. *Cf.* 362, 20.

Gregorius I. (590—604), *v. inter Scriptores eccl.*

Theodorus I. (642—649).

Epist. ad Paulum Constantinopolit.: Quia presentia — presens est 139, 5.

Agatho (678—681).

Epist. (J. 2108*):* Sic omnes — firmatae 136, 10. *V. Concil. Constantinopol. a.* 680.

Zacharias (741—752).

Epist. XLIII. (Epist. Bonifatii, J. 2264*) ad Bonifatium:* Cum tua fraternitas — prohibendi sunt 77, 1.
Conc. Rom. a. 743, *c.* 1: Decernimus — decipiantur 71, 20.
c. 2: Ut presbyteri — privetur 71, 20.

Stephanus IV. (768—772).

Concil. Lateran. a. 769, *act. III:* Oportebat — consecrarentur 306, 20.
act. IV: Si quis — anathema sit 307, 1.

Paschalis I. (817—824).

Epist. ad Mediol. v. Wido Aret. (script. eccl.).

Eugenius II. (824—827).

Concil. Rom. a. 826, *c.* 5: Episcopum — fuerit 538, 25.

Gregorius IV. (827—844).

Epist. spur. ad univ. episc. (J. 2579*):* Sit alienus — apostolicis 346, 5.

Leo IV. (847—855).

Epist. XVII. XIX. (Collect. Brit.): Nec mos — presumere 643, 5.
XVIII: De libellis — salutis 331, 10.
De decimis — baptismata 343, 1.
XXVII: Contra sanctorum — expellere 356, 15.
XXXVI: Quod iusta — oportet 643, 10.
Concil. Rom. a. 853: Qui primitias — privetur 343, 1.

Nicolaus I. (858—867).

Epist. ad Radulfum archiep. Bituric. (Collect. Brit. nr. 19*):* Primates — aecclesiis 644, 5.
Conquestum — ecclesiis 650, 1.
Epist. ad Ludovicum imp.: Si de Domini — mereamur 347, 1.
Epist. ad Hincmarum archiep. Rem. (nr. 70*):* Ridiculum — patiamur 643, 10.
Nemini — permissum 162, 1.
Concil. Rom. a. 863, *c.* 5: Si quis dogmata — anathema sit 167, 35. 361, 15.
§ 11: Si quis sacerdotibus — anathema sit 307, 5.
Non inventa:
Necessaria — temperemus 140, 30.
Petrus — auditus 346, 5.

Iohannes VIII. (872—882).

Epist. ad Ludovicum imp. (J. 3011*; Coll. Brit. nr.* 49*) cum antiqui iuris Romani fragmentis:* Id tantum — prosecuntur. Generale — anteferendum est. Contra ius — debent. Personalia — exstirpetur. Illa sacra — remedium 311, 10.
Si quis sacerdotum — submovendum 361, 5.
Non inventum:
(Deusdedit, Coll. can. IV, c. 52*):* Et quia pridem — provectionem 661, 25.

Nicolaus II. (1058—1061).

Decretum contra simoniacos a. 1059: Ergo symoniacos — servetur 339, 15.
Decretum de ordinando papa a. 1059: Novit modestia — peccatorum 491, 40.
Concil. Rom. a. 1059, *c.* 6: Constituimus — pretio 355, 25. 662, 1.

Alexander II. (1061—1073).

Epist. ad clerum et populum Luc. (J. 4722*):* Si quis beneficium — comparavit 338, 25.
Epist. XXXIV. (Coll. Brit.; J. 4576*):* Indignum — ecclesiae 343, 5.
XXV. (Coll. Brit.; J. 4577*):* Quicumque suarum — christianus non est 342, 30.

Gregorius VII. (1073—1085).

Epist. ad Herimannum episc. Mett. (Reg. IV, 2*):* Eis qui dicunt — iudicavit. Quodsi sancta — secularia. Et discant — dixerit. Episcoporum — execracio. Ut autem — salutem 389, 20.
Quod de apostolica — illustret. Quod si ad — fiunt 399, 25.
Ut de multis — commisit 186, 25.
Quidam Romanus — absolvit 186, 25. 207, 20. *Cf.* 188, 15.
Quidam Romanus — deposuit 188, 15. *Cf.* 186, 25. 207, 20.

Epist. V. ad Ottonem episc. Constant. (Jaffé, Bibl. II, 525): Gregorius — debeat gaudere 60 sq.

Concil. Rom. a. 1078. *(Reg. VI, 5b)*: Qui decimas — incurrere 343, 1.
Nos sanctorum — prohibemus 380, 35.
Nec in hac parte — expulsus est 460, 20.
Quicumque militum — subiaceat 579, 5.
Quoniam investituras — subiacere 590, 10.

Urbanus II. (1088—1099).

Epist. ad Gebehard. episc. Constant. (*J.* 5393): Turbanus — vitiorum 413, 35.

Epist. (XVII) ad Piponem (*J.* 5409) *c.* 5—7: Episcopus — consecrentur.
De his qui — constiterit. Haec universa — innotescat 415, 25.

Epist. ad Lucium praeposit.: Quisquis res — existimat 589, 15.
Qui res aecclesiasticas — servitus 602, 40.
Cur sinodus — derelinquit 618, 20.

Epist. ad clerum et populum Pergam. (*J.* 5396). Symoniacos — procurent 338, 30.

Conc. Melf. a. 1089 *c.* 4: Constituimus — fiat 415, 40.

Concil. Placent. a. 1095: Anno dominicae — firmavit 409, 30.

Paschalis II. (1099—1118).

Epist. ad Robertum comit. Flandr.: Paschalis episcopus — Februarii 451, 35.

Canones apostolorum.
(Pseudoisid.)

Praefatio: Quoniam certum est — preceperat 300, 35.
c. 11: Si quis cum — privetur 363, 30.
c. 15 *(mutatis verbis):* Episcopus — id ipsum 122, 25.
c. 30: 318, 1.
c. 30: Si quis presbyter — Petro 306, 1. 355, 20. 587, 5. 661, 25.
c. 31: Si quis episcopus — communicant 301, 5. *Cf.* 580, 20.
c. 31: Ut aecclesia — communicant 580, 20. *Cf.* 301, 5.
c. 39: Omnium negotiorum — dispenset 583, 15.
c. 41: Praecipimus — sustollit 583, 25.
In sanctis — pertineant 588, 25.
c. 68 (67): Si quis episcopus — ordinator eius 119, 15. 152, 10.

Concilia.

Generalia.

Conc. Nicaenum a. 325 *(I. Univers.).*
c. 2 *(Dion. Exig.):* Interdicit — effugiunt 70, 15.
c. 2 *(Ps. Is.):* Omnimodis — clero suo 70, 20.
c. 3: 8, 5.
c. 4 *(Dion. Exig.):* Episcopus — episcopo 586, 5.
c. 5 *(Dion. Exig.):* Bene placuit — questiones 63, 25.
c. 6 *(Dion. Exig.):* Per omnia — sacerdotum 305, 5.
c. 8 *(Dion. Exig.):* De his — permaneant 118, 20. 151, 15.
Qui eorum — perseverent. Providebit — videantur 151, 20.
c. 20 *(Dion. Exig.):* Si quis episcopus — communicant 586, 30.
c. 27: Nullum iudicium — sententia 362, 15.

Conc. Constantinopol. a. 381 *(II. Univers.) c.* 1: 24, 35.
c. 2 *(Dion. Exig.):* Servata regula — concilio 63, 25.
c. 6: Hereticos dicimus — ordine 398, 30.

Conc. Ephesinum a. 431 *(III. Univers.), act. VI (Mar. Mercator):* Ego Ysicius — manu mea 121, 15.
c. 1 *(Dion. Exig.):* Regulas-decrevimus 65, 1. 130, 15.

Conc. Chalcedon. a. 451 *(IV. Univers.) c.* 2: Constitutum est — feriantur 562, 30.
c. 2 *(Dion. Exig.):* Si quis episcopus — anathematizatur 599, 25.
c. 3: Qui re vera — blasphemetur 266, 15.
c. 4: Quaedam capitula — relegit 354, 20.
c. 10 *(Dion. Exig.):* Eos autem — recedere 70, 35. 80, 20.
c. 18 *(Dion. Exig.):* Si qui clerici — abiciantur 52, 25.
Decrevit — emerserint 63, 30.
c. 26 *(ex versione prisca):* Placuit — canonibus 357, 20.

Conc. Constantinopolit. a. 680 *(VI. Univers.), c.* 3 *(Anastas.):* Omnis electio — communicant 305, 10. 355, 15. 661, 60.
c. 21 *(Anastas.):* Sic omnes — firmatae 346, 15.

Conc. Nicaenum II. a. 787 *(VII. Univers.), c.* 8: Symoniaci — traditori 397, 25. 410, 25.
c. 8 *(Anastas.):* Eos qui per pecuniam — possideri 317, 20.

(Ex epist. Tarasii patriarch. ad Ioh. presb.): Omnis ergo — eruditi 318, 5.

Conc. Constantinopolit. a. 869 *(VIII. Univers.), c.* 21 *(Anastas.):* Quisquis tanta — accipiat 346, 20.
Diffinimus — Romae 349, 30.
Si quilibet potentum — anathema sit 356, 10.
c. 32 *(Anastas.):* Promotiones — pontificis 662, 5.
Promotiones — monstraverit 305, 15. 618, 30.

Concilia Orientalia.

Conc. Neocaesar. a. 314, *c.* 1 *(Dion. Exig.):* Presbiter si — redigi 70, 30.

Conc. Laodic. a. 320, *c.* 7 *(Dion. Exig.):* De his qui — sacrosanctis 558, 25.
c. 9 *(Dion. Exig.):* Quod non permittantur — suscipi 325, 35.
c. 12 *(Dion. Exig.):* Ut episcopi — exemplo 581, 15.
c. 12. 13 *(ex Mart. Bracar. Collect. Can. c.* 1*):* Non licet populo — edoctus sit 581, 20.
c. 13 *(Dion. Exig.):* Non est permittendum — provehendi 355, 20.
c. 32: Quod non oporteat — benedictione 326, 1.
c. 33: Quod non oporteat — orare 326, 5.

Conc. Antiochenum a. 341, *c.* 2 *(Dion. Exig.):* Si quis autem — ecclesiae 363, 30.
c. 4 *(Dion. Exig.):* Si quis episcopus — temptaverint 80, 10. *Cf.* 364, 15.
Quicunque episcopus — tentaverit 364, 15. *Cf.* 80, 10.
c. 12 *(Dion. Exig.):* Si quis presbyter — Petro 306, 1. 355, 20. 661, 25. *Cf. Can. apost. c.* 30.
c. 15: Episcopus — timore Dei 584, 1.
c. 20 *(Dion. Exig.):* In conciliis — examen 30, 30.

Conc. Sardic. a. 347, *c.* 17 *(Dion. Exig.):* Si episcopus — societ 33, 45. *Cf.* 45, 20.
Priusquam omnia — societ 45, 20. *Cf.* 33, 45.

Conc. Gangrense c. a. 350, *c.* 4 *(Dion. Exig.):* Quicumque discernit — anathema sit 83, 1.
c. 7 *(Dion. Exig.):* Si quis oblationes — anathema sit 359, 10. 588, 15.
c. 8 *(Dion. Exig.):* Si quis oblata — anathema sit 359, 10.

Concilia Africana.

Concil. Carthag. II. a. 348, *c.* 14 *(Ps.-Is.):* Quae vel — privetur 34, 30.
III. a. 397, *c.* 6 *(Ps.-Is.):* Qui aliquibus — accusandi 362, 10.
c. 38 *(Ps.-Is.):* Non licet fieri — translationes 556, 35.
V, a. 401, *c.* 24: Hi qui — recipiantur 323, 5.

VI, a. 419, *c.* 4 *(Dion. Exig.):* Placet — custodiamus 7, 30.
c. 5 *(Dion. Exig.):* Non est differenda — exequenda 54, 1.
c. 13 *(Dion. Exig.):* Si quis — privavit 35, 25.
c. 18: 57, 10.
c. 27 *(Dion. Exig.):* Si quando — inponatur 118, 15.
c. 68: 156, 1.
c. 68 *(Dion. Exig.):* Placuit — testantur 151, 30.
c. 129 *(Dion. Exig.):* Qui excommunicatus — sententiam 45, 15.
His tamen — denegatur 138, 35.
Conc. Alexandrinum a. 430 *(ex epist. Cyrilli patriarch.):* Consequens est — docemus 121, 10.
Cod. can. eccl. conc. Afric. ex interpretatione Dionysii Exigui c. 29: Et illud — percipiat 356, 25.
Non inventum:
(Ex conc. Carthag. III, c. 49?*):* Placuit, ut — titulati sunt 588, 30.

Concilia Hispanica.

Conc. Elibertanum a. 306 *(ex Burch. can. XII, c.* 25*):* Non est differenda — exequenda 54, 1.
Conc. Tolet. I. a. 400 *(Ps.-Is.), c.* 12 *(falso):* Si quis dixerit — anathema sit 24, 20.
c. 19 *(Dion. Exig.):* 30, 15.
c. 79 *(Dion. Exig.):* Si infra — contempserit 30, 25.
Conc. Hispanicum a. 447. *actum, regula fidei c.* 12 *(Ps.-Is.):* Si quis dixerit — anathema sit 24, 20. *V. conc. Tolet. I, c.* 12.
Conc. Tolet. III. a. 527, *fidei confessio c.* 22: Qui concilia — anathema sit 64, 1.
VI. a. 638, *c.* 16 *(Ps.-Is.):* Sicut insolentia — quietem 421, 20.
c. 17 *(Ps.-Is.):* Quamquam in — anathemate 421, 35.
c. 18 *(Ps.-Is.):* Iam quod — Amen 422, 5.
Conc. Hispalense II, c. 9 *(Ps.-Is.):* Nova actione — obnoxius 602, 5.
Non inventum:
Conc. Tolet. (ex Burchardi can. III, 136*):* Quae ad — consistant 587, 25.

Concilia Gallica.

Conc. Valentinum a. 373. *v. conc. Agathense.*
Conc. Vasense c. 4 *(Ps.-Is.):* Qui oblationes — iudicio 359, 20.
Conc. Agathense c. 4 *(falso conc. Valent. c.* 3, *Ps.-Is.):* Clerici etiam — excludantur 588, 1.
c. 8 *(Ps.-Is.):* Clericus si — pellatur 356, 30.
c. 15 *(Ps.-Is.):* Iuvenibus — committenda 158, 20.
Conc. Aurelianense c. 2: Nullus est — consentientibus 582, 10.

Concilia Germanica.

Conc. Magunt. a. 813, *c.* 41: Ecclesiae — priventur 343, 5.
Conc. Triburiense a. 895, *c.* 30: Si ad synodum — presumpserit 34, 10.

Concilia Romana.

V. Silvester I, Hilarius, Symmachus, Zacharias, Stephanus IV, Eugenius II, Leo IV, Nicolaus I, Nicolaus II, Gregorius VII.

Capitula Angilramni.
(Ps.-Is.)

c. 19: Odit Deus — notantur 350, 1.
c. 20: Item generali — violandam 313, 25. 354, 5. 361, 15.
c. 36: Constitutiones — momenti 311, 5. 314, 1. 354, 5.
c. 37: In clericorum — constringat 350, 15.

Ius Romanum.

Antiqui iuris Romani fragmenta v. Epist. Iohannis VIII. papae ad Ludovicum imp.

Codex Theodosianus.

Liber I, tit. 1, *l.* 1: Si qua — careant 133, 10.
XVI, tit. 1, *l.* 2. 3: Quos clementiae — astutiae 196, 40.
tit. 2, *l.* 25: Quid divinae — committunt 197, 5.
l. 35: Si quis sacerdotum — discretus 197, 10.
l. 47: Quicquid a divis — conserventur 197, 25.
tit. 5, *l.* 6. 62. 64: Omnes autem — refertur 197, 15.
l. 24: Neque vero hereticorum — creare 197, 20.
tit. 11, *l.* 1: Quotiens autem — optemperare 197, 25.
l. 2: Edictum quod — retinendum 197, 10.
Novellae Valentiniani III, tit. 16: *De episcoporum ordinatione,* § 3: Quis episcoporum — cogatur 346, 15.
Constit. Sirmondi I: De confirmando iudicio episcoporum: Omnes itaque — diffinitum 663, 10.
III: Non licere clericos: Continua lege — legibus 351, 5. *Cf.* 353, 5.
Habent suos — legibus 353, 5. *Cf.* 351, 5.
XX: De accusatione episcopi: De obnoxiis — constat 352, 10.
Statuimus — inclinat 345, 1.

Codex Iustinianus.

L. 5. *C. de sacrosanct. eccl.* 1, 2: Placet rationabilis — Kal. Iunii 360, 10.
L. 12. *C. de sacrosanct. eccl.* 1, 2: Imperiali constitutione — habenda sint 354, 15.
L. 10. *C. de episcopis* 1, 3: Imperatores Archadius — Euticiano consulibus 351, 25.
L. 11. *C. de episcopis* 1, 3: Imperatores Archadius — ordinetur 356, 1.
L. 32. *C. de episcopis* 1, 3: Imperator Leo — cogantur. Nullis executor — plectendi 351, 15.
L. 2. *C. Ne rei dom.* 7, 38: Universas terras — Nonas Iulii 360, 1.

Institutiones.

De rer. div. 2, 1: Nullius autem — dedicata sunt 360, 1.

Novellae.

Nov. LVII. De clericis, qui ab ecclesia sua discedunt c. 2: Imperator Iustinianus — sententia 355, 30.
XC. De testibus c. 9: Quoniam quidam — facta 31, 25.

Iuliani Novellarum Epitome.

Const. VI, c. 1: Debet enim — condempnetur 636, 20.
VII, c. 2: Si imperator — suscipiat 637, 15.
c. 15: Si quis pecuniam — amittat 339, 15.
CXV, c. 4: Ante omnia — dare 339, 30.
c. 5: Si quis post — oblatio 637, 5.
c. 6: Nullam — disposuimus 637, 10.
c. 441: Ut nemo — paciatur 36, 25.
CXIX, c. 4: Maneant — maneant 636, 40.
c. 5: Possessiones — agnoscant 637, 1.
c. 9: Si quis in nomine — aecclesia 637, 1.
c. 10: Si quis in nomine — aecclesia 637, 5.

Constitutiones regum.

Karolus M.

Capitul. c. a. 769: Secunda vice — recedat 595, 15.
Capit. a. 803—804. *eccl. ad Selz data c.* 2. 3: Quicunque decimam — restituat 343, 10.
Benedict. Lev. Capit. II, c. 426: Precipimus — recipiat 360, 15.

Ludovicus Pius.

Pactum cum Paschale pontif.: In electione — tradatur 316, 5.

Capitul. eccl. a. 818. 819. *c.* 2: Sacrorum canonum — valeant 315, 20.

c. 12: Quicunque decimam — restituat 343, 10.

Lotharius I.

Const. Rom. a. 824, *c.* 3: In electione — tradatur 316, 5.

Otto I.

Privileg. a. 962: In electione — tradatur 316, 5.

Auctores antiqui.

Terentius.

Adelph. V, 3, 4: O mare Neptuni! 18, 35.

9, 9: O lepidum caput! 19, 10.

Cicero.

De inventione II, *c.* 22: Consuetudo — legendo 275, 15.

Horatius.

Ars poet. v. 22. 23: Amphora — urceus exit 290, 20.

v. 78: Adhuc sub iudice lis est 16, 25.

v. 367: Omne supervacuum — manat? 16, 25.

Lucanus.

Phars. VIII, *v.* 365—368: Quicquid ad Eoos — vides 276, 20.

v. 788—91: Haerentes oculos — acervos 251, 25.

Quintilianus.

De instit. artium I, 6, 44. 45: Consuetudo — bonorum 275, 10.

